[R-12.516]
R. 18.964

# SINGVLARIA DOCTORVM HAC POSTREMA EDITIONE EMENDATA ET AVCTA,

ANALYTICISQVE ADDITIONIBVS, AC DOCTISSIMIS ANNOTATIONIBVS ILLVSTRATA:

*Quibus acceſsit lectura D. Matthæi Matheſilani in ſeptimum librum Cod. ad finem eius notabilium poſita.*

*Addito ſub calce ſecundi Tomi omnium rerum Indice locupletiſſimo.*

*VENETIIS,*
Apud Hæredem Hieronymi Scoti:
*MDLXXVIII.*

2 400 40 Italia

[R-12.516]
R. 18. 964

# SINGVLARIA DOCTORVM HAC POSTREMA EDITIONE EMENDATA ET AVCTA,

ANALYTICISQVE ADDITIONIBVS, AC DOCTISSIMIS ANNOTATIONIBVS ILLVSTRATA:

*Quibus accessit lectura D. Matthaei Matheſilani in ſeptimum librum Cod. ad finem eius notabilium poſita.*

*Addito ſub calce ſecundi Tomi omnium rerum Indice locupletiſſimo.*

*VENETIIS*,
Apud Hæredem Hieronymi Scoti:

*MDLXXVIII.*

# *SINGVLARIA*
# CELEBERRIMI DOMINI
## LVDOVICI PONTANI
## ROMANI.

*Quibus acceſſere Additiones Do. Ioannis Baptiſtæ Caſtellionei Genuenſi, necnon Do. Nicolai Pignolati, Do. Grabielis Saraynæ Ciuium Veronenſium; ac aliorum Iuris vtriuſque Docto. quibus nuper decorata atque emendata fuere.*

### I.

1 *Verbum, Omnia, intelligitur ipſo iure.*
2 *Verbum, Modis omnibus, exponitur ipſo iure.*

1 VERBVM, Omnino, † intelligitur ipſo iure, gloſſa. eſt ſingularis, ſecundum Bald. in l. prima. §. ſi pecunia. ff. depoſi. † Verbum, Modis omnibus, id eſt, ipſo iure. gloſſa. eſt ſingularis in authen. vt defunct. ſeu fune. §. ſancimus. in verſic. modis omnibus.

ADDITIONES.

Ad hoc vide Felin. vbi facit mentionem de iſto ſingulari in c. de regularibus. de ſimon. Barb. plura allegantem conſ. 45. col. 4. in ſecunda parte. Felin. melius quam alibi dat 9. ſignificationes huic diſtinctioni in c. ex parte. in prin. de offi. & po. iud. dele. Matheſ. no. 111. & 114. Iaſ. in rep. l. 2. colu. 5. C. de iure emphy. Anto. Cor. in litera o, in verbo, verbum omnino.

Adde Alex. ad Bar. in l. Imperator. ff. de iure fiſ. Feli. in c. Rodulphus. co. 16. verſi. omnino de reſcrip. poſt eos quos allegat Soci. in regu. 360. fallen. 4. & 5. Iaſ. in l. pen. notab. 6. C. de pact. & quinque notabiles effectus, vt intelligatur ipſo iure, ponit Io. Crot. in l. 1. §. qui præſens. lectui. ff. de verborum obliga. Nicol. Pig.

De verbo Omnino, & aliis ſimilibus latè tradidi in annotationibus meis ad Matt. Matheſi. ſing. 111. incip. Nota q̃ vbicunque per legem. & ad Franc. Cremen. ſing. 7. incip. tu ſcis quod verbũ præſentis. de hoc ibi multa videre poteris. Gabriel Sarayna.

### II.

1 *Verbũ præſentis temporis, ſeu futuri, nõ intelligitur ipſo iure.*
2 *Verbum præſentis temporis ſi in diſpoſitione geminetur, putæ quod dicatur, tale quid caſſent, & irriteut, intelligitur ipſo iure.*

1 LIcet verbum præſentis temporis, ſeu futuri, † non intelligatur ipſo iure l. in criminali. cũ ſi. C. de iur. omn. jud. Tamen ſi diceretur, tale quid caſſent & irritent, intelligitur ipſo iure. Bal. ſingulariter in titu. de pace Conſtan. in §. hoc quod nos. in verbo, caſſentur, & in irritum deducantur. nu. 4. per illum tex. vbi eſt caſus.

ADDITIONES.

Adde q̃ idem eſt de verbo, priuetur, à teſtatore prolato, q̃ etiam intelligitur ipſo iure, ita dicit Bal. in l. 1. in 7. co. C. de his quæ pœ. nom. Idem dicendum de verbo, Careat. c. ad aures. in verbo, vires nolumus obtinere. de reſcrip. Abb. in c. ſuper his. de fide inſtru. & in c. nihil eſt. in 5. co. de elect. de gl. ſin. in c. nouit. de his quæ fiunt à præla. An autem verba præſentis temporis importet quandoque ipſo iure, vide ſatis plenè per Feli. in ca. Rodulphus. col. 16. & ſeq. de reſcri. Matth. no. 111. incip. nota q̃ vbicunque, & notab. 114. incip. Nota q̃ vbi lex. Franc. Crem. nota. 7. incip. tu ſcis q̃ verbũ. & vide quæ addidi in dictionario Alber. in ver. Verba futuri temporis.

Adde l. nõ dubiũ. ver. caſum & inutile. vbi Bal. in 6. notab. & Iaſ. in 10. C. de legi. Semper. n. quãdo indiſpoſitione fit geminatio, ſeu multiplicatio ſimiliũ verborũ, p̃ciſa mẽs diſponentis arguitur, q̃ ipſo iure fiat ad idem in c. in Geneſi. in fi. ibi, irritum & inane. de elect. & c. inter cætera, ibi, irritum decernimus & inane de præben. & authenti. caſſa. vbi Dec. in princip. C. de ſacroſanct. eccl. Barto. Cæpol. in l. irritam. in princip. ff. pro donat. idem Dec. conſi. 327. column. 11. & penult. Maria. Socin. Iunior. conſ. 133. column. 3. lib. 1. Nico. pign.

Adde Catellia. Cut. in memorab. in verb. geminatio verborum. Et latiſſimè per Bartho. Chaſſen. in commentarijs conſuetud. Burgund. in rubr. 2. §. *qui confiſque les corps. in ver. confiſque les biens. nu. 2.* Gab. Saray.

### III.

1 *Excedens modum in ſe defendendo, vt cum poſſit euadere vulnerando, voluit occidere an puniatur de occiſo?*

1 ANſi quis exceſſerit modum in defendendo ſe, † vt cum poſſit euadere vulnerando, voluit occidere, vt in l. 1. C. vnde vi. cum ſimi. puniatur de occiſo? Bal. ſingulariter in c. 1. col. 2. num, 7. de pace tenenda, in vſib. feud. dicit quod non, ſed vt culpabilis punietur arbitrio iudicis, allegat vnicam notulam Ioan. Andr. in cap. ſignificauit. de pœniten. & remiſ. in nouella.

ADDITIONES.

Vltra Bal. adde Fel. qui aliqua adducit in c. dilecti filij. col. 7. circa. ſi. de exc. Pet. de Anch. in c. vnico. de homi. bene facit tex. in c. ſignificauit. de pœni. & remiſ. vbi Ana. col. 25. per quem tex. idem tenet Io. And. in add. Spe. in rubr. de homi. Ang. copioſè in li. maleſ. in ver. Et dictus Titius ſe defendendo. col. 9. illius verbi. pulchre conſuluit Pau. de caſt. conſi. 190. inc. in c. carceratorum. dicens Bal. ita conſuluiſſe per aliqua iura, maximè p l. Gracchus. C. de adul. Adde etiam Felin. in c. ſignificaſti. col. pen. circa princ. de homi. pro quo dicit eſſe text. in d. l. Gracchus. Idem not. Lup. in l. cum mulier. in 22. col. ff. ſolu. matr. habetur per Sali. in l. quoniam multa. C. ad legem Iul. de vi publi. & per Ange. in l. cum filio. 26. col. de leg. 1. Vide etiam Bartho. Cæpo. in ſuis conſilijs criminalibus conſi. 1. col. 3. vbi refert iſtud dictum Roma.

Adde quod eſt communis opinio (quicquid diſtinguat Dec. in l. vt vim. colũ. 7. ff. de iuſt. & iure.) q̃ ſiue culpa, ſiue ex propoſito quis excedat modum inculpatæ tutelæ, etiã q̃ pœna mortis imponeretur per ſtatutum, non punitur pœna ordinaria, ſed arbitrio iudicis, vt per Hipp. de Marſ. in l. 1. 9. limi. ff. ad leg. Cor. de ſica. & Iaſ. in d. l. vt vim. nu. 11. dicens exceſſum in dubio præſumi procedere culpa nõ dolo. Lud. Care. qui doctores qui pro, & contra tenuerũt, enumerat, in trac. de hom. §. 6. nu. 151. Et arbitriũ iudicis hoc caſu debet eſſe in pœna pecuniaria (etiã ſtante ſupraſcripto ſtatuto,) vel ſaltẽ relegationis per quinquenniũ, vt per Cep. cõſ. 29. viſo proceſſu. & cõſ. 30. regacij, vt robi. in fi. & Hip. vbi ſ. & in §. qm̃. num. 65. in pract. crim. Et late. per Lud. Care. vbi ſupra, nu. 66. poſt eos, quos allegat, & ibi ponit 6. limita. ad hoc vltimũ dictum, id eſt, quod nulla pœna puniatur. Nico. Pign.

An excedens modũ inculpatæ tutelę in ſe defendẽdo punia tur pœna ordinaria? eleganter tradit ante alios Bal. in d. l. vt vim. co. 3. nu. 9. ff. de iuſt. & iur. Flor. in l. ſciẽtiã. §. qui cũ aliter num. 7. ff. ad leg. Aqui. Ale. conſ. 66. col. 1. & 2. vol. 1. & conſi. 2. col. 4. num. 104. & conſi. 119. volum. 7. Cæp.

consi.34.incip.si vnquam.num.57.Pau.de Castr.in l.1.C. vbi senator.vel clarissi.vbi optimè distinguit.& vide tex. in l.si adulterium cum incestu.§.Imperatores.ff.de adulter.c.olim.in princ.de restri.spo.Hipp.de Marsi.in l.2.nu. 15.C.de sicar.& in sing.c.& 638.640.& 692.& idem Hippo.in consi.25.21.33.88.& 137.Corn.consi.107.& 162. volu.2.Aret.consi.34.& consi.80.Ioann.de Ana.consi.4. & con.23.& 67.& Thomas Gramma.con.9.& 56.& 61. Matthæ.de Affli.Decisio.Neapolitan.26. Grab.Saray.

IIII

1 *Vxorem delinquentem maritus leuiter corrigere, & verberare potest, sed non carcerare.*

2 *Clericus potest carcerare eius vxorem.*

a 1 LIcet vxorem deliquentem a marito leuiter tcorrige-re,& verberare.l.consensu.§.1.& in auth. ibi posita, & ibi doct.C.de repu per Cano.in c.quemadmodum.de iureiur.7.q.1.c.sicut alterius. Carcerare autem non licet 2 secus tin clerico,per tex.& glos.singularem in capitu.placuit.24.q.2.

ADDITIONES.

Adde Abb.in d.c.quemadmodum.vlr.col.de iureiur.Vide latius p Fel.in c.cũ cõtingat.in vltimis verbis.de fo.cõp. Contrarium est verum.gl.& ibi Abb.in d.c.quemadmodũ. in fi.de iureiu.Ias.& Frãc.Rip.in l.miles.§.qui iudicati.ff. de re iudi.Io.de Plat.in l.generali.col.2.C.de decu.li.10. Nico.Boer.qui alios citat,deci.275.dominus.col.1. Mar si.in practi.crim.§.aggredior.nu.79.& seq. Nig.Pig.

a Vxorem delinquentem.Ad materiam adde q̃ si maritus atrociter verberet vxorem,ipsa non poterit in eum agere actione iniuriarum,sed solum actione in factum, vt fama mariti illæsa remaneat ita singulariter Io.Andr. in addi.Spec.in rubr.de iniurijs,& hoc in proprijs terminis dicit Ale. q̃ nõ meminit alibi se legisse in l.diuortio.§. si vir.in 3.col.ff.solu.matri.& vltra eam in pulchro casu consuluit Bal.consi.227.incip.in causa Gulielmi.li.5.vbi mulier agebat actione iniuriarum contra maritum,qui eam acculauerat,tanq̃ ab ea medicamenta q̃dã bibenda sum pssset,ex quibus effectus erat frigidus & malificiatus.

V.

1 *Sententia super incidenti potest ferri sine scriptis.*

1 QVod sententia super incidenti potest ferri sine scripris,secundum Bal.in l.si C.de senten.ex peri.recip. per text.quem dicit ad hoc singu.in l.defendente, ff. de autho.tuto.

ADDITIO.

Adde Spec.in titu.de sen.§.iuxta.col.6.Bart.in d.l.2.& in l. nec quicquam.§.vbi decretũ.vbi Ias.col.10.dicit hoc cõmuniter teneri.ff.de offi.proconf. & leg. Nic.Pign.

VI.

1 *Missio in possessionem non potest probari per testes, sicut cætera acta iudicij.*

1 QVod amissio in possessionẽ non potest probari per testes,sicut cætera acta iudicij,secundum Bart.in l. edicto.in fi.C.de edict.diui Adria.tol.per illum tex.

ADDITIONES.

Istud dictum sequitur Ias.in edicto.col.pen.versi.quarto requiritur.hic alleg.

Adde quod opinionem Bar.& Roma.hic sequitur Guido Papæ q.256.in fi.Hippoly.in rub.C.de proba.nu.30.Io. Arnol.in proble.97.Et casus, in quibus requiritur scriptura,ponunt latè Hippo.vbi supra,Deci.& Alcia.in l.pactum quod bona.C.de pact.vbi Deci.& Alcia.in l.pactũ quod bona.C.de pact.vbi Deci.contra hoc sing.tenet,& in dicta l.edicto.8.notab.

VII.

1 *Dispositio,cum clausula,Non obstantibus quibuscunque cõstitutionibus & statutis, non intelligitur tollere constitutionem seu statutum iuratum.*

2 *Pactum seu conuentio iurata nõ tollitur à dispositione emanata cum clausula,Non obstantibus quibuscunque pactis & cõuentionibus.*

1 QVod dispositio emanans tcum clausula,non obstantibus quibuscunque cõstitutionibus,& statutis,& c. nõ intelligit tollere constitutionẽ,seu statutũ iuratũ,glo. est sing.in c.cum nõ deceat.de elect.lib.6.Et idẽ si emanaret cum clausula,non obstantib.quibuscunque pactis & conuentionib.q̃ nõ tollitur pactũ,seu cõuẽtio iurata gl.est sing.in cle.dudũ.§.pen.super verbo,pacta.de sepul.

ADDITIONES.

Adde q̃ est de hoc tex.in c.constitutus.de rescript. Abb.& Imo.in c.1.de his quę fiunt à maio.parte c.Et de glossis al legatis per Rom.hic facit mentionem solennẽ Ale.consi. 402.inci.visa petitione Anto.de Roma.Ad istud adde ẽt Pet.de Anc.in consi.308.inci.nisi legibus & canonibus, & Ludo.Rom.consi.379.incip.circa primum.in 4.col.Facit bene q̃ dicit idem Alex.in consi.345.q̃ incipit, Visis his quæ narrantur.in fi.& consi.246.fm vnicum numerũ incip.viso titulo q̃nus præmissæ.& idem Ro. consi.393. col.4.n.13.in quibus oĩbus locis dicũt,q̃ clausula,Nõ obstantibus nunquam tollit dispositiones confirmatas iuramento.Ad hoc vide ẽt Fel.licet prædicta non alleget, in c.qualiter & q̃n.il 1.col.11.circa finem,de accu.& in c. fi.de sponsa.Vide ẽt Albe.in prima parte statu.q.15.inci. statuto alicuius ciuitatis sic cauet.& Rotam latè in nouis decisi.298 Vitalẽ de Gambinis in tracta.clausularũ, clausula,Non obstantib.prædicta tñ non allegat.Adde ẽt Anto.Cor.in rubr.de iureiur.in 22.priuilegio iuramẽti. Faciunt q̃ habentur per Bar.con.47.col.26.in prima parte. Et idẽ Rom.consi.493.præsens.nu.13.& consi.404.in casu in fin.consi.436.q̃ indultum.col.3.consi.518.in casu.co. fi.Ias.qui plures citat,in l.fi.C.si contra ius,&c.deci.Neapo.5.dñs,& deci.111.fuit.nu.13.Cagn. inferens ad pulchrã q.in l.si quis maior.nu.176.C.de transa.Limita hoc sing.vt per Fel.& Deci.in d.c.constitutus rescrip.& sing. Gemi.in consi.83.opponitur.in fi.quando iuramentum generaliter,non specificè est interpositum Nic. Pig.

Adde Alex.in l.1.col.pen.ff.ad leg.Falc.Ias.consi.173.co.9. vol.4.& in l.fi.C.si contra ius vel vtili.publi,commendãs Abb.col.2.Fel.col.2.in c.constitutus.de rescript.Ale.cõs. 38.in 3.vol.& consi.27.viso libello,col.fi.vers.confirmo nu.8.lib.1.& ibi latè per Carol.Molin.in add.inci. firmata,vbi etiã ad id ponit limitationes,optimè Lud.Gomes post Crotum ibi,in c.1.de consti.in 6.nu.286.Fel.in c.2. nu.20.de spon.Notant Bar.& Io.Crot.in l.omnes populi ff.de iusti.& iur.in 3.q.princip.Io.Staphil,de liter.gratiæ & iustitiæ fo.99 col.2.& alii,quod Rebuffus citat in forma mandati Apostolici,inserti.iuramẽto,qui post alios ad hanc rem meminit glos.in clemen.dudum.§.fi.de sepult.in verb.pacta,quam dicit sing Franc.Cremen.sing. 40.& Didac. Couar.in secunda rubricæ parte de testam. nu.19.ver.Secũdo infertur ex eadẽ rõne, De hoc latè tradit Catellia.Cotta in memoral.in verbo. iuramenti religio.co.3.in prin.Et latius p̃sequitur Bartho.Chasłæn.in cõmenta.Cõsuetu.Burgund.in rubr.13.§.8.*de toutes choses*,n.12.ver.Itẽ maximè.Et quid operatur ista clausula, nõ obstãtibus quibuscũque statutis,priuilegiis & cõsuetudinib⁹ in cõtrariũ faciẽtib⁹ tradit Iacobi.de S.Greg.in l.imperiũ ĩ ver.addo vobis ĩ 2.lec.ff.de iu.om.iu.Ga.Sa.

VIII.

1 *Iuramentum testis an possit præstari per procuratorem.*

2 *Iuramentũ calũniæ p̃t per procuratorem præstari, licet in lege dicatur,quod principales personæ iurent de calumnia,*

3 *Iuramentum procuratoris habentis speciale mandatum ad iurandum,dicitur iuramentum ipsius domini,adeo quod ipse dominus dicitur deierare,si procurator falsum,seu mendacium dicat.*

4 *Iuramenta omnia possunt per procuratorem præstari.*

1 AN iuramentum testis possit præstari per procuratorem?Bal.in rubr.de iuramen. tenuit quod non, per tex.l.de minore.§.tormenta.ff.de quæst.Sed do.de Rota,dum hæc quæstio coram eis verteretur,respondẽrũt (& rectè)quod licet iurent per procuratorem,poterunt postea



postea deponere coram iudice,& sic non obst.§.tormẽta,idem quod Bal.tenuit Anto.in c.licet ex quadam.extra.de testibus,vbi refert Abb.idem tenentem per illum tex.in verbo iuramento proprio,& c.Io.And.in c.vt circa.de elect.lib.6.in noue.tenet contrarium,& respondet illi tex.c.licet.nam licet dicat proprio iuramento tamen non sequitur,quod non possit per procuratorem præstari,per auth.principales.C.de juramen. calu. vbi dicitur,

1 q̃ ipsæ principales personæ iurent de calumnia,& tamẽ constat illud iuramentum per procuratorem præstari,vt in c.fi.de iuramen.calum.lib.6.Secundo respondet, qd

3 ¶iuramentum procuratoris habentis speciale mãdatum ad id sic iurandum,dicitur iuramentum ipsius domini, adeo,q̃ ipse dominus dicitur deierat,si procurator falsũ, seu mendacium dicat,vt extra de iureiuran.c.fi.lib.6.ergo dicitur proprio iuramento iurare per procuratorẽ,& ita fuit decisum per Dominos de Rota,quod possit iuramentum testis per procuratorẽ præstari,& maximè duabus rationibus.Prima,quia nõ reperitur prohibitum,ergo concessum,vt in l.1.in fi.ff.de procura.Secunda,si trãscurris per omnia iuramenta(vt per Bar.in l.qui bona.§.

4 qui alieno.ff.de dam.infect.)possunt omnia per procuratorem præstari,vt ibidem per Bart.quare ergo non in isto?non est ratio.

ADDITIONES.

Idem q̃ Bal.in dicta rubr.de iureiuran.tenuit Bar.in l.qui bona.§.qui alieno.ff.de dam.infect.alle.l.4.§.idem diuus cum gl.in verbo,testimonijs.ff.de testi.sequitur Rom.in dicto§.qui alieno.vbi allegat tex.quem dicit esse casum singularem in c.si vero aliquis in verbo,propria manu. de senten.excom.licet hic aliter sentire videatur,facit c. vt circa.in uerbo,proprium iuramentum de elect.lib.6. hic alleg.vbi vide Dominicum referentem longam contrarietatem inter Arch.Io.And.& Pau.& finaliter distinguentem.Adde etiã Fel.vbi satis plene loquitur id c.licet ex quadã.co.2.circa prin.ver.ibi,proprio iuramẽto de test.

Adde Hippo.de Marsi.in l.de minore,§.plurimum.ff.de q. in prin.late per Pet.Hispa.in tract.Io.Croti,de testi.in q. 4.nu.371.post eos quos allegat.Et adde q̃ Rota idem seruat in iuramento perhorrescentiæ.de quo in c.statutum. §.quod vero.de rescrip.lib.6.vt per Cassiod.decef.1.de iureiuran.Et idem in iuramento fidelitatis.vt infra sing. 807.habuistis. Nig.Pig.

IX.

1 *Primatus,si velit fiscum cõuenire,an debeat veniam à principe petere,sicut libertus à patrono?*

1 AN,si priuatus velit fiscum conuenire,debeat veniam à principe petere,sicut libertus à patrono? Dic quod sic,gl.est sing.in l.bene à Zenone.circa medium,in verb. iussione.C.de quadrien.præscrip.

ADDITIONES.

Ad hoc vide Gemi.in c.qui ad agendũ de procur.lib.6.Bal. in consi.432.q̃ incip. actum,per totum in 2.parte. Barb. consi.18.in 2.par.Zaba.in consi.32.col.2.in fi.

Sed contrarium tenet Bal.in j.in fi.de milit.vasal.qui contu. est.quem reprehendit Alex.in l.generaliter.co.2.ff.de in ius voc.vbi Soci.distinguit,vt per eum. Nic.Pig.

X.

1 *Procurator habens generale mandatum,an possit facere præiudicialia domino,sicut potest ea,quæ dominus facere, solitus est?*

1 AN,sicut habens mandatum generale potest illa facere,quæ dominus est solitus facere,l,vel in vniuersorum.ff.de pign.act.eodem modo possit quo ad præiudicialia?Dic quod sic.casus est notabilis in l.qui semisse.§. quæsitum.ff.de vsur.

ADDITIONES.

Idem dicit Rom.consi.94.visi.nu.3.& consi.114.visis 2.dubio.Ale.in d.l.vel vniuersorum Ias.in l.si procurator.co. pen.ff.de condi.indeb.& in l.certi condictio.§ si nũmos col.3.ff.si cer.pet.Cur.Iunior consi.147.col.fi.latè Deci. consi.441.præsens nu.9.& sequen.Et plura congerit Cagnol.in l.semper in stipu.nu.10.ff.de reg.iur. Nic. Pign.

a Adde q̃ procurator generalis cum libera potest expedire oẽs causas,in quibus etiam speciale mãdatum requiritur.Bal.in.l.illud.circa fi.ff.de minorib.vbi putat memoria dignum,& reassumit Alex.consi.133.circa executionem lib.6.& Ias.pro sing.citat in l.indebitum nota.2. ff.de condict.indeb.& commendat Fel.in c.nonnulli.§. 1.col.1.in prima amplia.de rescrip.post An.Aret.in §.preterea.col.32.versi.ad vnum tamen.Inst.de except.vbi dẽ memoriæ semper commendandum,quia vel plurimum in mandatis adiungitur illa clausula,dans plenum & liberum mandatum,cum plena & libera administratione addens q̃ non credit hoc præcedere,q̃n requiritur mandatum in indiuiduo.sequitur Alex.consi.44.viso.col.2.li. & propterea Bal.in l.nam & nocere.in primo notabiper illum tex.ff.de pact.dicebat,q̃ speciale mandatũ & generale cum libera æquiparantur tam in contractibus,quã in iudicijs,& putat memoria dignum.Et qũo procurator cum libera cõstituatur,habes per Bar.& omnes in l.procurator cui.ff.de procurat.& in l.1.ad fi.ff.de procur.Cesar.

XI.

1 *Prorogatio in iudicem,a cuius sententia nõ appellatur,si fiat ab eo in causa prorogata,appellari potest.*

1 QVid si fit prorogatio in iudicem, à cuius sententia tnon appellatur,an possit in causa prorogata appellari ab eodem?tex.habes,quod non, quem terribiliter ibi exclamat Bar.in l.episcopale.C.de episc.audi.

ADDITIONES.

Adde q̃ illa l.procedit specialiter & rationes specialitatis ponit Pau.de Cast.ibi,quia iurisdictio prorogata est eiusdem naturæ,cuius est principalis,licet Cur.Iunior in l. 1.ff.de iudic.super eius intellectu latè in fine,vt declarat ibi co.2.Hiero.Cagnol.& latius in l.cum quædã puella,in quarto notab.ff.de iurisdi.& adde Tho.Gram.deci. 9.exorta-col.fi.Nic.Pign.Adde in materia, q̃ si prorogatio iurisdictionis facta sit per confessionem nõ habet locum pœnitentia,vt per Bal.fin.in l.pen.C.ne de statu defunct.& q̃ singulari refert & sequitur Ias.in l.pen.in tertio notab.C.de pact.& in l.si conuenerit co.3.& seq.ff.de iurisdict.omnium iud.& sequitur Alex.ibi in sexta fallẽp̃t confirmari,quia probatio per confessionem partis, est fortior probatio de mundo,vt per Iason in l.cum tetransegisse,in tertio notab.C.de transa.& est plenissima p̃batio,vt dẽ Cor.cõsi.241.de duobus,versi.confessio li.vl,

XII.

1 *Dispositio §.si compromisero l.si delictum.ff.de eui&io,nunquid habeat locum in eo,qui prorogauit,id est,consensit in iudicem non suum?*

1 NVnquid dispositio §.si compromisero.l.si dictum. ff.de eui&.habeat locum in eo, qui prorogauerit, id est,consenserit in iudicem non suum?gl.est ibi, quod sic,singularis-

ADDITIO.

Et illam gl.sequuntur ibi doct.vbi Bal.ponit rõnem.Limita illam gl.nisi emptor prorogauerit in venditorẽ,vt in simili tradit idem Ro.infra sing.468.emptor.Nic.Pig.

XIII.

1 *Causa si committatur tribus iudicibus,cum clausula,quod si duo ex eis noluerint,vel non potuerint iudicare,quod tertius iudicet,an tertius solus possit iudicare,si nesciat alios nolle,vel non posse iudicare?*

2 *Causa beneficialis si tribus cõmittatur cũ clausula,q̃ si duo ex eis noluerint,vel nõ potuerit iudicare,q̃ tertius iudicet tertius solus iudicare potuerit,licet nesciat alios nolle,vel nõ posse iudicare,si tñ vere alij nolint,vel nõ possint iudic.*

1 SI causa committatur tribus iudicibus cum clausula,q̃ tti duo ex eis noluerint,vel non potuerint iudicare,q̃ tertius iudicet,quod tertius solus non poterit iudicare, nisi primo sciat alios nolle,vel non posse, vt gloss. tenet & communiter doct.in cap.prudentiam.de officio.de-

leg.& in c.cum plures.eodem.tit.lib.6.Io.And.in regula eum qui.de regu.iur.lib.6.Bar.in l.multum.ff.de condit.
2 & demonst.Bal.in l.falsus.C.de furt.Quod limita † verũ, nisi in causis beneficialibus,tunc.n.tertius solus, quãuis nesciat alios nolle,vel non posse,si tamen in vero alij no lint,vel nõ possint,poterit iudicare.ita notabiliter deter minant domini de Rota decisio.161.in nouis.inci. si duo ex tribus.primo per tex.8.distinct.cap.veritatis.Secundo per not.per Innocen.in cap.dilectis.ad fin.de appel.quod singulariter not.

ADDITIONES.

Adde quod istam limitationem refert & sequitur Sand.qui nihil ignorauit,in c.suscitatus.col.penul.circa fi.versi.est tamen casus de rescript.alleg.Aegid.deci.Rotæ 359.inci. condemnatio per procur.est forte ista de qua per Rom. hic,licet dissentiant in numero.Allegat etiam Aegid.cle men.1.de concess.præben,& respõdet ad no.per Io.And. in dicta regula,eum qui.& Bar.in d.l.multum.Nec mirũ nam in causis beneficialibus sunt etiam alia specialia, v-num exempli gratia,quod habetur in cle.causam de ele-cti.Phil.in ca.bonæ.9.col.de appel.per Feder.consi.254. incip.primo quæritur.

Et idem dom.de Rota deci.133.nota quod in antiquis.Ale xan.in dicta l.multum.Felin.in ca.suscitatus.co.6.versic. oportet notum.de rescrip.& in ca.cum ex officij.co.11. nume.29.de præscrip.Hippo.de Marsi.in l.patre vel ma rito.nu.47.in fi.ff.de quæstio.Curt.Iun.comprobans plu ribus similibus,consi.63.præsupponitur.co.fi.& facit de cisio Rot.171.not,quod in antiq. Nic.Pig.

XIIII.

1 *Error in persona iudicis delegati vitiat sententiam.*

1 QVod error in persona iudicis delegati † vitiat senten tiam,Spec.in tit.de senten.§.quoniam.versi.quid si dixerit se delegatum Episcopi.

ADDITIONES.

Adde Hostien.Io.And.Bal.Card.Imo.Abb.& Moder.in c. cum ex officij de præscrip.Bar.in l.1.in versi.tu dic secũ dum Azo.C.qui pro sua iuris.& Ludo.multa allegantem in l.2.in prin.de ver.oblig.& glo.auream in c.ex literis, in gl.fi.de offi.deleg.cum alijs allegatis per Sand.in d.ca. cum ex officij.co.10.versi.4.conclusio.cum quibus con cordat Ludo.met.consi.444.ex proposito.col.2.& Alex. consi.213.viso & opportunè.secundo vol.

Et hoc non solum quando iudex errauit,sed etsi sciens, & prudens hoc facit,communiter sequuntur doc.vt p coa-posti.meum.Et latè deducit Mod.Arimi.tract.de nullit. tit.ex defe.iurisd.ord.nu.17.ver.idem etiam. Nico.Pign.

XV.

1 *Causa si delegetur in ordinarium,& ipse simpliciter pronun tiet,non expresso tanquã delegatus,an sententia sit nulla?*
2 *Nemo videtur eam viam eligere,qua eius actus pareat.*
3 *Si actus ex duplici capite fieri possit,p̃sumitur fieri ex ualido.*
4 *Bonum est scire quid pro vna opinione faciat,& quid contra vt aduocatus partem pro suo principali facientem induce re,& tenere possit.*

1 QVod si delegatur causa in ordinarium,& ipse † sim-pliciter pronuntiat,non expresso tanquam delega-tus,sententiam est nulla.ita Fede.de Senis sin.consi.135.
2 Quod tamen est dubium,quia † nemo videtur eam vitam
3 eligere,qua eius actus pereat.l.2.de testa.milit.Itẽ si † du plici capite põt quid fieri,præsumitur potius ex valido. c.nisi de præben.Anc.refert in ca.cum ex officij.de præ-
4 scrip.Et licet ita sit tamen bonum † est oĩa scire, vt partẽ pro parte facientẽ iudicas,& annulles sententiam suam.

ADDITIONES.

Ad hoc vide Sand.licet non alleget Roma.hic,in c.cum ex officij.col.13.versi.amplia.secundo.& ver.limita primo de præscrip.vbi facit mentionem de consi.Federi.quem conatur saluare aliquo casu.

Et opi.Roma.hic est communis,vt per docto.in d. ca. cum ex officij,& Alcia.in tracta.de præsump.3.reg.præsump. 35.co.1.& latè Moder.Arimi.post eos quos allegat, in tracta.de nullit.vbi supra.nu.171.Et quando & quomo do iurisdict.ordinaria alteretur,pulchrè Ias.in l.ius ciui le.col.1.de iustitia & iure.Nico.Pign.

XVI.

1 *Cedens bonum,melius,& optimum ius in contractu,quid ces sisse dicatur.*

1 SOlitum est in contractibus apponi, quod † quis cedit bonum,melius & optimum ius,quod potest, ad quid istud? Dic quod intelligitur cedere bonum,id est,cedere ius,quo habet exceptionem,melius,id est,officium iu-dicis.Optimum,s.actionem efficacem gl.est not.quã ibi not.Bar.in l.1.C.quando & qui quar.pars debetur li.10.

ADDITIO.

Et gl.fi.in l.1.C.de vsu.in verbo,optimo,& gl.in l. fideius-sor.§.pater.in versi.possit.ff.de.pigno. Nico.Pign.

XVII.

1 *Immunitas si alicui per principem ab oneribus personalibus concedatur,non propter hoc videtur ab alijs oneribus li beratus,quæ potest breuiter,& leuiter expedire.*

1 SI alicui per principem † concessa sit immunitas ab one ribus personalibus,non videtur ab aliis oneribus libe ratus,quæ potest breuiter,& leuiter expedire. casus est vnicus in iure in l.decurio fortunam.secundo respond C.de decur.libro.10.

ADDITIONES.

Idem dicit Roma.consi.74.circa primum Alex.in l.senatus .§.Marcellus.ff.de leg.1.& in l.eleganter.§.qui reprobos. in addi.ad Bar.ff.de pig.act.& in consi.104. statutum. in fine.lib.1.pulchrè per Cæpo.in l.1.§.sed sciendum.num. 61.ff.de ædil.ædi.Alcia.libr.1.de verborum significatio. co.19.in magnis impressio.Et de minimis adde infra sin gu.97.119.334. Nico.Pign.

Adde Alex.consi.104.statutum loquens.co.fin.nu.7.versic. prætèrea.lib.1.Decium in l.si quis id quod.co.3.ff.de iu risdi.om.iudic.cap.de appellationib.co.fi.de appel.c.ma ioribus.co.1.de prædijs curia.l.1.C.de prohibi. sequest. pecu.Hippo.de Marsi.in l.si vt allegas.C.ad leg. Corne. de sicar.& in notab.276.& consi.71.col.1.& consi. 80.& in practi.crimi.§.& quoniam,& Anto.Corset.in sing.in verbo.obli.Corneus consi.38.col.1.lib.1. Gab. Sar.

XVIII.

1 *Testator si vni fundum leget,alij vsumfructum eiusdem fun di,quilibet vsusfructus dimidiam habebit,secus est in sen tentia iudicis.*

1 QVòd licet,si testator vni legat fundum,alij † vsumfru
a ctum fundi,quilibet habet dimidiam a vsusfructus. l.si alij.ff.de vsufruct.leg.Hoc tamen fallit,& est secus in sentẽtia iudicis,casus est notabilis in l.& puto.§.1.ff.de fa mil.ercis.quæ sit ratio,vide ibi glo.

ADDITIONES.

Idem Ro.dicit sing.illam gl.consi.328.præsens.nu.9.consi. 444.quo ad primum in fi.Felin.in c.cum venerabilis co. 14.sub nume.44 de excep.Ias.in l.sed & si possessori.§.itẽ si iurauero.col.fi.versi.8.ff.de iureiuran.Nic.Euer.in lo-co legali,à subiecta materia,post eos quos allegat, Nic, Pig.Quilibet habet dimidiam.Hoc limita non habere lo cum quando vsusfructus illius fundi esset legatus in ge-nere cum alijs bonis,puta quando testator legasset fun-dum Titio,& posteà legasset vsumfructum omnium bo norũ vxori,nam talis vxor non concurrit,ita in finalibus verb.C.fami.ercis.quem sequitur Iason in l.cum quæro, co.2.C.de leg.vbi dicit quod est pulchra limitatio,& p singu.refert idem Iason vbi postea reprobauit,in l.re cõ iuncti,co.18.versicu.limita istam in repeti.ff.de leg.3.Itẽ fallit in sententia iudicis, vt per Roman.hic.Et rationẽ diuersitatis inter testatorem & iudicem assignat glossa, sing.in d.l.& puto.§.1. in verb.non communicari,quã pro singlarino.Bal.in pluribꝰ locis,vt refert Ia.in l.si tibi pecuniam co.j.ff.si cer.pet.& in l.centesimis §.fi.col.pe nul.ff.



de verb.oblig.eam etiam pro sing.citat Ange.in §. omnium,col.14.versi.vnum tamen.instit. de actio.

XIX.

1 *Consuetudo reprobata excusat quem à pœna temporali, non gehennali.*
2 *Episcopus administrans sine confirmatione Papæ excusatur à consuetudine in loco vigente.*

1 AN consuetudo reprobata † excuset quẽ à pœna? gl.est singularis quod sic, in c.cum venerabilis.de consue. Quod intelligitur verum à pœna temporali, non gehen-
2 nali.gl.ordinaria.4.dist.c.denique.Et à pœna,† quam in-currit Episcopus administrans sine confirmatione Papæ (vt in c.auaritiæ.de elect.li.6 & in c.nihil.& c.transmissa. de elect.antiquis)excusaretur,si in contrarium esset con-suetudo,licet iniqua.

ADDITIONES.

Ad hoc vide Ale.consi.22.col.2.in 1.vol.consi. 107. penult. & vlt.col.2.vol.facit cons.39.3.vol.Bar.cons.39.in 2.par-te.& glo.in d.c.cum venerabilis.in verbo,migrasset,vbi Abbas.2.col.& Lud.met.cons.466.& Pet.de Anch.consi. 46.quod inci.consuetudo,& consi.271.inci.iure scripto, & cõsuetudine.Faciunt que dicit Zab. cons.132.col.2.Fa cit ꝙ dicit Sãd.in c.1.col.6.ff. de re iud.licet prædicta oĩa non allegat.Vide etiã Frãc. Cre.no.cl.inci.mos puerorũ.

Et idem Ro.cons.466.videtur.Ias.in l.de quibus.nu.8. ff.de leg.in l.1.§.hoc autẽ.nu.25.ff.si quis ius dicen.nõ obtem. in l.sing.col.pen.ff.si cer.peta.Fel.in c.ex tenore.nu.12.de rescr.Petra s.ncta sing.83.Marsi.latè in l.1.nu.99.ff. de si-ca.& in prac.crim.& qm̃.nu.97.Thom.Gram.decisi.50. Marcus.Et adde infra singulari.384. Nicol.Pig.

Idem latissimè cumulat Tiraq.in trac.de pęnis tẽper.aut re-mittẽ.causa.42.nu.1.2.& seq.maximè nu.4. vbi dicit gl. in d.c.cum venerabilis.non esse singularẽ, sed habere cõ sociam in c.deniq;.4.dist.& in c.sanè.de temp.ord. & Io. Baptist.pleniss.in rep.l.si quando.C.vnde vi.in princ.nu. 17.& 18.& in §.vnde ex præmiss.nu.56.& 57.& in §.sed vt opus.nu.18.vers.7.excusantur.Ale.consi.8.col.fi.nu.9. & consi.240.nu.8.vol.6.Dec.in c.nam & concupiscentiã 2.lect.col.3.de constitutio.& dixi diffusius in singu. 384. Gabr.Saray.

Adde ꝙ consuetudo facit licitum quod alias non permit teretur.vt consuluit Are.cons.11.col.pen.Anch.cõs.283. iure stricto.vbi loquitur de cõsuetudine ludendi ad lapi des & armis,& ideo dixit notabiliter Bar.per illum tex.in l.si pignore §.vlt.ff.de pig.act.ꝙ qui facit illud quod solet fieri ab alijs,non solum nõ est in dolo, imo nec in aliqua culpa.& pro sing.commendat Ias.in l.certi condictio.§. si nummos.in 3.no.ff.si cer.peta.vbi latissimè loquitur in materia.Hinc dicimus ꝙ cõsuetudo & stylus notariorũ excusat eos à pœna falsi,ẽm Bal.in l.vnica.versicu. quæro vtrum,& versi.modo sequitur alia conclusi.C.de conf.& in c.1.in prin.de feud.cogn.tradit Ale. cons.70.viso pro-cessu inquisitionis.co.2.ver.& licet Odoricus,& cõs.132. inci.visa facti narratione.li.1.& cons.172.li.2.Dec.cons. 175.Et dicit alibi singulariter Bal. in tit. de pac.cõstan.ꝙ consuetudo habet potestatem etiã in sanguine hominis, & idem Bal.in l.& si seuerior.col.2.ver.oppo.ꝙ iudex.C. ex quib.causis infam.irrog.dicit ꝙ iudex in pœnis debet sequi consuetudinem,sicut legem scriptam.Idem tñ Bal. cons.301.ad euidentiam prẽmittendũ est ꝙ princeps.li. 5.damnat consuetudinem Mediola. ꝙ volens cedere bo nis,ducatur in publicum,& ibi nudus percutiat renes ad columnam, nõ cum per hoc non perueniat aliquod com modum in creditores, nõ debet admitti talis cõsuetudo.

XX.

1 *Procurator debet damnari, quando agitur ordinariè secus si causa committatur procedenda simpliciter,& de plano,et sine strepitu.*
2 *Intellectus l.primæ.C.de senten. & an eius dispositio procedat de iure Canonico.*

1 QVod l.1.C.de sen.ꝙ procurator † debeat damnari,qñ agitur ordinariè,secus si causa committatur proce-denda simpliciter,& de plano,& sine strepitu Bar.in ex-
2 trauaganti ad reprimendum.in versi.figura.item † illa l.1. procedit de iure ciuili, secus de iure canonico. iura sunt multa,& gl.plenè de hoc in c.querelam.de elec.

ADDITIONES.

Et idem tenent Bal.& Dec.in c.in nomine.vterque.co.fi.de test.Nic.Boer.dec.285.quæritur.in prin.dicens illam l.j. non seruari in Frãcia.Et an procedat illa lex in absolutio ne infra sing.452.tex.in l.1.Et adde has duas fal.ad Soc.in reg.fallen.316. Nicol.Pign.

Vide latè per Guid. Papæ decisio.Gratianopoli.431. debet de iure.vbi id diffusè prosequitur. Gabr.Sar.

XXI.

1 *Statuto,vel pacto dictante, quod ciuitas Senarum non possit derogare iurisdictioni potestatis Campagnatici subiecti ei dem ciuitati,an si ciuitas ipsa mittat Vicarium ad castrũ Battignani subiectum eidem Campagnatico, dicatur face re contra statutum,vel pactum?*

1 VIget pactum,seu statutum,† ꝙ ciuitas Senarũ non pos sit derogare iurisdictioni potestatis Cõpagnati subie cti eidem ciuitati Contigit quod ciuitas ipsa mittit Vica riũ ad castrũ Battignani subiectum eidem Campagnati co,nunquid per hoc fiat contra pactum? Dicas quòd nõ, casus est singularis in l.tam collatores,& ibi Barto. plenè. C.de re mili,lib.12.

ADDITIO.

Et idem Rom.in cons.393.præsens,vbi circa hoc sing.fecit illud cons.& in fi.allegat d.l.tam collectores.pulchre per Fel.in c.2.de off.ord.& materiam Ias.post Ale.in l.Titię textores,& in l.quod in rerum.§.si quis post.ff.de lega.1. Dec.in c.cæterum.nu.5.de iud.& in l.in toto.& ibi Cag. ad fi.ff.de reg.iur.& in cons.3.col.2.cons.664.viso. in fin. Matth.de Afflict.decisi.41.Thom.Gram. Decisio.30.in causa. Nico pign.

XXII.

1 *Actio oritur ex confessione iudiciali, secus extraiudiciali, quæ actio, vtilis actio confessoria vocatur.*

1 EX confessione iudiciali oritur † actio.gl.in l. sed si pos-sessori.§.item si iurauero.ff.de iureiuran.licet secus de extraiudiciali,vt l.publia.in fi.ff.deposi. Et vocatur actio illa,descendens ex confessione iudiciali, vtilis actio cõfes soria,tex.est singula.in l.proinde.§.si procurator.ff.ad le gem Aquiliam.

ADDITIO.

Adde Io.Crisp.in tract.termini actio num.1586.Ludo.Bo log.in d.§.si procurator. Nic.Pig.

XXIII.

1 *Mandatum ad vendendum habens, non potest pretium reci pere.Idem in locatore.*

1 QVod habens † mandatum ad vendendum non possit pretium recipere,sicut de locatore, text.est not, se-cundum Guli.in l.1.§.igitur præposito.versic.vel si ad lo-candum.ff.de exercito.

ADDITIONES.

Per Bar.Ale.& alios in l.à diuo Pio.§.sed si emptor.ff.de re iudi.& Gul.de Cun.in l.cuicunq;.§. non tamen.ff.de in-stito.habes text.in oppositum in l. quod seruus.ff.de sol. & est doctrina Bart.not.in l filiæ. eo.tit.

Intellige nisi esset præpositus generaliter ad contrahendũ, vt institor alicuius negotiationis.d.l.quod seruus.& Bar. in l.filiæ.alleg.hic per coapostil.meum,ex sentẽtia ipsius Rom.cons.330.circa primum.2.dubio.& cõsi.461.in eo quod quæritur.in prin.Dicas tñ contrarium esse verius, vt per Bar.vbi supra,& in l.cum qui sibi.ff.de verbo.obl. & doctri.Bar.in d.l. filiæ. non habet dubium secundum Dec.cons.330.conclusio.col.2.De quo per eundem De-ci.post Ias.in l.filius.circa fin.C.de pact.vbi respondet di-cto.§.igitur præpositio, & est vera solutio, quam tenet etiam ibi Andr.Alcia.Et adde infra sing.624. constimo.

Nico.

Nic. Pign.

Adde Lanfran.de Oria.in c.quoniam contra.in verſ.confeſſiones.nu.32.verſi.circa aliud, vbi dictum fuit.de probatio. Gab.Saray.

XXIIII.

1 *Soluere non valens in ære, luat in corpore.*
2 *Luens in corpore, ſi ad pinguiorem fortunam perueniat, an etiam in ære ſoluere teneatur.*
3 *Luitio corporalis cedit loco ſolutionis.*

1 QVod non valens ſoluere in ære, luat in corpore, licet in ciuilib. ſit dubium, vt l. ſi quis id quod. & ibi Bal. ff.
2 de iuriſ.om.iud. & de dolo & contu.c.ſi.circa fi. Quid† ſi poſt luitionem corporis peruenerit ad pinguiorem fortunam, an teneatur ſoluere? Bald.in l.ſi.ff.de in ius voc.di
3 cit q̃ non, ex eo quia fluitio corporalis cedit loco ſolutionis, alleg.tex. quem dicit meliorem qui ſit in mundo, in l.ſed ſi vnius, §.ſed ſi ante.ff.de iniur. Sed tu de hoc alle. gl. or. idem decidentem in c.ſicut dignum.de homi. Et licet aliqui dicant illam ſingularem, tu adde conſimilem in regula, peccatum.de reg.iur.libr.6. & illa gloſ. allegat text.melius probantem.13.quæſt.6.c.ſi res.

ADDITIONES.

De gloſſ.de quibus hic, vide latius per Fel.in cap.ad liberandum.de Iudæ.

Adde tu l.illicitas.§.fi.ff.de off.preſid. & l.interdum.§.qui furem.ff.de fur. Et idem Ro.poſt Pau.de Caſt. & alios in d. l.ſi quis id q̃.vbi Iaſ.nu.25.So.in d.l.ſi. Idē Iaſ.in §.pœna leſ, & ibi Lud.Gomes.nu.16.Inſt.de actio.Nic.Boe.deci. 349.quæritur.nu.4.poſt eos quos allegant. Nic. Pign.

XXV.

1 *Sententia an poſsit ferri contra contumacem in reſpondendo poſitionibus, eo non citato?*

AN contra contumacem in reſpondendo poſitionib. 1 †poſſit ferri ſententia eo nō citato? Quidam auditor Cameræ in Curia Romana decidit q̃ ſic, per dictū Spec. qui hoc tenet in tit.de poſiti.§.8.ad fi. Sed ego protuli cō trarium, quia Io.And.ibidem, & in c.2.de cōſel.li.6. illud reprobat. Et eſt.rō, quia dupliciter quis (hoc caſu) dr̃ contumax. Primo ille, qui iuſſus à iudice, & monitus vt reſpō deat, reculat, & ſic recedit, nam iſte habetur pro cōfeſſo. d.c.2. ſed iure cautum non reperitur, q̃ talis nō ſit citandus ad ſententiam, imo contrarium dr̃ in l.de vnoquoq;. cum ſimi.ff.de re iud. Secundo dr̃ contumax, qui non eſt monitus à iudice, ſed non vult reſpondere, nam contra eum tanquam contumacem proceditur, ſed talis citari debet ad ſententiam. gl. ordin. in cap.2.de dolo & contuma. libro 6. Et eſt caſus in cap. cum olim. de teſtib. Et has rationes Ioann. Andr. not.

ADDITIONES.

Adde quòd iſtud dictum non eſt verum, & contrarium tenet Io.And.in c.2.de confeſ.in no.in 6. & plenius in add. Spe.in tit.de cita.§.viſo.ver. item licet.in fi. & Mag.meus in l.1.col.9.verſi.11. fallit.ff.de offic.procon. & legat.

Et Ro.hic ſequitur Iaſ.in l. nec quicquam.§.vbi decretū.fallen.11.ff.de offi.proconſ. Et comprobat Bart. Cæpol.cōſil.ciui.32.caſu.in 3.dubio. Vide tamen Hipp.de Marſi.in l.de vno quoque, 38. fallen.ff. de re iud. Ale.in l.3.§.ſi ad diem.ff.de re mili. & in l.ſi finita.§. Iulianus.colum.12.de dam.infect. & quæ tradit in ſimili poſt eum Dec. & poſteriores in c.1.col.pen.de iud. Nic.pign.

XXVI.

1 *Conſitens habuiſſe dotem, vel centum nomine dotis, & poſt cōfeſionem partem dotis recipiens, ob id confeſsio ſimulata præſumitur, etiam quo ad reſiduum dotis. Idem in alia debiti recepti confeſsione.*

1 QVod ſi confiteor me habuiſſe dotē, vel centum nomine dotis, & poſt confeſſionem recipio partem dotis, q̃ ob hoc præſumitur confeſſio ſimulata, etiam quo ad reſiduum dotis. tex. eſt ſingularis ſecundum Bald. in l. ab Anaſtaſio. C. man. Et facit, q̃ ſi confiteor habuiſſe centum, quæ mihi debes, & poſtea promittas mihi eadē centum, quæ mihi debes, & poſtea promittas mihi eadem centum, præſumitur facta confeſsio ſpe futuræ promiſſionis. text. eſt ſingularis in l. minor 25. annis cui fidei commiſſum. in princip. ff. de mino. ſecundum Bald. in l. ſi ablentis. columna. 3. C. ſi certum peta.

ADDITIO.

Et idem Rom.conſ.445. conſultatio. circa prin. Ale. cōſ.36. viſo themate. col.2. li.2. Dec. conſ.142. plene. col.2. Curt. Sen. conſi.54. Faciunt quę tradit Bar. & doct. in l. pen. §. ſi vir. n. ſolu. mat. Abb. conſi.73. circa primum. lib.2. & Iaſ. in l. legem. in fi. de pact. Nicol. Pign.

XXVII.

1 *Emptor promittens venditori non expellere habitantes in re vendita donec finiatur tempus habitationis conceſſæ, an illos, qui gratis inhabitant, expellere poſsit?*
2 *Verba dubia contra emptorem debent interpretari.*

1 SI emptor promittat venditori non expellere † habitantes in re vendita, quousque finiatur tempus habitationis conceſſæ, an poſſint expelli illi, qui gratis inhabitant
2 in re vendita? Videtur q̃ non, quia† verba dubia contra emptorem debent interpretari, vt l. veteribus. ff. de pac. Item qui oē dicit, nihil excludit, vt in l. ſi. ff. de penu. lega. c. ſolitæ. de maio. & obed. Sed habes caſum in contrariū vnicum & peregrinum, in l. qui mercedem. §. ſi habitatoribus. ff. de act. emp.

ADDITIONES.

Et illam dicit ſing. Iaſ. in l. item quia. col. 1. verſi. ſecundo limita. ff. de pact. Nic. Pign.

Licet ea pactione ſ̃ miſſa, emptor non poſſit expellere colonos vel inquilinos, ab eis tñ mercedes & pēſiones exigere poterit. d. §. ſi habitatoribus. hic alleg. refert & ſequitur Didac. Couarru. li. 1. variar. reſolutio. c. 15. nu. 5. Gab. Sar.

XXVIII.

1 *Accuſatus de homicidio, ſi faciat articulum, quod hominem occidit ad ſuam defenſionem, & illam probauerit, non eſt abſoluendus, ſed potius puniendus, niſi adiiciat ſe occidiſſe ad ſuam defenſionem neceſſariam.*
2 *Occidere non licet etiam ſe defendendo, niſi cum moderamine inculpatæ tutelæ.*

1 ACcuſatus de homicidio facit articulum, † q̃ hoīem occidit, ſed fecit ad ſuam defenſionem, [a] probauit q̃ in articulo cōtinentur, an debeat abſolui, per regulā l. ſciēti. §. ſi cū aliter. ff. ad leg. Aqui. l. 1. C. vnde vi. l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. cle. ſi furioſus. de homi. Bal. ſingulariter dicit q̃ non, ſed venit potius puniēdus, in l. 1. col. 13. ver. itē tu aſſeſſor. C. de confeſ. Rō, quia† etiam ſe defendendo non licet occidere, niſi cum moderamine inculpatæ tutelæ, vt probatur in iuribus allegatis, & ideo debet adijcere, feci ad meam defenſionem neceſſariam, quod not.

ADDITIONES.

Addi dictum Bal. vide Iaſ. confirmantem quatuor medijs, vbi etiā allegat ſingulare de quo hic, in l. vt vim. col. 2. in prin. ff. de iuſt. & iure. Cæpo. conſ. 42. circa mediū, & conſi. 44. col. vlt. circa. fi. aliquid conſi. 43. in prin. Fel. etiā refert dictum Bal. & ſimpliciter ſequitur, non tñ allegādo p̃dicta in c. ſignifi. caſti. col. 5. circa fi. de homi. Et vide eundē Iaſ. in §. itē ſi quis. col. 5. inſ. de act. vbi prō hoc dicit ſe allegare tex. in l. is qui aggreſſorē. in verbo. in dubio vitæ diſcrimine conſtitutus. C. ad le. Cor. de ſicar. Dicit tñ q̃ quāuis dictū ittud conſueuerit pro ſingulari, reputari, tñ Bal. tenet cōtrariū in l. ſolā. in fi. C. de teſt. poſt Bar. in conſ. 110. inci. quidā Maffiolus. Et in iſtis locis tenēt Bart. & Bal. q̃ ſi teſtis dicit, q̃ fecit ad ſui defenſionē, p̃bat, etiā ſi nihil vltra dicat, qui nō fuit vlterius interrogatus de cā, & pro iſta ſcēa parte dicit eſſe tex. quē reputat ſing. in c. 1. §. ſi q̃s hoīem. de pace tenen. in vlti. feud. in verb. niſi hoc probare poſſit, q̃ vitā ſuā occidēdo defenderit. Et hoc dicit cōprobando Iaſ. in loco proximè allegato, notandū eſſe diligenter contra aſſeſſores, & iudices ſolitos ſequi illud dictum Bal. in d. l. vnica, tanquā veriſſimū, ac veluti q̃dā Apolinis reſpōſum, & nō bene ſuo iudicio, vt ſupra dixi

Inco



In contrarium eſt cōis opinio, quia in defenſione ineſt quę dam qualitas neceſſitatis, quæ videri pōt ineſſe per coartationem loci & temporis, vt per Bar. conſ. 110. quidā. li. Iaſ. & Dec. in l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. Ale conſ. 109. viſis. col. 4. li. 1. Dec. conſ. 54. in cā. in fi. & latè Lud. Carrer. qui Doc. pro vtraq; parte refert, in tract. de homic. §. 6. num. 126. Salua Bald. & Ro. hic quo ad irregularitatē, per ea q̃ tradit Zab. in clem. ſi furioſus 26. q. de homic. Nic. Pig.

Hoc eleganter reſert & ſequitur Celſus Hug. in additio. ad Lanfran. de Oria. in c. quoniam contra. in verb. confeſſiones. num. 22. poſt Lanfran. ibi in additionib. Pro quo vide latè Felin. extra de probatio. vbi multæ remiſſiones habentur. Gabr. Saray.

a Defenſionem. Quādo occidens alium, dicatur feciſſe ad ſuam defenſionem, declarat Bal. in l. 1. col. 4. C. vnde vi. & Sali. in l. 2. C. ad leg. Corn. de ſicar. vbi latè Hippo. Marſi. & idem Hippol. in l. 3. co. tit. poſt Bar. in l. ſed & ſi quæcunque in princ. ad leg. Aquil.

XXIX.

1 *Promittens, vel exprimens in contractu, quod nolit de incendio teneri, an teneatur, ſi illud fiat per ſuam familiam, ſeu per ſei ſum?*

1 SI quis promiſit, vel expreſſit, quod nolit teneri de incendio, tenebitur, ſi illud fiat per ſuam familiam, ſeu per ſeipſum caſus eſt ſingularis. in l. qui inſulam. §. colonus. ff. loca.

ADDITIO.

Et idem Rom. in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. & ibi Iaſ. num. 40. ff. ſi quis cau. Ioan. Fran. Rip. in trac. peſt. 2. parte prin. nu. 40. & facit §. item tria. Inſtit. de excuſa. tuto. & quę ponit Fel. in c. ſi. de teſt. Nico. pign.

XXX.

1 *Statuto diſtante, quod ſi carceratus aufugiat, cuſtodes pœna capitis teneantur, ſi duo ſint cuſtodes, & vnus cuſtos cum carcerato aufugerit. an alter ſtatuti pœna teneatur?*

1 SI dictat ſtatutum, quod ſi carceratus aufugiat, † cuſtodes teneātur pœna capitis, ſi duo ſint cuſtodes, & vnus cuſtos ſimul cum carcerato aufugerit, quod alter cuſtos non teneatur pœna ſtatuti. tex. eſt ſingularis in l. vltima. verſi. interdum. ff. de cuſto. reo.

ADDITIONES.

Et idem Roma. conſi. 395. vt res col. ſi. ver. ſm doct. in d. l. ſi. Are. in tractatu maleficio. in verbo, fama publica pręcedente. nu. 91. Franciſ. Crem. notab. c. Hippol. de Marſi. in rubr. ff. de fideiuſ. q. 17. pulchrè per Nico. Boer. deciſi. quo ad tertiā, qui alios citat. & ponit regulam, qualiter puniatur cuſtos ob fugam carcerati tam pro debito ciuili, quam criminali, & ſubſequenter 4. limitatio. Nic. pign.

Vide plenè notata per Hipp. de Marſil. in practi. crimi. in §. attingam. nu. 72. & 73. Et per Amadæum de Caſtello in tract. de Syndica. in gl. Item in eo quod dicti ſocij milites. num. 98. in fin. quem vide. Et latius dixi in apoſtil. ad Francil. Cremen. ſing. 100. Gab. Saray.

XXXI.

1 *Dictum conductus, vt fiat opus, non tenetur de vitio operis.*

1 SI quis conducatur dictim vt fiat opus, non† tenetur de vitio operis. caſus eſt ſingularis in l. ea lege. §. locaui. & ibi Bart. exclamat. ff. locati.

ADDITIONES.

Idem tradit Rom. conſi. 297. in caſu in prin. Fran. Cremen. notab. 80. promiſiſti. vbi ponit rationem. Bal in l. 3. num. 3. C. loca. Nic. pign.

Adde Bar. in ſing. 122. inci. qui locauit operas ſuas. Gab. Sar.

XXXII.

1 *Teſtium publicatio non inducitur ex viſione exempli dictorū ipſorum teſtium, vſque adeo vt pars vlterius producere non poſsit.*

1 VIſo exempli dictorum teſtium non inducit† teſtium publicationem, adeo quod pars nō poſſit vlterius producere. Bald. not. per illum tex. in l. vltim. ff. quemadmo. teſta. perian.

ADDITIO.

Adde Fel. in c. vltra tertiam. col. 2. & c. fraternitatis. col. 6. de teſtib. Soci. in tract. fallen. reg. 403. fallē. 23. Dec qui alios citat, in cap. 1. in prin. extra de fide inſt. Sebaſt. Vantius in trac de nullita. proceſ. in rubr. quoties, & intra quod tempus de nullitate agi poſſit, nu. 39. Et adde alium caſum infra ſing. 81. & ſingu. 786. Nicol. pig.

XXXIII.

1 *Ludouicus Romanus in die ſanctæ Catharinæ fecit Romæ ſolennem repetit. auth. ſimiliter. C. ad leg. Falcid. cum maxima gentium frequentia.*
2 *Sanctorū feſta quare celebrentur in die, qua mortui ſunt, & non in die, qua nati fuerunt?*

1 QVia cras eſt feſtum beatæ Catherinę, in qua† die iam eſt annus, feci Romę ſolennem repetitionem auth. ſimiliter. C. ad legem Falcid. in quo tot gentes fuerunt, ſicut in aliqua vnquam fuerint, & quia eſt mihi deuotiſſi
2 ma, quæro, quare celebremus feſta † ſanctorum in die, qua mortui fuerint, nō in die, qua nati ſunt? Reſpondeo, quia illa die, qua moriuntur, naſcuntur ad gloriam, glo. eſt in l. cum quidam. ff. de annu. lega.

ADDITIONES.

Tu dic quod eſt alia glo. in §. cum autem. in verſi. naturalibus. Inſt. de inge. Panor. in c. licet, in ſecundo notab. de ſerijs allegat ad hoc aliam gloſſ. in cap, licet in quadrageſima. 33. q. 4. quas gloſſ. non ignorauit Anto. Sicul. ſingu. ſuis in verbo feſtum.

Adde Franciſc. Rip. in l. hęredes mei. §. cum ita. col. 2. ff. ad Trebellia. Nicol. pign.

XXXIIII.

1 *Sponſa quare ex conſuetudine ad minus ſtet per annum, quod per virum ad domum non traducatur.*
2 *Gratior eſt fructus, quem ſpes producit in æuum.*

1 ITem pro ſolatio, quęritur, conſuetum & obtentum eſt, vt ſponſa ad minus ſtet per annum, quod per virum ad
2 domum non traducatur, quæ eſt ratio? Reſpondeo ratio eſt, gratior† eſt fructus, quem ſpes producit in æuum, vide verba text. 27. q 2. inſtitutum.

XXXV.

1 *Teſtator ſi leget duos ſeruos de ſuis Titio, per eum eligendos, reliquos vero Seio, repudiante Titio, Seius omnes habebit, virtute verbi, reliquos.*

1 LEgo de meis duos ſeruos † Titio per eum eligendos, reliquos vero Seio repudiante Titio, Seius omnes habebit, non iure accreſcendi, cum ſint diſiuncti, ſed virtute verbi reliquos, caſus eſt notabilis in l. cum optio. ff. de optio, legat. ar. l. cæterorum. ff. de verbo. ſignifi. & l. 2. C. de hæred. inſtituen.

ADDITIONES.

Et l. poteſt reliquorum. ff. de verb. ſignificat. & ponit Alcia. in dicta l. cæterorum l. latè Iaſ. poſt alios in d. l. 2. C. de hæred. inſtitu. Nicol. pign.

Adde ea quæ notat Barto. in l. Gallus. §. 2. in fin. ff. de liberis poſthu. Gabr. Saray.

XXXVI.

1 *Legatarius prædiorum, grauatus reſtituere quicquid ad eum ex hæreditate peruenerit, non tenetur ad fructus, niſi is eſſet teſtatoris creditor.*

1 QVod, licet legatarius, cui prædia† ſunt, relicta, grauatuſque ſit reſtituere quicquid ad eum ex hæreditate peruenerit, non† tenetur ad fructus. l. quod his verbis. ff. de leg. 3. & l. ita tamen. in prin. ff. ad Trebel. Tamen hoc fallit, vbi legatarius eſſet teſtatoris creditor. caſus eſt ſingularis in l. cum quis. §. mulier. ff. de dote præleg. nota bene rogo te, & non excat de memoria tua.

ADDITIO.

Adde quod ille tex. eſt diligentiſſimè not. ſecundum Ale. in l. hæredes mei in prin. & in l. baliſta. circa. fi. ff. ad Treb. Et eum amplia, vt procedat etiam in inſtitutione. Fran. Rip. in l.

in l.in fideicommissariam.in 15.limita,primæ regulæ.ff. ad Trebel. Nic.Pign.

XXXVI.

1 QVid si ecclesia læsa velitſ aduersus contractum initũ cum laicore stitui coram quo iudice debet illud pete re? Videtur quòd coram iudice laico,per regulam c.si cle ricus laicum.& c.cùm generale.de foro competen. & l.2. C.quis & apud quem.Sed tamen contrarium est verum, quia illud fallit in ecclesia.dictum est Inno.in dicto cap.cũ sit generale.ad fin.allegat duo iura, quę optimè probant, c.1.de in integ.resti.& c.penul.de reb.eccle.non alie. & ita
2 pridie consului.Sed tnunquid idem in clerico,quod in ec clesia? Dic quòd sic,etiam in patrimonialibus, secundum Anto.in c.constitutis.de in integ.resti.

ADDITIONES.

Adde quòd eum refert & sequitur Sand.ibi col.2.versi.eccle sia restituitur.& Panor.in c.constitutis.col.1. de resti. in in teg.Adde Panor.in d.c.constitutis.per illum text. in 1.col. Arch.in canonibus.16.q.1.& Sand.in cap.cùm sit genera le.col.2.ver.amplia etiam.de foro compe.
Adde quòd consi.Ro.non inuenio,sed Inno. sequitur Abb. in d.c.cùm sit generale.col.4.& alij ibi & in d.c.1.col.fi.& d.c.penul.col.1.& Phi.Frã.in c.1.co.1.de restin.integ.lib.6. Vide tamen Augu.Bero.in d.c.1.nu. 162. & disputantem contrarium.de resti.in integ.Nico.Pig.
Adde Didac.Couar.lib.1.variarum lectionum,c.4.nu.2.versſ. cęterum iure. Gab.Saray.

## CXIIII.

1 *Minor petens,restitutionem aduersus vnum articulum cau sæ,an teneatur illũ specialiter exprimere:an verò sufficiat generaliter se læsum dicere in tali causa?*

1 MInor vult petere restitutionem aduersus vnum arti culum,an debeat illum articulũ exprimere specia liter, an verò sufficiat se generaliter læsum dicere in tali causa? Dic quòd aut illam restitutionẽ petit à iudice infe riori,& non procedit libellus ille generalis. Aut à princi pe,& tunc secus.tex.est singularis,de quo ibi Bar.multum miratur in l.minor autem magistratus.§.1.ff.de mino.

ADDITIO.

Adde eundem Rom.& Iaſ. in l.nã & postea.§. si minor.ff.de iureiuran.vbi ponunt qualiter formetur libellus, & quæ requirantur in eo,post eos quos allegãt.& Ang. Are. in §. si quis agens.col.7.Instit.de actio.Nicol.Pign.

## CXV.

1 *Procurator si est dubium de mandato,admittitur cum cau tione rati,nisi dominus sit præsens,nam tunc tenetur com parere,& sui procuratoris personam firmare.*

1 VLtimò volo tibi dicere duo dicta in materia procu ratorum.Tu habes quòdſ si est dubium de mandato, procurator admittitur cum cautione rati.l.1.C.de procur. Illud tamen limita singulariter quoties dominus est præsens,quia tunc debet comparere, & sui procuratoris personam firmare.text.est vnicus secundum Ang.(qui in hoc aliquid boni dixit)in l.mutus.§. is qui.ff. de procurat.

ADDITIO.

Et hoc sequuntur Bal. Castren. & alij in d.§.is qui Alex.in addi.& lec.col.3.in d.l.1.& ibi Iaſ.col.1.2. fallẽ.C.de procu. Soci.in tract.fallen.regula.318.fallen.1.Hippo.singul.228. agens.Et illum.§.extendit ad filium Pau.Castren. in l.si lõ gius.§.1.in prin.ff.de iudi.Nicol.Pign.

## CXVI.

1 *Procurator actoris constitutus ad agendum, censetur etiam constitutus ad defendendum.Secus in procuratore rei.*

1 SEcundò procurator constitutus ad agendum, ſ censẽ tur esse constitutus ad defendendum.l.mutus.§. pœnã. ff.de procura.Quod intellige verum in procuratore actoris,secus in procuratore rei,quia ille, licet sit constitutus ad agendum,nunquam intelligitur constitutus ad defen dendum.casus est vnicus in c.constitutus.de procura. Le gistis penitus incognitus, & etiam nonnullis Canoniſtis, & mirabilis tex.ille tene menti.

ADDITIONES.

Adde quòd te.in d.c.constitutus.videtur ita intelligere Abb.

ibi

ibi col.2.versi.in gloss.in verbo, solummodo, quam dicit sensisse domi. Anto.

Adde ibi Abb.col.fi.versicu.secunda solu.Deci. in c. insuper. vltim.notab.de testi.Moder.Arimi.in tract.nullit.rubri.de nullita.manda.nu.81. Nico.Pign.

CXVII.

1 *Mora reipsa contrahitur in minore eius fauore, idem in causis pijs.*

1 TV habes, quòd in minore contrahitur eius † fauore mora reipsa.l.in minorum.C.in quibus causis in inte. & l.Titia.§.vsuras.ff.de leg.2.Et idem dicas in causis pijs. glo. est singularis, quam nunquam sciui, nisi hodie, Insti.de act.§.ex maleficijs.in verb.in iudicium.

ADDITIONES.

Vide Ias.latius cõfirmantẽ in d.§.ex maleficijs.col.10.Adde etiã ꝙ eodẽ modo in fisco fit mora reipsa absque aliqua interpellatione.gl.est in l.cũ quidã.§.fiscus.in verbo, inferunt.ff.de vsur.quã pro singulari ad hoc allegat Ludoui.in d.l.si ex legati causa.ff.de verb.obliga.& idẽ de fisco, quod reputat valde notabile,dixit Bal.in l.1.C.de his q. vt indig.

Et Bal.in authen.hoc amplius.col.2.C.de fideicom.Alexan. qui alios citat in l.quod te.col.4.ff.si cer.peta.Matth.nota.44.Nic.Euer.in loco,à minore ad piam causam.Soc.in regu.269.fallen.3. Nicol.Pign.

CXVIII.

1 *Actio descendens ex donatione causa mortis est stricti iuris: habet tamen instar bonæ fidei.*

1 CErtum est,quòd actio†descendens ex donatione causa mortis est stricti iuris.§.actionum.Insti.de actio.habet tamen instar bonæ fidei,sicut actio ex testamento.casum habes vnicum,iuncta gloss.in l.Seia.§. bonæ fidei.ff. de donatio.causa.mor.& ita extendit gloss.in dicta l. in minorum. C. in quibus causis in integrum restitutio. sicut Coriarius corium.

ADDITIONES.

Adde Ias.in §.actionum.col.3.Insti.de actio.

Et ille tex.ad hoc est melior de iure secundum Alex.in l. vinum.num.17.ff.si cer.peta.post Io.de Imo.in d.l. Seia. Et hoc ibi notat Bar.& Deci.in c.venerabilis.col.5.versi.& ꝙ dicitur.de excep. Nicol.Pign.

Adde quæ scribit Didac.Couar.in 3.parte.rubri.extrà de testamen.nu.18.fo.21. Gab.Sar.

CXIX.

1 *Vasallus non præstans fidelitatem domino, priuatur feudo, nisi feudum sit exiguum.*

2 *Feudum magnum, vel paruum, quod nam sit, quomodo cognoscatur?*

1 TV,qui habes feuda in partibus, bñ scis,ꝙ si † vasallus non præstat dño fidelitatẽ,priuatũ feudo.Quod tamẽ intellige,nisi esset feudũ exiguum, tunc.n. licet vasallus non præstet fidelitatem,non priuatur.(cognoscitur enim

2 †feudum magnum,vel paruum ex qualitate personæ,puta,quia Imperator daret vni magno Comiti vnũ castrunculum:)ita limitat Bal.totã materiã feudorum in c.1.§.est & alia,quæ fuit pri.cau.bene amit. in vsibus. feud.allegat te.vbi etiã dicit tex.singularem in c.1.§.de fidelitate.de capi.extraordi.Cor.eo.& li. & ideo allego tibi principaliter Bal.& non tex.quia illa rub.in paucis libris reperitur.)

ADDITIO.

Sequitur idem Roma.consi.367.circa primum.col. penu.in 3.fallen.vbi extendit ad fœminam.Mat.de Afflict. in dict. §.est & alia.col.2.& in c.1.notab.1.de controuer.inuest.& in c.imperialem.12.notab.nu.79.de prohibi.feud.alie. per Fed.vbi plura de modicitate cumulat. Et confirma suprà singu.17.97.& infrà sing.334.Nicol.Pign.

CXX.

1 *Dictio quandoque, in legato quomodo exponatur.*

1 QVid diceres,si lego tibi decem quandoque, quid hoc importet? dic† quòd illud quandoque exponitur, idest,quam primum potuero.casus est singularis in l.rogo.ff. quando dies leg.ced.

CXXI.

1 *Rationem administrationis pecuniæ datæ ad trafficandum, reddi, an peti possit in principio, vel in fine anni?*

1 QVero,quando possit peti reddi rationem administrationis†pecuniæ datæ ad trafficandum? Dic quod solum in fine anni, casus est singularis in l.neminem.C.de suscep.& arca.lib.10.

ADDITIO.

Et sequuntur Bar.& alij ibi. Corset.notab. in verb. mercator. Ias.in §.sequẽs.nu.43.insti.de act.decisi.ca.Tholo.447.Io. Lup.in cap.per vestras.§.si.col.4.& penult.de donat.inter vir.limitans vt per eum.Cõtrarium,quòd cessante calumnia possit quãdocunque peti,tenuit Bal.in rub.C. pro soc. nu.5.idem Ro.consi.168.circa primum.tertio dubio. Ias. in l.vnica.C.de erro.calcu.in princ.& in l.nummis. in fi.ff. de in lit.iuran.Vide tamen Modern. Anco. distinguen.in tract.de merca.titu.de contract.merca.nu.8.Nico.Pig.

CXXII.

1 *Minor, mulier, & miles non sunt idonei fideiussores in rem alterius, secus si in rem suam.*

1 TV scis,quòd minor,mulier,& miles non sunt†idonei fideiussores.Intellige cum in rem alterius fideiubẽt, secus si in rem suam. casus est secundum Guili. de Cun. in l.de die.§.1.ff.qui satis.cog.

ADDITIO.

Et illum dicunt sing.idem Ro.Castren.Ias.& alij ibi. Ni.Pig.

CXXIII.

1 *Idoneus ad pugnam, & ad prælium, cuius ætatis quis esse censeatur.*

1 VLtimò fit aliàs maximè per Regem, præceptum,ꝙ de†qualibet familia vadat vnus ad præliũ, de qua ętate quis censetur idoneus ad pugnã? noua est quæstio. Dic quod 18.annorum.gloss. est vnica, quam potes quærere si vis in cap.1.circa prin.in glo.in verb.à decimo octauo anno.de pace iura.fir.in vsibus feud.

ADDITIO.

Quæ ætas dicitur plena pubertas.l.arrogator.§.non tantum. ff.de adopt.Et quot sint ætatum gradus, tradit Alcia.in l. pueri.ff.de verb.sig.& li.10.Parerg.c.10.Io.Coras. in l.precibus versi.ætatis suæ.C.de impub.& alijs substi.Nic.Pig.

LXXIIII.

1 *Soluens pro alio inuito, repetere solutum non potest.*

2 *Medicus, qui ægrotum inuitum curauit, potest salarium suum petere.*

1 TV habes,quòd ille qui pro altero soluit eo inuito† nõ potest postea repetere, vt in l.si.C.de neg.ge.& l.si ꝓ

2 te.ff.mand.Sed† quid in medico qui aliquem ægrotum curauit inuitum? Dic quod potest salarium suum petere. gl. est singularis, Legistis ac pene Canonistis incognita. 83. distinct.c.prouidendum.

ADDITIONES.

Et sequitur Alc.in d.l.si.& in l.Stichus.ff.de penu.leg.Abb.cõsi.91.quo ad primũ.2.vol.Cors.in notab.in ver.expẽsa.Deci.& Cagno.in l.inuito.ff.de reg.iur.& Deci.in cõs.691. in facto.Frãcis.Rip.in tract.pest.parte vlt.de Med. N.P.

Idem tenet And.Tiraquel.in tracta.de nobilita.c.6.num.37. versi.adde & tex.& Spec.in titu.de salarijs.§.si.vers. sed qd si infirmus.Feli.in c.contingit.ti.2.de senten.excom.& latissimè per Ferdinand.Gomiti.in l.27.Tauri.fo.175.num. 104.& per Didac.Segur.in repetitio.l.1.§. si vir.nu. 123. ff.de acqui.possess.& qualiter medicus debeat petere suũ salarium,& de forma libelli,tradit Guid.Pap. Decis. Gration op.394.in fi.post Cyn.in authent.dos data.C. de donatio.ante nupt. Gab.Sar.

*Adde ad materiam ꝙ licet beneficium inuito nõ detur, vt l.inuito.ff.de reg.iur.tamen, vt dicit Bal.in l.vlti.in 2.q.C. de nego.gest.si amicus meus est in periculo perdendi personã,nisi pro eo soluerẽ certã summam, & ego soluã hãc summã eo vetãte & inuito,quòd possum repetere, & sic beneficiũ cõfertur in inuitũ. Et hanc decisionem Bal. sequitur Alex.in l.quamuis.ver.& ista pręstant.ff.sol. matri.

& l.dia.

& Fel.in c.pastoralis.§.pe.col.1.de of.dele.vbi latè ponit Hinc decidit no.Io.An.in c.cũ C.laicus.de fo.cõp.li.6.vt retulit Feli.in c.si qñ fallen.1.de of.dele.ꝙ si reus est cõdẽnatus in mille,quę si nõ soluerit intra decẽ dies, amputari ei debeat pes,aut manus,nõ auditur si potius vult eligere pœnã corporalem, quã soluere dictam condemnationẽ pecuniariã, imo hoc casu poterit tertius eo inuito soluere,& post liberationẽ repetere pecuniã, & hóc idẽ concludit Bal.in l.cõmissoriæ.C.de pac.inter emp.& vendi. & in c.cũ ab hoĩe.col.vl.de iudi.quem refert & sequitur Ias.in l.si ex toto.§.vlt.in finalibus.verb.ff.de leg.1. Hinc etiã dicimus,ꝙ miles & donator non possunt renuntiare beneficio,ne conueniãtur,nisi inquantũ facere possunt,vt latè ꝑ Ale.in l.alia causa.§.1.ff.sol.ma.Hinc dicit Bar.in l.non tãtum.ff.de appe.quòd pro reo iniustè condemnato põt tertius appellare etiam eo inuito.cum multis cõcor.per Alc. ibi aggregatis.& Felin.in c.quærenti.de offi.deleg.

CXXV.

1 *Procuratoris cõstitutio per metũ facta, an sit ipso iure nulla?*

1 QVæro,an cõstitutio procuratoris† sit nulla ipso iure ꝑ metum? Dic ꝙ sic,dictũ est Host.vnicum, relatũ per Io.An.in c.Abbas.quod met.cau.allegat tex.in c.accedens.de procurato.qui,per animam meam,nihil facit.

ADDITIONES.

Tu dic quòd de confessione procuratoris Hostien.ibi nihil dicit,sed bene dicit de constitutione procuratoris: Et inquantum Ro.dicit tex.per Host. allegatum nihil facere, adde Panor.in d.c.Abbas.col.4.circa fin.

Adde quòd est duplicatum infrà singulari 760. Ni.Pig.

CXXVI.

1 *Mandatum generale sufficit ad petendum in integrũ restitutionẽ super incidẽti, nisi procurator velit restitui aduersus interlocutoriam super incidenti latam, & post decem dies.*

1 VOlo tibi dicere vnum dictum Io. An. multũ singulare. Tu scis, †ꝙ ad petendum in integ.resti.super incidenti sufficit generale mandatum.gl.ordi. in c. suscitata. de in integ.restitu.in l.si.C.vbi & apud quem. & l.illud.§. si talis.ff.de mino.& Bar.ponit in ti.de no.ope.nunci. non recordor vbi. Quod tamen fallit, nisi procurator vellet restitui aduersus interlocutoriam super incidenti latam, & post decem dies:nam tunc non potest sine speciali mandato.dictum est Io.An.in c.coram felicis.de in integ.resti.& ita pronunciaui iam est forte annus cum dimidio, & expediui Episcopum Trigoniensem in causa trium. vel quatuor milium Ducatorum.tene menti.

ADDITIONES.

Adde ꝙ ratio est, quia post lapsum decem dierum transiuit interlocutoria in rem iudicatam,vt in cap.cùm dilecti.de elect.vnde potest amplius dici, quòd restitutio incidit in causam.de cuius tamen veritate,vide Panor. distinguentem in d.c.coram felicis.2.col.Et quia Roma. hic allegat Barto.de no.oper.nun.& nõ recordatur de lege, dic quòd est in l.cum procura.in princ.vbi vide magistrum meum magistraliter loquentem.

Latè id habetur decisio.Capel.Tholos.55.& ibi per Aufrer. & per Didac.Couar.lib.1.variarum resolutio.c.6. in prin. Iure tamẽ Consti.Regni Neapolitani hodie sufficit gñale mãdatũ ad petendũ in integrũ restitutionem,vt videlicet, in consti.inci.beneficiũ restitutionis.in ti.de restit. reipublicæ. An autem iudex motu proprio parte non petente possit minori in integrum restitutionem cõcedere, tradit idem Ro.infrà sing.462.incip.quòd iudex.& aliquid sing. 272.ita ecclesiæ competit.& ibi in addi. Gab.Sar.

CXXVII.

1 *Papa solus est idoneus testis, & probat etiam in his, quæ ipse vidit ante promotionem ad papatus apicem.*

SAnctissimus pater Eugenius Papa,cum esset in minoribus constitutus,solus vidit( existens Cardinalis ) quòd metu fuit facta per bonæ memoriæ Papã Martinum,quędam resignatio beneficij,itaque volens metum passo fauere,consuluit quatuor nos auditores,nunquid c.cùm à no-

1 bis.de testi.disponens,†ꝙ solus Papa est idoneus testis, & probat,habeat locũ in his,quæ Papa viderat ante promotionẽ ad papatus apicẽ? Quid respõdisses tu(qui nõ vis studere)Imperatori,cũ esset hic,quia idem esset in eo? Certè nos multũ musitauimus,finaliter ego reperi duas glo. Io. An.singulares,tenẽtes, ꝙ sic, & iõ lætus tũc accessi ad dominum nostrũ,vna est in verbo statuit.in c.1. de renun.li. 6.& illam putabam singularẽ,postea reperi aliam consociã in c.ad apostolicæ.in verbo promisissent.de re iudi. libr.6. & multum gauisus sum,& ita fuit iudicatum.

ADDITIONES.

Adde ꝙ refert & sequitũ Sand.in c.sicut circa prin.ver.limita.nisi.de proba.Et ꝙ credatur dicto Cardinalis solius si efficiatũ Papa,allegat tex.in c.querelam.de elect.& ibi Abb.in cle.1.de reli.& vene.san.in ver.nos dũ in minorib. &c. & tex.in c.cùm olim.1.in ver.quorundã fratrum. de priuile.

Adde Fel.in d.c.cùm à nobis.2.notab.Io.Crot.in tract.de testi.in 4.par.prin.in fi.Aug.Bero.in c.sicut.nu.54.de prob. qui dicit in pũcto iuris esse veriorẽ opinionẽ, quòd Papæ vt testi,quo ad litis decisionẽ inter litigantes,non est credendũ.Ias.in l.admonendi.co.70.nu. 190.ff. de iureiur.Limita vt per ipsum Ro.cõs.350.in casu.tertio dubio.Limita etiam vt per Fran.de Are.consi.23.in præsenti. in secũdo dubio.Tho.Grã.decisi.64.orta.nu.10.& seq.& Clau. Seyssel.in auth.si quis in aliquo.col.fi.C.de eden. Ni.P.

CXXVIII.

1 *Pater, si relicta legitima portione filijs, extraneos fecerit hæredes, & post eius mortẽ bona sine aliqua hæredũ opera creuerint, an filij illius incrementi possint legitimam petere?*

1 VOlo tibi vnũ dicere, de quo fui pridie interrogatus, Pater †relicta legitima portione filijs,extraneos fecit hæredes, demum post mortem patris creuerunt eius bona sine aliqua hæredũ opera,an filij illius incrementi possint legitimam petere? quid dices? Certè tu habes de hoc duos tex.egregios,quòd non,& tene menti illos,in l.etiã. §.vlt.& l.si patronum ex debita.§.fin.ff. de bon.lib.nunquam exeant mentem tuam.

ADDITIO.

Adde l.in rõne falcidiæ morte seruorum. & ibi Castr. Alex. in l.in quantitate patrimonij.ff.ad l.Falc.Ias.in auth. nouissima.nu.5.& in l.cùm quæritur.C.de inof.testa. Rip. in c. cũ M.Ferrariensis.nu.38.de const.& in l.in quartã.nu.46. ff.ad leg.Falc.latè per Nicol.Boer.decisi.62.si pater.Tho. Gramma.decisio.57.Iacobus,post eos quos allegant, Decisio.Neapoli.382.in causa.cùm alijs allega. per Cagnol. in §.quarta.l.Papinianus.ff.de inofficio.testam. in quinto præsupposito. Nicol.Pign.

CXXIX.

1 *Fideiussor intercedere non potest in causa criminali, vbi debet imponi pœna mortis, sed contraria consuetudo valet.*

1 TV scis,quòd in causa criminali,vbi debet† imponi pœna mortis,non potest fideiussor intercedere, vt dicit Bart.in l.si quis reum.C.de custo.reo. Sed an valeat consuetudo in contrarium? Dic quod sic.glo. est singularis in verbo,supplicium.23.q.5.cap.cùm homo.

ADDITIONES.

Vide Sand.in c.legebatur.col.2.de maio.& obe. & aliquid in c.contingit.col.2.in fi.per gl.ibi de senten.excommu. Intellige prædicta quòd valeat consuetudo in contrariũ, vt s.fideiussor volens possit puniri, & non aliter. ita eleganter declarat Fel.in additionibus ad Abb.in expositione decreti.co.vlt.Ad prædictam gl.faciunt etiam quæ dicit Sande.in c.sicut cõsuetudo.col.3.in fi.& prin.seq.de ꝓb.& c. cognoscentes.col.2.circa prin.de consti.Facit de ea mẽtionem idem Lud.consi.15.plenè per Saly.post Cyn. in l. ad commentariensem.C.de cust.reo.

Adde Cæpo.in l.si fugitiui.nu.6.C.de ser.fugi.& in cõs.39. Lucius.nu.56.Ang.Are.& ibi Arimi.in trac.malefi.in verbo,Pro quibus Antoni.in prin.tradũt ordinarij Fel.& Deci.in 2.lect.co.2.& alij in c.cognoscentes.de consti.& idẽ Deci.in c.sicut co.7.in prin.de ꝓba.Hipp.de Marsi.in pra

cti.crimi.in §.attingā.col.2.post eos,quos allegāt. Ni. P.

Idē tenet Roder.Suares in tract.de fideiussor.in cau.crimi. fo.7.versi.30.limit.fo.108.Chasſæn.in consue.Burgun.in ti.*des iustices*.rub.1.§.5.fo.59.col.2.nu.167.Petr.de Vbal. in tract.de pace constantiæ.nu.75.Et plenè per Pet.Duenas in reg.331.incipi.fideiussor de iudicio sisti, habet beneficium excussionis.in fin. Gab.Sar.

CXXX.

1 *Iudex, si pronuntiet se iudicem competētem, sententia illa dicitur interlocutoria, & ab ea appellari potest. Et an possit per iudicem ordinarium, vel delegatum reuocari de consensu partium si ab ea non est appellatum?*
2 *Intellectus l.si præses quasi desertam.C.quomo.& quā.iudex.*
3 *Baldi maxima est authoritas.*

1 SI iudex pronuntiat se iudicem competentem, † illa est sententia interlocutoria, & ab ea appellari potest.gloss. habes singularē in auth.habita.C.ne filius pro pa. Sed nunquid possit per iudicē reuocari? vr̃ q̄ sic, per regulā l.quod iussit.ff.de re iudi.c.cū cessante.de appe. Sed tñ contrariū est verū.casum habes singularē in c.significantib. de offi. delega.q̄ non possit reuocari tunc cū consensu partium. Quod limita dupliciter. Primò illud verum in delegato, secus in ordinario, ſm Bal.inuestigatorem egregium in l.
2 si præses quasi desertā.C.quom.& quā.iudex.Nec † dicas q̄ ibi nō loquatur in snīa illa,quando se iudicem vel nō iudicem pronuntiat:nam loquitur in desertione appellationis,q̄ idem est.Sed certè ille textus non facit,quia loquitur qñ sententia fertur contra minorē indefensum, & sic intelligitur,vt l.cum minores.C.si aduer.rē iud.& l.cōtra
3 pupillum.de re iud.tene tamen menti: † quia maxima est eius authoritas.Secundò limita illud verum,quando non est appellatum:aliàs secus.Domini de Rota simpliciter in deci.86.si à pronuntiatione.in nouis allegāt tex.in c.cùm dilectus Io.vltim.de præben.secundum vnum intellectū, & verum.ibi est casus,& istud ignorauit Bald.

ADDITIONES.

Adde quod opin.Bal.videtur verior secundum Fel.in d.c.significantibus.Ad quod vide Feli.in c.qualiter.1.col.5.fallen.2.post Maria.Soci.& alios quos allegat in 2.limita.de accus.Adde do.de Rota decis.84.idem si auditor.in nouis. de appe.8.sequuntur doct.in c.peruenit.de appe.& d.c.cū cessante.& Abb.in d.c.cùm dilectus.quem text.dicit ibi esse ad hoc valde singularem secūdum vnum intellectum Sand.in d.c.significantibus.circa principi.vbi etiam tradit duas alias limitationes.

Et Bal.sequitur ipse Ro.consi.358.in præsenti.in fi. Castren. in d.l.quod iussit.& in l.2.ad fi.& ibi Ias.col.8.ff. si quis in ius voca.&c.Deci.in d.c.cum cessante.3.col.Contrarium sequuntur Alex.Ias.Rip.in d.l.quod iussit.Fel.post Soci. in cap.qualiter.extrà de accusat.

Secundò limita.Adde quòd cōtrarium tenet Ale.& ibi Rip. sub nu.18.in d.l.q̄ iussit.Cald.& ibi Imo.in d.ca. cū dilectus.prout eos refert Dec.vbi suprà,qui sequitur opi.Ro. hic,quæ est communis.Et aduerte, quòd Roma.videtur tenere,q̄ iudex non possit reuocare interlocutoriam suę cōpetentiæ,quia contrariū est verū,vt per Ias.in d.l.2.co. 8.versi.an aūt.ff.si quis in ius voca.Papien.in forma interlocutoriæ qua quis se compe.pronun.in prin.nu.6. N. P.

Et vide Aufrer.decisi.Tholos.185.Sed quid ecōtra,si iudex se non esse iudicem competentem pronuntiet, an possit illā interlocutoriam reuocare? scribit Guido.Pap. decisio. Grationop.436.nu.93.versi.84.quæro. Gab. Sar.

CXXXVI.

1 *Creditor pupilli tutor esse non potest.*
2 *Creditor an possit esse curator hæreditatis iacentis?*

1 VOlo tibi dare vnum casum singularē. Tu scis † quòd creditor pupilli nō potest esse tutor.auth. minoris.C.
2 quit.dari pos.Sed † quid in curatore, qui datur hæreditati iacenti,an creditor possit esse? Dic quòd sic, casus est singularis,qui quotidie versatur in oculis tuis, & nunquam aduertisti,in l.debitor.ff.de neg.gest.

ADDITIONES.

Et l.2.§.quæritur vbi Bar.& Ale.ff.de cura.bo.dā. & hoc notādū dicit Bal.post Guli.de Cu.in d.l.debitor. Ale. in additio.in d.auth.minoris.in prin.Et illā vnicā & singularē dicit ad aliud propositum idem Ro.consi.187.in re. N. P.

Ad hoc vide Aufrer.decisio.Tholosa.48. Gab.Sar.

CXXXII.

1 *Confessio rei sine indicijs non valet, & an si indicia superueniant post quæstionem habitam, illam confirment?*

1 TV habes,q vis ire in birrariā,q̄ † nō valet cōfessio sine indicijs,vt l.1.in pri.ff.de q.Sed an si īdicia supueniāt post quæstionē habitā,illā cōfirmēt? Dic q̄ nō gl.est fin.in l.mari.ff.e.ti.de qua multū gaudet Bal.in l.fi.C. de accusa.

ADDITIONES.

Et idem Ro.consi.167.Antonius.nu.6.Ang.Are.de malefic. ver.fama.nu.101.& ibi Aug.Bar.& Hippol.in d.l.maritus idē Hipp.in l.pe.nu.10.& nu.28.ff.de quæstio. & in §. diligenter.nu.182.in practi.crimi.Bal.in ca.ad nostrā. in fi.de pba.Deci.in c.at si clerici.in prin.octaua limi.& ibi Aug. Bero.nu.58.de iud.& in l.qđ ab initio.ff.de reg.iu.Hiero. Gigas in tract.crimi.læsæ maie.li.2.ti.quo.& p quos &c. q.1.nu.29.Ni.Boer.dec.259.iudex.vbi disputat, an iudex condēnans ad mortem, & sententiā exequens antequam plenè sibi constaret,excusetur,si postea plenè cōstet.N.P.

Adde notata per Celsum Hugo.in additio.ad Lāfr.de Oria: in c.quoniā contra.in ver.confessiones.post prin.in addit. inci.adde Feli.in c.qualiter.nu.17.extrà de proba. Gab. S.

CXXXIII.

1 *Procurator generalis alienare non potest.*
2 *Alienata nulliter per procuratorem, an in legato veniant, si à domino testamentum condente ita dicatur: Relinquo procuratori meo omnes res, quas administrauit?*

1 VOlo dare tibi mirabilē casum: Tu nosti † q̄ procurator gñalis non habet potentiā alienādi.vt l.pcurator
2 tutorū.ff.de procur.pone ergo † q̄ quidā alienauit,sed nulliter,q̄a nō poterat,postea dñs in testamēto suo dixit, Relinquo pcuratori meo oēs res,quas administrauit, an aliena veniāt in legato? Tu diceres q̄ sic,fauore vltimarū voluntatū.Sed in cōtrariū est veritas.casus est vnicus in l.cum dñs.§.filius.ff.de pecu.le.cōiūcta l.filius.ff.de iur.pa. & illā legē didici à Bal.& doc.inuestigādo in rubr.C.de ver.sig.

ADDITIO.

Vide si faciunt quæ no.Ang.in l.seruū filij.§.idem seruus.de le.1.Nonnulli dicunt facere.l.fi.§.fi.vbi singularis casus secūdū Bar.ibi.ff.de au.& arge.le.Sed tu dic, q̄ imò facit in oppositū,quia loquitur in alienatione, quæ fit in vltimis volūtatibus,hæc in ademptione speciali legati in genere facti.sed casus noster loquiť in alienatione facta inter viuos.Quapropter distinguit Bar. in d.l.fi.in fi. per text. ad terminos nostros notabilē,in l.legatū.§.pater.ff.de adi. le.

1 Et de materia vide Barba.consi.36.col.1.& per totum.

CXXXIIII.

1 *Iudex an possit morituro dare electionem pœnæ?*
2 *Seneca Neronis Imperatoris magister ab eo occidi iussus fuit.*

1 QVæro,an iudex possit morituro dare † electionē pœ-
2 na? Nero hoc fecit in magistrum † suū Senecam,sed non est bonū exēplum Imperatoris, quid in alio iudice? Dic q̄ non.tex.est singularis in l.aut dānū. in prin. versic. proinde.ff.de pœn.licet secus in imperatore,vt ibi.

ADDITIONES.

Adde q̄ istū tex.extollit Bal.in l.1.ibi,quæro nunquid possit.C.de his qui ad li.per.non pos.Lud.met. in l. si quis mihi bona.§.fi.ff.de acqui.hære.faciunt quæ no.Sande.in ca. inter cæteras.in verbo,decem modis.de rescrip.

Et cōprobat Cæpo.in l.si fugitiui.nu.60.& ibi Deci.col.fi. C. de ser.fugi.Ang.Are.in tracta.malefi.ver.& ibi caput.nu. 29.Cagn.in l.2.versi.cumque consules.nu.399.ff. de ori. iur.Fel.in c.inter cæteras.& ibi Dec.co.pe.de rescri. N.P.

CXXXV.

1 *Fortuitum casum promittens non tenetur, si ille accidit culpa aduersarij.*

Prom-

1 PRomisi casum fortuitum,tamen per hoc † nō teneor, si ille accidit culpa aduersarij.tex.est in l.cùm proponas.C.de nau.fœno.

ADDITIO.

Adde infra sing.441.tu scis.vbi est duplicatum. Nico.Pig.

CXXXVI.

1 *Mandatum an valeat, si dicam, promitto ratum habere, quod per procuratorem meum legitimè gestum fuerit?*

1 PRomitto ratū habere quod per procuratorē † meum legitimè gestum fuerit,an valeat hoc mandatum? Dic quòd non.gl.est singularis c.relatio.2 1.q.1.

ADDITIONES.

Adde Bal.in l.cùm mandati.C.mand.& Feli.in c.cùm olim. col.vlt.circa prin.de offi.dele.& istam gl.alle.etiam Rom. consi.60.mandatum.in prin.Intellige tale mandatum esse nullum,dummodo pars opponat.& verbum, legitimè,interpretatur secundum dispositionem iuris.ita Bald.in ca. fin.de dilat.& ibi Abb.plenè.

Et Bar.in l.quæ omnia.§.planè.ff.de procu.idem Roma. in l. qui bona.§.si alieno.& ibi Alex.col.fi ff.de dā.infec. Ias.in l.quæ acta.col.pen.ff.de offi.procu.Cesa. Nico.Pign.

CXXXVII.

1 *Possessio rei absentis vēdita an trāsferatur, si dicatur, vēdo tibi talē rem, & trado tibi annulum? an verò tātū facultas tradita censeatur intrandi propria authoritate eam?*
2 *Beneficij collatio fit per traditionem bireti.*

COnsuetudo est,qđ cū venditur res, quæ est absens, di-
1 citur, † Vendo talē rē,& trado tibi annulum, quærens
2 quærebat propter † beneficium, cuius collatio fit per traditionem bireti,an trāsferatur possessio? Et dic, quòd nō quæritur possessio,vt in c.trāsmissam.de elect.& ibi plenè per Io.An.sed intelligitur concessa licentia intrandi authoritate propria.dictum est singulare Inno.in c.2.in cauda.de consue.& Bal.ibi de hoc facit festum.

ADDITIONES.

Adde Inno.in c.2.de consue.vbi allegat tex.in l. si ex stipulatione.ff.de acq.pos.quæ bñ facit,sed melius facit l.prædia. ff.de acq.pos.vbi plus probatur, quòd si extra conspectū rei ego dixi,do tibi talē rē,& trado, nō trāsfertur per hoc possessio sed videtur data potestas intrandi possessionem propria authoritate.& ibi Bar. post alios, & in l.2.C. de acquir.posses. Idem dicit Inno.vbi suprà,referens Azo.in inuestitura,vt possit propria authoritate ingredi &c. Sed quid de habente titulum beneficij sine inuestitura? dic vt per docentes in c.transmissam.de elect.

Et idē Ro.cōs.337.quo ad primū.co.2.Dy.in c.1.de reg.iur. li.6.latè per Ale.post eos,quos allegat in l.3.col.4.ff.de acqui.pos.Ias.in l.si ex stipulatione.3.limit.eo.ti.idē Ias. in l. quoties.nu.31.C.de rei vendi.Intellige,nisi traditio bireti fieret in conspectu bñficij.arg.l. clauibus.C. de contrahē. emp.vt per ipsum Ro.in dicto consi. Ale. vbi suprà Abb. & Feli.in c.cū aliquibus.de re iud.vbi ponunt quid in casu impedimēti.de quo per Ripam in tractatu pest. 2.par.19. priui.contrac.lim.2.nisi cōsuetudo induceret, quia cōsuetudo nullo actu interueniente pōt transferre possessionē, vt latè per Tiraquel.in tracta.*le mort saisist le vif.* N. Pi.

Adde Guid.Pap.decisio.Grationop.22.vbi de hoc latè tradit.& decisio.81.si debitor. Gab.Sar.

CXXXVIII.

1 *Inutilis dispositio speciei sub genere contentæ inter viuos factæ diminuit legatum.*
2 *Intellectus l.planè in prin.ff.de lega.1.*

1 INutilis dispositio speciei † sub gñe cōtētæ inter viuos factæ diminuit legatū.tex.est in l.fundū.ff.de fun.instru. & ibi Bar.dicit nō esse alibi.Sed do simile in l. legatū sub conditione.§.fi.ff.de adi.le.Sed quid in vltima volūtate? dic q̄ inutilis dispositio nō diminuit.casus sin.in l si.§.fin.ff.de au.& argē.le.Et quæ sit ratio, *non ti posso dire adesso*. Et si
2 oppones de l.planè.in prin.ff.de legat.1. dic quòd ibi fuit vtraque dispositio in specie,secus in d.§.fi.& quæ sit ratio ponit Bar. in d.§.fi. qui est sicut vna margarita.

ADDITIONES.

Adde Bar.in l.fi.in fi.ff.de auro & arg.lega.vbi ad hoc specificè allegat tex.in l.legatum.de quo hic per Ro.feci mentionem in additione secunda præcedenti.

Adde quòd Bar.in d.l.fundum.non dicit eam sing. imò allegat d.ll.concor.& in l.quæsitum.§.fi.circa fi.ff. de fund. instru.Et facit l.cū dominus.& ibi Bar.no.ff.de pecu.le. Ibi, sed quid.Adde Ale.in d.l.planè.& ibi Ias.in 4.limit.& seq. vbi dicunt eam sing.& ponunt rationem. Nic. Pig.

Vide quæ scribit Didac.Couar.in 2.parte rub.extrà,de testamentis.col.antepe.versi.3.principali.& versicu.aduertendum.fol.16. Gabr.Saray.

CXXXIX.

1 *Doctor est vt pater scholarium, & ideo tenetur scholaribus indigentibus necessaria suppeditare.*
2 *Scholares in necessitatibus tenentur alimētare doctorē suū.*
3 *Immorigeratus doctor effici non potest.*

VVlo vnū dicere,qñ aliquis vestrū indiget de aliquo veniat ad me,quia seruiā realiter,& meritò, quia te-
1 neor,quia † doctor est,vt pater scholaribus,vnde dicit In-
2 no.in c.1.de mag.q̄ scholares † in necessitatib. tenētur alimētare doctorē.alle.l.2.ver.fi.ff.de ori.iu.Et hoc dico,qa aliqui vestrū faciunt doctores vænales licitando,rogo nō
3 faciatis,scitis † n.immorigeratū doctorē effici non posse, vt l.magistros.& ibi Bar.C.de professo.& medi.

ADDITIO.

Adde q̄ ille te.ponit contingentiā facti in Sabino: vnde non pōt sumi validum arg.gl.in l.vnica.C.quan. non perē.par. Tamen doct.sequuntur Roma.hic,quos refert & plurib. medijs comprobat Cagnol.in d.versi.nu.591. Ni. P.

CXL.

1 *Arbiter debet laudare in loco, vbi cōpromissū factū est, aliàs laudum non valet: Et locus hic accipitur pro ciuitate.*

1 TV habes,q̄ arbiter debet laudare in loco † vbi cōpromissum factum est,aliàs non valet laudum.l. si cùm dies.§.si arbiter.ff.de arbi.Sed quomodo locus accipiatur. dic pro ciuitate.Spe.singu.in tit.de arbit.§.sequitur. versi. item quæritur an strictè.nu.66.

ADDITIO.

Intellige,nisi in loco vicino ciuitati habitet,vt subiūgit.ver. quid tñ.d.§.si arbiter.Vel inter partes cōuentū esset de loco,vel aliud ex cōiecturis appareret,vt per Mar. Blanc.in trac.de cōpro.inter cōiunc.4.q.9.q.princ.Et quot modis locus dicatur,tradit Nic.Boer.decis.99.promittēs.N. P.

CXLI.

1 *Compromittentium vnus si nomine pœnæ mille promittit, alius cētum, an stipulatio propter inæqualitatem vitietur, an verò ad æqualitatem reducatur?*

QVid dices? Vnus compromittētium promittit mille
1 † nomine pœnæ,alius centum, an vitietur stipulatio pp inæqualitatē? æqualitas.n. seruanda est inter eos. d.l.si cū dies.in prin.ff.de arbi.Dic quòd nō vitiatur,sed reducitur ad æqualitatē pœnæ minoris.Spe.singulariter in tit.de arbit.in d.§.sequitur.versi.sed circa hoc quæro.nu.47.

ADDITIO.

Sequitur Alex.in l.si de meis.in addi.ff.eo.ti. Nic.Pig.

CXLII.

1 *Fideiubere si quis velit de iudicio sisti, vel de defendendo, pro eo, qui ad carcerē ducitur, an captus debeat relaxari, an verò solutio, vel præstatio cautionis de soluendo necessaria sit?*

1 VNus vult fideiubere p vno, q ducit † ad carcerē pro executione snīæ.an debeat relaxari? Diceres q̄ sic,vt l.si vero.§.q pro rei.ff.q satis.cog.Dic q̄ si velit fideiubere de iudicio sisti,nō audit, vel de defendēdo, sed debet aut soluere,aut pstare cautionē de soluēdo.istud fuit dictū originaliter Odof.& Bar.sibi attribuit in l. neq; impuberes. §.1.ff.de in ius.voc.Bal.refert & sequit in l.si.§.& si pstatā. C.de iure deli.allegat te.bñ faciētē in l. si pecuniæ in fi. ff. vt in pos.leg.& l.his consequenter.ad si.ff.fam.ercisc.

ADDITIONES.

Adde q d.l.si pecuniæ.non est alibi.Bart.in l.consentaneũ.C. quomo.& quando iud.quem tex.singulariter limita , vt p Alex.post Ang.in l.de die.versi.planè.ff.qui satisd. cogan.

Et idem Roma.Alex.Ias.& alij in d.l.neque.§.si.Nicol.Boer. decisi.314.iudex.sub nu.5. Nicol.Pig.

CXLIII.

*1 Præuentio non habet locum,quando aliquis est impeditus.*
*2 Intellectus l.si maritus sit in magistratu. in princ.ff.de adult.*

Dico tibi aliquid in materia præuẽtionis, de qua in ca. ꝓposuisti.de fo.cõpe.l.si pluribus.ff.de le.1.& l. si qs
1 postea.ff.de iud.& l.1.de offi.cõsu.vbi† est locus ꝑuentioni.Fallit nisi aliqs eorũ sit impeditus.dictũ est Bar.singulare,& ibi ꝓbat in l.si maritus sit in magistratu.in prin.ff.de adul.q ignorabã hac nocte,& hodie didici, de quo vere-
2 cundor,cũ Bar.sit cõis doctor.Sed† ille tex.fecit Bar. errare vehemẽter,qa licet dicat ibi te.habẽt maritus & pater æquale ius:nã intelligit,æquale ius.s.in gñe, nõ in spẽ,:sed si cõcurrerẽt,præfert maritus,etiã si inæquale ius haberet, vt eo.ti.l.2.§.si.cum seq.& ideo illa lex nil facit pro Bar.

ADDITIONES.

Ad dictum Bar.adde c.si duo.de procu.in 6.& q habetur in l.studentibus.per illum tex.ff.de offi.præfe.vigi.& Ang.in l.si vacantia.C.de bo.vacan.lib.10.& q not.Bar. in l. 2.§. equidem.ad Tertul.& vide Bar.& Ias.in d.l.1.de offi.pro con.Sed Ang.in d.l.si maritus.tenuit contrarium per d.l.1. quod est verum secũdum Alex.ibi,nisi prioris iudicis aliquid interesset,vt quia debet habere sportulas.

Adde Ias.in d.l.si pluribus.col.6.2.fallen.ff.de le.1. vbi refert doc.pro vtraq; parte.Et contra Bar.tenet Aug. Bero. in c. quoniam contra.in gl.citationes.in prin.de probati. N.P.

CXLIIII.

*1 Iudex maior põt se submittere iurisdictioni minoris iudicis.*
*2 Papa potest se submittere iudicio Imperatoris. Et an concilio? num.3.*
*4 Papa de facto potest æquare quadrata rotundis.*
*5 Intellectus c.nos si incompetenter.2.q.7.*

Lex,est receptum.ff.de iurisd.omn.iud.dicit, q maior
1 † põt se submittere iurisdictioni minoris iudicis. &
2 hinc † est q Papa põt se submittere iudicio Imperatoris. 2.q.7.c.nos si incõpetẽter.An hoc sit verũ indistinctè? &
3 illa iura fuerũt allegata hic ꝑ nos,an† Papa possit se submittere cõcilio,& diximus ꝑ ea q sic, & malè, & non pigeat nostros errores corrigere,vt in c.qualiter & qñ:de accusa.
4 & dico de iure:nã de facto † põt æquare quadrata rotũdis, vt dicit Io.An.in c.cũ venissent.de iud.istud fuit dictũ Io. An.fontis iuris canoni.c.ecclesia sanctæ Mariæ.de consti.
5 respõdet ad c.nos si incõpetẽter.dupliciter.Primò† qđ ibi de facto se submittit Papa.Secũdò,qđ verbum iudiciũ ibi positũ,ponitur pro distinctione , non pro iudicio contentioso.& mouetur optimis rationibus,vide eum ibi.& no:

ADDITIONES.

Adde Sandeum vbi diffusè & eleganter examinat istum articulum in c.ecclesia sanctæ Mariæ.col.2.versi.ex his infert de consti.& finaliter tenet distinctionem Roma. hic . Et vide Ias.in d.l.est receptum.hic alle.vbi non minus copiosè quàm eleganter loquitur more suo.

De hac quæstione dicendum est,vt per Deci.in d.l. est receptum.licet in d.c.ecclesia.col.7.latè disputet.Et adde eundem consi.151.col.2.in secundo casu. Nicol.Pig.

Ibi,& diximus per ea,quòd sic.&c.Hanc opinio. contra Io. An.tenet per multa fundamenta.Bar.Cæp.in d.c. ecclesia sanctæ Mariæ.col.3.nu.18.de constitutio. Gab.Sar.

CXLV.

*1 Iudex incompetens,quem in vno iudicio non declinaui,an in alio iudicio possit à me vlterius declinari?*
*2 Doctores antiqui sunt legendi.*

Vltimò dico tibi vnũ,qđ nunquã audiuisti: Consensi
1 †tacitè in iudicẽ incompetentem, quia non opposui declinatoriam,posteà iudex fecit processum nullũ,& absoluit me ab instantia,conuenior iterum coram eodem, an possum eũ vlterius declinare?Quæras materiã prorogationis in l.1.ff.de iud.l.si qui ex consensu.C.de episc.audi. & c.P.& G.de offi.dele.nõ inuenies.certè hoc dictum est Guli.mirabile,q nõ possum declinare in l.eũ qui.ff. de cõsti.pecu.allegat optimã l.si qs repetere.in prin.ff.ad Turp. quam dicit habere pro peculiari.& iõ legas doc. antiquos. Ang.refert illud,& sequitur in l.si quis postea.ff.de iud. in recollectis,quas Romæ fecit.quas habeo vnà cũ illis Bal.

ADDITIO.

Intellige hoc,quando conuenior ab eodem, secus si ab alio, per §.hoc beneficio.l. hos accusare. iuncta theorica Bart. ibi.ff..de Accusa. Nico.Pign.

CXLVI.

*1 Roma,seu Curia ibi esse dicitur,vbi est Papa.*

1 Adde quòd vbi est Papa,†ibi est Roma,siue Curia. In noc.in c.ego N.de iureiu.& pro eo non est aliquis in mundo tex.licet multi multos allegent.

ADDITIONES.

Dic quòd est tex.in c.vbi periculum.de electio.& in clemen. auditor.de rescript.

Et idem Inno.in c.exposuit.de dila.Bal.in l.1.§.ait prætor.ff. de postu.Abb.in c.dura.de crimi.fal. Et vbi Papa residet, illa dicitur communis patria,& forenses dicũtur de populo,& ibi possunt conueniri,quę prærogatiua non competit etiam Romæ illo absente,vt per Fel. post alios in c.fi. col.14.in glo.fi.de foro compe.Nicol.Pig.

Idem etiam dixit in c.cùm ecclesiasticæ.de exceptio.& in c. accusatum.de simo.Tiraq.in tract.de nobili.c.31.nu.4.& facit te.in cle.ne Romani.§.sanè.de electio.Decius in ca. meminimus.nu.2.de app.Dominic.in c.2. in pen. notab. de præben.in 6.& plenè per Dida.Couar.in practicis. q.c. 4.nu.10.& c.5.in prin.Gab.Sar.

CXLVII.

*1 Hypotheca tacita an trahatur ad futura sicut expressa?*

1 Fvi hodie interrogatus, an tacita †hypotheca trahatur ad futura?De expressa habes casum in l.fin.C. quæ res pig.quòd sic.& idem est in tacita. vnicus casus est in l. hac edictali.§.omnibus.C.de sec.nup.& ibi per Bal.

ADDITIONES.

Adde l.si cum pecuniam.& ibi Bal.C.de iure fis.& sequũtur commu.doctor.in d.l.fi.Bal.in l.vbi adhuc.C.de iure dot. Nicol.Euer.in loco à simili.Rip.qui alios citat,in l. quæsitum.§.si quis cùm tutor.3.ff.de priui.credi. Et in rubr.ff. in quib.caus.pig.taci.contra.Negusan.in tracta. de pigno. 4.membr.2.par.prin.num.165.Nico.pig.

Adde Matth.de Afflictis decisio.Nea.335.latissimè tractat hanc q.Io.Fran.Ripa in l.1.col.1.& seq.ff.de pign. & Did. Couar.in practicis q.c.29.in fi.Gab.Sar.

CXLVIII.

*1 Vsuarius an teneatur ad expensas paruas,ad collectas,& ad refectionem,sicut vsufructuarius?*

1 Qværo,vsufructuarius tenetur†ad expensas paruas,& ad collectas,& ad refectionem.Sed quid in vsuario? Dic q aut in cõmodo rei,cuius mihi legatur vsus,participat dñs,quia sit domus ampla,& tunc tenetur dñs tm ad expẽsas.Aut participat solus vsuari9, & tũc solus vsuarius tenet.casũ habes vnicũ in l.si domus.ff.de vsu.& habit.& illũ tex.habui de facto Romę,& multi cõsuluerunt,& nõ allegant illum te . Ego autem, sic,& habui tres florenos.

ADDITIONES.

Sed quid in simplici conductore? Vide Alex.consi.4.videtur lib.5.Nicol.Pign.

Prædicta intellige secundum tradita per eundem Roma.infrà singul.157. Gab.Sar.

CXLIX.

*1 Iurisdictio delegata an per actum nullum perpetuatur , quominus possit reuocari?*

1 Glo.ordinaria in cap.cùm plures de of.dele.in 6.cõmuniter approbata,dicit,q per actum nullum †iurisdictio delegata non perpetuatur quo minus possit reuocari.Illud dico verum,vbi quæritur de reuocatione iurisdictionis tacitè per mortẽ delegantis,secus si expressè,tunc enim non potest reuocari , sed perpetuatur per actũ nullum.casus est singularis in c.venerabili.de offi.deleg.

ADDITIO.

Adde Abb.post alios in d.c.venerabili.col.2.ver.aduerte.qui ponit plures intellectus,quos omnes dicit Ias.diuinare, in l.more.col.11.nu.60.ff.de iuris.om.iu.Nic.Pig.

CL.

*1 Reconuentio coram arbitro locum non habet , coram iudice delegato sic.Et quid coram iudice prorogato?*

1 Coram arbitro non habet†locum reconuentio.ca.dilectus.de arbi.Corã iudice autem delegato sic. casus est in c.1.de mu.peti.& l.fi.& authẽ.ibi posita.C.de sentẽ.Sed quid diceres de iudice prorogato?Dic quòd sic.gl. est singularis.ff.de iurisdict.omnium iudic.l.est receptum.

ADDITIONES.

Adde quòd istã gl.sequitur Bar.ibi,& multũ no. Ang. & Ful. ibi dicit esse singularissimam pro extensione regulæ.l.fin. & authen.hic alle.& ibi refert ibidem Ias.

Et ibi doc.sequuntur cõm.Rob.Maran.in Spe.aur. in 4.parte prin.6.dist.nu.14.distinguit,vt per eum.Nic.Pig.

Adde quæ notat Carol.Molin.in prima parte cõmen.in consuetu.Parisi.§.14.nu.5.vers.sed hanc ampliationem.G.S.

*Adde Pet.Rauen.sing.619.

CLI.

*1 Appellans ab interlocutoria,si post appellationẽ reuertatur ad iudicem à quo,& coram eo aliquem actum faciat , appellationi renuntiare videtur,nisi ille actus impugnetur à parte aduersa,coram illo iudice à quo.*

1 Appellans ab interlocutoria,† si post appellationem reuertitur ad iudicem à quo,& coram eo fecit aliquem actum,videtur renũtiare appellationi.c.gratum de off. de lega.& capit.cùm venissent.de testi.de materia plenè in capi.si à iudice.de appellat.libro.6. Quod est verum, nisi ille actus impugnetur à parte aduersa corã iudice illo à quo, tunc enim non videtur renuntiari appellationi glo. est singularis in capit. cùm venissent. de eo qui mit. in pos. causa rei ser.Adapta ad practicam.

ADDITIONES.

Pro ista gl.quidam allegant tex.in ca.mulieri de iureiu. Adde Panor.in d.c.cùm venissent.hic alleg.col.3.vbi dicit,quòd illa gl.ponit limitationem ad tex.in c.gratum.de offi.dele. vbi vide Feli.col.3.ver.3.limita.Adde Panor. consi.2.vol. 1.ante fin.vbi dicit,quód eatenus videtur pars proprium actũ approbare,quatenus per aduersarium approbatur. allegat prædictam glossam.

Adde quòd est duplicatum,vt infrà singul. 777. regul. in fin. Nicol.Pign.

Adde Feli.in c.capitulum sanctæ Crucis.col.13.de rescript. & Carol.Molin.in secunda parte commenta. in consuetu. Parisien.in gloss.2.in verb.*l'aquesteur nouuel*.in princi. nu. 3.Hoc tamen tripliciter fallit,vt per Roma. infra singula. 777.Gab.Saray.

CLII.

*1 Apostoli alij refutatorij,alij reuerentiales, & quid si dictum sit simpliciter,Talis appellauit , cui iudex dedit apostolos, de quibus sit intelligendum?*

1 Dicam tibi vnũ,de quo aliàs tota curia† Romana dubitauit.Reperitur scriptũ,talis appellauit , cui iudex dedit apostolos,non dicebatur nec refutatorios, vel reuerentiales,de quibus intelligi debet?Dic q intelligitur de reuerentialibus dictum est Abbatis antiqui singulare, & ibi doct.in c.dilectus.de app.Legistæ hoc ignorant.

ADDITIONES.

Adde quòd doct.in d.capitul.dilectus.notans hoc ex illo te. Sed habemus alium tex.iuncta gl.quòd dicendo peto apostolos,intelligimus de dimissorijs,in c.1.& ibi glos.in ver. petat apostolos.de appella.in 6.

Et sequitur Alex.qui alios citat,in l.1.ff.de lib.dimis. Ni.Pig.

An autẽ apostolorũ datio debeat esse gratuita quo ad iudicẽ à quo?docet Steph.Aufre.decisio.Capel.Tholos.91.G.S.

CLIII.

*1 Fideiussori an accrescat id,q accrescit principali obligatiõi?*

Qværo, an id quod accrescit principali obligationi,
1 †accrescat etiam fideiussori? Quilibet diceret quòd non.sed casus est vnicus in contrarium quod sic in l. si ab vno.ff.vt leg.no.ca.quod nota

ADDITIO.

Adde latè Hippo.de Marsi.in rub.ff.de fideius.q. 8. vbi dicit illum tex.singu.& Nico.Boer.decisio.314.iudex.co.fi.Et adde alium casum infrà singul. 550. cui accedat Cæpol. caut.126.ille qui fideiussit.

CLIIII.

*1 Testator si tibi dicat:Cura rẽ filiorum meorũ bene agere,& ipsi tibi dẽt mille,an si curaueris, dicta mille petere possis?*
*2 Verba enuntiatiua futuri euentus non inducunt legati,seu fideicommissi dispositionem , nisi illa directa sint ad filios, vel ad nepotes.*

1 Qvid si dixerit testator,cura rẽ filiorũ†meorũ bñ agere,& ipsi dent tibi mille , vel medietatẽ hæreditatis, curasti,an possis mille,vel medietatẽ hæreditatis petere?Diceres q sic,quia verba sunt clara.In cõtrariũ est casus vnicus in l.Iulian.§.ex his.ff.de le.3.& iõ illa lex sp allegat, &
2 †verba enũtiatiua futuri euẽtus nõ inducũt legati seu fideicõmissi dispositionẽ.Quod tñ limita,nisi illa verba sint directa ad filios,vel nepotes.habes tex.notabilissimum in l. vnũ ex familia.§.fi.ff.de le.2.quo ad filium . De nepotib. verò habes in l.fideicommissa.§.hæc verba.ff. de leg.3.

ADDITIO.

Nunquid verba enuntiatiua emissa in vltima voluntate probent,seu inducant dispositionem , ponit diffusè Stephan. Aufrer.decisio.Tholosa.211. Gab.Saray.

CLV.

*1 Testator si hæredi prædium prælegauerit,deinde dixerit. Accipias cohæredem in prælegato prædio Sempronium,an Sempronius venire possit vt cohæres,an verò vt legatarius,vel fideicommissarius?*

1 Testator prælegauit prædiũ hæredi, deinde dixit,†accipias cohæredẽ in ꝑlegato fundo Semproniũ,quæritũ an Sẽpronius possit venire vt cohæres,an verò vt legatarius vel fideicommissarius?Effectus est magnus ꝑꝑ falcidiã.Qui non gustasset de brodio iuris,diceret, q posset vt cohæres venire.Sed tñ casum habes apertũ in cõtrariũ in l.pat.§.fi.ff.de le.3.quẽ Dy.dicit nõ esse alibi. Sed verè est similis de verb.ad verb.in l.Luci.§.fi.e.ti. miror de Dyn.

CLVI.

*1 Constituo Titium procuratorem meum in causa , quam habeo contra Sempronium,& generaliter in omni alia:an hæc verba comprehendant causas , quas habeo cum alijs personis,quam cum Sempronio?*

1 Constituo Titiũ ꝓcuratorẽ meũ in cã, quã habeo cõtra Semproniũ,& gñaliter in oĩ alia,an ex hoc intelligat cõstitutus ad cãs,quas habeo cũ alijs ꝑsonis,q cũ Sẽpronio? Hæc quæstio fuit Ro.reperimus vlti.gl.& Bar.sing. q intelligit quo ad Sẽproniũ tm,in l.q dt.ff.de tutel. Nota q nullus contradicit ei,sed scio qđ illud non est verũ. sed taceo pro nũc,quia me allegante fuit decisum secundũ eos.

ADDITIONES.

Adde q idẽ tenet gl.& Bar.in l.oĩum.ff.de ꝓcu. & in l.dãni. §.si is q ædes.ff.de dã.infec.& in l.hoc iure.ff.de se.& in l. de his reb.ff.de arb.vbi tex.ꝓ eo.& Io.An.in addit.Spe.ti. de ꝓcu.§.1.vers.itẽ op.& §.rõne aũt formæ.ver.sed qđ si procuratoriũ.vult q ꝓcurator simpliciter datus nõ trahatur ad futuras cãs.Sed Spe.vbi s.tenet oppositũ , & sequit Ang.in l.inuitus.ff.de procu.per l.seruitus.ff.de serui.vrba. præd.alle.ꝑ Spe.vbi s.licet Bar. rñdeat in d.§. si is q ædes. Adde notabile verbum Alc.dicentis, quòd cõmunis opi. est contra Bar.in additi.in dicto.§.si is qui ædes.in princi. Sed in actore non est idẽ secundum casum singu.in l.item commu.§.sed si ita.ff.q cuiusque vniuer. nom. quia debet interuenire decretũ iudicis , q non trahitur ad futura.l.fi. ff.de decre.ab or.faci.& est intellectus ad l.si actor.de app.

Quid autem in delegatione cauſarum, vide in c. ſi. de offi. deleg. in 6. & ibi per Gemi. Ad prædicta vide Bal. in l. ſi. §. 1. in antepenul. col. C. de bon. quæ libe. & doct. in ca. non iniuſtè. de procu. in gl. 2.

Et eſt ratio, quia noua perſona nunquam ſubintelligitur. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chriſogonus. ff. de ver. obli. Et ( quicquid dicat hic Ro. ) hoc ſequitur Feli. in c. ſedes. col. 4. verſi. & ſequitur. de reſcrip. Deci. in conſi. 502. ex duobus. col. ſi. Intellige, niſi eſſet aliquod præambulum neceſſarium ad cauſam, in qua expreſsè conſtitutus eſſet, vt per eundem Bar. in l. ad legatum. ff. de procura. Nico. Pign.

CLVII.

1 *Vſufructuarius tenetur ad collectam fundi, niſi collecta æquialeret perceptioni fructuum, quia tunc ad eam proprietarius tenetur.*

1 TV ſcis, quòd vſufructuarius tenetur † ad collectã fundi. l. quæro. ff. de vſufr. leg. l. apud Iulianum. §. hæres. ff. de leg. 1. & l. ſi pendentes. & l. hactenus. §. ſi quid cloacarũ. ff. de vſufr. Sed limita, niſi tãta eſſet ſolutio collectarum, cp æquialeret perceptioni fructuum, tũc enim tenetur prietarius, habes vnam gl. in mundo. in l. concubinam. §. qui hortos. ff. de leg. 3. allegat l. ſi res obligata. ff. de lega. 1. Et illam gloſſ. exclamat Dy. & Bar. in l. his verbis. §. idem teſtator. ff. de lega. 3. & ita obtinui de facto in ciuitate Florentiæ in ardua quæſtione.

ADDITIO.

Adde cp eſt conſi. eius 230. præſupponitur. & ſequuntur Ale. Are. & Iaſ. in l. cp ſeruus. & in d. l. ſi res oblig. ff. de le. 1. Ale. in l. 1. §. ſi. col. 2. ff. de noui ope. nun. Are. & ibi Iaſ. co. ſi. in l. fructus. ff. fol. ma. Mat. de Affli. in §. ptereà. nu. 57. de prohib. alien. feud. per Fede. & in deciſ. 252. magnificus. nu. 2. Petr. ſancta ſing. 35. & facit infrà ſing. 437. Nico. Pign.

CLVIII.

1 *Legatum vſusfructus infantis an valeat.*

1 LEgo tibi vſumfiuctum ancillæ infantis, tan valeat legatum? Diceres quòd non, propter qualitatem infantiæ adiectã verbis vt l. in delicatis. §. 1. ff. de noxa. & infantis nullus eſt vſusfructus. l. laboribus. ff. de vſufruc. cum ſi. Sed habes caſum contrarium, quia incipit valere cum ille adoleuit, aliud autem eſſet infructuario, tu habes text. ingularem in l. ſi infantis. ff. de vſufru.

CLIX.

1 *Hypothecaria agens contra donatarium debet probare prius rem ſibi hypothecatam, ſallit in fiſco.*

1 AGens hypothecaria cotra donatarium debet † probare prius rem ſibi pypothecatã. l. de rebus. C. de dona. ante nupt. Fallit in fiſco, caſus eſt ſingularis ſecũdum Bar. in l. 1. C. de iure fiſco. lib. 10. nota illum ſi vis.

ADDITIONES.

Adde Bal. in l. ſi debitorem. C. de priuile. ſi. Idem in dote ſm Bal. in l. ad exactionem. C. de dot. promiſ. p Bar. in l. & quæ nondum. §. 1. ff. de pig. Vide tamen ſingulariter Bald. in d. l. de rebus vbi præterquàm in iſto caſu videtur, cp fiſcus non habeat hoc priuilegium, ſecundum pulchre not. per Bar. in l. ſi is qui. in fin. ff. de iure fiſ. Sed contra dicta p Bar. in d. l. 1. videntur facere quæ idem dicit in l. non puto. ff. de iure fiſ. p illum te. pro dictis hic bene facit, quia fiſcus etiã in delictis habet priuilegium hypothecæ. l. 1. & ibi no. gl. C. de pœ. fiſ. li. 10. notatur per doct. in l. poſt contractum. ff. de dona. & in l. reſcriptũ. §. 1. ff. de pac. Et opi. Bar. in d. l. 1. de qua hic, tenuit Franciſcus Lucanus de parma in tracta. tu de priuilegio fi. in 84. caſu, per tex. in l. ſi is qui. ff. de iure fi. faciunt quæ idẽ dicit vbi ſuprà 74. caſu.

* Inimicitiæ capitales, vel grauiſsimæ ſupueniẽtes inter teſtatorẽ & legatarium tollunt legatũ vel fideicõmiſſum. vt clarè probatur in l. 3. §. vlt. ff. de adim. leg. etiam ſi poſt inimicitiam teſtator qui legauerat, codicillando non ademerit. vt eſt caſus notab. in l. pen. §. Seia. eo. ti. & habetur in l. ſi inimicitiæ. in prin. ff. de his quib. vt indig. & vbiq; Bar. & doc. & eſt gl. ſi l. hæreditas. in gl. magna in prin. C. de his quib. vt indig. vbi Ale. & alij. Iſta cõcluſio ampliaſ, etiam ſi legatarius ſolũ teſtatori maledixerit, & infauſtas voces aduerſus eũ iactauerit. vt eſt caſus ſingularis in dicta l. ſi inimicitiæ. circa mediũ, per quem iuncta gl. dicit notabi. Bar. in l. item apud Labeonem. §. ait prætor. 1. verſ. videamus. ff. de iureiu. ꝙ verbaliter quis iniuriatur, quãdo improperatur ſibi aliqua iniuria in ſe, vel ſuos cõmiſſa. quẽ refert Rom. conſi. 183. circa fi. ad idẽ tex. in l. 3. in prin. & ibi Iaſ. poſt alios ad hoc notat in 4. no. ff. de libe. & poſth. Quomodo autem probetur talis inimicitia. Bar. poſt Dynũ in l. fideicõmiſſum. C. de fideic. diſtinxit. vide Bal. in l. errore. & in l. noſtram. C. de teſta. Pau. Caſtr. in l. hæredes palã. §. ſi quis poſt. ff. de teſt. iſtã etiã Bar. diſtinctionẽ ſequitur idẽ Caſt. & Iaſ. in l. iuriſgentiũ. §. quòd ferè. in fi. ff. de pac. Sed an legatũ reuocetur per ſupueniẽtes inimicitias quibus teſtator cãm dedit, & nõ legatarius. In hoc Bar. ting. tenuit quòd non procedat regula prædicta in l. cũ tabulis. §. qm̃ per illum te. ff. de his quib. vt indig. & dicit hoc memoria dignũ ad limitationẽ l. 3. §. vlt. ff. de adi. leg. Iſtam deciſionem Bar. pro ſingu. refert Iaſ. & dicit ſe alibi non legiſſe, in l. hæreditas. verſi. ſecundò limita. C. de his quib. vt indig. & ſubdit ſe non inuenire aliquẽ qui de ea faciat mẽtionem nec approbando, nec reprobando, & putare dictũ hoc Bar. falſum eſſe quatuor medijs, per quæ dicit ſe tenuiſſe & tenere cõtra Bar. & quod indiſtinctè inimicitiæ ſuperuenientes reuocent legatum etiam ſi ſuperueniant facto teſtatoris. vide latè Catellia. Cot. in verb. inimicitiæ.

CC.

1 *Iuramentum in defectum probationis an ſit deferendum in exceptione excommunicationis oppoſita in vim dilatoriæ exceptionis.*
2 *Iuramentum non defertur in defectum probationis, vbicunque lex deſiderat probationem apertiſsimam.*
3 *Excommunicationis exceptio requirit probationem apertiſsimis documentis fieri.*

1 QVæro, an obiecta exceptione excõicationis in vim exceptionis † dilatoriæ ſit deferẽdũ iuramentum in-

2 defectũ probationis? dic ꝙ non ſm gl. magnam in l. fin. in prin. ff. ꝙ metus cau. Nã † vbicunq; lex deſiderat probatione apertiſsimã, non defertur iuramentum, ſm gl. ibi. Sed c. pia. in verſi. apertiſsimis documentis. de excep. li. 6. vbi

3 dicit, quòd † in exceptione excõmunicationis requiritur probatio apertiſsimis documentis. ergo, &c. & ita dico per illud cap. coniuncta glo. in d. l. ſi.

ADDITIONES.

Et ſequitur latè Iaſ. in repeti. l. admonẽdi. col. 92. 93. nu. 282. & 284. ff. de iureiu. Soci. in reg. 204. fallẽ. 19. latè per Feli. in rub. de proba. in tertia concluſione. Rip. in l. ſi. quæſtio. 57. C. de reuocã. dona. poſt eos, quos allegant. Et adde infrà ſing. 21. tu ſcis, quòd datur annus. Nico. Pig.

Pro hoc faciunt ea quæ diffusè ſcribit Hipp. de Marſi. in l. de minore. §. plurimum quoque. nu. 54. ff. de quæſt. Gab: Sa.

CCI.

1 *Teſtis vnus cum fama an plenè probet exceptionem excõmunicationis obiectam in vim dilatoriæ exceptionis?*
2 *Fama in his, quæ ſunt leuis præiudicij, probat.*

1 ITem quæro, an † vnus teſtis cum fama probet plenè exceptionem excõmunicationis obiectã in vim dilatoriæ exceptionis? Iſtud dubium fuit in Romana curia, & dicebatur per Dominos meos, quòd ſic, per no. per Bar. in l. de minore. §. tormẽta. ff. de quæſtio. & in c. 1. de app. & no. in ca. veniẽs. de teſtib. quia eſt leuis præiudicij, & in his fama probat, vt ibi per Bar. Sed ego reperi cum baculeto vnum dictum Specu. dicentis contrarium, & eſt ſingulare dictum, & non alibi, in ti. de noto cri. §. fama. verſicu. quid ſi agenti. Nota perpetuò amore Dei, & ita pronuntiaui, & fuit ſententia mea confirmata.

ADDITIONES.

Et ſequuntur Doctores nunc proximè allegati, inferentes famam cum vno teſte non facere probationem in his caſibus, in quibus non deuenitur ad iuramentum in defectum probationis. Et Deci. in c. 1. colum. fi. & ibi Aug. Bero. numer. 44. de appella. & idem Roma. conſil. 349. dum quæritur. Ioann. Crot. in tracta. de teſti. 3. parte. q. 10. nu. 153. vbi tradit, qualiter probanda ſit excommunicatio, vt ab agendo quem repellat. Nico. Pign.

Adde deciſ. Capel. Tholoſa. 379. circa fi. vbi tota materia famæ latiſsimè habetur. & ibi Stepha. Aufr. & dixi in annotationibus meis ad ſing. 1. Matt. Matheſil. Gab. Sar.

CCII.

1 *Diſpoſitio c. cum dilectus. de fide inſtrumẽ. in quibus caſibus locum habeat?*

TV ſcis, quòd in l. admonendi. ff. de iureiurand. dantur plures limitationes ad capitul. cùm dilectus. de fide

1 inſtrumen. nunc euenit, quòd † poſt concluſum in cauſa volo probare notarium habilem, qui confecit inſtrumẽtum, & perſonæ agentis nobilitatem, vel ſigillum inſtrumenti eſſe illius domini, an admittatur? Dic quòd ſic, & non habet locum his caſibus d. capitu. cùm dilectus. ita tenent Do. de Rota deciſ. 5. in nouis. & illud dictum nõ eſt alibi. tene menti.

ADDITIONES.

Adde Fel. plenè in d. c. cùm dilectus. co. 2. verſi. modò iſtum tex. Roman. in ſuo eleganti conſi. 175. incip. Iſtæ ſunt reſponſiones. ad fin. & in l. 1. ff. de arbitr. Iaſ. poſt eundem Roma. in l. admonendi. de iureiu. nu. 61.

Et ibi latè per alios poſter. & Socin. in tracta. fallen. reg. 184. Nicolaus Pignol.

CCIII.

1 *Donatio, quæ ſoluta gabella non tranſcendit quingenta, an inſinuationem requirat?*

1 DIco vnũ, in quo nunc habeo cõſulere. Tu ſcis, † quod donatio requirit inſinuationem, ſecundum formam l. ſancimus. C. de donatio. Sed quæritur, ſi ſoluta gabella donatio non tranſcendit quingenta, an requiratur inſinuatio? Dic ꝙ Bar. determinat ſingulariter quòd non, in l. quoties. ff. ad leg. Falcid. per illum tex. tene menti.

ADDITIONES.

Adde quòd quicquid dicat ibi Ang. opini. Bartol. ſequitur Bald. Imola & Pau. de Caſtr. & ibi Alexan. adducit vnum tex. confundentem opinio. Ang. in l. ſed ſi hoc. §. cuidam. ff. de condit. & demonſtr. ſed ille text. fuit prius Bald. qui per illum text. in propoſito dicit, quòd ſi quis donat vltra quingentos aureos cum aliquo alio onere adiecto, quod aſcendit ad illam quantitatem, quæ eſt vltra dictos quingentos aureos, valebit donatio ſine inſinuatione. Adde etiam Franciſ. Crem. notabili penul. donatio.

Adde vltra locum meum Iaſ.in l.non amplius.ff.de leg.1.& in l.cum quædam puella,§.1.col.2.verſi.quartò facit.ff.de iuriſdic.om.iud. Alex.in l.vbi purè.ff.ad Trebel.Aret in l. fructus.co.3.& ibi Iaſ.col.ſi.ff.fol.ma.& in conſi.2.intellecta,nu.5.ad ſi,latè And.Tiraq.in trac.de retractu cõſang. §.15.gl.1.fructus.numer.4.poſt eos quos allegat.Et adde infrà ſingul.248.filius. Nicol.Pig.

Addè Catel. Cot. in memoral. in ver. ſtatuto Mediolanenſi cauetur,q̃ in diuiſionib.& in terminis tradit Didac.Segu. in repe.l.ſi ex legat.cauſa,nu.38.ff.de ver.ob.& de inſinuatione donationis plura vide per Guid.Papæ deciſ.Gratio no.325. pōt fieri. vbi ponit an inſinuatio poſsit fieri poſt donationē.nu.4.& deciſ.610.nu.2.vbi tractat an inſinuatio requiratur in donatione mutua.Et inſinuatio propter quid fuerit introducta,& an ei poſsit renuntiari,& an reddatur donatio efficax propter iuramentum non obſtante defectu inſinuationis,vide Deci.conſi.432. cum ſit q̃ Almericus.& in materia adde Petrum Ferra.in practi.in forma libelli, quo agitur pro donatione. in ver. ſolemniter. Chaſſæn.in conſue.Burgund.rub.1.§.7.co.4.nu.5. Anto. Canar.in tracta.de inſinua. Gab.Sar.

CCIIII.

1 *Conuentio,per quam quis ſe reſtringit ad certum genus probationis,an valeat,maximè ſi iuramentum interueniat?*
2 *Iurati non probare niſi per inſtrumentum, an aliquo remedio ſuccurratur,ſi teſtes habeat,non inſtrumentum,vt ipſi teſtes non obſtante iuramento,examinentur?*

1 DVbium eſt,an valeat cõuentio,per quam quis ſe reſtringit ad certum genus probationis.de quo per gl. magnã in auth.vt ſine prohib.matr.debit. & credi.§.quia verò.& in auth.iubemus.C.de iudi.Tancred. in capi.2.de probatio.Illud autem eſt certũ,q̃ ſi interuenit iuramẽtũ,
2 valet illa cõuentio,& eſt clarũ Sed pone q̃ iurati nõ probare niſi p inſtrumẽtũ,euenit q̃ nõ habes inſtrumẽtũ,ſed teſtes,an ſit dare aliq̃ remediũ? Dico q̃ ſic.l.q̃ iudex ex officio,etiã parte nõ petente,faciat examinari teſtes non obſtãte cõuẽtione & iuramẽto Spe.in ti.de proba.§. vidẽdum.co.2.vẽr.ſed quid ſi debitor.& nõ eſt alibi.Et addas ad §.hoc autem.in c.bonæ.i. de poſtula. præla.quod nota.

ADDITIONES.

Et idem tenet Cepol.caute.254.dubitari Fel.poſt Imo.in c. ſicut.col.ſi.& ibi Deci.co.antepe.& Aug.Ber.in ſi.de ꝓbat.Iaſo.in l.vbi pactum.colum.5.C.de tranſ. & in authẽ. iubemus.co.2.C.de iudi.Hippol.de Marſi.in rubric.C.de proba.col.12.numer.58.& 59. Nicol.Pign.

* Gl.magna poſt mediũ in d.§.quia verò.in auth.vt ſine proli.mat.debit.& credi.expreſsè tenet qđ non valet pactũ, qđ debitum non poſsit probari niſi per inſtrumẽtũ, quã ibi approbat Ang.Cy.Bar.& Bal.in l.pactum inter hæredem.ff.de pact.& ibi etiam per Doctor.idẽ tenet Floria. in l.in lege Aquilia ſi deletum.ff.ad l.Aquil. quod tamẽ ſallit ſi tale pactum fuerit iuramẽto vallatũ,vt per Ro.hic tale.n.iuramẽtũ erit ſeruãdũ.per ca.ſi verò.de iureiu. & tũc cõſilium eſt,vt debitor procuret examinari teſtes officio iudicis,vt hic.ſimilem cautelã tradit Bal.in l.ampliorẽ.in ſi.prin.C.de app.ſ.quando nõ poſſunt produci teſtes, quia alij teſtes ſunt publicati,vt des nomina teſtium iudici, & poſteà te abſentes,& q̃ index eos ex officio ſuo examinet,& iſtud ꝓcederet forte & proficeret etiã qñ ſtatutũ prohiberet fieri probationẽ per teſtes eadẽ ratione. Vide Io.Trigo.ſing.84.Bouer.ſing.in verb.probatio.nu.25.

CCV.

1 *Probationes diuerſi generis an debeant ſimul iungi?*
2 *Debitor an probare poſsit actualem oblationem pecuniæ creditori factam per vnum teſtem de viſu, & alios plures de confeſsione creditoris deponentes.*
2 *Oblatio vera aliud eſt,quàm confeſsio oblationis.*

1 POno tibi iſtum caſum ad l.admonendi.ff. de iureiurã. Tu ſcis ſi quòd Bar.ibi tractat,quando probationes diuerſi generis debeant ſimul iungi, de quo per Cano. in c. licet ex quadam.& ca.veniens.de teſti.& ibi per Calderi. & do.Anto.qui loquuntur notabilius,quã Bar.Sed quid ſi debitor velit probare oblationẽ pecuniæ factã creditori,
2 t& ꝓbat per vnũ teſtẽ de viſu, & per plures alios teſtes, qualiter creditor illud fuit cõfeſſus, an debeãt ſimul iũgi?
3 Dico q̃ nõ, ꝓbatur.n.t oblationis cõfeſsio,ſed nõ oblatio vera.caſus eſt ſingularis.in c.cũ dilectus.de ſucce.ab inteſ. Bal.allegat in l.vnica.C.de cõſef.& l.teſtium.C. de teſtib.

ADDITIONES.

Ad iſtud vide Alex.in l.Gallus.§.ille caſus. de lib. & poſthu. & Iaſ.plenius loquentem in repe.d.l.admonendi.col.101. in fin. Vide etiam Pau.de Caſt.conſil. ſuo.329.ſecundum vnicum numerum incip.viſa petitione.

Et idem Rom.in conſi.91.viſis.col.ſi.ver.iſtud primo.Et in l.admonendi.vbi Iaſ.eum refert,& diſputat col.85. num. 260.ff.de iureiu.Feli.& Deci.in c.cùm cauſam. col.ſi.verſicu.ex iſta.de proba.poſt multos,quos allegant. Intellige in confeſsione mutui,ſecus in alio contractu,vt declarant Iaſo.Areti.& Deci.vbi ſuprà. Nico.Pign.

CCVI.

1 *Statutum ſi dicat,quòd quicunque acceſſerit de tali loco ad talem,puniatur,an ſi aliqui teſtes deponãt, quòd viderũt Titiumire vſque ad medietatẽ loci, & aliqui de alia medietate deponant,hi debeant coniungi?*

1 ADidẽ dicit ſtatutum, tquòd quicũque acceſsit de tali loco ad talem,puniatur pœna amputationis manus vel pedis,modo ſunt aliqui qui deponunt,qualiter Titius iuit vſque ad medietatem loci,& aliqui de alia medietate, an debeant coniungi? Dic quòd non, ſecundum Bald.in l. obſeruare.co.ſi.ver.ſed pone.C.quor.appe. non recip.per plures allegationes.Et vide eundem in l. cum antiquitas. C.de teſta.& Cy.in l.C.quæ ſit long.conſue.

ADDITIONES.

Et idẽ R o.conſi.91.viſis col.ſi.verſi.3.idẽ.& in l.admonẽdi. vbi Iaſ.eum refert.co.84.in ſecunda limita. & rurſus. col. 86.nu.263.ff.de iureiu.Feli.in c. veniens.1.in fin. de teſti. Deci.in c.cauſam.col.ſi.de probat.Nico.Pign.

Hoc idem refert & ſequitur Catelli.Cot.in memoral.in ver. indicia plura ver.Hinc & tertio. Gab.Sar.

CCVII.

1 *Cardinalis ad hoc vt condemnetur, adeſſe debent 72. teſtes- & an cum minori numero teſtium poſsit condemnari?*

1 ITem ſad idem quæro.Tu habes quòd ad condemnandum vnum Cardinalem debent adeſſe teſtes 72.vt 2.q. 4.cap.præſul.Modò quærebatur, an poterat cum minore numero condemnari? Dic quòd ſic.ſed illud eſt verum de ioris rigore,ſecus de æquitate,ſecundum Ioan. Andre.de teſti.cap.licet vniuerſis.Item habet locum quando teſtes ſunt ſuſpecti,aliàs ſecus.2.quæſtio.4.c.nullam . verſic.ſed hoc.& eſt ad hoc ſingulare.

ADDITIO.

Adde quòd hæc eſt commun.opi.quòd dictum capi.præſul. non ſeruatur.Et adde Abb.in c.per tuas. in fin. & ibi Feli. col.1.de maiori.& obed. Abb.in c.licet vniuerſis. de teſti. idem Roma.in authen.ſimiliter.38.priuilegio.ver. tertiò principaliter.Deci.in cap.at ſi clerici.in 1.nota. & ibi pulchrè per Auguſt.Bero.de iudi. vbi ponunt etiam quot teſtibus Papa conuincatur. Nicol.Pign.

CCVIII.

1 *Citari an iterum pars debeat à delegato ad audiendum ſententiam,quæ prius ad eam ab ordinario citata fuerat?*
2 *Intellectus l.edictum.ff.de iud.*

1 ORdinarius t citauerat partem ad audiendam ſententiam,& poſteà delegat cauſam terminandã per aliũ, an ſ delegatus debeat iterum citare ? Tu Legiſta diceres, quòd ſic, per l.edictum.ff.de iud. Aliqui allegarent dictum Inn.in c.quia verò de iud.& Bal.in l.per diuerſas.C.mãd.
2 ſed nil facit.Sed dic,quòd Spe.dicit t quòd illa l. edictum. non habet locum in citatione ad ſententiam , & hoc dicit ſingulare in tit.de citatione.§.fin.verſi. item quæritur ec ce.nu.8.licet Bal.non videns,Spe.determinauerit contrarium,per illam l.edictum.& non bene.

Additio-



ADDITIONES.

Adde quòd Io.An.in addi.Spe.in loco hic allegato, videtur tenere contrarium. Sed poteſt diſtingui ſecũdum Pau.de Caſt.in l.edictum.hic allegãt delegans pronuntiauit citatũ contumacem vel non.Poteſt etiam addi quod no.Inno.in c.dudum de elect.in gl.pen.& Arch.5.q.3. ſi ægrotans.& 24.q.3.de illicitis.Adde quòd Bal.in l. cõſentaneũ. co.2.ver.modò quæritur.C.quo.& quan.iud. dicit, quòd ſi ordinarius decurſo peremptorio delegat cauſam, delegatus non habet amplius citare,niſi ſemel.& ita intellligit Inno. & Arch.in locis prælegatis.

Tu dic,quòd opinio Baldi eſt verior,quia per citationẽ perpetuatur & acquiritur iuriſdictio actualis. c. licet vndiq; c.gratum.de offi.dele.Item requiritur alia citatio ad accipiendum copiam relcripti,vt habetur in ca.relatum.& in d.c.gratum.per Abb.& alios,de offi.deleg.Nic.Pig.

CCIX.

1 *Diſpoſitio l.ſi ſeruus plurium.§.ſi.ff.de leg.1.& in Lummis.ff. de legatis 3. quæ loquitur de nummis,vtrum habeat locum in alijs quantitatibus,putà vini,& olei?*

1 QVæro,nunquid tex.in l.ſi ſeruus plurium.§.ſi.ff.de leg.1.& l.nummis.ff.de leg.3.loquens de nummis, habeat locum in alijs quantitatibus,vt vini aut olei? Dicas quòd non:imò hæres habet electionem dandi quam vult quantitatem.tex.eſt ſingularis in l.cùm certum . de vino, trit.& oleo leg.quod nota.

ADDITIO.

Et quæ ſit ratio,quare potius in nummis attendatur conſuetudo,quàm in alijs rebus,ponit gloſſa notabilis, vbi Bar. in d.l.certum.& Doctores in d.§.ſi. Nic.Pign.

CCX.

1 *Pecuniæ verbum, qualiter ſumatur, maximè in reſcriptis-*
2 *Reſcripta largè interpretantur,niſi ſint contra ius cõmune.*

1 TV habes gl.in l.2.§.pe.ſeu ſi.ſi certa.tquæ tractat qualiter pecunia ſumatur.Et per Barto.in l. talis ſcriptura.ff.de le.1.Sed quid in reſcriptis qualiter in eis pecunia ſumatur? Dic quòd eſt ſingulare dictũ Inno.in c.ſedes. de reſcr.qui tenet q̃ in reſcriptis pecunia ſtrictè ſumitur. Nec dicas,quòd non habet dubiũ:quia verba reſcripti de
2 beant ſtrictè intelligi.Sed non eſt verum:quia t reſcripta
* largè capiuntur,niſi ſint contra ius commune , & de hoc ſunt mille textus.nota ergo dictum prædictum.

ADDITIONES.

Adde Ale.& alios in d.l.talis ſcriptura.Canoni.in d.ca.ſedes. Et adde infrà ſing.605. Nico.Pig.

* Reſcripta largè.Adde quòd reſcripta debent intelligi ſalua & firma manente diſpoſitione legis municipalis , & cõſuetudine,vt in pulchra quæſt.tradit Bal.in l.2.C.ſi ꝓpter. publi.penſ.refert & commendat Andre.Sicu.conſi. 13.& conſi.51.lib.2.Cott.verb.reſcripta.

CCXI.

1 *Annus datur appellanti ad proſequendum appellationem, & ſi is impediatur,habet ſecundum annum.*
2 *Impedimentum an per ſolum iuramentum probetur?*
3 *Appellans,ſi in primo anno ob impedimentum appellationẽ ſuã proſequi non potuit,ad hoc vt ſecũdum annũ habeat, debet probare impedimentum per duos teſtes, & hoc caſu iuramentum in defectum probationis non defertur.*

1 TV ſcis,tq̃ datur annus ad ꝓſequẽdũ appellationẽ.c.cũ ſit Romana.& c.ex rõne.de app.& authẽ.ei qui.C.de tẽp.& repa.app.& ſi impediatur,habet ſm annum, vt ibi. Quid ſi ꝓbo impedimẽtũ p vnũ teſtem , vt habeã ſm ſatale,nũquid debeat mihi deferri iuramẽtũ.ca.quia ꝓpter de elec.per Canoniſtas, p Legiſtas in l.2.ff. ſi quis caut.l. quæſitũ.ff.de re iudi:cũ ſimi.& per Fed.de Senis in conſilijs ſuis. Tu ego dico q̃ in caſu noſtro ſecus eſt : quia debet probari per duos teſtes, & nõ defertur iuramentũ in defectũ probationis,vt l.ſi.§.illud,ibi,cuidentiſsimis probationibus.C.de tẽp.app.& ille tex.eſt ſingularis ad hoc. Sed tu habes gl.in l.ſi.in prin.ff.quod me.cau.q̃ tũc iuramentũ non defertur,ergo,&c. *il maeſtro tuo non t'el dice.*

ADDITIONES.

Adde Iaſ.in repe.l.admonẽdi.co.94.nu.285.ff. de iureiu.So. in reg.404.fal.1.Et vide ſuprà ſing.200.Aduerte tamẽ, q̃ in contrarium eſt cõis opin.ſ.quòd impedimentum per ſolum iuramentum probetur concurrentibus alijs cõiecturis,vt p Ro.dec.302.in antiqs.Fel.in c. ex parte. 2.co. pe.de reſcri.Et ad d.§.illud.reſp.q̃ in caſu,in quo iuramẽtum ſufficeret,euidẽs probatio diceretur.gl.in verbo,proprio iuramento,in cap.ſtatutum.§.cùm verò. de reſcrip. lib.6.Verũm quia aliqui reclamant,vide Bar.Roma.Alex. & Iaſ.in l.2.§. quod diximus.ff. ſi quis cauſ.Abba. Deci.& alios in c.ex ratione.& in c.cùm ſit Romana.de appe. deciſ.Neapol.79.in cauſa. Nicol.Pig.

An impedimentũ ab appellante poſsit iuramento probari, latè tradit Guido Papæ deci.Grationop.205.dec.436.nu. 28.verſi.21.Et ad hoc multa ſingularia habentur deciſ.Capel.Tholo.65.& ibi per Auſrer. Gab.Sar.

CCXII.

1 *Reſtitutus ad bona, & ad ciuitatem, an habeat beneficium ceſsionis bonorum?*

1 DEportatus ſi reſtituitur ad bona & ciuitatem,an habeat priuilegiũ, vel bñficiũ ceſsionis bonorũ, & idẽ potes quærere hodie in quolibet bãnito. Dic q̃ nõ, caſus eſt vnicus & ſingularis in mundo,in l.2.in ſi.ff.de ſen.paſ. Scribe illum textum literis aureis,vt recorderis melius.

ADDITIONES.

Sequitur Io.de Arno.epit.82.& Iaſ.in §. cũ eo quoq;.co.pe. nu.22.vbi latè examinat materiam.Inſti.de actio. N. P.

Idem tradit Soc.in reg.46.ver.15.fallit. Sed videtur contrarium de iure dici poſſe, videlicet, deportatum non eſſe ceſsionis auxilio poſt reſtitutionem fraudandum,nam ſi ante ſententiã potuit cedere bonis,& ita carcerẽ euitare, reſtitutionis naturæ congruũ eſt,vt reſtitutus, ſi cõueniatur à creditoribus,& condemnetur, eodem beneficio carere nõ debeat,arg.l.ſi.§.ſi.C.de ſen.paſ. Nec obſtat d.l.2. qñ illius ſententia eò pertinet,vt qui poſt ſententiã à creditoribus cõueniri nõ poſſet, trãſlato in ſiſcũ ære alieno, l.ſi vt ꝓponis.C.de bo.proſcr.reſtitutus cõueniri queat, ſi mõ ad bona quondã ſua reſtitutus proponatur.Facit q̃ cũ reſtitutio in eius fauorẽ & cõmodum facta ſit, nõ debet cõtrariũ effectũ operari , quẽ operaretur ſi reſtitutus cedere bonis non poſſet,q̃ anteà poterat,arg.l.quod fauore.C.de legi.Et hæc cũ ſcripſiſſem,poſteà inueni hãc opinionẽ eſſe tenere Emanuelem Cott.Vlyſsipe.in rep. l. Gallus.§.& quid ſi tantùm.in 2.par.nu.42.& 43.ff. de libe.& poſthu.de quo valde ſum gauiſus. Gab.Sar.

CCXIII.

1 *Pater pauper ſi pecuniam mutuo acceperit,& illam in alimẽta filiorum eroganerit,filij poſteà diuites effecti eam mutuanti reddere tenentur.*

1 PAter pauper t accepit pecuniã mutuo, & illã conuertit in alimẽta filiorũ, qui poſteà effecti ſunt diuites ex aduentitijs,an filij teneãtur ad illud debitũ patris? Dic q̃ ſic, & ſic limita ti.C.ne fil.ꝓ patre.iſtud eſt notabile. & ſingulare dictũ Bar.in l.his ſolis.ff.de condictione indebiti.

ADDITIONES.

Adde q̃ hoc ſequitur Cæpo.caut.246.quid ſi pater. Crem.no tab.37.Io.Lup.in rub.de don.inter vir.§.66.co.2.Ial.poſt Ang.in d.l.his ſolis.& in l.ſi eum ſeruum.in prin.ff. ſi cert. pe.vbi Deci.& Alcia.tenent contrà,niſi conſtaret mutuũ contemplatione filiorum factum. Nico. Pign.

Adde Hippo.Marſi.ſing.224.vbi aliud ſimile adducit quando filius vel vxor teneantur pro patre vel marito.

CCXIIII.

1 *Procurator ad iudicia ſubſtituere non poteſt ante litẽ conteſtatã, niſi habeat mandatum ad ſubſtituendum . Et quid ſi tantùm in clauſula promiſsionis relevandi procurat rẽ ab onere ſatisdandi,de ſubſtitutione facta ſi mentio ,.n tunc poſsit ante litem conteſtatam ſubſtituere?*

1 VLumo tu ſcis,quod procurator ad iudicia nõ poteſt ſubſtituere ante litẽ conteſtatã,niſi habeat mandatũ

ad ſubſtituendũ,vt l.ꝙ quis.C.de procu.& in c.1.eo. ti.li. 6.Quod ſi in toto inſtrumẽto non eſt facta mentio de ſubſtitutione procuratoris,niſi in clauſula promiſsionis releuandi procuratorem ab onere ſatiſdandi, an tunc poſsit ſubſtituere ante litem conteſtatam?Tu dices quòd ſic,per no.per Bar.in l.ex hac.ff.de donatio. Tamen contrarium eſt verum ſecundum Dominos de Rota deciſ. 345. nota quòd ſi in procuratorijs.in antiq.per pulchras rationes,& non eſt alibi illud dictum.tene menti.

ADDITIO.

Adde eoſdẽ Do.de Ro.deciſ.10.in ꝓcurato.in prin.de Biſignet.Phil.Fr.poſt Do.in c.1.§.licet circa fi. de ꝓcur.li.6. & facit cle.1.in fi.de præb.quã allegat Ro.d.deciſ.10.N.P.

CCXV.

1 *Sententia cõtra ius legis lata,eſt ipſo iure nulla, ſecus ſi feratur contra ius partis,quia eſt aliqua,ſed venit reſcindenda,niſi ſit lata contra ius litigatoris,& pro illo, qui habet ſpeciale priuilegium contra ius commune.*

1 EX quo ſcis,quòd ſnĩa lata †cõtra ius legis eſt nulla ipſo iure,ſed qñ fertur cõtra ius partis eſt aliqua,ſed venit reſcindẽda ꝑ appellationẽ,vel alio mõ. Iõ do tibi duo pulchra.Primũ eſt,ꝙ iſtud eſt verũ,niſi lata ſit cõtra ius litigatoris,& ꝓ illo,q habet bñficiũ, ſeu ſpeciale priuilegiũ contra ius cõe:quia tunc ipſa ſententia eſt nulla ipſo iure. & ſic limita c.cũ inter vos.de re iudi.ff.e.ti.l.præſes.iſta eſt gl.ſing.in clem.1.in verb.finiri.de in integ.reſti.

ADDITIO.

Quã ſing.dicit ibi Pau.de Eleaz.de quo ibi p Zab.q.21. N.P.

CCXVI.

1 *Appellari non poteſt à pœna legis,& quid à declaratione pœnæ à iudice facta?*

1 APœna legis non poteſt †appellari.l. ſi qua pœna.ff.de ver.ſig.& in c.quia nos.& ibi gl.de app.Io.Andr.in c. ad noſtram.eo.ti.& gl.in c.ſuper his.de accu.in verbo,arbitrium.Sed an à declaratione pœnæ à iudice facta poſsit appellari?Glo.eſt ſingularis quòd ſic.in c.cupientes.§.ſed ſi per viginti.in ver.priuatos.de elect.in 6.

ADDITIONES.

Et ſequitur Abb.in c.ꝓuenit.de app.Fel.in c. cũ nõ ab hoĩe. co.fi.de iudi.Hip.in l.vnic.co.24.de C.rapt.vir.Lud.Car. poſt eos quos allegat,in repe.l.2.C.quor.app.nõ reci.N.P.

Idem tradit Card.Alex.in c.conſuluit.3.de app. vbi etiã Frãchus.Ale.de Imo.poſt Bar.in l.ſi qua pœna.ff. de ver.ſig. in vltima addit.& Abbas in c.ſuper his.poſt glo. de accu. & in c.reprehenſibilis de appe.& per Nellum in trac. bannitorum.in 4.parte primi temporis.1.q. Gab. Sara.

CCXVII.

1 *Argumentum de maiori ad minus an locum habeat in decreto iudicis?*

1 AN in decreto iudicis habeat locum argumentum †de maiori ad minus?Dic ꝙ non,tex.eſt ſingularis in l.ſi pupillorum.§.ſi prætor.ff.de rebus eorum.

ADDITIONES.

Fines enim mandati & conceſsionis diligenter ſunt obſeruãdi.l.diligenter.ff.mand.c.cùm dilecta.de reſcri.Et aduerte quòd hoc argumẽtum appellatur à maiori ſeu à fortiori. de quo latè tractat Nic.Euera.in ſuis locis legalibus. N.P.

Doctores in l.1.§.ſi quis ita.ff.de ver.obl. tractãtes de intellectu dictæ l.ſi pupillorum.§.ſi prætor. dicũt illud ibi eſſe, ꝑꝑ formã in qualibet alienatione ꝓdiorũ minoris requiſitã,iõ,ſi decreto iudicis cã cognita ꝓmiſſa eſſet venditio, nõ liceret hypothecare,nec ecõtrà,& hoc qa deficit forma,& hãc rõnẽ ſolẽ reddũt doctores oẽs ibi, & vbiq;,ſed cum ego de illa rõne ſemꝑ dubitaſſem,interq; colloquendũ,vt fit,cũ clariſsimo Iuriſcõſulto Do.Carolo Molineo, Lutetiæ Pariſiorũ de illo te. incidiſſet ſermo, is mihi illã doctorũ rõnẽ non ſibi ſatisfacere tanq̃ magis mathematicã,& phyſicam,quã ciuilẽ & practicã, aſſeuerauit aliãque ſubtilẽ rõnẽ pro ſui ingenij bonitate aſsignauit, nẽpe illud in eo te.iõ diſponi,quia ibi illud decretũ & cãæ cognitio ꝓcedẽs nõ in gñe,ſed ſuꝑ certo indiuiduo actu ſpãliter & limitatiuè interpoſita ſunt,iõ ſi aliud vel aliter fiat,quã in cãæ cognitione & decreto deductũ,& cõceſſum ſit,nihil agitur.i.nõ agit̃ ille actus,q ſpecialiter in cãæ cognitionẽ, decretũ deductus eſt,& ſic nullũ habet fomentũ decreti. & ita dicebat ꝓpriè loq,& debere intelligi illũ te.in d.§.ſi prætor.ſubdẽs,ꝙ tñ bñ valebit inquãtũ aliàs ſine cãæ cognitione,& decreto valere,& fieri poteſt.Et ita dicebat ſe aliàs tenuiſſe in ſua repetit.d.l.1.§.ſi quis ita.& §.ſi ſtipulãti.in gymnaſio Dolano facta. Vnde inferebat ſecus eſſe vbi ceſſat rõ limitatæ formæ,vel ꝓmiſsionis,& ita aſſeuerabat debere modificari & reſtrĩgi ꝙ ꝑ illũ te.in §.ſi ꝓtor. hic tradit Ro.quẽ ſequit̃ ẽt Ale. & ibi Iaſ.in l.in actionib. col.3.ff.de in litẽ iurã.& Nic.Euer.in locis leg.loco 35.à rõne legis larg.co.4.ar.de maiori ad minus nõ habere locũ in decreto iudicis,quia eſt verũ,qñ eſt interpoſitũ ſuꝑ certo indiuiduo actu tñ,de quo ſolo cognitũ,& deliberatũ eſt,ſecus vbi cõſtat de pleniori cognitione, & mẽte,& decretũ nõ eſſet limitatũ admodũ expreſſum, aliàs ſecus: vnde inferebat,ꝙ ſi ꝑ ſnĩam eſt ꝓmiſſum hæredibus ſub bñficio inuẽtarij, vel executoribus teſtamẽti vẽdere immobilia vſq; ad certã,quotã ad ſatisfaciẽdũ creditoribus, aut legatarijs,ij poterunt vſq; ad eandẽ quotã ꝓmutare, ſi hoc mõ æquè ſatisfiat,quia hoc caſu ꝓpriè loquẽdo non eſt extẽdere verbũ vẽdẽdi de ſtricta ſignificatione ad latã, ſed extẽdere,ſeu potius implere diſpoſitionem de mõ expreſſo,ad aliũ eiuſdẽ rõnis,& effectus.Et hãc rõnẽ poſtea inueni in terminis poſuiſſe dictũ Molinæũ in ſecũda parte ſuorũ cõmẽtariorũ analyticorũ,in cõſue.Pariſ.ti.2.glo. 1.in ver.5.*aucun achepte à pris d'argent*.co.2.nu.4.& 5.Verũ licet ipſe de hac rõne glorietur, & cã nouã ad illũ te.appellet,tñ nihil aliud mihi vr̃ eſſe, quã declaratio rõnis adductę cõiter ꝑ doctores. Quid.n.aliud eſt dicere,ꝙ ſi ſuꝑ alienatione ꝓdij cognitũ fuerit,nõ poterit obligari ſeu hypothecari,ea rõne, qa illud decretũ, & cãæ cognitio ꝓcedẽs nõ in gñe,ſed ſuꝑ certo indiuiduo actu ſpãliter interpoſita ſunt,vt ſi aliud,vel aliter fiat, q̃ in cãæ cognitione, & decreto deductũ,& cõceſſum ſit,nihil agat̃,i. nõ agat̃ ille actus,q ſpãliter in cãæ cognitionẽ,& decretũ deductus eſt,q̃ dicere,ꝓut cõpẽdioſius dicunt doctores, ꝙ ibi illud eſt ꝑꝑ formã in qualibet ſpẽ alienationis ꝓdij minoris diſtincte,& ſigillatim requiſitã?Formã etenim doctores intellexerũt phyſica quadã rõne,& vera,decreti cã cognita interpoſiti fomẽtũ,ꝙ in qualibet rei immobilis minoris alienatione limitatim & precisè interuenire debet ad hoc vt iure ſubſiſtat. Queadmodũ.n.forma dat eſſe rei, ſic decretũ cã cognita interpoſitũ dat eſſe alienationi ꝓdij minoris aliàs inualidæ.Quare dr̃ ꝙ ſi hac forma, & decreti fomentũ cã cognita interpoſitũ fuerit in indiuiduo ſuper actu vẽditionis tm̃,nõ poterit extẽdi ad aliũ actũ obligationis,de quo cognitũ nõ fuit.cognitio.n. cãæ & decretũ eſt forma.i.q̃dã ſubſtãtialis ſolẽnitas q̃ dat eſſe ſpecificũ, & robur alienationi,aliàs ꝑ ſe non ſubſiſtẽti,& q̃ in ea neceſſario ĩteruenire debet,& ſine qua aliqua in ꝑiudiciũ minoris alienatio fieri nõ põt.Vñ ſi hoc caſu cognito, & decreto ꝑ iudicẽ de vẽditione,heret hypothecatio, diceret̃ fieri actus,de quo nõ fuit actũ,& ꝑ cõſequẽs q null⁹ eſſet, veluti q careret forma & ſolenitatẽ ſubſtãtiali,nẽpe iudicis decreto,ꝙ ſtricti iuris eſſe intelligit̃,& ſtrictã interpretationẽ recipit,nec ſe ad aliud extẽdit,q̃ ad id ꝙ ſpãliter in cãæ cognitionẽ deductũ fuit.Quare ex ꝓdictis liquidò cõſtat hoc caſu.ar.de maiori ad min⁹ locũ nõ habere, maximè,qa maior põt eſſe rõ ꝓhibitionis, in eo qđ eſt min⁹, quã in eo,qđ eſt maius, vt ex cõceſsione vnius nõ poſsit ritè ad cõceſsionẽ alterius inferri.Euenire.n.põt,vt alienatio minori vtilior ſit,quã obligatio,ꝑꝑ pericula, q̃ ingruere poſſunt ipſi minori,re obligata,nõ aũt vẽdita,ſiquidẽ ſi caſmate,ruina,incẽdio,vel alio caſu res obligata ꝑiret,minori ꝑiret,ſecus ſi alienata fuiſſet,tũc.n.oẽ dãnũ emptoris periculo cederet,iurib.vulg.Ex qb.patet,ꝙ alienatio põt eẽ vtilior minori q̃ obligatio,quo ſit,vt de maiori,de quo cognitũ eſt,& decretũ, & ꝙ facilius cõcedere iudex debuit



ob minoris vtilitatẽ euidentẽ,non eſt inferendum ad minus.i.ad obligationem,quæ in cognitionem,aut in decretum ſpecialiter non venit,in qua maior ſubeſt ratio ꝓhibitionis,quam in maiori,ob caſus & pericula ſuperius, conſiderata.Igitur mihi videtur rationem Doct. ad illum tex.§.ſi prætor.eſſe tenẽdam,cum declaratione Molinæi, cùm ij nil aliud ſenſiſſe videantur,quam quod planius, & copioſius ipſe Molinæus deducit. Gab.Sar.

CCXVIII.

1 *Mandatum reuocatur morte mandantis,vel procuratoris: Et quid ſi dominus dubitet de morte procuratoris,an mandatum reuocatum cenſeatur?*

1 MOrte †mandantis reuocatur mandatum,& etiã morte procuratoris.Sed pone quod dubitatur de morte procuratoris,ſed magis credit dominus eum eſſe mortuũ an eo caſu ſit reuocatum mandatum? Dic quod ſic,caſus eſt ſingularis in l.libera.ff.de pecul.

ADDITIONES.

Et ſequitur Barth.Soc.in tract.fal.reg.254.fallen.7. N.P.

Quid ſi dominus moriatur ante litem conteſta.vtrũ mandatũ ꝓcuratoris finiatur,ſi dominus fideiuſſerit pro eo? Dic quod non.ita tenet deciſ.Cap.Tholoſ.264.& ibi Stepha. Aufrer. Gabr.Sar.

CCXIX.

1 *Iuramentum adijcit forum foro, & an hoc habeat locum in hærede iurantis?*

2 *Hæres non compellitur ad obſeruandum iuramentum defuncti,cuius eſt hæres,à iudice eccleſiaſtico.*

1 TV habes,†quod iuramentũ adijcit forum foro.c.cum C.laicus.de fo.cõpe.li.6.Sed an habeat hoc locũ etiam in hærede iurantis, adeò vt ipſe hæres ratione iuramenti poſsit cõpelli à iudice eccleſiaſtico ad obſeruantiam, ſicut

2 defunctus? Dic quod licet compellatur obſeruare, † non tñ à iudice eccleſiaſtico,ſm Ioan.And.in ca.fi.de ſepul.D. Ant.ſequitur in tit.de fo.cõp.nõ recordor vbi.Et licet ita ſit,tñ ego determinarẽ cõtrariũ,ſi eſsẽ in cõſiſtorio Papæ.

ADDITIO.

Adde Ab.in ca.veritatis.col.2.de iureiu. & in d.c.fi. de ſepul. Feli.ꝑoſt Barb.col.pe.in c.cum ſit.col.5.in 6.limi.de for.cõpe.Bal.in l.1.col.fi.C.de reb.cre.Gui.Pap.q.418. iuramentum.Steph. Aufr.deciſ. Tholoſ.415.Caſsiod. deciſ.2.nu. 8.de iureiur.Hier.Cag.in l.ſi quis maior.nu.208.C.de tranſac.referẽs ſenatum ducis ſui Sabaudiæ ſeruare opin.Ro. hic.In quibus locis allegant plures,& ponunt aliquas limitationes ad iſtud ſing. N.P.

CCXX.

1 *Lucrum turpe eſt,quando non neceſsitate ductus emo, vt carius vendam.*

1 FVi heri interrogatus à quodam religioſo de iſto caſu, nunquid † ſit turpe lucrũ, qñ non neceſsitate ductus emo,vt carius vendam aliquid? Ego reperi text. Gratiani allegantis Auguſtinum quòd eſt turpe.14.q.4.c.quicũque. vbi eſt tex.no.

ADDITIONES.

Ad iſtud vide Paul.clarè poſt alios diſtinguentem in c.ſi.col. vlti.verſi.vlterius quæritur.de vſur.

Ad cuius intelligentiam vide Io. Calder.& Mod.in c.fin.de vſur.Abb.in c.1.nu.10.& ſeq.ne cler. vel monac. N.P.

Adde quæ ad hoc notat M.Ant.Natta conſil.221.emanarũt. vol.1. Gab.Saray.

CCXXI.

1 *Caſtellanus nunquid poſsit prohibere ſcriptorem cuſtodientẽ caſtrum,ne ſcribat?*

1 ITem fui heri interrogatus, † nunquid caſtellanus poſsit prohibere ſcriptorem cuſtodiẽtem caſtrum, ne ſcribat? Dic quod ſi nõ impeditur officium cuſtodiæ caſtri,quod non. caſus eſt ſing. in l.duorum libertus.ff.de oper.lib. & hæc ſunt ad ſolatium.

ADDITIO.

Quod ſequitur Alex.in l.1.C.de præpo.agen.lib.12.& in l.ſi cõſul.ff.de adop.& illum ſing.dicit idẽ Alex.in l.ille à quo. §.tempeſtiuũ.in ſi. prin.ff.ad Trebel.Deci.in c. ex literis. col.6.de proba.vbi tractat materiam, quando quis fungi poteſt duplici officio. Nic.Pig.

CCXXII.

1 *Mater per tranſitum ad ſecundas nuptias perdit tutelam filiorum,& vtrum idem ſit,ſi ſponſalia contraxerit.*

1 TV habes, † ꝙ mater per tranſitũ ad ſecundas nuptias perdit tutelam filiorum.Sed quid ſi contrahit ſponſalia,an priuetur, ſi non eſt facta traductio?De hoc videtur caſus quod non,in l.ſolet.§.quę virum.ff.de his qui notan. infa.ad idem text.in l.ſi quis officiũ.ff.de ritu nuptiar.Sed hæc eſt quæſtio Spe.in ti.de tut.§. nunc dicendum.verſic. quid ſi nondum. & verſi.ſeq.& ibi determinat, quod aut mater tutelam aſſumpſerat, & non priuatur,alias ſi nondũ aſſumpſerat,ſecus,tene perpetuo menti.

ADDITIONES.

Et hoc ſequuntur Bal.& Ang.in l.ſolet. per illũ tex.ff.de his qui no.infa. Gozad.conſil.18.videtur.col.1.& ita concluſum fuit ꝑ cõſil.Neapol.vt per Matt. de Afflic.deciſ.357. in cauſa.Nic.Boer.q plures ꝓ & cõtrà refert,deciſio.267. alia quæſtio fuit.Intellige,niſi copula ante traductionẽ in domo vxoris fuerit ſubſecuta.Io.de Imola.in l.ſi ſocer.§. Lucius.col.3. verſi.& attende.ff.ſol.mat. & per Boer. vbi ſuprà. Nico.Pig.

Adde ea,quę notab.ſcribit Hippo.de Marſi.in l.is qui cũ telo. nu.41.C.ad l.Cor.de ſicar.Idẽ ſequitur Bart.in l.ſi quis ſub conditione.col.8.ver.quæro an ſtatim.ff.de teſta.tut.Bald. in.§.nos aũt.col.9.ver.& ꝓ hoc.Inſti.de Atti.tuto.& Lucas de Penna in.l.ſi.col.1.C.de incol.lib.10.Et plenè tradit D.Palatios Ruuios in repe.rub.extra de don.inter vir. & vxor.in §.55.col.2.ver.hinc etiã.nu.6. Iſtud extendi põt, etiã ſi matrimoniũ ſit nullum. ita tenet Bald.in c. ex parte M.de appel.col.3.ver.quæro ſi mater, quod refert & ſequitur Iaſ.in l.vbi pactum.col.pe.ver.2.ad idem.C.de trãſact. & Bald.vbi ſuprà,declarat hoc procedere,quando interuenit.copula.ſecus ſi non interuenit,quia maritus erat ſenex vel pupillus,licet Iaſ.in loco præallegato illum referat ſimpliciter. Gabriel Sarayna.

CCXXIII.

1 *Confeſsio partium non inducit probationem ſi ſiat ſuper eo,ſuper quo partes diſponere nequeũt,niſi in actibus iudicialibus*

1 TV ſcis,† quod confeſsio partiũ non inducit probationẽ,ſi emanat ſuper eo, ſuper quo partes non poſſunt diſponere.Fallit in actibus iudicialibus,caſus eſt vnicus in c.ſi.de proba.& ibi do.Anto.notat.

ADDITIO.

Adde quod iſtud ſequuntur & declarant Panor. & Fran.de Are.in ca.ſi.hic alle.declaratur etiam latius ibidẽ per Feli.

CCXXIIII.

1 *Mater priuatur ſucceſsione filij, ſi infra annum tutorem nõ petierit, ſed ſi mater eſt minor, excuſatur,& quid ſi maior effecta non petierit?*

1 TV habes l.ſciãt.C.de le.hær.& l.matres.C.ad Tert.†ꝙ mater priuat̃ ſucceſsione filij,ſi ei non petit tutorẽ infra annũ.Itẽ habes,ꝙ mater excuſatur,ſi eſt minor,vt l.2. C.ſi aduer.delic.Mõ Romæ euenit caſus tempore mortis patris mei,mater mea erat minor,poſt inde effecta eſt maior,& non petit,nũquid priuetur ſucceſsione? Multi cõſuluerũt ꝙ ſic,ꝑ text.in l.Titiæ.§.vſuras.ff.de lega.2.qa ſinita ętate finit̃ priuilegiũ.Ego reperi Spe.in ti.de in integ.reſti. §.1.verſi.ſed qd ſi ipſa.nu.8.determinãtẽ ꝓ matre. & Bal. in ſex vel ſeptẽ locis(& variat more ſuo)in auth.ſi captiui. C.de epiſ.& cler.in l.q cõtra.col.2.ver.2.quęro.C.de ince. nup.in auth.eiſdẽ pœnis.C. de ſecun. nup.l.præcibus.col. 4.verſ.quid ergo,ſi tempore.C.de impub.& l.omnem.C. ad Tert.& in d.l.2.C.ſi aduer.delict.Ego aũt cõſului pro matre,& allegaui pro caſu l.qui cum maior, verſus prin. ff.de bon.liber.Secundò per l.3.§.ſcio etiam illud.ff.de mino. Tertio per duas gloſſas ordi. vnam in d.l. minoribus. C.de his quibus vt indig.aliam in d.l.1.C.in qui.cau.in integ.reſti.non eſt nec.quæ videntur hoc terminare.

ADDITIONES.

Vide Pau.de Caſt.in l.ſciendũ.§.fi.ff.qui ſatiſda.cog.& dic q̃ locũ Specul.quem attribuit ſibi Roma.hic,allegauit prius Bal.in auth.ſi captiui.co.2.ver.2.q.C.de epiſc. & cler.hic alleg.vbi dicit cõſuluiſſe ſæpius pro iſta parte. & facit eius conſi.101.incip.Quæritur vtrum domina Fran.col.2.circa med.in.2.par.

Adde quod conſi.Ro.eſt nu.279.viſis thematis narratione, quem ſequuntur cõmuniter Alex. Iaſ.Cor.& alij in d.l.minoribus.C.de his quib.vt indi. Ang.Are.in §.ſed quemadmodũ.col.2.Inſti.de ſenatuſc.Tertul. Caſtren. Alex.Iaſ.& Soc.in l.ſciẽdum.§.fi.ff.qui ſatiſd.cog.Socin.Iun.qui alios citat,conſi.8.in præſenti.col.3.lib.1. Nic.Pig.

Idem refert & ſequitur Barthol.Chaſſæn.in comment.conſuetu.Burgund.in 6.rub.§.*6.entre Bourgeois.* in verſic. *la femme.*in prin. Gab.Saray.

CCXXV.

1 *Ingratitudo vtrum ſit ſufficiens cauſa reducendi legitimatũ ad illegitimationem?*

1 VLtimò quæritur, nũquid ingratitudo ſit ſufficiens cauſa reducẽdi legitimatum ad illegitimationẽ? Ego habeo conſulere,neſcio quid faciam.Bal.tractat, & tenet, q̃ aut ſumus in reſcripto principis legitimationem inducente, aut ſumus in legitimitate per ſubſequens matrimoniũ,vt primo caſu,ſic,ſecundo non,in c.filij nati.ſi de feu. fuer.contro.in vſib.feud.

ADDITIONES.

Adde q̃ iſtud dictũ ſequitẽ Iaſ.vbi pulchra dicit in materia reuocationis ꝓpter ingratitudinẽ.in l.ex hoc iure. colũ.15. de iuſti.& iu.& dictũ Bal.cõprobat,vt per eũ.Iſtud dictũ etiã recitat tacito iſto authore Frãſciſc.Cre.no.20.tu ſcis.

Adde Franc. Rip.in l.fi.in princ.C. de reuoc.dona.Io. Arno. dialog.59. Hippol.ſing.413.ingratitudo.Nic.Pig.

Hoc idem notat Iaſon in l.ex facto.in prin.vbi hanc doctrinã Baldi ponit, col.4.ver.3.nu.17.ff.de vul.& pup.Et latè dixi in apoſtil.ad Franciſ.Cremen.ſing.20.Et ibi dictis ad de latiſsimè per Carol. Mol.in prima parte commen.in conſuet.Pariſ.§.30.in prin.nu.1.2.3.& 4. Gabriel Sar.

CCXXVI.

1 *Prodigus notorius nunquid ſi ante interdictionem contrahat poſſit poſtea eius curator aduerſus illos contractus reſtitui?*

1 FVi interrogatus à domino Paulo,& domino Birdo,nũ quid ſi prodigus notoriusante interdictionem cõtrahat,poſsit poſteà eius curator aduerſus illos contractus reſtitui?Allegabant mihi quod ſic,gl.l.patri pro filio.in priu. verſi.interdici,ff.de mino.circa prin.Sed non facit,quia loquitur in prodigo minore.Et ideo in hoc dicerem, quod ſi iuſtam iſte prodigus cauſam allegaret, reſtituendus eſt, alias ſecus.l.1.& l.necnon.§. quod eis inquit prætor.ff. ex quib.cau.maior.

ADDITIO.

Quòd in prodigo etiã notorio requiratur ſentẽtia iudicis declaratoria,tenet Bar.in l.is cui bonis.& ibi cõmuniter Doctores,inſuper Iaſ.col.3.Franc.Rip.col.2.vbi amplè diſputant & ſequuntur.ff.de verb.ob.& deciſ. Tholoſ.262. præterquã in minore prodigo,per gl.in d.l.patri.vt per Iaſo.& Rip.vbi ſuprà,hic nu.10.ille nu.12.& Nicol.Boer. deciſione 23.motus.q.5.& 6.Sed illa gloſia loquitur de curatore vnde intelligitur de maiore.Bartol.in l.ſi curatorem. nu. 2.C.de reſtit.in integ. & ita debet intelligi, vt aliquid habeat dubitationis.De qua vide Barto.in l.1.ff.de curat. furio.& in l.Marcellus:vbi Caſtren. & Alexan.ff.de fideiuſſorib.Franciſc: Rip. vbi ſuprà numero 36. vbi plures pro vtraque parte numerat: Nic.Pig.

CCXXVII.

1 *Coniuncta perſona licet pro coniuncta ſolutionem recipere nõ poſsit,tamẽ poteſt ſi cõiuncta perſona eſt minor, & prodiga.*
2 *Coniuncta perſona non poteſt ea facere, quæ ſpeciale mandatum requirunt, vt eſt,in integrum reſtitutionem petere.*
4 *Mandatum ſpeciale requiritur ad ſolutionem recipiendam.*
4 *Procurator cum mandato non poteſt ante litem conteſtatam ſubſtituere,niſi ad id mandatum habeat ſpeciale,*

ET illã l.patri.ff.de mino. nota ſingulariter ad duo. Primo,q̃ licet cõiuncta perſona pro cõiuncta nõ poſsit ſolutionem recipere,vt l.2.cũ ſimil.ff.vt in poſ.leg.tñ pòt, cũ coniuncta perſona eſt minor, & prodiga.caſus eſt ſingularis in d.l.patri.& eam induco ſic,certum eſt q̃ coniũcta perſona nõ pòt ea facere, quæ requirũt ſpeciale mãdatũ,vt eſt petere reſtitutionẽ in integrum.l.iliud.§.ſi talis ff.de mi.& tñ cũ eſt minor & prodiga,pòt,vt in caſu dictę l.patri.ergo & ſolutionẽ recipere,cũ tad illã ſpeciale mandatũ requiratur.l.hoc iure.ff.de ſol. Secũdò nota illã legẽ, q̃ ſicut ꝓcurator cũ mandato nõ pòt ante litẽ conteſtatã ſubſtituere.c.1.de ꝓcu.li.6.& l.quod quis.C. de procu. cũ ſi.ita nec cõiũcta perſona q̃ habet mãdatum à lege. cauſaeſt in d.l.patri.licet de iure canonico ſolitus ſum in cõtrariũ allegare caſum ſingularẽ in c.accedẽs.de procu. & induco d.l.patri.eo mõ,quo ſuprà,nã ad ſubſtituendũ ante litẽ cõteſtatã requiritur ſpeciale mandatũ, vt dictis iuribus, ſed ad ea non admittitur coniuncta perſona,vt hic.ergo,&c.

ADDITIONES.

1 bi,ſecundo nota.in fi.aſsignat Ro.rõnẽ,qa requiritur ſpeciale mandatũ & c.Dic q̃ iſta rõ cõfunditur per ea,quæ ipſemet dicit in l.qui bona.§.ſi alieno.ff.de dãn.inf.vbi vult dũ ſequitur opin.Bart. q̃ in cõiuncta perſona nõ requiratur ſpeciale mandatum ad iurandum de calũnia, aſsignat talẽ rationẽ,quia.ſaltàs ſequeretur,qđ iura dicentia coniũctã perſonã pro coniuncta perſona admitti ſine mandato,vt l. ſed & hæ.in prin.ff.de procur.& exigendi.C.eo.tit. nunquã haberet locũ, niſi cõiuncta perſona haberet ſpeciale mandatum ad iurãdũ de calũnia,q̃ eſt abſurdũ dicere.alia adducit de quibus ibi per eũ, & vide Alex.in d.§.ſi alieno.

Adde quòd coniunctæ perſonæ ſolui non pòt,prout tenent oẽs præter Deci.in c.cũ M.de cõſti.quẽ ſcitè reprobat ibi Rip.nu.60.Fallit,vt hic per Ro. quẽ ſequitur Alex.in l.vero procuratori.ff.de ſolu. Alex.Iaſ.Soci.& alij in l.3.ff.ſolu. ma.& in l.filius paciſcẽdo.C.de pact.Iaſ.in l.exigendi.4.fal len.C.de procurato. Secundo nota &c.& hoc ſequitur idẽ Rom.poſt Spe.cõſ.241.ſpectabiles.col.3.verſ. vltimò Iaſ. in l.q̃ quis.fallẽ.7.C.de ꝓcu.deciſio.domi.de Rota 676. nota q̃ cõiuncta.& antiq.& 420.§.ſed vtrum in nouis.Cagnol.in l.nemo alieno.ff.de regu.iuris.Et circa c.accedens. de procu.adde infra ſingulari 619.Tu audiiſti. Nic.Pig.

CCXXVIII.

1 *Immobilia ſoluto matrimonio debent vxori ſtatim reſtitui mobilia autem poſt annũ: Et quid ſi vir immobilia dotalia vendiderit, & ex eorum prætio mobilia emerit, an debeãt ſtatim reſtitui?*

1 TV habes l.vnicã.§.exactio.C.de rei vxor. actio. quod immobiliaſoluto matrimonio debent ſtatim reſtitui,mobilia autem poſt annum. Modò quæro,quid ſi primo dos conſiſtebat in rebus immobilibus,vt in fundo, & poſteà maritus vendidit, & res mobiles ex earum pretio emit,an tunc debeãt ſtatim reſtitui? Tu diceres,quod ſic, quia ſubrogatum,&c. Ego habui conſulere Florentiæ, & ſemper dubitaui,niſi quod legẽdo poſteà reperi caſum, q̃ iudicantur vt res mobiles.Caſus eſt ſingularis in l. cum in fundo.§.ſi fundus.ff.de iure dot.& ita conſului.

ADDITIO.

Adde in ſimili quæ tradunt Bal.Matth.de Afflic.& alij in c.1. de feu.non hab.natu.feu.& And.Tiraquel.de retract.conſang.§.32.glo.1.nu.10.& ſeq. Nico.Pig.

CCXXIX.

1 *Metus,qui cadit in conſtantem virum, contractum viri reſcindit.Idem de contractu à muliere per metum celebrato,ſi metus ille in conſtantem mulierem caderet.*

1 TV ſcis,q̃ contractus tunc ex metu reſcinditur, quãdo talis eſt metus,qui cadit in cõſtantem virum. Sed qd in muliere,an ſit idẽ Iuriſtę neſciũt.Dic q̃ debet cõſiderari metus,qui caderet in cõſtãtẽ mulierẽ, nõ in cõſtãtẽ virũ.gl.eſt ſingularis in c.cũ locũ de ſpõſ.duo. Ant.in c.cõſultationi.eo. titu. facit illam gloſi.ſingularem quod no 2.

Additio



ADDITIO.

Et ſequitur Iaſ.in l.interpoſitas.in primo notab.C.de trãſac. Dec.in c.ſi.co.fi.de app.& in c.cũm.co.1.de of.dele. & in l.feminæ.nu.9.& in l.in oĩbus.& ibi Cagn.ff.de re.iu. Ni. Boer.q̃ plures citat,deciſ.10. Maritus ꝓ minas.in prin. Au. Bero.in c.1.3.no.de offi.dele. poſt Deci. Limita in minis illatis teſtibus ad hoc,vt minãs ꝓdat cãm, quia tũc quales quales ſufficiunt,vt p Hip.in rub. C. de probatio. col. 33. num.190.& in ſingu.578.metus. Nico.Pign.

CCXXX.

1 *Filius naturalis inuitus non cogitur ſuſcipere legitimationẽ, niſi quando occultat ſuam matrem concubinam, quam pater vellet in vxorem ducere.*

1 TV habes §.gñaliter.in auth.q̃bus mod.natu.effici.ſui. qui dicit, q̃ filius inuitus non cogit ſuſcipere legitimationẽ. Quod eſt verũ, niſi eo caſu, quo filius ipſe naturalis occultet ſuam matrẽ cõcubinã,quã pater vellet libẽter in vxorem ducere.caſus eſt vnicus in §. ſit igitur. ver. & hoc facto.quib.mod.nat.effi.legi. Ang. alle.in diſputa. quæ incip. nobilis quidam genere. & facit magnum feſtũ.

ADDITIONES.

Adde §.1.verſi.nouimus.& §.ſi quis ſanè.& ibi gl.in ver.quę non appareat.in auth.eo.titu.Cardi.Alex.in c.per venerabilem.§.quod aũt.nu.15.qui filij ſint legi.Nicol.Boer.deciſi.160.ſed circa. Et quòd conſenſus requiratur,vltra allegata per Boer,vbi ſuprà,ponit Iaſ.in l. poſthumo. col.1. C.de contra tab. Deci.conſi.317.in caſu.& conſi. 367.Cagno.in l.inuito.in prin.ff.de reg.iur. Nico. Pig.

Vide d.And.Tiraq.in tractatu de nobilita.c.6.nu.40. verſic. ſed illud tñ . Sed pro diſcuſsione præſentis ſingularis facconcluſionẽ.Sine aſſenſu filij naturalis non perficitur legitimatio,cuius voluntas ſaltẽ ſubſequi debet:nã in oĩbus caſibus,in quibus ſolet impetrari,verũ eſt inuitũ filiũ nõ ſie ri legitimũ.te.eſt in auth.quibus modis natu.effi.ſui. §. generaliter.ibi,in oĩbus,qui ꝓ prædictos modos.col.7. Qua cõcluſione ſtante,pòt ꝓbabiliter inferri Ro. hic deceptũ fuiſſe,& cũ eo alij,qui eũ ſunt ſecuti, videlicet,Ange.in q. Nobilis quidam gñe, quẽ hic allegat Ro.Anto. de Roſel. in tract.de legitima.li.2.cap.de cã materia.nu.8. Præpoſi. in c.per venerabilẽ.§.q̃ aũt.nu.51. qui filij ſint legi. Soci. in l.Gallus.§.forſitan.nu.5.ff.de lib.& poſthu.Nic. Boer. deciſi.160.in fi.qui hãc Ro.opinionẽ tenuerunt per te.in auth.quibus mod.natu.effi.le.§.ſit igitur licẽtia. verſic.& nec fraudare.Itẽ arg.te.in d.§.gñaliter.vbi æquiparatur legitimatio,& emancipatio, ſi ex cã iuſta filius nolens pòt emancipari,igitur ꝑ hanc cãm,patriſq; contumeliã, inuitus filius in eius poteſtatẽ trãſibit.Verũ cõtra hãc horũ opinionẽ eſt te.in d.§.gñaliter.ibi,per prædictos modos, iũcto §.illud autem.in quo proximè modus hic traditus fuerat,vt liceret patri reſcriptũ impetrare,quo legitimos ſibi faceret naturales filios,qui matrẽ occultaſſent. Sed & ſi daremus hanc eſſe iuſtã cãm vt emãciparetur inuitus filius,non tñ ſequitur q̃ ꝑ eandẽ cãm inuitus filius in poteſtatẽ naturalis parentis tranſiret.Nã quãuis contra eum cõmiſiſſet vnã exhæredandi cauſam ex 14.quæ continentur in auth.vt cũ de app.cogno.§.cauſas.alienũ tñ ab õmni iure eſt,debere eũ propterea ſui ipſius poteſtatẽ amittere,cùm hoc tm̃ receptum ſit in his,qui quondam fuerũt in poteſtate,& emãcipationis beneficium ab eodẽ patre cõſecuti ſunt li.1.ibi,reſciſſa.C.de ingra.libe. quã ita inducunt Bar.& oẽs in l.qui liberatus.in fi.ff.de adoptio.Io.de plate.& Ang.Are.in §.ſi. in fi.Inſti. quibus mo. ius patriæ poteſta.ſolui.Nec obſtat huic ſnĩæ tex.in dicto §. generaliter.nam pòt retorqueri,cùm.n. ſcribat Imperator multo magis,& ſignificauit non valere argumentũ ab inferiori ad ſuperius affirmatiuè. Et vbi concederetur emãcipatio nolentis,non eodem exẽplo cõcedenda eſſet inuiti legitimatio,q̃ ſubtiliter expendit Rapha.Fulg.in l.ſi.circa medi,ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.vbi eis.§.argumẽto tenuit dicere,infantis quidem inuiti emancipationẽ ex reſcripto procedere.l.iubemus.in fi.C.de emancip. libe.ſed non propterea inuiti infantis legitimationẽ inducendam, q̃ cõprobauit Ludo.à Sardis in tract.de legitima.c. de legitima.per reſcriptũ.§.tertiò quęritur an infans.idemq; probauit idẽ Ludo.Ro.conſulendo,conſi.194. aduerſus Bar. in dict.l.ſi.cuius tñ opinio receptior eſt, vt ſine vllainfantis ratihabitione,eius legitimatio procedat, ſi fiat ab eo,q ſupremã habeat poteſtatem,ſm oẽs Mode.in dicto §. for ſitan.Barb.in cõſi.34.vol.4.Ial.cõſi.125.col.4.vol.4. Curtius Iunior conſi.19.nu.4.Poſtremò non obſtat text.in d. §.ſit igitur licẽtia.ver.& nec fraudare.qm̃ poteſt ſimiliter retorqueri,ſi quis conſideret Iuſtinianum ſentire, filios, qui matrem occultauerunt ne cõtracto matrimonio legitimi fierent,nõ magis poſſe fieri ꝑ reſcriptũ legitimos, ſi nollent,q̃ contracto matrimonio q̃ per occultationẽ matris euitabãt.Sed cõtracto matrimonio filij inuiti nequaquam fierent legitimi,igitur nec per reſcriptum ex ea cã impetratũ Quod verò ij,qui per ſubſequẽs matrimoniũ legitimi fiunt,non aliter hunc ſtatũ nanciſcantur, quã ſi & ipſi velint.tex.eſt expreſſus in d.§.gñaliter.ibi, ſiue per inſtrumẽtorum celebrationẽ.& inibi hoc colligit Iacob. de Belouiſ.Gul.à Cun. Alberic.de Roſa.Raph.Fulg. Pau. de Caſt.in l.benignitus.ff.de legib.Lud.de Sardis. in tract. de legitima.c.de requiſitis in legitima.nu.2. Anto. de Roſel.in tract.de legitim.lib.1.c.de cã form. legiti. nu.penul. Martin.Lauden.in eodẽ tract.de legitima.num.80.Ange. Are.in §.ſi.nu.9.Inſti.de nuptijs.Nic.de Vbal. in tract.de ſucceſsio.ab inteſt.1.parte.nu.64.And.Sicul.in repeti.lcũ acutiſsimi.verſi.contrariũ determinat Gulicl.C.de fideicommiſ.Are.penu.co.Soci.num.5.in dicto.§.forſitan.Iaſ. conſi.155.col.4.tametſi contrariũ exiſtimauerint Ange. Peruſi.cõſi.17.col.2.Salice.in diſputatio.incip. Mediolanenſis.ſecundo dubio.Præpoſit.in c.tãta eſt vis. 13.q.nu. 27.& in c.per venerabilẽ.§.q̃ autem.nu.17. de donatio.inter virum & vxo.decepti arg.tex.in dicto §.ſit igitur licẽtia.vbi Accur.in ver.nec fraudare,rectè ſenſit, ſiue parẽs matrimonium cõtraheret,ſiue filios, qui matrẽ occultaſſent,vellet per reſcriptum ſibi eſſe legitimos, rem ſemp temperandam ſm regulam tex.in d.§.gñaliter.& ita in terminis tenet & ſequitur Emanuel Coſta in repetitione.l. Gallus.§.& quid ſi tantum.in ſecunda parte numer. 109. & ſeq.ff.de liber.& poſthu. Gab.Sar.

CCXXXI.

1 *Sententia lata per ſyndicos ſeu reuiſores rationum communis,contra adminiſtratores communitatis abſentes, licet non contumaces,valet.*

1 VAlet ſnĩa lata per ſyndicos, & reuiſores trõnũ cõis, contra adminiſtratores cõitatis abſentes,licet nõ cõtumaces.caſus eſt ſingul.ſecundum Bar.ibi,in l.2.§.quod de frumentaria.ff.adminiſtr.rerum ad ciui.perti.

ADDITIONES.

Et ſequitur Feli.in c.2.col.3.ver. fallit ſecundo de treuga & pace.& multum commẽdat Alex.in l.diuortio.§. quod in annos (quem legit cum §.ob donationes.) col.penulti. & ibi Iaſ.nu.20.ff. ſoluto matrimo. idẽ Iaſ.in l.ſi duobus.§.ſi is qui.col.2.ff.de iureiuran.Alciat.in d.§.hoc ſermone. & ibi latè And.Tiraq.in 2.limit. Nicol.Pign.

* Refert & ſequitur Catellia.Cott.in memoral.verb. legatum quod vxor.

CCXCVI.

1 *Legatum annuum an cenſeatur ſi legem Titio ſextam partẽ reddituum,quos habeo in monte Senenſi?*
2 *Relictum omne præſtandum ex mente teſtatoris ex redditu certæ rei,ducitur annuum.*

1 LEgaui Titio ſextam partem reddituum, t quos habeo in monte Senẽſi,eſt ne legatum annuũ? Dic quod ſic,
2 ſecundum regulam, t Omne.n.relictum præſtandum ex mẽte teſtatoris ex redditu certæ rei dicitur annuum.caſus eſt vnicus in l.defuncta.§.fi.ff.de vſufructu.

ADDITIO.

Et idem tenet Franciſc.Cremen.ſingular.76.habebam. Caſtren.Alexan.Iaſ. poſt alios in l.ſi Stichum.§.ſtipulatio.ff. de verborum obligatio. Nic.Pig.

CCXCVII.

1 *Legatum annuum an ſit; ſi legem Titio decem per quadriennium in feſto ſuæ capellæ,an verò ſit quadriennale?*

1 LEgo Titio decem per quadriennium t in feſto ſuæ capellæ,an ſit relictũ annuũ, an verò erit quadriennale, vt in fine cuiuſlibet quadriennij teneatur ſoluere annua? Dic quod ſingulis quadriennijs præſtandum eſt legatum. caſus eſt ſingularis in l.cum erat.ff.de annu.legat.

CCXCVIII.

1 *Legatum ſi Titio fiat de vno modio frumenti quolibet anno, & ſi illud hæres non ſoluerit, eidem Titio relinquantur mille,an ſi primo anno hæres nõ ſoluat, teneatur ad omnia mille,an verò pro rata vnius modij primi anni?*

1 LEgo Titio t quolibet anno vnum modium frumẽti,& ſi illud hæres non ſoluerit,relinquo eidem Titio mille accidit,quod primo anno hæres non ſoluit,an teneatur ad omnia mille ſoluenda, an pro rata vnius modij primi anni? Caſus eſt ſingula. & peregrinus, q̃ tenetur ſtatim non ſoluto modio primi anni ad omnia mille, in l.1.§.fi.ff.de penu.leg.& nota bene.

ADDITIO.

Adde Docto.in l.ita ſtipulatus.la grande.ff.de verborum obligatio. Nic.Pig.

CCXCIX.

1 *Nepos conceptus poſt mortem aui,ex propria perſona, nec de iure prætorio,nec ciuili ad ſuccedendum in hæreditate aui admittitur:ſecus eſt in iure patronatus libertorũ,et eccleſiæ.*

1 COnceptus poſt mortẽ aui t ex ꝓpria perſona, nec de iure prætorio,nec ciuili poteſt admitti ad ſuccedendũ in hęreditate aui.l.Titius.ff.de ſuis & legiti l.1.§. ſi quis proximiorem.ff.vnde cog.Inſtitu.de hære.quę ab intesta. §.cum autem & l.ſi quis filium.C.de inofficio. teſtamen. tradunt Docto.in l.qui ſe patris.C.vnde lib. Hoc tamẽ fallit in iure patronatus libertorum,& conſequenter eccleſię caſus eſt ſingularis in l.Paulus reſpondit.§.Paul.1.ff.de bo. lib.quod nota.

ADDITIONES.

Sequitur Bar.in l.ſi qs filio.in fi.prin.ff. de iniuſto rup. Et eſt rõ,quia regula d.l.Titius.cum ſimilibus,habet locũ ſolũ in ſucceſsionibus hæreditarijs, ſecus quo ad alia,vt cõcludit Barto.p d.§.Paulus.in l.item prætor.ff.de ſuis & legi. & in l.quod dicitur.q.7. & ibi Alexan.Iaſ. & cõmuniter alij,ff. de verborũ obligatio.Iaſ.in l.2.col.65.C. de iure emphy. Et adde quod argumentum de iure patronatus libertorũ ad eccleſiaſticum procedit, quando ratio diuerſitatis dari non poteſt,vt videtur velle Ro.hic, & tradit Augu.Bero. in rub.de iure patro.char.penul. Nico.Pig.

Idem tradit Cur.Iun.in d.l.qui ſe patris.col.18. nu.5. verſic. iſtud tamen.C. vnde liberi,& deci.in rubi.C. de ſucceſſo. edicto.col.1.nu.2.in prin. Gab.Saray.

CCC.

1 *Limitatio ad l.1.§. vſque adeò.ff.de tut.& rat.diſtrah.*
2 *Tutor datus à iudice ſi malè adminiſtret, poteſt prius conueniri,iudex qui eum dedit,quam contutor teſtamentarius.*

SCis,q̃ vbi ſunt plures tutores, vnus tenetur ex mala ad miniſtratione alterius,ſi ille alter non ſit ſoluendo. Itẽ ſcis,quod ſi magiſtratus dat plures tutores pupillo, qui ſimiliter male adminiſtrant,in ſubſidium cõuenitur magiſtratus.Hoc præſuppoſito,dicit l.1.§. vſque adeò.ff. de tutel.& rõ.diſtrahen.q̃ antequam pꝛueniatur ad magiſtratũ ex mala adminiſtratione vnius, debet conueniri tutor
1 prius,& vltimò magiſtratus.Sed t illũ textum limita, niſi ſint plures tutores diuerſimodè dati,quia alter teſtamẽtari,2 alter datiuus,nãt ſi datiuus malè adminiſtrat,pòt prius conueniri iudex,qui eum dedit quam cõtutor.caſus eſt ſingularis in l.Lucius.§.cum teſtamento.ff.de adminiſtratio. tuto.& Barto.ibi facit magnum teſtum.

ADDITIO.

Adde quod Barto.eandem opinionẽ tenuit in l.1.verſicu.illud ergo.& ibi ſequuntur alij communiter oẽs.C. de tranſact.Eſt etiã alius caſus ſimilis in l.1.§.nũc tractemus.verſ. vſque adeo.& ibi gl.C.de tranſact.vbi qñ non diuiſa tutela à teſtatore,vel à iudice, quidã ex tutoribus geſsit, quidam non,nam ſi gerens non ſit ſoluendo, agitur primò contra magiſtratum,qui eum dedit,quam contra contutorem.

CCCI.

1 *Excuſatus ſi ad ſoluendum id,quod tenetur,nõ accedat,quia ſcit guerram,ita etiam excuſatur,ſi ſcit treugam.*
2 *Treuga an magis accedat paci, quam guerræ?*

1 SIcut non accedens ad ſoluẽdum t id quod tenetur, excuſatur,ſi ſcit guerram,ita etiam excuſatur, ſi ſcit treugã. caſus eſt ſingularis ſecundum Bal.in tit.de pace Conſtan. in §.vaſalli qui.in vſib.feu. Addas ad c.nouit. de iudi. & de treuga & pace.& ad quæſtio.Ioan. And.in rubr. de treuga
2 & pace.vbi quęrit, t an treuga magis accedat paci, quam guerræ?ſed caſus eſt pro illa quæſtione in dicto §. vaſalli.

ADDITIONES.

Ad hoc vide Feli.in cap.nouit.colum.2.verſic.vbi verba. de iudic. Pau.de Caſt.in l.conuentionum.ff.de pact. vbi dicit ſtante ſtatuto,quod qui habet pacem cum offenſo,remittatur ſibi offenſa, non habet locum vbi quis habet treugam quia debet habere pacem,& non gaudebit beneficio dicti ſtatuti. Adde Calderi.conſilio 37.in titu. de teſtamen. incip.teſtator mandauit.

Et not.idem Bal.per illum text.in cap.ſignificauit.& ibi Ioã. de Ana.& Feli.de Iudæ.Iaſ. in l.cũ proponas.2.C. de pact. Nicol.Boer.qui alios refert,deciſio.40.quæritur.in princi. & deciſ.172.an licitum. nu.23.quod quomodo procedat, tradit Feli.vbi ſupra. Nic.Pig.

CCCII.

1 *Mora in ſolutione dotis quando, & à quo tempore committi dicatur.*

1 QVando dicitur committi mora t in dotis ſolutione, ſe cluſa tamen interpellatione? Dic,quod lapſo biennio à die contracti matrimonij, ſi nõ ſoluit poſt biennium eſt in mora, & incurrit conſequenter omnes pœnas moroſi. Intellige tamen poſt traductionem ad domum, & onera matrimonij ſupportata,caſus eſt ſingularis.in l.fi.§.prætea.C.de iure dot.

ADDITIONES.

Adde Barto. Alexand.Iaſ.& alios in l.de diuiſione.ff. ſoluto matrimonio.Alexan.in l.quod te.colum.4.ff.ſi certum petatur.& in conſi.147.perſpectis.colum.penulti.li.5.Socin. regul.269.fallen.4.Ange.Areti.in §.fuerat.& ibi Iaſ.num. 20.Inſti.tut. de actio.vbi ponunt nonnullas limitationes. Nico.Pign.

Adde Bauerium in repetitto.l.ſi ex legati cauſa.colu.16.in fi. verſic.

versic.4.principaliter.ff.de verborum obligatio.& ibi Didac.Segura nu.87.versi.4.fallit,& p Chaslæn.in cõsuetudi. Burgund.rubri.4.§.23.nu.1.fol.199.col.2.Gabriel.Saray.

CCCIII.

*1 Accusatione pendente si reus moriatur,an hæres possit petere,quòd iudex declaret defunctum non commisisse delictum,de quo accusabatur?*

PEndente accusatione de furto,vel homicidio cõtra Titium decedit Titius relicto hærede: (scis q̃ finita est accusatio,vt l.ex iudiciorum.ff.de accus.& per totum titu
1 lum,si reus vel accusa.mor.fuè.)hæres instat vt iudex declaret defunctum non cõmisisse furtum,seu homicidium, vt defunctus euitet infamiam,an cogatur iudex ad hoc declarandum? Dic quod sic,nam quo ad effectus declarationis non extinguitur,casus est singularis in l.filio.§. Seia.ff. de adi.leg.Bal.in l.vnica.col.2.C.ne ex deli.defun.

ADDITIO.

Et idem dicit Augustʒ.Arimi.in tracta.malefic.in gl. qui dominus iudex.nu.47.Hiero. Gigas in tract.crimi. læsæ majest.lib.1.titu.qual.in cri. læsæ maiesta.proce.q.28. in fine. vbi in illo crimine adducit l.fi.ibi,nã nisi hoc crimen, &c. ff.ad legem Iuliam maiest. Nico.Pig.

CCCIIII.

*1 Confessio vera prætextu erroris reuocari potest, & quid de confessione ficta?*

TV habes materiam l.non fatetur.ff.de confes.l.error.
1 C.de iur.& facti ignoran.quod prætextu t erroris potest confessio reuocari. Sed quid de confessione ficta propter contrariam positionem alterius partis,vt in ca.si post præstitum.de confes.lib.6. an reuocari possit? Solus Ioan. And.in titu.de posi.§.nono.in additione,quæ incipit,Vidi dubitari.quem refert do.Anto.in c.fi.de cõfes.determinat quod sic,allegat tex. iuncta glo.in l.quoniam.ff. de his qui not.infa.vbi hoc optimè probatur. Adde ad Bar.in l.absentem.ff.de pœn.& in prædictis locis.

ADDITIO.

Hoc sequuntur communiter doct.Bal.in d.l.error.in fi.& ibi Ias.col.6.in fi.idẽ Bal.in l.2.§.quod si actor. in duobus locis,& ibi Alex.ad Bar.C.de iura.calum.& in l.ita demum. 2.col.ver.restat vnum.C.de procur.latè Aret.con.146. visa consultatione primo dubio.Hippo.in l.1.§.fi. col.fin.ff. de quæst.& in §.postquam.nu.47.in pract.Alexã.Ias. & alij in l.2.C.qui testam.fa.pos.limitando vt per eos,de quo latè per And.Tiraq.de retract.consang.§.4.gl.1.admittetur. Nico.Pign.

CCCV.

*1 Confessio vera facta in vno iudicio an præiudicet in alio, & quid de confessione ficta?*

1 SI confessus sum in vno iudicio,præiudicat in alio. vt l. pen.C.de arbi.cum simi.Sed est verum in confessione vera,secus in ficta secundum Bar. in l.1.§.diuus.ff. de iure fisci.vbi est casus singularis de hoc.

ADDITIO.

Idem Bartó.in l.eius qui.in fi.princi.ff.eod.titu.Bald.in l.2.& ibi Alexan.in 7.conclusio.núm. 16.& Alciat.colu.fin.post Deci.& alios.C. de eden. Ange. Arer.in tracta. maleficio. versi.qui dominus iudex videns. versic. quæritur tamen. sub nu.34.idem Alcia.in tertia regula.prælumpt.22.versi. sexto facit. Quod intellige in iudicio ordinario: secus in nullo,vt per Angel.Areti.vbi suprà,num.32.Deci. in cap. at si clerici.colum.3.limita.6.& ibi Augustin.Bero.nu.43. de iudic. Nicol.Pig.

CCCVI.

*1 Cõfessio ficta nõ trãsit in hæredẽ cõfitẽtis, nisi index declaret illum contumacem,& nisi illa confessio resultet ex morte.*

1 CONfessio ficta non transit in hæredem confitentis, nisi iudex declaret illum contumacem,vt l.eius qui delatorem.ff.de iure fis.Quod est verum, nisi illa confessio resultet ex morte.& hoc determinat Bal. singulariter in l.2. C.qui testa.face.pos.

ADDITIO.

Et sequitur Alexan. ad Bart. in dicta l.eius qui. & in dicta l. 2:col.1.post Fulgo.& in l.manifestæ. in fi.ff.de iureiuran Feli.in cap.causam quæ.col.3.de testib.Augustʒ.Bero.qui. sex limita.ad d.l.eius qui. ponit in cap. at si clerici. col.40. in.2.fallen.de iudi. Nico.Pig.

CCCVII.

*1 Excommunicatus si in excõmunicatione stet per annum, potest omnibus beneficijs priuari, si fuerit excommunicatus pro causa criminali, secus si pro ciuili.*

1 DE hoc heri fui interrogatus.Excõmunicatus† per annum stans in excommunicatione potest oĩbus beneficijs priuari.11.q.3.c.rursus,& c. qcũq;,quos declarat gl. in c.cum contumacia.de hæret.li.6.Innoc.in c.cum bone. de eta.& quali.ordi.Anto.in c.1.de iudi.Quod intellige,si sit excommunicatus pro causa criminali,secus si pro ciuili,tunc.n.non põt beneficiis priuari, etiã si mille annis steterit in excõicatione.glos.est singularis,in c.contingit de dolo & contu.de qua ibi do.Anto.facit festum maximũ.

ADDITIONES.

Adde quod Panormi.in dicto ca.contingit.tenet glo.dicit tamen q̃ licet cap.rursus.& cap.quicunque.cum simili.non habeant locum in causa ciuili,tamen si contumax steterit in excommunicatione per annum, poterit ob nimiã contumaciam fieri missio, & adiudicari fructus statim percipiendi,argu.l.Fulcinius.ff. quib.ex cau.in possess.ea.

Sequitur Franc.in dicto c.cũ cõtumacia.in fi.Ioan.de Arno. in solilo. vlti.Abb.in d.c.1.col.3.vbi R.ip.nu.77.& Augus Bero.87.de iudi.& ibi per alios.Stepha.Aufrer.decis.Tholos.365. Nic.Pig.

Diffusè materiam huius singularis tractat Ioan. de Arno. in soliloquio vltimo,& est ratio, quia contrahitur hæresis si quis steterit per annum in excõmunicatione,aut per bien nium.vt not.in c.fi.de pœnis.& in c.vt inquisitionis. in fi. de hæreticis in.6.Abb.in c.ab excommunicato.in fi.de rescrip. & per Barto.in l.credentes.C.de hæreticis. & in l.si quæramus.ff.de testa.& ibi Alexan.& Abb.in c.graue. de pœnis.post Host.ibi.& latius tradit Ludo.Carrer.in tract. de hæreticis.nu.21.& Guid.Pap.decisio.429.nu.3. versic. sed qualiter in foro latè hoc in pulchra quæstione discutit Palatios Ruuios in repeti.ca. per vestras.in §. 18.col.8.ver. idem forsan dicẽdum est.num.24.extra,de donatiõ. inter virum & vxorem. Alia & notabilis pœna imponitur per capitula Regni vtriusque Siciliæ manentibus vltra annũ in excommunicatione in rubrica, de morantibus in excõmunicatione.& in rubrica,quod excommunicati durantes in excommunicatione vltra annum denuntientur Curiæ per prælatos,&c.Et in rubrica de exceptione excommunicationis criminaliter accusati. Gabriel Sary.

CCCVIII.

*1 Iudex iurans seruare statuta ciuitatis,si postea iudicet cõtra statutũ continens idem quod ius cõe, an sit periurus?*

*2 Statutũ cõtinens idem quod ius commune, an sit ius commune,vel municipale?*

1 IVdex iurat seruare statuta ciuitatis,tan iudicans contra statutum continens idem quod ius commune,sit periu
2 rus? Certè hoc recidit in hoc,an statutum cõtinens idem q̃ ius cõe,sit ius cõe,vel municipale? Bal.in l.3.nu.8.C.de consti.pecu.dicit singulare casum.ff.ad municip.l.magist. quòd sic,nescio extendere. habeo de facto hunc casum.

ADDITIONES.

Et tenuit idem Bal.in tracta. de constitu.nu.10.& comprobat Feli.in c.1.col.penul.versi.tertiò limita.de rescrip.& ibi Aret.,put eum refert Soci.in l.1.in 5.& 6.casu.ff.ad legem Falci. De quo vide ibi per Bart.Alex.& Soci.Et cautelã,vt iudex non incurrat periurium,ponit Thom.Ferrat.caut.3.

* Adde qd̃ iudex aut alius qui iurat seruare statuta ciuitatis ad hoc vt faciens contra statutum non incurrat periuriũ, cautela est,vt illud iuramentũ præstet, quia dato q̃ postea nõ obseruet dicta statuta,nõ ꝓpterea erit periurus,vt pulchrè & in specie dixit Lanfranc.de Orian.in repetitio:capitul.



pitul:quoniam contra. circa finem principij, de probationib:dicens,q̃ vbi rector ciuitatis ingredit officiũ suũ die feriata,& iurat seruare statuta,vt moris est, q̃ tale iuramẽtũ nõ valet,& ille tãq̃ si nõ iurauerit,poterit cõtraue nire,motus p ca.1. de feriis quo cauet, q̃ oĩa iuramenta ꝑstita in die feriata in honorẽ Dei,regulariter nõ tenent.

CCCIX.

*1 Pater si filium emancipet,reseruando sibi vsumfructum omnium bonorum per filium quærendorum, cum consensu filij,an in aduentitijs postea quæsitis per filium,vsumfructũ integrum habeat?*

PAter emancipat filium,reseruans sibi vsumfructũ omnium bonorum quærẽdorum per filium, quem nullo
1 modo dimittere intẽdit,& filius cõsentit, † q̃ritur an pater in aduẽtitijs post quæsitis p filiũ, habeat vsumfructũ integrũ? Tu diceres,q̃ nõ habeat,dubiũ,q̃ sic.Et facit l.si viua.C.de bon.mater.Sed reperio Io.And.in additi. Spec. referendo de verbo ad verbum Oldra.consi.214.factum tale est.& eum non allegat, & determinat quòd est nulla illa reseruatio,in tit.de natis ex lib.ven.§.1.in additione vltima.Sed ego fortè consulam contrarium.

ADDITIONES.

Adde q̃ dictum Oldr.& Io. And. multum commẽdat & sequitur Ia.in l.fi.co.pe.C.de pac.& in auth.ingressi. ad fi.C. de sacrosan.eccl.Petrasancta sing.76.emãcipatio. Et adde q̃ in casibus,in q̃bus cogit pater filiũ emãcipare, iuxta gl. in §.fi.Insti.quibus mod.ius pat.pot.sol.in illis casibus pater nõ põt habere aliquẽ vsumfructũ in bonis filij. Singularis est decisi.Raph.Fulg.in consi.allegato per Cæpo.cau. 115.multi.quẽ sequitur Ias.in d.Auth.ingressi.in fi.N. P.

* Adde inquãtũ coapostillator dixit,quòd in casibus in quibus pater cogitur emancipare filium, quòd illis casibus nõ habebit pater vsumfructũ in bonis filij,illud intellige verum,qñ propter seuitiem,vel iniuriam aut defectũ patris cogitur ipsum emãcipare,quia dictus vsusfructus seruatur patri ꝓp remunerationẽ, per l. cùm oportet.C.de bonis quæ liber.quæ remuneratio hoc casu nõ debetur.l. diuus.ff.si à paren.fuerit manumiss. Adde infrà sing.547.

CCCX.

*1 Venditor in dubio præsumitur habuisse fidem de pretio, quia ex venditione dominium nõ transit in emptorem, nisi saltem habita fide de pretio.*

*2 Dictio,statim,an verificetur post decem dies?*

LEx,q̃ vendidit.ff.de cõtrah.emp.dicit,q̃ ex venditione dominiũ nõ trãsit in emptorẽ,nisi saltẽ habita fide
1 de pretio.Et in dubio ꝑsumitur vẽditor habuisse fidẽ de pretio,nisi putaret emptorẽ statim soluturũ. ita dicit ibi gl.Sed pone q̃ putet post decẽ dies habere pretiũ,an tunc
2 censeatur habuisse fidẽ de ꝑtio? Dic † q̃ tũc dictio statim, nõ verificatur post decẽ dies,& sic nõ habet locũ illa gl. tu habes de hoc gl. singularẽ in l. in ciuile.C.de rei vend.

ADDITIO.

Addẽ Alex.consi.92.perspectis.libro 1.consi. 86. ponderatis,col.2.consi.173.vilo.in fi.lib.6.Ang.& Are.in §. venditæ.Insti.de rerum diuisio.& plures cumulat And. Tiraq. de retract.conuen.in fi nu.77. Nico.Pign.

CCCXI.

*1 Vendens rem statim recessurus,vtputà,in nundinis nunquã, censetur habere fidem de pretio.*

1 VBi quis tvendit statim recessurus,putà,in nundinis, nunquam censetur habere fidem de pretio.verbum sing.Bar.in l.si non donationis.C.de contrahen.emp. allegat.l.si quasi.ff.de pig.act.& eam allegat in l. si cùm dotẽ. §.fi.ff.sol.matr.licet ad aliud propositum.

ADDITIONES.

Ad hoc vide Ale.& alios in l.si cùm dotem.ff.sol.matr. & in là diuo,Pio.post Bar.in §.sed si emptor.ff.de re iud.& Bal. in l.in ciuile.C.de rei vendi.

Quòd sequitur Alex.in additio.Bart in dicta l. si quasi.& in l.1.in 6.notab.ff.si cert.peta.Ang.Aret.in §.venditæ.Insti. de rerum diuisi.& adde dicta in singulari præcedẽti. N. P.

* Nundinæ fauore publico introductæ sunt.l.2.ff.de nũdin. & ideo vendens in nundinis nõ cẽsetur fidem habere de pretio,quia non est verisimile quòd velit quis habere fidem de pretio,vni ignoto, qui fortè statim est recessurus. arg.l.si legationis.ff.de iudic.Curt.in tract.de sequest. versic. 6.quæro.Similiter si detur securitas venientibus ad nundinas,nõ tñ bannitis venire licebit, nisi de eis expressè dictum sit.Bar.in l.1.ff.ad legem Iuli. maiest.sequitur Nell. in tract.bannit.in 3.parte 2.tempor.quæst.40.etiã si iniustè essent banniti,secundum Bal.in l.1.C.de nundin.

CCCXII.

*1 Donatio inter virũ & vxorẽ regulariter est prohibita: Et quid si latè sit sententia absolutoria pro vxore,cui vir,cũ posit,non opponit,an soluti repetitio impediatur?*

*2 Limitatio ad l.Iulianus.& l.iudex.ff.de condict. indeb.*

1 TV scis,† q̃ donatio inter virum & vxorem regulariter est prohibita,vt per totum ſtitulum. de donatio. inter virum & vxorem. Quid autẽ si lata est ſnĩa pro vxore,viro non opponente cũ posset eam exceptione repellere? Certum est,q̃ sententia valet,sed an impediat repetitionem soluti? Tu diceres quòd sic,per l.Iulianus.& l. iudex.
2 ff.de condic.inde. Sed tamen contrariũ est verum. Iura tu. illa limitantur non procedere in ea sententia lata pro eo, cui alter ex litigatoribus donare prohibetur. casus est singularis in l.si spõsus.§.si vxor.2.ff.de don.inter vir.& vxo. & illum casum docuit me Bal.in l.cùm allegas.co.2. versi. sed quæritur.C.de vsur.quem perpetuò tene menti.

ADDITIONES.

Adde quòd istud dictum refert & simpliciter sequitur Ias.in l.iudex.de condict. indeb.

Adde Cæpo.caute.11.2.donatio.in fi.Alexand.consi.82. viso processu.co.2.lib.3.Ioan.Arno. in soliloquio 74. Palatios Ruuios in repet.rubrica. de dona. inter vir. & vxor.§.46. And.Tiraquel.qui alios citat in tractatu de retracta. conuen.§.1.glos.2.nume.34. Nico.Pign.

* Adde quòd licet donatio inter virum & vxorem regulariter non valeat,vt.C.& ff.de dona.inter virum & vxo. etiã si interueniat traditio.l.3.§.sciendum.ff. eod. quod intelligitur qñ donãs efficiẽ pauperior,& alter locupletior.d.l.3. in princ.& l.si sponsus.§.concessa.ff.e.tamen fallit si coniuges faciant sibi mutuam donationem, hoc est, sibi inuicẽ reciprocam,videlicet si contingat alterum mori, alter superstes habeat bona sua,quia tunc ꝑp dubiũ euentũ valet donati.l.si pater puel.6.C.de inoffi.testa.& ibi hoc singulariter not.Cy. quẽ ibi Docto.sequuntur.& pro hoc vide gl.in l.licet inter priuatos.C.de pact.& probatur in l.quod autem.§.si vir & vxor.ff.de donati. inter virum & vxor. & hoc tenet Ro.sing.828.prohibiti inter se donare.quod tamen intellige,& limita qñ donatio vnius sequitur donationẽ alterius incontinenti,secus si ex interuallo,quia tũc talis donatio reciproca est nulla.vt est tex.in l.quæ iam nuptæ.ff.de donatio.inter virum & vxo.secundum Ro.d.sin gula.820.vbi subdit per illum text.quòd si ego donassem vxori meæ mille,& postea hæc ad decẽniũ donasset mihi fundum,vtraq; donatio est inualida. Item valet donatio inter virũ & vxorẽ si iuramẽto fuerit validata, ex quo tale iuramentũ potest seruari sine interitu & dispendio salutis æternæ.c.si verò.& c.cũ contingat. de iureiuran. & illud tenet Bar.in l.si qs ꝓ eo.ff.de ideiuſ.& in l. Seius. & Auger.ff.ad legem Falci.& fuit originaliter opi.Gui.de Cun. in l.sed & si possessori.§.item si iurauero.ff.de iureiur.Sed tamen contrarium tenuit idem Bar.in l.1.ff. de donati.inter virum & vxo.motus ea ratione,quia est contra bonos mores.vt ibi.in dicta l.si quis ꝓ eo.post prin. & l.cũ quis decedẽs.§.Titia.de le.3.Est & aliud remedium, vt.f.facta donatione,ille cui donatum est, alleget etiam aliã causam quæ sufficiat ad donationem validandam, & donans non opponat aliquam exceptionem in contrarium, & proinde tiẽ donationẽ valere,& donatarius absoluatur, quia si do nãs vellet postea venire cõtrà,submoueri posset exceptione rei iudicatæ.vt est casus cum gl.valde notab.in l.fi.

sus.§.si vxor vel maritus.ff.de dona.inter virũ & vxo.facit l.4 §.itẽ quæri põt.ff.de re iud. Sed si pronũtiaretur p iudicẽ donationẽ inter virũ & vxorẽ ſine alia iuſta cã valere,ſnia eſſet ipſo iure nulla.l.4.§.ſciendum.ff.e.ti.& not. gl.ſing.in dicto.§.ſi vxor vel maritus.Tu de his omnibus latius vide p Catell.Cot.in memoral.in verb. donationes inter virum.& Cæpo.caute.112.donatio inter virum.

CCCXIII.

1 *Termino dato ad omnia generaliter probanda, an exceptio illa probari poſſit,ad quam probandam ſpecialiter anteà data fuerat particularis dilatio?*

1 ROmæ inter Dominos meos fuit ſatis dubitatũ,† nunquid in termino generaliter ad oĩa probãda, indulto, poſsit exceptio quædã probari, ad q̃ ſpecialiter per prius probandã data fuerat particularis dilatio? Vt q̃ ſic ꝓpter æquitatẽ iudicij,vt l.ſi quis intentione.ff.de iudi.l. interſtipulantem.§.1.ff.de verb.obligat. In cõtrarium tñ decidit ſingulariter Bal.in l.peremptorias.co.2.verſic.quæro, iudex ſtatuit.C.ſent.reſcin.nõ poſ.poſt Spe.in tit.de dilat.§. videdum.verſicu.& attende.alleg. generalia.l.doli clauſula.& l.ſtipulationes cõmodiſsimè.ff.de verb.oblig. facit l.cohæredi.§.qui patrem.ff.de vulg.& pupi.& l.Stichus nutricis.& l.alimenta.§.1.ff.de alimen.leg.& hæc quinque iura ſolitus eſt Bal.ad vnum propoſitum allegare.

ADDITIO.

Adde eundem Roma.in l.ſi.ff.de fer.Doctores in rub.extrà de dilat.vbi Barba.contrarium tenet. Nico. Pign.

CCCXIIII.

1 *Termino generali ad probandum incumbentia, dato, nunquid valeat generalis productio actorum exiſtentium in vno ſacco?*

1 HAeſitatum fuit multum per Dominos meos, ſan dato termino generali ad probandum incũbentia, valeat generalis productio actorũ exiſtentiũ in vno ſacco, prout Romæ euenit in vno peritiſsimo ꝓcuratore? Et vt quòd nõ,quia eſt vaga & gñalis,& iõ ambigua & incerta, arg.l.aut qui aliter.§.1.ff.quod vi aut clam. ſicut etiã excipiens gñaliter non admittitur,vt l. Titiæ textores.ff. de le. 1.In cõtrarium facit quod no.Bal.in l.ſi finita.§ Iulianus. ff.de dam.infect.& in l.accipiendis.ff.de auth.tuto. vbi tenet,quòd valet,ſi dico,cũ pareo in oĩbus cauſis meis generaliter.Demũ fuit allegatũ,quod notat ſing.Io.An. in addi.Specu.in tit.de inſtru.edi.§.videndum.co.1.verſi.item non exhibeas.& Do.Ant.in c.imputari.de fide inſtru. vbi determinat ſingulariter,quòd aut talis productio fit ſimpliciter,& valet,aut fit cum proteſtatione, quod non intẽdo producere,niſi ea,quæ faciunt ad victoriam meæ cãę, & tunc talis ꝓductio eſt nulla.Quod fallit, niſi breuitas dilationis,putà,quia vna hora daretur ad multa iura, ſeu inſtrumenta producenda,ſeu qualitas perſonarum, putà, quia ruſticus,mulier,vel pauper non valens aduocatũ conducere,ſuadeant oppoſitum.Et ita ego pronuntiaui contra illum procuratorem peritum, cum dicta proteſtatione ſaccum iurium producentem.Et hoc addas ad no. per Bar.in l.cùm ſeruus.ff.de condi.& demon.

ADDITIONES.

Vide Feli.in c.imputari.in fi.hic alle.Et quia hic dicitur, aut fit cum proteſtatione,&c.ad huius veritatem vide Pau.de Caſt.in l.1.C.vt quæ deſunt aduoc. Bald. in l. vnica. C.de confeſ.& in c.cũ dilectus.co.vlt.de conſue.Imo. omnino, qui ponit cõmunem opinionem in c.perpetuus.de fide inſtru.per Rotam deciſio.282.incip.Licet quis.

Adde Practic.Papien.in libello product.inſtru.in fi.Iaſ.in dicta l.Titiæ textores.co.2.verſi.tertio.adde Alex.in dicta l.ſi finita.§.Iulianus.in additio.Barto.co.3.& in lecti.poſt Roma.numero 27.ff. de damno infect. Et de illo dicto Barto.in dicta l.cùm ſeruus.vide cumulata per Andream Tiraquel.in tracta.de retract.conuent.§.4.in glo.6. numero 19.& ſequen. Nico.Pigno.

Adde multa ſimilia,quæ nouiſsimè congerit Ronchegallus, in l.4.nu.19.circa med.ff.de duob.reis. Gab. Sar.

CCCXV.

1 *Vxor propter adulterium perdit dotem,& bona paraphernalia,quæ marito applicantur.*

1 PRopter adulterium vxor† perdit dotem,quæ applicatur marito.Sed an perdat bona paraphernalia? vnam gloſſ.habes mirabilem quòd ſic in c.plerunque.de donat. inter virum & vxo.quam nota.

ADDITIONES.

Card.conſi.111.co.2.& Sãde.in c.paſtoralis.co.3. circa med. verſi.mulier impudica.& ibi ad materiam ca. plerunque. hic alleg.& l.ex conſenſu.C.de diuor. quærit an iſtud habeat locum in vidua,& in adulterata per vim.

Adde quòd illam gl.ſequuntur communiter doct:Iaſ.in l. fideicõmiſſum.C.de fideicõ.doct.in rubr.C. de eden.& in rubr.de iudi.extrà.Aret.in tracta.malefi.in verb. *che hai adulterato*.num.17.Gerar.Petraſan.ſingu.48.ſcias. Hipp. ſing.234.paria.Lud.Carer.in tracta.de homi.§.6. nu.253. Nico.Boer.deciſ.338.quo ad ſecundam.qui ponit 6.vel 7. limita.quòd propter adulterium non perdit dotem, nec paraphernalia. Nicol.Pign.

Eleganter hanc materiam proſequitur Io.Fran.Rip.in rubr. extrà de iud.co.2.ver.circa ſm.nu.12.& Deci.in c. paſtoralis.co.2.nu.7.de iud.& Hip.de Marſil.in l.1.§.itẽ diuus. in 2.notab.nu.4.ff.ad le.Corn.de ſicar.& ſi patre, vel marito,in prin.nu.10.ff.de q.vbi ponit limitationẽ ad gl. in d. c.plerunq;.& p Io.de Garronib.in authẽ.eiſdẽ pœnis.nu. 19.C.de ſecun.nup.& do.Bar.Chaſſ.in cõmẽta.cõſu.Burgun.in 4.rubri.in §.*le mari,& la femme*.in ver. *& ſera tenue*.nume.15. Gab.Sar.

* Adde Iaſ.in l.2.in prin.ſol.matr.& in rubr.C.de iud. Ale. poſt alios in l.rei iudicatæ.ſol.matr.vbi etiã ponit an hæredes mariti poſsint allegare adulteriũ vxoris,vt dote priuetur,& an maritus poſsit hoc idẽ opponere hæredib. vxoris.& tradit Feli.in c.paſtoralis.ver.mulier impudica. de iudi.vbi etiã habes quid in vidua, quæ mortuo viro ſtuprũ cõmiſit.Verùm hęc oĩa ampliatur ſingulariter ſm Bal.in c.tuæ.circa finẽ,vt ꝓcedant etiã ſi vxor tua fuiſſet ab ali quo luxurioſè oſculata,vel eidem manus mamillis admotæ fuiſſent p aliquẽ ipſa cõſentiente,qa hæc & ſimilia preparatoria ſunt ad adulteriũ,& hanc ampliationem proſing. commendat Deci.in rub.extrà de iud.in prima lect.& in rubr.C.eden.in prima concluſione.vbi declarat qũo debeat intelligi,ne mulieres tm terreãtur.Sed an ꝓp adulterium vxor,vel adulter perdant legatũ factũ à marito Bal. notab.in dicto c.tuæ.ad fi.tenet quòd ſic, & quòd applicatur fiſc.vbi pariter dicit fiſco applicari legatũ factũ illi mulieri,quam quis polluit per adulteriũ, declarãdo vt ibi per eum,per l.Claudius.ff.de his quibus vt indi.De vidua aũt q̃ propter ſtuprum mortuo viro cõmiſſum priuetur dote,conſuluit Caſtr.conſi.121.reuocatur in dubium.in fi.in antiq.aliàs conſi.147.li.2.ſed contrarium tenet Alexa.in l.ſororem.C.de his quibus vt indig.ſequitur Iaſ.in l. fidei commiſſum.C.de fideicommiſſ.& iſta opinio eſt æquior ſm Deci.in dict.c.paſtoralis.& eam ſequitur Rip.in l.2. ſoluto matrim.Vide Hippo.Marſi.ſing.416.plures profecto.& Gerard.de Petra ſanct.ſing.48.& ibi addi.

CCCXVI.

1 *Procurator pro me agens ſi ſit reuocatus,& hoc ſciat iudex vel pars,cum eo geſta ſunt nulla, niſi illa reuocatio ad eorum notitiam poſt concluſionem in cauſa peruenerit, quia tunc valebit ſententia.*

1 TV ſai,quòd ſi procurator pro me agens eſt † reuocatus,quæ reuocatio peruenit ad notitiã iudicis, vel partis,geſta cũ eo ſunt nulla.vt l.1.C.de ſatiſda.& in c.mãdato.de ꝓcur.vbi de materia p gl.& Doct. Quod eſt verũ, niſi hæc reuocatio peruenerit ad notitiã eorundẽ poſt cõcluſionẽ in cauſa,quia tunc valebit ſententia cum eodem procuratore.caſus eſt ſingularis in c.auditis.de† procurat. & miror quòd non ponatur in illis locis.

ADDITIO.

Et idem Roma.conſil.367.circa primum. in quarto dubio.

Et eſt



Et eſt ratio,quia concluſio in cauſa producit eundem effectum,quem producit ſententia,vt & aliàs per Rom.conſilio.346.in hac nu.8.Feli.in c.cum dilectus.col.1. de fide inſtrument.& per Hippo.in practi.crimi.§.ſequens. colũ. 2.Et adde 10.fallen.ad regu.d.l.1.C.de ſatiſd.per Felin. in c.ex parte decani.de reſcrip. Nico.Pig.

CCCXVII.

1 *Nuntius Papæ falsò aliquem eius mãdato citans,tenetur pœna falſi criminaliter,& ciuiliter ad intereſſe partis.*

1 HOdie fui interrogatus, nuntius,† eu curſor† domini Papæ,citat aliquem eius mandato,& falsò, qua pœna teneatur? Dic quòd tenetur pœna falſi criminaliter,& ciuiliter ad intereſſe partis.caſus eſt ſingularis in l.qui nomine.ff.de fal.

ADDITIO.

Et ibi Bar.Alex.in additio.Bal.& doct.in l.ſi.C.de exhi.reis. Iaſo.in §.quadrupli.in 4.notab.Inſtit.de actio. Alcia.in 3. regu.præſum.14.Franciſc.Rip.in c.1.nume.87.de iudic. vbi poſt ſupradictos docto. diſputat de reali citatione, an valeat ſine mandato iudicis. Nico.Pig.

CCCXVIII.

1 *Litium redemptor,& perpetuus litigator nõ poteſt eſſe teſtis, nec accuſator.*

1 NVnquid redemptor litiũ, & continuus† litigator poſſit eſſe teſtis? Dic quòd non. Nec etiam poſſet eſſe accuſator.caſum habes vnicum.3.q.5.c.ſuſceptos.

ADDITIONES.

Habes ſimilem tex.in c.nullus.ea.cau.& q.& illum tex.Ant. Cor.in no.ſuis no.344.in verbo teſtis. incipi. an redẽptor licitum fatetur ſe didiciſſe ab Andr.Barba.doctore ſuo in capi.teſtimonium.de teſtib.co.18.

Adde etiam in capit.ſimiliter.ea.cauſa,& quæſtio. quem allegat & ſequitur idem Ro.ſingu. 738.Et adde Ioann.Arno. proble.9.Io.Crot.in tracta.de teſti.in 4.parte nume. 182. Ripa.in l.2.colum.9.ff.ſolu.mat. Et eſt ratio,quia omnia mala ſciunt,& omnia mala faciunt.glo.in l.ab Anaſtaſio. verbo morantur.C.mandati. Nico.Pign.

CCCXIX.

1 *Inimicitia etiam ſi nouiter ſit reconciliata, tamen repellit quemà teſtimonio.*

1 INno.in cap.cũ I.& A.de re iudica.dicit,† quòd ſi ſit inimicitia nouiter ſublata,& facta amicitia, repellit quem à teſtimonio. Bal.in l.ſcriptione.col.antepe.nu.36. eũ refert.C.ſi contra ius vel vti.publi.Sed tu habes caſum vnicum in c.accuſatores.1.3.q.5. licet illud dictum reputeſ ſingulare,tamen ego erubuiſſem,ſi quis mihi allegaſſet.†

ADDITIONES.

Sequitur Abb.in capit.cùm oporteat.numer. 6. de accuſa.& & ibi Felin.co.6.idem Feli.in c.eam te.verſi.infidelitas. 2. limita.de reſcrip.Hieron.Cu.in tract.malefi.in verbo, & ad querelam.verſicu.vigeſimo repellitur.ad fin.Alexan.in conſi.99.in cauſa.column.1.lib.1.Deci.in cap.1.in 1.lect. co.3.& ibi Ripa.nu.17.de iudic.Hippo. de Marſi.ſqui alios citat,in l.1.§.præterea.nu.4.ff.de q.& in ſingulari.178.inimicus.& faciunt quæ dicit in ſingulari ſequenti.Philip.in c.poſtremo.ver.35.de app.Alcia.reg.2.preſump.11.Soci. Iunior.conſi.77.licet.numero 42.libro.1.Hieronym. Gigas in ſuo tractat.de crimi.læſæ maieſta.libro.2.rubr. quo & per quos,& ca.quæſtio.2.nu.25. Nic.Pig.

Inimicitiæ ſuſpitio non tollitur per reconciliationem de nouo factam,nam tũc ſtatim quis non dicitur eſſe idoneus iudex aut teſtis qui modo erat inimicus, quamobrem eſt expectandum,vt amicitia longo tempore ſit cõfirmata, & ſint obliuioni tradita omnia inimicitiarum veſtigia d. c.accuſatores,hic à Roma.alleg.glo.in c.per tuas.1.ver.inimicitias.vbi Ana.co.3.& Feli.colum. ſi. de ſimo. Innocẽ. in c.cùm oporteat.colum.ſi.& ibi Abb.co.2.Ana. colum. 3.Feli.nu.4.de accu.Iaſ.in l.apertiſsi.co.2.C.de iudic. Bolog.conſi.17.Aymon Grauet.conſi.9.co.2.volu.1. & alij allegati per do.And.Tiraquel.in trac.ceſſante cauſa.2.parte,limita.16.nu.7.Ex quibus patet hanc eſſe communem opinionem.Cui tamen obſtare videtur tex.in l.athletæ.§. dat remiſsionẽ.ff.de excuſa.tut.vbi inimicus nuperrecon ciliatus non excuſatur à tutela.Sed illi tex. põt reſpõderi, illum procedere in tutore in teſtamẽto dato,tũc enim nõ excuſatur etiã ꝓp inimicitias capitale,quia qui tutorẽ. Titiũ filijs ſuis dat,quãuis Titius fuerit ſibi inimicus, vifus eſt oẽm inimicitiam à ſe abijcere,eaq̃ue vera reconciliatio ꝓſumitur,cùm ei filios proprios,& bona cõmendarit.Vnde quo ad ipſum teſtatorem reconciliatio amicitiæ integra eſt,& ab oĩ ſuſpicione libera.Ideo nõ eſt, cur tutor excuſationem iuſtè prætendere poſsit ob capitales inimicitias.Et ita etiam intelligi debet textus in §.inimicitiæ.Inſti.de excuſa.tut.Quòd ſi poſt ſcriptum teſtamentum capitalis inimicitia orta ſit,aut prior eſt teſtamento, ſed ea cã is tutor teſtamento datus eſſe videatur, vt eo onere,& negotijs vexetur, aliud eſſe dicendum concludit Didac. Couar.in practicis.q.c.18.nu.3.ver.3.in fi. Gab. Sar.

CCCXX.

1 *Teſtator ſi alteri nepotum leget mille,& alteri alia mille,vt æqualis cum eo ſit primoq̃,poſteà legatum adimat in codicillis,an & ſecundo legatum ademiſſe cenſeatur?*

1 HAbeo conſulere in caſu pulcherrimo: Teſtator † legauit mille nepoti ſuo,alteri verò nepoti,vt æqualis ſit cum altero nepote,legauit alia mille,poſteà teſtator ademit primum legatum in codicillis, an cenſeatur etiam ad emptum eſſe ſecundo nepoti? Reperi caſum hoc mane, quòd ſic, & gauiſus ſum. caſus eſt ſingularis in l. alteri.ff. de adimen.leg.

ADDITIO.

Facit,quia in dubio pater præſumitur voluiſſe æqualitatẽ inter eos ſeruare, cũ eos æqualiter amare credatur, vt dicit Bar.in l.cùm pater.§.pater pluribus.ff.de lega.2.cum alijs de æqualitate ſeruanda inter fratres allegatis per Are.conſ. 1.co.3.Soci.in l.1.nu.8.ff.de reb.dub.Soci Iun.conſi. 160. co.5.li.2.& Deci.conſi.59.licet.co.2. Nic.Pig.

CCCXXI.

1 *Exceptiones competentes principali proficiunt fideiuſſori,& ſponte ſe offerenti non præcedentibus precibus debitoris.*

1 TV ſcis,quòd† exceptiones competentes principali ꝓficiunt fideiuſſori,vt l.ex perſona.ff.de fideiuſ. & mãda.An hoc habeat locũ in ſpõtaneo fideiuſſore,non precedentibus precibus debitoris? Dic quòd ſic, caſus eſt ſingularis,in quo Iuriſperiti dubitauerunt.l.ſi mulier contra ſenatuſconſultum Velleianum.§.fina.ff.ad Vellcianum.

ADDITIO.

Sequitur Bal.in l.1.verſi.quæro ſi ſuccurritur.C.e.ti.latè per Hipp.de Marſi.in rub.ff.de fideiuſſor.q.36.in princip.vbi etiam latè ponit quæ exceptiones competant fideiuſſori, & quæ non,& in q.37. Nic.Pign.

CCCXXII.

1 *Filiusfamiliàs in iudicio intereſſe non poteſt ſine conſenſu patris,fallit tamen in caſibus,in quibus minor poteſt ſine tutoris authoritate eſſe in iudicio.*

1 TV ſai,§.neceſsitate.l.non ſolùm.C. de bon.quæ liber † quòd filiusfamiliàs non poteſt in iudicio intereſſe ſine conſenſu patris.Sed do regulam nota. quòd in omnibus caſibus,in quibus minor habet habilem perſonam eſſendi in iudicio ſine authoritate tutoris, in eiſdem caſibus poteſt filiusfamiliàs in iudicio intereſſe ſine conſenſu patris.& iſtud eſt aureum & ſingulare dictum Specu.in ti.de actore.colum.16.nume.45.verſi.ſed nunquid in caſibus.de quo habes gloſſam ſingularem in c.ſi.in ver.regulariter.de iudi.lib.6.

ADDITIONES.

Gl.ſi.hic alleg.iſtud mihi non dicit, & vt tenendum oppoſitum per tex.in §.pupillus.Inſti.de inuti.ſtipu.& in l. vlt.§. 1.ff.de ver.obli.quia alia eſt tutoris vel curatoris authoritas,& alia patris volũtas.Sed reſpondetur ſm Io.An.in addi.ad Specu.in loco hic allegato,quòd §. pupillus, loquitur extra caſus permiſſos.Ad §.1. reſpondetur quòd ſi excluditur authoritas,quæ plus arctat,fortius ergo volũtas.

Adde Ang.Aret.in §.actiones autem.col.pe.& fi.Institu.de actio.Soc.reg.151.fal.11.Ias.auth.quod locum.3.not.C. de colla.Gui.Pap.q.54.Matt.de Affli.deci.180.Are.consi. 62.7.dub.consi.160.8.dub.& Alexan. consi. 106. lib.1.& doct.in d.§.necessitate.& d.c.fi. Nico.Pig.

Istud singulare refert,& sequitur Deci.in l.1.colu.6.versicu. & ad hoc facit.nu.66.C.qui admit.& Hippol. de Marsi.in practica crimi.in §.sequens.in fin.nu.53. Et Celsus Hug. in apostil.ad Lanfranc.de Oria.in c.quoniã contra.in ver. confessiones.in apostilla incipiente, Adde pro illa limitatione,circa mediũ, vbi plura ponit.de proba. Gabr.Sar.

CCCXXIII.

1 *Sacrum de sacro auferens punitur vt sacrilegus, non vt fur de iure ciuili,secus de iure canonico,quo in furtum, & in sacrilegium incidit, & vna,vel alia pœna puniri potest, quod ius canonicum sequimur.*

1 TV habes l.si nondum.C. de fur.l. aut facta.ff. de pœn. l.diuus.ff.ad l.Iul.pecu.† qp auferens sacrum de sacro punitur vt sacrilegus,non vt fur.Quod est verum de iure ciuili,de iure autem canonico incidit in furtum,& sacrilegium, & potest vna pœna, vel alia pœna puniri, & tenementi,quia in hoc sequimur ius canonicũ.& nõ inuenies alibi.dictum est sing.Arc.de conse.dist.1.c.corpora.allega. tex.opt.23.q.4.c.quid ergo.quod nota perpetuo.

ADDITIO.

Quæ autem sit pœna sacrilegij,ponit Bart.in l. sacrilegi.ff.ad leg.Iul.pecul.& quot sint species sacrilegij, & quod statum loquens de furto comprehendat sacrilegium,pulchrè per Bald.in d.l.si nondum.Et cognitio sacrilegij spectat tam iudici seculari,quàm ecclesiastico, & habet locũ præuentio. Abb.& alij in capitu.quàm sit. de foro competen.Cardina.in clem.1.de pœn.latè per Pau.Grilan. in tracta.de pœ.omnifa.coi.in prin. Nico.Pign.

CCCXXIIII.

1 *Syndicus generalis si à republica constituatur ad exigendum omnes debitores,Et postea alius constituatur ad certa tantum debita, & debitores illi speciales ob negligentiam secundi effecti sint non soluendo, an primus generalis teneatur reipublicæ?*

1 FIscus, † ideo respublica Senensis constituit generalem syndicum ad exigendum omnes debitores,& secũdò fuit alter constitutus specialiter ad certa debita, qui secundus fuit negligens, & debitores illi speciales effecti sunt non soluendo, an primus generalis teneatur reipublicæ? Dic quòd primò conuenitur specialis, & si ille non est soluendo,tenetur primus: vnde non habet locum regula, generi per speciem derogatur,vt in c.studuisti.de offici.leg. de rescrip.c.pastoralis.§. quoniam. cum similib. casus est specialis in l.quoniam.Aurelio.C.de con. fis. deb.libro.10. Bal.inuenit in l.2.colum.2.ver.de vno quæro. C. quando fisc.vel priua.& ab eo ipsum habui.

ADDITIO.

Et sequitur Alex.post Ioan.de Plar.in d.l.quoniam.

CCCXXV.

1 *Hospitale vtrum in dubio præsumatur constructum authoritate episcopi necne?*

TV Senensis habes hospitale de Monagesi, do tibi vnum dictum pro eo.Scis,quòd hospitale potest cõstrui sine,& cum authoritate episcopi, vt in capit. ad hec. de relig.domibus & in capit.quia contingit.eo.ti.in auth. vt nul.fa.orat.do.circa princ.& in auth. vt in priua. domi. fa.iusio.non fi.cum multis similibus. Si autem cum au-
1 thoritate episcopi fiat,habet maiora priuilegia. Sed † quid in dubio? Dicunt aduocati, quòd non præsumitur cum authoritate episcopi constructum, quia solennitas extrinseca non præsumitur,vt l.quæcunque.ff.de publi.& l.
2 sciendum.ff.de verbor.obligat.Dic,† quòd eo ipso, quòd in prædictis locis missa celebratur, præsumitur authoritate episcopi factum,& est singulare dictum Archidiaco. Legistis incognitum,de consecrat.distinct.1.cap.nemo.1. adde in prædictis locis.

ADDITIO.

Idem tradit Roma.consi.477.in casu propositæ.colu.2.Cæpo.cau.211.hospitale. Abb.in c.parentibus. de priuil.in capitæ.& c.fi.de cens.latè tradit Fel.post eos, quos allegat in c.de quarta.colum.4.versi.tertia declaratio. de præscri. vbi & alia signa ponit. Nico.Pig.

CCCXXVI.

1 *Hæresis libri si penes aliquem reperiantur,ille potest de hæresi condemnari.*

1 EO ipso† quòd libri hæresis reperiũtur penes aliquem, potest ille de hæresi condemnari,secundum Archidi. singulariter 24.q.1.c.sanè profertur.Et hoc per §.& si fortè.qui sequitur.vbi de hoc videtur casus.

ADDITIONES.

Adde Doct.in c.si quis episcopus.de hæret. Hipp. de Marsil. in l.qui falsam.co.12.nu.106.& in §.diligenter.num. 92.in practi.crimi.& in consi.52.co.18.nu.35.versi restat modò.Ludo.Carer.qui alios citat in tracta.de hæret.nu.125. Limita,nisi reperiantur penes aliquẽ confutandi eos gratia, quia tunc magis cõmendandi sunt,quàm puniendi, secundum Io.de Arno.problema.10.& est tex.( licet ipse non allegat )in c.legimus.2.distinct.37.Limita secundò,nisi eos combusserit,vt per Carer.post Arc.vbi suprà. Limita tertio,nisi quis legeret eos ne ignoraret d.c.legimus. p quod dicit Feli.in d.c.si quis episcopus.in fi.grauissimas coniecturas,cum ista de inuentis libris,debere concurrere. Et adde l.quicunque.in fi.l.Manichæos.l. Mathematicos. C. de hæreti.vbi tales comprehendi sunt. Nic.Pig.

Idem refert,& sequitur Bar.Chassæ.in cõmenta. Consuetu. Burgun.in 1.rub.in prin.nu.53.in titulo, *des Iustices*.Ga.S.

CCCXXVII.

1 *Mulier quibus casibus ex fideiussione obligetur, nec Velleiano senatusconsulto iuuetur?*

1 TV scis,† qp mulier non põt obligari fideiubẽdo, vt in tit.ad Velleia.Nõ reperio aliquem fideiussorem, niti mulierem,volo cõseruare eã indemnem , an hoc faciat ei perdere beneficium Velleiani? Dic , quòd aut cõseruatur indẽnis eo,quia datur illa quantitas,pro qua fideiubet,seu species,& tali casu mulier est legitima fideiussor, & nõ iuuatur Velleiano.casus est in l.si pro aliquo. & l.si mulieri. ff.ad Velleian.Aliquando cõseruatur indemnis eo,quia sibi datur pignus,& tunc potest opponere exceptionẽ Velleiani.text.est singu.in l.quidam voluit.ff.eo.ti. quod nota, quia ita consului.Adde ad l.antiquæ.C.ad Velleian.& vide ad declarationem Bal.in l.1.C.eod.titu.

ADDITIONES.

Et ibi Salic.Alex.in d.l.si mulieri.& d.l.voluit.& in l.1.C.de cõuenien.fisci.debit.lib.10.Ang.Are.in §.item si.co. 17. versi.septimus casus Insti.de exce.Hipp.de Marsi. in rub. ff.de fideiussor.q.44. Nico.Pign.

* Adde quòd mulieres iuuãtur beneficio Velleiani.ff.& C. ad Velleia.cui tñ possunt renuntiare.l.generaliter. C. eo.l. vlt.§.vl.ff.eo.& iuramento interueniente obligãtur.c.ex rescripto.& ibi gl.de iureiuran.dum tamen fuerit certio rata de huiusmodi beneficio,aliàs nõ videtur ei renũtiasse.vt l.mirum.ff.de inoffi.testa.gl.no.in authẽ. quomodo oport.episcop.§.igitur.in verb.interroget.& no.gl.in d.l. fi.§.si mulier.ff.ad Velleia.Io.An.in c.2.de pac.li.6. Ale.in l.si mulier.ad.Velleia.vide Cæpo.caute.196. notarius scripsit.Sali.in l.1.in fi.ff.ad Velleia.Feli.in c.si diligẽti.versi.4. fallit.de fo.compe.tamen eodẽ modo non videtur renuntiatum beneficio l.antiquæ.§.ne autem.C.ad Velleia.secũdũ Bal.in l.3.ad fi.C.de decur.li.10.in hæc verba,mulieres Velleiano renũtiãt,& iurãt,tñ si in instrumẽto sint duo testes, vel plures,q nõ se subscripserint,mulier ipso iure nõ obligatur,per d.§.nec aũt,sicut ẽt nõ obligatur,qñ intercedit,vel fideiubet pro marito,per auth.si qua mulier.C. ad Velleia.qbus constitutionibus nõ intelligit renũtiatũ, neq; etiã expresse renuntiari potest, ẽm eum . & hoc dictum Bal.pro singulari citat Ias.in l.sciendum. vbi tamen tenet



tenẽt cõtrariũ.ff.de ver.ob.& si est verũ,est maxima declaratio ad d.iura.quibus adde Ale.in d.l.gñaliter. in fua paraphrasi,post Spe.in ti.de oblig.& sol.§.ante oia.versi.sed pone.vbi multum singulariter declarat istam materiam.

CCCXXVIII.

1 *Contractus,qui fit consensu,ad hoc vt per nuntium factus valeat,requiritur,quòd contrahentis voluntas alteri pateat per nuntium ad hoc specialẽ. Et nunquid sit opus per eundem nuntium,alterius voluntatẽ,cui mittitur, per ipsum mittentem sciri?*

GLossa.ordi.in l.consensu.ff.de act.& ob.& in l.1. in fi. ff.de cõtrah.emp.ab oĩbus approbata,dicit, quod ad
1 hoc vt contractus, † qui fit consensu, valeat, cùm sit per nuntium,est necesse,q voluntas contrahentis pateat alteri per nuntium ad hoc vt specialem,i.n. aliunde eius voluntas alteri pateret,non valet contractus.Sed nũquid eodem modo sit necesse per eundem nuntium sciri voluntatem alterius,cui mittitur,per ipsum mittentẽ? Dic quòd non,sed potest sciri per alium nuntium, singulare dictũ Arch.30.q.5.nec illud.habui à Bal.in rubri. C.de confes. col.2.quod nota pro declaratione illarum glossarum.

ADDITIO.

Idem Ro.consi.295.donatio.col.2.ver.4. vbi dicit se notare casum no.pro illo dicto Arc.in clem.1.de procu.Feli.qui alios citat consi.39.nu.3. Idem Archi.( loquens de matrimonio,quod consensu contrahitur)in c.fi. & ibi Io. And. Domin.Philip.Francisc.de procura.libro.6.& Socin. Iun. qui alios citat consi.29.circa.in princ.lib.2. Felin. vbi suprà, column.4. Nico.Pig.

CCCXXIX.

2 *Creditor computat fructus rei pignoratæ in debitum, nisi ille creditor in re sibi pignorata directũ dominiũ habeat,& debitor vtile tantum,vt est feudatarius,vel emphyteuta.*

1 CReditor computat fructus tñ debitum ex re pignorata.l.1.& 2.C.de pigno.actione. Hoc fallit nisi dominus rei vtiliter hanc rem,in qua habet vtilẽ dominium,pignoret creditori,& domino eiusdem rei in directo dominio, tunc enim fructus in sortem non computantur. quod est mirabile.& pone exemplum in feudatario & emphyteuta.casus est singularis in c.1. de feud. & in c. conquestus. de vsur.quod nota.

ADDITIONES.

Adde ca.1.in fi.& ibi glo.sing.& do.August.Bero. post alios, col.7.3.limit.& in dicta gl.de vsur.& Io. Arno. problem. 11.Soci.in tract.fallen.regula 3.casu.5.& Negusan. in tracta.de pignor.in 5.memb.5.par.prin.limita.4. & adde aliã limit.ad regulam infrà singu.542.regula est. Nic. Pign.
Ibi; Et pone exẽplũ in feudatario & emphyteuta, & c. vide de hoc late per Io.Fran.Balbum in tract.suo præscri.in secunda parte principali,in prin.nu.5.& seq.Gab.Sar.

CCCXXX.

1 *Testis,qui accepit pecuniam vt dicat,vel non dicat testimonium,à testimonio ferendo repellitur,& pœna legis Corneliæ de falsis punitur. Fallit,quando per illum producitur, in cuius præiudicium fuit data testi pecunia.*

2 *Testi si detur pecunia,non vt testificetur, sed generaliter vt ferat auxilium parti in illa causa,admittitur,& eius testimonium valet.*

TV scis textum in l.3.§.lege Iulia.ff.de testib.qui dicit,
1 † quòd à testimonio ferendo prohibetur,qui accepit, pecuniam vt diceret,vel non diceret testimonium.& in l. 1.ff.ad l.Corne.de fals. talis punitur pœna legis Corneliæ de falsis. Quod est verum,nisi producatur per illum,in cuius præiudicium data fuit testi pecunia, tunc enim admittitur,& valet.casus est singularis,& mirabilis,in ca.1.si de inuest.fuer.controuer.inter domi.& vas. in vlibus feudo-
2 rum.Bal.exclamat illũ te.Item intellige verum, † quòd accipiens pecuniam ne ferat testimonium, non est idoneus testis,si datur sibi specialiter,ne testificetur,secus si generaliter,vt ferat auxilium parti in illa causa,tunc.n.admittitur,& valet testimonium eius.& ita limitat d.§.lege Iulia.Spe.mirabiliter referens dominum suum Host.in ti.de testi.§.1.versi.quid si dederit pecuniam:tene menti.

ADDITIO

Adde c.fi.& ibi Bal.& alij,vbi Feli.col.2.de testib. cogẽ.Feli. in c.licet cãm.9.notab.de proba.& in c.1.vbi Decius alios citat,de testib.Ias.in l.1.nu.21.ff.de fer.Ioã.Arno.dialog.50. Hip.de Marsi.in l.1.nu.10.& in §.fed & si quis.nu.4.ff.de fal.& in singulari 112.in ore.Matt.de Affli.in d.c.1. notab. 11.do.Aug.Bero.q.fam.58.fuit quæstionis. qui pulchrè declarat.Ibi,Item intellige verum.sequitur Hip.in d.l.1.nu. 11.ff.de fal.Sed Spec.non inuenio & est corruptus Roma. hic.Credo quòd voluit allegare Arc.in c.qui rectè.11.q.3. quod licet dare testi pecuniam publicè,vt verum dicat,& ferat auxilium parti.quem sequitur Bal.in c.fi. de appella. Ang.in trac.malefi.versi.falsario.nu.20. Deci.consi.189.lætatus.co.7.& Ias.in l.1.ff.de condi.ob turp.cau. Nic.Pig.

CCCXXXI.

1 *Iudici pecuniam dans,vt pro eo iudicet,perdit causam: Et orans iudicem in camera,vt pro se iudicet,punitur centũ aureis in causa criminali.*

1 SI do iudici pecuniam,vt pro me iudicet, † perdo causam.Sed quid si in camera magnis precibus oro iudicem,vt pro me iudicet,& mihi iudex sit fauorabilis, qua pœna punior? Dic quod punior centum aureis in causa criminali.textu.est singularis in l.1.in fi.iuncta gl.in verbo in grediatur.ff.ad l.Iul.de ambitu.

ADDITIONES.

Et Bonifa.de Vitalli.in d.ti.nu.13. Et tentans corrumpere iudicem punitur pœna falsi.l.1.§.sed & si quis.ff.de falsi. N. P. Adde Hippo.de Marsi.in l.1.in prin.nu.11.ff. ad l. Corne. de fallis. Gab.Sar.

CCCXXXII.

1 *Iudex,qui accipit pecuniam,vt committat barattariam, an pœnam euitet,si antequam committat , eum pœniteat?*

1 IVdex capiens pecunias vt committeret barattariam † an euitet pœnam,si pœniteat antequam committat barattariam? ista quæstio fuit Florentiæ secundum Bald.in vno qui re integra pœnituerat.dic quòd non.text. est singularis in l.& generaliter.§.1.ff.de calum.& ibi Bal.dicit ita determinatum.

ADDITIO.

Et idem Bal.in l.1.§.bestias.ff.de postu. vbi refert quæstionẽ illã Florentiæ.& in l.2.§.fi.ff.de condi.ob turp.caus.& hoc pro valde notab.refert Ias.in §.quadrupli.co.pe.nu.80. Insti.de actio.Hip.de Marsi.singu.326.pœnitentia. pulchrè per Nic.Boer.decis.153.iudex pactus.vbi latè declarat,& limitat post Bologni.in d.§.1.per eum allega. Nic.Pig.

CCCXXXIII.

1 *Pecunia,quæ ab aliquo accipitur pro delicto cõmittẽdo, parti applicatur.*

1 ACcipiens pecuniam, vt committat delictum, † cui quæratur illa pecunia? Glos. variat,quia aliquando fisco.vt l.Lucius.ff.de iure fisc.& l.Claudius.ff.de his qui.vt indign.aliquando parti.Sed quæ est verior? Dic quòd secunda,scilicet,quod applicetur parti regulariter,textu.est in l.& generaliter.§.illud. & lc. si quis ab alio.§. si vt filio. ff.de calumn.

ADDITIO.

Adde vltra socium meũ Cors. not. 371. in verb. testis. 18. Soci. in tracta. fallen. regul. 406. Deci. in dicto c. in nõmine. Hippol. de Marsi. in l. de vnoquoque. col. 12. cum sequen. ff. de re iudica. & singu. 24. clarum. Ioan. Crot. in tracta. de testi. nume. 25. & seq. Augu. Bero. in c. quoniam contra. in gl. citationes. nu. 99. & seq. de probatio. dicẽtes, post ea quæ dicunt; Roma. hic luere pœnas. Nicol. Pig.

Casus, in quibus nõ requiritur citatio in examinatione testiũ prosequitur Hippoly. de Marsil. in consilio. 8. versic. non obstat. num. 38. Et Petrus Dueñas in regu. 92. incip. citare debet, qui prætendit interesse. in fin. Et an testes probent contra suspectum de hæresi parte non citata, latissimè tradit Ludo. Carrer. in tract. de hæret. nu. 121. Ga. S.

CCCLXX.

1 *Consuetudo an valeat, quod testes recipiantur publicatis attestationibus.*

1 AN valeat consuetudo, quod testes recipiantur publicatis attestationibus? Videtur quod non, quia consuedo, quæ dat occasionem delinquendi, non valet ca. penul. & fi. de consuet. sed hic datur occasio delinquendi propter subornationem, ergo &c. In contrarium est verum, ℣m Ioan. And. in addi. Spe. in titu. de excepti. in §. dicto. col. 3. refert Io. And. in c. series. de testib. non recordor de verbo ibi vide per Io. And.

ADDITIONES.

Adde Panormi. in dicto c. series licet dicat quod Ioan. Andr. in loco hic recitato non vult, sed quod loquitur in alia quæstione, nunquid in eo liceat publicatis attestationibus noua exceptionem proponere, & probare, & sic loquitur de eisdem capitulis, vel directè contrarijs, tamen putat verum, quia si partes possunt hoc communi consensu. c. fraternitatis. de testi. multo fortius poterit induci ex consuetudine, quæ est fortior, licet sit contra ius commune. & in d. c. series. notatur. & est gl. mag. in fi. in c. per tuas. eod. tit. de testib. Et quod valeat ista consuetudo tenet etiam Spe. in ti. de teste. §. satis vtiliter. in 2. col. verb. quid ergo si peto.

Adde Feli. in c. fraternitatis. col. 6. de testib. Nic. Pig.

CCCLXXI.

1 *Procurator post litem cõtestatam reuocari nõ potest. Et quid si superueniat amicitia, vel consanguinitas cũ aduersario, vel nuper exorta sit inimicitia cum domino constituente?*

1 TV scis, quod procurator non potest reuocari post litẽ contestatam. c. 1. de procurato. lib. 6. & l. post litem. ff. eo. Fallit in aliquibus casibus. Primò propter superuenientem amicitiam cum aduersario, vel consanguinitatem, vel propter inimicitiam nuper exortam cum domino constituente. Modo dominus petit his causis reuocari, an in hac ꝗstione requiratur solennitas iudiciorum? Dic quod nõ, de hoc habes glos. singularem in l. in causæ. §. hæc autem cognitio. in verbo, Prętoris. ff. de procur. quam glos. semper not.

CCCLXXII.

1 *Citatio qua quis citatur ad voluntatem iudicis audiendam, an valeat, si iudex diffinitiuam sententiam proferat?*

1 CItatur quis ad audiẽdũ voluntatem iudicis, iudex fert diffinitiuam sententiam, an valeat? Dic quod non, sed oportet quod citetur ad audiendam sententiam diffinitiuam. verbo singulare Domi. de Rota deci. 342. retento, in nouis. q̃ approbat & refertdo. Anto. in cap. sæpe. de appellatio. Et ideo quia citatio generalis est nulla, secundum glos. iuncto text. in cap. fin. in verbo indeterminatè. de rescrip. facit l. aut qui aliter. §. si quis denuntiauerit. ff. quod vi aut clam. læd hæc est huiusmodi, ergo &c. intellige rationes.

ADDITIONES.

Adde gl. singu. in clemẽ. sæpe. in verbo, ad id. de verbo. signi. Mathes. notab. 8. eundem Roma. in consi. 369. circa primum. col. 2. Bar. in tracta. ad reprimen. in verbo, super dicto crimine. Alexan. in consi. 105. nu. 5. lib. 5. Feli. in c. consuluit. nu. 16. de offi. delega. latè per Moder. Arimi. in trac. nullita. in rubri. ex defectu. citationis. num. 56. cui adde Augu. Bero. in c. qm̃ cõtra. in gl. citationes. nu. 88. Hippol. de Marsil. in rubri. C. de ꝓbatio. nu. 368. in repe. l. de vnoquoque. nu. 142. ff. de re iudica. post eos, quos allegant. N. P.

Idem tenet & sequitur do. Amadeus de Castello in tract. de syndica. in gl. Item in eo, quod plures innocentes cõdemnauerunt. nu. 154. versi. Item tenetur si tulit sententiam. & in gl. qui domini syndici monuerunt partes ad audiendum sententiam. in prin. nu. 232. Et plenè dixi in annotationibus meis ad Matth. Mathesi. sing. 8. Gab. Sa.

CCCLXXIII.

1 *Fundus sterilis in emphyteusim datus, si emphyteuta labore factus sit fertilis, an in æternum emphyteusis duret, licet actum sit, quod vsque ad tertiam generationem tantum duraret?*

1 FVndus sterilis datus in emphyteusim, factus est fertilis emphyteutæ industrial, & labore, an durabit in æternum hæc emphyteusis, licet sit actum, quod duraret vsque ad tertiam generationem tantum? Dic quod sic, secundum Barto. singulariter in l. quicũq;. C. de omni agro deser. lib. 11. sufficit tibi authoritas tua. Sed non dicit verum, & illa lex nil facit.

ADDITIO.

Adde quod imo illa lex probat, & dato quod nõ probaret, est tex. optimus pro dicto Bar. in c. ad aures. de reb. eccle. non alienan. & latè per Hippo. qui doct. qui pro & contra tenẽt enumerat, sing. 559. ĩstatui. & Bar. sequit. Rip. in tract. post. in vlti. par. prin. nu. 355. post eos quos allegat. & in l. 1. col. 3. ff. de priui. credi. & à doct. communiter approbatur, vt per Augu. Bero. in c. in præsentia. num. 379. de proba. & in cap. dilecti. nu. 49. de arbi. Nic. Pig.

CCCLXXIIII.

1 *Priuilegium mihi concessum motu proprio principis in causa agitanda, non extenditur ad aduersarium, si illud concernat decisoria iudicij, secus si ordinatoria.*

1 REgula l. 3. ff. quod quisq; iur. relata per gl. in c. 2. de mutu. peti. vult, quod priuilegiũ ĩmihi concessum in causa agitanda proprio motu principis, non extendatur ad aduersarium. Quod est verum, si priuilegiũ cõcernat decisoria iudicij, secus si ordinatoria, vt libellus & cætera, vt in authen. offeratur. C. de litis contest. dictum est Barto. magnæ authoritatis, per illum text. in l. fin. C. de fruct. & lit. expen.

ADDITIONES.

Vide etiam Bal. in ca. 2. §. in quibusdam. de consuetu. rec. feu. vbi etiam dicit idem esse, si priuilegiatus nollet vti. & vide etiam Dy. in reg. in iudicijs. de reg. iur. in 6. & in reg. ob gratiam. eo. titu. per doct. in c. 2. de mu. peti.

Et ille est commu. intel. ad d. l. fin. vt per Feli. in dicto ca. 2. in prima limi. Alexan. & ibi Ias. & Deci. in d. l. 3. in princi. vbi Claud. Aquen. & per Philip. Franc. in c. in iudicijs. de regu. iur. li. 6. Et licet doct. vbi suprà multiplicier respondeant, verus tamen intellectus est, vt ibi declarat Castre. & Deci. in l. non est nouum. C. de eden. Nic. Pig.

CCCLXXV.

1 *Appellans per errorem à sententia pro se lata, an videatur ei renuntiare, adeo quod rescindi debeat.*

1 SEntentia lata est pro te, tu errans appellas ℣ & petis per appellationis iudicem eam rescindi, an noceat tibi hic error, vt iudex debeat sequi tuum errorem? Videtur q̃ sic tribus rationibus. Primò, error iuris nõ prodest in damno vitando. Secundo, quia iudex præsumeret quod tu non erres in iure. l. 2. C. de iur. & fact. ignor. sed potius quod renũties quod potest. c. inter monasteriũ. de re iudica. & l. duobus. ff. de excep. rei iudi. Tertio, sententia debet esse conformis libello. l. vt fundus. ff. commu. diui. Nihilominus contrariũ verũ, de hoc est casus singularis, in l. Seiæ amicæ. ff. de auro & argen. lega. secundum Bal. in l. præses. C. de sentẽ. & in l. 1. col. penul. C. quando prouo. non est necesse. quod not.

ADDITIONES.

Et idem Bal. in c. ex parte. 2. in c. cum dilectã. de rescript. & in c. 2. de proba. & in c. super e. de appel. Anto. Corse. sing. 21. versic. appellatio. 6. Nico. Pig.

Et ideo victor, qui obtinuit pro se sententiam, quæ sit nulla, vel quã dicat iniquã, non poterit petere eam mandari executioni vt per plura eleganter tenet Lanfran. de Oria. in c. quoniam contra. in prin. nu. 40. vetsi. in glos. fina. in fin. extra, de probatio. Gab. Saray.

CCCLXXVI.

1 *Tabellio si dicatur fuisse rogatus de instrumento, & ideo ab eo illius copia petatur, ille verò dicat nõ recordari, sed probetur per testes quod fuit rogatus, an possit de falso accusari? Et si dictum instrumentum in suis protocollis non reperiatur, an possit ex dictis illorum testium instrumentum conficere?*

1 TAbellio dr̃ fuisse rogatus de quodam instrumento, & ideo petitur ab eo copia illius, tabellio dicit nõ recordari, probatur, quod fuit rogatus: oriuntur duo dubia. Primũ, an possit accusari de falso, ex eo, quod dicit se non recordari. Secundum, quid, si non reperitur hoc instrumentum in suis protocollis, an possit ex dictis illorum testiũ conficere instrumentum, sicut potest ex suo originali conficere. Circa primũ habes singularem decisionẽ Ioan. An. referente fuisse disputatum per Lambertum de Rampho. in titu. de instru. edit. §. instrumentũ. circa princi. in addi. in verbo, in fine. & fuisse decisum, quod aut hoc fuit à longissimo tempore, & non potest de falso accusari. Ratio, quia dolus in falso requiritur, vt l. nec exemplum. C. e. titu. sed dolus regulariter non præsumitur. l. quoties. §. qui dolum. ff. de probatio. Item propter longum tempus præsumitur obliuio. vt l. peregrè. ff. de acquiren. posse. hoc dictum refert & sequitur Bal. in l. vbi exigitur. §. fi. aliàs, l. quędam. ff. de eden. Aut fuit facta quæstio de recenti, & tunc potest de falso puniri. ꝓsumitur. n. dolosè dixisse nõ recordari, & voluisse celare. sed ita punitur de falso q̃ celat, sicut qui falsificat. l. falsus. in fine. & l. qui testamentum ff. de fal. & habetur in ca. 1. de crimi. fal. & ibi not. ergo, &c. Sed q̃s
a debeat probare fuisse rogatum? Vide Bal. in rub. C. de fide instrumen. Quo ad secundum dic quod terminatur in tribus locis. Barto. in l. de tabulis. ff. de tabu. exhibend. & l. liquis. §. prætor ait. ff. de eden. Bar. in l. fina. C. de edend. & determinant quod sic, vide bonam gl. in l. edicto. C. de ædil. edict. Et vide eos quia debes habere, non refero.

ADDITIONES.

a Sed quis debet. Adde eũdem Bal. in l. fi. in vlti. col. eodem titu. &. C. de fide instrumen. & Ioan. And. in additio. ad Spec. in tit. de instru. edit. §. ostenso. & in §. instrumentum. in prin. in versic. autem hic posito ibi, quo ad secũdum, adde Ias. in illo §. prætor ait. col. 2. circa fi.

Adde quod doct. cõmunitur sequuntur 1. q. vt per Bal. Alex. Ias. Soci. & alios, in l. qui accusare. C. de eden. Bal. eum q. C. de fal. Gand. in rubri. de fal. col. 7. Feli. in cap. accepimus. nu. 16. de fide instru. Deci. in c. 1. col. 27. de proba. plenè per Nic. Boer. decisi. 292. sed vidi. nu. 5. limitantes alio modo, vt per eos. Circa 2. q. doct. transeunt cum Bart. in d. l. de tabulis, quod notarius nõ possit, nisi probet amissionem, vt per doct. in locis hic alleg. Nic. Pig.

CCCLXXVII.

1 *Tertius quilibet pro interesse suo potest in causa inter alios vertente cõparere, & an possit petere sibi soli fieri publicationem testium?*

1 QVilibet tertius ꝓ ĩteresse suo pót in causa inter alios vertẽte cõparere, vt in c. veniẽs. de testi. gl. in l. suspecta. C. de inofti. test. auth. nec si hæres. C. de litig. & capit. cum super. de re iudi. Sed an possit petere sibi soli fieri publicationem testium? Dic quod non, casus est singularis secundum vnum intellectum & communem, in c. constitutus. de testib. & adde in d. l. suspecta.

Additio-

ADDITIO.

Totã materiam tertij pro.intereſſe comparentis latè exami natam ponit Sebaſtia.Vantius in tract.de nullita.proceſ.in rubri.quis poſsit dicere de nullitate.nu.5.& plenã per Didac.Couarr.in practicis quæſtio. cap.13.& 14.& per Lanfranc.de Oria.in c. quoniam contra. in verſi.interlocutoriæ.nu.56.de probatio. Gab.Sar.

CCCLXXVIII.

1 *Conſuetudo an valeat,quod probato delicto per teſtes idoneos delinquens liberetur ſi velit iurare ſe non deliquiſſe,vel ſi velit probare negatiuam per teſtes leuis fame?*

1 VAlet ne conſuetudo, vt probata affirmatiua †delicti per teſtes idoneos liberetur delinquens, ſi vellet iurare ſe non deliquiſſe, vel ſi vellet probare per teſtes leuis fame negatiuam ſe non deliquiſſe,prout eſt in Ybernia, & in Saxonia? Dic quod eſt nulla,& nõ præſcriptibilis.caſus eſt ſingularis in cap. ad noſtram.de probat. *& cum quæſto vattene à caſa.*

ADDITIO.

Et ibi doct. maximè Deci.in tertio notab. Et idẽ Deci.poſt Felin.Abb.& alios,in cap. ſicut in ſecunda conclu.Abb.e. tit.Et non valet etiam conſuetudo, ꝙ poſtquam actor plenè probauit,teneatur iurare.caſus ſingula.in dicto ca.ſicut Roma.in l.admonendi.vbi Iaſ.colum.34.num.81.ff.de iureiuran. Nico.Pig.

CCCLXXIX.

1 *Scriptor poſitus ad ſcribẽdum introitus communis,ſi deficiat in ſcribendo aliquem particularem introitum, pœna manus punitur,& quid ſi ſcribat diminutè?*

1 POſitus ad ſcribendum introitus communis,†ſi deficit in ſcribẽdo aliquem particularem introitum, punitur pœna manus.in authen.de manda.principi.§.coges.& eſt ſingulare ſecundum Bal.in l.vbi exigitur.§.dolo.ff.de edẽ. Sed pone quod ſcribat,ſed diminutiua,& ita non totaliter omittit,ꝙ puniatur pœna dupli eius quod tacuit.allega.caſum ſingu.in l.excellentia tua.C.de erog.mili.ann. li.12.& Iaco.de Ardizo,in ſua ſumma feudo.in fi.vbi ponunt caſus,in quibus pœna manus venit imponenda. Et adde Fran.Rip.in tracta.peſtis in vlti. par. in §.2.de modo vbertatis conſer.col.1. Nico.Pig.

CCCLXXX.

1 *Vinum nouum debet incipi potari in prima die Nouembris, & omitti potatio antiqui.*

2 *Baldus dicebatur omnia ſcire.*

1 SCires tu mihi probare per legẽ,ꝙ vinũ†nouũ debet incipi potari in primo die menſis Nouẽbris,& omitti potatio antiq? Dic ꝙ eſt tex.in l.iubemus.C.de erog. mili.an. li.12.& ibi alleg.Bart.cõtra tutoré.Et ita fuit interrogatus
2 Bal.à Duce Mediol,(q†dicebatur oĩa ſcire,) an ſciret quotẽpore incipiẽdũ ſit vinũ nouum potare,iple bene reperit qa ſtudebat.ſed tu qui nõ vis ſtudere, nunquam reperies.

ADDITIONES.

Et illũ text.allegat idem Roma.in tutore poſt Bartol. cõſilio 425.quo ad primum.Ludo.Gomes in epilo.caſuum negligentiæ,poſito in regulis cancel. de trien. poſſe.59.caſu. Et Franc.Rip.in tracta.peſt.parte vlti.§.2.num.143.limitans niſi qualitas familiæ pupilli exigeret vinum vetus. Ni.Pig.

An dicta l.iubemus.iſtud probet,vide Deci.in l.cum quid.in vltima lect.col.1.in 2.not.ff.ſi cer.per. Gab.Sar.

CCCLXXXI.

1 *Inſtrumentum in iudicio productum,lacerans ira, quomodo puniatur?*

1 DVm contra aliquem producerem inſtrumentum† in iudicio,ille lacerat ira motus inſtrumentum meum, qua pœna punitur? Ego non dico vtrũ ꝓbetur contra eum ꝓ iuramẽtũ,vt l.ſi de poſſeſsione.C.de probat. Dic, ꝙ puniẽ extraordinaria pœna criminaliter ſm Ioa.And. ſingulariter de fide inſtrumẽ.c.accepimus.& non eſt alibi ſecundum Bal.in l.1.C.de fid.inſtrumen.quod perpetuo not.

ADDITIONES.

Quod credatur iuramento damnũ paſsi contra lacerantẽ,vide Bald.in dicta l.ſi de poſſeſsione. & in l.qui accuſare. C. de edẽ.& Spec.in ti.de teſte.§.ſatis vtiliter in fi.& Moder. in dicto c.accepimus.ibi,hoc non reperitur,&c.vide text. cũ.gl.in l.Paulus.in verſi.ſurripuerit.ff. de fal.& Salic.in l. eũ.C.de fal.& in l.1.§.qui in rõnibus.ff.de fal.& Sali.in l.eũ qui.C.de fal.& Bald.in c.peruenit.1.de probatio.vbi dſ, ꝙ ſi hoc fit, vt veritas nulli appareat, imminet pœna falſi, aliàs autẽ extraordinaria, per l.3.§. ſi quis dolo.ff.de tabul. exhib.& conueniri poteſt Aquilia.l.in lege Aquilia ſi delectum.ff.ad leg.Aquil.l.qui tabulas.in fine.ff.de fur. (illegible)

Adde Alexan.in l.reſpiciendũ. §. delinquũt.ff.de pœn.& Feli.in d.c.accepimus.col.4.ponentem. de verbo ad verbum ea,q̃ dicit hic coapoſt.meus.& latius in ca. Sicul.col.5.ver. quarta concluſio.de re iudi.& in c.cũ cauſam.nu.16.de teſti.Hippol.de Marſi.in rubr.C.de probat.num.135.Nicol. Boer.deciſi.292.ſed vidi,poſt eos quos allegant. Nic.Pig.

CCCLXXXII.

1 *Vendita ſi duobus ſit res aliqua,ille potior,cui illa eſt tradita & in dubio cui præſumatur prius tradita.*

1 L.Quoties.cũ ſimi.C.de rei vẽd.†dicit,ꝙ ſi duobus res vẽditur,potior eſt ille,cui res traditur.Sed pone ꝙ ambo ꝓbẽt ſibi traditã,ſed nemo cui prius fuerit tradita. cui ꝓſumetur prius tradita? Iaco. de Are.ſingulariter cõcludit ibi,ꝙ ꝓſumitur prius tradita,cui prius vẽdita fuit, prioritas ergo nihil inducit ꝓſumpta prioritate traditionis.refert Bald.in l.& ſi quidẽ.ff.de pub.Quod eſt verũ,ſi prior emptor prius pretiũ numerauit,aliter ſi ſecũdus prius probat pretium numeraſſe,præſumitur tunc prius ſibi tradita. ita dicit ibi ſingulariter Bald.in cap.1.§.ſi facta.ſi de fu.de func. fue.conuer.inter do.& agna.& ita dicit ſe conſuluiſſe in ciuitate Anconæ.

ADDITIONES.

Quòd ſequitur Alexand. in l.ſiue aũt.§.ſi.ff. de publi.in rem. act.& in l.1.C. de edict.diui Adria.Iaſ.qui plures citat, in dicta.l.quoties.num.37.Hippol.de Marſil.in l.qui duobus colum.2.ff.de fal. Nico.Pig.

Adde Catellia.Cot.in memorab.in ver.creditor prior. in fine.& Bald.in l.poſt ſententiã.col.2.C.de ſentẽ. & interloc. om.iudic.Bald. & Ange.in l.ſiue autem.§. ſi duobus.ff.de public.Alexan.cõſi.92.nu.12.& cõſi.109.nu.6.vol.5. & cõſi.71.nu.4.vol.7.quod verũ eſt,vbi vterq; ꝓbat pretiũ numeraſſe.alioquin is potiora iura obtinebit,& præſumetur ei rem prius traditam fuiſſe,qui probat pretij numerationem,ſecundum Bal.in c.ſi facta.col.1. ſi de feudo fuc. contrauer.inter domi.& agna.& Didac. Couar.li.2. variarum reſolutio.c.19.nu.6.ver.6. Gab.Sar.

* Creditor prior regulariter præfertur poſteriori.l.qui balneũ.l. potior.ff.qui potior.in pigno.& reg.qui prior.de regul.iur.li.6.& ibi Dy.fallit tñ hæc regula multis modis.de. quibus ꝓ Docto.in locis cõmunibus,& per Cæpol.caute: 124.vulgaris eſt regula.Sed inter alia limita nõ procedere ſi creditor ſecundus haberet inſtrumẽtũ de actuali numeratione,& primus ſolũ inſtrumentũ confeſsionatũ,quia tunc ſecũdus debet ꝓferri. tex.not.in l.diuerſis. iũcta gl.in ver. data.C.ꝙ potior. in pignor.per quẽ tex.Bald.& Ange. ibi mouẽt cõtrahentes,vt ſint cauti in ſtipulãdo inſtrumenta de actuali numeratione & propterea Bal.in l.2.notab.dicit ꝙ ex confeſsione de recepto inducitur fraudis ꝓſumptio. ſecus in actuali numeratione ꝓ l.1.ĩ fi.& l.ſeq.ff.ꝙ ĩ fraud. credit. Vide Cot.ĩ verb.creditor prior.& Pau.del bñ ſing.20.

CCCLXXXIII.

1 *Quicquid plãtatur,ſeritur,vel ædificatur,omne ſolo cedit,ræ dices ſi tamẽ egit,& hoc eſt de iure naturali,vt Imperator, vel ciuitas hoc tollere non poſsit.*

Tu hai



*Tu hai audito la Inſtituta* in titu.de iure naturali gen.& ciui.& habuiſti quid ſit ius naturale. Et ſcis quòd re-
1 gula eſt,quicquid plantatur,ſeritur,vel ædificatur, oẽ ſolo cedit,radices ſi tamen egit. & hoc in mille locis Inſt. de rer.diui.§.cũ in ſuo,& §.qua rõne.& §.ſequ.& de acq.rer. domi.& de rei ven.Sed an hoc ſit de iure naturali? Dic ꝙ ſic, vnde ſequitur, quòd ſi Imperator vellet illud tollere, non poſſet,nec ciuitas,vt in §.ſed naturalia.Inſtit.de iure natura.ſed de hoc caſus eſt vnicus in l.qui domum.ff.ad legem Aquiliam.decipies barbatos cum illo.

ADDITIO.

Et qñ procedat illa regula,tradit idem Ro. & Alex. in l.1.§. nũc tractemus.ff.de no.ope.nũ.Soci.in reg.fallẽ.nu. N.P.

CCCLXXXIIII.

1 *Conſuetudo an excuſet notarium à pœna falſi.*

FVi interrogatus,ſunt hic tres conſeruatores monetæ, dum vnus debitorum cõis ſolueret,notarius narrat ꝙ ſoluit in præſentia oĩum triũ,cũ non fuerit, niſi vnus præ
1 ſens ſm conſuetudinem,an † hæc conſuetudo excuſat notarium à pœna falſi? Hoſt.in c.quanto. de his quæ fiunt à præla.quem refert Bal.in c.1.de feu.cog.in vſibus feud.di centem,quòd aut notarius aſſerit illos præſentes, quibus ex eorũ præſentia infertur magnum præiudicium, & tũc hæc conſuetudo quantocunq; tempore obſeruata & inuetata non excuſat à pœna falſi.Pone exemplum ſecundũ materiam l.quæ dotis.ff.ſo.ma.Aut nullum poſſunt habere præiudicium,vt in caſu noſtro, & tunc excuſatur notarius ſecundum eum.& ita intellige Bal.in rub.C.de fide inſtrumen.co.4.verſi.quæro ergo quid de eo.

ADDITIONES.

Dic quòd licet Bald.in dicta rubri. iſtud expreſsè non dicat, põt tamen aliqualiter colligi ex verbis ſuis iuncta authoritate Roma.hic.ſicut in ſimili dicitur, nam ſi epiſcopus committat alicui ſigillum,ille ex conſuetudine ſigillat in perſona epiſcopi abſentis & ignorãtis, vt ibidem per Bal. & per eundem in l.2.de rebus alie. nõ alie. vbi etiam dicit quòd non requiritur alia ſubſcriptio.

Et hoc ſequitur Are.in tract.maleſi.ver.falſario. & ibi Aug. Alexan.conſi.70.videretur.co.2.lib.1.& conſi.39.viſis.in prin.li.3.Iaſ.in l.1.in prin.co.1.ff.quod quiſque iur. Nico. Euerar.in loco vſitato,ſeu à conſuetis.Deci.conſi.175. in cauſa.col.8.Hipp.de Marſi.in l.1.nu.100.ff.de ſicar. & in §. quoniam.nu.98.in practi.Petraſanct.ſing.83.tene.& adde ſuprà ſing.19.an conſuetudo. Nico.Pign.

Cõſuetudo excuſat à pœna falſi,vt etiam voluit Bald. in l.1. co.6.ver.modo iuxta prædicta quæro.ibi, Item eſt, ſic ſe habet gñalis conſuetudo,quæ excuſat.& col.ſeq.verſi.modo ſequitur alia queſtio.ibi,tñ ego non puto.C.de confeſ. in rub.C.de fide inſtr.co.5.ver.quæro ergo quid de eo,ꝙ quotidie fit.& ante eũ Inn.Hoſt.& Io.And. Ant. Imol.& alij in c.2.in fi.de fide inſtr.& Hoſt.in c.quãto.de his quę fiunt à prælatis.& Ale.cõſi.107.pro inueſtigatione. colũ. vlt.ver.ad id ꝙ no.li.2. & cõſ.65.attẽta diſpoſitione ſtatuti.co.2.ver.licet Bal.alibi.li.3.Et conſ.41. viſis & optimè diſcuſsis.co.2.verſi.ſed quod Demetrius.li.4.Iaſo. in l.de quibus.co.3.verſ.confirmo ꝓ id.ff.de legib.& in l.ſingularia.co. penu.ff.ſi cer. peta. vbi dicit ſe ea rõne defendiſſe notariũ quendã Placentinum,qui ſequendo cõſuetudinẽ notariorũ Placentiæ inſtrumento appoſuerat verbum numerauit,quamuis nõ fuiſſet præſens pecunia. & idẽ Iaſ.in l.ait ꝓtor.1.§.iurari.col.penu.verſi.ſecundus modus eſt.ff. de iureiu.& Deci.conſi.170.viſo themate, & his quæ.co. 3.verſ.& in ſimili caſu.Oldra.conſi.56.Matth. de Afflict. in conſtitu.Neap.Regni incip.aduocatos.col.penult.verſicu.an autem conſuetudo.& Rochus de Curt.in reper. c. vlr,col.5.de conſuetudi.& tradit And.Tiraquel.in tracta. de pœnis temperandis,aut remittendis cauſa. 43. nu.11. verſic.ſuccurrit & illud.Et vltra prædictos adde multa de conſuetudine ad propoſitum tradita per Guid. Papæ deciſio.Grationop.262.& ibi in additio.& vide quę dixi ſuprà ſing.19.& in ſing.150.Franc.Cremen.Gab.Sar.

CCCLXXXV.

1 *Notarius ſcribens falſum inſtrumentum immunitatis, ignis pœna punitur.*

2 *Notarius ſcribens ſimulatum inſtrumẽtum perdit manum.*

3 *Notarius ſcribẽs inſtrumentũ vſurariũ eſt periurus,nec amplius poteſt inſtrumenta conficere,& infamis pronuntiatur.*

1 POne,quòd notarius ſcribit † falſum inſtrumentum immunitatis,qua pœna debet puniri? Dic ignis, caſus eſt ſingularis in l.1.C.de immu.nemini conceden.libr.10. De
2 ſcribente † ſimulatum inſtrumentum habes quòd perdit manum,vt in c.imperialẽ.§.ſcrib.de prohi.feu.alie. per Feder.Sed† quid de notario ſcribente vſurariũ inſtrumentũ, qua pœna debet puniri? Dic quòd eſt periurus,& non põt amplius conficere inſtrumenta,& poteſt pronunciari infamis,dictum eſt Hoſt.in ſumma,in ti.de vſu.§. an aliquo. circa ſi.verſi.quid de notario. Arch.refert illud & facit feſtum.46.diſt.c.ſicut.quod nota.

ADDITIONES.

Vide etiam Moder.in d.c.ſicut referẽtes Archi.& vide Lau. de Rod.in tract.ſuo vſurarum.q.58.

Sequitur plenè Ale.in d.l.1.& in l.ſi quis iniquũ.§. ſi procurator.co.3.ff.quod quiſque iur.Feli.in c.ſi aduerſus.de hęre. Corſe.ſing.121.inci.qui falſum.Hipp.de Marſ.in l.ſi.ff.de parrici.& in ſing.181.& 563.& in alijs locis. Nic. Pig.

An notarius conficiens inſtrumentum contractus à iure reprobati,puniat,tradit Guid.Pap.deciſ.Grationop.118.nu. 2.& deciſi.433.vbi ponit de notario faciente inſtrumentum falſum qua pœna puniatur. Et quid de eo qui dictum inſtrumentum falſum dictat? Gab.Sar.

CCCLXXXVI.

1 *Aurum,vel argẽtum an deſinat eſſe meum, ſi me inſcio,vel ignorante ex eo factus ſit calix?*

1 DE auro vel argẽto meo† factus eſt calix me inſcio,vel ignorãte,nũquid deſinat eſſe meũ? Tu ibis ad c.ex antiquis.54.diſt.Sed dic quòd definit eſſe meum argentũ, loquor enim in re inanimata.c.autem ex antiquis. loquit in re animata,poſſum tamen eſtimationem petere,caſus eſt ſingularis in c.pe.14.q.6.quod incipit,comperimus.

CCCLXXXVII.

1 *Venditio facta cum pacto,quòd venditor non teneatur de euictione:re euicta teneatur ad pretium, ſi generale fuerit pactum à quocunque euincatur, ſecus ſi ſpeciale, quia tunc † nec pretium reſtituitur.*

1 SI vendo rem cum pacto,† quòd nolo teneri de euictione,teneor ad pretium re euicta.l. emptorem.§. ibidẽ. ff.de act.emp.Quod eſt verũ,quãdo in genere eſt factum pactum à quocũque euincetur,ſecus ſi ſpecificatus, puta à Sempronio,tunc enim etiam pretium non reſtituo. caſus eſt ſingularis in l.qui libertatis.in prin.ff.de euict.

ADDITIONES.

Et iſtud vide notabile conſilium Alexand.conſi.188. incip. ſi vendo.

Et ibi Bar.& Bal.idem Bal.in l.non dubitatur.C.e. ti. & in l. 1.q.2.C.de peric.& commo.rei ven.Soci.in trac.ſal.regu. 437.ſall.1.Caſtren.in d.§.ibidem. Ang. Arc. in §. actionũ. co.12.verſi.& quod dixi.Inſti.de actio.Hip. ſingulari 656. venditor.And.Tiraq.qui plures citat, de retractu conſanguí.§.12.gl.1.nu.14.porro.Matt.de Afflict.in ti.de inuenti. de re alie.fact.in prin.col.ſi.& in §.rurſus.in tit.quib.mod. feu.amit.vbi illum tex.extendunt. Nico.Pig.

Adde latè per Stepha.Aufrer.deciſ.Capel.Tholo.360. & plura in materia euictionis per eundem deciſi.407.& per Didac.Couar.li.3.variar.reſolutio.c.17.in prin.num.2.Et plenius omnibus per Carol. Moli. in prima parte cõmenta. in conſuetu.Pariſien.in gl.8.§.1.nu.40.verſi.ſecus ſi patronus ſimpliciter. Gab.Sar.

CCCLXXVIII.

1 *Teſtium,& eorum dictorum reprobatio eſt permiſſa, quatenus vltra tertiam non admittitur.*

2 *Reprobatio teſtium in iudicio ſummario nõ admittitur,quãdo illud poſtea venit examinandum in iudicio ordinario.*

1 REprobatio personarũ testium † & eorum dictorum est permissa.c.præsentium.de testi.& C.e.tit.l.si quis testibus, licet non admittatur vltra tertiam productionem.c.licet dilectus.de testib. Tamen fallit hoc in iudicio summario,in quo non admittitur reprobatio, quando illud postea venit examinandum in iudicio ordinario, dictum est Abbatis antiqui,quem refert ibi Hostien.& Ioã. Andr.& do.Anto.in cap.veniens.2.de testib. Et est ratio, quia si hoc admitteretur,non esset summariè procedere, sed magis ordinariè,& sic esset differre. exemplum pone in filio petente alimenta,& probante se filium, per l. si iudex.ff.de his qui sunt sui vel alien.iuris.iuncta.l. si quis à liberis.ff.de lib.agno. quæ filiatio postea venit probanda in iudicio ordinario. Item pone exemplum in tertio comparente ad impediendum executionem, vt l.à diuo Pio.§.si super rebus.ff.de re iudic.

ADDITIONES.

Et sequitur ibi Abb.co.5.in prin.& ibi Feli.in 6.co. Quod intellige secus,quando in iudicio quantumcunque summario non expectaretur alia sententia in principali causa, vt per Aret.consi.61.in causa illorum.in fin.Hippo. de Mar. in rubr.C.de proba.in fi.& in l.de vnoquoque. nu. 135. ff. de re iud.Et est de mente Roma. hic, & distinguit idem Aret.in dicto capitu.veniens.colu.9. vt refert Marant.in pract.de repulsa testium.in fine. Nic.Pig.

Idem tradit Lanfranc.de Oria,in c.quoniam contra.in vers. testium depositiones.nume.83,extrà de probatio.& Dida.Couar.in practicis quæstionibus,cap.17.versi.septimò est in eadem quæstione.Gab.Sar.

CCCLXXXIX.

1 *Redditus relictus quolibet anno,intelligitur tunc debere solui,quando hæres fructus colligit.Et quid si vnà cum reddi tu legata sint etiam viginti,an illa viginti statim adita hæreditate peti possint?*

1 REdditus relictus† quolibet anno, intelligitur tunc debere solui,quando hæres fructus recolligit.l. Firmio. §.pater.& l.nec semel.§. si in habitatione .ff. quando dies lega.ced.Modò lego Titio sextam partem fructuum talis fundi,& viginti,an viginti possunt immediatè peti adita hæreditate,an saltem post aliquod tempus, per l. quod dicimus.ff.de sol.l.1.§.bellissimè. & §. sub conditione.ff: vt lega.nomi.caueat. Dic quòd non,ratione connexionis, secundum Bar.per illum tex.in l.si legatarius.§.1.ff. de lega.3.qui notabiliter hoc probat.

ADDITIO.

Adde quòd illam doctrinam Bar. dicit singu. idem Roman. consilio.231.præmissorum.Felin.in c.2.co.16. in 5.fallen. vbi.Rip.nume.46.de rescrip.Idem Rip.in c.1.colu.32.de iudic.Iaso.in l.1.co.4.ff.de iustit.& iure.& in l.qui hoc anno.co.fin.ff.de verbo.obligat.post Rom.Nic.Euerar.in loco à natura copulæ secundo modo.Soc.Iun.consi.160.circa præsentem.col.3.libr.2. Nico.Pign.

CCCXC.

1 *Medico in ciuitate existenti si dictum decem promittantur, vt ad ægrotum in comitatum veniat,an decem debeãtur diebus,quibus est in itinere?*

1 MEdico existẽti in ciuitate promitto decem dietim, vt veniat ad ægrum in comitatum,an decem debeãtur diebus,quibus est in itinere?Dic quòd sic,text.est,quẽ no.Bar.in l.quid nisi.versi.sed qui dies.ff.de ope.libr.& ibi Bar.facit magnum festum.

ADDITIO.

Et ibi Ale.Bal.in l.liberti.co.4.C.eo.ti.idem Ale. in l.de diuisione,col.2.ff.solu.ma.Franc.Rip.in tract.post.vlt.part.ti tu.de medi.& salar.co.11.vbi alios citat, & in l.quo minus. co.5.ff.de flumin.Et idem in aduocato,vt per Bald. in l.1. C.de suffrag.& Feli.in c.1.in fin.de lib.obla.Iaso.in l.diem functo.nu.42.ff.de offi.assessor. Nico.Pig.

CCCXCI.

1 *Inuecta & illata per secundum conductorem, an sint tacitè obligata primò locatori?*

INuecta, & illata per inquilinum & colonum sunt pro pensione tacitè obligata.l.certi iuris.C.loc. cum simili. licet diuersimodè in colono & inquilino. Et inquilinus & colonus possunt alij locare.Sed an inuecta & illata per
1 secundum conductorem sint† tacitè obligata primo locatori? Dic quòd non, casus est singularis in l. si in lege.§.si colonus.ff.loca.quem nota perpetuò.

ADDITIO.

In contrarium est veritas, & est textus in l. solutum.§. solutam.ff.de pign.actio.& sequitur Socin.in regula. 192. fallen.6.Ludo.Gomes in §.item seruiana.nu.15. & 32. Instit u.de actio.Negusa,latè in tractatu de pigno.4. membr.2. par.princip.12.casu.2.amplia.& ad d.§. si colonus.vide in fra singu.396.vnus. Nico.Pig.

CCCXCII.

1 *Procurator debet habere speciale mandatum ad petendum relaxationem carcerati.*

AD petendum quem relaxari à carceribus quilibet admittuntur,vt de lib.ho.exhiben.in multis locis. Sed
1 nũquid posit generalis† procurator illud petere? Diceres quòd sic, quia sufficit generale mandatum ad agendum. Dic quòd requiritur speciale mandatum.l. Pomponius.ff. de procura.Barto.allegat,ad hoc in consilio suo 84. incip. In causa Statij.libr.1. Adde ad cap.qui,ad agendum.de procurato.libr.6.

ADDITIONES.

Adde quod idẽ Ro.consi.241.spectabiles.circa fi. dicit illud dictum Bar.esse falsissimum.& contra Bar.tenet Alexan. consi.134.circa executionẽ.lib.6.de quo vide latè Io. Bap. de sancto Seuerino in tracta.de debito.fugi.13.q. princ.& Fel.in c.1.co.5.ver.prima itaque.de iudi. Nic.Pig.

Adde in materia,q̃ carceratum,maximè compeditum relaxãs† sine mãdato superioris,vel iudicis,incidit in crimẽ legis Iuliæ maiestatis,vt tenet Guido.Pap.decisio. Grationop.437.nu.5.ver.an relaxans à carcere.Gab.Sar.

CCCXCIII.

1 *Statutum si prohibeat habentem vnum officium aliud acceptare,quam pœnam si acceptet,patiatur?*

1 SI statutum prohibet habentem † vnum officium acceptare aliud,an patiatur aliquam pœnam, si acceptat? Dic quòd caret acceptato,& priuatur beneficijs, & salario primi.textus est singularis in l.quisquis.C.de cohorta.lib. 12.& ibi Barto.no.

ADDITIONES.

Et Felin.post Are.in c.ex literis.co.4.limit.1.vbi Deci. reclamat, de probatio. Limita, nisi dispensetur contra statutum,vt per Barto.in l.fi.C. de execu. & exactio.declarando vt per Deci.vbi suprà co.pe. Nico.Pign.

Econtrà autem, quomodo puniatur is, qui nolit acceptare officium,ad quod fuit electus,tradit idem Roman. suprà singu.188. Gab.Sar.

CCCXCIIII.

1 *Minor non debet occupare locum maioris,& contrafaciens qua pœna puniatur?*

1 NOn debet† minor maioris locum occupare,vt sit per aliquos in collegio nostro Senensi.Sed qua pœna puniuntur illi tales? Dic,quòd debent poni in loco viliori,& priuari loco assumpto,casus est singularis in capi.præcipimus.93.dist.quod nota.

ADDITIO.

Et sequitur Petrasanct. sing.33.& est doctrina Christi,Mat. Euang.23.Lucæ 12.Cùm inuitatus fueris,&c.Et tales sacrilegi censentur.casus notabilis in l.1.C. vt dignitat. ordo ser.libro 12.Sed text.in l.2.ibi,in locum, ex quo indecenter emerserat,reuertatur.C.de offic.mag.offi.dicit,q̃ ponatur in pristino loco. Et ita tenet Felin.in rubric. de maior.& obedien.colum.4.dicens dictum capitul.præcipimus seruari in casu suo,& ita sentit Nico.Boer. in 1. addit.tracta.de auth.mag.cons. Nico.Pign.

CCCXCV.

1 *Potestas debet etiã vltra tps sui officij exercere iurisdictionem*



*nem,quousque successor in officio veniat, & an pro hoc reliquo tempore debeat habere consuetum salarium?*

LEx,meminisse.ff.de offi.procon.& l.eum qui.ff.de iurisd.om.iud. Canonistæ in gl.in c.& si Christus.de iu-
1 reiu.dicunt,quòd potestas † debet etiam vltra tempus sui officij exercere iurisdictionem,quousque veniat successor in officio.Sed quæro,an pro reliquo tempore, quo sedet vltra tempus ipsius officij,debeat habere salariũ consuetum secũdum statutum officij?Dic quòd sic. casus est singularis in authen.de admi.§.illud.

ADDITIO

Idem Roman.in l.diem functo.& ibi per alios.ff.de officio. assess. Nico.Pign.

CCCXCVI.

1 *Intellectus l.si in lege.§.si colonus.ff.locati.& l.solutum.§. solutam.ff.de pigno.actione.*

1 VNus vestrũ dixit mihi, quòd † volebat me declarare l.si in lege.§.si colonus.ff.loc.& l.solutum.§. solutã. ff.de pig.act.contrariantes inter se.Sed Barto.soluit, aliud in tacita,aliud in expressa,sed diuinat. Tu dic, aut loquimur in colono,& sic in prædio rustico, & tunc loquitur §. si colonus. Si autem in inquilino, tunc loquitur contrarium,moueor per l.certi iuris.C.loc.vbi facilius inducitur hypotheca in inquilino, quã in colono. vide ad hoc l.si gratuitam.ff.qui.mo.pig.tacite contrah.

ADDITIO.

Dicas quòd vera est resolutio illa Bart.in d.§. si colonus. quã sequuntur communiter doct.vt per Negu.in tractatu. de pign.4.membr.2.par.princip.12. casu.2.amplia.Iaso.in l. item quia.co.1.ff.de pact.& Lud.Gomes, qui post alios latè tractat,in §.item Seruiana.nume.15.& rursus num.32. vbi ponit alias duas solutiones,Instit. de actio. Et adde suprà singulari.391.inuecta. Nico. Pign.

CCCXCVII.

1 *Personæ egregiæ, vt sunt milites, clerici, & similes,ad iudicium venire non compelluntur,& an hoc procedat in causa criminali?*

2 *Iudex licet in ciuili possit committere alteri examinationem testium,tamen hoc in criminali non potest.*

1 PErsonæ egregiæ, † vt milites,clerici,& similes,nõ compelluntur venire ad iudicium,vt in ca.si qui testium.de
2 testi.l.ad egregias.ff.de iureiuran. Sed an habeat locum in causa criminali? Scis,quòd † licet in causa ciuili possit iudex alteri committere examinationem testium, tamen hoc non potest in causa criminali,vt in authen.apud eloquentissimum.C.de proba.l.3.§.diuus.ff.de testi.3.q.6.ca. testes.no.in c.cùm causam.de testibus.& c.cõstitutus.de fideiusso.& Io.And.in c.Roma.§.cõtrahentes. de fo.compe.lib.6.& c.mulieres.de iudic.eo.libro. Dic quòd non gl. est singularis in c.1.de test.cog.

ADDITIO.

Adde 3.q.8.c.testes.& Gemi.qui ita limitat in c.præsentium de testi.li.6.ratio est,q̃ assignat Ro. hic, nam certè æquius est egregiam personam potius venire ad iudicem, quàm ecotrà.secus ergo esset,quando ratione importantiæ venire nõ possent,vt inquit Iaso.in d.l.ad egregias.col.2. circa fi.ad hanc limita.vide Panor.in c.si qui testium. de testib. & ibi per Feli.co.antepe.& Iaso.vbi suprà.

CCCXCVIII.

1 *Testificari certæ personæ inuitæ non compelluntur,& quid si veritas aliter haberi non possit?*

1 TV habes in l.4.ff.de testib.† quòd certæ personæ inuitæ non compelluntur ad deponendum. Sed illam intellige,quando pòt per alios probari,aliàs secus.Rõ est,q̃ non est angusta facultas probationum.l. quoniã.C. de hæretic.verbum est singulare Host.& Io.And.in dicto capit.1.de testibus cogend.quod nota perpetuò.

ADDITIONES.

Adde Spe.idem tenentem in ti.de teste.§. de testium compulsione.in princ.do.Ant.in c.cùm à nobis.in vltim. col. de testi.& gl.in ver.occultetur.in ca. quicquam.14. q.2.& do.Ant.post Host.in c.cum nuntius.in vlt.co. de testi.do. Ant.& do.Abb.in c.dilectorũ.de testi.cog.& Imo. in c. 3. e.ti.& Arc.in c.statuendum.2.q.6.Istud tamen sublimitatur,nisi aliqui eximerentur à testimonio, non quia essent priuilegiati,sed aliter inhabiles,quia etiam in auxiliũ veritatis aliter non admitterentur,qñ materia est talis, quę de sui natura aliter sciri posset,vt p gl.fi.in l.inuiti.1.ff. de testi.quam sic intelligunt neoterici in d.c.1. de testi. cogẽd.

Adde ibi Abb.& Feli.nu.8.qui alios citat, & in ca. dilectorũ. eod.titu.Lanfranc.in cap.quoniam contra.versic.testium numer.42.ad fin. de probat.vbi ponit cui incumbat onus probandi, quòd veritas aliter haberi non potest, de quo etiam per Decisio. Tholosa. 3.& 354.& ibi Aufrer. latè Soci.in regu.259.fallen.4.Et an hoc singulare procedat in causa criminali ponunt doctor.in d.c.dilectorum.& Soci. in tracta.fallen.regula 417. Nico.Pig.

Hoc dictum Roma.refert & sequitur Hippo. de Marsi.in practica crimi.in §.diligenter.num:125.& in l.infans.nu. 46.ff.ad leg.Cor.de sica.& in l.diuus Pius.nume.13.ff.de quæst.& in l.de minore.§.tormenta.nu.19.ff.eo.ti.& in l. si fortè mulier.nu.8.C.ad leg.Cor. de sicar.& Caro. Molin.in additio.ad Alexan.consi.18.Viso processu.co.3.nu. 5.li.1.in additio.incip.l.4.vbi alia ad hoc allegat. Et Petr. Dueñas in reg.384.incip.frater contra fratrem. in prima limitatione. Gab.Sara.

CCCXCIX.

1 *Confessio extraiudicialis sine causæ expressione nõ probat,secus in iudiciali,quia probat,& quid si fiat coram arbitro?*

1 QVamuis † confessio extraiudicialis sine causæ expressione non probet,vt l.cùm de indebito.§.fi.ff.de probat.& l.generaliter.C.de non nu.pecu.ca. si cautio. de fide instrumen.Item quòd confessio iudicialis inducat probationem etiam quòd sit sine causa, quia calor iudicij supplet defectum.tex.est in l.voluit.in prin.& §.fi.ff.de interro.act.& no.in l.1.C.de confes.& Canonistæ in c.si.c.tit. Tamen quid diceres si confessio fieret coram arbitro,an sine causa valebit? Tu diceres quod sic. quia sunt redacta arbitria ad instar iudiciorum.l.1.ff.de arbitr. Sed ratio est in iudice propter iurisdictionem suam, quæ non est in arbitro,qui habet tantum notionem. Tamen idem est in arbitro,gl.est penu.ad fi.& singularis in l.1.ff.de interrog. act.allegat l.pe.ad fin.C.de arbi.sed parum facit,non tamẽ inuenio illam glo.reprobatam.

ADDITIONES.

Adde quòd illam glos.sequitur ibi Bal.& Ludo.Bolog.vt est ibi eius additio.Bar.post alios in l.1.in fi.C.de cõfess.Abba.post Imo.in ca.præsentata.colum.3.de testi. vbi Felin. co.penu.refert doct.pro vtraque parte.Quæ opi. mihi verior videtur,quando arbiter iuris ordine seruato ad instar iudicis processit,& confessionem recepit, cũ arbitria sint redacta ad instar iudiciorum.dicta l.1.& ibi Bar.ff.de arb. Vide tamen Alex.consi.13.ex his.colum.2.li.1. quod est duplicatum consilio 19.libro.4.Felin.vbi suprà. Decisio. Neapo.168.in causa.nu.10. Nico.Pig.

An confessio extraiudicialis sine causa facta inducat obligationem,tam in debitore,quàm in creditore, tradit Guid. Papæ,decisio. Grationop 176.in decisione. Et quid si causa fit in discreta?ponit Bald.in l.cùm de indebito.§.sinaũt. ff.de probatio.& ibi Ale.in apostil.ad Bar.& per Lanfran. de Oria,cap.quoniam contra.in versi.confessiones.nu.29. versi.aduertendum est.extrà de probatio. Ga.Sar.

CCCC.

1 *Contumax si sit reus in respondendo, actor in possessionẽ rei petitæ a iudice mittitur,præmissa inquisitione summaria: Secus in gratia,vel dignitate beneficiali. Et quid in dignitate seculari?*

1 QVando reus est contumax in respondendo, † iudex mittit actorem in possessionem rei petitæ præmissa inquisitione summaria.Hoc fallit,vbi agitur ad obtinendum beneficium,seu gratiam inde concessam,seu dignitatem,casus est in ca.1.de eo qui mit.in poss.cau.ici ser.li.6.

Quod intelligit ibi gl.& doc. quando agitur de poſſeſsione,non de titulo,& dicitur ibi ſingulariter q̃ poteſt proce di propter contumaciam rei lite non conteſtata in cauſa beneficiali.Sed quid,cùm petitur officium,ſeu dignitas ſecularis,an ſit idem quod in dignitate eccleſiaſtica? Dic q̃ ſic,ſecundum Spe.ſingulariter in ti.de ſecundo decre.§. videndũ.verſi.quid ſi electus.nu.12. Vide ibi rationes ſuas, & illud dictum refert & ſequitur Io.Andr.in c. contingit. de do.& contu.quod nota tu Legiſta.

ADDITIO.

Adde eundem Ro.in l.ſi vero.§.de viro.fallen.40.verſic.19. ff.ſo.ma.Abb.poſt alios in d.c.contingit.5.co.quem videndum ſingulariter declarat d.c.1. vt habeat locũ in bñficio obtinendo,ſecus in obtẽto retinendo. Et intellige q̃ iſtis caſibus non fiet miſsio,ſed procedetur contra contumacem ad diffinitiuam,vt per Spe.in loco hic alleg.

CCCCI.

1 *Interpellatione extra iudiciali nõ præcedente, reus an poſsit cõdẽnari in expenſis primæ citationis,& libelli oblationis?*
2 *Intellectus l.quidam Hiberus.ff.de ſerui.vrba.prædio.*

ALio ſero Dominus Emanuel dixit mihi,quòd reperit ſuper litera moderna in decretalibus vnum dictum, Scis enim quòd de honeſtate eſt, quòd antequam aliquẽ
1 cõueniam,interpellem ipſum extra iudicialiter. caſus eſt in l.quidam Hiberus.ff.de ſer.vrba.prædio.Et dicunt Moderni, q̃ ſi hæc interpellatio non præcedit, non põt reus condẽnari in expenſis primæ citationis, & libelli oblationis,& nil allegãt,& hac occaſione volo tibi declarare hoc. Dic ergo,q̃ aut reus citatus non monitus extra iudicialiter cõparet,& cõfitetur petita, & tali caſu confeſſus non põt cõdemnari in expẽſis primæ citationis, neq; libelli.ratio eſt,quia imputandũ eſt creditori,quare eũ nõ monuit, præſumere enim debuit reum confeſſurum debitum extraiudicialiter,igitur qui fuit in culpa, meritò perdit expẽſas. Aut reus negat,& tunc cõdemnatus per ſoſam debet in omnibus expenſis cõdemnari, & citationis & libelli,& ratio eſt,quia iudex præſumere debet,illũ reũ negaturum debitum extraiudicialiter,ſicut negauit iudicialiter,per ra
2 tionem naturalem.ſingulare verbum Gul.de Cun.in l.edita.C.de eden.& ita intellige d.l.quidam.Hiberus.quod tene menti,quia milies de facto habebis.

ADDITIONES.

Adde Abb.in c.2.de accu.co.2.& Fel.in c.nouit. col. peo.in fi.ver.fallit primò.de iud.But.in c.1.co.4.de lib.obla.Ana. in c.licet Heli.co.4.ad prin.de ſimo. & de materia l.quidã Hiberus,vide Bal.in locis allegatis vbi ſuprà per Ana.

Adde Caſtren.in l.ſi reus paratus.ff.de procurat.& in l.deſtitiſſe.ff.de iudi.Fel.& Deci. multipliciter limitantes in canouit.co.ſi.de iudi.& in c.quoniam contra.glo.dilationes. de probatio.Abb.& Feli.in c.2.de accuſa.Deci.& Cagno. in l.qui in alterius.ff.de regu.iur.

Vide Iaſ.in l.certi conditio.in prin.co.2.nu.4.ff.ſi cer. peta. & Bauerium in repeti.l.ſi ex legati cauſa.co.26. in prin.ff. de ver.ob.& plenè per Hippo.de Marſi.in l. patre vel marito.in prin.nu.38.ff.de quæſtio. Gab.Sar.

CCCCII.

1 *Interpellatio extra iudicialis reo debitori facta à quo debeat probari,an ab actore affirmante,vel à reo negante?*
2 *Clericus loquens cum puella hodie non præſumitur ei velle benedicere.*

QVis debet probare hanc monitionem extraiudicialẽ:
1 actor affirmans,vel reus negans? Tu diceres quòd actor,per l.actor quod aſſeuerat.C.de proba.& c.bonæ.1. de elect.& malè diceres.Sed dic quòd incũbit onus pro-
2 bandi reo neganti, † & ſic præſumptio eſt pro actore. caſus eſt ſingularis in l.in fideicommiſsi.in princ.ibi,tametſi non facile,& c.ff.de vſur.dicit enim ibi tex. illud communiter accidit.ſed locus à cõmuniter accidentibus trãſfert onus probandi in negantem.gl.ord.in l. neque natales.C: de proba.dicut dicimus quòd clericus loquens cum puella non præſumitur eã benedicere velle hodie.in capi. abſit. 11.q.3.& iſtud adde ad l.ſciendum.ff.de verborum oblig. & quod ibi dixi.& quære hoc in c.finem litibus. de dolo & contum.& l.properandum.C.de iudi.& non inuenies.

ADDITIONES.

Ad hoc vide Fel.in c.nouit.in vltimis verbis, de iudi. vbi ſequendo Roma. hic dicit quòd onus probandi incumbit neganti ſe monitum.dicit tamẽ cogita, quia iſta eſt mera negatiua,ergo improbabilis.c.quoniam.de proba.Sed aduerte,q̃ ipſe tenuit oppoſitum,& fortè melius per vnum bonum argumentum in d.c.quoniam.co.9.

Adde quos nunc proximè citaui.& Cagn.in l. vinum.nu.22. ff.ſi cert.pe.limitantem non procedere in materia quanti plurimi,quinimò alleganti diem interpellationis factę incumbit onus probandi.Et quando argumentum à cõmuniter accidentibus valeat,vel ne,latè ponunt Alex.& Iaſ. in l.non hoc.C.vnde cognati.Hip.ſing.1.& Nico.Euerar. in ſuis locis legalibus. Nico.Pig.

Eandem l.in fideicommiſsi.ff.de vſur.ſingularẽ dixit Hipp. de Marſi.in l.1.§.ad quæſtionem.numer.18.& in §.ſi quis dicatur.numer.18.ff.de quæſtio. & in l.patre vel marito. nume.40.vbi latè proſequitur.ff.eo.ti. Gab.Sar.

CCCCIII.

1 *Cautela ad euacuandum,& irritandum ſententiam,quæ ferri poſſet contra tutum in integrum reſtitutione.*

VOlo tibi dare cautelam (ſcis quòd minor & eccleſia
1 habẽt in integrum reſtitutionem) tad euacuandum ſententiam,quæ ferri poſſet contra tutum in integrum reſtit.Facias q̃ præcedat tractatus tranſactionis lite pendẽte,& quod aduerſarius aliquid tibi remittat de eo, in quo fortè potuiſſet condemnari minor. Deinde noli ſtare dictæ concordiæ, quia ſi contingat ipſum condemnari in plus, quàm fuit tractatum, habebitur tranſactio pro perfecta, & ſententia irritabitur: caſus eſt ſingularis, & Barto.ibi gloriatur in l.ſi ex cauſa.§.nunc videndum.verſicu.ergo & ſi.ff.de min.& dicit pluries practicaſſe. & eſt caſus ſingulariſsimus.

ADDITIONES.

Adde Fran.Cre.no.29.inci.obtinui.Bal.& Alb.in §.nunc videndum.hic alle.& Bal.in repe.l.2.co.2.C.de reſcin.vend. Bar.Cæpola.in cautela 6.quando aliquis litigat.

Et Bal.in c.fi.& ibi Feli.circa fi.de probatio.Nico.Boer.deciſio.63.minor.co.2. Nico.Pig.

* Quando aliquis litigat,vel litigare vult cum minore,& petere ab ipſo,cõſiliũ eſt,quòd aduocatus minoris, vel eius tutor aut curator quærat tractatum concordiæ vel tranſactionis,& curet quòd actor velit concordiam, vel tranſactionem facere,& aliquid ſibi remittere de eo, in quo fortè potuiſſet condemnari dictus minor. Exẽplũ, ſi minor potuiſſet condẽnari in cẽtũ, veriſimiliter offerat ex parte minoris minus,de quo actor veriſimiliter ſit contentus, & deducat actorẽ ad minorẽ ſummam, inquantũ põt,& poſteà dicat aduocatus minoris,nolo ſtare dictæ trãſactioni,quia nimiũ petis,ſi aliquid debes habere, conuenias pupillũ, vel minorẽ,vnde ſi minor habebit pro ſe ſnĩam,bene erit,ſi aũt habebit eã cõtra ſe, tunc poterit pro minore peti reſtitutio in integrum vſq; ad illam ſummam, in qua actor fuerat contentus per illam tranſactionem:nã in hoc fuit læſus minor,quia non ſtetit dictæ tranſactioni, cũ intercrat ſua vt ei ſtaret,ne cõdemnetur in plus.vnde ſi fuerit in plus condemnatus,poterit petere reſtitutionem in integrum,per d.l.ſi ex cauſa.§.nunc videndum.

CCCCIIII.

1 *Limitatio ſingularis ad clemen.appellanti.de appel.*

ATtende,quòd clemen.appellanti. dicit,† quòd appella
1 tio ab interlocutoria non poteſt iuſtificari niſi ex antiquis actis,non ex nouis. Dicit Barto.hoc verum, quando ſententia interlocutoria fertur in præſentem, ſecus in abſentem,tunc enim poteſt iuſtificari ex nouis actis coram iudice appellationis,& hoc ſcribas cordi. Bartol.in l. ait prætor.§. quid tamen.ff.de mino.ratio huius eſt, quia iudex debet pro abſente probationes inducere, vt authẽ.

qui



qui ſemel.C. qũo. & quan. iudex.vnde ſi non fecit iudex, poteſt abſens illud ſupplere in cã appellationis, ne negligẽtia iudicis ſibi noceat.Sed nõ valet,quia p̃ perſona iudicis præſumitur,vt in c.in præſentia.de renũ.c.ſicut. de re iud. c.bonæ.de elect.l.Hærẽnius.§.Caia.ff.de euict.oportet ergo p̃bare iudicẽ ſciuiſſe,aliàs nõ eſſet negligens,vt in.c.quadiuerſitatem.de cõceſ.præben.quia d.auth. qui ſemel. nõ imponit neceſsitatem iudici,ſed põt, ſi vult.l.nõ quicqd. ff.de iudicijs.Bal.in l.2.C.de reſcind. vend. in repetitione allegat illud dictum,& ſequitur, reprobat tñ rationẽ Bar. non autem per rõnes meas,& allegat Spe.in ti.de off.iud. §.exprimit.verſi.cũ autẽ.ſed nil facit,in c.in noſtra.de teſtib.& in c.in pſentia.de in integ.reſt.aliàs de renũ. Sed id dictum non video qũo poſsit p̃cedere, cũ ſi præſens non põt,qui obedit,nõ debet poſſe abſens & inobediẽs. Vnde teneo q̃ ſiue in abſentẽ,ſiue in præſentẽ feratur, põt iuſtificari ex nouis actis.non enim debet eſſe melioris conditionis abſens,quàm præſens.c.eum qui.de præben.lib.6.

ADDITIO.

Et Bar.in d.l.ait prætor.ſequitur Alex.in l.3.col.fi. ff.de app. recip.Rober.Maran.in Specu.aure.verſi. appellatio. num. 157.Et quatuor alias limitationes ad d. clem. ponit idem Ro.ſuprà ſingu.282.clemen. Nico.Pig.

CCCCV.

1 *Diſiunctiua poſita inter hæredes,vel legatarios,reſoluitur in coniunctam,niſi eæ ſimul in oratione poſitæ fuerint.*

1 TV habes l.cũ quidã.C.de verb.ſign. † q̃ diſiũctiua poſita inter hæredes,vel legatarios,reſoluit in cõiũctiuã,de quo in l.ſæpe.ff.de ver.ſignifi.Quod eſt verũ,niſi in eadẽ oratione fuerint ſimul poſitæ cõiũctiua & diſiuncti ua,tunc.n.ſtat in ſua propria ſignificatione, vt lego Titio, & Sẽpronio,vel alteri eorũ.Et erit effectus, q̃ tranſitres ad collegatariũ nõ per ius accreſcẽdi, ſed per ius nõ decreſcendi.caſus eſt ſingularis in l.ſi fundum ſub cõditione.§. his verbis.ff.de legat.1.& ibi Bal.quod tene menti.

ADDITIONES.

Adde Iaſ.qui alios citat,in d.l.cùm quidam.co.3.in 7.ſal.Nicol.Euerar.in loco à natura copulæ,in 5.modo.Fran.Rip. in l.re coniuncti nu.51.ff.de leg.3. Nico.Pig.

Adde quæ eleganter ſcribit Dida.Couar.in c.Raynutius. §. 7.nu.2.verſi.hinc poteſt intelligi.extrà de teſta.poſt. Ale. in l.hæredes mei.§.vlti.co.1.ff.ad Treb. Gab.Sar.

CCCCVI.

1 *Intereſſe aduerſus doloſum probatur per iuramentum,ſi dolus in faciendo conſiſtat,ſecus ſi in omittendo, nam tunc, eſt teſtibus probandum.*

Et idem Bal. in authenti. habita. co. 6. versi. sed quid de doctore. C. ne fi. pro pa. Bar. & Alex. in d. l. hac lege Ias. in l. diem functo. nu. 41. & ibi Cagno. nu. 189. ff. de offi. assess. Deci. consi. 70. & pro tenui. colu. 3. versicu. nam certum est. Et idem dicas si sine licentia tempore vacationis itineretur, vt tradit idem Cagno. vbi suprà, nu. 190. Nico. Pig.

Et quid in officiali salariato? vide Amadeum de Castella. in trac. syndicat. in gl. in eo, quod dictus potestas & officiales non fecerunt continuam residentiam. in fi. nu. 107. Et plura de doctore congerit Ronchegallus in l. 5. nu. 30. ff. de duobus reis. Gab. Saray.

CCCCLIIII.

1 *Testator si executori sui testamenti det potestatem distribuendi eleemosynam cuicumque voluerit, an is possit duos, vel tres eligere?*

TEstator dicit, Relinquo Semproniũ executorẽ meũ, cum potestate distribuẽdi eleemosynã cuicunq; vo-
1 luerit ad pias causas, an iste executor † possit eligere duos vel tres? Vĩ ꝙ non, ꝑ verbũ, cuicunq; singularis numeri. Sed tñ fuit terminatũ contrariũ de facto, quia est authoritas Bar. imò casus no. in l. vnum ex familia. §. si duos. iũcto prin. ff. de leg. 2. bene facit l. cùm quidam. 2. eo. tit.

ADDITIO.

Sequitur Felin. plura similia adducens in capi. omnes leges. colum. 2. 1. distinctio. Et præsupponunt doct. nunc proximè allegandi. Nico. Pign.

CCCCLV.

1 *Testator si executori sui testamẽti det potestatẽ eligendi per verbum pluralis numeri, an vnum tantum possit eligere?*

1 SEd quid econtra, si † testator loquitur per verbum pluralis numeri, an possit vnum eligere? Dic quòd est dubium: & Bart. fuit sibi contrarius in l. 1. ff. de op. le. vbi tenet quòd debet eligere tres hoc casu per illum text. Sed in cõtrarium facit l. vnum ex familia. §. sed si fundum. ff. de leg. 2. & ibi videtur casus pro hac parte. Itẽ videtur casus in d. l. cùm quidam. ff. de leg. 2. nota bene istum passum.

ADDITIO.

Hanc secundam opi. sequitur Raph. Comen. & Imo. in d. §. sed si fundum. Alex. latè examinans in l. qui quartam. §. 1. vbi Clau. Aquen. dicit commu. ff. de leg. 1. Idem Aquen. in l. Gallus. §. quid si is. ff. de lib. & posthu. Cagno. ad vtranque partem disputans post alios in l. singularia. 5. notab. ff. si cer. pet. & hanc sentit Deci. dum se remittit ad Ale. in d. §. 1. in c. prudentiam. §. 1. co. 2. de offic. delega. Ni. Pig.

CCCCLVI.

1 *Statuto disponente, quòd tertia pars bonorum occidentis applicetur hæredibus occisi, an si monachus occidatur, monasterium debeat illam tertiam partem habere, an filij legitimi & naturales dicti monachi, quos ante ingressum procreauerat?*

1 STatutum vrbis veteris vult, quòd tertia † pars bonorũ occidentis applicetur hæredibus occisi, quidam modo occidit vnum monachum, an monasterium debeat habere illam tertiam partem bonorum, an filij legitimi & naturales dicti monachi, quos procreauerat ante ingressum? Vidi multa consilia doctorum de hoc, sed nihil boni allegabant. Sed Federicus de Senis consi. 174. inci. ego putarem, quod consilium est Ioannis de Paglar. de Senis, respondit monasterio cuidam, quòd tertia pars debet esse filiorum per tria iura, Primò, quia appellatione hæredum in dubio venit filius. l. ex facto. §. fi. ff. ad Treb. & in c. 1. §. profecto. de lege Cor. in vsib. feu. & eo. ti. de alie. feu. §. si clientulus. Præterea vbi verba legis sunt dubia & æquiuoca, in dubio sunt naturaliter intelligẽda, nõ ciuiliter. vt l. fi. C. de his qui ve. æta. l. si ita quis. §. fi. ff. de leg. 2. l. fideicõmissum. ff. de condi. & demon. sed monasteriũ de iure ciuili succedit. c. in præsentia. de ꝓba. & §. sed & hoc præsenti. in authen. de san. episc. & auth. ingressi. C. de sacrosa. ecc. Filius aũt succedit naturaliter. l. cũ rõ. ff. de bo. dã. ergo, &c. Sed idem Fede. cõsi. 34. in c. quidam. concludit contrarium ea rõne, quia appellatione hæredis etiã extraneus cõprehenditur. vt l. in cõuẽtionib. l. sciẽdũ. & l. hæredis appellatione. ff. de ver. sig. sed monasteriũ est heres monachi. vt d. auth. ingressi. & auth. si qua mulier. C. e. ti. ergo, &c. monachus aũt quicquid acquirit, acquirit monasterio. 18. q. 1. c. 1. & d. authen. ingressi. Ad iura Io. respõdet, quòd loquuntur in casibus specialibus, & bene. & hanc opi. fui consulendo secutus per plures rationes, quas pro nunc non refero.

ADDITIONES.

Istud quod hic dicitur vide plenè examinatum per Feli. post Abb. in c. præsentia. co. 14. in princip. ver. & per istam glos. de probatio.

Adde quod prima opinio est communis, quam tenet Butri. Fel. Are. Barb. & Pari. in c. in ꝓsentia. de proba. & alij quos referendo sequitur Nico. Boer. decisio. parla. 121. sed dubium fuit. licet Alciat. in l. 4. §. Cato. colum. fin. ff. de verbo. obliga. dicat secundum commun. quę placet Augustin. Bero. in dicto capi. in præsentia. numero 473. licet distinguat. dic vt per eos. & consi. Roma. non est impressum, quia eum non inueni inter sua consi. Nico. Pig.

Ibi, quia appellatione hæredis etiam extraneus comprehẽditur, &c. Adde Ias. qui multos ad hoc allegat in l. cũ filiofamilias. co. 18. versi. Ego dico. nu. 89. ff. de lega. 1. Quod maximè procedit in materia indifferenti vt per Guid. Pap. decis. Grationop. 230. Petrus Saluatoris. Gab. Sar.

CCCCLVII.

1 *Præscriptio contra ecclesiam 40. annis finitur. Et an idem sit in re clerici?*

1 TV scis generale istud dictum, quòd clericus † in rebus proprijs gaudet eo priuilegio, quo ecclesia. capitu. si. de vita & honestate clericorum gl. in cap. ex literis. de pigno. 16. q. 1. si mulier. & in clem. præsenti. de censi. & in c. quanquã. eo. ti. li. 6. Canonistæ ponunt in c. si diligenti. & c. fi. de præscri. Modò pone, tu scis, ꝙ contra ecclesiam non præscribitur nisi annis 40. vt in c. de quarta. de præscrip. & in auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. an erit idem in re clerici? Videtur quòd sic, per dictam regulam. Sed contrarium est verum, quia fallit in præscriptionibus, nam à die præscriptionis cœptæ 30. annis contra eos præscribit. gl. est singula. 16. q. 4. c. possessiones.

ADDITIONES.

Adde quòd in simili dixit Spec. in tit. de resti. in integ. §. qualiter vers. sed nũquid. & gl. 2. in clem. 1. de resti. in integ. ꝙ in bonis patrimonialibus nõ cõpetit clerico resti. in integrum eo modo, quo cõpetit in bonis ecclesiæ. similiter dixit gloss. in capit. si tributum. in verbo, potestatem. 11. q. 1. qđ prædia clerici cessantis à solutione tributi vendi possunt, licet secus in prædijs ecclesiæ. & dicit do. Card. in 2. co. ver. ex his infero. de dolo & contu. quòd non per oĩa cẽsentur eodem iure bona ecclesiarum & clericorum. & qđ gl. in d. c. ex literis. hic alleg. per Rom. procedit quo ad alia priuilegia, vt quo ad immunitates. & idem dicit dom. Cardi. in c. fi. hic etiã alleg. per Ro. similiter dixit gl. in ca. nouum genus. de dec. & gl. in capitu. si quis laicus. 16. q. 1. quòd licet de bonis ecclesiarum clerici non soluant decimas d. c. nouum tamen secus de patrimonialibus. quasdã illationes ad hoc vide per Feli. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. co. 5. in prin. versi. & hinc est. de constitu.

Et gl. in versi. ipsarum. vbi Arc. & alij, in d. c. quanquã. Abb. in c. ecclesia numer. 7. de consti. Abb. & Fel. in c. 2. in fi. de præscrip. Idem Abb. in c. 1. co. 3. de cõsue. Et plenius in c. si diligẽti. q. fi. de præscr. Ias. in dicta auth. quas actiones in fin. in fi. latè Balb. in tract. præscrip. 5. quæst. 1. part. 5. par. prin. & Io. Arno. problema. 18. Nico. Pig.

An autem præscriptio contra ecclesiam currere incipiat à tẽpore prælati malè alienãtis, an verò à tẽpore eius successoris, tradit Guido Papæ decisio. Grationop. 150. & decis. 152. vbi tractat an de tempore præscriptionis subducatur tempus, quo ecclesia data fuit in commendam. & decisi. 161. vbi tradit quantum tempus requiratur ad præscribẽdum contra ecclesiam, & Anton. Corset. in singul. 219. in verb. præscriptio. secundò. & per eundem Guid. Papæ decisio. 36. Gab. Saray.

CCCCLVIII.

1 *Monachus, vel religiosus, potest ad strictiorẽ regulam transire petita licentia, licet non obtenta.*

2 *Monachus, vel religiosus non potest transire ad regulam laxiorem sine Papæ licentia, & quid si velit transire ad regulam parem, cuius licentia requiratur.*

DOmini mei presbyteri consuluerũt me de hoc, mo-
1 nachus † vel alius frater religiosus põt transire ad strictiorẽ regulã petita licentia, licet non obtenta, vt in ca. licet. & c. non est. de regula, & est casus in l. qui sub ꝑtextu.
2 C. de sacrosan. eccl. & ibi gl. Si † verò velit transire ad regulã laxiorem non põt sine Papæ licẽtia. Modo ipsi quęrũt, quid si velit transire ad regulã parem, cuius licentia tũc requiratur? superiores enim possunt esse plures, vt gñalis, abbas, vel minister, &c. Verè ego multũ dubitaui, & quæsiui istos cõmẽtantes in d. c. licet. & non inueni. demũ reperi auxilio Dei Inn. in c. fi. de renũ. Arc. 19. q. 3. statuimus. Io. An. in c. si religiosus. de elec. lib. 6. & in c. 2. de testa. e. lib. in nouella. Pau. de Leaza. in cle. fi. de elect. Lapum allegatione. 62. & 130. & ibi doct. variant. Mihi videtur quòd requiratur licentia Abbatis, nec sufficiat habere à priore cõuentuali, per d. l. qui sub prætextu. vbi reputo casum singularem. Secundò moueor per dictum c. statuimus. quia pater totius ordinis est Abbas. Sed facit me multũ dubitare ca. fi. de pac. li. 6. vbi dicitur, quòd valent conuentiones inter priorem conuentualem cum alijs ecclesijs, absq; alia superioris generalis licentia: ergo eadem ratione debet valere impetratio licentiæ ab eodem priore. Sed primam partẽ puto veriorem, cùm vult transire ad parem debet habere licentiam totius conuentus. gl. ordinaria in c. cum singula officia, in verbo, canonice. de præben. lib. 6.

ADDITIONES.

In fi. ad hoc vide Gemini. in ca. si religiosus. hic allega. circa princip. versicul. quæro an quilibet. & Zaba. in clementi. cum concessa. de elect. bene etiam distinguit do. Cal. in cõsilio. 3. de regularibus.

Adde eundem Roma. consi. 341. circa primum. Et docto. in ca. hic allega. Nico. Pign.

Vide Inno. in c. fi. de renun. in 6. qui dicit, quòd quando religiosus vult transire ad parem regulam requiritur dispensatio & authoritas episcopi. Quod & Ioan. Monac. placet in d. c. cum singula. de preben. in 6. & Arch. in c. si religiosus. in fin. de electio. in 6. & adde quæ notat Ioan. And. in ca. non est. de regula. super. 1. gloss. Gab. Sar.

CCCCLIX.

1 *Forum quis sortitur ratione delicti, vbi deliquit, in foro temporali: Et an sit idem in pœnitentiali?*

1 RAtione delicti q̃s sortiť forũ vbi delinquit, † q; est verũ in foro tpali. Sed an sit idẽ in pœnitẽtiali, vt alter alterius parochiæ possit iniungere pœnitẽtiã? Dic ꝙ nõ. gl. est singularis 16. q. 1. c. 1. quam nota. & adde eam ad c. licet de for. cõp. & l. 1. cum auth. C. vbi de crimi. agi opor.

ADDITIONES.

Sequitur Abb. in c. primo. in vlt. notab. de rapto. Abb. & alij in ca. cùm contingat. de foro compe. Cardi. in clemẽ. 2. §. rursus. in 1. opposi. de re iud. Alciat. qui alios citat, in c. perniciosam. in gl. in verbo iudicare. de officio ordin. Ni. Pi.

In foro pœnitentiali ratione delicti quem furtum non sortiri manifesti iuris est, vt est gl. in ca. placuit. 16. quæ. 1. Pet. de Anc. in repe. in c. postulasti. nũ. 15. de foro cõpet. 3. oppo. Abbas. & Ana. co. 3. in c. 1. de raptor. & idẽ Abb. in c. vlt. nu. 7. & in c. cũ contingat. nu. 29. & in c. si quis cõtra. nu. 50. de foro cõpe. Idem Abbas in c. quod autem. de pœn. & remissio. & in c. cùm ab ecclesiarũ prælatis. co. 3. de offici. ordi. Roch. de Cur. in c. vlt. de cõsue. qui fatetur hanc opinionem esse cõem. Idem asserunt Abbas & Ana. in d. c. 1. de raptor. oportet enim proprium sacerdotem oues sibi commissas diligenter & interius cognoscere, vt medelam ægris adhibere valeat, quarũ cura ab eius regimine pẽdet, ac deinde in aĩæ iudicio tantũ agitur de satisfactione eius iniuriæ, quæ Deo fit. & ideò de ea tractauit ille iudex, qui constitutus est in illo diuino interiori iudicio. Ex quibus probatur hæc cõis sñia, quicquid in contrarium tentauerit Palud. in 4. sen. dist. 17. q. 3. co. pe. post Hosti. in summa tit. de pœni. §. cui confitendũ. vers. 5. ratione delicti. Et ideò hinc infertur, teneri quempiam proprio sacerdoti cõfiteri crimẽ illud, qđ intra parochiam alterius perpetrauerit. ita tenet Alcia. in c. 1. de officio. ordi. nu. 70. sequitur gl. in d. c. placuit. pro quo facit quòd non dr propriè alteri subditus, qui intra illius territorium deliquit, cũ propriè subditus dicať, & sit rõne domicilij & habitationis. vt est glo. in clem. 1. de foro compe. in verb. subditos, quã ibi doctores sequuntur. & Franchus in c. cùm nullus. co. 2. de tẽpo. ord. in 6. Barba. in c. nonnulli. in prin. co. fi. de rescri. Feli. in c. 1. co. fi. de sponsa. Abb. in c. 1. co. fin. & Felin. in c. fina. nu. 23. de foro compe. gl. Abb. & Felin. in c. nuper. de senten. excomm. & tradit Dida. Couarru. in practicis quæstio. ca. 11. nu. 4. ver. primum. Gab. Saray.

CCCCLX.

1 *Papa imponit pœnitentiam transmutando votum.*

2 *Episcopus nũquid possit eã immutare, vel alterare ex causa?*

1 PApa imponit pœnitentiam transmutãdo † votum, sed
2 nunquid episcopus possit illam † pœnitentiam immutare & alterare? Hoc fuit de facto Romæ in ꝑsona Cardinalis de Vrsinis, qui est summus pœnitentiarius. dicebať, qđ non. quia minor non potest legem superioris tollere. l. minor magistratus. ff. de arbitri. Sed in contrarium est gl. singularis 26. q. 7. ca. tempora pœnitudinis. de quo verbo habes tex. in l. si quis libellos. C. de appel. mouetur ex tex. l. si hominem. ff. mand. qui optimè probat. tene menti, quia lucratus sum duo birreta de illa glossa.

ADDITIONES.

Et idem Ro. cõs. 428. in terminis. in fi. Ias. in l. oẽs populi. co. 3. versi. confirmo. ff. de iusti. & iur. & in l. 1. in 1. notab. C. de preci. impera. offer. Feli. in c. accusasti. in fin. de accusa. Hip. in l. 1. §. fi. nu. 28. ff. de quæstio. & in l. 1. §. sed & si quis co. 1. ff. de fals. & in sing. 182. iudex. Intelligẽtes hoc ex cã solummodo procedere, vt etiã per Deci. in c. at si clerici. §. de adulterijs. co. 3. de iudi. & facit infrà sing 491. & relationes. Hipp. singulari 231. iusta causa. Nico. Pig.

Idem tradit Barba. in consi. 36. vol. 2. & Anton. Butrig. in capitu. vt mensura. colum. 3. versicu. & per ista concludo: de emptio. & vẽditio. sed idem videtur voluisse gl. in c. accedens. 50. distinct. per illum tex. & glo. in c. latorem. in glo. vltima 33. quæstio. 2. & hoc voluit Cardi. post Laud. in clemen. abusionibus. §. ad hæc. in 12. q. de pœni. & remission. Quod procedit etiã si dispensatio prohibeatur, vt per Abbatem, post Hosti. in capitu. vltimo in vltimo notabili, de maledi. & sequitur Decius in c. at si clerici. §. de adulterijs co. 6. versi. prædicta conclusio. de iudic. vbi tamen limitat procedere, quando superior non posset consuli, vt notat Ro. in l. si verò. §. de viro. in 46. fallen. ff. soluto matrimo. Et tradit Andr. Tiraq. in tract. de pœnis remit. in præfati. num. 26. vbi etiam nu. 28. dicit ex eo dicto Abb. & Host. posse limitari quod scribitur pœnitentiam publicam, quę ex dispositione iuris fieri debet, non posse commutari in priuatam, vt no. Ant. in c. 1. de pœniten. & remis. vt procedat nisi ex causa id fiat. Gab. Sar.

CCCCLXI.

1 *Delegatus non potest cognoscere, nisi in loco insigni, vbi est copia peritorum. Et quid si vna pars dicit locum insignem.*

 & ido-

*& idoneũ, altera vero negat, an ad hoc discutiendum arbitri eligi debeant?*

Si allegatur causa suspitionis, debent arbitri eligi ad cognoscendum de illa suspitione. c. cum speciali, & c. secũ dõ requiris. de appella. l. apertissimi. C. de iudi. cum si. Scis
1 † etiam quòd delegatus non potest cognoscere, nisi in loco insigni, vbi est copia peritorum, casus est in ca. statutũ. de rescri. lib. 6. Modo pone, quòd delegatus eligit certum locum, quem vna pars dicit insignẽ & idoneũ, altera non, an in hoc discutiẽdo debẽt arbitri eligi? Dic ꝙ sic, ℔m gl. in d. c. statutum, singularis, notabilis, & mirabilis, quæ est gl. Io. And. in ver. copia. Sed contrariũ per regulam Io. And. ꝙ nunquã arbitri debent eligi nisi in casibus, in quibus hoc à iure exprimitur. in c. pia. de exce. libr. 6. in nouella. 1. q. 5. c. quia suspecti. per Archi. sed in casu nostro non est tex, dicẽs arbitrũ eligendum. ergo, &c. & illa regula fundatur in duobus. Primò, quia nemo inuitus compellitur compromittere. l. 3. ff. de arbi. Secundò, quia continẽtia eiusdem non recipit diuisionem, vt l. nulli. C. de iudic. adeo quòd iudex in principali, est iudex in incidenti. vt l. quotics. C. eo. ti. & gl. in c. ex tenore. de rescri.

ADDITIONES.

Pro opi. Io. And. in d. c. pia, vide ibi Gemini. co. 2. ibi secunda opinio, & Arch. 3. q. 5. quia suspecti. ibi, tu dicas. & ibidem Gemi. co. 2. Abb. in c. verum. co. 5. de fo. compe. Sed in cõtrarium adducit multa similia exempla Sand. in c. pastoralis. co. 2. de rescri. noluit tamen firmare cõclusionem, quã dicit se nondum reperisse firmatam. & demũ dicit quòd volens subtilizare materiam, haberet se reducere ad regulam extensionũ cum fallentijs. regula est quod casus correctorij & exorbitantes non extenduntur. l. si vero. §. de viro. ff. sol. mat. vbi plenè per scribentes fallentias ponit ẽt 12. Gemini, in ca. 1. co. 4. de tempo. ordi. in 6. per Fel. in c. translato. de constitu.

Dic quòd arbitri possunt eligi in casu oĩno simili expresso, in quo eadem ratio videatur. cap. translato. de constitu. Secus si casus non reperitur similis expresso, specialiter in ali quo dubio, & tunc non eliguntur, quia ita factum in iure reperitur, quia hoc solùm habet locũ in casibus expressis. Hanc distinctionem facit Deci. in c. pastoralis columna 2. de rescri. & in capitu. cum speciali. co. 1. de appellatio. & ad de Nico. Euerar. in loco ab exceptio. ad regulam. 3. limitatio. Nicolaus Pigno.

CCCCLXII.

1 *Iudex motu proprio, parte non petente, an possit ex officio minori concedere in integrum restitutionem.*
2 *Intellectus c. cùm venissent. de in tegr.*

1 QVòd iudex motu proprio, parte non petente, † possit concedere ex officio minori in integrum restitutionem, probatur, quia aduocatũ & procuratorẽ dare ex officio potest minori. vel. nec quicquam. §. aduocatos. ff. de offi. proconsu. Itẽ quilibet, etiã fœmina, põt cõparere pro pupillo, & opponere, vt est casus singularis ℔m intellectũ Bar. in l. 2. C. de neg. gest. sed hoc, quod dico, non habes in l. 4. §. hoc autem. ff. de dam. infec. & in c. 1. de postu. præla. Ittud dictum singulare toã. And. in c. cùm venissent. circa fi. de insti. in nota. mouetur per illum text. dum dicit, per notipsos. & minor & ecclesia æquiparantur. c. 1. de in integ. resti. in l. respublica. C. ex quibus causis maior. licet de hoc Legistæ (℔m eum) dubitent. Sed non inuenio Legistã hoc
2 ponentem, sed fortè non est verum, † quia ille tex. loquitur in Papa, secus in alio iudice inferiori, per regulam d. l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect.

ADDITIONES.

Adde Imo. ibi post alios in 5. co. ver. quartus intellectº. Adde no. Fel. in c. 1. co. 2. † prin. de re iud. Et ad hoc faciũt multa exẽpla ꝙ vtrobiq; adducit. Ad ista vide si faciũt quæ dicit Fel. in c. ad petitionẽ. de of. dele. co. 2. ver. & quãtù possit. Et hæc opi. Rom. est cõis, prout tenet Bar. in 1. q. in d. §. hoc autem iudicium. & ibi posteriores. Et est tex. clarus in l. nã & postea. §. si minor, in verb. debebit replicari. ff. de iureiu
ran. Itẽ restitutio in integrum non conceditur nisi causa cognita, l. in causa. §. cã cognita. ff. de min. sed ex eo quòd quis sit minor, nõ sequitur quòd sit læsus d. §. si minor. ergo, &c. Ad §. aduocatos respõ. quòd talis actus non præiudicat tertio, nec super eo sperari diffinitiua, vt per Bart. in d. q. 1. Ad te. in d. c. cũ veniissent. vltra solutio. Roma. respon. quòd Papa interposuit officium suum non postulatũ ad vtilitatẽ publicã, quæ in ecclesijs & sacris sacerdotibus consistit. l. 1. §. publicũ ius. ff. de iusti. & iur. & ita procedant quæ no. doct. in d. c. & quæ tradit do. Aug. Bero. in c. 1. nu. 3. de resti. in integ. & in q. fami. 40. vtrum. Ni. Pig.
Ibi, ille tex. loquitur in Papa &c. Adde quod illud, qđ dicitur de Papa, extenditur etiam ad Imperatorem, & principẽ, potest enim princeps in integrum restituere etiam nõ petẽtem, ita in terminis tenuit Cur. Senior allegãdo hoc singulare Romani in consi. 65. col. 5. quẽ in notabili quæstio ne refert & sequitur Do. Nic. Bellonus in cõsi. 2. co. 1. ver. eum itaque. nu. 10. Gab. Sar.

CCCCLXIII.

1 *Iudex habens priuilegium, quòd possit omnia facere, quæ ipse princeps, etiam de plenitudine potestatis, an possit tollere ius alterius sine causa, dato quòd princeps posset?*
2 *Priuilegium potest Imperator reuocare, nisi pro eo pecuniam acceperit, quia tunc vænale priuilegiũ fecit, & Imperator ex eo contractu ligatur.*

1 ANDux Mediolani, habens priuilegium tab Imperatore, quòd possit omnia, quæ ipse princeps etiam de plenitudine potestatis facere, possit tollere ius alterius sine causa, dato quòd princeps ipse posset? Dũ quærerem, inueni vnum dictũ no. Bal. qui in l. qui se patris. co. 7. vers.
2 hoc scias. C. vnde libe. dicit, quòd licet Imperator † posset priuilegium reuocare, vt est casus in c. veniẽs. de præscri. tamẽ hoc est verum, nisi pro illo priuilegio pecuniam capiat Imperator, tunc enim vt vænale facere priuilegiũ, & sic ex illo contractu Imperator ligatur, vt in c. 1. de natur. feu. in vlib. feu. & in c. 1. de ꝓba. notat Cy. in l. digna vox. C. de legi. cum si. Sed contra hoc dictum habes casum in terminis in l. Titius puerũ. ff. de obseq. à liber. patro. ℔st. vbi seruus potest reuocari in seruitutẽ ꝓp ingratitudinẽ, licet pecuniã acceperit patronus, ibi, Etenim ille, etiã si nõ gratuitum', beneficium tamen præstitit. nota tex. aureum

ADDITIONES.

Adde eundem Ro. consi. 463. quod indultum. co. 2. versic. 1. secundo idem Ale. consi. 216. nec arguendi. 2. vol. Iaf. in l. 1. co. 5. C. de iure emphy. late per Mod. in c. nouit. de iud. & in c. quæ in ecclesiarum. de consti. & in d. c. 1. de proba. Io. Lup. in rubric. de donatio. inter virum. §. 50. co. 2. Decisio. Neapol. 361. monasterium. Thom. Gramma. decisio. 65. columna 6. Nico. Pign.
Idem latè tradit Palatios Ruuios in repetitio. rubri. extrà de dona. inter virum & vxorem. in §. 7. co. 2. num. 3. versi. ex hoc dixit satis notab. Gab. Sar.

CCCCLXIIII.

1 *Appellatur à delegato ad delegantem.*
2 *Episcopus si canonico causam deleget, an ab eo ad Vicarium Episcopi appelletur?*

1 TV habes titulũ Legistarũ, qs & à quo appe. Canonist. de off. dele. qđ † à delegato appellatur ad delegãtẽ. Mõ episcopus Senensis delegat canonico causam, nunquid ad eius Vicarium possit ab eo appellari? Arch. in c. 2. de consue. li. 6. determinat quòd mouetur, quia Episcopi & Vicarij idẽ est tribunal. d. c. 2. & capi. Romana. de appe. li. 6. Sed dubito, quia videtur mihi casus contra eum; nam appellare & recusare æquiparantur. c. super eo. de app. sed habeo casum, quòd si delegatus allegatur suspectus, illa causa debet agitari corã Episcopo. c. si contra vnum. 2. respõso. de off. dele. li. 6. Nõ obstat ratio, quia fallit, quando Episcopus
2 † delegat causam, nam tunc delegatus est maior Vicario in illa causa. probo, quia Legatus sedis Apostolicæ habet ordinariam iurisdictionem. c. 2. de offi. leg. lib. 6. & tamen delegatus sedis apostolicæ est maior eo. ca. studuilti. de of. lega.



lega. & ideo ad Papam appellatur, & non ad Legatũ vt ibi, ita dicas in casu nostro eadem ratione.

ADDITIO.

Adde ꝙ opi. Ludo. tenet etiam Pau. de Leazar. in c. dilecti. 3. col. 2. de appel. & in c. si quis contra. de foro compe. Limitatẽ nisi Episcopus esset absens, vt per Abb. vbi suprà. Sed verior est opi. quod siue sit absens, siue præsens Episcopus sit in arbitrio appellantis appellare ad Vicarium, vel Episcopum vt est decisio Rot. 350. licet. in nou. per Franc. & Deci. in d. c. dilecti. & Feli. in d. c. si quis contra. col. 2.

CCCCLXV.

1 *Debitori cõdẽnato, quẽ cõstat ſtati posse soluere, an terminus humanitatis, & miserationis causa indultus, sit dãdus?*
2 *Debitor cõdẽnatus si dicat se soluere paratum, an perdat beneficiũ dilationis ad soluẽdũ miserationis causa indultæ?*

TV habes de termino humanitatis gratia. cõdemnato dando in l. promissor Stichi. §. 1. ff. de cõsti. pecu. ſt. de
1 verborũ obligat. l. eũ qui calẽdis. §. quoties. in gl. Sed nun quid, si constat debitorem posse ſtatim soluere, sit sibi illa dilatio dãda? Cy. in l. 1. §. exactio. C. de rei vxo. actio. tenet ꝙ non. allegat, certum est ꝙ cõdemnato actione personali lex dat menses quatuor ad soluendũ. l. 2. & 3. C. de vsur. rei iudi. & in c. quærenti, de offi. delega. Sed hic terminus põt per iudicẽ tolli, si constat condemnatũ soluendo esse, vt l. 2. & l. debitoribus. ff. de re iudi. & c. ad cõsultationẽ. e. tit. ergo &c. nota qa singulare. Sed credo nõ esse verũ, quia iura per eũ allegata nolunt, ꝙ possit iudex tollere, sed diminuere sic ex cã. Et ꝙ nõ possit tollere, patet, quia termi nus datus à lege non põt tolli per iudicem, vt in regula, in dultũ, cũ ibi no. ꝓ Dy. ergo. Et de hoc puto esse casũ in d. §. exactio. si bene ponderes contra Cyn. & per dictum §. exactio. reprobat. Cy. & vltramon. Barto. in l. diuortio. §. interdum. col. 1. verficul. sed quæro quæ est ratio. ff. soluto matrimo. dum loquitur de iuribus, quorum est facilis restitutio, ꝙ debent restitui post annum. Sed si confiteatur,
2 & dicat soluere separatũ, tan perdat beneficium dictæ dilationis miserationis causa indultæ? Dic ꝙ non. casus est singularis in l. si debitori. ff. de iudi. nota, quia quilibet diceret contrarium.

ADDITIONES.

Ad hoc vide Alex. in l. debitoribus. col. penul. versi. capio gl. in verbo reddere. ff. de re iud. vbi dicit ꝙ illi, qui nolũt reddere cum possint; si sint cõtumaces in soluendo, debẽt ſtatim ad soluendum compelli, cum aliquo tũ temperamento arbitrio iudicantis, quia quis cum sacco paratus accedere non debet. iuxta l. quod dicimus. ff. de solu. De materia habetur per scribentes in locis hic alleg. per Canoni. in c. consultationi. de iudi. & in c. quærenti. de offi. deleg.
Adde ꝙ opi. Cy. sequitur ibi Iac. de Are. & Alberic. de Rosa. Feli. in d. c. quo ad consultationẽ. col. 5. Aret. & Franc. Rip. in l. ista ſtipulatus. ff. de verb. obli. Et hæc videtur verior, quia nulla humanitas dictat, ꝙ debitor habens pecuniam in promptu gaudeat hoc beneficio ex humanitate concesso, imò potius est in dolo, cum habeat facultatem soluendi, si non soluat. argu. l. 1. §. est autem. & ibi Castren. not. ff. depo. Nec obstat §. exactio. quia grauantur hæredes alere vxorem intra annũ vt ibi p gl. & doct. ergo in alio debent releuari, vt interim soluere non teneantur. arg. l. cum qui. cum simi. ff. de iurciuran. Et vide Castren. distinguentẽ in l. diuortio. §. nõ solum. ff. solu. matri. Et qñ iudex possit minuere, vel tollere tempus à lege concessum, plenissimè tradunt doct. in l. 2. ff. de re iudic. Feli. post alios in c. cũ sit Romana. de appellatio. ibi, sed an si. adde d. l. debitoribus. in versicu. fatebuntur. & ibi gl. 1. & Alexan. num. 7. & adde supra singula. 192. & 194. Nicol. Pig.

CCCCLXVI.

1 *Pacem an is facere possit, qui habet mandatum generale, an vero requiratur speciale?*

1 NVnquid ad faciendum pacẽ sufficit generale mandatum? Hic casus est de facto. dic ꝙ non, sed requiritur † speciale, ℔m Specu. in tit. de treu. & pace. versi. hoc quoq; nota. & in tit. de ꝓcura. §. rõne igitur fui. col. 5. in 22. casu. Et adde ad l. Põponius. ff. de procur. & c. qui ad agendũ. eo. tit. in 6. nota, quia singulare. & habeo de facto consulere.

ADDITIO.

Et hoc sequitur Ange. Areti. Instit. de his ꝑ quos ager. & c. 17. casu. Barto. Alexan. & alij in l. conuentionũ. ff. de pacti. Alexan. consi. 78. viso. colum. 4. præterea dictus scr. li. 5. q. est duplicatum lib. 6. consili. 26. Nellus in tracta. bannito. in tertia parte. 2. temp. Deci. in l. eius qui. §. placebat. ff. si certum petatur. vbi post alios ponit aliud singu. Nico. Pig.

CCCCLXVII.

1 *Occidẽs testatorem, tanquam indignus hæreditate priuatur, & fisco applicatur. Et quid in occidente filium eius, cui sue cedere potest?*
2 *Intellectus l. cocidillis. §. matre. ff. de leg. ij.*
3 *Intellectus Lap. §. si fratris. ff. si quis aliquem testa. prohib.*

1 OCcidens testatorem priuatur hæreditate † tanquã indignus, & applicatur fisco. l. cùm rõ, in fine. ff. de bõdãna. Sed nũc est quæstio de facto, quid in occidente filiũ testatoris. seu eius, cui qs succedere põt? Bar. in dicta l. cũ rõ. dicit ꝙ priuatur, sed hæreditas non pertinet ad fiscũ; sed parti in eodẽ gradu applicatur. allegat l. 2. §. si fratris. ff. si qs aliquem testa. prohi. Sed in l. cocidillis. §. matre. ff. de
2 lega. 2. mouet & non determinat. Dicit tamen ꝙ in §. matre. videtur casus, quod non priuatur hæreditate occidẽs filiũ testatoris. Sed põt responderi, quod ibi plures erãt fratres, ita quod alius frater nõ occidens succedat, vt ibi patet
3 & † ille §. si fratris. nil facit pro opi. Barto. si bene aduertas quia de portione fratris occidentis nõ loquitur. Bal. verò in l. hæreditas. C. de his quib. vt indig. allegat casum singularem de hac quæstione optimè probãtem, quod priuatur & fisco hæreditas applicatur. l. his consequenter. §. 1. ff. famil. ercis. & ita consului.

ADDITIONES.

Dic quod Barto. in dicta l. cum rõ. ibi quod non dicit, neq; loquitur de occidente filiũ testatoris, bene loquitur de portione fratris, vt illius, qui debebat succedere cum occidente, & tenet quod nõ applicabitur fisco. Sed eũ reprobat Bal. in l. hæreditas, hic alleg. in fi. per d. n. his consequenter. Bene est verũ quod Barto. in l. codicillis. §. matre. ponit quæst. de qua hic per Roma. & Bald. eam determinat in d. l. hæreditas. prope fi. per d. ll. his cosequenter. & ibidẽ Bald. ponit de eo, qui interfecit fratrem testatoris. & remittit se ad c. 1. de eo qui interfecit fratrem domini sui. Quid autem si frater occidit fratrẽ, an sequẽtes in gradu succedant? Bald. in l. eam quam. C. de fideicommiss. hoc tãgit. Adde etiam quod si statuto cauetur, quod si filius occidat patrem non succedat, quod tunc nihilominus succedit nepos ex filio, nisi esset nepos culpabilis, puta consentientis. ponit Alex. in dicta l. cùm ratio. §. præterea. hic alleg. & not. Bald. per illum text. in l. si quis incesti. in fin. C. de incest. nup. & vide Bartol. in l. ex parte. de adimen. legat.
Intellige quod occidens, & eius filij veniunt ad successionẽ occisi, sed eis vt ab indignis à fisco aufertur. Iaf. sororem. C. de his quibus vt indig. plenè per Nic. Boer. Decisio. Parla. Burdega. 25. frater occidit fratrem, post eos quos allegat. Et Cagnol. in l. fin. nu. 123. C. de pact. Et idẽ in feudo quod frater occidens fratrem, vel filium fratris priuetur feudo. c. 1. §. item si frater. vbi Bal. Matth. de Affl. & alij quibus mod. feud. amit. Nico. Pign.

CCCCLXVIII.

1 *Emptor succumbens per sententiam arbitri, non habet regressum de euictione contra venditorem, nisi emptor in venditorem compromiserit.*

1 EMptor succumbens per sententiam arbitri, † non habet regressum de euictione contra venditorem. l. si dictum. §. si compromisero. ff. de euictio. Quod est verum, nisi emptor cõpromiserit in venditorẽ, quia tunc habet de euictione regressum. Hoc est singulare verbum Specu. ti. de arbitr. §. potest. circa fin. Verticu. sed pone, nota bene, quia non est alibi.

Additio

ADDITIO.

Et hoc sequitur Bal. & Ange. in dicto §. si cõpromisero. Cremen. singu. 311. tu scis Alexand. in l. si domus. §. de euictione. in prin. ff. de leg. 1. Et facit quia damnum quod quis culpa sua, &c. vt per Hipp. sing. 350. damnum. & idem in prorogatione, vt suprà singu. 112. nunquid. Nic. Pig.

CCCCLXIX.

*1 Testis infamis infamia facti non admittitur, quando agitur de probanda ingratitudine feudatarij, donatarij, vel filij exhæredati.*

1 DVbitatio est magna, an testis infamis infamia facti ad mittatur ad testificandũ, qñ infamia nõ poterat abolere, nisi à solo Deo, quem semel horrendis &c. de quo in l. Cassius. ff. de senator. & l. cũctos populos. C. de summa trinita. & fide catho. & extrà de testa. ca. testimoniũ. Sed hæc dubitatio cessat, quando agitur de probanda ingratitudine feudatarij, vel donatarij, vel filij exhæredati, tunc enim non admittitur infamis infamia facti. ças est singularis in c. 1. ver. summæ, atque integræ opi. quot testes sunt necessarij. in vsib. feu.

ADDITIO.

Et hoc tenet ibi Socin. in regula 416. fallen. 3. Iaſ. in dicta l. cunctos populos. in vtraque lectura. & in l. admonẽdi. col. 93. nume. 287. ff. de iureiuran. Ioan. Crot. in tracta. de testi. in quarta parte prin. q. 12. nu. 159. qui cõprobat, vt per eũ. Rip. in l. fi. q. 57. in fin. C. de reuocan. dona. qui ponit an ad probandam ingratitudinem deferatur iuramentum in supplementum. Nico. Pig.

CCCCLXX.

*1 Actio publiciana cui competat, & à quo denominetur. Et quãdo contra dominum intentari possit.*

1 TV bene scis quæ sit actio publiciana, quia est actio cõ petens rei, qui alias fuit possessor, licet ille non sit dominus, à Publio inuentore dicta, in qua non requiritur q̃ vendens habuerit fidem de pretio. l. de pretio. ff. de public. Quod est verum, nisi quis vellet intentare publicianã contra dominum rei: glo. est singularis in l. si à Titio. ff. de rei vend. tunc enim non potest nisi habita fuerit fides de pretio, vt ibi. quod not. perpetuo.

ADDITIO.

Adde Ioan. Crisp. in tracta. termini actionum. nu. 1. in fi. Doctores in §. sed istæ. Insti. de actio. Nico. Pig.

CCCCLXXI.

*1 Transactio an cadat super quæstione tutelæ?*
*2 Intellectus l. in eos. ff. de tutel.*

1 ANt super quæstione tutelæ cadat trãsactio? Dic q̃ nõ, quod est mirabile. & istud singulariter tenet Barto. in l. ſtor. in fi. ff. de tuto. & cura. dat. ab his. allegat l. in eos. ff.
2 de tute. quæ nil facit secundũ te. Sed inducas sic † trãsactio non fit, nisi aliquo dato, vel retento, l. transactio. C. de transactio. sed in tutel. nõ licet aliqd dare. d. l. in eos. ergo, &c.

ADDITIONES.

Ad istud faciunt notata per eundem in l. si quis in conscribẽdo. C. de pact. & not. idem in l. fi. C. vbi & apud quem. per Spec. titu. de arbi. §. restat. ver. quid si pater.

Sequitur idem Roman. consi. 299. in proposita cõsultatione. col. 2. ver. præmissis tamen. do. Mar. Blan. in tract. de comprom. int. coniun. q. 4. nu. 7. & 11. Nico. Pign.

CCCCLXXII.

*1 Causa status compromitti non potest. Et an arbiter possit de ea incidenter cognoscere?*
*2 Intellectus l. quoties. C. de iudic.*

1 CAusa status† non potest compromitti. casus est in l. nõ distinguemus. §. de liberali. ff. de arbit. & in c. causa restitutionis. de in integ. restitu. & ibi habetis. Sed an de ea possit arbiter incidenter cognoscere? Videtur q̃ sic, vt l. quo-
2 ties. C. de iudic. Sed non facit: l quia loquitur in iudice, nos verò in arbitro, qui nõ põt excedere formã cõpromissi. l. non distinguemus. §. de officio. ff. de arbi. Sed nihilominus dicas idem in arbitro. casus est singularis secundum vnam lecturam vltimę gloſſ. in l. cùm ꝓponas. C. de reb. cred. quod est notandum.

ADDITIONES.

Adde Sande. idem tenentem in c. cum oporteat. col. penult. versic. quo dicto. de accusa.

Sequitur idem Roma. consi. 299. in proposita. circa prin. Ange. Alex. in dicta l. quoties. & ibi Iaſ. in prin. C. de iud. doct. in l. penul. C. de pact. do. Mar. Blan. in tracta. de compro. in ter coniũctos. q. 4. nu. 21. Aug. Bero. in c. qñ contra. nu. 29. de probatio. De causa autem status potest transigi, & arbitratori demandari. l. fi. & ibi Alciat. de transact. Nic. Pig.

CCCCLXXIII.

*1 Procurator, si contra dominum sententia feratur, appellare tenetur, dubium tamen est an prosequi teneatur appellationem? Et quid in defensore?*

1 PRocurator, † si sententia feratur contra dominum, tenetur appellare, licet sit dubium an teneatur prosequi. l. inuitus. C. de procurat. & ca. non iniustè. e. tit. Sed pulchrũ dubiũ est, quid in defensore, an teneatur appellare? Quilibet diceret, q̃ non, quia negotiorum gestorũ voluntas gerentis finem facit, satis. n. est. si quæ vult, gerat, & in paucis laboribus consulatur. textus est in l. tutori. C. de negot. gest. & l. tutores qui post. §. 1. versi. non idem. ff. admi. tut. Sed contrarium est verum. casus est singularis in l. liberto. §. litem. ff. de neg. gest.

ADDITIO.

Adde do. Aug. Bero. q. fami. 132. vtrum. nu. 8. Alex. in d. l. inuitus. nu. 12. vbi tractat an teneatur prosequi appellationẽ. Et an cauens de iudicato soluendo possit constituere procuratorem ante litis contestationem? Decis. Tholosa. 413. Nico. Pign.

CCCCLXXIIII.

*1 Testator si mandet sub pœna hæredi ecclesiã construi in eius domibus, an si episcopus, sine cuius speciali concessione id fieri non potest, concesserit, quod alibi possit construi, hæres in pœnam incidat?*

1 TEstator† mandauit sub pœna per hæredẽ ecclesiã cõstrui in domibus ipsius, (scis q̃ id non põt sine speciali concessione episcopi fieri, vt in authẽ. vt in priua. domi. &c.) Episcopus concesit q̃ alibi posset construere, & nõ in illis testatoris, an incidat hæres in pœnam per testatorẽ adiectam, si non fiat in loco præcepto? Dic q̃ non, qñ dispositio hæc est alterabilis. casus est singularis in l. in testamẽto quidã. la grande. ff. de cõdi. & demõſt. & habui à Bal. in l. 1. q. 9. C. de his q̃ pœnæ nomine. & ita consului pridie.

ADDITIONES.

Adde q̃ est consilium 409. quo ad primũ. vlti. dubio. Et adde l. multa testamento. cum ibi not. ff. eodem tit. Soci. post alios in d. l. in testamento. 3. notab. Iaſ. in l. vnica. co. 3. in 3. limitat. C. de his quę pœnæ nomi. Et illũ tex. dicit singulariter ad hoc idem Bal. in c. vnico. col. fi. qual. do. prop. feud. priu. q̃ in pœnis liquida debet esse probatio. Et sequitur Alexan. in consi. 33. in princi. li. 2. Deci. in l. factum. §. in pœnalibus. ff. de regu. iur. & consi. 452. in princ. & cõsilio 531. Soci. Iaſ. vbi supra inferentes ad alia, vt per eos. Intellige tñ q̃ non ædificando incidit in pœnam legalem. §. si quis ędificationem. in auth. de eccleſiaſt. titu. per Bal. & Roma. in dicto consi. Nico. Pign.

* Adde quod pœnã petens debet clarè & plenè probare. d. l. in testamento. de conditio. & demonſt. & ideo in pœnis nunquam defertur iuramentũ in defectum probationis, q̃ alias in causis dubijs defertur. ita singu. Bal. in l. 1. in 3. opp. C. de his quæ pœn. nomi. sequitur Ale. consil. 34. viso themate. li. 1. con. 33. li. 2. & pro singulari reassumit Iaſ. in repeti. l. admonendi. versi. septimò infertur. ff. de iureiurã. & est notandum ad regul. in pœnis. de regul. iur. li. 6. cum suis cõcordant. Et propterea singul. dicit idem Bald. in l. vlti. §. vlti. in 1. opposi. C. commu. de legat. quod ſtãte statuto Mediolani, q̃ nullus forensis possit emere in territorio Mediola. cùm sit contra ius commune, vt l. 1. in fin. ff. de contrahend. empt. & statutum non statuat, q̃ in pœnam contrafaciens perdat pretiũ, ergo nec nos extẽdere debemus, per



per tex. expressum in l. 1. C. non licet. habit. Metroc. li. 11. imo res empta poterit retineri, donec reddatur pretium. p l. si non fortem. §. si centum. in fi. ff. de condictio. indeb. sequitur Cremẽ. singu. 96. statuto cauetur. & facit gl. singul. in c. fi. de iure patro. quã ibi ad hoc not. Abb. q̃ pœna prituationis à iure eligendi vel presentandi non debet imponi nisi à iure exprimatur. Tu vide latius per Catell. Cot. in memora. verb. pœnam petens.

CCCCLXXV.

*1 Emphyteuta si fecit pactum cũ domino, vt possit alienare cui cunque voluerit, an poterit alienare irrequisito domino?*
*2 Creditor non potest alienare pignus, nisi prius requisito cõsensu domini, & quid si factum sit pactum in contrarium?*
*3 Intellectus l. si quando. C. de inoffi. testa.*

1 EMphyteuta † non põt alienare sine licentia domini. l. fi. C. de iure emphyteu. c. potuit. loca. Sed pone q̃ est adiectum pactũ inter dominum & emphyteutam, q̃ possit emphyteuta vendere rem emphyteuticam, an intelligatur posse vendere sine eius consensu? Specu. in in tit. de loca. §. nũc aliqua. versi. 94. tenet, q̃ teneatur requirere hoc casu dominũ, intelligitur. n. hæc facultas cõcessa ſm verã dispositionem legis. l. si qñ. C. de inofficio. testa. Sed hoc di-
2 ctũ non est verum, † nam creditor põt vendere rẽ pignoratitiã, licet fuerit pactum in cõtrarium, si tñ præcedat trina monitio. l. si conuenerit. ff. de pigno. actio. quod nõ procedit, si nullũ pactum adsit, quia creditor potest vendere p̃ cedẽte vna monitione. casus est in l. fi. C. de iure do. impe. Pone modo q̃ sit factum pactũ, q̃ creditor possit vẽdere, an requiratur monitio? Secundũ Specu. sic: sed est falsum. casus est in dicta l. si conuenerit. 1. respon. Itẽ allego gl. notab. in l. creditor. 2. in verbo, testato. C. de distract. pig. Itẽ habens seruitutẽ nõ potest illã cedere in aliũ, nisi simul cũ fundo. l. via constituit. §. si fundus. ff. de ser. rusti. præd. Modò pone q̃ dominus fundi seruientis dedit sibi licentiam q̃ possit in alium transferre, tũc. n. potest absque fundo cedere vigore pacti. casus est singularis in l. cum essent. §. 1.
3 de seruit. rusti. prædi. Non obstat dicta l. si qñ. quia tibi priuilegium poterat operari aliud, quia habilitat quem ad testandum, meritò non operatur contra ius cõmune, secus in casu nostro, vbi nil operatur. Et miror de Io. And. in addi. quod non reprobet Spe.

ADDITIONES.

Vide Iaſ. plenè loquẽtẽ in repetit. l. 2. col. 114. C. de iure emphyteu. & Alexan. consi. 173. incip. viso themate. libr. 2. & de hoc vide etiam plenè per Bartholo. Cæpol. in caute. 22. incip. consilium. Et vide etiam infrà singul. 518. tu habes. & quæ ibi addidi.

Et opinionem Roma. tenet Bal. in l. fina. col. 1. & ibi Iaſ. qui alios citat, col. 2. C. de iure emphy. Alexan. consi. 173. viso lib. 2. quod est duplicatum nume. 91. lib. 3. & est cõmunis opinio, quam late disputat, & tenet Aug. Bero. post Imol. in ca. potuit. colu. 3. de loca. & cõduct. Soci. in regula 115. fallen. 2. Nico. Pigno.

Vide Cæpol. in c. quę in eccleſiarum. col. 3. in fi. nu. 18. extra de constitutio. Et Guid. Papæ decis. Grationopol. 329. in principio. Gabriel Saraỹna.

CCCCLXXVI.

*1 Florentinus si cum Florentino Senis cum iuramento contrahat, an à iuramento absolutionem petere possit ab episcopo Senensi altera parte absente?*
*2 Citatio requiritur in petitione absolutionis à iuramento.*

1 FLorentinus† cõtrahit Senis cũ iuramento cũ Florentino, vult petere absolutionem à iuramento ab Episcopo Senẽsi, altera parte absente, an possit? Istud est pulchrũ dubium, & habeo in facto. videtur q̃ non, quia stante veritate, quod requiritur † partis citatio in petitione absolutio-
2 nis à iuramento, forensis non potest conueniri in loco cõtractus, nisi ibi inueniatur. c. Romana. §. cõtrahentes. de foro competen. lib. 6. & l. hæres absens. §. qui tutelam. ff. de iud. Item illud est verum, vbi agitur de executione contractus, sed in casu nostro agitur de dissolutione, vnde non videtur q̃ possit ibi conueniri, nec citari, casus videtur in l. 2. C. vbi & apud quẽ. ad dissolutionẽ. n. contractus actor sequitur forum rei. Sed tñ contrarium est verum, casus est vnicus in l. in cõtractibus. §. in omni. C. de non nu. pecu. not. in l. 2. C. de eo quod certo loco. & ita determinat Lapus alleg. 10. do. Anto. alleg. in c. postulasti. de foro compe. dicit de hoc esse ibi textum, sed non multum facit.

ADDITIONES.

Adde Feli. in c. licet ratione. col. 13. de foro compe. & in c. 1. in 4. q. de iureiur. Adde etiam in terminis Cal. de offic. ordi. consi. 1. & de iureiuran. consi. 6. & per eundem Felin. in d. c. 1. col. 6. versic. decimò quæro.

An in absolutione à iuramento requiratur partis citatio. latè tradit Iaſon. in l. nec quicquam §. vbi decretum. ff. de offi. proconſul. Hippo. in l. de vnoquoq;. nu. 202. cum seq. ff. de re iudi. Deci. c. qua fronte: ad finem. de appella. Alexan. cõsil. 222. visa. li. 2. Guid. Pap. q. 140. & 225. Decisio. Tholos. 62. Decisione Neapoli. 220. in causa. vbi post plures alios tenent quod non, quando petitur solum ad finem agendi. Nicol. Pign.

Adde Curt. iunior. in rub. C. de eden. col. 2. num. 16. vbi hanc opin. Romani tenet, & respondet l. 2. C. vbi & apud quem hic allegat. Gab. Saray.

CCCCLXXVII.

*1 Variatio domini in reuocatione procuratoris ei nocet, & procurator licet reuocatus eum obligat.*

1 VAriant continuè domini in reuocatione procuratorũ, & hæc variatio† nocet domino, vt eum obliget procurator, licet reuocatus. tex. singularis in l. sed & si pupillus. §. item si cum. versic. sed si alias. iuncta gl. ff. de instit. actio. nota bene & adde ad l. 1. C. de satisfda.

ADDITIO.

Facit l. 3. in fine. ff. de diuor. l. vir mulieri. ff. de donatio. inter vir. l. plerunque. ff. de ritu. nup. l. si quis. ff. de cõdi. & demõ. Et per illum text. dicit Castren. post Guli. q̃ si iudex facit aliquem locum tenentem quoties eum abesse contigerit, & eueniat casus, q̃ iudex vna die sit absens, altera præsens, q̃ valent gesta per locum tenentẽ eo die, quo fuit p̃sens: quod notandum dicunt Deci. & Moder. in cap. quoniam Abb. de offi. deleg. Et Nicol. Boer. qui attestatur ita iudicatum decisione 149. an rex. nu. 15. Nic. Pig.

CCCCLXXVIII.

*1 Gabella à contrahentibus forensibus, an soluenda sit secundum statuta loci, vbi contrahunt, necne?*
*2 Statuta non ligant forenses extra territorium iusdicentis.*

1 PEr Italiã communiter sunt statuta, q̃ de † quolibet cõtractu debeat solui gabella. pone, quo duo forenses Senis contrahunt, an debent soluere gabellam secundum statuta vbi cõtrahunt? Regula est q̃ non, quia statuta nõ possunt forenses ligare extra territorium iusdicentis. c. vt animarum de constitu. li. 6. & c. cũ à nobis. de sentẽ. excõmu. & l. fi. ff. de iurisdi. om. iudi. Sed cõtrarium est verum. ſm Bal. in l. 1. 4. & 5. C. de contrahen. emp. allegat rationem, gabella venit in consequentiam contractus, ergo sicut rõne contractus põt conueniri in loco, vbi contraxit, ad id q̃d in contractu deuenit. l. hæres. ff. de iudi. ita consequenter ad gabellam. gl. est singularis in authen. vt om. obe. iudi. ꝓuin. §. hoc considerantes. in ver. hypotheca. & illam didici à Bal. in l. 2. C. manda. ad fi. quod nota.

ADDITIONES.

Adde not. in l. cunctos populos. C. de summa trini. & fide catholica. vbi gloſ. est singula. dicit q̃d Bal. allegat in authen. vt omnes obed. iudi. prouinc. §. hoc considerantes. ad hoc. s. q̃ etiã quo ad hypothecariam debitor sortitur forum in loco contractus per gloſ. ibi super hypotheca. Ad istud etiam faciunt quæ dicit idem Bal. in l. magis puto. §. illud. ff. de re. eo. & Bal. in l. multum. C. si quis alte. vel sibi.

Adde quod idem Bald. per illum text. sequitur hoc in l. magis puto. §. illud. ff. de rebus eorum. & in l. C. vbi constituit q̃ certo loco. Alex. consi. 51. viso. in princ. li. 3 & cõsil. 143. viso. lib. 6. Abb. in capi. fina. vbi Felin. col. 8. de foro competen. Iaſ

ten. Iaſ. in dicta l. cũctos populos. col. 4. & in 2. lectur. col. 12. C. de ſumma trini. & fide catho. Deci. & Rip. in c. 1. de iudi. Deci. conſi. 457. in cauſa gabellę. in princip. Matth. de Afflict. §. vectigalia nu. 49. quæ ſint regal, poſt eos, quos allegant. Et ad quem ſpectat ſolutio gabellæ, vide infrà ſing. 588. per Italiam. Nico. Pign.

CCCCLXXIX.

1 *Superior an præſcribat iuriſdictionem cognoſcendi inter ſubditos inferioris?*

1 SVperior ſan præſcribat iuriſdictionem cognoſcendi inter ſubditos inferioris? Dic ꝙ ſic, ſtatuendo inferiori terminum, vt cognoſcat, quo non expediente infra termi num, transfertur elapſo termino iuriſdictio ad ſuperiorem, vt in cap. irrefragabili. §. exceſſus. de offi. ordi.

ADDITIONES.

Et ibi Feli. in prin. idem Roma. conſi. 393. præſens. colum. 1. Abb. & alij in c. cæterũ. de iudi. latè Balb. in tract. præſcrip. 1. par. 5. par. prin. in q. 11. concernen. materiam præſcriptionis eccleſiæ. Nico. Pig.

Adde quæ ſcribit Guido Papæ deciſio. Grationop. 416. cum quæritur. in prin. Gab. Saray.

CCCCLXXX.

1 *Arma corũ, qui propter proditionem expulſi ſunt de ciuitate, debent deleri: Et an clerici impunè poſſint delere arma in eccleſia poſita, ab eius fundatore, qui poſtea fuit rebellis & proditor?*

1 EOrum arma, † qui propter proditionem expulſi ſunt de ciuitate, debẽt deleri, caſus eſt ſingularis in l. eorũ qui. ff. de pœn. & dixi infrà ſingu. 673. an arma. Ponę modo ꝙ vnus, qui fecit capellam, vel eccleſiam in memoriã ſui nominis, & poſuit ibi arma ſua, an clerici poſſint illa arma delere? Dic quod non, imo puniuntur arbitrio iudicis, ſi id fecerint. l. qui libertate. ad hnem. & l. opus. §. inſcribi. ff. de operi. public. nota quia quotidianum.

ADDITIONES.

Adde doctores in l. ſi quis id quod. ff. de iuriſdi. om. iudi. Lud. Gomes in §. pœnales. in primo notab. Inſtitu. de act. Bartol. in dicta l. qui libertate. Cæpol. in tracta. ſeruitu. vrba. ꝓdio. c. 71. de picturis. nu. 10. Intellige ſecus, quando aliquis teneretur facere pecunia alterius, vt dicit Cæpol. obſeruatum ab epiſcopo Veronenſi, qui erogauerat pecunias relictas ad vſum pauperũ, in fabrica eccleſiæ, & fecerat inſculpi inſignia ſua, & ob id fine pœna fuerunt abraſa. Ni. Pig.

Idem tenet do. And. Tiraque. in tract. de nobilita. c. 6. nu. 15. verſi. propterea Budæus. & c. 20. nu. 116. & latè inſiſtit Bernardinus Bombinus conſi. 6. caſus talis eſt. vbi etiam dicit, ꝙ falſum eſt dictas leges loqui de pœna arbitraria, ſed potius de pœna mortis eas intelligi debere, nam etiã pœna arbitraria attenta facti qualitate, ad mortem ſe extendit, arg. l. Pædius. §. 1. in fi. ff. de incendio, ruina & naufrag. & in l. reſpiciendum. ff. de pœnis. & notãt Doctores in §. in ſumma. Inſtit. de iniurijs. & Angel. Areti. in §. ſanctæ. in fine. Inſtitut. de rerum diuiſio. per quæ & alia multa ibidem concludit monachum quendam fabricæ monaſterij ſanctæ Crucis Ferrariæ propoſitum, qui in tabula marmorea ſuum nomen inſcribi fecerat, & illam ſupra ianuam templi infigi, pœna mortis eſſe iure puniendum. Gabr. Sar.

CCCCLXXXI.

1 *Legatum factum ad pias cauſas in vnũ vſum, non poteſt ſine licẽtia Papæ in alium vſum conuerti. Et quid ſi eo amplius opus non ſit, an ab Epiſcopo tranſlatio fieri poſſit?*

1 LEgatum factũ ad pias cauſas † in vnum vſum non põt ſine licentia Papæ in alium vſum conuerti. clemen. ga contingit. de relig. do. l. legatum. ff. de vſufruct. lega. Modo legauit teſtator eccleſiæ decem conuertenda in factura calicis, vel mille, vt eccleſia conſtruatur, nunquid, ſi non eſt opus eccleſiæ illud fieri, de conſenſu Epiſcopi poſſit in aliud conuerti? Dic ꝙ ſic, vbicunque enim quod relinquitur in vſum pium, quo non eſt opus, poteſt per Epiſcopũ ſolum fieri tranſlatio. caſus ſingula. in l. fi. ff. de operi. publi, quam intelligit ibi Bart. in Epiſcopo, licet non loquatur.

ADDITIONES.

Sequitur Imol. in dicta clemen. colum. 5. verſicu. Lapus hiciti mitat Feli. in ca. cùm acceſſiſſent. colum. 8. verſi. moueor. de conſtitu. Bald. Salic. in l. ſi teſtamentum. cum cõcorda. de quibus ibi per Pet. Corne. in fin. C. de teſtamen. Limita etiam dictam clemen. quia contingit. per Hippol. ſingul. 194. magna. Nico. Pign.

An relictum pium ad certum vſum poſsit ab epiſcopo in aliã piam cauſam conuerti? latè ſcribit Guido Papæ. deciſio. Grationopoli. 556. teſtator. & Steph. Aufrer. deciſi. Capel. Tholoſa. 26. Gab. Saray.

CCCCLXXXII.

1 *Donatum ſibi cauſa mortis accipiens, an poſsit teſtamentum ab ipſa donatione cauſa mortis ſeparatum infringere.*

1 ACcipiens legatum ſibi relictum non poteſt † teſtamentum infringere, quia quod approbauit &c. Sed quid, ſi quis accipiat id, ꝙ debetur ſibi ex donatione cauſa mortis ſeparata à teſtamento, an poſsit teſtamentum infringere? Videtur ꝙ ſic, quia diuerſa eſt donatio à teſtamento, & ex diuerſis non ſit illatio'. vt l. Lucius. §. Sempronius. ff. de lega. 2. Tamen contrarium eſt verum. caſus eſt ſingularis & non alibi in l. ſi verò. verſicul. ſed ſi mortis. ff. de bon. libert.

ADDITIO.

Et ratio ibi aſsignatur, quia patronus acceptando poſt mortẽ liberti donationem cauſa mortis, nõ potuit exiſtimare ꝙ libertus gratus etiam erit in teſtamẽto, quæ rõ non patitur idem diſponi in legatis, quæ fiunt in teſtamentis. N. P.

CCCCLXXXIII.

1 *Ius petendi rem, quæ in commiſſum incidit, quanto tempore duret.*

2 *Ius petendi emendationem cataſtri, anno durat.*

1 IVs petendi rem, quæ incidit in commiſſum, quanto tẽpore dũrat? Dic ꝙ quinquennio, caſum habes ſingulare in l. 2. C. de vectig. & commiſ. Sed iuſ petendi emẽdationem cataſtri, ſecundum morem noſtrum, dic quod durat anno. C. de cenſi. & cẽſito. l. qui ſe grauatos lib. 11. Bar. allegat in l. forma. §. fi. ff. de cenſi.

ADDITIONES.

Et ibi Bartol. Bald. & alij. Abb. in c. cum nobis. colu. 3. de præſcrip. Alex. conſi. 216. ponderatis. col. 2. lib. 6. & conſil. 31. ponderatis. in fi. lib. 5. Hipp. ſing. 307. bona. Balb. in tract ꝓ ſcrip. 2. par. 5. part. princip. 1. Nicol. Boer. deciſio. 26. tam ſoror. nu. 22. Matthæ. de Afflict. in tit. quę ſint regal. §. vectigalia. nu. 104. in vſibus feudorum. Nicol. Pig.

Vide latiſsimè Io. Franc. Balb. in tract. præſcrip. in 30. q. 4. partis, 4. partis princip. in tertia limitatione. Gab. Sar.

CCCCLXXXIIII.

1 *Si deuoluatur ad Capitaneum electio competens ciuibus habentibus eligere de ſua terra, Capitaneus an teneatur eligere de eadem terra, & an idem in collegio?*

2 *Electio ſi per ſcrutinium facta ſit, & maior pars in eligendo conſenſerit, & ſi poſtea eligere debentes, negligẽtes fuerint, ſuperior ad quem ius negligendi tranſiuit, debet illum, in quem maior pars conſenſerit, eligere.*

1 POne, quod arbitrium datum ſit certis ciuibus eligendi Poteſtatem in tali loco infra certum tempus, quo elapſo tranſeat electio in capitaneum populi. quæro, nunquid capitaneus teneatur eligere Poteſtatem de eadẽ terra? Vel pone in collegio, quod habet ius eligendi aliquem, vt in c. 1. de elect. ſi de cõſuetudine tenetur aliquẽ de certo collegio eligere. Item pone, quod infrà tempus non eligit, an ſuperior, ad quem deuoluitur ius eligendi, vt in cap. ne pro defectu. de elect. & c. quamuis. de elect. lib. 6. teneatur de eodem collegio eligere? Tu diceres quod hæc quæſtio non habet dubium, quia ſubrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur. l. 1. §. hæc actio. ff. ſi quis teſt. li. eſſe iuſ. l. ſi eum qui. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caute. Sed non facit, quia illa regula intelligitur quo ad primordialem naturam, vt not. gloſſ. veltra in l. certi condictio. ff. ſi certum petat. & eſt textu. quem ipſe allegat. in l. item veniunt,



niũt. §. cũ prædiximus. ff. de peti. hæred. ſed nihilominus verũ, eſt, ꝙ ius eligendi tranſit cum eadem qualitate. ita diſputauit Ioan. And. & decidit in regula, contra eum. de regu. iur. in Mercur. Sed hodie ꝓ eo eſt caſus in clemẽ. quia regulares. de ſupplen. negligẽ. præla. quẽ textum credo verum, & eum Ioan. Andr. cum fecit Mercuriales, nõ vidit, licet illum notet in primo loco in gloſſa ſua. Et ad hoc optimè facit quod ſingulariter determinat idẽ Ioan. And. in
2 c. publicato. de elect. vbi vult, ꝙ ſi facta eſt electio p ſcrutinium, vt eſt de iure. c. quia propter. & c. vnico. de ſcrut. & maior pars conſenſerit in eligendo, ꝙ ſi poſteà debentes eligere neglexerunt. ſuperior, ad quem tranſiuit ius eligendi; debet illũm in quem maior pars conſenſerit, eligere. quod eſt ſingulariter menti tenendum.

ADDITIONES.

Adde tex. cum gl. in verbo, ſubrogantes, in c. dilecto. de præbend. vbi quando vnus alteri ſubrogatur, vt ſit idem in iudicandi miniſterio, cenſetur adſtrictus per omnia eiſdem modificationibus, quibus primus. & eſt text. in l. ſi iudex cui. ff. de iudic. quem me docuit Feli. in cap. cum acceſſiſſent. col. 7. in prin. c. de conſtit. vbi ſequitur Ludo. hic.

Et ſequitur hoc Iaſ. in l. ſi cũ. §. qui iniuriarum. col. 4. nu. 23. ff. ſi quis cau. Feli. qui alia ſimilia adducit, in c. cùm acceſſiſſent. col. 7. verſ. bene facit quæſtio. de conſti. Nic. Euerar. in loco legali à ſubrogatione. Et latè Lud. Gomes, qui melius, quam quiuis alius tractauit regulam ſubrogationis, in §. fuerat. Inſtit. de act. Nic. Pig.

* Adde ꝙ ex hac regula, ſubrogatũ &c. decidit ſingular. Bal. in l. ſi puellã. in vltimis verbis. C. ſi mancip. ita fue. alie. ne manumi. ꝙ ſi teſtator dedit formã diſtributioni legatorũ piorum. f. vt fiat cum conſilio Titij, & executor deceſſerit vel fuit negligens intra annum. & ideo eius loco ſucceſsit epiſcopus, tenebitur tamen epiſcopus Titij conſiliũ adhibere, alias non valeret diſtributio, quod putat Bal. memoria dignum. & commendat Felin. in c. cum acceſſiſſent. de conſti. & in c. cũ dilecta. in 7. ampliat. de reſcri. & Iaſ. in dicto §. qui iniuriarum. hic alle. Ad idem adde quod elegan ter conſuluit Bald. conſil. 317. ad euidentiam præmittendum eſt, ꝙ ſi mutuas. lib. 3. ꝙ ſi mutuo tibi centum, & ſtipulor promiſsionem occaſione depoſiti, quod licet depoſitarius non poſsit vti retẽtione. l. penulti. C. depoſi. tũ ꝓpter originem mutui, licita tibi erit retẽtio. ſequitur & cõfirmat. Socin. conſi. 143. diu profectò anceps. lib. 1. & probatur in l. tutor. ff. de iudeiuſſo. vbi non titulus actionis, ſed cauſa debiti inſpiciẽda eſt. l. Lucius. 2. ff. depoſi. l. qui id ꝙ ff. de donatio. Adde Rebuf. in tracta. nominat. q. 8. nu. 11.

CCCCLXXXV.

1 *Ingratitudinis præambulæ vitium an per ingreſſum religionis purgetur?*

GLoſ. in l. Deo nobis. §. hoc etiã. in verbo, quaſi ingratum. C. de epiſcop. & cleri. diſputat, an per ingreſſum
1 religionis, vel monaſterij † purgetur vitiũ ingratitudinis præambulæ? Sed gl. & doct. intricant omnia, & miror ꝙ allegant caſum. 19. q. vlti. c. non liceat. vbi caſus ſingularis quod ſic. nota.

ADDITIONES.

Adde quod gl. in authen. de monach. in princi. in verbo, maculam. tenet illud. c. non procedere de iure ciuili. Et ſequitur Iaſon in authen. non licet. col. 2. C. de libe. præte. Communiter tũ diſtinguunt doctores in dicto §. hoc etiam. ꝙ aut ingratitudo tangit ſolum perſonam ingratam, & procedat illud ca. ſecus ſi tãgit perſonam, fama m, vel bona patris. Quam diſtinctionem comprobat & ſequitur Franc. Rip. in l. fin. q. 67. C. de reuoc. donat. Vide tamen pulchrè Abb. in conſi. 27. dubium. 2. volumi. tenentem tolli ingratitudinem vndecunque prouenientẽ. Hippoly. in rubric. ff. de fideiuſſor. quæſti. 12. nu. 116. & in ſingula. 414. ingratitudo. in fine. Cardin. in clemen. eos. 12. queſtio. de regul. Et nunquid ſi monachus egrediatur monaſterũ, retineat hoc priuilegium? vide domi. Augu. Bero. in rubr. de conſtitu. nu. 179. Nic. Pig.

Adde Campreg. in tracta. dotis, in prima parte. q. 47. Feli. in c. Rodulphus. nu. 6. de reſcript. Chaſſæn. in conſuetud. Burgun. in rubri. *des Iuſtices*. §. 5. nu. 103. Guliel. in ca. Raynutius. in ver. in eodem teſtamento relinquen. 2. nu. 37. Are. in l. 3. §. filius. colu. penulti. ff. de libe. & poſthu. Curt. Iũ. in authen. non licet. col. 2. C. de libe. præte. Alciat. lib. 4. c. 23. Parergõ iuris. Didac. Couar. in dicto c. Raynutius. in princi. nu. 20. de teſtamẽ. Emanuel. Coſt. in l. Gallus. §. & quid ſi tm. in tertia parte num. 195. verſic. 5. quæro. ff. de libe. & poſthu. Ex quorũ dictis videtur cõcludendum monachiſmo non deleri ingratitudinem, ſecũdum iuris communis rõnes. d. l. Deo nobis. §. 1. Sed poſteà nouella cõſtitutione ſancitum, quæ citatur à Gratiano 19. quæſt. 3. d. c. non liceat vt oĩs ingratitudo ea ratione deleatur, poſsitque monaſterium nomine filij exhæredati querelam inofficioſi teſtamenti iuſtè proferre, & nomine emancipati cum cauſa p̃ teriti emolumentum bonorũ poſſeſsionis contra tabulas perſequi, & retinere, cùm ſcripto hæredi non proficiat, ꝙ cauſa exhæredationi, vel petioni inſerta, legitima erat, & vera. Denique hoc, quod monachiſmi fauore ſingulari Iuſtinianus ſanciuit, ad clericatum, in quo minor rõ eſt, indiuidi nõ debet, quãquã Hippoly. de Marſi. in rubri. de fideiuſſo. nu. 116. in c. 19. q. 3. ſimpliciter in clericis intelligat. G. S.

CCCCLXXXVI.

1 *Exemptus à iuriſdictione, an intelligatur etiam exemptus à iure reuerentiali?*

1 EPiſcopus eximit † vnã eccleſiam generaliter à ſua iuriſdictione, vel dominus terram, vel caſtrum, an intelligatur exẽptũ à iure reuerẽtiali? Archiepiſcop. de Rauena cõſuluit Oldra. vt refert, & eſt caſus de hoc (neſcio ſi magiſter tuus dixit tibi) in §. libertus. vbi glo. plena ſingularis ꝙ non, in l. fina. C. de bonis libe. in verbo, reuerentia.

ADDITIONES.

Et Bal. ibi Ang. & alijs per illum tex. in l. alia, §. eleganter. ff. ſolu. matri. & in l. ſed ſi hac. §. patronũ. 2. ff. de in i° voc. Abb. in c. cũ inter. col. 3. & ibi Feli. 2. de re iudi. Abb. poſt alios in c. cũ venerabilis. de cenſi. & ſeptem alia iura retinet Epiſcopus per talem exẽptionẽ, ex quorũ quinque de conſenſu capituli poteſt expreſsè eximere, vt per Abb. in d. c. cũ venerabilis. & Nicol. Boer. deci. 133. iuxta. Limita hoc ſingulare tribus modis, vt per Abb. & Feli. in d. c. cùm inter. Iaſo. in d. §. patronum. Nicol. Pig.

Hoc declarat Balb. in tract. præſcrip. in 12. q. primæ par. 5. partis prin. nu. 6. ver. circa prædicta. Gab. Sar.

CCCCLXXXVII.

1 *Officialis prohibetur contrahere matrimoniũ in prouincia ſibi commiſſa. Et an poſsit retinere concubinam in ciuitate, quam regit?*

IVs ciuile prohibet officialem matrimonium in prouincia ſibi commiſſa contrahere. l. 1. C. ſi rect. prouin. cum ſimilibus. Sed an poſsit retinere concubinam ex ea ciuita
1 te, quam regit? Videtur ꝙ non, quia eadem eſt ratio prohibitionis, vt l. item legato. §. paruis. ff. de lega. 3. & l. Maſurius ff. de verb. ſig. Sed tamen contrarium eſt verum. caſus eſt in l. ſi. ff. de concu. quem nota.

ADDITIONES.

Et ex hoc habes, quod in materia exorbitanti appellatione vxoris non continetur concubina, etiam quod ſit eadem ratio Nicol. Pigno.

Iſtud latè proſequitur Paris de Puteo in tracta. de ſyndic. in verbo, adulterium officialis. per totum, & maximè numero 8. & 11. Gabr. Sar.

CCCCLXXXVIII.

1 *Inquiſitio non eſt formanda ratione infamiæ habẽtis ortum à perſonis maleuolis, ſuper delicto, ſed tãtum ſuper fama in quirenda.*

1 RAtione infamiæ † habẽtis ortũ à pſonis malcuolis nõ eſt formanda inquiſitio. c. qualiter & quẽ. 2. de accuſationibus. de purgatio. canoni. c. cũ in iuuentute. Barto. in l. 2. §. ſi publico. ff. de adulter. Angel. in l. ſi vacãtia. C. de bon. vacan. lib. 12. Bal. in cõgruit. ff. de offi. prę ſi. Quod intellige

cum

cũ grano salis, q̃ non est formãda super delicto, sed super fama inquirenda sic, dictum est Ioan. And. in capi. cùm in iuuentute. de præsum. quod est singulare.

ADDITIONES.

Adde q̃ Ioan. And. sequitur Panor. in dicto c. cum in iuuentute, in vltimis verbis. Dicit etiam, q̃ solennis inquisitio fieri debet sup veritate, qñ infamia à maleuolis orta est apud bonos & graues, tãta q̃ generet scãdalũ, vt not. glo. in c. cũ dilecti. de purg. cano. i versi. apud bonos. quã sic intelligit Panor. vbi. s. & sic cõcordat cũ gl. in ca. qualiter & qñ. 2. de acc. vbi pleni⁹ dixit, & ibidẽ vide Sã. post alios Mode.

Et idem Abb. & Feli. in c. licet in beato. col. fi. de accus. Aug. Bero. post alios in dicto ca. qualiter & qñ. 2. 6. notabi. & in gl. à maleuolis. 3. fallen. nu. 81. Et in pluribus casibus põt inquirere iudex non præcedente infamia, vt per Areti. in malefic. in princi. char. 3. Marsi. in pract. crim. §. constante. Abb. & alios in c. 1. & ibi Alciat. in gl. 1. de offi. ord. Marãt. latè in Specu. Aur. par. 6. versi. inquisitio. Nico. Pig.

Hoc idem refert & sequitur Mar. Ant. Blanc. in sua pract. crimi. in prin. num. 28. Gab. Sar.

CCCCLXXXIX.

1 *Constitutio si fiat ab inferiore à principe, tertio præsente & tacente, an is consentire intelligatur?*

INferior à principe non põt statuere in præiudicium alterius non citati, neque consentientis. c. fi. de maio. & obe. c. fi. de his quæ fiunt à præla. & c. cũ oẽs. de constit. Modo

1 ponę, q̃ facta est constitutio tertio præsente & tacẽte, an intelligatur consentire? Regula cõmunis, quã ponit Bart. in l. q̃ dotis. ff. soluto matrimo. cũ similib. habet, q̃ in his, quæ sunt præiudicialia tacenti, habetur pro contradicente ita videtur hic dicendum. Dic cõtrarium, & hoc nõ vidit Bartol. verbum est singula. Innocẽ. in c. vestra. de loca. quẽ refert Arc. & sequitur illud. de consecratio. distinctio. 3. c. pronuntiamus. & Federi. de Senis consil. 17. & Io. And. in c. fi. de appellatio. li. 6. in nouella. nil Alleg. & in pũcto iuris non credo verum propter regulam prædictã. tene menti.

ADDITIONES.

Adde q̃ Io. And. in d. ca. vestra. dicit, q̃ Inn. ibi ex verbis suis sentit taciturnitatẽ habendam pro consensu. q̃ tñ non videtur procedere in re onerosa, vt no. Inno. in c. in Genẽsi. de electio. & sic sentit Ioan. And. q̃ in casu illius c. taciturnitas inferiorum non debet haberi pro consensu. Sed saluã do Innocẽ. dicit ibidem Panormita. q̃ ex quo isti vocãtur, vt consentiant, vel contradicant, & tacent, habẽtur pro cõsentientibus, iuxta not. dictum Innoc. in cap. 1. de his quæ fiunt à maio. parte c. & facit l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de interroga. act. & c. si post pstitũ de confes. li. 6. Et vide Inno. in c. fi. de offic. lega. vbi dicit idem quod in episcopo hic. Plus dicit do. Anton. & Imo. in dicto c. vestra. q̃ qñ subesset iusta causa potest episcopus cũ cõsensu capituli sui tñ statuere in præiudicium prælatorum inferiorũ, vel ecclesiarum subditarum, etiam illis consentientibus, per illud quod habetur in c. final. de his quæ fiunt à maiori parte ca. & per not. per Innocen. & Ioan. Andr. in cap. in nostra. de iniur. & in cap. quæ in ecclesiarum. de constitut.

Adde Abb. post gl. in c. 1. de his quæ fiunt à maio. parte ca. Et pulchrè per Gemi. 18. dist. in summa. & alios, quos allegat Augu. Bero. in d. cap. cùm omnes. vltimo notab. & ibi latè per Feli. col. 6. de constit. Nico. Pig.

CCCCXC.

1 *Collegium nouiter ingressus, an teneatur antiqua debita soluere, vel contribuere?*

1 QVi nouiter ingreditur collegiũ, an teneatur soluere debita antiqua? Dic q̃ non tenetur cõtribuere, casus est singularis in l. prouidendum. C. de decur. libro 10. & illam allegat Dyn. in l. incola. in princi. ff. de mancipa.

ADDITIO.

Et ibi Barto. idem Bartol. Alexan. & docto. in l. prouidẽdum. & in l. 1. §. si coheredem. ff. ad legem Falcid. Anto. Corset. notab. 46. in verb. collecta. 2. Nic. Pig.

CCCCXCI.

1 *Virtuosus ignobilis an possit ab Episcopo dispensari, & admitti in canonicum illius ecclesiæ, à qua ignobiles repelluntur?*

2 *Episcopus in quibus casibus dispensare possit, remissiuè.*

HEri fui interrogatus in ecclesia Senensi. Pone q̃ est cõ suetudo, q̃ nemo admittatur in canonicum eiusdem

1 ecclesiæ, nisi sit nobilis, nunquid Episcopus t dispensando possit vnũ ignobilem & virtuosum admittere? Et regula

2 in quibus t casibus possit Episcopus dispensare, habetur per Inno. in c. dilectus. de tempo. ordi. Dic. q̃ nõ. verbum est singulare Inno. in c. fi. de cleri. non resi. & istud non puto fuit in d. c. dilectus.

ADDITIONES.

Adde quod verum est, q̃ nobilis virtuosus præfertur virtuoso ignobili ꝛm doct. in ca. venerabilis. de præbend. & Bal. in l. memini. in fin. C. de aduoc. diuer. iudi. sed nobilis non virtuosus nõ præfertur ignobili excellenti virtutibus ꝛm oẽs, maximè Panormi. in d. c. venerabilis. vbi per illũ text. dicit non valere statuta, quæ volunt canonicos debere esse nobiles, quia nocent virtuosis ignobilibus, quicquid dicat Ludo. hic. Imo dicit idem Ludo. infrà singul. 650. q̃ nobilitas scientiæ præfertur nobilitati generis, allegando Cy. in l. quisquis. C. de postu. Et dicit Hiero. ad Celantiam, vera nobilitas clarũ esse virtutibus. & Cassiodorus in epistolis. Hæc est indubitata nobilitas, quæ moribus probatur ornata. Et Iuue. Nobilitas sola est atque vnica virtus. Et Aristo. 4. Politicorũ. Ingenuitas est virtus, atque diuitiæ antiquæ. Et Seneca ad Luciliũ. animus nobilem facit, cui ex quacũ que causa licet fortunam surgere. Et in lib. de moribus. Nobilitas est generosus animus. Et Claudianus. Exaltat virtus nobilitate parens. Et Cice. contra Sallustium. Ego maiori bus meis virtute mea præluxi, vt si prius noti non fuerãt, à me nomẽ accipiant. Plura ad hoc possent adduci quæ brevitatis causa supprimuntur. multa diximus saltem remissiuè in additionibus ad Alphabeticum dictionarium Alberic. de Rosate in verb. nobilitas. tũ vbi fit mentio de nobilibus in statutis, intelligitur de illis, quos communis vsus loquendi appellat nobiles, vt per Bartolum in l. 2. C. de dignita. libro 12.

Qui Innocen. hoc generaliter dicit in quolibet statuto ecclesiæ, in quo agatur de interesse canonicorum. Hoc simpliciter refert & sequitur Feli. in c. super c. 2. col. 3. de testib. Deci. in c. at si clerici. §. de adulterijs. colũ. 5. ad finem. de iudic. Sed tu dic q̃ hæc consuetudo non valet. cap. penul. & ibi not. glos. Panor. & alij, de præben. Deci. in cap. cũ adeo colum. 2. de rescrip. Roch. Curt. in cap. fina. fo. 20. versi. 6. infertur. de consuetudi. Nic. Pig.

Adde do. And. Tiraq. in tracta. de nobilita. c. 20. nu. 19. ver sic. quandam. Gab. Sar.

CCCCXCII.

1 *Episcopus non dispensat contra constitutionem concilij. item nec legatus. 3. Et quid iusta subsistente causa? 2. 5. 6. item si de mandato papæ expresso dispenset. 4.*

7 *Episcopus dispensat contra constitutionem concilij, quãdo est pœnitentialis. item dispensat contra statuta synodalia. 8.*

1 SEd an possit episcopus dispensare aduersus t constitutio nem concilij? regula est quod non secundũ Arc. de elec.

2 lib. 6. c. licet canon. fallit t ex iusta cã, tunc. n. potest, verbũ est Ioan. de Ligna. in c. at si clerici. de iudic. referunt & sequuntur do. de Rot. deci. 260. in religioso. in titu. de iure patrona. in nouis. argu. l. si hominem. ff. mandat. quæ bene facit. Et in hac materia habui his diebus consulere in ciuitate Lucana super validitate constitu. cuiusdam Episcopi illius ciuitatis.

ADDITIONES.

Ad hæc vide Abb. in c. cùm dilecti. col. 2. in versi. nota tamen de elect. Feli. in ca. 1. in 7. fallen. de consti. vbi dixit hoc procedere vbi superior consuli nõ posset, secus si posset p. l. di ui fratres. de pœn. & l. diuus Pius Claudio. ff. de fall. Vide etiã Feli. in c. at si clerici. §. de adulterijs. col. 2. iudic. in vltimis verbis. Ro. consi. 325. quo ad primum. 3. dubio. Et hoc di-



hoc dictum refert idẽ Roma. consil. 428. in terminis. circa fi. Iaf. post Bald. in l. omnes populi. nume. 11. ff. de iust. & iure. & in l. 1. in 1. notab. C. de preci. impe. offer. Hippo. singul. 182. iudex. & in l. 1. §. fi. nu. 28. ff. de quæst. Deci. qui plures citat, in d. §. de adulterijs. col. 6. intelligens, vt hic per socium meum, & facit suprà singul. 460. Nicol. Pign.

3 Episcopus vel legatus t non possunt dispensare contra cõciliũ. Hanc regulã probat gl. in c. dilectus. 1. de præbend. in verbo, cũ se facultas gl. & ibi Doct. in c. cũ dilectus. in verbo, in ætate. de electio. & in clemen. 1. in verbo, eligatur. de electione, & c. dilectus. de tẽpo. ord. & ibi Inno. in c. 1. & in c. 1. de filijs presbyter. Ioan. de Ana. in ca. cũ in diœcesi. de vsuris. Arc. in c. licet. 15. distinctio. & in summa 56. distinctio. & in c. virgines. 27. q. 1. latè Ioan. An. in c. 1. super gl. in verbo, concessum. de supplẽ. negligen. prælat. Specu. in tit. de dispensationib. in §. nunc de Episcoporum. nu. 27. Ludouic. Roman. in consil. 325. numero 7. Anto. & doct. Canonistę in c. at si clerici. in §. de adulterijs. & ibi Feli. numero 5. de iudi. & Deci. num. 37. Henricus Bohæus in tract. de synodo Episcopi. artic. 1. concluso. 3. numero 6.

4 Limita t primò nisi de mandato Papæ expresso & speciali: quia tunc valeret eius dispensatio vel constitutio, etiã si esset contra cõciliũ. Pro quo facit quod notabiliter tradit Antonius de Butr. in c. penul. de filijs presbyterorum. li. 6. vbi dicit q̃ illud quod Legatus de latere ex speciali cõmissione Papæ facit, non tã factũ Legati quã Papæ dr, secus si ex generali. Pro qua opinione est gl. in ca. literis. in glo. 2. in fine, de rescriptis. facit tex. in c. si Apostolicæ. de pbẽd. li. 6. q̃ ita tenẽt doct. in ca. quod translationem. de offic. legati.

5 Limita secũdò non habere t locum qñcunque adesset magna causa. s. necessitatis vel vtilitatis. ita tenet Abb. in d. §. de adulterijs. nu. 9. Lambertinus in tract. iuris patro. in prima parte. 2. libri. in 19. artic. 7. q. principalis. nu. 2. fo. 222. col. 3. idẽ Abb. in c. cũ dilectus de elec. allegat ad hoc decisio. Rot. 255. fed est 262. in nouis, ꝛm impressionem antiquã, & ꝛm nouã decisio. 5. in tit. de iure patro. allegat etiã text. in c. tali. & in c. exigunt. 1. q. 7. & in cap. expoluisti. de præb. idem tenet idem Abb. in c. dilectus. & in c. fi. de filijs presbyt. & ibi ceteri doct. qui dicunt q̃ licet alias Episcopus non dispẽset q̃ filius sacerdotis succedat in ecclesia paterna, illud est verum, nisi vbi subesset necessitas vel vtilitas ecclesiæ. Eandẽ limitationem posuit Bal. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. dicit q̃ Episcopus ex magna causa potest dispensare contra canones. quam etiã limitationẽ ponit Nic. Milis in repertorio suo, in verbo, dispẽsare põt Episcopus. vbi allegat supradictam decisionẽ, ad quã se remittit ad cognoscendũ quæ sint magnæ causæ. Eandẽ limitationem ponit Specul. in tit. de dispensationib. in §. nũc de episcoporũ. nu. 30. in fin. Catellianus Cotta in Memoralin verb. Episcopus. Fel. in c. 1. in 7. fallẽ. de cõstit. Ias. in l. ne mo põt. nu. 8. in prima lect. ff. de lega. 1. tex. in l. si hominẽ. ff. manda. Quam limitationem intelligo verã, vbi de facili superior consuli non possit, aliàs secus, per l. diui fratres. ff. de pœnis. & per l. Diuus Pius Claudio. ff. de falsis. facit q̃ notat Innocen. in c. venerabilem. de elect. Bal. in l. nõ dubiũ. C. de legib. pro qua opinione est tex. in ca. 1. de clerico ægrotante. li. 6. vbi rõne distantię locorum conceditur episcopo indigenti coadiutore sibi assumere vnũ vel duos de consensu & consilio sui capituli, vel maioris partis, absq; hoc q̃ veniat ad sedem apostolicã, ad quã aliàs venire tenetur, vt ibi dicit tex. ad idem est etiam text. in ca. 1. ne sede vacante. li. 6. vbi si episcopus esset in remotis, non expectatur eius consiliũ, q̃ aliàs requiritur & expectatur. Et hanc limitationẽ cũ supradicto intellectu sentit Areti. in dicto §. de adulterijs. nu. 20. allegat ad hoc tex. in c. nihil de electio. quod notant doctores in ca. licet ex fusce pto. de foro compe. Catellianus Cotta hoc tenet in Memoralibus iuris in verbo, episcopus. 1.

Cõtra quã limitationem facit quod notant Ioan. And. & Petrus de Ancha. in c. 1. de ætate & qualitate, lib. 6. & ibi Dominic. de sancto Geminiano, qui impugnantes Arch. ibi,

6 & in c. licet canõ. de electio. li. 6. volunt q̃ episcopus t etiã ex magna, necessaria, & vtili causa, & etiã cũ causæ cognitione nõ dispensat cum patiente defectũ ætatis in dignitatibus curati. Cõciliũ generale c. cùm in cũctis. in §. inferiora. de electio. cũ qua opinione trãsit Philip. Franc. in dicto c. 1. de ætate & qualitate. Et licet pro opinione Arch. multa possent adduci, q̃ ipse ponit in dicto c. licet canon. & cũ eo sit Hostiensis in c. cũ dilectus. de electio. tũ contra Archidiaconũ est cõmunis opinio ꝛm Domin. de sancto Gemin. in dicto c. licet canõ. nu. 7. in finalibus verbis. Eãdem opinionẽ contra Archidiaconũ tenet Ioan. Monachus in c. cupientes. nu. 124. de electiõ. li. 6. & hãc opinionem tenẽt cõmuniter doctores in dicto c. cũ dilectus. de electio. quę opinio apertè destruit hanc limitationẽ. In quo est notandum, q̃ in casu Ioa. And. & aliorum doctorũ contra Arc. non cõceditur dispensatio, etiã ex magna, necessaria, & vtili causa, quia Concilium generale prohibet episcopos, & punit contrà facientes, vt patet in dicto capi. cùm in cunctis. in § clerici. de electio. & in l. 26. titu. 5. part. 1. & ideo hæc opinio non conuenit huic limitationi, quæ est quando Concilium vel permittit dispensare, vel quando loquitur impersonaliter, nec vetando, nec permittendo dispẽsationem, nec imponendo aliquam pœnam, quia vbi imponit pœnam, restringitur dicta limitatio.

7 Tertiò limita, nisi canon t Concilij esset canõ pœnitentialis, quia cũ pœnitentiæ sint arbitrariæ, vt in c. Deus qui. & in c. quæsitũ. de pœniten. & remissio. c. mensurã. & ibi glo. de pœniten. dist. 1. & in c. tẽpora. 26. q. 7. gl. in c. sunt plures de pœniten. dis. 3. poterit episcopus in tali canone dispẽsare, vt in c. pœnitet. de pœnitẽ. di. 1. gl. & doctores in dicto §. de adulterijs. ex quo notabiliter gl. in dicto c. tẽpora plenitudinis. in gl. 1. & in dicto c. latorẽ. in gl. fi. 33. q. 2. dicunt, q̃ episcopus ex causa potest diminuere pœnitentiam, quã indixit Papa. Quam opinionẽ sequitur Roman. vbi dicit ita contigisse de facto in persona Cardinalis de Vrsinis, q erat summus pœnitentiarius, in singu. 460. Hippolyt. in singula. 182. Ias. in l. omnes populi. in prima lectura. nu. fi. & in 2. lectura num c. 13. ff. de iustitia & iure. quod tamen intelligo verum, nisi casus de se esset reseruatus Papę, per notata in ca. quod translationem. de offic. dele. & in d. §. de adulterij. & qui sint isti casus pœnitẽtiales reseruati Papæ habetur in cap. 2. de pœniten. & remiss. lib. 6. & per Hosti. in summa, in tit. de pœniten. & remiss. in §. 2.

Quartò limita non habere locum in casu posito per Feli. in c. 1. num. 5. de sponsa. vbi adducit quã plures rõnes pro sua opinione, quæ omnes videntur ridiculæ, & si ciple nõ firmat pedem, cum illa limitatio non videatur vera, & in cõtrariũ allegat gl. in clemen. 1. in verbo, eligatur. de electio.

Restringe tñ has limitationes, nisi canõ. Cõcilij pœnã indiceret, quæ nõ possit imponi nisi per Papam. Exemplum in depositione episcopi, vt in c. quãuis. & in c. multum, & in c. dudum. 3. q. 6. nam sicut solus Papa põt deponere, ita videtur conueniens q̃ solus Papa possit dispensare. ita tenet Host. & ibi Anto. de Butr. vbi hoc declarat, in vltima col. in c. 2. de bigamis. Aret. in dicto §. de adulter. nu. 14. Quod videtur verum, qñ quis nõ põt imponere pœnam defectu potestatis, secus si ex priuilegio personæ, quia tũc videtur q̃ possit dispensare ob cessantẽ rõnem. ita Ant. de But. vbi suprà, quia tali casu, qui non potest cõdemnare, potest absoluere, vt est tex. & ibi Bart. & Bal. in l. fi. C. vbi senator. vel clarissi. ne illud, quod inductum est in fauorẽ, retorqueatur in odiũ, ita tenet Deci⁹ in dicto §. de adulteriis nu. 39.

Restringe secũdò, nisi essemus in casibus tñ Papæ reseruatis iuxta notata in c. quod translationẽ. de offi. deleg. & in c. ficut vnire. de excess. prela. ita tenet Spe. in tit. de dispẽsa. in §. nũc breuiter. quia in his se non intromittit alius inferior, nisi ex speciali cõmissione Papæ, vt in d. c. quod translatio

8 nẽ. Episcopus t põt dispensare cõtra statuta synodalia. Hãc regulã ponit Inn. in c. cũ ad monasteriũ. nu. 4. de statu monach. & ibi Cardin. in 5. q. Lapus & Ioã. And. q̃ sequũtur Gemi. & Philip. Frãç. in c. licet canõ. de electio. li. 6. idem Philip.

Philip.Franc.in c.vt aſarũ.in §.ſtatutum.de elect.li.6.Ioã. And.& Cardi.Zabarella in c.dilectus. de tempo.ord.idem Card.in repetitione c.perpendimus.de ſenten.excõmuni. Ioan.And.in regula,cui licet.& in regula, q tacet.de regu. iuris,li.6.Collectarius in ca.cũ oẽs.nu.3.de cõſti. Anto.de Butr.in c.quæ in eccleſiarũ, & ibi Ioan.de Imol.nu.25.de conſtitu.Panor.in c.at ſi clerici.in §.de adulte.nu.10.de iudi.& ita dicit cõmuniter teneri ibi Feli.nu.6.Philip.Deci. ibi nume.98.Iaſ.in l.1.§.fuit quæſitum.nu.9.ff.ad Treb.Nicol.Millæus in repertorio,in verbo,diſpenſare.verſi.diſpẽſare põt cõtra propriã.Et hanc opinionẽ dicit eſſe cõmunẽ Ant.de Roſellis,in tractatu.de cõcilio,in dubitatione, an in ſimplici beneficio,quod habet eccleſiã parochialẽ annexã,epiſcopus poſſit in eo diſpenſare.nu.20. Mouentur ſupradicti doctores.quia diſpẽſatio facilius permittitur,q̃ conſtitutio tollatur.nã legatus non põt cõtra canones ſtatuere,tũ diſpẽſare poteſt.ita notanter concludit Anto.de Butr.per gl.ſi.ibi clement.2.de reſcript.quẽ refert & ſequitur ibi Ioã.de Imol.prout refert Philip.Deci.in dicto §.de adulterijs.nu.100.ſed epiſcopus põt tollere ſtatutũ ſuum, ſm ſupradictos doctores, ergo à fortiori diſpenſare poterit.Hãc opinionem dicit cõmunẽ Petrus Rauennas in Cõpẽdio iuris Canonici,in tit.de iu.col.17.verſi.ſed ſolet dubitari.eundẽ opinionẽ dicit etiã cõmunem Philip.Franc. in regula,cui licet.nu.4.de regul.iuris,li.6. Lancelotus Gialula in repeti.l.Cõturio.col.31.verſi.breuiter reſpõde.ff. de vulga. Licet contrariã opinionẽ teneat Arch. in c.licet canõ.de electio.li.6.nu.2.& 3.Innoc. ſibi cõtrarius. in c.dilectus filius.nu.5.de tẽpo. ordi.Cardin.Zabarella ſibi etiã cõtrarius in cõſil.130.nu.4. Mouẽtur prędicti doctores p rubricam.ff.quod quiſque iuris.& per c.cũ oẽs.de cõſtitu.

Hãc regulã ponit Bern.de Luco in regula 252.vbi limitat eã duob⁹ modis.Eãdẽ regulã limitat duplicíter Philip. Deci. in dicto §.de adulterij.nu.103. & alijs duob.modis Rom. in conſi.325.nu.10.Eandẽ itẽ regulam cũ ſex ampliat. & duabus limit.vbi notab.eã examinat,ponit Hẽr.Bothæus in tract.de ſynodo epiſcopi,art.4.num.1.cũ ſequentibus.

Epiſcopus in quibus caſibus diſpẽſare poſſit? Vltra Inno. in c.dilectus filius de tẽpo.ord.vide 113.caſus,quos ponit Aluarus Pelargus in li.1.de plãctu eccleſiæ,arti.50.& ibi in ſine in verſi.prohibetur. ponit caſus, in quibus Epiſcopus diſpẽſare nõ põt.Et 136.caſus,in quibus Epiſcopus põt diſpẽſare,ponit Bertachinus in tract.de epiſcopo. in 2.parte 4.libri,nu.107.Et 163.caſus,in quibus Epiſcopus diſpẽſare põt,ponit notabiliter Spe.in ti.de diſpẽſatione,in §.nũc de Epiſcoporum.à nume.1.vſq; ad nume.22. & ibi etiam vſque ad finem caſus,à nu.25.in quibus Epiſcopus diſpenſare non poteſt. Et hæc omnia plenè tradit Petr. Dueñas in regul.246.247.& 248. Gabr.Sar.

CCCCXCIII.

1 *Optionis legatum factum de rebus omnino conformibus,& inter ſe non differentibus,an valeat?*

1 LEgat teſtator optionẽ ex tribus rebus omnino cõformibus,& in nihilo differentibus,an tale legatũ optionis valeat? Dic q̃ non,& eſt notabilis limitatio ad totũ tit. de opt. leg.caſus eſt mirabilis & ſingularis l.cũ aurũ.§.ſed ſi argẽti.verſi.vñ eſt q̃ſitũ.iũcta gl.in ver.optio.ff. de auro & arg.leg.& ibi Bart.notat.Et per hoc decidi quæſtionem vnius canonicatus eccleſiæ Barchinõ. vbi eſt ſtatutũ, q̃ antiquior canonicus põt optare p̃bendã vacaturã,de quo habetur in c.fi.de conſue.li.6.Modo deceſſerunt duo canonici habentes præbendas omnino conformes, vnus optauit vnam,alius,qui habebat potius ius optandi, volebat eandem optare,decidi quòd non poterat per illum text.& lucratus ſum plus quam 60.ducatos,& dixi quod non habebat locum diſpoſitio ſtatuti in hoc caſu.

ADDITIONES.

Quid ſi eſt ſtatutum,q̃ habens maiorẽ præbendam, poſſit optare minorem,an valeat? Domini de Rot.deci.227.valet.in no.& doctores in c.cũ in tua.de conſuet.li.6.Et adde hoc ſingulare ad Steph.in tract.de liter.grat.& iuſti.vbi ponit nonnullas fallen. ad dictum ſtatutum. Nico. Pig.

Falſa eſt hæc decisio Romani:& Do.Petrus.Rebuf.in ſuo tracta.nominationẽ q.15.nu.36.dicit ſe hoc paſsim nõ ap,p-bare. Nec obſtat dictus verſi. vnde eſt q̃ſitũ.quia loquitur cõtinuè & relatiuè ad verſic.præcedentẽ,vbi agitur de legato quantitatis,de quo intelligitur d.verſic.vnde eſt queſitũ.& ſic nõ eſt mirũ ſi ibi legatũ optionis nõ valeat,cũ in quãtitatibus eiuſdem generis,& qualitatis, nedũ nullus cadat delectus,nec vlla affectio.l.nũmis.ff.de litẽ iurãdo. ſed oĩmodã functionẽ inter ſe recipiunt l.2.§.1.ff.ſi cer. petat. plures aũt,ſpẽs,licet cõtingat,q̃ ſint oĩno cõformes,& ſic nõ ſit ꝓpriè dabilis delectus,eſt tn̄ dabilis affectio,nec functionẽ recipiunt adinuicẽ.Et ſic inter eas põt propriè locũ habere electio,& valeret legatũ,ſtatutũ,cõſuetudo, & quæuis diſpoſitio optionis.& ita etiã ſentit Ioã.Ciri.in tracta.primogeni.li.2.q.4.ſuper.§.9.col.penu. quẽ refert & ſequitur Carol.Molin.in prima commen.in conſuetud.Pariſien.§.10.& 15.verſi.aduerte etiam q̃ electio. Gab.Sar.

CCCCXCIIII.

1 *Milites,doctores,& decuriones torqueri non poſſunt, nec valet conſuetudo in contrarium.*

1 MIlites,doctores,& decuriones nõ poſſunt †torqueri. l.diuo.& l.milites.C.de quæſtio.Sed an valeat cõſuetudo in contrariũ? Dic q̃ non.caſus eſt ſingularis in l.omnes iudices.C.de decurio.libro 10.& ibi Bartol.notat.

ADDITIONES.

Pondera vt per Bar.in l.milites.hic alleg.q̃ habet locũ in milítibus noſtri tẽporis,& hoc expreſsè firmat Sali.poſt Cy. in l.1.C.de iur.& facti ign. Alex.in l.Cẽturio.in 9.col.ſi. de vulga.& pup.Iaſ.in l.de quibus.col.23.verſic.nota tn̄.ff.de legib. Et q̃ idem ſit in doctore, tenet Bart.in l.1.C.de aduoc.diuer.iud.Cy.in d.l.milites.& in l.4.C.ad le.Iul.maie. & nõ valeret conſuetudo contrarium diſponens,imo eſſet ipſo iure nulla.l.omnes iudices.vbi Bar.notat hic alleg.

Et ſequitur Ang.in tract.maleſi.verbo,fama publica.nu.102. & ibi Aug.Arimi.& Cæpol.conſi.crimi.39.Lucius.Hipp. in l.edictum.ff.de q̃ſtio.& in pract.crimi.§.expedita.& ſingul.556.plura.Io.Arno.epit.66.Lud.Carer.q̃ plures alios citat,in l.obſeruare curabis,ſub nu.179.C. quorum appe. nõ reci. limitantes in caſibus exceptuatis hoc non procedere. Ego tamen, etiam in non exceptuatis, contrariam conſuetudinem,tam in ciuitate mea Veronæ,quam Patauij tempore ſtudij mei obſeruari vidi. Nico.Pig.

Multa de hoc tradit Thomas Grãm.in ſuo primo voto.col. 2.nu.4.Et in voto 25.nu.4.Paris de Puteo in trac.de ſynd. in char.118.verſi.an doct.& faciunt quæ notat Matt. Mathe.in notab.ſuo.59.incip.nota q̃ legũ doctores.& ibi larè dixi in annotationibus meis,& ibi dictis adde eundem Rom.ſuprà ſing.272.nu.3.& latè p eundẽ Parid. in d.tracta.in verſi.an ſtetur dicto tertij.nu.6.& 37.verſi.tamen dictum Imol.& in ver.mãdauit Rex.nu.5.ver. tamẽ an hoc habeat locũ & pleniſsimè ſcribit Pet.Dueñas in reg. 190. inci.Decuriones.in quarta ampliatione. Gab.Sar.

CCCCXCV.

1 *Statutũ ſeu lex puniẽs vnũ delictũ,& præſupponens aliud nõ includit illũ, in quo nõ verificatur delictũ præſuppoſitum.*

2 *Statuto,vel cõſtitutione ſtante,q̃ nõ exequens defuncti diſpoſitionẽ infra annũ,q̃ oĩbus beneficiis priuetur,excõmunicetur,et ſtatũ teſtatoris bona reſtituat,ſi ille,q̃ nũquã bona penes ipſũ habuit,nõ fuit executus,ea pœna teneri nõ debet.*

1 STatutũ,ſeu lex puniẽs vnũ delictum,† & præſupponẽs aliud,non includit illũ in quo non verificatur delictum præſuppoſitũ.gl.eſt in l.vnica in l.mancipia.in ver. aduocãdũ.C.de fer.fugi.& iſte modus allegandi fuit primo inductus per Bar.in illa,lege.exẽplũ pone, ſi ſtatutũ dicit, q̃ turbãs aliquẽ in poſſeſsione,puniat pœna cẽtũ, & reſtituat poſſeſsionẽ,punit.n.turbantem.& præſupponit aliud delictũ.l.poſſeſsionẽ ablatã.ſi ergo quis non abſtulit poſſeſsionem,non punitur pœna ſtatuti.gl.eſt ſingularis ibi. & propter hoc lucratus ſum ſex florenos,& quædam alia. In ciuitate enim Romæ erat conſtitutio, quod quicunque non exécutus



executus fuerit diſpoſitionem defuncti infra annum, priuetur omnibus beneficijs ſuis, & excommunicetur, &

2 ſtatim reſtituat bona teſtatoris, quidã † relictus executor in teſtamento,nunquam habuit bona in poſſe,ſed illa erãt penes hæredem,non fuit executus infra annum, & cùm fuiſſet excommunicatus,& priuatus beneficijs, determinaui,quòd malè fuerat excommunicatus & priuatus,per illam glo.cùm præſuppoſitum ſtatuti,ſi habuerit bona in poſſe ſuo,non verificabatur in eo.

ADDITIONES.

Adde quòd idem tenuit Iaſ.in l.1.in 2.co.verſi.3.adde.ff. de iuſtitia & iure.& addit glo.in ele. in pleriſque.& ibi Petr. de Ancha.de electio.

Adde Feli.latè in c.nonnulli.in prin.co.31.ver.amplia iſtam. de reſcri. Deci.in c.vt debitus.co.4.de app. & in cõſi.233. viſo.col.pe.Hip.qui plures citat in ſing.339.cui non conueniunt.Socin.in l.1.§.ſi quis.400.ff.ad Treb.Rip.in c.2. numero.39.de reſcript.& Alcia.in cap.cùm non ab homine.2.not.de iudici. Nico.Pign.

Sequitur Decius in l.1.col.4.nu.15.C.de eden. vbi & alia ad hoc allegat.& Curtius Iunior in l.1.in prin.nu.2.ff.ſi cert. pe.& Ale.in rub.ff.fol.ma.co.5.verſic.confirmo.num. 22. & Catel.Cot.in memoral.in ver.ſtatutum, quòd frater ex cladat ſororem.Et in terminis tradit Cataldi. de Bõcompagn.in trac.de ſyndica.q.210. adde quòd ſtatutũ puniẽs. Eam tamen gloſſam allegat, & ſingularem dicit poſt eos quos ibi recenſet Do.Caro.Moli.in ſecunda parte cõmenta.in conſuetu.Pariſien.§.58.nu.42. Gab. Sar.

CCCCXCVI.

1 *Accuſatus de crimine capitali carceratus, an debeat à carceribus relaxari ſolũ poſt ſententiã abſolutoriã, an ante, poſtquam ex probationibus illum non deliquiſſe conſtat?*

1 ACcuſatus de crimine capitali, & poſitus † in carceribus,an debeat priſtinæ libertati relaxari ſolùm poſt ſententiam abſolutoriam,an ante,ſ. poſtquam cõſtat per probationes ipſum non deliquiſſe?Scis quòd lite pendente nil innouari debet,&c.& lis dr̃ poſt conteſt.l.properandũ. C.de iud.ergo vr̃ non relaxandum.Sed tn̄ contrarium eſt verum.caſus eſt vnicus in l.nullus.ibi, dũ dicit, in tm̃ detineri,donec repererit cognitio celebrata diſcerni.C.de exhib.re.vbi caſus ſingularis,& ibi hoc notat Bal. & illũ text. notat Iac.Butr.& Bal.in l.ſed & ſi.ff.de in ius vocan. & ita cõſului poſt Bal.Et valet hoc dictum pro criminoſo ſiue accuſato:nam ſi non relaxaretur ante ſententiã, non poſſet poſteà, ſi pars aduerſa appellaret, quia tunc nil nouari,&c.vt per Bar.in l.ab executore.ff.de appe.Bal.in l.2.C. de epiſco.audien.quod nota.

ADDITIONES.

Adde l.qui pœnæ.ver.diuus quoq;.ff.de manumiſ.& alia,quę adducit Iaſ.in l.naturaliter.§.nihil cõe.co.22.nu.109.ff.de acqui.poſ.Ale.conſi.180.in cauſa.nu.9.lib.2. Ange.in tractatu maleſi.in verbo,p̃ſente.nũ.17.Hip.de Marſi. in practica criminali,in §.attingã.nu.6.& in rubr.ff.de fideiuſ. q.31.nu.219.& in ſingulari 381.licet.quibus in locis alios citat,& dicit ſe pluries practicaſſe,& obtinuiſſe. Nic.Pig.

Adde Hip.de Marſi.in pract.cri.in §.qm̃.nu.50. Et q̃ de carcerato pro crimine capitali nihil conſtat,relaxatur ſuia nõ expectata,vt latè per Parid.de Put.in tract.ſyndi.in verb. ſi iudex maleficiorũ in criminali.nu.12.& per Bar. Chaſſæn.in commentar.conſue.Burgund.in 1.rub.in verſicu. *s'il n'a grace*.nu.170.Et per Catal. de Boncompagn.in tractatu de ſyndica.q.220.Et Henricus de Bouerio in ſingu. in verbo,proceſſus.in 2.notabili. Et adde quòd tenent iudices in ſyndicatu,ſi non relaxant captũ, eo ipſo quòd apparet ex publicatione proceſſus de eius innocẽtia. Nec debent expectare quòd abſoluatur,ita inquit Amod. in trac. ſyndic.9.char.in 1.co.verſic.item tenetur ſi non relaxet. Et allegat Bal.ſingulariter in d.l.ſed ſi is Et quòd poſtquã iudici conſtat de eius innocẽtia, debeat eũ dimittere etiã ante ſnĩam,tenet Bal.in l.ſi qs poſt.ff.de teſta.& in d.l. nullus.& ibi Ia.Bur.quẽ refert & ſequitur Marinus in cõmẽto ſuper capitulis Regni Neapoli.in rubr.de inquiſitio.ca. ab illo inchoandum.in verb.& ſi publicatis atteſtationibus,&c.Et quid ſi carceratus appellet à detẽtione, an debeat vlterius detineri?tradit Guido Papæ deciſi. Gration. 235.& 236.237.& deciſ.436.nu.39.verſic.31.quæro.vbi tradit, ſi carceratus appellet, an debeat remitti iudici ad quem: Gabriel Saray.

CCCCXCVII.

1 *Legatarius an tranſmittat ad hæredem legatum cum adiectione pœnæ?*

1 LEgo Titio fundũ,& ſi illũ hæres nõ ſoluerit, †condẽno eum nomine pœnæ de ſoluẽdo mille ipſi legatario an mortuo legatario tranſmittat in hæredẽ legatũ ſundi cũ adiectione pœnæ? Tu diceres quòd ſic, quia pœna eſt quid acceſſorium ad legatũ,ſed legatum trãſit.ergo & pœna.Tamen contrarium eſt verum, duo ſunt caſus notabiles in l.ſi penum.& l.cùm ſine.ff.quando dies leg. ced.& in hoc tantùm ſallit regula,acceſſorium ſequitur, &c.

ADDITIO.

De illis legibus vide doctores in l.ita ſtipulatus.la grande.ff. de verbo.ſigni. Nicolaus Pign.

CCCCXCVIII.

1 *Iuramentum vbi eſt licitum ex parte iurantis, & illicitum ex parte recipientis, poteſt recipiens compelli ad abſoluendum iurantem à iuramento, & an ſuper hac compulſione ſecularis ſit iudex competens?*

1 VBi iuramentum eſt licitũ ex parte iurãtis, & illicitũ ex parte recipientis.põt ipſe recipiens compelli ad abſoluendum iurantem à iuramento,vt in c.1.de iureiu.Sed an ſuper hac compulſione ſit iudex competens ſecularis? Quæſtio eſt de facto in hac ciuitate, & plura conſilia vidi ſuper hoc,allegantia quod non, quia iuramẽtum eſt quid ſpũale,&c.Et tu ſi eſſes doctor,ita dixiſſes.Sed hęc eſt maxima ignorantia,quia cõtrariũ eſt verum, ſm Fed.conſi. 272.in nomine Domini,amen,factum tale eſt, ſtatuto.in fi.Et rõ æqua vr̃,quia iudex ſecularis eſt cõpetẽs iudex ad cogendum partem ad obſeruationem iuramenti, vt in c. licet mulieres.de iureiu.& c.cùm c.laicus.de for. cõpe.li. 6.ergo eadem ratione poſſet compellere ad abſoluẽdum. & eſt optima ratio.& ita determinaui.

ADDITIONES.

Adde quòd Feli.in c.cùm ſit.col.6.ver.limita tertiò. de for. cõp.refert iſtud ſingulare,dicit tn̄ quòd obſeruatio & relaxatio non procedunt à pari: nã in perſona non requiritur cauſæ cognitio in videndo valeat an non,quia vbi requiretur,ſecularis eſſet incompetens, ſed in cogendo inuitũ ad relaxandum exigitur neceſſaria cognitio, & illa, cũ ſit iuris,nõ competit ſeculari,ſecundum omnes. Adde eundem Feli.in c.1.co.7.verſi.poſſet tamen.de iureiurando.

Adde eundem Feli.in c.2.co.10.ver.tertiò limita. de ſponſa. Limita in caſu ſingularis ſequentis, quando licitè iurans incidit in periurĩũ,quia tunc illa coactio iudicis nihil operaretur,ex quo illud periurium non poteſt per partem remitti,ſecũdum Bal.notab.in auth.quod eis.C.de nup. per Feli.in d.c.2.co.13.ver.modò limitatur.de ſponſ. Et vide ſuprà ſingu.425.& 426.vbi iudex ſecularis declarat,& punit periurum. Nicolaus Pigno.

Adde Stepha.Aufrer.deciſio.Tholoſ.62.vbi multa pulchra ponit in materia.Fede.de Senis cõſi.272.Matth.de Aſſlic. deci.263.Guid.Papæ conſi.209.in fin.& plenè per Dida. Couar.libro primo variarum reſolutionum,c.4.nume.5. verſicu.verùm vt res iſta. Gab.Sar.

CCCCXCIX.

1 *Iuramentum illicitè recipiens cogi poteſt illud iuranti remittere antequam iuranꝰ in periurium incidat, ſecus poſtquã deieranit.*

2 *Contra iuramentum propria authoritate licet venire,quando periculum eſt in mora.*

1 TV ſcis,quòd c.1.de iureiur.dicit, quòd † recipiens iuramentum illicitè poteſt compelli remittere iuranti.Federicu.de Senis dicit hoc verum, antequàm iurans

incidat in periurium, quoniã post quam incidit, non pót relaxationem petere. cõsi. 300. factũ tale est, debitor p̃misit. in fi. & est singulare verbum suũ. alleg. no. Io. And. in c. debitores. de iureiur. vbi dicit hoc sentire Io. An. sed certè de hoc nihil dicit. Allegat & secũdo, quia frustra auxilium legis inuocat, &c. vt in c. quia frustrà. de vsur. & l. auxiliũ. ff. de minor. Tu diceres, q̃ non habet dubiũ. cum periurus nõ possit agere, vt l. si quis maior. C. de transact.

2 sed tu non intelligis illam l. quia verũ est quod priuatur actione illius contractus, super quo delinquit, nõ alia. hoc colligitur ex theorica Inn. in c. dilecto. de p̃ben. vbi dicit, periuro denegantur spũalia, sed temporalia conceduntur & ita determinat in c. intelleximus. de iud. Item habet dubium, quia debitor habet duo facere, i. soluere, & tali die soluere. l. Celsus. ff. de arbi. cũ dilecti. de dol. & cõtu. vnde videbatur quo ad solutionẽ non factã in termino ipsum esse periurum, tũ posse peti. Vnde inquantum tenetur soluere, non potest contrauenire, nisi absolutione petita, licet vi & metu iurauerit. c. si verò. de iureiu. c. ad audiẽtiã. q̃ met. cau. quòd est verũ, nisi periculũ sit in mora, & nõ pót celeriter haberi copia superiores, secũdum Inn. in c. venerabilem. ad finẽ, de elect. allegat 11. q. 3. c. antecessor. Bal. allegat & gaudet in l. non dubium. C. de legib.

ADDITIONES.

Adde q̃ idem tenuit Ant. Butr. post gl. & alios in ca. dilecti filij. de excep. vbi vide p̃ Sand. in prin. Bal. in repet. l. 2. co. 16. ff. de iureiu. Epi. spa. consi. 56. inci. hic vertitur dubiũ. in 2. char. limita hoc vt p̃ Bal. vbi suprà, nisi periurus vellet agere in materia, in qua iurauerat nõ agere, quia ꝓpter periurium repelletur. l. si quis maior. hic alleg. quam sic intelligunt prædicti, & Ale. consi. 381. secundum vnicum numerum inci. ponderatis his. col. 2. & vide Alexandrũ met in d. l. si quis maior. vbi sequitur communem opi. licet prædicta non alleget. & vide ibidem Ias. Ad istud vide etiã Fel. in c. intelleximus. col. 5. circa prin. versi. vtrum periurus. de iudic. post do. Ant. in c. 1. co. 12. in prin. de iureiu.

Adde quòd consi. Fed. sequuntur communiter doctores, vt Alex. in consi. 17. ponderatis. co. 1. lib. 3. & in consil. 222. visa facti. col. 3. lib. 2. per eundem Ro. consi. 326. in præsenti. co. 1. Deci. consi. 351. co. 6. Hipp. de Marsi. in l. de vnoquoque. nu. 169. ff. de re iud. Et circa intellectum l. si quis maior. C. de transac. adde quod est cõmu. vt per Ias. in 12. notab. & alios in d. l. si quis maior. Fel. in c. cùm dilecti. co. 1. vbi Deci. in 3. notab. de exce. Rip. in c. 2. in prĩ. de referi. Limita illud consilium Fed. vt per Feli. in d. ca. 1. col. 9. vbi ponit tres casus. Et videmus quãdoque per summũ Pontificem cõcedi absolutionẽ à iuramẽto, & à periurio, si qd̃ supplicans incurrisset. de quo tamen videndus est Matt. de Afflic. in decis. Regni. 220. in causa. & Rot. decis. 297. licet, in no. Et adde quòd dictum Inn. sequũtur ibi doctores & Abb. in c. quanto. co. 4. de iureiurando. Bald. in l. nõ dubiũ. co. ante pe. Felin. latè in c. 2. co. pe. de spons. Deci. in rub. C. qui admit. co. 3. & in authen. si quis in aliquo. co. 2. C. de edẽ. & in c. ad hæc. 2. in prin. & in c. qua fronte. in fi. de appe. & in c. cùm dilecta. in fi. de confir. vtil. vel inuti. Et hoc ponit etiam Hippo. singulari 421. & plura alia similia refert Romanus met in l. ti verò §. de viro. 1. fallẽ. ff. sol. matr. & Hippo. in l. qui cædem. colum. 1. & 2. ff. de ficar. Rip. in l. 1. ff. de dam. infect. Nico. Pign.

CCCCC.

1 *Episcopo non seruanti canones, quæ sint pœnæ irrogandæ?*
2 *Vasallus an possit recedere à domino non seruanti leges Imperatoris?*

1 CVrialis de Florentia veniẽs heri interrogauit me, † nũquid si episcopus non seruet canones, id est, constitutiones concilij, quia illæ primæ dicũtur canones, id est, regulæ, priuatus propter hoc possit impunè ei non parere? Scis pœnam, quæ sit non seruanti leges seu cõstitutiones,
2 quam ponit gl. in c. generali. de elec. libr. 6. Sed ian vasallus possit recedere à domino non seruãti leges Imperatoris? Dic quòd sic. glossa est singularis 2. q. 7. c. sacerdotes. alle. §. sed si legatus. 4. distin. & ca. nulli sas. 19. distinct. & optimè faciunt. Habebam super hoc multa alia tibi dicere, sed non est tempus.

ADDITIONES.

Glos. in d. c. sacerdotes sanè intellige, vt per Abb. in ca. cùm non liceat. in 1. co. & c. fcisicitatus. 2. co. de rescri. & in c. ego N. de iureiu. dummodo non seruet ex contemptu. imò si ista gl. intelligeretur de non seruante ex simplicitate, vel malitia esset falsa, secũdum Gemi. in d. c. sacerdotes. & no. Card. in cle. 1. in 10. q. de æta. & qualit. modos autem cognoscendi contemptum ponit Domi. in c. nullus. 55. dist. quem retulit opportunè Feli. in c. cùm quidam. in 5. declaratione. de iureiu. & aliquid adducit in c. canonum statuta. co. 6. de consti. & in ca. ego N. co. 2. in fi. de iureiu.

Adde Feli. in c. si quando. in prin. de rescr. & latè in cap. cùm non liceat. nu. 7. de præscri. Aug. Bero. in c. cùm venissent. num. 11. Et an talis Episcopus sit periurus, latè per doctores in c. ego N. de iureiu. Nico. Pign.

Dictum Ro. refert & sequitur do. Bern. Choue. in commẽtarijs in titulũ de publicis concubinar. in concordatis, sup verbo statuimus. §. hoc enim verbũ. nu. 17. char. 140. G. S.

CCCCCI.

1 *Legato de omnibus libris, & Infortiato à doctore facto, si quatuor volumina Infortiati inter eos libros reperiantur, an omnia in legato veniant?*

PEruſij viget de facto quæstio, in qua habeo consulere, quidam doctor de Perusio, dominus Bar. de Luchia, le
1 gauit in testamento hoc modo: Lego domino tali † omnes libros meos, & Infortiatum, accidit, quòd inter eos libros sunt quatuor volumina Infortiati, an omnia Infortiata veniant in legato? Si respicis generalitatem, venirẽt, & si dicis, generi per speciem, &c. dico illud verum in diuersa oratione, secus si in eadem oratione ponantur, arg. l. nam ad ea. ff. de condi. & demon. Dic tñ contrarium, nam etiam si in eadem oratione sit species & genus, non venit alia spẽs similis expressis, vt l. hæres meus. §. duæ statuæ. ff. de lega. 3. l. 1. §. item si duæ. ff. de auro & arg. lega. & vide Bar. in l. quæsitum. §. si quis fundum. ff. de fun. instrumen.

ADDITIO.

Et dicta Bar. in d. §. si quis fundum reassumit Abb. in c. sedes in prin. co. pe. & fi. de rescrip. Doctores in regula, generi lib. 6. Deci. in regula, in toto iure. ff. de reg. iur. Nico. Pig.

CCCCCII.

1 *Rogatus restituere hæreditatem ei, à quo illam accepit, sine temporis præfinitione, quo tempore de restituendo gratuitus censeatur?*

1 ROgatur quis restituere hæreditatem ei, †, à quo illam accepit, sine præfinitione temporis, quæritur de quo tempore intelligatur? Dic quod de tempore mortis. casus est singularis secundum Dyn. in l. epistolam. §. mulier. ff. ad Trebellia. Sed habes similem in l. filios. iuncta glos. ff. de vsufruct. lega.

ADDITIO.

Et est ratio, quia aliàs fideicommissum esset inutile, si illud quòd à te recipio, statim tibi reddere deberẽ, vt per Bart. & alios in l. cum filiofami. ff. de le. 1. & adde alium casum suprà singu. 431. instituo.

CCCCCIII.

1 *Testamentum secundum si fiat, in quo confirmetur legatũ rerũ in primo testamento factum, an in eo legato veniãt res quas testator habebat tempore primi testamenti, an verò illa tantùm, quas tempore secundi testamenti habuit?*
2 *Limitatio l. si ita. ff. de auro & argento lega.*

1 TEx. in l. ti ita. ff. de auro & argento leg. dicit, quòd legatum † generale non comprehendit nisi ea, quæ tempore testamenti testator habuit, non futura. Sed pone quòd facio testamentum secundum, in quo confirmatur legatum librorum factum in primo testamento, quæritur vtrum in legato librorum veniant libri, quos testator habebat tempore primi testamenti, an verò illi tantùm, quos habet tempore secundi testamẽti? Quilibet diceret quod



quòd veniant libri existentes tempore secundi testamẽti, cùm videatur de nouo repetere & disponere. Itẽ debet hoc aliquid operari. propterea legatum capit vires ex secũ do. ergo, &c. Contrarium est verum licet illi Perusini doctores dicant contrarium & malè, intricãdo omnia cum dictant leges. casus est singularis in l. Aurelius. §. testamẽto. ff. de libe. leg. legatum enim factum in primo, &c. Item
2 limita † dictam l. si ita. nisi res postea quæsitæ sint accessoriæ ad res primò legatas, tunc enim veniunt. casus est singularis in l. creditor. §. Caio. ff. de libe. leg. facit bene l. nomen debitoris. §. filio. ff. de leg. 3.

ADDITIONES.

Adde quod istas limitationes refert & simpliciter sequitur Alex. allegando Ro. hic in apostillad Bar. in d. l. si ita. Et limitat tertio loco vbi verſaretur fauor restitutionis & testamenti per l. placet. ff. de lib. & posth. & ibi Bart. postea verò inducit l. si ita ad practicam, de qua ibidem per eum. Aliam limitationem ponit Lud. met. infrà sing. 519. quod tempus. per rex. ià l. cum certum. eo. tit.

Sequitur Ale. in d. l. si ita. vbi etiam limitat in casu l. placet. ff. de lib. & posth. de quo suprà sing. 420. in fi. Tertiò limita nõ procedere ex mente testatoris dicta l. si ita. ibi, si aliud cõprehensum non esset. & Socin. Iun. consi. 98. dubia. lib. 1. Quartò limita, qñ legatũ est vniuersale, secus si gñale. doctrina est Bar. in d. l. si ita. co. 2. vel collectiuè legando armentum equorum. Ioann. Durant. de arte testam. cautel. 10. de legat. Quinto limita, in legato facto coniunctæ personæ, vt per Bar. ibidem, versi. hæc vera. & in l. si cognatis col. 2. & clarius Soci. in l. 1. nota. 5. ff. de reb. dub. Sed tu dic contrarium, vt pulchrè per Cagnol. in l. fin. nu. 229. & sequẽ. C. de pactis. Sextò limita, qñ testator vtẽdo verbo generali vteretur verbis futuri temporis, id est, quæ mea erunt. l. nuper. l. nomen. §. filio. ff. de lega. 3. Ioann. Dilect. vbi suprà. vel fuerint. Bart. in d. l. si. ita. 2. 8. & 9. oppos. Et adde Aug. Bero. q. famil. 30. illud etiam. Nico. Pig.

CCCCCIIII.

1 *Votum præcedens an dissoluatur per ingressum religionis subsequentem de voluntate superioris, puta Abbatis?*
2 *Votum an dissoluatur per contractum matrimonij accedente consensu alterius coniugum?*
3 *Filiusfamiliàs de iure ciuili non obligatur ex voto, nisi de voluntate patris, & quid sit de iure canonico?*

1 CApias tria pulchra in materia de voto. Primò, † nunquid votum ante ingressum religionis dissoluatur per ingressum de voluntate superioris, scilicet Abbatis? Scis, quòd vota obligant quem Deo, vt dicitur, Vouete & reddite. c. & si Christus. & c. debitores. de iureiu. sed superior non debet posse tollere obligationem Deo quæsitam. Tamen contrarium est verum. gl. singularis. 20. q. 4. c. monacho. Sed ian dissoluatur votum per contractum matrimo-
2 nij accedente consensu alterius coniugum? Dic, quòd sic. glo. singu. 33. q. 5. c. voluit. Tertiò tu scis l. si quis rem. §. vlto. ff. de pollicitat. quæ videtur velle, † quòd filiusfamiliàs
3 non obligatur ex voto, nisi de voluntate patris. Sed an sit verũ de iure canonico? Dic q̃ nõ. gl. est singularis. 32. q. 2. mulier. Et sunt tres rõnes: nam filiusfamiliàs delinquens etiam sine volũtate patris diabolo obligatur. c. 1. de delic. puer. ergo & Deo. Itẽ vouendo filius ducitur spiritu Dei, & illa non sunt sub regula. 19. q. 2. duæ sunt. c. licet. de regula. Tertiò, quia votũ est quid spirituale, & in spiritualibus patria potestas non curatur. c. si. de iudi. li. 6. gl. in l. ait prætor. ff. de minor. & in ca. ex parte. de resti. spo.

ADDITIONES.

Adde glossam. in c. monasteriũ. 20. q. 4. & d. Ant. in c. scripturæ. in 1. co. de voto. & in c. peruenit. de iureiur. vbi plenius per Feli. co. 1. in fi. & principio sequen. Idem tenet beatus Thom. secunda secundæ. q. 88. artic. vlt. Tho. & Richa. in 4. di. 38. q. 8. arti. 2. limitat, vt eleganter per Feli. vbi suprà. Ad ista vide etiam Ant. Sicul. licet præ...cta non alleget in notabilib. 388. in verbo, votum.

Ibi, Tertiò tu scis, &c. hoc refert & sequitur Deci. in l. 1. in vlt. lect. co. 3. nu. 27. C. qui admit. Gab. Sar.

CCCCCV.

1 *Episcopus nunquid possit dare in obsidem vnum ex clericis sibi subiectis, & Abbas monachum?*
2 *Intellectus c. ex rescripto. de iureiu.*

1 NVnquid † Episcopus possit dare in obsidẽ vnum ex clericis sibi subiectis, & sic Abbas vnũ ex monachis? Domini curiales cõiter dicunt, quòd sic, & dicunt casum in c. ex rescripto. de iureiu. Sed contrarium est verum. gl.
2 est singularis in c. vt pridem. 23. q. 8. † Nec obstat ca. ex rescripto. quia ibi Abbas dedit de consensu Papæ, & est verum, sicut Deus est Deus. Adde ad l. obsides. ff. de testam.

ADDITIONES.

Adde omnino Anto. Sicu. in singu. 195. in verbo, obses.

Adde Soci. in trac. fallẽ. regula 267. Abb. Felin. & alios in d. c. ex rescripto. Rip. in l. obligationes. co. 4. ff. de pig. & hypothec. & Hieron. Giga. in suo solenni trac. crimi. læsæ maiest. li. 1. titu. qua. & à quib. crim. læsæ & c. q. 19. Nico. Pign.

CCCCCVI.

1 *Episcopus an possit de consensu Abbatis habere vnum eius monachum in cubicularium, volente monacho?*

1 AN Episcopus possit de cõsensu abbatis habere † vnũ monachũ suũ in cubicularium volẽte monacho? Dicerẽs quòd non, quia monachus debet stare in cella. gl. tñ est singularis in contrarium in ca. cum pastor. 20. q. 7.

ADDITIONES.

Adde quòd istam gl. intelligit Gemi. post Lapum in c. si religiosus. in fi. prin. de elec. Bal. in rub. de maio. & obed. Hoc tamen intellige, nisi monachus eligeretur in papam, quia sine licentia Abbatis posset acceptare, secũdum Car. post Ancha. clemen. fin. in 2. q. de elec. per ca. licet. de electi. & ibi etiam Card. sequitur glo. in c. cùm pastor. 2. quæstio. 7. quam voluit allegare Roma. hic.

Adde Feli. qui alios refert in cap. cùm I. & A. in fine, de re iudic. Nicolaus Pign.

CCCCCVII.

1 *Iuranti se non acceptaturum, si in Episcopũ eligatur, si postea eligatur, an à secundo electo obiici possit de huiusmodi iuramento?*

1 QVid si vnus iurat, quòd etiam si † millies eligatur in Episcopum, vel Abbatem non acceptabit, si posteà eligatur, insciо Papa de iuramento, & posteà secundus eligitur, qui obijcit primò, quòd non potest esse, quia iurauit, quid iuris? Duæ sunt gl. vna est in ca. Archidiaconum. aliàs Florẽtinũ. 85. di. alia in ca. Innocẽs. 22. q. 4. quæ disputãt istũ passum. Finaliter decidũt, q̃ iuramẽtũ hoc nõ est seruãdũ, cũ sit cõtra publicã vtilitatem, vt l. iurisgẽtiũ. ff. de pac. ad hoc vt dignior eligaẽ. Sed cõtrariũ est verũ, qa casus est in l. fi. ff. ad munici. cũ modificatione, de qua ibi.

ADDITIONES.

Vide Cardina. post alios in d. cap. Archidiaconum. vbi plenè examinat. habetur etiam per doctо. ca. cum inter. de renũ. & in c. debitores. de iureiu. in Spe. de leg. §. nunc ostendendum. versicu. item Papæ. in fin.

Adde quòd opinio glossarum est magis communis, quam tenuit Bal. in l. si ad excludendum. versicu. 5. C. de rebus credit. Abb. in c. si verò. co. 3. versi. quintò. & ibi Feli. col. 2. de iureiurand. Iaso. in §. item si quis postulante. nu. 70. & ibi per Lud. Gomes. post eos quos allegat in fi. distinguẽtem vt per eum. Institu. de actio. Nico. Pign.

CCCCCVIII.

1 *Procurator non habens speciale mandatum, an possit procuratorem ad appellandum substituere?*

1 DVbitatur nũquid procurator possit substituere † procuratorem ad appellandum, si non habet speciale mandatum? Facit dubium, quia licet post litem contestatam procuratorem constituere. l. post litem. ff. de procur. l. pluribus. C. eo. c. 1. eo. titu. lib. 6. nam istud intelligitur in eadem instantia. Sed tamen dic contrarium, scilicet, quòd possit substituere ad appellandum. casus est in l. ab executore. §. si procurator. ff. de appel.

ADDITIO.

Et ibi Bar. Alex. & alij. Bal. in additio. Spec. eod. titu. verſicu. ſubſtitutus. Nicolaus Pigno.

CCCCCIX.

1 *Mora non purgata ante litem conteſtatam, nunquid poſſit in cauſa appellationis purgari?*

1 NVnquid mora nõ purgata ante litẽ conteſtatã poſſit purgari in cã appellationis? Bal. dicit ꝙ ſic. Sed cõtra eũ eſt caſus, in d. l. ab executore. §. ſi procurator. ff. de app. licet ego in lectura mea ceſpitauerim. Et adde no. ꝑ Bar. in l. 2. ff. iudi. ſol. etiam ille tex. eſt ſingularis, quem nota.

ADDITIO.

Dic quòd contraria opi. eſt verior, quem tenet idem Roma. Alex. Iaſo. & Rip. in l. ſi inſulam. in 2. nota. vbi ſaluant hoc ſingu. ff. de verb. oblig. Nico. Pign.

CCCCCX.

1 *Infamia an priuet quem ipſo iure, an ſententia requiratur.*

1 FVit à me quæſitũ, an infamia priuet quẽ † ipſo iure, an requiratur ſnia? Dic quòd ipſo iure. Primò per tex. in l. infamia. C. de decurio. libro 10. in verbo, adijcit, ꝙ eſt preſentis temporis, & per conſequens ipſo iure. gl. in l. in criminali. C. de iuriſdict. omni. iudic. & l. iubemus. §. ſanè. C. de ſacroſanct. eccle. gl. in c. in pœnis. de reg. iur. lib. 6. Secũdò eſt caſus in l. 2. §. miles. ff. de his qui not. infa.

ADDITIONES.

Quod intellige de dignitatibus & honoribus nõ beneficialibus, ſecus in beneficialibus. Abb. in c. querelã. co. 2. & ibi latè per Feli. itidem co. 2. de iureiurã. Et licet gl. in d. §. miles. extendat ad militem cœleſtis militiæ, tamen æquiparatio non procedit, ex quo non eſt eadem ratio, vt per Nico. Euerar. in loco legali 22. Sed maior eſt cõuentio inter prælatum & eccleſiam, quàm inter militem & militiam. c. inter coporalia. de tranſla. prælat. ergo, &c. & vide etiam docto. in c. 2. de reſcript. Nico. Pign.

Hoc tamen videtur poſſe limitari, vt procedat tantum in ea infamia, quæ prouenit ex maleficio, non autem ex contractu, quia ea minor eſt. ꝓm Bal. in l. in re mandata. C. mãda. & Innocen. in c. qualiter & quando. de accuſa. quam limitationẽ etiam ſenſerũt apoſtillatores Dy. in reg. infamibus. de reg. iur. in 6. ſuper verb. adde quod voluit allegare. G.S.

CCCCCXI.

1 *Militia an ſit dignitas, vel officium?*

1 AN militia ſit dignitas, vel officium non curo: Ego tẽneo quód non ſit dignitas. l. finali. C. de iuriſdictione omnium iudic.

ADDITIONES.

Et rub. ac l. fin. ibi, non militia, ſed dignitas. C. qui milit. non poſ. lib. 12. & l. pe. vbi Iaſo. in 4. not ab. ac alij no. C. de pact. Ale. in l. diem functo. co. 5. & ibi cæteri Moder. ff. de offi. aſſeſſ. Alcia. in tracta. de duel. ca. 30. & 44. Et latè per Andr. Tiraquel. in tract. nobili. ca. 8. Limita vt per Iaſo. & alios vbi ſuprà. Nico. Pign.

Vtrum militia ſit dignitas, tradit Fel. in c. quanto. de magiſt. concluſio eſt quòd non, fallit in militibus vrbis Romæ, qui propriè equites dicuntur, nõ ab equitatu, ſed ab æquitate, quia eorum officium erat æquitatem & ius tueri, præcipuè orphanorum, viduarum, & ſimilium perſonarum, vt in l. 1. C. de equeſtr. dignita. lib. 12. & ibi Bar. in repetiti. Fallit ſecundò in magiſtro, qui vulgatiter appellatur cõductor armorũm, vt in l. per Armeniã. C. de offi. magiſt. militum. Fallit tertiò ſi militia adiungitur alij dignitati, puta ſi doctor efficiat miles, nã tunc militia eſt dignitas. ita ſing. limitat Alb. de Roſa. in l. milites. C. loc. & ſequitur Marti. Lauden. in trac. de principibus, in rub. de milite, cõcluſio. 13. Fallit & quartò ſi militia eſſet adiuncta nobilitati, puta, ſi vnus nobilis creat miles, & tunc militia eſt dignitas. ꝓm Albe. in d. l. milites. Adde tamen in materia latè per Andr. Tiraquel. in tract. de nobilita. c. 8. num. 5. ver. & ſunt ſanè multi. Sed quid ſi ab ignobili militia fiat, vel exerceatur iuſſu principis? vide eundem Rom. infrà ſingu. 814. ex cuius dictis huius quæſtionis deciſio habetur. Gab. Sa.

CCCCCXII.

1 *Iurans non reuelare ſecreta conſilij, an poſſit reuelare ſine metu periurij ſecreta conſilij illicuti?*

1 VRat qui eſt de cõſilio ciuitatis ſeu principis † nõ reuelare ſecreta cõſilij, an poſſit reuelare ſine metu periurij ſecreta cõſilij illiciti? Dic ꝙ ſic, gl. eſt ſingularis in c. ego N. de iureiu. in verb. nulli pand. Facit ꝙ dicimus, qđ iurãs ſeruare ſtatuta intelligit de licitis. de iureiu. c. 1. lib. 6. l. nemo. §. ſi iuſſu. ff. de reg. iur. in gl. facit gl. 13. diſt. c. nerui.

ADDITIONES.

Adde quòd dictam gl. ſequitur ibi Panorm. quicquid dixerit Hoſt. Et intellige quòd conſilium illicitum, vel alteri nociuum poſſit reuelari ei, cui poteſt prodeſſe non obeſſe, vt puta ſacerdoti, qui admoneat illum, vel oret pro illo. arg. c. hic videtur. alle. in illa gl. & dicit eſſe notandum, & pro hoc videndum tex. iunctã glo. ſingu. in verbo, contagione, in c. nerui. alleg. per Rom. hic. Iſtud etiam ſequitur Feli. in d. c. ego Nicolaum. penu. in fin.

Et facit c. non eſt obligatorium. c. in malis. de reg. iur. li. 6. Et tale iuramentum temerarium eſt, & inducit peccatũ mortale, vt in ſimili per Feli. in c. intimauit. co. 2. & 3. de teſti. Et idem ſi producatur in teſtem tenetur reuelare. Iaſ. in l. ſi. nu. 20. ff. qui ſatida. cogan. Hipp. ſingu. 424. accipe. Et ad mãdatum ſuperioris tenetur reuelare, vt per Cagn. in l. ſi quis maior. nu. 171. referentem ſe conſuluiſſe contra non nullos Theologos. C. de tranſact. Nico. Pign.

Hoc diffuſè proſequitur Paris de Put. in tract. lyndi. in rub. de exceſſibus conſiliar. co. 1. num. 5. Et faciunt notata per Didac. Segurã in repet. l. ſi ex legati cauſa. nu. 16. ff. de ver. obli. Ferdin. Loazes in tracta. ſuper noua paganor. conuerſio. col. 21. nu. 4. Facit gl. ſing. in c. 3. in verſ. nulli. & ibi Abba. & Felin. nu. 9. de iureiur. Inno. in c. ad noſtram. eo. tit. & in capi. venerabilem. de electio. Gab. Sar.

CCCCCXIII.

1 *Exemptus à iuriſdictione ordinarij an intelligatur ſimiliter exemptus à iuriſdictione legati ipſius eximentis?*

1 AN exẽptus à iuriſdictione cuiuſlibet ordinarij intelligatur exẽptus à iuriſdictione legati ipſius eximẽtis? Vſ ꝙ ſic ꝑ generalitatem priuilegij. Sed cõtrariũ eſt verum. verbum ſingulare Io. An. in c. 1. de verb. ſignifi. libr. 6. per illum tex. quem dicit non eſſe alibi, in nouel.

ADDITIO.

Intellige ſecus in legato, qui non ſit de latere, vt per eundem Ro. conſi. 498. in caſu. nu. 5. poſt Spec. in titu. de legato. §. ſupereſt. ver. ſed nunquid legatus. glo. Abb. & alij in c. 1. & capit. poſt tranſlationem. de offi. lega. & in c. ſi Abbatem. de electio. lib. 6. Nico. Pign.

CCCCCXIIII.

1 *Contractus calore iracundiæ celebratus, an valeat?*
2 *Votum calore iracundiæ factum an obliget*
3 *Iuramentum ab irato præſtitum, an teneat?*
4 *Confeſsio facta ab irato, an valeat?*
5 *Delinquens an excuſetur à delicto propter iram?*

VOlo cõmẽtare l. quicquid calore. ff. de reg. iur. quæ dicit quòd id, quod calore iracundiæ factum eſt, pro infecto habetur. Primò quæro de contractu. Secundò de voto. Tertiò de iuramento. Quartò de confeſsione. Circa

1 primum dic, quòd contractus † calore iracundiæ factus non valet. l. 3. ff. de diuor. l. licitatio. in prin. ff. de publican. (Et eſt licitatio ſubhaſtatio, vel oblatio ad ſubhaſtationem.) facit, quia contrariorum eadem eſt diſciplina, ſed dicta loco non obligant, vt l. 2. in fin. ff. de act. & obli. ergo nec, dicta calore iracundiæ. Fallit, niſi fiat contractus ad pias cauſas, tunc enim valet. caſus eſt ſingularis 17. quæſti. 4. c. iunt qui opes. & hoc adde ad Bar. in d. l. quicquid. allegat tamen text. 2. q. 3. c. ſi quis iratus. qui nil facit. Secũdò

2 de voto calore iracundiæ facto, an obligẽt gl. eſt ſingularis in c. dudum. de conuer. coniu. quæ etiam determinat ꝙ non, per illum text. pro quo facit ratio: Deus enim ad obligandum aliquem ſibi ſolum cor, non verba, reſpicit. 13. q. 5. c. ſi quod inueniſti. Refero ſecundò doctrinam Ioan. And. r.



An. allegantis beatũ Thomã ſecunda ſecũdæ, de voto: c. literaturã. vbi dicit, vt quis obligetur ex voto tria requirũtur. Primũ deliberatio. Secundũ propoſitũ volũtatis. Tertiũ promiſſum ſubſequens, ſed in propoſito in voto cum iracũdia non eſt deliberatio, &c. Tertiò facit te. qui dicit, militẽ volũtarium nõ coactũ eligit ſibi Chriſtus c. non eſt

3 15. q. 1. Tertiò principaliter quæriẽt de iuramẽto ſtito ab irato, an obliget? Legiſtæ nõ habent niſi vnũ te. de hoc in l. 2. ff. ad le. Iul. maieſt. vbi tex. vult, ꝙ non, quia ita iurans, nõ incidit in crimen læſæ maieſtatis, ſ. Dei ſm vnũ intellectũ. Canoniſtæ in c. ſicut. 1. de iureiu. vbi vſ caſus. Quar

4 tò quid ſi in confeſsione facta ab irato, an valeat? Dic quòd

5 nõ. gl. eſt ſingularis in c. ex literis. de diuor. Vltimò † quid in delicto, an quis excuſetur propter irã? & certè ſi excuſaretur raro delinquentes punirentur. dic ergo quòd punitur quis l. ſi non conuitij. C. de iniur. ſed credo ꝙ mitius puniatur, quàm ſi deliberatè delinquat, vt l. 1. C. ſi quis impera. male. vbi ex perſonis dicta penſantur. Secundò te. in l. famoſi. ff. ad le. Iul. maieſt. quæ dicit quòd lubricum linguæ non eſt trahendum ad punitionem, *pericoche e come l'Anguilla*, quãdo exit de mare, & intelligitur ad punitionẽ, ſcilicet, magnam. Tertiò parcendum eſt iracundiæ calore commotis, quia eo tempore omne, quod faciunt, putant eſſe iuſtum 11. q. 3. c. illa propoſitorum. Quartò eſt tex. dicens, commotio enim iræ vitium excludit calũniæ & doli. 2. q. 3. il 2. tex. 15. q. 1. c. inebriauerunt. vbi optimus tex. Et ex his habes expeditam d. l. quicquid calore. Vltimo adde tex. 13. q. 2. c. ſi quis iraſcitur.

ADDITIONES.

1 Adde quòd iſta dicta refert & ſequitur Feli. in c. Matthæus, de ſimo. & ibidem dicit, quid de profeſsione.

Adde Iaſ. in l. ſi filiam. C. de inoffi. teſta. Deci. & Cagno. in d. l. quicquid calore. ponentes 5. limi. Nic. Boer. deci. 168. ad fi. Ludo. Carer. in tractat. de homici. §. 6. numer. 171. poſt eos quos allegant. Nico. Pign.

Ibi, quartò quid in confeſsione facta ab irato &c. Adde latè Lanfran. de Oria. c. qm̃ contra. in ver. cõfeſsiones. in prin. & ibi Celſus Hugo in apoſtil. inci. Adde Fel. in c. cũcte. de re iud. vbi plenè tradit. extrà de proba. & ꝑ Petrũ Ducñas in reg. 119. inci. cõfeſsio extraiudicialis. in tertia limitatione. & in reg. 292. inci. factũ, vel dictũ calore iracundiæ. vbi plenè in materia legiſ. & infinita cumulat. Ibi, Vltimò qd in delicto, &c. Adde te. in l. ſi adulteriũ cũ in. eſt. §. impera

2 tores. ff. de adult. & in l. 1. §. itẽ diuus. ff. ad l. Corn. de ſica. vbi, ſi quis iracũdia, vel iuſto dolore commotus, aliquem occidat, mitius punitur, & relegatur, vt per Hippolyt. de Marſi. in d. l. 1. in 12. limita. & in ſingu. 626. & in practica crimin. in §. quoniam. in verſicu. item etiam ſcias. Pau. de Caſtro in conſi. 192. Are. in conſi. 165. co. ſi. Tho. Grãmma. voto. 23. Ioan. de Arno. ſoliloquio 22. & ſeq. & Hipp. de Marſi. in d. §. item diuus. & in conſi. 119. conſi. vltimo. Feli. in c. dilecti. in 2. declara. de excep. vbi dixerunt, quod licet homicida occidi debeat. l. 3. C. de epiſc. audien. tamẽ in poteſtate iudicis eſt homicidam deportare, quẽ impulit iracundia etiam orta aliter quam ex facto offenſi. pro quo allegant tex. in l. lex Iulia. in fin. ff. ad l. Iul. repetũ. De quo per Bal. in l. ſi nõ conuitij. C. de iniurijs. per Iaſ. in l. ſi filiam. C. de inoffi. teſt. Luc. de Penna. in l. omnes omninò C. de Decurio. lib. 10. Decius plenè in d. l. quicquid calore. hic allegat. Thomas Gramma. conſi. 29. 39. & 63. & per Hip. de Marſi. conſi. 80. Facit ratio, nam homo ira cõmotus nõ eſt ĩ plenitudine intellectus, vt dixit Bal. in c. 1. §. 1. in fi. de pace iuramẽ. firmã. & per Catel. Cot. in memoral. in verb. defenſio licita. Quid autem ſit in contractibus, & alijs exemplis hic à Rom. poſitis, latiſsimè tradit And. Tiraq. in tract. de pœnis temperandis aut remittendis. in prima cauſa per totum, & maximè nu. 24. Gab. Sa.

CCCCCXV.

1 *Compromiſſum ſi à partibus in Titium ſ. it. quæ promittunt, & iurant eius mãdato ſtare, an intelligantur in eum vti in arbitrum, an vti in arbitratorem compromiſiſſe?*

PArtes compromittentes in Titium promittunt & iurant ſtare mandato ſuo, & nõ ſtapparet, an compromiſerint in arbitrum vel arbitratorẽ, quomodo intelligetur (Et quòd vt in arbitratorem videtur caſus in l. ſocietatem. 2. ff. pro ſocio. l. ſi in lege. in prin. ff. loca. le. libertus. ff. de oper. liberto. & l. 1. ff. de le. 2. Sed non faciũt, quia loquũtur quoties compromittitur in alterum ex partibus. Tũ dic, quòd intelligitur etiam iſto caſu in arbitratorem. te. eſt ſingularis ſecundum intellectum Hoſtiẽ. vt refert ibi Ioan. And. in nouella, in ca. veniens. de iureiuran.

ADDITIO.

Vbi ꝑ Abb. & alios. Ale. in l. 1. §. & poſt operis. co. 1. ff. de no. oper. nun. vbi limitat qñ illa cõpromiſsio nõ potuiſſet fieri in Titiũ tangẽ in arbitratorem. arg. l. quoties in ſtip. ff. de verb. obli. & c. Abb. de ver. ſignifi. & quid in cõmittẽtibus ſe in manibus regis, quomodo dicanẽ cõpromittere. Bald. in vſib. feud. ti. de inueſti. in mari. fact. co. ſi. Nico. Pig.

CCCCCXVI.

1 *Periurus ex non obſeruatione iuramenti liciti, beneficio, & dignitate priuatur.*
2 *Iurans ſecundò tutum contrarium eius, quòd primò illicitè iurauit, omni dignitate priuatur,*

1 PEriurus ex non obſeruatione iuramenti liciti † priuatur beneficio & dignitate. de iureiu. c. querelam. ſecus ſi iuramentum fuit illicitũ. caſus eſt in c. grauis. & c. ſigni-

2 ficauit. de cenſi. Iſtud ſecundum limita, † vbi ſecundo iurauerit totum cõtrarium eius quod primò illicitè iurauit, tunc enim priuatur omni dignitate. caſus eſt de iureiur. c. tua. 1. vbi eſt caſus ſingularis. & nota.

ADDITIO.

Adde ibi docto. Rip. in c. 2. in 1. notab. in 4. amplia. & 2. limita. de reſcrip. Ludouic. Gomes in §. item ſi quis poſtulante. col. 14. Inſtitut. de actio. vbi latè tractan. de pœnis periurij vltra eos quos citaui ſuprà ſingu. 425. Iaſon. in l. ſi duobus. §. item Pomponius. 2. notab. ff. de iureiuran. quo in loco tractant docto. primò, an vlteriori iuramento ſtandum ſit. Intellige iſtud ſingu. vt poſſit priuari beneficijs, non autem deponi ab ordinibus, iuxta not. in ca. cùm nõ abſhominc. de iudic. ſecundum Abbatem, Fel. ibi. & Ripa. vbi ſuprà. Nicolaus Pigno.

CCCCCXVII.

1 *Iurans metu id facere, ad quod tenetur, an poſſit petere abſolutionem à iuramento?*

1 IVrat quis metu compulſus id facere adꝰ quod tenetur, nunquid poſſit petere abſolutionem à iuramento? Prima fronte videtur dicendum quòd nõ. ſuperior enim nõ poteſt abſoluere niſi ex iuſta cauſa. igitur, &c. Non obſtat quòd metus ſit iuſta cauſa, quia caſus eſt ſingularis in l. fin. §. fin. ff. quod metus cauſ. vbi cõpulſus ſoluere id ad quod tenetur, non reuocat ſolutionem, ita etiam in propoſito. Contrarium eſt verum, iſtud eſt ſingulare dictum Ioan. Andre. in nouella in capit. ad noſtram. 3. de iureiur. Quod probatur primò, quia ipſi debitori coacto iurare infertur ex hac coactione iniuria, vt in capit. legebatur. de maio. & obedien. ergo iſta illatio iniuriæ eſt iuſta cauſa. Secundò, quia debet ſuperior auferre occalionem peierandi, vt l. 2. C. de indic. vidui. l. 1. ſi aduerſus vend. l. 3. ff. de iureiurand. ſed metu compulſus ad iurandum inducitur ad peierandum, ergo, &c. & iſtud tene menti.

ADDITIONES.

Adde quòd idem tenuit Panor. in c. ad noſtrã. *Pultimo* hic allega. & dicit eſſe notandum.

Sequuntur communiter doct. in dicto. capit. ad noſtram. 3. & in cap. cum contingat. & per Felin. in c. ſi vero. co. ti. de iureiurand. Nicolaus Pigno.

Multos caſus, in quibus ſuper iuramento diſpenſatur ponit Guido Papæ deci. Grationop. 224. itẽ ſuit dubitatũ. Et an in tali diſpẽſatione requiratur cãæ cognitio, tradit idẽ Gui. deci. 225. & in materia multa ſcribit deciſ. 140. Gab. Sara.

CCCCCXVIII.

1 *Vaſallus alienãs feudi ſaluo iure, vel honore dñi, an prineẽ?*

1 TV habes,quòd si vasallus alienat fundū sine consensu domini,feudo priuatur, & ita emphyteuta emphyteuti.l.fi.vbi Bal.C.de iure emph. quid, si alienet feudum saluo iure domini? Vide ibi Bald.& in c.1.§.hoc quoque. co.4.ver.sed hic quæro.de succes.feud. Sed quid si dicat, saluo honore domini,an tunc feudo priuetur? Videtur q̄ non,per suprà dicta. Contrarium tamen est verum,ita singulariter determinat Host.& refert ibi Io. And. in c.eam te.de iureiu.& ratio est,quia protestatio contraria facto nō releuat protestantem,vt in c.solicitudinem.de appe. & in c.cùm M.Ferrarien sis.de consti.l.cū plures.§.locator hor rei.ff.loca.& plenè in l.non solum.§.morte.ff.de operis no ui nuntia.requiritur enim consensus domini in alienatione feudi,primò,vt recognoscatur in superiorem. Item ne sibi præiudicetur.ca.1.de alie.feud.facit te.no.in l.debitor. §.1.ff.quib.mod.pign.vel hypo.sol.

ADDITIONES.

Adde quod sequuntur But.Imo.& Card.ibidē,& dicūt idem de verbo saluo iure,quia malè ius seruat qui totū eneruat. Solent tū saluari istæ clausulæ p verba superaddita, sed ga longior est materia, vide plenè Sād.in c. quæ in eccle siarū. co.29.de consti.plenè etiam per Cæpo.in caute.22. incip. consilium. vide etiam per Ias.in d.§.morte.nu.27. ad hoc vide suprà sing.475.incip.emphyteuta . & quæ ibi dixi.

Et vltra coapost.meum,adde Ias.in l.fi.co.pe.C. de iure emphyt.Soci.in reg.434.fallen.2.Matth.de Afflict.in ca.imperialem.in prin.q.38.de prohib.alien.feud. per Federic. Franc.Rip.in d.c.cùm M.nu.80.Deci.consi.160.in causa. 2.dub.Augusti.Bero.post alios in c.potuit.colum.6.de loca.& cond.Andr.Tiraq.in tract.de consti.26.limit.nu.6. & adde suprà singu.444. Nico.Pign.

Vltra alios hic allegatos,adde Catellia. Cott. in memoral.in verſicu.vasallus vendens. Gab.Sar.

CCCCCXIX.

1 *Legatis florenis,qui tempore testamenti minus valēt, quàm tempore solutionis,quodnam tempus inspiciatur?*

1 QVod tempus inspiciatur in solutione monetæ, aut tempus promissionis,aut tēpus solutionis, habes per Bar.in l.Paulus.ff.de sol.& l.cùm quid.& l.quod te.& l.vinum.ff.si cer.pe.per Bal.in l.illud.C.de sacrosa. eccl.& in l.2.C.commu.de le.per Canonistas in ca.quanto de iureiu.& in c.cū olim.de censi.& in clē.si beneficiorū. de de cimis. Modo quæro,legantur mihi decem floreni, qui tē pore testamenti valent minus,quàm tempore solutionis, quodnam tempus inspiciatur? Videtur quòd in dubio inspiciatur tempus testamēti.l.si ita.ff.de auro & argen.leg. & l.medico.e.ti.l.fi.§.indiuisam.ff.de le.2.præterea nūmis legatis minores debētur.ff.de le.3.l.nūmis.ergo, &c. In contrarium tamē est casus singularis, quòd tempus solutionis attenditur.in l.cùm certum.ibi, pretium præsentis temporis.ff.de auro & argen.le.nili hæres fuerit in mora,vt dicta l.vinum.ff.si certum petatur.

ADDITIONES.

Adde quòd Oldr.consi.31. tenet q̄ de illa moneta debēt solui legata,quæ erat tempore conditi testamenti, & nō tempore mortis. Adde etiam quod idem in consi.13. dicit,qđ consideratur æstimatio monetæ, quę erat tempore latæ sententiæ,vel laudi, non quæ erat tempore solutionis.

Adde eundem Ro.in cōsi.123.circa primum.co.2.vbi reprobat consi.Old.31.thema tale est vti immemoris d.l.cū certum.Contrarium, quòd tempus testamenti, inspiciatur, tenuit Oldra. vbi suprà. Abb. qui alios citat in dict. capit. quāto.co.pen.& in d.c.cum olim.Alb.idem Ro.in l.cum quid.vbi Ias.co.fi.ff.si cer.pe.allegantes tex.no.in l.vxorē. §.testamento.ff.de lega.1.Cagno.post Brun.per eum alleg. in l.fin.numero 236.C.de pac.Do.Soci.Iun.consi.142.in præsenti 2.volum. Nico. Pign.

Vide Guid.Pap.decisio Grationo.493. si fiat monetæ mutatio.vbi multa ad hoc facientia scribit. Vtrum autem appellatione monetæ contineatur moneta aurea, tradit idem Guid.decisio.492.vtrum appellatione. Gabr.Sar.

CCCCCXX.

1 *Donatio propter vitium ingratitudinis reuocatur, nisi sit remuneratoria.*

1 DOnatio reuocatur pp vitium ingratitudinis.* C.de reuo.don.l.fi.& Inst.e.ti.§.aliæ.& extrà de donatio. c.pp eius. Fallit, nisi sit donatio remuneratoria.tex. est singularis tuncta gl.in l.si pater.§.1.vna cum gl.in ver.irreuocabilis.ff.de dona.quod perpetuò menti fixum habeas.

ADDITIONES.

Sequitur idem Ro.in consi.26.pro decisione.co.fi.versi.1. & consi.298.circa.in fin.& consi.436.quod indultum.co.3. Ias.in l.ex hoc iure.co.10.ff.de iustitia & iure.& in l.si non sortem.§.libertus.col.4.ff.de condi.indebi. Deci.in consi. 20.in causa.Rip.in l.si vnquam.q.14.C.de reuo.dona.Io. Lupus in repetitio.rub.de donati.inter virum & vxorē. §.50.Tho.Gram.deci.65.col.6.Nico.Boer.decisi.27.mater.& 228.testamentum.circa fi.Lud.Gomes in §. itē seruiana.nu.44.Insti.de actio.vbi ponūt 3.vel 4.limita. post eos,quos allegant. Nico.Pign.

Quòd donatio remuneratoria prætextu ingratitudinis nō reuocetur,tradit etiā Hip.de Marsi.in sing.262.& 333. pactum. Et rō vr,quia quilibet ad antidora obligat.arg. te.in l.si verò non remunerādi.§.idē Papinianus.ff.manda.& q̄ no.in l.si non sortē.§.libertus.ff.de cōdic. indebiti. & in l. sed si lege.§.cōsuluit.ff.de petiti.hæred.& in l.si testamēt. §.1.ff.de fideiussor. Quæ ad antidora obligatio hunc effectū producit. Duos alios effectus dictæ obligationis ad antidora ponit Dida.Segura in repetitio.l.ab exhæreda. col. antepe.ff.de le.1. Aliū Ias.in l.principalib.co.3.ver.6. limit. ff.si cer.pe.vbi ꝓbat validā esse donationē remuneratoriā factā officiali publico durāte officio.arg.te.in l.Aquilius. ff.de don. Decē & octo effectus idē Iaso.cumulat in d.l.si non sortem.§.libertus.co.4.ff.de cōdi.indebi. Vnū Rodericus Suares in ti.*de las ganantias*.li.3.fori fo.17.vers.1.cōclusi. Triginta quatuor & plures effectus describit nūcupatim. And. Tiraq.in repetitio.l.si vnquā.in versi.donatione largitus.nu.11.cum pluribus seq.C.de reuocan.donat. Et in tract.de vtroq; retractu.§.25.in gl.2.nu.3.Chassēn. in consue.Burgun.rub.4.§.7.nu.7.fol.157. plura singularia congerit Io.Lupus in repe.rub.§.1.col.1.Et Io. Neuizan.in Sylua nuptiali lib.2.nu.28.& in addit.Benedicti de Vadis ad Feli.in c.nouit.de iudi.in ver.limit.3.nu.12. Panthaleon de Crema,in repe.l.2.colu.29.ver.20. dicta regu. C.de rescin.vendi. Deci.consi.20.& 223.nu.7.Ias. in l.ex hoc iure.nume.55.ff.de iusti.& iur.& in l.Nesennius. nu. 67.ff.de re iudi.& in auth.vnde si parēs.C.de inoffi.testa. nu.14.& in l.petens.nu.17.C.de pac.& in l.Iulianus.§.qui fundū.nu.14.ff.de verb.ob.& Gomes in §. itē seruiana.n. 44.insti.de act. Deci.in l.donari.nu.2.ff.de re.iu. Ni.Boer. decisi.27. Io.Berna.in tract.fallen.reg.141.& 142. Alciat. in tract.de præsumptio.reg.1.præsumpti.16. Gometi.in l. 15.Tauri,nu.95.Io.Lupus in l.17.Tauri. Et Didacus del Castillo in proœmio earundem decisi.in gl.sup verb.*gracia de Dios*. Et in l.29.in glos.super ver.*las otras donaciones*,, vbi plura in praxi necessaria & quotid.inuenies. G.S.

* Vitiū ingratitudinis. Sed an poterit reuocari p hæredē ex cā antè commissa t.pe donatoris, sicut p ipsum potuisset Videretur q̄ nō, per tex.in l.vlt.ad si.C.de reuoc.do.& cō suluit Cor.consi.15.li.1. Sed ille te.declaratur singulariter qñ donator decessit,sciēs donatariū fuisse ingratū,secus si ignorauit,ga tunc poterit hæres reuocare.ita sing.Io. An. in c.fi.de don.per illū te.in ver.tacui.& pro sing.ap,ꝓbat, & dicit de iure veriorē Ale.in l.rei iudicatæ. col.2.vers.& pro Romano.ff.sol.mat. Secundò declarat etiam,qñ donator sciuit,sed repentina morte puētus,non potuit reuocare.per aliud sing.dictū Io.And.in addit.ad Spec.in titu. de feud.§.vlt.in addi.reuoluitur hæc quæst. Tertiò declarat, qñ hæres vellet reuocare propter pacta non seruata, quia bene potest.ita singula.Bald. & Salice.in dict.l. vltm. & approbat And.Sicul.in dicto capit.fin.de dona.Cott.in verb. donatio perfecta.

CCCCCXX'.



CCCCCXXI.

1 *Calice ecclesia legato, an argenteus,aureus,vel plumbeus debeatur?*

2 *Calix ecclesiæ ex dispositione iuris communis,ex argento,vel auro tantum fieri potest.*

1 QVæro,quid si lego ecclesiæ vnum calicem,an debeatur argenteus,vel aureus? Videtur q̄ argenteus, quia minoris æstimationis.l.apud Iulianū.§.Seio.& l legato generaliter.ff.de leg.1.l.si ita relictum.ff. de lega.2.& non plū beus, quia dispositio testatoris intelligitur conformis cū dispositione iuris communis,sed dispositio iuris cōmunis

2 vult,q̄ calix non possit fieri nisi de argēto vel auro.casus est in c.& calix & patenæ.de cōsecra.di.1. dicas ad propositū q̄ fauore pię causæ fallit dict.§.Seio.text.est singularis in l.1.Titia.§.fi.ff.de auro & argento lega.nota bene.

ADDITIONES.

Et hoc cōmun.approbatur,vt per Barr.in dicto §.fi. Bald.& alios in l.si nondum.C.de furt.Bal.in initio decret.Abb.& Barb.in c.indicāte.de testa.Soci.in regula 310.41.priuilegio piæ causæ.Ias.in l.si ita fit adscriptum.col.fi.ff.de leg.1. Gozad.cōsi.60.prima facie.nu.15.Deci.in l.semper in obscuris.ff.de reg.iur. Et ille te.ꝛm antiquā literā optimè ꝓbat,vt declarat Cagnol.ind.l.semp in obscuris.vbi pulchrè excūsit etiam intellect.ca.ex parte.de censi. & Ludo. Gomes in §.ex maleficijs.col.fi.Institut.de action. Nico.Pig.

Adde notata per Cagnol.in l. in testamentis plenius. col.1. versi.& mouētur præfati scribentes.ff.de reg.iur.Gab.Sa.

CCCCCXXII.

1 *Ciuitas nō habens superiorē an possit facere constitutionē, q̄ nullus ciuis extra ciuitatem habitare, vel mercari possit?*

1 POtest-ne Dominus, vel ciuitas nō habē superiorē face re constitutionē, q̄ nullus ciuis possit habitare extra ciuitatē,vel mercari? Dic q̄ sic.casus est singularis in l.fin.ff. de decre.ab ordi.facié.pro hoc l.qđ ꝓmulgatis.C.de offi. pfec.vrb.l.mercatores.C.de commer.& merca. & ibi etiā est casus.& ita cōsului, & pro hoc etiā induxi quod notat Bart.in l.relegatorū.§.interdicere.ff.de interdict. & releg.

ADDITIO.

Adde quod est cōsi.59.ad discutiendū.in primo dub. vbi cō suluit super edicto facto p vicariū Fani. Et p illud notab. & singul. dicit q̄ potestas statuentiū. inter suos subditos territorio nō arcēt,qñ est expressum in statuto. Idē Ro. cōsi.39.in ꝓposita.in prin. Alex.cōsi.41.li.5.Pau.de Cast. in l.fi.col.2.& ibi Hippol.de Marsi.nu.142.& Cagnol.qui infinitos citat sub nu.16.ff.de iurisdict.io.oium iudi. N.P.

CCCCCXXIII.

1 *Dispensatio facta per inferiorem à principe,an possit per eundem absque causa reuocari?*

1 AN dispēsatio facta per inferiorē à principe possit per eundē absque causa reuocari? de hoc nouiter fui cōsultus. De hoc Ioā. And. ponit in additio. Specul.in rubri. de sequestra.poss.& Old.in consi.203.factum tale est.3.dub. Dic q̄ non.glo.est singularis in ca.cum ex eo.ver. septennium.de elect.lib.6.allegat c.ex tua.de filijs presby.& c.de cet.de regul.iur.lib.6.

ADDITIONES.

Adde q̄ facit.§.porro.in dicto c.cum ex eo.Et istam partem tenet Oldra.cōsi.201.& dicit q̄ illud maximè procederet qñ vellet reuocare re non integra, puta,quia forte scholasticus iam libros parauerat & incœpit studere, vt ff.de con dict.ob causam.l.si pecuniam : secundum eum facit quod not.in cap.in causis. de electio.in 6.idem tenet Gemin.in dicto cap.cùm ex eo.colum.3.

Sequūtur Domi.& Phil.Fran.qui alios citant in dicto c. cum ex eo.& Deci. in c.at si clerici.§.de adulterijs. col.7.versi. & ad hoc facit.de iudic.Et adde docto.in c.penul.& fi.de cleri.non resid. Nico.Pign.

CCCCCXXIIII.

1 *Ius accrescēdi an habeat locum in pœnis. Et quid in salarijs?*

1 AN ius accrescendi habeat locum in pœnis? Dic quod sic,casus est singularis in l.arbiter intra certum.ff.de arbit. quod not. Item an habeat locum in salarijs? dic idem l.3.C.de leg.li.10.

ADDITIO.

Adde eundum Roma.in l.1.& ibi Ias.in fi.post alios.C.quam. non peten.par.Ias.in l.re coniuncti.nu.219. & ibi latè per Moder.ff.de legat.3. Nico.Pigno.

CCCCCXXV.

1 *Iudex nunquid ex officio possit per inquisitionem procedere super iure,vel rebus ecclesiæ?*

1 INno.dubitat,nūquid iudex ex officio possit per inquisitionem procedere super iure,vel rebus ecclesiæ? Scis q̄ regulariter non potest ex officio inquirere.l.rescripto.§.si quis accusatorē.ff.de muner.& hono. Quod fallit in multis casibus positis in gl. in c.vno.vt ecclesiastica beneficia. per Bart.in l.2.§.si publico.ff.de adult.per Bald. in l. iubemus.ff.de proba.& Ang.in repe.l.si vacantia.C.de bo.vac. & ponit hoc Inno.in ca. ad nostram.penulti.de iureiuran. & determinat q̄ non,nisi sit Papa qui hoc pōt ex plenitudine potestatis.allegat c.cum olim.de testib. Idē Inn.in c. quoniam frequenter.§.sunt & alij. vt lit.non contesta. dicit,quòd ratione excessus commissi in rebus, seu iure ecclesiæ potest iudex ex inquisitione procedere.ecce ibi cōtrarium.Sed quæ opinio est verior? Dic q̄ hoc vltimum est verius.f.quod possit procedi.quod probo per tres rationes breues,& ita habeo consulere. Primo ratione publicæ vtilitatis vt l.congruit.ff.de offic.præfid.sed vtilitas publica consistit in sacris.l.1.§. ius publicū.ff.de iustitia & iure: ergo,&c: Secundò, quia in iuribus principis temporalis, puta Papæ,vel Imperatoris,potest, vt est casus in d.l.si vacantia. ergo multo fortius in iure principis æterni, bona enim ecclesię bona Dei dicuntur, vt probatur in ca. cum ex eo.de elect. li.6.plenè per Inn.in c. cùm super.de causa possess.& proprieta. Tertiò, quia pro vtilitate miserabilis personæ possit.l. nec quicquam.§. aduocatos.ff.de offic. proconsl.Bart.o.in §.hoc autem iudicium.l.4.ff.de dam.infec.ergo fortius pro vtilitate Dei.

ADDITIONES.

Adde Panor.in d.c.ad nostram.vbi dictum Innoc.dicit oportere intelligere, quando iudex vult procedere super iuribus ecclesiæ occupatis,vel malè detētis, ita q̄ euitatur excessus.Et vide circa hoc q̄ notat idē Inn.in c.episc.de reb. eccle.non alie. Sed Panor. plus placet,vt indistinctè possit iudex procedere ex officio super iuribus ecclesię per rationes,de quibus ibi per eum,quas recensere non curo.

Et hæc opinio videtur verior,pro qua quartò facit ad correctionem peccatorum,& vbi periculū animarum imminet etiam ad priuatam vtilitatem tūm iudex ex mero officio specialiter,absque denuntia,& absque fama inquirere.d.c. ad nostram.2.& ibi Abb.& alij,de iureiuran. Sed dilapidare bona ecclesiæ est peccatum mortale, & ex hoc asa periclitatur.ca. non liceat. cum simi.22.q.2.ergo,&c. Et adde Socin.in regu.20.fallen.2.Fran.Aret.in c.qualiter & quando.2.& ibi Augu.Bero.col.4.de accusa. Nico.Pig.

CCCCCXXVI.

1 *Filij sacerdotis sunt serui illius ecclesiæ,cuius pater est sacerdos seu clericus.*

1 DIc q̄ filij sacerdotis sunt serui illius ecclesiæ,cuius pater suus est sacerdos, seu clericus.casus est singularis 15.q.fi.c.cum multę.adde ad materiam seruorum.

ADDITIO.

Adde Specul.in titul. de statu monachor. versicul.59.& ibi Bald. Cardi.in clemen.1.quæsti.9.de deci. Ioan. Arno. dialogor.62. Consuetudo tamen aliter obseruat. glos.in dicto capitulo cum multæ Abb.in capitulo 1.in fi.de treug. & pac. Ioan.Fab.in §.seruitus.Institut.de iure persona. Nicol.Pign.

CCCCCXXVII.

1 *Filius procreatus à coniugibus post votum continentiæ, & ingressum religionis, an sit legitimus vel spurius? & an dicatur seruus illius ordinis, quem eius pater ingressus fuerat?*

Maritus

MAritus & vxor si volunt ad vitam monasticam transire, possunt, si vouent cõtinentiam, & vnus alteri cõsentit, non tamen desinunt esse coniuges quo ad substãtiã matrimonij, licet secus sit quo ad thorum. c. 1. & c. cõiugatus. & c. ad apostolicam. de conuer. coniuga. l. Deo nobis. C. de episcop. & cleri. & §. si vero constante. in authen. de
1 sanct. episco. modo post votum † continentiæ maritus & vxor habuerunt simul rem, & procrearunt filium, quæritur an sit legitimus? Dic q̃ non, imò est spurius. gl. est singularis in ca. ministri. 8 1. distin. & illam refert Innocen. in c. dudũ. de conuer. coniuga. Imò illa glo. vult etiam, q̃ sit seruus illius ordinis, quẽ eius pater ingressus fuerat. q̃ est notandum. & ita consultus nunc de facto respondebo.

ADDITIONES.

Adde Host. in summa de filijs presbyter. §. quis possit. versi. quid si sacerdos sed Rayn. & cõtra. 8 1. distinct. in summa versic. sed pone. Nico. Pign.

Sequitur Goffre. in sum. de fil. presbyt. in §. item quid si Arc. in dicto c. ministri. Abb. in c. literas. col. 1. de fil. presbyt. & in c. charissimos. circa fi. de conuer. coniuga. vbi dicit fortius, q̃ vouente vxore continentiam marito intrante religionem, vel ad sacros ordines promoto, si coniũgantur de nouo, soboles non est legitima.

CCCCCXXVIII.

1 *Vbicunque per pactum nudum promittitur illud idem, quod est debitum de iure, oritur actio.*
2 *Vxor si sibi pro alimentis à viro debitis per pactum nudum prospicit, oritur vtilis actio in factum.*

TV audiuisti à magistro tuo l. legem. C. de pac. Sed quæro de duobus. Tu habes gl. singularem, & ibi Bar. l. le-
1 gitima. ff. eo. ti. q̃ vbicunque per † pactum nudum promittitur illud idem, quod est debitum de iure, semper ex illo pacto oritur actio. Sed pro illa gl. ego dico esse casum singularem à nemine notatum in mundo, in l. inter socerũ. §. conuenit. ff. de pact. dota. & oritur actio propriè nomina ta, actio vtilis in factum, vt ibi. Scis q̃ mulieri eũti cum viro, vir tenetur ad alimenta, vt l. si quis pro vxore. ff. de do-
2 na. inter virum & vxo. tamen si tibi per pactum nudum prospicit, pro alimentis oritur actio vtilis in factum, vt d. §. conuenit. quod est notandum.

ADDITIONES.

Adde Bartol. in l. nõ impossibile. per illum tex. ff. de pactis. & Ias. post Paul. de Cast. in l. legitima. hic alleg. in vlti. col. ver. circa primum. vbi dicit se addere text. ad istud in l. qui negotia. ad fi. prin. iuncta l. idemque. §. si procur. ff. mandati.

Adde Bald. in ca. si cautio. colum. fina. de fide instrumen. Ias. in l. iurisgentium. §. sed cùm nulla. 14. fallẽ. ff. de pact. Soci. in regula 9. fallent. 5. Io. Fabr. & Ias. in §. in personam. vbi pulchre Ludo. Gomes nu. 46. Institut. de actio. vbi ponit duos intellectus. Nicol. Pig.

CCCCCXXIX.

1 *Dispositio l. si quis argentum. §. si autem hoc. C. de donatio. nunquid habeat locum in donatione causa mortis, & in milite?*

SEcundò quæro, tu scis quod est magna quæstio, nunqd
1 Bl. si quis argentum. §. si autem. C. de donatio. habeat locum in donatione causa mortis. & habes duas gl. q̃ sic. vnã in l. cum pater. §. Mæuio. ff. de leg. 2. aliam in l. 2. in gl. magna prope finem. C. de iure dot. In milite autem est indubitatum q̃ sic. casus est singularis in l. Marcellus. ff. de donatio. causa mortis. (non loquor de prouisione facta inter duos cõmilitones, vt loquitur l. licet. C. de pactis.) & ideo valet cum duobus testibus, licet aliàs quinque requirãtur, vt l. fina. C. de donãtio. causa mortis.

ADDITIO.

Adde q̃ idem Roma. dicit eam singu. consi. 176. istę sunt col. penult. Et quòd §. si autem hoc. habeat locum in donatio. causa mortis. est communis conclusio, vt per Alex. in l. 2. col. 2. ff. de lega. 1. & ibi Ias. Alexan. consi. 113. perspectis. colu. 1. Ias. §. in personam. Institut. de actio. Quod intellige non procedere in pacto nudo præsumpto, vt consuluit Deci. cõsilio 245. in causa. col. fina. quem reprobat & bene Cagnol. post alios Moder. in rubri. C. de pact. & in rubric. ff. de verborum obligatio. Nico. Pign.

CCCCCXXX.

1 *Actio an oriatur ex pacto nuo inter patrem & filium naturalem, vel legitimum.*

1 VLtimò quero (& hoc volo scire à magistro tuo) an ex pacto † nudo inter patrem & filium naturalem, vel legitimum indistinctè oriatur actio, & hoc scias à magistro tuo.

ADDITIO.

Vide per doctor. in l. frater à fratre. ff. de cõdi. indeb. Nic. Pi.

CCCCCXXXI.

1 *Pactum nudum vsurarium non vestitur cohærentia contractus stricti iuris, nisi ille contractus stricti iuris sit similis contractui bonæ fidei.*

1 TV habes, quod pactum nudum vsurarium † non vestitur cohærentia contractus stricti iuris. l. quamuis. C. de vsur. Quod intellige verum, nisi ille contractus stricti iuris sit similis contractui bonæ fidei, gloss. est singularis in l. Titius. in verbo, deberi. ff. de præscrip. verb.

ADDITIO.

Et ibi vide Ial. qui dicit, q̃ hæc est truffa, quia tota conuentio fuit simul posita, scilicet, do pecuniam vt negotieris. & sic facias, & etiam des. Nico. Pig.

CCCCCXXXII.

1 *Episcopus an possit pœna pecuniaria punire aromatarium laicum immiscentem fabas tritas in cera, vel similes fraudes committentem.*

1 FVi interrogatus ab vno Episcopo Romæ, an Episcopus possit † etiam pecuniaria pœna punire aromatariũ laicum immiscentem fabas tritas in cera, vel similes fraudes committẽtem? Dic q̃ sic, dictum est singulare Abbatis antiqui, quem refert Io. And. in nouella. in c. 1. de emp. & vend. per illum tex. quod not.

ADDITIONES.

Adde q̃ Panor. in c. 1. hi calle. dicit istud dictum esse verisimum solum ratione ilius capi. sed quia de quolibet crimine notorio, & maximè vbi deprehenditur negligentia iudicis secularis, iudex ecclesiasticus habet iurisdictionem in laico. cap. nouit. de iudic. iunctis etiam his, quæ ibi dicuntur per eundem.

Dic q̃ est text. in l. 1. C. de episcopa. audien. & in l. fin. §. item Episcopi. ff. de mune. & hono. (qui. n. essent tunc Episcopi tradit ibi Budæ. & Alcia. li. 7. parerg. c. 22.) sequitur Feli. in c. irrefragabili. versi. cæterum. de offic. ordina. Rober. Maran. in Specu. aure. 4. par. 11. distinct. versi. 20. potest. Ripa. in tracta. de pest. parte vlti. in princip. num. 149. Potest tamen misceri corruptura cum incorrupto. casus singul. l. vbi Bar. & alij. C. de condit. in pub. horre. libr. 10. Corset. not. commixtio. Rip. l. 2. in fi. princ. ff. si cer. peta. & vbi suprà in §. sequen. nu. 146. col. 11. (vbi declarat qui tamen te. loquitur in fisco. Nicol. Pign.

Multa ad hoc tradit Paris de Puteo in tract. de syndica. in verb. iudicis suprema potestas. num. 24. Gab. Sar.

CCCCCXXXIII.

1 *Vasallus non potest de feudo etiam pro anima disponere de iure ciuili: secus de iure canonico.*

1 TV scis, quod vasallus non potest de feudo etiam pro † tasa disponere, seu legare. c. 1. §. donare. qualiter feudi. ali. li. & in c. imperialem. de prohib. alie. per Federicum in vsib. feu. Sed an hoc procedat etiam de iure canonico? (hoc non dixi in repetitione mea, authen. similiter. C. ad legem Falci. quia tunc nesciebam.) Dic quod non, ita singulariter determinat Hosti. disputando in titu. de immu. eccle. §. inquantum. versic. sed nec illa. quod est perpetuo menti tenendum.

ADDITIONES.

Vide Sand. qui allegat multos tenentes contrarium in c. inter dilectos. col. 6. versi. in gl. in verbo, conferebat. de fide instrumen.



strumen. & opi. Host. tenet etiã Spe. in tit. de feu. §. 1. versi. 18. & But. in d. c. fi. ante fi. & sequitur idem Roma. consil. 199. præsens statuti. in fi. & idem consuluit Calde. in tit. de feu. consi. 10. incip. an feudatarius.

Adde latè Feli. in c. ecclesia sanctę Marię. col. 25. de const. vbi loquitur contra d. §. donare. quinimò dicit Matth. de Afflict. in titu. an agnatus, &c. nume. 24. & post And. de Iser. q̃ filius non potest grauari à patre in fructibus feudi ex pacto & prouisione ad dandum vnam cãdelam pro anima pro malè ablatis incertis. de quo per eũdem in titu. de suc cessio. feud. nume. 123. Nico. Pig.

Quod feudum nõ possit à vasallo de iure ciuili etiã pro anima relinqui, ideo est, quia magnum præiudiciũ fieret domino, quia ecclesia nũquã moritur, nec amplius esset spes q̃ reuerteretur ad domũ. Et hanc opinionem secutus est Bald. in l. 1. C. de sacrosanct. eccle. Ludo. Gozadi. in consi. 8. nu. 21. & in consi. 4. num. 8. Alex. consil. 30. num. 3. volu. 1. Bartholo. Soci. consi. 19. nume. 10. vol. 1. Maria. Socin. Iunior in consi. 76. numer. 46. volu. 1. & Abb. in c. quæ in ecclesiarũ. num. 18. de constitu. & latissimè hanc opinionem examinat Francis. Cur. Innior in tracta. feudo. in quarta parte quæst. penulti. num. 125. Et Pet. Dueñas in regul. 327. incipien. feudum pro anima.

CCCCCXXXIIII.

1 *Iustus titulus excusat possessorem à fructibus, qui percipi potuerunt & percepti non sunt, fallit in re minoris.*

1 TV habes text. in l. si fundũ. C. de rei vendic. quod iustus titulus excusat † possessorẽ à fructibus, qui percipi poterunt & non sunt percepti. gl. ibi. & in l. sed & partus. ff. quod metus causa. ponit aliquas fallẽtias. sed deficit in vna fallentia singulari, in re minoris, quia tunc possessor etiam titulo non excusatur à percipiendis. glo. est singularis in l. patri. §. si pecuniam. versic. item ex diuerso. ff. de mino. & probatur in eodem §. versic. vt tamen. & illam gl. tene mẽti. quia ignoratur.

ADDITIO

Et idem Roma. consil. 454. in re præsenti. tertio dubio. Cremen. sing. 135. tu scis. Ial. in l. apud Iulianum. §. fructus. 3. notab. ff. de lega. 1. Augu. Bero. in ca. grauis. num. 34. ad finem. de resti. spol. Nic. Pig.

CCCCCXXXV.

1 *Legatum factũ à creditore filio suo debitoris his verbis, Plus tibi reliquissem, si pater tuus, quod mihi debebat, soluisset, inducit liberationem paterni debiti, si hæres patris esset.*

1 LEgatum factum per testatorẽ filio † debitoris sui, hoc adiecto, Plus tibi reliquissem, si pater tuus, quod mihi debebat, soluisset, inducit liberationem filij ipsius debitoris, si hæres esset patris. casus est singularis in l. fin. §. 1. ff. de doli excep. quod est mirabile.

ADDITIO.

Adde q̃ illum tex. cõmendat Cagnol. in l. qui cum alio. §. nõ solet. ff. de reg. iur. Et quando verba enuntiatiua per modum causæ prolata inducant dispositionem, tractant Ias. & Deci. in l. ex his. fallen. 9. C. de testa. mili. Nicol. Pig.

CCCCCXXXVI.

1 *Seruitutem itineris si tibi donem & cõcedam, & vni ex filijs tuis, quem elegeris, an possis eligere illum filium, qui vltimò superuixerit?*

1 COncedo tibi seruitutem eundi de fundo tuo fac fundum meum, & vni ex filijs tuis quemcunque elegeris, quæro an iste donatarius possit dicere, eligo illum filium meum, qui vltimò superuixerit? Videtur q̃ sic, quia verba generalia, &c. Sed in contrarium est verum, mirabile dictum tibi videtur, ita determinat singulariter Ioan. Andr. per multas rationes in addition. Specul. in rubri. de donatio. nec alibi.

ADDITIO

Sequitur Lud. Gomes in §. æquè. col. 4. Instit. de actio. Et est mirum q̃ Hippo. de Marsi. non posuerit in rub. C. de proba. dum cumulauit materiam incertitudinis. Nico. Pig.

CCCCCXXXVII.

1 *Vxores duas, vel duos maritos eodem tempore accipiẽs, de iure ciuili pœna capitis punitur.*
2 *Vxori duos maritos capienti de iure canonico incidi debent capelli, & panni anteriores & posteriores.*

1 TV scis, quæ pœna sit de iure ciuili capienti duas † vxores, vel duos viros, quod est capitis. l. eum qui duas. C.
2 de adulte. Sed de iure † canonico debent vxori incidi capelli, & panni anteriores, & posteriores. tex. est singularis in c. de benedicto. 32. q. 1. secundum expositionem veram ibi approbatam.

ADDITIO.

Quam sequitur Abb. in ca. cũ haberet. col. 2. de eo qui duxit in mat. q̃ pol. per adulte. Et dic q̃ pœna de iure ciuili est stupri. i. publicationis dimidiæ partis bonorum, vel pœna coercitionis corporis cũ relegatione si est vilis. §. itẽ lex Iulia. Insti. de publi. iudi. ita tenet Ang. Are. de malefi. *gl. che hai adulterato.* nu. 65. dicens vehementer errare puniẽtes capitaliter, & ibi August. reprehendit Ro. hic. & consuluit Alexan. cõsi. 165. visis. li. 7. & hanc sequitur Lud. Carer. in tract. homici. §. 6. nu. 313. Tho. Grã. cõsi. 17. vbi dicit fuisse notarum Neapol. fm opi. Ro. hic in vno, qui matrimonium cum quinque honestis mulieribus cõtraxerat. N. P.

CCCCCXXXVIII.

1 *Alimentis simpliciter legatis, ea statui debent legatario pro qualitate eius personæ, & defuncti, & quantitate patrimonij, nisi vnà cum alimentis, dos sit legata, tunc enim alimenta commensurantur secundum quantitatem dotis.*

1 DIcit te. q̃ legatis alimẽtis simpliciter, † debẽt statui legatario pro qualitate eius personæ, defuncti, & quantitate patrimonij. in l. cùm alimenta. ff. de alimen. & ciba. lega. Quod est verum, nisi vnà cũ alimẽtis legata sit dos, quia tunc alimẽta debens cõmensurari fm quantitatem dotis casus est singularis in l. cùm vnus. §. alimentis. ff. eodem titu. secundum veram lecturam gloss. ibi approbatam.

ADDITIO.

Et eam sequitur ibi Bartol. Ioan. Campeg. in tract. dot. par. 2. q. 63. Et ita intelligendus est Bart. in l. si cum dotem. §. fin autem in fæuissimo. ff. soluto matrimo. nisi aliqua culpa viri interuenerit. Nic. Pig.

CCCCCXXXIX.

1 *Executoribus testamenti discordantibus si vnus est consanguineus, alter extraneus, præfertur consilium consanguinei.*

1 EXecutores † testamenti, si discordãt in modo distribuẽdi bona testatoris, Episcopus ciuitatis si potest, debet eos concordare, si autem non posset, quorum sententia præferri debet? Dic quod si sunt aliqui consanguinei testatoris, illi præferendi sunt: secundum Bal. singulariter in l. Imperator. ff. de pact. per illum te.

ADDITIO.

Et sequitur Ioã. Lupus in repetitio. c. p vestras. §. 43. versi. q̃ aũt. de donatio. inter virũ & vxorẽ. And. Tiraquel. vbi mille similia ponit, de retra. consangu. in procœ. nu. 44. Nic. Pi.

CCCCCXL.

1 *Verba enuntiatiua fauore dotis inducunt plenam probationem, secus si inter tertios proferantur, quia tunc semiplenam saltem inducunt probationem.*

1 VErba enuntiatiua fauore dotis inducunt † plenam probationem. & hoc est speciale vt dixi tibi in lectura l. 1. ff. soluto matrimo. licet aliàs secus, vt notatur l. ex hac scriptura. ff. de donatio. & in capit. si Papa. de priuileg. libr. 6. & in clemen. vnica. de probatio. cum simili. de hoc est te. singularis iuncta glo. in l. 2. C. de dot. promiss. licet nemo notet. Et ideo dicit Barto. mirabiliter, q̃ illud est verum, etiam si proferantur illa verba inter tertios, tunc enim saltem semiplenam inducunt probationem ita singulariter dicit Bartol. in consilio suo 123. incipit. facti um sic se habet, Titius & Seius venerunt ad diuisionem alleg. gloss. in l. capite quinto. ff. de adulter. sed ille loquitur de iudicio.

Additiones

ADDITIONES.

Idem dicit Alexā.in dicta l.1.colum.10.& ibi docto.ff. solu. matrimo.Bal.Nou.in tracta.de dote.par.6.priuil.78.Iaſ.in l.ex his.colum.1.& ibi diſputat Deci.col.2.C. de teſtamē. milita.& in repetitio.l. admonēdi.nu.156.ff.de iureiuran. Deci.conſi.35. circa princip.& conſi.213.vilis.col.fi.Hip. ſingul.442.vulgata. Nic.Pig.

Adde Bar.in l.1.in verſ.vlterius.ff.de relatio.Dominos de Rota deciſio.288.Pau.de Caſt.conſi.3,& 83.Alexan.conſi.41. volu.4.& conſi.122.& conſi.135.volum.2.Barto.cōſ.24. & plenè per Lanfran.de Oria.in capit.quoniam contra. in princip.numer.42.extra de probatio.& plenus dixi in annotationibus meis ad Matt.Matheſil. ſingu.33.& 34.G.S.

CCCCCXLI.

1 *Confeſſio huiuſmodi,confiteor à te recepiſſe mutuo cētum & plus,vel minus , prout in libro rationum tuarum continetur,an de receptione centum plenam faciat probationem?*

1 COnfiteor a te recepiſſe mutuo centum,& plus† vel minus prout continetur in libro rationem tuarum,an talis confeſsio faciat probationem de receptione centum? Quilibet diceret q̄ non,quia cōfeſsio,vt probet,debet eſſe certa.l.certū.ff. de cōfeſ. ſed hæc eſt incerta propter illā adiectionem,& plus vel minus.ergo &c.Sed in cōtrarium eſt verum,neque illa regula habet vitiare.text.eſt ſingularis ſecundum Barto. ibi.l. Publia.§.fina.ff.depoſit. de quo etiam Bald.gaudet in rubri.C. eod.titul. quæſtio.6. quod perpetuo nota.

ADDITIO.

Et Alexan.in l.in actione.ff.de furt.& in conſil.8. videtur fortaſſe in fine.li.4.Iaſ.qui alia ſimilia adducit,in l.& poſt tres col.4.ff.ſi quis caut. Et de illo qui confitetur prout in tali libro continetur , q̄ limitata ſit confeſsio,notab.tradit idē Roma.poſt Bal.cōſi.293.hęc confeſsio. Iaſ.& alij in l.edi. in gl.& plus.C.de eden. Nico.Pig.

CCCCCXLII.

1 *Creditor pignoris fructum cum ſuo debito compenſare debet, niſi creditor ratione pecuniæ numeratæ ſubiuerit labores notabiles.*

1 REgula eſt quod creditor debet compenſare † fructus pignorum cum debito ſuo.l.1.&.2.C.de pigno.actio. Quod eſt verum , niſi creditor rōne pecuniæ numeratæ ſubiuerit labores notabiles,tūc.n.lucratur fructus contēplatione laborum. mirabile eſt & ſingulare dictum Hoſti. in ſum.in titu.de vſur.§.in aliquo.verſic.12.refert & ſequitur Ioan.And.in ca.conqueſtus.de vſur.allegant ca.ad noſtram.de rebus eccle.non alienan.quæ bene probat.

ADDITIONES.

Adde q̄ Panor.refert & ſimpliciter ſequitur iſtud dictū in c. conqueſtus,hic alleg.in ver.in fil.gl.quæ ponit ſex caſus,in quibus aliquid licitè recipitur vltra ſortem , & inter alios dicit iſtum,de quo hic,eſſet notandum.

Adde Soci.in tracta.fallen.regula 3.caſu 12.Abb.poſt Hoſti. in c.conqueſtus.in fi.verſic.vndecimus.de vſu.do. Augu. Bero.in ca.1.col.7.in prima limita.eodem tit.de vſur. Neguſan.in tracta.pigno.in 5.membro.5.par.princip.3. limi. Nico. Boer. deci.44.quo ad ſecundum.numero.24.& adde alium caſum ſuprà ſingu.329. Nico.Pig.

Adde Didac. Couar.lib.1.variar.reſolutio.cap.3.nu.2.verſi. erit igitur expeditum . vbi alios allegat, & materiam tractat. Gab.Sar.

CCCCCXLIII.

1 *Bannito non poteſt dari licentia reuertēdi ad ciuitatem, niſi à principe,vel ciuitate non recognoſcente ſuperiorem.*

2 *Bannitus plures capiens bannitos,eoſque ad illam ciuitatem conducens , à qua ipſe , & illi erant exbanniti,poteſt à ſolo iudice rebanniri.*

1 NVllus,niſi princeps,vel ciuitas non recognoſcēs ſuperiorem,poteſt concedere† licentiam reuertendi ad ciuitatem bannito.l.relegati.in fine.ff.de pœnis.& ibi Bar.&
2 in l.is qui reus.ff.de publi.iudi. Quod eſt verum, † niſi ſit bannitus aliquis,qui plures cepit bannito eiuſdem ciuitatis,eoſque duxerit ad ciuitatem, vnde ipſe & alij erant exbanniti,tunc enim ſolus iudex poteſt eum rebannire.text. eſt ſingularis in l.non omnes.§.final.ff.de re milita.vbi eſt caſus.

ADDITIO.

Adde plenè Aret.de maleſi.ver.q̄ fama publi.num.77.vbi refert docto.pro vtraque parte,& diſtinct. Roma.Io.Arno. in epit.77.Nell.de ſanct.Geminia.in tracta.bāni.tertia parte.2.tempo.quæſt.6.64.& 65.Et adde eundē Roma.cōſi. 310.in caſu.& Hippo.de Marſi.in l.1.§.penul.in prin.ff. de quæſtio. Nico.Pig.

CCCCCLXIIII.

1 *Emptor lucratur fructus perceptos ex re empta pendente cōditione,qua deficiente, venditoris fiunt , niſi in caſu deficientis conditionis emptor pretium perdat, venditoriſque lucro cedat.*

1 FRuctus percepti per emptorem ex re empta pendēte † conditione,ſunt venditoris deficiente conditione.l. neceſſario.§.quod ſi pendente.ff.de pericu.& commo. rei vendit.Quod limita verum,niſi in caſum deficientis conditionis ipſe emptor perdat pretium datū, & cedat lucro venditoris , tunc enim recompenſationem pretij perditi debet emptor fructus lucrari,& ita obtinuit.text.eſt.ſingularis.in l.4.§.ſed quod ait.ff.de leg.commiſ.& lucratusſum florenos quinquaginta.

ADDITIO.

Quem te.ad hoc ampliat Ludo. Bologni.in nouis interpre. Nicol.Pigno.

CCCCCXLV.

1 *Vxor an cōſtante matrimonio lucretur fructus fundi ſibi per maritum propter nuptias donati?*

CONſtāte matrimonio lucratur fructus maritus rei dotalis.Item in omnibus debet eſſe ęqualitas in dote & donatione propter nuptias.authen.ęqualitas.C.de pactis cōuen.Modo quæro,an† vxor conſtante matrimonio lucretur fructus fundi ſibi per maritū donati propter nuptias? Videtur q̄ ſic, per prædicta,ſicut dicimus in viro.Sed dic contrarium,& in hoc non eſt ęqualitas,fructus enim mulier non lucratur.gl. eſt ſingularis Inſtitu.de donatio.§.eſt & aliud.in verbo, exequētur.quam perpetuo ſigna. Et eſt ratio,quia ideo maritus lucratur fructus, quia ſuſtinet onera matrimonij.l.pro oneribus.C.de iure dot.ſed ſi vxor econtra lucraretur fructus , fieret hinc inde compenſatio, & tamen maritus nō lucraretur propter onera matrimonij,quæ ſuſtineret,quod eſt incōueniens. & ideo bene nota.

ADDITIONES.

Adde aliam gloſ.in §.fina.verſic.percipiat.in authen. de non eligen.ſecund.nuben.& Iaſ.in l.ſi fundus . in fine.ff.ſoluto matrimo. Nico.Pigno.

Adde quod ſimilis gloſ.eſt etiam in authen.dos data.in gloſ. 1.C.de dona.ante. nuptias. & ibi eam notat Bald.in prima lectura.Sed de gloſ.in dicto §.eſt & aliud. facit magnū feſtum Barbat.in capit.peruenit.in princip.extra.de empt.& vendit.& Bald.in authen.ſiue à me.in princ.C.ad Velleia. & latiſsimè & eleganter hoc proſequitur , & diſcutit doctor Palatios Ruuios in repeti.rubri.extra,de donat. inter virum & vxo.in §.17.in princi.verſic. ſed quicquid ſit,modo poſſeſsio.quem omnino videas. Gabr. Sara.

CCCCCXLVI.

1 *Teſtator ſi vnum ex hæredibus grauauerit , vt ſi ſine liberis decederet,hæreditatem ſuam reſtitueret Sempronio,an adueniente conditione cohæres totam hæreditatem ſibi obuentam pro parte cohæredum reſtituere debeat, an vero partē ſuam tantum?*

2 *Intellectus l. Lucius.in princ.ff.de lega.1.*

INſtituit teſtator plures hæredes quemlibet pro parte,& vnum eorum grauauit,vt ſi decederet ſine liberis,reſtituat hæreditatem ſuam Sempronio,an veniente† conditione debet ille cohæres totam hæreditatem ſibi obuenīē tem pro parte cohæredum reſtituere,an partem ſuam tantum? Dic quod partem ſuam ſolū tenetur reſtituere . iſte eſt



2 eſt† caſus ſingularis ſecundum Bal.ibi in l.Lucius,in prin. ff.de lega.1.vbi exponitur hæreditatem tuam , id eſt partem tuam hæreditatis.

ADDITIO.

Adde doct.in l. Marcellus.§. quidam liberis.ff. ad Trebel. & in l.cum virum.C.de fideicom. Nico.Pig.

CCCCCXLVII.

1 *Filiusfamilias bonorum aduentitiorum vſumfructum patri quærit,& quid ſi filius ſit emancipatus?*

SCis quod filiusfamilias quærit patri totum vſumfructum† bonorum aduentitiorū,ſed quid ſi filius ſit emancipatus,an aliquid ex vſufructu patri quæratur? Dic q̄ ſic, quia quæritur patri pro virili,ſcilicet,medietas,ſi vnus eſt filius . caſus eſt ſingularis C. de bo. mater. l. ſi viua matre. quem perpetuo not.

ADDITIO.

Qui loquitur etiam in alijs deſcendentibus ſui iuris,& in hoc eſt magis ſingu.vt per Bartol. Bal. Corn. & alios ibidem. Et adde ſuprà ſingula.309.pater. Nicol.Pig.

CCCCCXLVIII.

1 *Bona damnati ad mortem ſi ex aliqua conſtitutione publicari debeāt,an eius indumenta , corrigia,& annulus publicari debeant,vel cuius eſſe debeant?*

1 BOna ad mortem damnati debent publicarit ex forma conſtitutionis alicuius patriæ,quæro,an publicabūtur indumenta,corrigia,annulus, vel cuius eſſe debeant? Dic quod iſta debent eſſe officialis iudicantis,qui pecuniam re digendam ex dictis rebus conuertet in neceſsitatem ſui officij.tex.eſt ſingularis in l.diuus.ff. de bonis dam. dum loquitur de panniculo.quod no.

ADDITIONES.

Adde circa illam legem Guli. Budæ.in ſuis annota. ad Pandectas,Alciat.li.1.prætermiſ.in verbo,nūmos.& lib.Parerg. 1.c.40.Et adde ibi Bartol.Alexan.Auguſt.Arimi.in tracta. Areti.maleſi.in verbo,& eius bona publicamus.nu.8.Mathe.de Afflict.in cap.1.§.ſi quis hominem.in 10.notab. de pace tenenda,&c. Nic.Pig.

Vide Parid.de Puteo.in tract.ſyndica.in verb.Maniuoltus.nu. 5.verſi.& iſti debēt.vbi dicit,quòd veſtes,zona,& annulli damnatorum vſque ad quinque aureos volentes, debent eſſe ipſius carnificis,per d.l.diuus,hic alleg. Opinionem tamen de qua hic per Roma.tenuit Catald. de Boncompag. in tract.de ſyndicatu,in quæſt.205.incipiē.adde, quod eſt veſtibus & pannis damnati. Gab.Sar.

CCCCCXLIX.

1 *Reſtitutio legalis de re principali facta,an ad eius acceſſoriū extendatur,& quid de reſtitutione hominis?*

1 REſtitutio legalis facta de re† principali non extēditur ad acceſſorium eiuſdem principalis. vt in authen. idē eſt de Neſtorianis.C.de hære.Sed quid in reſtitutione hominis,an trahatur ad acceſſoriē? Dic q̄ non,caſus eſt ſingularis in l.ſi.§.ſi.ff.de condictio.indebi.Bald.allegat pro ſingulari ad aliud in l.ſi,circa medium. C. quando prouoca. non eſt necel.

ADDITIO.

Circa illam auth.adde docto.in l.Gallus,§.& quid ſi tantum. ff.de libe.& poſthu.& in l.in condemnatione.§.1.& l.ea ſola.ff.de regu.iur. Adde q̄ d.§.ſi.faciunt ſingu.Caſtrē. Ale. & Iaſ.ibi.vbi Iaſ.refert plures quæſt.Abb.conſi.35.arbitror li.2.Iaſ.in l.2.interdum.in princi.ff.de vulg.& pupil. Et per illum §.ſi. audiui viua voce à Hierony. Caguol. ſe vidiſſe conſultum,& obtentum quòd ſtatutum loquens de lucro dotis non habeat locum in bonis paraphernalibus,ex quo ſtatutum eſt contra ius commune. quam quæſti. reperio cum poſuiſſe in l.cum principalis.ff.de regu.iur. licet non alleget d. §. fina. Nico.Pignol.

CCCCCL.

1 *Fideiuſſor pro ſcholari concedente domum..s intercedens , an cenſeatur intercedere non ſolum penſionis reſpectu , ſed etiam ſupellectilium?*

1 AN fideiuſſor intercedens† pro te ſcholari conducente domum,intelligatur intercedere non ſolum penſionis reſpectu, ſed etiam maſſaritiorū ſeu ſuppellectilium fractorum ſeu conſumptorum? Dic quod ſic, tex.eſt ſingularis in l.amiſsi.§.fideiuſſores.ſecundum ſecundam expoſitionem gl.ſuper ver.dotis.ff.de fideiuſſo.

ADDITIO.

Et idem Roma.in l.fideiuſſor.§.fi.ff.qui ſatiſd.cogā.prout eū refert Hippoly.de Marſi.in rubric.ff.de fideiuſſo.quæſt.7. circa fin.Cæpol.cantel.126. ille qui.Et fideiuſſor pro penſione domus tenetur pro deterioratione domus. arg.d.§. fideiuſſores,vt per Hippol.vbi ſuprà. Nico.Pig.

CCCCCLI.

1 *Compenſatio an obijci poſsit ſacerdoti decimas petenti? quod non.& idem in fiſco.*

1 AN ſacerdoti petenti decimas † poſsit obijci compenſatio?Legiſtæ ignorant,gl.eſt ſingularis q̄ non.16.q.1.c. decimæ.quam gl.nor.Et eſt ratio, quia fiſco petēti tributa non pōt obijci compenſatio.l.3.C. de compen.l.aufertur. §.compenſantionem.ff. de iure fiſ. ergo multo magis nec in decimis,quæ Deo debentur.c.tua nobis.de deci.

ADDITIONES.

Et hoc tenent doct.in dicto c.tua nobis.vt refert ibi Abb.colum.2.verſic.item conueniunt . Iaſ.in §.in bonæ fidei.nu. 13.Inſtitu.de actio.Pet.Rebuff.quia alios citat,in tract.de deci.vltima parte in 16.pœna, qua afficiuntur non ſoluentes decimas. Nicol.Pig.

Decima ergo omnibus modis eſt ſoluenda,ex cuius ſolutione quatuor bona proueniunt,de quibus per Guid.Pap.deciſio Grationopol.266.Et quę mala proueniant ex ſubtractione decimarū,docet Goffr.in ſumma de deci.§. in ſuma. Et aliqua per eundem Guido. Deciſio.283.& 284. Gabriel.Saray.

CCCCCLII.

1 *Legato grano quod quis habet in ciuitate,an veniat granum, quod eſt in portu?*

1 LEgo Titio omne granum meum,quod eſt in ciuitate, † an veniat granū† quod eſt in portu ? Aduerte Sicule & Catellane qui habetis ciuitatem prope mare . Tu ires ad l. 5.ff.de procur.&l.2.& l. vt Alphenus.ff. de verborum ſignifi.Sed habes caſum ſingularem in l.ſi quis ita.ff.de auro & argen.leg.quod not.

ADDITIO

Adde q̄ bannitus à ciuitate , vel inſula poteſt occidi in portu ſtante ſtatuto,quod poſsit occidi,quia omnes portus ſunt vt inſulæ.Bar.in l.Cæſar.ff.de publi.Cæpol.in tract.de ſeruitu.ruſt.prædio.in rubric.de portu.vbi ponit alias quæſtio. Et ille tex.eſt etiam notab.q̄ ſi lego granum,quod eſt Romæ ſeu Bononię debentur omnia,vt per Bar.ibi.Feli.in c. inter cætera de reſcrip. Iaſ.l.cum quidam.C.de verb.lig.& adde Aug.Bero.in c.licet cauſam.nu.10.de proba.Nic.Pig.

CCCCCLIII.

1 *Habens duo quietationis inſtrumenta,an in dubio præſumatur bis illa centum ſoluiſſe?*

1 DEbitor debebat centum, ſoluendo fecit ſibi fieri duo inſtrumenta quietatoria, poſtea verò conuenit creditorem,& dicit ſe bis ſoluiſſe,quare vult repetere vnū vltimo ſolutū,quæritur an propter hanc duplicem quietationem præſumatur quis bis ſoluiſſe? Dic quòd ſic in dubio. caſus eſt ſingularis in l.ne caſu.C. de diſcuſ.lib.10. Bal.allegat in l.ſeruo.§.ſi à primo.ff.de lega.1.

ADDITIO.

Et in l.Sempronius.& ibi Imol.ff.de lega.2.idem Bald.Ange. & Alexa.in dicta l.ne caſu . Alex. & Iaſ.in l.plane.§.1.ff. de lega.1.& in l.triticum.ff.de verb.obli. idem Alex.conſi.4. circa primum.li.1.Sed quid ſi probaret vnam ſummā ſolutam per inſtrumentum,alteram per teſtes?dic quod nō Deciſio.Neap.198.quidam. Quid ſi eſſent eiuſdem datæ? ſupradicti Docto.dicunt q̄ non.idem dico ex mente docto.quando primam partem , vltimum totum comprehēderet.& ſic habes tres limitationes. Nico.Pign.

CCCCCLIIII.

1 *Iudicium agitatum cum nulliter ſubſtituto à primo procuratore, an in præiudicium domini valeat, & quando?*

1 NVnquid iudicium agitatum per nulliter† ſubſtitutum à procuratore primo, quia fortè non habebat poteſtatem ſubſtituendi, (ſcis.n.ꝙ ſolum poſt litem conteſtatam poteſt fieri ſubſtitutio.l.poſt litem.& l.nulla.cum ſimi. ff. de procura.& c.1.de procura.li.6.).valeat in præiudicium domini? Vel pone, ꝙ dominus expreſsè illud ſibi inhibuit cum eum conſtituit, an præiudicetur domino ſi ſuſtituit? Diſtingue ſecũdum mirabilem deciſionẽ Guli.de Cũ. cuius dictum refert Do. Angel.in extraneo loco, ꝙ ſi litigãs cum ſubſtituto, ſcit illũ, qui eum ſubſtituit, non poſſe ſubſtituere, non eſt dubium ꝙ ſententia eſt nulla, & ſibi imputatur ſi ſciuit. Sinautem ignorat, & tunc, aut poteſtas ſubſtituendi eſt adempta procuratori in inſtrumento ,p curationis, & tunc iudicium eſt nullum, & domino non fit p iudicium. & eſt ratio: quia litigans cum eo debuit petere exhiberi mandatum.argu.l.inciuile.C.de fur.cum ſimi.ꝙ ſi non facit, eſt quid ſibi imputetur, cum totum mandatũ legere debuerit.arg.l.in ciuile.ff.de legi. Aut fuit facta adẽptio in alio inſtrumẽto, quã in procuratorio, ſeu in alio ab eo ſeparato, & tunc valet iudicium, quod eſt mirabile. & eſt ratio, quia eo ipſo quod ſubſtitutus comparet, ſatis eſt ſi video mãdatum procuratorium ita determinat Gul. & ſequitur Ange.in l.1.§.magiſtrum.ff.de exerci. quod nota perpetuo, & tene menti.

ADDITIO.

Vide Bal.in rubri.C.de exerci.col.2.verſi.ſed contra hoc oppo.& Pau.de Caſt.in d.§.magiſtrum.in vlt.verb.

CCCCCLV.

1 *Palea venit appellatione fructuum, idem eſt in fœno.*

1 PAlea venit appellatione† fructuum.te.eſt.in l.ſi vſufructuarius meſſem.in verſicu.ſtipula quæ in meſſe iacet. ff.quibus modis vſusfruct.amit.quam allegat Specu.in tit. de deci.§.1.ver.ſi. Et idem in fœno. tex.eſt in l.pratum.ff. de verborum ſignificatio.diſcas ergo ſcholaris Senẽſis, qui aliud neſcis petere.

ADDITIONES.

De palea videtur probari ſubtiliter inducendo in l.ſi.§.ſin.in fi.C.de ſerui.& aqua.

Et intellige quod palea & fœnũ cæſum ſint fructus induſtriales, vt per Ange.Areti.in §.is vero ad quem. Inſtitu.de rerum diuiſio.Auguſt.Bero.in cap.grauis.poſt alios. de reſtitu.ſpoliato. Nico.Pig.

CCCCCLVI.

1 *Monachus, qui vult Abbatem conuenire, an ab eo veniam petere debeat?*

1 QVid in monacho an requiratur quòd † petat veniã, ſi vult conuenire Abbatem? Dic quod ſic, ſecundũ Ioã. And.in addi.Spe.in tit.de inquiſitio.§.ſi.quæ incipit, text. dicit neceſſario. neſcio ſi magiſter tuus hoc dixerit in tit. de in ius voc.

ADDITIO.

Dic ꝙ hoc prius tenuit Specul.in titu.de acto.§.1.col.16.nu. 48.per c.vnic.de ſyndi.& c.monachi.16.q.1.& clemen.religioſus.de procurat. Adde Bald.in margar. monachus.9. Feli.plenè in c.cum dilecta.col.18.ver.monachus.doct.in §.pœnales.Inſti.de actio.& in titu.de in ius voc.Nic.Boer. deciſ.271.monachus. Nico.Pign.

CCCCCLVII.

1 *Promittens, quod minor habebit ratum & gratum certum, actum ſub pœna, an in pœnam incidat, ſi minor petat ſe aduerſus illum actum reſtitui?*

1 PRomittit quis, ꝙ minor habebit gratum† & ratum certum actum ſub pœna mille, quid ſi minor petat ſe reſtitui aduerſus illum actum, an pro hoc promittens incidat in pœnam? Quilibet diceret ꝙ ſic, cum videatur velle reſcindere actũ per in integrum reſtitutio. Sed cõtrarium eſt verum.caſus eſt ſingularis in l.cum minor.ff. rem ratam habet.

ADDITIO

Et ibi Barto.poſt Dyn.inducit ad alias quæſtio. Faciunt quæ tradit Iaſ.in l.ſi pacto quo pœnam.in fine.C.de pac. & plura adducit, Thom.Grã.deciſio.102. quo vero. col.1. & ,p mittens de rato pro aliquo cum pœna & iuramento, pœnam non incurrit illo ratificare nolente, ſi quantum in ſe fuerit, fecerit, vt per Aret.& alios in l.ita ſtipulatus. *la grande*.ff.de ver.obli. Deci.conſi.313.& 401. Nic.Pig.

CCCCCLVIII.

1 *Diſpoſitio l.ij.C.de reſcinden.vendit. an habeat locũ in pignore ſecundo, loco primi ſurrogato, vel in cautione loco pignoris præſtita?*

1 EGo legi tibi anno preterito l.ſi cùm aliter.ff.de verbo. obli. vbi caſus poſui, in quibus locum habet l.2.C.de reſcin.vend. Sed an locum† habeat in pignore ſecundo, ſubrogato loco primi, ſeu in alia cautione ſubrogata loco pignoris? Dic quod non caſus eſt ſingularis in l.ſi rem.§.ſatis factum. verſic.ſi.ff.de pignor.actio. licet poſſit agere ad repetendum debitum ſuum, vt l. creditor qui non.ff. ſi cerpet. cum ſimi. ibi in gl. allegatis.

ADDITIO.

Et ſequitur Neguſa.qui alios citat in trac.de pigno.in 1.mẽb. 5.par.prin.q.24. Nico.Pign.

CCCCCLIX.

1 *Debitor meus in centum, ſi debitorem itidem in centum habeat, an à me ad ſuum debitorem liberandum cogi poſſit, ſi ego ipſum liberare a dictis centum velim?*

2 *Compellitur quis facere id, quod alij prodeſt, & ſibi nõ nocet.*

1 DEbitor meus, qui tenetur mihi ad centum, habet† ſuũ debitorem obligatum ad centum, quæritur, an creditor, ſcilicet ego, poſsim compellere debitorem meum ad liberandum ſuum debitorem de centum, ſi velim ipſum meum debitorem de meis centum liberare? Tu diceres ꝙ
2 ſic, quia† quis compellitur facere quod alteri prodeſt, & ſibi non nocet, vt l.2.ff.ſol.mat. De hoc fui ab vno milite Senenſi interrogatus. Sed dic contrarium, caſus eſt ſingularis in l.in rem.§.fi.de compen.quod not.

ADDITIO.

Adde ꝙ ſunt plures caſus, in quibus non procedit regula d.l. 2.de quibus per doct.ibi.& in l.2.§.mutui datio.ff. ſi cert. pet.& in l.plus cautionis.ff.de reg.iur. Nicol.Pign.

CCCCCLX.

1 *Creditor an in caſtro ſibi in pignus dato, iuriſdictionem exercere poſſit?*

1 QVæritur à me, an creditor in caſtro ſibi† in pignus dato poſsit iuriſdictionem exercere? Bal.mouet in ca.1. de feu.da.in vicem legis commit. & Canoniſtæ in ca.cum Bartoldus.de re iudicata non recordor quid determinent tex.eſt notabilis ꝙ ſic.l.eleganter.§.fin.ff.de pigno.actio. quod nota.

ADDITIONES.

Ad hoc vide ꝙ Abb.in d.c.cũ Bartoldus. hic alleg.in pẽ.col. poſt alios, vbi tractatur an ius patronatus tranſeat in cõtractum pignoris. & videtur dicere quod communiter doct. tenent ꝙ non, per rationes, quia ius patronatus eſt fructus ineſtimabilis, & ideo non poteſt computari in ſortem creditori. quę ratio videtur facere contra iſtud dictum Ludo. vide etiam ibi per Feli.col.pen.ver.vlti.habes.

Et eſt rõ, quia creditor poſsidet naturaliter & ciuiliter, & eſt bonæ fidei poſſeſſor rei pignoratæ docto in l.1.§. p ſeruũ. ff.de acquiren. poſſeſ. ſed commodum poſſeſsionis in vſu rei poſſeſſæ collectione, & apprehenſione fructuũ. Barto. in l.1.in princip.& l.3.§. ex contrario.ff. eodem titu. Adde Neguſan.in tracta.pign.1.membro.3.part.numer.32. Anto.Capit.deciſi.185.in cauſa. Intellige ad vtilitatem domini.l.1.& 2.C.de diſtra.pignо. Nico.Pigno.

Contrarium tenet Carol.Molin. in 1.parte commenta.in cõſuetud.Pariſ.§.6.nu.5.ver.Et ijſdem rationibus. Gab.Sar.

CCCCCLXI.

1 *Conduceus nauim ad ſuam familiam aliquo vehendã, an ſoluere teneatur naulũ etiã pro his, qui in naui mortui ſunt?*

Conduxi



1 COnduxi mulionem ad portãdum hædos, † vel boues, vel vnam galeam ad portandum familiam meam, qd ſi moriantur aliqui in naui, an pro illis debeat habere dominus nauis naulum ſeu penſionem? Dic quòd aut fit conuentio de illis portandis, aut de illis in naui ponendis, aut dubitatur de verbis. primo caſu pro mortuis non debet ſolui naulum ſeu penſio. ſecundo caſu ſecus. tertio caſu etiam debetur naulum. text. eſt ſingularis in l.ſi vehenda.in prin.ff.ad leg. Rhod. de iact.

ADDITIO.

Et hos tres caſus prius notauit Signo.de Homod.conſi.195. in q.nu.7. quos latius deducit pulchrè do. Bene. Stract. in trac.de merca.tit.de nauib.par.3.nu.16.& ſeq. Nico. Pig.

CCCCCLXII.

1 *Emphyteuta an præſit penſionis ſolutio à tertio facta, quo minus iure ſuo priuetur?*

SI emphyteuta priuati non ſoluit canonem infra triennium, cadit à iure ſuo.l.2.C.de iure emphy. in emphyteuta eccleſiæ, infra biennium.c. potuit. de loca.& in au-
1 then.qui rem.C.de ſacroſan.eccl. Modo† pone emphyteutam fuiſſe poſitũ in poſſeſsione fundi emphyteutici priuati à tertio, qui ſoluit canonem, an hæc ſolutio tertij proficiat emphyteutę non ſoluenti, vt non poſsit ſuo iure priuari? ſi ſolutio tertij eſſet facta nomine emphyteutæ non eſt dubium, quod prodeſſet, ſed ſi ſimpliciter vel nomine proprio, (quemadmodum eſt nunc de facto) eſt dubium. Et Bald.poſt Gul.ponit in l.arboribus.§. quid tamen.ff.de vſufruct.& in l.lex vectigali.in aliquibus lecturis.ff. de pigno.& in l.ſolennibus.C.de rei vend. Sed quicquid dicãt, habeo caſum ſingularem quòd prodeſt, in l. forma.§.ſi cũ ego.ff.de cenſi. vbi eſt caſus ſingularis de hoc, quem tenementi.arg.de cenſuario ad emphyteutam.

ADDITIONES.

Adde Bal.in l.ſi.in fi.C.de reuo.dona.& Bar.in l.2.de exe.rei iud.& in l.2.vbi per Iaſ.co.20.C.de iure emph. & in l.lex vectigali.ff.de pign. vbi dicit, ꝙ creditor poteſt ſoluere pẽſionem pro re emphyteutica quam habet in pignus.

Et idem per illũ te.tenet Spe.in ti.de emph.82.q. & ſupradicti doc.& idem Ro.conſi.103. viſo propoſitæ. in princi. & conſi.491. in caſu.in fi. Ale.conſi.71. videretur.col.ſi.li. 1. Nic.Boer.deciſi.279. ſed quid. Et adde quòd dominus non cogitur ſolutionem à tertio accipere. Bal.in l.acceptã. col.fin.q.25.C.de vſu. Iaſo. qui hoc dicit ſing.in d.l.2. col. 20.q.26.C.de iure.emphy. Etiam quòd oblatio & conſignatio facta ſibi fuiſſet. Iaſ.ibidem q.27. Quòd tamẽ limita, vt per Hipp.ſing.368.licet. Nico.Pign.

CCCCCLXIII.

1 *Legatum vſusfructus rei, cum hoc, quòd poſt mortem ſuam hæredi teſtatoris rem teneatur reſtituere, comprehendit proprietatem, niſi in iure errauerit.*

TV habes textu.in l.ſpecies.ff. de auro & argen. lega.l. fi.ff.de vſufru.earum rerum quæ vſu conſu. quòd teſtator legans† vſumfructum rei, cum hoc quòd poſt mor-
1 tem ſuam teneatur reſtituere hæredi teſtatoris rem, tunc cenſetur legare etiam rei proprietatem. Quod eſt verum, niſi teſtator errauerit in iure, quia putauerit, ꝙ morte vſufructuarij non reuertatur ad hæredem vſusfructus, tũc. n. tãtum vſumfructum legare cenſetur. caſus eſt ſingularis, in l.qui fructus prædiorum.ff.de vſufructu legat.

ADDITIO.

Dicas quòd in d.l.ſpecies.& d.l.fin. erat legata proprietas, & per adiectionem vſus, & vſusfructus videbatur teſtator receſsiſſe à prima voluntate, cuius contrarium Iuriſconſ. decidit. & ponitur ratio in d.l.ſi.licet Ale.in l.1.nu.20. & ibi Socin.Iaſon.Rip.ff.de lega.1. allucinentur circa d.l.fin. Sed in d.l.qui fructus.non proprietas, ſed fructus prædiorum legati fuerant vxori, &c. Nico.Pign.

CCCCCLXIIII.

1 *Statuto dictante, quod is, ad quem omni.. alicuius bona peruenerint, teneatur ad eius debita, an ſi omnia bona ad eũ particulariter peruenerint teneatur ſoluere debita ſua?*

1 DE hoc hodie fui interrogatus, dicit cõſtitutio† huius ciuitatis, quòd quicunque ad quem peruenerint omnia bona alterius, ſiue ex vltima voluntate, (& hoc eſt clarum,) ſiue ex contractu, teneatur ad omnia debita ſoluenda, ad quæ ille tenebatur. Quid ſi omnia peruenerint ſigil latim, ſiue particulariter, modò vnum, modò aliud? Dic quòd dicuntur ſimul peruenire. caſus in l.ſi pecu lium. lapi cola, & ibi Bar.ff.de pecu.leg.

ADDITIO.

Et in pulchra quæſtione adducit Iaſ. ,p ſingulari in l.1. nu.3. C.de rep.hær. Sed contrarium tenet idem Bar.in l.nomen §.filio.& ibi Ale.ff.de leg.3. idẽ Iaſ. in §. itẽ ſi quis in fraudem.nu.38. Inſti.de act.& ibi Gomes col.10. ſaluãdo Bar. vt per eum.& Alci.in l. poſt contractum.in prima fraudis præſumpt.ff.de dona. intelligendo Rom. hic, vt per eum. Ex quibus intelligentijs ſimul iunctis habes veram doct. Bar.in l.ſi peculium. Nico.Pign.

CCCCCLXV.

1 *Eccleſia an bonis cedere poſsit? Et quid in clericis?*

1 QVæro, an eccleſia poſsit cedere bonis? Videtur dicẽdum quod non, quia principalis cauſa, quare fuit introducta ceſsio eſt, ne debitor in carceribus detineat.l. 1. C. qui bo.ced. poſ. ſed eccleſia non põt carcerari, ergo, &c. In contrarium tamen eſt caſus in authen. vt deter. ſit nucle.§.ſi quis autem adiecerit. ibi, rerum omnino creditoribus cederet. & illum §. ad aliud allegat quædam gloſſa Inſtitutionum. Et ideo fruſtrà dubitant Canoniſtæ in capit. Odoardus. de ſolu. an clerici poſsint cedere bonis, cùm hoc ſit in eccleſia, vt dixi, ergo fortius in clericis.

ADDITIONES.

Et idem Ang.Areti.poſt Nico.de Neapoli, in §. cum eo quoque.co.pe.& ibi Iaſ.col.2.verſi.extra glo. Inſtitu.de actio. Stepha.Aufrer.deciſ.Tho.136.inferentes idem dicẽdum in vniuerſitate ſcholarium, & fabrorum. Nic.Pig.

Et quid de debitoribus fiſci, an poſsint cedere bonis, elegan ter ſcribit Stepha.Aufrer.deciſ.Tholo.28. Gab.Sar.

CCCCCLXVI.

1 *Accuſatio de crimine grauiori, pro quo durior venit imponẽda pœna, inſtituta contra condemnatum pro alio crimine, executionem corporalem differt.*

1 SVſcipe vnam cautelam pro condemnatis, † vt eorum executio corporalis differatur, ſcilicet, quòd accuſentur de crimine grauiori, ex quo veniat durior pœna inferenda. caſus eſt ſingularis in l.1.§.fin.ff.nil noua.appellapenden. tenet Barto. per illum text. in l.2.§. qui exhibendi in fin.ff.de cuſto.reor.

ADDITIONES.

Et idem Feli.in c.quærenti.co.3.de offi.deleg. Hip.de Marſ. in §. opportunè. col.2.in practica crimini. Ludo. Carer. in tracta. homicid. §.7. numero 88. Ang. Arct. de maleſic. verſicu.& ibi caput. numero 31. Et adde aliam infrà ſingulari 725. Nicolaus Pigno.

* Adde quòd etiam propter maximam & perfectam peritiam vnius artis, vel reſpectu roboris, differri poteſt executio alicuius qui ducitur ad mortẽ. l.ad beſtias. ff. de pœ. & debet iudex conſulere hoc caſu principẽ vel ſuperiorẽ. d.l.ad beſtias.& pro hoc vide quod no. Nic.de Neapol.in l.hos accuſare.§.pen.ff.de accuſa.ꝙ verũ intellige quã talis condemnatus eſſet perſona in magna dignitate, vt eſt caſus in l.pen.ff.ad leg.Corne.de ſica. Item verum intellige, niſi condẽnatus eſſet latro manifeſtus, vel ſeductor, quia tũc poterit executio mortis fieri,& poſteà princeps cõſuli.arg.l.ſi quis filio exhæredato.§.3. & §.hi aũt.ff.de iniuſt. rup.teſta. Item nota quòd ad differẽdã mortẽ alicuius cõdẽnati cautela eſt, quod aliquis cõpareat & dicat dictũ condẽnatum teneri ſibi reddere rationes alicuius negotiationis, vel alterius debiti, quia hoc caſu debet differri executio donec dictas rõnes reddiderit. caſus ad literã in l.1.C. de bo.proſcri.& ibi hoc no. Ang. qui dicit ꝙ hoc de cõſuetudine nõ ſeruat, licet de iure ita ſit. & pro hoc facit te. in l.ſeruo legato.§.pe.ff.de le.1.& Pet.Rau.ſing.552. accipe.

Item alia est cautela, vt differatur executio alicuius, cõdẽnati ad mortem, vt scilicet appelletur à sententia diffiniti ua contra eum lata, quia tunc per appellationẽ ligatæ sunt manus iudicis, & condẽnatus poterit eximi de manibus familiæ, & quidem impunè, ſm An. in l. addictos. C. de appe. & Imo. in c. ſi quando. verb. reſiſtere. de of. dele. & idẽ tenet Ang. Are. in §. pœnales. ver. adde q̃ eximens captũ. Inſti. de actio. quod intelligẽ verum, niſi talis condemnatus eſſet latro manifeſtus, vel ſeductor. d. §. hi autem: Itẽ debet differri executio capitalis, q̃n. ſ. princeps vel ſuperior mandat quem puniri grauiori pœna quã ſit conſuetu do, tunc. n. debet differri per 30. dies. vt eſt caſus in l. ſi vin dicari. C. de pœn. & ibi Ang. dicit quòd non eſt parendum principis reſcripto in ferendo ſentẽtiam, nec in executio ne pœnarum, cũ reſcriptum duriorem pœnam contineat vide de his omnibus latius per Cæpo. caute. 2. in prin.

CCCCCLXVII.

*Accuſationem ab alio ad publicam vtilitatem inſtitutã, an illo poſteà contumaciter ab ea deſiſtẽte, iudex tertium ad illam proſequendam cõpellere poſsit? Et quid ſi accuſator ex neceſſaria cauſa deſiterit?*

INſtituens accuſationem † ad vtilitarem publicam, qui deſtitit poſteà contumaciter ab eadem, an iudex poſsit tunc tertium compellere ad ipſam proſequẽdã? Dic q̃ nõ, ſed eſt accuſatus tunc abſoluendus. l. 2. §. ſenatus. & l. ſena tus. §. ſenatus. ff. de iu. fiſ. ſecus ſi non contumaciter, ſed quia ſit mortuus, vel ob aliam neceſſariam cauſam deſti tiſſet. caſus eſt ſingularis ſecũdum vnum intellectum gl. & ibi Bar. no. in l. monente. C. de dilationibus lib. 10. tunc enim tertius cogi poteſt, licet ſecus videatur per regulã, vt nemo inuitus agere, &c. Quod intellige verum, niſi accuſator illam accuſationem ad publicam vtilitatem inſtituiſſet nomine alterius, putà, tutor nomine pupilli, & ꝓcurator nomine domini, tunc enim q̃cunque moriatur accuſans, non poterit iudex tertium compellere ad ipſius accuſationis proſecutionẽ. textus eſt ſingularis in l. diuus. ff. ad Turpillianum. & hæc eſt notanda limitatio ad dictam l. monente. & hoc addas ad Bar. in l. libellorum. §. fin. ff. de accuſat. & l. penu. ff. de public. iudi. vbi ipſe ponit an accuſatio per alium inſtituta proſequi poſsit. quod nota.

ADDITIO

Et ſequitur Alex. in d. l. monente, Auguſti. Arim. in tractat. malefic. ver. & ad querelam, nu. 68, & Deci. in ca. quia Gui. co. pe, verſi. quintus. de iudi. Nico. Pign.

CCCCCLXVIII.

*Inſultus factus cum armis, licet non extractis, punitur, ac ſi extracta forent, & cum armis factus dicitur.*

INſultus † factus cum armis, licet nõ extractis, punitur, ac ſi extracta forent, & factus inſultus cum armis dicitur leg. 3. §. armis ꝺeiectum, verſicu. qui armati. ff. de vi & vi arma.

ADDITIONES.

Adde Bar. in d. §. armis. Alb. in ſecunda parte ſtatutor. q. 38. & Maria. Soci. dicẽtem ita ſe obtinuiſſe in facto in c. qualiter & quando. 2. ar. 60. de accu. Faciunt quæ dicit Anch. conſ. 212. Vide plenius per Feli. in c. ſicut dignum. co. 2. verſicu. ſextò limita. de homicid.

Et ſequitur Ange. Aret. dicens ſe de facto Nurſiæ habuiſſe, in §. ex maleficijs, col. 5. verſicu. item dixi in libello. & ibi Iaſ. nu. 70. Inſt. de actio. Et idem Are. in trac. malefi. in ver bo, dictus Andreas armatus. in prin. Hip. de Marſi. in §. & pro complemento, co. pen. in ſua prac. crimi. Arno. epi. 76. Ale. conſi. 98. quoniam. li. 3. Deci. & Cagno. in l. quo tute la. §. vi factum. ff. de reg. iur. In quibus locis ampliant procedere, etiam ſi ea depoſuerit. Et de pena portantis arma, dixi ſuprà ſingulari 267. Nico. Pign.

Adde Hip. de Marſ. in practi. cri. in §. conſtãte. nu. 57. & in l. ſi in rixa. nu. 40. ff. ad l. Cor. de ſica. & Thom. Gramma. in conſi. crimi. 43. col. 1. nume. 3. Gab. Saia.

CCCCCLXIX.

*Barbam, vel capillos alicui expilans, qua pœna punjatur?*

EXpilans † alicui capillos, vel barbam, vel crines, (non tamen ſanguis exijt) tenetur pœna decem librarum parti, & viginti librarum fiſco. textus eſt ſolus in capitul. primo. §. ſi quis aliquem. de pace tenen. in vſibus feudor. quod nota,

ADDITIONES.

Adde quòd Afflict. ibi dicit illum tex. non eſſe alibi. & adde Aug. Arimi. in tract. maleſi. in ver. ſanguis exiuit. Ioann. de Arno. dialog. 61. & Tho. Gramma. in voto 15. & pulchrè in deciſi. 17. in cauſa Vinciguerræ, vbi ponit an ille text. de beat intelligi de libris auri, an ducatis. Nic. Pig.

Vide Ludo. Carer. in practic. crim. in princ. nu. 104. ver. & de pœna expilantis barbam. Gab. Sar.

CCCCCLXX.

*Sententia non poteſt pro reo per iudicem ferri, neque fieri citatio, niſi petatur. Fallit in cauſa fiſcali, vel reipublicæ.*

NOn † poteſt pro reo ferri ſententia per iudicem, neque fieri citatio, niſi petatur. l. ad peremptorium. & l. & poſt edictum. ff. de iudic. l. properãdum. §. & ſi quidem. C. eodem titul. Hoc tamen fallit in cauſa fiſcali, vel reipublicæ, quia in ea ex officio iudex poteſt ferre ſententiam nemine poſtulante, textu. eſt notabilis in l. 2. §. ſenatus. ff. de iure fiſci.

ADDITIONES.

Et ibi ſequitur Bar. Alexan. poſt alios in l. 4. §. hoc autem iu dicium. nume. 25. ff. de dam. infect. & in l. properandum. §. & ſi quidem. in prin. & ibi Iaſ. num. 8. C. de iudi. Et adde quòd iudex tenetur officium ſuum impartiri in cauſis fiſcalibus. l. ſi vacantia. & ibi Bar. C. de bon. vac. lib. 10. l. ſi gs intra. C. de bo. proſcri. & adde ad Bal. in l. 1. C. de hære. vel act. vend. vbi ponit priuilegia fiſci. Nico. Pig.

Latè proſequitur Sebaſt. Vantius in tract. de nulli. procc. in rub. de nulli. ex defectu proceſ. nu. 98. Gab. Sar.

CCCCCLXXI.

*Sententia iudicis condẽnantis aliquem accuſatũ de pluribus iniurijs, in vna certa quantitate, non diſtinguens, tantum pro prima iniuria, & tantum pro ſecunda, an valeat?*

AN † valeat ſententia iudicis condemnantis † aliquem ac cuſatum de pluribus iniurijs in certa quantitate in vno libello, non diſtinguens tantum pro prima iniuria, & tantum pro ſecunda? Cyn. in l. ſi non conuitij. C. de iniur. dicit hanc quæſtionem habuiſſe de facto: Dic quòd ſententia valeret, vt colligitur ex l. 1. §. ſi tamen. ff. quæ ſent. ſine appe. reſcind. & illam ad hoc ponderat Barto. in l. præ tor edixit. §. ſi tamen. ff. de iniur. quod nota.

ADDITIO.

De hac materia tractant doctores in l. 1. C. de erro. cal. & in l. ſi is ad quem. ff. de acqui. hæred. Nico. Pign.

CCCCCLXXII.

*Diſpoſitio l. ſi fortè. ff. de offi. præſid. an habeat locum in bene ficijs ſeu priuilegijs?*

QVòd † lex, ſi fortè. ff. de offi. præſid. volens exiſtentem in officio iuriſdictionem non perdere, donec ſciuerit ſuum ſucceſſorem adueniſſe, locum habet in priuilegijs. gloſſa eſt ſingularis in l. tribunus. in prin. ff. de teſta. milit. & illa eſt mirabilis, quod nota:

ADDITIO.

De illo tex. vide ſuprà ſingu. 58. fuit. Nico. Pign.

CCCCCLXXIII.

*Offerens maius pretium pro re, quæ ſubhaſtatur ad hoc, vt carius ematur, tenetur pœna criminis ſtellionatus.*

OFferens † maius pretium pro re, quæ in ſubhaſtatione † venditur, ad hoc vt carius ematur, tenetur pœna criminis ſtellionatus. caſus eſt ſingularis ſecundum intelle ctum Barto. ibi in l. 3. §. ſi quis impoſturam. ff. de crimini. ſtelliona. quod nota.

ADDITIO.

Et hoc ſequit Ang. Are. in §. ſi. in ſi. Inſti. de donat. Ale. in add. ad Bar. in l. ſi tempora. C. de fide inſtr. li. 10. Franc. Rip. in tract. peſt. in vlt. parte. in prin. nu. 204. Hip. ſing. 441. licet. Faciunt



Faciunt quæ ponit Cic. offi. li. 3. de Pythio illo argentario, qui Caiũ Caninium equitẽ Romanũ ad hortorũ emptio nẽ mira aſtutia ineſcauit, adhibitis ſcilicet ex compoſito cymbris piſcibus onuſtis. Et alia quæ allegat do. And. Ti raq. de retrac. conſangui. §. fi. nu. 49. Propriè tamen impo ſtores dicunt deceptores, vt p̃ do. Alcia. in l. aliud eſt fra° ff. de verb. ſig. & vernacula lingua *Marioli, e giuntatori*, vt ſcribunt Moder. Anco. in tract. de Merca. tit. de decocto. par. vlt. nu. 20. & vide Hip. ſing. 318. fui. Nico. Pign.

CCCCCLXXIIII.

*Bannitus repertus in territorio, de quo eſt bannitus, qua pœna plectatur de iure communi?*

SCis, quòd relegati, ſeu exules, ſi excedant terminos con finationis ſuæ, puniuntur pœna de qua in l. relegati. & l. capitalium. §. in exulibus. ff. de pœn. Sed quid in † exbanni to reperto in territorio, de quo eſt exbannitus? Dic quòd de iure communi eſt pœna deportationis, in cuius locum hodie ſuccedit decapitatio. iſte eſt textu. ſingularis in l. ma thematicos. C. de epiſ. audi.

ADDITIO.

Sequitur Alex. in d. l. relegati. Et de pœna fractionis cõſiniũ tradit Bal. in l. ſi Poſſidonium. C. de infa. Bar. in l. aut damnum. §. quiſquis. & ibi Alex. ff. de pœn. Nic. Pign.

CCCCCLXXV.

*Creditor, qui mercatori plurium negotiorũ mutuo pecuniã dedit, in ea negotiatione, pro qua mutuauit, cæteris ꝑfertur.*

SI mercator plurium negotiorum mutuo pecuniã † habeat à diuerſis, ille creditor præfertur in eo negotiatio ne, pro qua mutuauit. tex. eſt ſingularis ſecundum Io. Plagarenſem in l. procuratoris. §. ſi plures. ff. de tribu.

ADDITIO

Et ratio redditur in tex. & per conſequens ille §. loquens in ſeruo habet locum in libero. & communiter ſequuntur doct. ibi, & Are. inſti. quod cum eo. §. introduxit. cuius cõ trarium tenuit Rapha. Cu. conſi. 172. Titius. Circa quod vide latè Moder. Anco. in tractatu de merca. ti tu. de deco cto. parte vlti. nu. 20. & ſequen. Nico. Pign.

CCCCCLXXVI.

*Teſtes deponentes die lunæ factum fuiſſe homicidium, quo die tantùm mandatum interuenit, an pœna falſi teneantur, ſi poſtero die actuale homicidium fuerit ſecutum, an verò reducantur ad concordiam?*

SI † teſtes aliqui de homicidio deponunt die lunæ factũ, † quo die interuenit tm̃ mandatũ, non tenẽtur pœna fal ſi, licet poſtea alio die ſecutũ fuerit homicidiũ, cũ in atro cioribus voluntas habeat pro facto, vt l. ſi quis non dicam rapere, cũ ſua materia. C. de epiſ. & cle. Et ſi alij deponũt alio die factũ homicidiũ, reducũtur ad cõcordiã, ſ. manua liter, verbaliter autem die lunæ, text. eſt ſingularis de pœ. di. 1. c. periculoſo. & hoc adde ad l. 2. §. fi. ff. ſi cer. pet.

ADDITIO.

Et idem Rom. adducens alia ſimilia, conſi. 301. in propoſita. co. 2. ver. tertiò probatur. quòd eſt duplicatum in nu. 390. Aug. Arimi. in tractatu maleficio. in verbo, falſario, nu. 28. Io. Cro. in trac. teſti. nu. 337. Stepha. Aufre. deciſi. Tholo. 11. Et addde quòd quibuſcunque modis leges diſcordan tes concordantur, eiſdem modis poſſunt teſtes concorda ri, vt per Feli. in c. cùm tu. co. 5. verſi. quintò noto. de teſti. & ibi dicit, quòd ſufficit teſtes eſſe concordes in dicto, li cet diſcordent in cauſa dicti. Nico. Pig.

CCCCCLXXVII.

*Iudex ad corporalem condemnationem procedere non poteſt ad tumultum populi, etiam ſi ille aliter ſedari non poſsit: ſecus in executione.*

LIcet † iudex ad condemnationem corporalem procede re non poſsit ſed tumultum populi, etiam ſi ille aliter ſedari non poſsit, vt l. decurionũ. C. de pœ. & l. ſi priuatis. C. qui & à qui. Tamen ad tumultum populi poteſt execu tionem accelerare, etiam pendente dilatione, ſi aliter tu multus ſedari non poteſt. hic eſt tex. in l. qui cædẽ. in fin. ff. de iſtar. & bene facit l. ſi quis filio exhæredato. §. hi au- tem. ff. de iniur. teſta. & l. conſtitutiones. ff. de appella.

ADDITIONES.

Idem dicunt Hipp. in d. l. qui cædẽm. in fin. & in practi. §. exa minanda. nu. 30. Cæpo. caute. 2. ſub nu. 11. Fel. in c. 2. co. 2. verſi. 8. de præſcri. Iaſo. in l. 1. in prin. col. vlti. ff. de offi. aſ ſeſſ. Carer. qui altos citat, in tracta. homi. §. vlti. nu. 80. vbi plura inferunt in materia. Nico. Pign.

Propter ſcãdalum minuitur, aut oĩno remittitur pœna delin quenti, puta cũ interuenit clamor, aut tumultus po pularis. d. l. qui cædẽ. ff. de ſicar. Et ita dicit per illũ tex. gl. in ca. ſi ergo. in verb. clamoribus. 8. q. 1. & eſt etiã tex. in c. vnuſ quiſque. & ibi gl. 22. q. 4. Et in hanc ſententiam dicit gl. in c. ſi quis ordinatus. in gl. vlt. 92. diſt. quòd aliàs excommu nicandus excõicari non debet, ſi ſcandalum timeatur. gl. no. in c. lator. in ver. reddere. 2. q. 7. quòd propter ſcandalũ receditur à pœna l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. & Inno. in c. 1. de cler. coniug. quòd propter ſcandalum toleratur cle ricus priuandus. Et diuus Thomas ſecunda ſecundæ. q. 8. artic. 1. in ſi. q̃ princeps non punitur vbi timetur de ſcan dalo. allegat gl. ſuper illud Mat. 13. ſinite creſcere vrticas, ne fortè eradicetis & triticum. vbi ex hoc dicit, qd̃ prin ceps propter ſcandalum non punitur, niſi fortè peccatum illius maius eſſet, quàm ſcandalum. Et aliàs p̃ ſcãdalum interdũ punitur non aliàs puniendus, vt dicit Bal. in l. 1. ff. de offi. eius cui mãd. eſt iuriſ. Sed certè id non eſt verũ, vt hic etiam ſentit Ro. quia vt dicunt Dy. & Bar. in d. l. q cæ dem. nunq̃ occiditur, qui non delinquit p̃ tumultũ popu larem. per te. in l. decurionum. C. de pœ. vbi gl. ex hoc in fert, Pilatũ malè Chriſtũ condẽnaſſe. bene aũt pœna acce leratur vt eſt tex. in d. l. qui cædẽs. ſecũdum eos. quem tex. ita etiam hic intelligit Ro. Sed aliàs propter ſcãdalũ multa fiunt contra ius cõe, de quibus latè per eundem Ro. in re pet. l. ſi verò. §. de viro. in 7. fallen. ff. ſol. matr. & Barb. cõſ: 11. col. 8. ver. & ad hoc accedat. vol. 1. & cõſi. 20. co. 14. ver. & ſic oriretur. vol. 2. & per Deci. conſi. 151. Maximi põde ris co. 3. & tradit And. Tiraq. in tract. de pœ. tẽp. aut remit. in cauſa. 46. per totum. & vltra cum adde q̃ ſcribit Par. de Put. in trac. de ſynd. in verb. latro. per totũ, & maximè nu. 6. & in verb. an ſi ſtatutũ relinquit pœnas. in ſi. & in verb. pœnas co. 1. vbi etiã ponit, q̃ ſi condẽnetur ad mortem ali quis homo magni roboris, vel inſignis artificij, q̃ eſſet vti l's reipublicæ, quòd iudex debet principem conſulere, & non mãdare ſnĩam executioni, per l. ad beſtias. ff. de pœ nis. & dicit ibi Dynus, qd̃ in tali caſu quilibet de populo poſſet impedire executionem ſnĩę capitalis, quẽ refert, & ſequitur Tho. Grã. conſi. 63. in cã Ioãnis del Cõparatore. col. 2. nu. 7. in conſilijs criminalibus. & Ang. Are. in tracta tu maleficiorum, in ver. qui iudex ſtatuit terminum. verſ. ſi autem aliquis. & Ang. conſi. 14. & Lud. Care. in practica criminali, in prin. nu. 89. & 90. & in §. circa. 4. nu. 80. & per Catald. de Boncompag. in tractatu de ſyndic. q. 212. G. S.

CCCCCLXXVIII.

*Publicationis bonorum ſententia, an trahatur ad bona extra territorium publicantis exiſtentia, & cui ea applicari debeant, an communitati, vbi eſt lata ſententia, an vbi cõdemnatus habet originem, an verò vbi bona ſunt?*

LIcet † magna ſit quæſtio doctorum, an ſnĩa publicatio- † nis bonorũ † trahatur ad bona extra territoriũ publi- † cantis exiſtentia, tamen cõis cõcluſio eſt, quod ſic, vt per Legiſtas in l. cunctos populos. C. de ſumma Trinit. Cano niſtas in c. cùm ſim. de hære. lib. 6. & in c. poſtulaſti. de fo ro compe. Sed tunc ſuccedit quæſtio, an illa bona debeãt applicari communitati, vbi lata eſt ſententia, an vbi habet originem cõdemnatus, an verò vbi bona ſunt? Tu dic cõ cluſiuè, quòd bona immobilia debẽt applicari fiſco, in cu ius territorio bona ſita ſunt. caſus eſt ſingularis in l. quicũ que. §. vniuerſi. C. de hære. & Manich. Bona autem mobi lia, etiam quæ ſunt alibi, debent applicari communitati iu dicis condemnãtis. caſus eſt ſingularis in c. 1. §. ſi iudex. de pace tenen. in vſib. feud. licet Bal. contradicat, & malè, per tex. in d. c. 1. §. ſi quis hominem.

ADDITIONES.

Idem quod Ro.hic videtur tenere Card. Alex.in c.1.§. si iu dex.hic allega.& verè ille textu.loquitur tantùm de mobilibus applicandis communitari condemnantis, de immobilibus verò nihil dicit.

Adde Bar.in d.l.cunctos populos.q.vlt.Bal.in l. mercatores. C.de commerc.& mercat.Cæpolam consi.crimi.17.visa. nu.37.Io.de Arno.epito.75.Alex.consi.16.viso. col.fi.& consi.31.viso ti.co.2.versi.pro quo primo.li.1.Aret.in tra ct.maleficior.in verbo,& eius bona publicamus. nu.5.& ibi Aug.Arim.col.3.Hip.de Marsi.in repet.l.fi.nu.186.ff. de iurisd.omn.iud.& Hier.Gigas in suo celebri tracta.crim. læsæ maiest.li.2.rub.de pœ.commit.crim.læsæ maiesta.q. 2.Mat.de Afflic.in dicto §.si quis hominem.10.notab.& in c.1.in fi.quæ sit pri.cau.benef.amittēdi.Et quæ bona veniant in confiscatione,suprà sing.170.430.548. Ni. Pi.

Videlatè Guido.Papæ decisio.Grationopo.341.& Gulie.de Ludo,singula.94.vbi tradit quæ bona intelligantur confiscata. Gabriel Saray.

CCCCCLXXIX.

1 *Hæres indignus hæreditate priuatur,& applicatur fisco ciuitatis originariæ testatoris.*

1 HAeres † indignus priuatur hæreditate, & applicatur fisco, vt de his quib.vt indig.p totū.Sed pone, ꝙ testator,cuius hærediras debet auferri,est Senēsis,hæres verò sit Florētinus,bona verò sint Genuæ, cui applicabunt? Dic ꝙ ciuitati originariæ testatoris.te. est singularis in authē.vt cū de app.cogn.§.si vnū de prædictis.vnde sumitur authē.si captiui.C.de episc.& cleric.& hoc perpetuò no.

CCCCCLXXX.

1 *Doctor,vel electus de dominis debet leuius puniri,et liber mitius,quàm seruus,& quid in statu libero?*

Vide Bart.Chaſſæn.in commentarijs conſue.Burgund.in 6. rubri.in §.*entregens nobles*.in ver.*maintenir en bon & ſuffiſant eſtat*.in fine. Gabriel Saray.

DCCVI.

1 *Reſidui verbum quid probet, ſi in inſtrumento dictum ſit, Confiteor pro reſiduo me recepiſſe à debitore centum, facta ratione, & calculo.*

VErba illa,quæ ſolent poni in inſtrumentis: Cõfiteor, facta ratione & calculo pro reſiduo me recepiſſe à de
1 bitore meo centum,quid probatur per verbum,† Pro reſiduo? Dic quòd probatur,quòd recipit centum,& etiam totum illud,in quo idem primo tenebatur.Glo.eſt ſingularis ſecundum Ange.in l.ſi ex pluribus.ſuper verbo, reliquum.ff.de ſolutio.

ADDITIO.

Et ibi Ray.Imo.& Feli.in ca.ſi cautio.co.antepenulti.in fide inſtru.Pau.de Caſt. Alexã.Corne.in l.2.& ibi Iaſ.qui alios refert & limitat,C.de hære.inſti.Alex. conſi.26.conſideratis.libr.4.Idem de verbo Reliquos, ſuprà ſingul.35.lego. Nicol.Pigno.

DCCVII.

1 *Arbiter facit litem ſuam malè iudicando quemadmodũ & iudex, & an iudicare negligendo litem ſuam facere dicatur? Et quid de arbitratore?*

TV habuiſti l.ſi quis in conſcribendo.C.de pact.vbi di
1 citur,ꝙ arbiter facit † litem ſuam malè iudicãdo vt iudex,ſed an negligendo iudicare faceret litem ſuã? Tu diceres ꝙ eſt caſus ibi,in verbo,neglexerit,& malè,quia intelligitur ꝙ nolit admittere exceptionem, ſed non dicitur, ſi permittit labi tẽpus cõpromiſsi. In iudice tu bene habes ꝙ ſic.& idem dic in arbitro.tex.eſt ſing.in l.1.§.ſciendum. ver.diuus.iuncto præced.ff.de magiſtr.conuer. Addas ad Bar.in l.ſi.ff.de var.& extraordi.cogni. & ad alios in l.fin. C.de contrahen.emp.vbi quæritur de arbitratore, vbi eſt caſus in l.2.ff.de proxenet. ꝙ ſic.& vide gl.Inſti. de obliga. quæ ex quaſi delict. in princi. & in authenti. decernimus. C.de arbit.quæ communiter non intelligitur.

ADDITIO.

Quem tex.dicit ibi Bal.non eſſe alibi.& Deci.in d.l. penul.6. notab.vbi alij ponunt.Alex.in additio.l.prouidendum.C. de decurio.li.10.& Ludo.Gomes in 36.caſu negligentiæ, quos collegit in regu.cancella.de trienna.poſſ. Nic. Pig.

DCCVIII.

1 *Epiſcopus,ſeu presbyter contra dominum temporalem coniurans,qua plectatur pœna?*

DIcam tibi dubia de quibus in itinere interrogauit me pridie reuerendiſs. presbyter Cardinalis de Vrſinis.
1 Primũ,qua pœna puniatur Epiſcopus, † ſeu ꝑsbyter faciẽs cõiurationẽ cõtra dominũ tẽporalẽ, & in primis nõ recordabar.Dic,ꝙ ſunt degradãdi,& ſic priuãdi beneficiis & officijs.tex.eſt ſingularis 22.q.5.c.ſi quis laicus.Licet Arc.dicat quod ille tex.eſt Paleæ,non Gratiani. ſed eũ not.bene.

ADDITIO.

Et idem Roma.in conſi.365.quæritur.& illum te. dixit not. Abb.in fi.prin.in c.at ſi cleric.de iud.latè per Io.Ber.Diaz. in prac.cri.canõ.in verbo,læſæ maieſtatis rei.poſt eos quos alleg.Et nouiſsimè per excellen.do.Hier.Gig.in tract.ſuo crimi.læſæ maieſt.lib.1.rub.qual.& quibus crim.læſæ maieſt.commit.q.63. Nicol.Pign.

DCCIX.

1 *Excommunicationem minorem incurrit loquens ſeu participans cum excommunicato, & quid de aſſociante excõmunicatum mortuum vt eius funus curet?*

2 *Excommunicatio maior quæ ſit, & quæ minor?*

3 *Participatio cum excommunicato quare prohibetur.*

4 *Mortui corpus an poſſit tradi medicis?*

1 SEcundum,loquens † cum excõmunicato, ſeu participãs incurrit minorẽ excommunicationem.11.q.3.c.cũ ex
2 communicato.& c.qui cõmunicauerit.(quæ.n.ſit † minor ſeu maior excommunicatio,not.in c.ſi celebrat.de cleric. excom.& in c.conſtitutionẽ.& in c.ſtatuimus. de ſen.excom.li.6.)an illud verũ ſit,ſi cõicat cũ excõicato mortuo in iuuando eum vt ad funus ducatur, curando ſibi funus, vel ſociando? Videtur primo ꝙ non,ſm Hoſtiẽ.qui tenet hanc opini.nam participans cũ excommunicato incurrit minorem,qñ cum eo aliquid deducit in vſu,vt dictis iuribus Decreti,ſed cũ mortuo nõ poſſumus aliquid in vſum deducere, cum ſit cadauer. igitur &c. Secunda ratio,
3 quare prohibetur † participatio cum excommunicato eſt, vt excommunicatus rubore confuſus citius veniat ad pœnitentiam,& abſolutionem.c.pia. de excep.lib.6. Sed hæc ratio ceſſat in excommunicato mortuo.igitur, &c. & ita credebat dominus Cardinalis, cũ eſſet coram eo de facto. Sed contrarium eſt veritas. iſta eſt ſententia glo.ſingularis in c.ad hæc.de priuile.& eſt ratio duplex.primo tex.dicentis.quibus prohibemur communicare viuis, prohibemur & mortuis.c.ſacris.de ſepul. & 20.q.2.ca.2.Legiſta ad hoc
4 alleg.ff.de cad.puni.l.2.& ibi Bar.inducit, an † corpus mortui poſsit tradi medicis, & reliquit indeciſũ,alias tibi decidã,quia eſt caſus in Decretis non recordor modo. Secũda ratio eſt,quia effectus excommunicationis quo ad eccleſiã militantẽ durat etiam poſt mortem.c.à nobis. de excõ. *lo grande* & d.c.ſacris puta quo ad ſepulturã. ergo &c. & ita domino meo reſpondi.neſcio quid tu dixiſſes.

ADDITIONES.

Adde ꝙ idem tenẽt.Panor.& Io. de Lig.ibi.& Cald. in repe. in c.cũ excõmunicato.11.q.3.in princi.& tria vel quatuor ſimilia.ſ.an diſpoſitum in homine viuo habeat locum in mortuo, ponuntur notabiliter in addi.ad Panor.in d.ca.ad hæc.Et iſta faciũt ad rõnẽ quare canones prohibẽt cõmunicari excõmunicatis etiam mortuis,id eſt, vt melius inducantur ad abſolutionem & pœnitentiã dũ viuunt,& ſic generaliter vt delicta coerceantur, & impunita nõ euadãt. Illam glo.ſequitur Fran. Rip.in tract. peſt.par. vlti.in princi. nume.107. Nico.Pign.

Vide Hippol.de Marſi.in l.ſi.nu.43.ff.de quæſtio. Gab.Sar.

DCCX.

1 *Excommunicatus, vt quia iniecit manus violentas in clericum,punitur, & à ſolo Papa regulariter abſolui poteſt, niſi in eum leuiter manus iniecerit,tũc enim ab Epiſcopo abſolui poteſt.*

INcidens in excõmunicationem,vt quia iniecerit manus
1 † violentas in clericum,iuxta c.ſi quis ſuadente.17.q.4. punitur alia pœna,ꝙ non põt,niſi regulariter à Papa abſolui,& non ab epiſcopo.Licet fallit in caſibus vt in c. ea noſcitur.de ſen.excõ.cum ſimil.Quod etiã fallit, vbi quis inciderit in excõmunicationẽ leui iniectione, tũc enim poteſt ab Epiſcopo abſolui,caſus eſt ſingularis ſecundum cõmunem intellectum in cap.peruenit.de ſenten. excomm.

ADDITIONES.

Et ibi Abb.& Feli.in c.cum illorum.eod.titu.Hoſt.in ſum.e. tit.§.1.verſ.ſunt etiam caſus 6.ponit verſus.Et per illud c. dicit Lap.alleg.76.factum ſuper quo. ꝙ epiſcopus poteſt abſoluere excommunicatum qui dedit maxillatã vni Canonico,quia hæc nõ dicitur enormis læſio.Et adde Card. Zabar.conſil.42.reuerendiſsime pater. Et intellige ꝙ põt Epiſcopus abſoluere excommunicatum qui iniecit manus in clericum etiam extra ſuam diœceſim, vt per deciſio.Tholoſa.231. Nicol.Pig.

Adde Nicol.de Milis,in repertor.in verb. excommunicatus ꝑ iniectionem manuum. Et an incurrat excõicationem qui includit clericum inuitũ in aliquo loco, quamuis corpus clerici non tetigerit? dic ꝙ ſic,vt per Alc. in l. quod ſi quis.§.quod prætor.ff.ne quis cum qui. Gab.Sar.

DCCXI.

1 *Carcer de iure ciuili non poteſt aſsignari ad pœnã.ſed ad cuſtodiam,licet de iure canonico ſecus.*

2 *Iudex eccleſiaſticus ſi de crimine eccleſiaſtico contra laicum cognoſcat, an poſsit laicum pœna perpetui carceris ſecundum ius canonicum punire?*

3 *Intellectus c.quamuis de pœn.lib.6.*

1 TV ſcis,ꝙ de iure Ciuili carcer non † poteſt aſsignari ad pœnam,ſed ad cuſtodiam.l.aut dãnũ.§.ſolẽt.ff.de pœnis.l.incredibile.C.eodem tit.Licet de iure Canonico ſe
2 cus,in c.quãuis.de pœn.li.6.Modo quæro,† nũquid,cum iudex eccleſiaſticus de crimine eccleſiaſtico cognoſcit cõtra laicum, poſsit laicum punire,vel afficere pœna perpetui carceris ſm ius Canonicũ? Quilibet diceret ꝙ ſic, ex eo q.a. ratione criminis laicus eſt effectus de foro eccleſiæ, vt eſt notum in c.ſi duobus.de appellation.cũ ſimilib. Ni
3 hilominus veritas eſt in contrarium.Et † dictũ c.quamuis. habet locum,cum punitur perſona eccleſiaſticã,non laica. dictum eſt ſingulare verbum Old. conſi.88.incip. quæritur.& ſequitur Io.And.per eaſdem rationes in addi.Spe.in rub.de offi.or. Eorum fundamentum eſt in c.ſi epiſcopus. de offi.ord.lib.6.vbi caſus rectè intuenti.quod nota, licet Io.And.& Oldr.non allegent.

ADDITIONES.

Adde Petr.de Anch.in reg.ea quæ.48.col.de regu.iur.in 6. Pe.de Anch.& Imol.in c.cũ episcopus.de offi. ordi.in 6.p illũ te.in ver.personas ecclesiasticas, vbi tñ Gemi.videtur tenere oppositũ ad quod cõfirmandum Feli.adducit quin que vel sex tex.in c.cum sit.col.9.in medio.ver.& adde. de foro compe.vbi etiam allegat Ana.hanc secundam opi. tenentem in duobus,vel tribus locis,vt ibi per eum.

Adde August.Arimi.in tract.malefi.in verbo,ꝙ fama publica.nu. 88.Ludo. Carer.in tract.homic. in vlti. par .nu.33. Franc.& doct.in d.c.cum episcopus. Nico. Pig.

Vide latè d.Palat.Ruui.in repe.c.per vestras.in 2.not. col.14. versi.& ex prædictis infertur.nu.18.fo.183.extra.de dona. inter virum & vxo.Cui adde Bartho.Cępo.consil.cri.73. Et an episcopus dãnãs ad perpetuos carceres possit in sententia reseruare ius minuẽdi pœnã arbitrio suo,tradit Feli. in c.qualiter & qñ.in §.ad corrigendos.de accusat.Et an iudex secularis possit damnare laicũ ad perpetuũ carcerẽ, & an dãnãdo valeat sentẽtia?vide Bar.in l.2.ff.de publi.iudi.& ibi Alex.ꝙ nõ possit.Sed Bal.in l.reos.C.de accus.dixit valere sententiã,sed posse reuocari,cuius cõtrariũ dixit idem Bal.in cõsi.380.vol.3.& plenè tradit Lud.Carer.in sua practica crimi.in §.circa.4.nu.33.& seq.& Didac.Coua.in practicis quæstio.c.10.nu.2.versi.contrariũ planè verius.G.S.

DCCXII.

1 *Ioculatores,& mimi,qui fera animalia ducunt,qua pœna puniantur,si illa aliquem hominem occiderint?*

2 *Tituli extraordinarij sunt legendi.*

3 *Ventris ingluuies ad luxuriam prouocat,& facile omne opus bonum destruit: Vnde comedendum est,vt viuamus, non viuendum vt comedamus.*

4 *Bartolus,ad pondus cibum sumebat,vt intellectum æquè semper bene dispositum,& nunquam alteratum haberet.*

1 QVæro à te, isti ioculatores † & mimi ducentes cõiter aĩalia fera ligata,vt Vrsos & Leones, qua pœna puniũtur, si illud aĩal aliquẽ occiderit?Tu diceres ꝙ pœna mortis,quia qui occasionẽ mortis dat,occidisse videtur.Dic tñ ꝙ pœna est ducentorũ solidorũ.tex.est singularis in l.quo vulgo.ff.de ædil.edi. cũ duabus legib.p̃cedentibus.& hoc est propter tacitũ consensum ciuium,qui illos permittũt
2 esse in ciuitate.Studeas istos†tit.extraordinarios,& nõ cõ
3 sumas tempus in scortis.Ventris†nãque ingluuies ad luxuriã prouocat, & facile oẽ opus bonum destruit.dicit text. Hieronymi,& notum est hęc mẽbra sibi ipsis vicina fore. vnde fit,vt vicinitas confœderationẽ arguat vitiorum. 44. dist.§.1.& c.conuiuia.Non.n.plus,quam necesse est, debemus corpori deseruire,sed eius infirmitatẽ reficere, vt ipsum habeamus ad vsum exercendę virtutis.dicit tex.in d. c.conuiuia.Vnde Seneca,non viuo vt comedã, sed come-
4 do vt viuã.Et ideo Bar.†comedebat ad põdus,vt haberet intellectũ pariter dispositũ,& nũquã alteratũ,& ideo cõedè tẽperatè ſm ꝙ dicit te.de conse.di.1.c.nõ mediocriter.

ADDITIO.

Adde alium tex.sing.in l.si.ff.de extraordi. crimi.vbi circũferentes serpentes,si cui ob eorum metum damnũ datũ fuerit,extra ordinẽ puniuntur.Et adde Cæpol.in d.l.quo vulgo.& per Francis.Rip.in tractat.pestis.in 3. par. in princi. nu.90.Et de vita Bart.latè Ias.l. quidam cum filium.ff.de verborum obligatio. Nicol.Pigno.

DCCXIII.

1 *Emptor infra quantum tempus suam displicentiam declarare debeat,si sibi res vendita fuerit cum hoc,quod si sibi displicuerit,sit inempta?*

1 VEndo tibi rem cum hoc,ꝙ si tibi displicuerit, res sit inempta,quæro infrà†quãtum tempus debet emptor suam displicentiam declarare,vt rehabeat pretium,& restituat rem?Diceres ꝙ est quæstio,de qua in l.si quis arbitratu.ff.de verb.obli.Sed malè. quia statutus est terminus in casu nostro 60.dierum.tex.est singularis in l.quod si nolit §.si quis ita.ff.de ædil.edict.

ADDITIONES.

Qui text.sing.ab omnibus reputatur,vt per Io.de Monte in tract.termi.actio.qui imprimitur cum Ias.de actio. nu.15. Et per illum tex. vide quæ tradunt doct.in c. per tuas . de donat.& Domi.Augus.Bero.q.famil.5.Et est duplicatum infrà singular.776.emo à te equum. Nicol.Pign.

Hanc quæstionem in terminis latè examinat Didac. Couar. lib.1.variarum resolutio.c.9.per totum. Gab. Saray.

DCCXIIII.

1 *Statutum imponens pœnam pecuniariam paruam, vel magnam pro adulterio,vel homicidio,pro quibus est pœna mortis de iure communi,an valeat?*

2 *Oris fracti pœna iure 12.Tabul.erat pecuniaria.*

3 *Porcellum rustico auferens,oculum illi dextrum aufert.*

IVdex Potestatis cõsuluit me,nũquid valeat statutũ im-
1 ponẽs†pœnã pecuniariã ꝓ adulterio,vel homicidio, ꝓ quibus ẽ pœna mortis de iure cõmuni?Arc.ponit in c.duo ista nomina.23.q.4.& in c.fina.ne cleri.vel mona.li.6.Ho. & Io.And.in c.fi.de cõsue.& decidũt ipsi,ꝙ statutũ nõ valet,ea rõne,quia vt cõstitutio sit valida,debet esse æqua,iusta, & vniuersalis c.erit aũt lex.4.dis. sed ista cõstitutio est iniqua,vt probabitur,ergo est inualida.Quod sit iniqua, ꝓbatur,quia quælibet dispositio, per quã datur facilis occasio delinquẽdi, vt iniqua reprobatur.l.cõuenire.ff. de pact. dota.l.si vnus.§.illud.ff.de pact.c.quemadmodũ.& ca.& si Christus.versi.quædã.n.de iureiuran. Sed ꝑ istã datur facilis occasio delinquẽdi,quia nil magis appetimus,quã saturare voluntatẽ nostrã cũ possumus,igitur cũ sciat pro homicidio eũ nõ moriturũ,de facili posset delinquere . & ad hoc 12.quæs.3.c.pauper.vbi dr̃ pauper,cũ nõ habet ꝙ offerat, nedũ audiri contẽnitur,sed cõtra veritatẽ opprimitur facile.n.auro vẽditur iustitia,neq; suã culpã quis pertimescit,cũ sperat posse redimi. & si tu esses in Curia ita diceres.Bal.verò solus apud Legistas in c. 1.§.iniuria.de pace.iura.firmã.in vsib.feu.dicit sine aliqua allegatione hoc statutũ & verũ & validũ, cũ nõ imponit pœnã pecuniariã paruã,& sic nõ cõtemptibilẽ,aliàs secus. Ego aũt ꝓbo per te.
2 §.pœna.Insti.de iniur.vbi dr̃,†ꝙ valida erat lex 12.Tabularũ olim,quę propter delictũ oris fracti imponebat pęnam pecuniariã,& hoc ꝓpter magnã veterũ paupertatẽ. Ita in proposito verior videtur opinio Bal. Itẽ glo.dicens ꝙ qui
3 †rustico aufert porcellũ,aufert sibi oculũ dextrũ.vt l.illicitas.§.ne tenuis.ff.de offic.præsid.Itẽ rustici non audent optare pecunias,vt in comitatu Florẽtino.vt l.domini prędio 11.C.de agricol.& censi.li.11.Ergo verior est opinio Bald. qñ pœna pecuniaria est nõ contẽptibilis. Addas ad Barto. in l.1.ff.vi bonorũ rap.vbi pręsupponit nõ aduertẽs,dictũ statutum validum,non habens notitiam prædictorum.

ADDITIONES.

Adde quod est communis opinio,quod tale statutum valeat vt latè per Felin.post eos quos allegat,in rub.de homicid. Areti.in trac.malefic.in verbo, & ex interuallo.numer.7. & ibi August.Arimi.& in verb. & caput.num.30. Hippo. de Marsi.in l.1.nume.17.ff.de sicar.Limita primò, nisi pœna pecuniaria fuerit cõtẽptibilis, vt quia parua pecuniaria, vt per Bald.vbi suprà Alexan.qui dicit se consuluisse,in l.1. 3.col.vbi Deci.ff.quod quisque iur.Limita secundo in delicto qualificato,vt parricidio,assasinio & simil.vt latè per Masi.sing.665.nisi. Limita etiam vt per Feli. in dicta rub. de homi.Et idem dicas in cõsuetudine Curiæ,vt.s.possint imponere pœnam pecuniariam,maximè ex causa, vt per Matth.de Afflict.decisi.Regni.287.illustrissimus: & Lud. Carer.in trac.homi.par.vlti.nu.12. qui plurimos refert ad intelligentiam istius statuti.

Omnino circa hanc quæstionem vide Decium in l.1.colum. 2.in 6.notabi.in fi.nu.11.ff.ꝙ quisque iuris. & Alberic. de Rosa in l.in seruorum.§.in personis.ff.de pœnis . & idem Alberic.in l.quidam.col.2.versic.quidam etiam. num.6.tt. eodem tit.qui in omni casu tenent hoc statutum non valere. Gabr.Saray.





DCCXV.

1 *Testis vnius dicto quod credatur cõtra partem,an Papa,vel Imperator facere possit?*

1 AN Papa vel Imperator possit facere,ꝙ†dicto vnius credatur contra partem?Dic ꝙ nõ. casus est singularis in c.indicas Hermanum.3.q.9.

ADDITIONES.

* Adde suprà singul.361.

Adde Feli.in c. constitutus.in versic.limita quadrupliciter. & ver.secundo limita.de rescrip. in c.cùm olim.col.10.in fi. de iud.in c.sicut.circa prin.versi.& hoc est adeo verum.de sen.excom. Adde etiam si faciunt quæ dicit Anto. Sicul.in nota.224.incip.princeps non potest ferre sententiam.

Adde & intellige regulariter : secus ex iusta causa , & in certis causis,vt per Inno.& Abb.in c.nuper.de testi.Ias.in l.admonendi.col.71.nu.191.ff.de iureiurã.Deci.in c.1.in prin. de fide instru. Feli.& Deci.in c.veniens. 1. circa fi.de testi. idẽ Abb.in c.sicut.vbi.Deci.col.6.de probatio.vbi loquũtur etiam de consuetudine.Et vide ibi Augu.Bero.nu.46. qui tenet etiam ex iusta causa hoc fieri non posse . Alcia.in l.1.§.fi.nu.22.ff.de verb.obli.vbi doct. disputant nunquid partes possint facere ꝙ credatur vni testi. Nico. Pign.

Istud latè tradit Ioã.Baptista Plotus in repeti.l.si qñ.C. vnde vi.in §.ad laudem.nu.8.versi. & quod plus est.& nu.10. & aliquid dixi suprà sing.363. & an per statutum fieri possit ꝙ stetur dicto vnius testis,tradit Alex.cõsi.188.viso processu.nu.3.versi.põt.n.vol.7.Deci.in c.veniens.1.col.fi.extrà de testib. Ias.in rubr.de iureiur.col.2. & in l.iusiurandũ ꝙ ex cõuẽtione.in prin.ff. de iureiuran.l.1.§.fi.ff. de verb. obli. Rod.de Cur.in repe. rub. de consti.col.17. Crotus in repe.l.nemo potest. col.25.ff.de leg.1. Hippol.de Marsil. consi.33.nu.15.Feli.in c.constitutus.de rescrip.c.cum causam.co.2.de probatio.& Alex.consil.3.col.3.vol.2.& hoc singulare Roma. allegat & sequitur Albanus cõs.12.nu.9. & an statutum ꝙ credatur vni testi valeat,eleganter tradit And.de Isernia in procemio cõstitutio.Regni Siciliæ.col. 9.lin.77. Gabr.Saray.

DCCXVI.

1 *Exemplo vel transsumpto,absque solennitate, quod fides detur,an Papa,vel Imperator facere possit?*

1 AN Papa vel Imperator possit facere ꝙ† transsumpto vel exemplo absque solennitate detur fides?Dic ꝙ nõ Casus est singu.in c.1.de fide instru.

ADDITIONES.

Adde Feli.in c.cum olim.col.10.in fi.de re iudic.ad quod faciunt allegata ibi plenè per eum . & quæ supra addita sunt singular.671.incip.tu scis ꝙ nedum iudex.

Quod intelligitur secundum Feli.Deci.& alios ibi de potestate ordinaria,secus absoluta.vel etiã ordinaria, & ex causa, cũ valeat consuetudo vel statutũ , ꝙ priuatæ scripturæ autoritatem tribuit.ca.cùm dilectus.eo.titu.Alex.l.1.§.fi. & ibi cæteri Mod.ff.de ver.obl.doc.in c.2.de proba.Ni.Pi.

Idem latè tradit Didac . Couar.in pract.q.c.21.num.2.qui ad hoc eleganter inducit d.c.1.de fide.instru. Gab.Sar.

DCCXVII.

1 *Testes rogati an requirantur ad solennitatem contrahendi matrimonij?*

1 AN ad solennitatẽ matrimonij requirantur†testes rogati?Dic ꝙ sic.Legistæ.n.possunt probare huius resolutionẽ hoc modo,Contractus,resolutio , & celebratio debent procedere eodem iure.l. si ad resoluenda.C .de prædijs minor . Sed ad resoluendum matrimonium requiruntur testes rogati,ergo ad contrahendũ , vt l.nullũ.ff.de diuort.Sed de hoc habes glo.singularem in verbo, inuitatis. in ca.nostrates.30.quęstio.5. Sed Bartholomæus Brixi.dicit in quadam sua quæstione, quod ipse non credit glos.veram.Sed mihi placet,per illum textum.

ADDITIO.

Adde ꝙ idem tenuit Spec.in titu.de teste.§.1.col.penul. versi.tertius.& alij quos refert Deci.in c.1.col.4.versi.8. de fide instrumen.Contrarium tenet Franc.de Aret.consi.13. viso.col.3. & alij quos refert idem Deci.vbi suprà, quo in loco nõ decidit , quia de facto pendebat.Sed in consi.143. in causa.col.4.ver.6.dicit primam partem non esse verã,& idem dicit & sequitur Maria.Soci.Iun.consi.29.circa.col. 2.lib.2.& hanc communem dicit Soci.in tract.fallen.regula.420.in fi.Et Cæpol.cons. ciui.1.nu.10.dicens etiam alias sæpe consuluisse.& in tertio consilio seq. Nico. Pign.

DCCXVIII.

1 *Officiales stratarum communis , an possint percipere , quod vnius domus destruatur,vt ciuitas fiat pulchrior?*

1 QVæro,an officiales stratarũ† cõis possint facere quod propria authoritate destruatur domus vnius priuati ad hoc vt ciuitas fiat pulchrior ? Dic quod sic, per textum singularem in l.ædificia.C.de operib.public.

ADDITIONES.

Adde quod facit notabile dictum Bal.in l.si traditio.in princ. C.de actio.emp.vbi dicit,quo fauore publicæ vtilitatis potest quis cõpelli ad factum,per no.in l.stipulatio.ff.de ope. noui nun.de fauore publicæ vtilitatis plenè tractatur per scribentes in l.1.ff.solut.matri.& per Feli. in c.nonnulli.in versi.ad euitandos.de rescrip.

Et hoc sequitur Feli.in c.nonnulli. col.22.de rescrip.Hippo. in practi.crimi.§.aggredior.col.11.vbi cumulat plura fauore publico introducta.Fran. Rip.in rub.ff.de dam.infect. col.2.Et adde infra sing.784.pauper.Quod intellige dummodo pretium ei soluatur, vt per glos.in l.Barbarius.& ibi Ias.col.7.ff.de offi.præto. & Feli.& Deci.in c.quæ in ecclesiarum.de constitu. Nicol.Pign.

Idem scribit Paris de Put.in tracta. de syndi.in ver.iudicis suprema potestas.num. 16. Gab.Saray.

DCCXIX.

1 *Mandatum an inducatur,si dominus familiari dicat,nunquã reuertaris domũ,nisi sentiã nouũ de iniuria tibi facta*

2 *Et quia si dixit,malũ est,quod hoc malum trãseat impunitũ.*

TV scis quod Barto. in l.si quis mihi bona.§. sed quid si mandauit.versi.pater.ff.de acqui. hæred. determinat,
1 quod si dominus dicit familiari.Nũquã†reuertaris domũ nisi sentiã nouũ de iniuria tibi facta, dicitur quod videtur sibi mãdare,per illũ te.Sed ego vobis allego c.ex literis.ex-
2 trà de exces.præla.vbi dicitur,quod ꝑ ista verba,Malũ†est ꝙ hoc malũ transeat impunitum , censetur sibi mandasse quod faciat vindictam.& nota illum te.ad dictum Bar.

ADDITIONES.

Adde magistrum meum plenè loquẽtẽ in l.1.col.6. C.de ser. fug.Pau.de Cast.cõsi.240.incip.videtur ꝑ prædicta.& istã decisionem Barto. ampliat Mathesi.not.187. & magister meus vbi suprà limitat.6.notab.modis . de quo etiam per Anto.Sicu.in notab.209.incip.famulus cuiusdam nobilis. Adde Alex.& Ias.in d.§.sed quid si mandauit:Aret.in trac. malefi.verbo,Sẽproniũ mandatorem.21.q.Alex.cõsi.69. 2.volu..& consi.53.106.127.4.vol.Lud.Carer.in tract.homi.§.5.nu.56. & seq.vbi ponit 8.fallen.Deci.in cõsi.234. in fi.consi.622.plenè per Hipp. consi.132.Augus.Bero.q. famil.10. Nicol.Pign.

Adde Bal.in l.non ideo minus.C.de accus.Pet.de Anch.cõsi. 117.alias 266. Abb.in c.sententiã. col.pen.versi.nec obstat si dicatur . ne cleri. vel monac.& Io.de Ana.consi.59.visa inquisitione.& nouissimè hanc doctrinã non satis tutã reputat And.Tiraq.in tract.de pœnis temperãdis aut remittẽdis, in 27.causa, nu.8.& 9.Et latè scripsi in annotationibus meis ad Matth.Mathesi.in singu.187.col.2.uersi. Et ꝑ hoc inducebat. Gab.Saray.

DCCXX.

1 *Vasallus volens feudũ alienare,debet habere consensum domini:Et an dominus sciens & tacens,consensum præstare videatur?*

1 DE solẽnitate requirit , ꝙ uasallus uolẽs†alienare feudũ debet habere cõsensum domini.Quæro, si dominus scit & tacet,an uideat̃ ꝑstare cõsensum?Gl.est sin. ꝙ nõ in c.1.in uerb.ꝑmissione.de prohi.feud.alie.per Lotha.quam seqtur Bal.ibi adde ad,noteta in l.quæ dotis.ff.solut.matri.

ADDITIONES.

Pro gl.hic alleg.facit regula.c.nonne. de præsumpt. vbi Feli. col.4.in prin.infert ad id quod dicit glo. ista ad quam vide omnino consilium Pet.de Ancha.62.incip.mora iudicis.

Et hoc sequitur Matth.de Afflic.per And.de Iser.in d.c.1.re probando gl.dum obscurè sentit cõtrarium. Et aliquos allegat Tiraq.in tract.de retra.consan.§.1.gl.9.nu.149. Contrarium,nisi dominus errauerit,tenet d.gl.& ita citatur,& intelligitur per conciuē meũ Iac.Ardizo.in summa tit.qui mod.feu.amit.sub rub.si domi.consen.alie.Ias.in l.quæ dotis.14.casu.ff.solut.matr.& in l.si fundum.col.6.ff.de lega.1.Curt. Iun.in tract.feu.in 16.casu.4.par.prin. & alij quos alleg.Tiraquel.vbi supra,num.115. Nicol.Pig.

DCCXXI.

1 *Donatio quingentorum aureorum vni facta est insinuanda, & quid si duobus fiat dictam summam excedens, an dicatur vna,vel plures?*

1 POne,facta est donatio duobus,quę excedebat † summã quingentorum aureorum, quæ si facta esset vni deberet insinuari.Quæro,an sit vna donatio,vel plures,& qualiter debeat considerari,an in concreto,an in abstracto?Ad hoc vide tex.in l.sancimus.§.sinautem.C.de donat.vbi est tex.de hoc.Io. And.dicit quod debet considerari donatio, in concreto,& non in personas donatariorum,hoc ipse ponit in additio.Specu.in titu.de donat.col 3.in verbo,quod dicitur.

ADDITIONES.

Ad hoc vide Fran. Cre.qui subtraxit istud dictum nota.suo. 132.incip.facta est donatio,&c.

Quem sequitur idem Roma.in consi.26.pro decis.2.dub.& melius in cõsi.305.quo ad septimũ.in prin. Alex.in l.si plures.ff.de pact.& in l.scire debemus.in princ. & ibi etiã Ias. ff.de verb.obli.Pract. Papien.in libello pro donato. verbo solẽniter.nu.4. Intellige quãdo vno cõtextu facta sit.N.P.

DCCXXII.

1 *Iuris ignorantia qui excusantur, si actum clam faciant, non non excusantur.*

1 REgula est,q̃ quæcunq; p̃sonæ sunt, quæ excusantur à iuris ignorãtia,si fãciunt actũ clã,non excusantur.glo. est in l.1.C.de interdict.matri.& l.qui cõtra.C.incest.nupt. quæ ponunt hanc conclusionem,per l.fi.ff.de ritu nuptia.

ADDITIONES.

Adde Bal.in l.1.C.de interdic.ma.hic alleg. Feli. in c.q̃m.col. penul.versi.quinta conclusio.de cõsti.pro quo allegat te.in c.cũ inhibitio.de clãd. despõ.vbi actus p ignorãtiã excusabilis nõ excusatẽ occultè fit. Et idẽ dicit,si tales p̃sonę faciãt actũ cõtrariũ,per allegata ibidẽ per eũ.Vide etiã Feli. in c.consuluit.col.7.ver.gl.in ver.lucem. vbi alleg.glos.in d.l.1.de interdicto ma.& Bal.in l.quicunque. penul.col.C. de ser.fugi.& Io.de Ana.in c.cum ex iniuncto.col.2.de hære.vbi dicit esse bonum tex.

Et est rõ,quia propter clandestinitatem præsumitur in eis ad esse scientia, ℔m d.gl.cui adde c.vlti.§.si quis verò.de clan de.despon.& c.cum ex iniuncto. & ibi Feli.in prin.de hære.Et sequitur idem Roma.consi.506.in re præsenti.col.1. versi.his tñ non.Bar.in l.si adulterium.in prin.col.penul.ff. de adul.Castren.in l.inciuilẽ.post princi.C.de furt. Cæpol. consi.crimi.26.Magnifice.q̃ repetitur inter consil.Alexa. 135.circa primum.li.1.And.Tiraquel.qui plures alios citat,in tract.de retract.conuen.in præfa. nu.24. Et quando clam fieri dicatur,ponit Feli.in c.consuluit.in fi.& ibi Dec. col.3.de offi.deleg.Deci.& Hiero. Cagnol.in l.quo tutela. §.vi factum.ff.de reg.iur.latè Tiraquel. qui infinitos citat vbi suprà,nume.13. Nicol.Pig.

Latè id prosequitur insignis doct.D.Io.Baptista de Plotis in sua repe.l.si quando.C.vnde vi.§.primo itaque.nu.8.& 9. & in §.ad laudẽm. nu.27.versic.4.limitantur præmissa.& nume.28.versi.6.limitantur. faciunt notata per Feli.in c.q̃m.nu.12.col.3.de simo.Io.Lup.in allegatio.hæresis.§ 10. in repe.c.p̃ vestras.§.18.nu.25.optimè Pau.de Ca.in l.in tacitis,nu.3.de leg.3,& Ias.in §.ex maleficijs.nu,20.Insti.de actio.& ibi Lud.Gomes,num.21.Pau. Grilland.in tract. de hæreticis,ver.14.quæro. Villa diego contra hæreticam prauit.q.9.te.in l.fi.ff.de ritu nupt.& per Didac. Seguram, in repe.l.i.§.si vir.nu.116.ff.de acqui.possess. Gab.Sar.

DCCXXII.

1 *Rescriptum à duobus impetratum, quorum alter est excommunicatus, an in totum valeat,vel tantum in parte non excommunicati?*

1 NVnquid rescriptum impetratũ per duos,† quorũ vnus est excommunicatus,alter non, valeat in totũ,siue in parte non excõmunicati, quia rescriptũ ab excommunicato impetratum est nullũ.c.1.de rescrip.li.6. Certè Io. And. ponit hoc in nouella,in c.vtile.de regu.iur.& concludit,q̃ aut rescriptum est impetratum super re communi diuisibili,& valet respectu non excommunicati.allegat l.si Titio.ff.de leg.2. Aut est impetratum super re communi indiuisibili,& nihil valet,vt l.1.§.Trebatius.& §.item quæritur.ff.de aqua quoti.& æsti.c.ad probandum.de re iudi.

ADDITIONES.

Et idẽ Roma.consi.506.in re præsenti.in 5.dubio.Io.And.in d.c.1.de rescrip.in 6.Feli.in c.si.col.2.fallẽ.4.de exceptio.& in c.olim.col.fi.de rescrip.Rot.tamen admittit quemlibet excommunicatum ad impetrãdum rescriptum, vt est decisio.362.si cõmittatur. & decisio.593. dic etiam in nou. Et in Francia exceptio excommunica. non habet locum. Decis.Tholos.189.Idem Bononiæ, vbi extat statutũ.Bal. in l.placet.C. de sacrosanc.eccle. quod dicunt Canonistæ non valere. Deci.in c.ecclesia.col.20.versi.32. Nico.Pig.

DCCXXIIII.

1 *Excommunicatus non habet legitimam personã agendi, vel impetrandi rescriptum, nisi ab eo fuerit excommunicatus qui eum consulto excommunicauit,vt eum inhabilitaret, ne contra eum ageret.*

1 ILlud quod dicitur, excommunicatus non habet † legitimam personam agendi, vel Impetrandi rescriptum. Hoc verum,nisi ille sit excommunicatus ab illo,qui ideo excõmunicauerit,vt inhabilitaret eum,timore ne contra eum ageret,quia tunc potest agere & impetrare aduersus eum, & quemcunque alium. Spe.in titu.de rescrip. præsenta.§. ratione impetrantis.versi.sed pone.col.10.nu.37.

ADDITIONES.

Adde q̃ refert & & sequitur Sande.in c.venerabilem.col.2. ver.fallit secundo.de exceptio.

Et facit l.spadonẽ.§.si.ff.de excus.tuto. cũ alleg. p Alcia.li.1. de verb.sig.col.33.ver.pp affectationẽ.& p doc. quos alleg.suprà sing.597.& adde q̃ supra sing:proxi.posui. N.P.

Faciunt plenè notata de excommunicato per Steph. Aufr. decis.Capel.Thol.143.vbi eleganter loquitur. Gabr.Sara.

DCCXXV.

1 *Executio condemnationis corporalis differri a iudice debet, si ciuitas congregetur,& reum esse eximiũ artificem, & ciuitati vtilem asserat.*

1 POtestas vnius loci subiectus alicui ciuitati,sententiam latam super ipso furto, vel homicidio,vult executioni mandare,scires tu aliquod remedium per quod differatur executio? Dic quod ciuitas congregetur,& dicat,quod est artifex eximius, qui expediret ciuitati,vnde potestas debet supersedere, donec nuntiet ciuitati.tex.est singularis in l.ad bestias.ff.de pœn.

ADDITIONES.

Et hoc sequitur Cæpol.cautel.2.quando.numero 1. & in l.si cõtra.nume.18.C.pro empto. Ias.in l.lex est.col.2.ff. de legibus.& l.debitoribus.ff.de re iudicat. Hippoly.in §.expedi.numero 42.& §.opportunè.columna secunda.in pract. Ludouic.Carer.qui alios dicat,in tracta. homicid.§.7. nu. 72.& de morte Azonis qui clamabat ad bestias, ( quod & ego audiui Bononiæ tempore studij mei)tradit Alciat.lib. 2.parerg.c.28.Et adde eundem ponentem alium intellectum parerg.lib.9.cap.fi.

Idẽ tenet Cæpol.in l.mercis appellatione.nu.15.ff. de ver.sig. & plenè & plenè per Pet.Dueñas in reg.41.incip. appellare ab exe cutore.in octaua limitatione. Gab.Sar.

* Adde quæ dixi suprà singulari. 566.



DCCXXVI.

1 *Infamis,vel excommunicatus,an quis sit publicè vel occultè, multum interest. Et an id etiam procedat cum de publico officio vel vtilitate tractetur?*

1 IVra faciunt magnam differẽtiam inter infamem † publicè & occultè,& inter excommunicatum publicè & occultè.Vnde dic,q̃ nunquam,quo ad ea quæ geruntur quo ad vtilitatem priuatam,nõ aũt publico officio,vel vtilitate debet fieri differẽtia inter publicum & priuatum. dictum est Inn.de confuetu.ca.cũ dilectus. vbi est dictũ singulare.

ADDITIONES.

Adde q̃ per hoc limitatur l.Barbarius.ff.de offi.præto. vt nõ habeat locũ in his,quæ geruntur iure priuato ab inhabili, quia in illis tm̃ nocet inhabilitas occulta, quantum manifesta,quod appellat singularissimum Sãd.in c.Rodulphus in verbo,& appellari,de reseri.vbi plures quotas reperies, quã alibi.& sequuntur cõiter docto. in c. pia. de except. in 6.& in d.l.Barbarius.vbi magister meus elegãter post alios hanc theoricã extollit Abb.in c.intelleximus.co.fi.de iud. in c.veritatis.in fi.de dolo & contu. & eam aurea dicit idẽ Feli.post eos quos allegat, in c.ad probãdum.col.2.ver.2. inquantum.de re iudi.vbi tradit tres intelligentias. Ni.P.

DCCXXVII.

1 *Monitiones plures si quo ad iuris pœnam incurrendam à iudice fieri debere ius præcipiat,nunquam in potestate iudicis est illas abbreuiare.*

2 *Iudex an possit minuere terminos, post quos pœna venit imponenda eius arbitrio?*

ATtende,dicit gl.quæ reputatur singularis in clemen.1. ver.tertio de vita & honestate clericorũ.quod quotiescunque † ad incurrendum pœnã iuris ius mandat iudici q̃ faciat plures monitiones,nũquam in potestate iudicis est illas abbreuiare.Sed alia est gl.de iure ciuili.vt in c.1.in ver si.tertia vocatio.de mili.vas.qui contu.est.Sed an sit idem .l.q̃ iudex non possit minuere monitiones, quãdo pœna venit imponenda arbitrio iudicis? Dic q̃ tunc põt abbreuiare. casus est valde not.de iure ciuili,nam missio in possessionem ex primo decreto est pœna.casus est in l.Iulianus; ff.de in ius vocan.Sed ad faciendum quem contumacem, requiritur trina citatio. & tamẽ potest hoc moderare, qa potest imponere vnam pro tribus, vt l.consentaneum.C. quomodo & quando iudex.Sed Canonistæ habent tex. in c.constitutus.de sen.excom.lib.6.

ADDITIONES.

Et p illas gl.dicebat Bal.q̃ si statutũ vult, q̃ elapso termino octo dierum cõtumax habeatur pro bannito, q̃ iudex nõ poterit illos abbreuiare. quem sequitur idem Rom.consi. 76.in causa.ad fi.in l.2.& ibi Francis.Rip.post alios.nu.17. de re iudi. Feli. in c.consuluit.col.5.de offi.delega.& in causa sit Romana.colum.2.4.fallen.& ibi Deci. fallen.7.de appellatio. Nicol.Pig.

Ibi,sed an sit. Adde quod istud refert & simpliciter sequitur Sande.c.cum causa.col.4.post medium. versi.secũdo intelligе.de senten.& re iudi.

DCCXXVIII.

1 *Agere, & quæstionem mouere per quem actum quis dicatur? & per quem litem incipere exercere?*

1 PEr quem actũ dicitur quis agere,& mouere † quæstionem &c.tu scis hoc.Sed quæro,per quem actũ dicitur quis litẽ incipere exercere? Dic q̃ per actum litis cõtestationis.gl.est in l.Titius.in ver.exercere.ff.de excusa.tutor.

ADDITIO.

Adde q̃ verbum, Agere, verificatur per litis cõstationem.l. amplius non peti.ff. rem rat. habi. doctor. in l. edita.C. de edend. De verbo autem, Peragere, vide Cæpol.caute. 18.verbum.Et lis dicitur incipere per litis contestationẽ. c. super quæstion.vbi glos.verti. litis exordium. Quod tamen limitat quatuor modis Felin.in d.c.super.Et quãdo dicatur lis pendere,est gl.in c.vt debitus. vbi doct.de appel. Rom.consil.330.col.1.decisio.Neapol.220. Nicol.Pign.

DCCXXIX.

1 *Doctoratus vel militiæ insignijs vtens, cum doctor vel miles non esset si postea ad eos gradus promoueatur,an de nouo, & ipsa insignia donari debeant,an solita portari sufficiãt?*

1 QVidam vtitur insignijs doctoratus,vel militię,† tamen non erat nec doctor,nec miles, demũ post fuit effectus,miles vel doctor:q̃ro,an sit necessarium q̃ ei donentur de nouo insignia,vel sufficiũt solita portari? Dic, quod sufficiunt insignia, quę solitus est portare. casus est.1.q.1. c.quod quidam.in versicu.si fortè.secundum lectu.glo. penulti.in verb.exhorruit.quam sequitur ibi Archi.

ADDITIO.

Ad istud singulare vide si faciunt scripta per Feli. vbi allegat Roma.hic in procę.Grego.colum.8.versicu.hanc conclusionem limitat Ang.

DCCXXX.

1 *Proxeneta illicitorũ cõtractuum priuatur honore personæ, dignitate & officio,& laicus excommunicatur, clericus verò à proprio gradu deponitur.*

1 PRoxeneta illicitorum contractuum priuatur † personæ honore,dignitate,& officio.tex.est in ca.nõ licet Papa.12.q.2.Sed si est laicus,debet pœna excommunicationis infligi, si clericus à proprio gradu deponi.text.est.1.q. 9.si quis Episcopus.in fi.Not.hoc bene,& tene mẽti, quia quotidianum.

ADDITIO.

Adde Cæpol.in l.iustissimè.§. ꝓponitur.in fi.ff.de ædil.edic. Philip.Franc.in ca.1. de testib.lib.6. Ego tamen crederem hoc iudici arbitrarium attẽta prauitate contractus, & participatione lucri.Et ille tex.loquitur in simonia,qui ad cõtractus illicitos non debet extendi. Vide tamen suprà sing. 276.vbi coguntur proxenetæ reddere vsuras, ac si ipsi accepissent. Nico.Pig.

DCCXXXI.

1 *Præsumitur pro nobilitate.*

1 SCis hoc iure cautum,q̃ in his quæ concernunt † nobilitatem,est præsumendum pro nobilibus.gl. est singularis in c.illud.49.distinct.

ADDITIONES.

Sequitur Ias.in l.si pecuniam.§.si.in fi.ff.de condi.ob. cau.Alciat.regu.1.præsump.47.Petrasan. sing.30.Io.Lup. in rub. de dona.inter vir.§.9.col.3.And.Tiraq.qui plures citat, in suo tracta.nobili.ca.20.nu.1.idem 20.& est bonus tex.in l. pupillus.§.& si per interpositam.ff. de autho.tut. Et adde suprà sing.650.nobilitas. Nicol.Pign.

Adde Catellia.Cot.in memoral.in verb.nobilitas habetur.& Io. Arze. ab Otalora Granatensem,in tractat.nobilitatis, & immunitatis.c.vlti.quintæ partis prin.nu.7.versi. Item nobiles sunt. Gabr.Saray.

DCCXXXII.

1 *Electi si duo sint quorum alter deuitus fuit, & postea ad frugẽ melioris vitæ est reductus, alter verò semper fuit bonus, quis in electione præferri debeat?*

SVnt electi duo Rectores pares voces habentes,certum est q̃ Superior isto casu potest gratificare,& eligere magis merentes. Pone casum, q̃ vnus ex electis Rectorum 1 fuit deuius & post modum est reductus ad frugem melioris vitæ.Alter semper fuit bonus,quæro,quis debet præferri? Quid dices,posito q̃ sint eodem tempore & studio? Arestid.12.distinct.cap.nos consuetudinem. dicit per illum te.quòd debet præferri ille,qui semper fuit bonus. allegat c.statuimus.c.quid proderit.& ca.nec emeritis.70.distinc. Sed tene contrarium. glo. singularis in c.fidelior.50.disti. dicit,q̃ est præferendus ille, qui de malo effectus est bonus.argumen.illius text.Item ratione, quia ille qui sciuit, malum,melius præsumit ur scire gubernare,& etiam, qui à malo effectus est bonus,firmius præsumitur bonus. Adde hic ad glos.not.b.quæ ponit rationem positam in cap. constitutus. de appel. & ad glos.5.q.1.capit.illud. allega.

vbi gl.

vbi glos. disputat, an sufficit eligi bonum, vel sit necesse quod eligatur bonus.

ADDITIONES.

Tu dic ꝙ est tex. in contrarium in c. nos consuetudinem. hic alleg, & tex. allegatus per gl. prædictā procedit, quando bonus, & qui fuit malus non concurrunt, nam tunc ille, qui deliquit, nō est repellendus, si pœnituit, ex eo ꝙ peccator fuit, sed potius debet ꝓmoueri, ꝙa melius cognoscit qualiter debeat alijs misereri. & ita transit Panor. in c. dudum. 2. co. 9. de elec. & ita loquit te. in c. fidelior. In Petro rōnabiliter factum puratur, & non trahendum ad cōsequentias §. his oībus. 41. di. Fuerat. n. primus qui meruerat inter discipulos veritatem de Christo profiteri dum dixit, tu es Christus filius Dei viui, qui in hunc mūdum venisti, ideo tunc sibi dominus respondit. Beatus es Simon Bariona, qui caro & sanguis non reuelauit tibi: Et ego dico tibi, ꝙa tu est Petrus, & super hanc petrā ædificabo ecclesiā meā.

Adde quod communis schola Canonist. dicit di. gl. sing. ꝓm Feli. consi. 2. habent. vlti. dub. Tñ est cōsocia in c. obeuntibus. in gl. fi. ad fi. 63. dist. circa quas vide Abb. in c. at si clerici. vbi Deci. distinguit, vterque in fi. de iudi. Ias. in rub. ff. de iusti. & iur. Feli. in c. eam te. versi. infidelitas. & ibi Fran. Rip. nu. 33. de rescrip. idem Feli. in dicto consil. 2. vbi ponunt plures intelligentias. Nico. Pig.

DCCXXXIII.

1 *Collatio beneficij an probetur, si in testem producatur is, qui beneficium contulit?*

2 *Intellectus c. post cessionem. de probatio.*

1 QVidam dicit sibi collatum beneficium, † & inducit in
2 testem illum, qui contulit beneficium: Quæro, an ꝓbet inter istos duos de collatione? Tu † habes c. post cessionem. de probatio. sed ibi loquitur in instrumēto. Sed quid dicēdum, si producitur vt testis? Dic, quod casus est singularis secundum vnam lect. gl. in c. 1. §. si duo. de pace tenen. & eius viola. in vsib. feud. Vide gl. singularem aliàs in cap. 1. de cleri. viol. perc.

ADDITIO.

Adde Io. Crot. in tract. de testi. nu. 183. Et quid de inuestitore feudi, tradit Bal. & doct. in d. §. si duo. Nicol. Pig.

DCCXXXIIII.

1 *Electionis decretum an pro electo plenā faciat probationē?*

1 NVnquid decretum electionis † faciat plenam probationem pro electo? Inno. in cap. innotuit. de elect. & c. nihil. eo. titu. dicit ꝙ non facit plenam probationem, & hoc per tex. in d. c. nihil.

ADDITIONES.

Ad hoc vide Panor. in c. innotuit. col. 4. vbi recitat tres opiniōnes adhæret distinctioni Ant. de Butr. distinguentis, ꝙ aut decretum est confectum per publicam personā attestātem omnia fuisse gesta in præsentia sua, & tunc non apparet ratio, quare huic decreto non detur fides plena. Aut decretum fuit cōfectū manu priuata, & tunc procedit opin. Inno. & Cōpost. & hęc opi. satis placet Pano. vbi supra, dūmodo in tali scriptura interueniant oīa requisita ad substantiā scripturæ publicæ, vt testium præsentia, & similia. Et tradūt doct. & Spe. in ti. de elec. §. 1. ver. celebrata. Ni. Pig.

DCCXXXV.

1 *Sententia an ferri posit iudice pro tribunali non sedente?*

1 AN posit sententia † ferri iudice non sedente pro tribunali? De hoc habes in l. nec quicquam. §. de plano. ff. de offi. proconsul. & lega. Et dic ꝙ sic, casus est singularis in l. 2. §. dies. ff. quis or. in bono. poss. ser. & de hoc habes text. in versi. sententiam. in clem. sæpe. de verb. sig.

ADDITIONES.

Et hoc ꝓcedit vbi non agitur in figura iudicij, & de plano, vt per eundem Rom. consi. 497. diligenter. col. 1. alias secus. §. ledebunt. in auth. de iudi. & tradit Lanfran. in ca. quoniā contra. versi. interlocutoriæ. nu. 21. de proba. Nic. Pig.

De hoc singulari & sequenti vide latè per do. Sebastian. Vātium in tractatu de nullitate proces. in rubr. de nullitate ex defectu processus. nu. 84. Gab. Sar.

DCCXXXVI.

1 *Sententia an à iudice deambulante ferri posit, si sibi causa summaria sit commissa?*

1 AN posit ferri sententia † deambulando, si est sibi commissa causa summaria, vt l. si defensor. §. illud. ff. de interrog. actio. vbi habetur, ꝙ iudex debet summatim procedere in interrogationibus. Et text. in l. noluit. eo. titu. dicit quòd, potest procedere etiam in non sedendo, & gl. ibi hoc probat.

ADDITIO.

Dic ꝙ dicta l. noluit. in fine, debet intelligi, vt iudex in summarijs posit sedere vbicunque voluerit, etiam si domi vel in via. Secus quando plena cognitio requiritur, quia tunc debet sedere in loco maiorum suorum. l. penul. ff. de iusti. & iur. Et per hoc redditur dubium hoc sing. & gl. alleg. ꝙ Rom. hic, sentit oppositum rectè intelligendo eam. & adde Cæpo. consi. ciui. 35. celeber. in prin. Nico. Pig.

DCCXXXVII.

1 *Protestatio facta contra alterius protestationem, an primam protestationem cessare faciat?*

1 AN vna protestatio facta contra vnum, qui protestatus † fuit contra alium, faciat primam protestationem cessare? Dic, ꝙ aut protestatio prima fit ad inducendū consensum verum, tacitum, vel præsumptum, & protestatio secunda tollit primam: casus est in l. aut qui aliter. §. si quis cum denuntiasset. ff. quod vi aut clam. & in l. 1. §. mariti. ff. de libe. agno. vbi Bar. hoc not. Aliquando fit protestatio ad declarationem animi protestantis, vel ad inducendam moram protestati, & non tollitur per protestationem secundā. ita notat Cy. in auth. offeratur. in 6. q. C. de lit. contest.

ADDITIO.

Adde doct. in l. non solum. §. morte. ff. de ope. no. nunt. & in c. cum M. de consti. Nico. Pign.

DCCXXXVIII.

1 *Adulator an accusator esse posit? & quid in facili litigatore?*

1 AN adulator posit esse † accusator, & quid in facili litigatore? Et tex. in l. qui accusare. de accusa. non ponit istū casum. Casus est singularis quod sic. 3. q. 2. ca. similiter. in versi. gratioſi.

ADDITIO

De facili litigatore est supra sing. 318. nunquid. & Corse. singu. 364. Nico. Pig.

DCCXXXIX.

1 *Testes vbi sunt in loco, vbi eis metus inferri potest, iudex eos in loco tuto examinare debet.*

LItigabunt in ciuitate ista quidam Comites, & pro habenda veritate erat necesse ꝙ haberentur testes loci ipsorum litigantium, & volebant committi examinationem in illo loco, sed pars opponit ꝙ non permittet hoc fieri, sed examinet ipse, vel committat in alio loco, quia dubitat de metu, qui potest eis inferri. Quid faciendū in hoc casu? Dic, quod licet possint allegari iura in argument. tū
1 de hoc est casus, ꝙ vbi † testes sunt in loco, vbi potest is inferri metus, iudex eos examinare debet in loco tut. ita est casus in c. hortamur. 3. q. 9. & per hoc declaratur text. in l. 3. §. fi. de testi. vbi dicitur, quod iudex debet cauere ne testes ex vna ciuitate ad aliam vocari possint, quia potest in casu præmisso.

ADDITIO.

Alias potest toties quoties appellari. ca. ex parte. cū ibi addūctis per doct. de appel. & in c. accedens. 2. vt lite nō cōtest.

DCCXL.

1 *Legatum tertio, & hæredi factum, quo ad hæredem nō valet, & ideo iure accrescendi ad tertium legatarium spectat. Et an id in legato vsus fructus procedat?*

2 *Intellectus l. planè. §. si duobus. ff. de lega. 1.*

1 TEx. in l. planè. §. si duobus. ff. de leg. 1. dicit, ꝙ legatum
1 rei factum † tertio & hæredi, quo ad hæredem legatū non valet, & ideo vadit ad legatarium per ius accrescendi. Quæro an sit verum in legato vsus fructus? Dic quod nō, quia
2 quia † ille §. non habet locum in legato vsus fructus, quia hæres facit partem. ita est tex. singularis in l. si quis Titio & hæredibus. ff. de vsufru. accre. Ratio specialitatis ponitur per Bar. in l. huiusmodi. §. si Titio. ff. de lega. 1. Si enim testator legat fundum, qui est communis, videtur legare partem suam. l. 1. erui electione. §. cùm fundus. ff. de lega. 1. Hoc fallit quando res est communis testatoris & hæredis. l. cùm filius. §. dominus. ff. de leg. 2. vbi text. singularis.

ADDITIO.

De intellectu d. l. si quis Titio & hæredibus. tradit Bald. in l. vnica. §. vbi autem. co. 1. C. de cad. tol. Bar. in l. huiusmodi. §. si Titius. & ibi Ale. & Ias. post alios. idem Iaso. in hac cōiuncti. & ibi per alios Moder. ff. de leg. 3. & idem Roma. consi. 308. pro habenda. co. fin. Ias. qui alios citat, in l. cùm alienā. col. fi. C. de leg. & in d. §. cùm fundus. vbi Bar. Alex. Socin. Ripa. & alij. Nico. Pigno.

DCCXLI.

1 *Legatū rei alienæ scienter factum saltē in æstimatione valet, nisi rem alienam quis leget, quam speret eius futuram spe fundata in iure de præsenti: & spes illa deficiat.*

1 LEx dicit, quòd legatum rei alienæ scienter † factū saltē in æstimatione est validum. l. cùm alienā. C. de le. cum si. Hoc verū, nisi quis leget rem alienam quā sperare pōt eius futurā ex casu mortis alterius, propter spem fundatā in iure de præsenti, quia tūc nō debetur legatū etiā quo ad æstimationem spe illa deficiente. te. est in l. si dominus nudæ proprietatis. ff. de vsufruc. & gl. apostillans corrumpit tex. & est falsa. Et adde casum no. in l. cùm proponebatur. ff. de cast. pecu. & l. seruum filij. in prin. ff. de leg. 1.

ADDITIONES.

Et idem Ro. consi. 308. pro habēda. co. 2. versic. sed stat circa hoc. Alex. in d. l. seruum filij. co. fi. Fran. Rip. in l. serui electione. §. fi. co. 1. ff. de leg. 1. Nico. Pigno.

Vide quæ latè tradit Didac. Couar. in c. filius noster. num. 3. versi. quin & si testator. de testam. vbi videtur habuisse in suo tex. singu. Romani. l. cùm filius. §. dominus. ff. de lega. 2. post eos quos ibi allegat. Gab. Saray.

DCCXLII.

1 *Christianus non potest infideli relinquere: Et quid si leget, an punitur, & qua pœna?*

1 CHristianus nō potest † relinquere infideli, vt C. de hæreti. l. 1. cum si. Sed qua pœna punitur si legat? Dic, ꝙ pœna excōmunicationis, quia excōmunicatur post mortem. casus est in c. si quis Episcopus. de hær. & in c. sanè profertur. §. item multi. 24. q. 2. & tex. loquitur in Episcopo: in alio autem Christiano non est nisi vna gl. quæ idē dicit, gl. est singularis in c. Iudæi. 2. de Iudæis.

ADDITIONES.

Adde quòd d. l. 1. cum simi. amplia tur in testamento militis. l. fi. C. eo. ti. & in patre legante filio. Abb. & Felin. in d. c. si quis Episcopus. vbi plura hic spectantia ponunt. Et casus in quibus procedi potest contra mortuum, allegaui infrà sing. 785. tu scis. Nico. Pign.

Adde quæ latè & doctè scribit Didac. Couar. in c. 1. num. 3. versi. secundò ex eo capitulo. extra de testa. Gab. Sar.

DCCXLIII.

1 *Muros ciuitatis trascendens capite punitur, & quid si valla lignea, vel foueas castri, an eadem puniatur pœna?*

QVæstio est de facto, an l. si quis violauerit. ff. de rerū diuisio. & §. item. Inst. eo. ti. qui dicunt, quòd intrans
1 ciuitatem † per muros, vel exiēs punitur capite, vt fuit in Remo, nunquid sit idem, si castrum habeat loco murorum foueas, vel valla lignea? Dic quòd punitur eadem pœna, si castrum habet murum, vel valla lignea. Ista erit casus singularis in l. de seruorem. §. necnon & si quis. ff. de re mili. Secus autem si habeat foueas, quia tunc non amputantur sibi crura, vt ibi no.

ADDITIO.

Refert Cæpo. in tracta. vrba. prædio. c. 54. de scalis. ad fi. Nic. Boer. deci. 232. transcendēs vbi duobus modis limitat d. l. fi. Et vide alium casum in quo non procedit d. l. fi. ꝓ Nel lum de sancto Gemini. in tract. de banni. 2. part. tempor. q. 13. Alex. in l. si quis nec causam. & ibi Iaso. nu. 20. ff. si cer. pe. Et adde quòd variè scribūt Historici de morte Remi, & ponunt verisimiliorem quàm sit hæc. Nico. Pign.

DCCXLIIII.

1 *Fiscus si rem alienam vendat, an indistinctè contra emptorem regressus haberi nequeat, sed contra fiscum, an vero aliquo casu fallat?*

ANno præterito (suprà singu. 617.) dedi tibi ad l. bene à Zenone. C. de quadrin. præscriptio. vnam limitatio nem. Ego do tibi aliam limitationem. nam in illa lege di-
1 citur, quòd si fiscus † donet, vel vendat rem alienam, aduersus emptorem non potest haberi regressus, sed bene contra fiscum. Quæro, an sit verum indistinctè? Et dic quòd non: quia habet locum, quando putat rem alienam suam, Secus si putat alienam, quia potest haberi regressus contra illum, cum quo fiscus contraxit. gl. est singularis in l. multum interest. C. de commu. re. alie.

ADDITIO.

Sequuntur Bal. post Iac. de Are. & Cy. in d. l. multum. Alexā. consi. 52. in causa. co. 3. versi. circa tertium. lib. 7. Ias. in authen. quas actiones. co. 2. in prin. C. de sacrosan. eccl. Fel. latè in c. quæ in ecclesiarum. co. 12. in 1. limitatio. de consti. vbi Aug. Bero. nu. 153. & eundem Bero. post doc. in c. qui res ecclesiæ. de rebus eccle. non alie. Iaco. de sancto Geor. in tractat. feud. in verbo, princeps. in 40. speciali, fallen. 4. Thom. Gram. decisio. 65. excellēs. nu. 45. Matt. de Afflic. in c. vnico. §. & bona committentium. co. penul. quæ sint rega. & per Balb. & in tract. præscrip. q. 8. 2. par. 5. par. prin. Soci. Iun. consi. 69. pro dilucidatione. co. penu. vers. quartò & vltimò. libr. 1. Et vide suprà aliam limita. ad dictam l. bene à Zenone. sing. 618. Nico. Pigno.

DCCXLV.

1 *Clericus non potest prorogare iurisdictionem alterius iudicis penitus non sui sine cōsensu sui Episcopi. secus si iudex prorogatus sit aliquando suus.*

1 TV scis quòd pridie in l. 1. §. & post operis. ff. de noui operis nuncia. dixi, quod clericus non † potest prorogare iurisdictionem alterius iudicis sine consensu sui Episcopi. c. significasti. de foro cōpe. Sed limita hoc verū, quando clericus vult prorogare iurisdictionem iudicis penitus non sui, quia tali casu non habet locum dispositio dicti capit. Secus autem si iudex prorogatus est omnino suus iudex, quia tunc non est necessarius consensus iudicis sui, per ea quæ tradit Inn. in c. dilecto. in glo. super verbo, conueniri. 1. de offi. Archi.

ADDITIONES.

Sequitur idem Ro. Castr. Ale. post alios in d. §. & post operis. Nam causas subiectorum Prælatorum qui subiecti sunt Episcopo etiam ipsis inuitis potest audire Episcopus, vt dicunt docto. in d. c. dilecto. & in c. cùm ab ecclesiarum. & in c. pastoralis. de offi. ordin. Nic. Pign.

Adde Sebastia. Vantium in suo tracta. de nullita. processus, in rubri. de nullitate ex defectu iurisdictionis ordinariæ. nu. 61. & sequent. Et an coram iudice laico clericus reconueniri possit? latè traditur decisio. Cape. Tholosa. nonagesimaquinta, & ibi Stepha. Aufrer. & Felin. in capit. at si clerici. de iudicijs. Gabriel Sarayna.

DCCXLVI.

1 *Verbosi an possint aduocationis officio priuari?*

1 AN nimis verbosi possunt priuari † aduocationis officio? Dic quòd sic, glo. est singularis in l. ex ea. ff. de postu. & est prima.

ADDITIONES.

Multo enim melius est pauca idoneè effundere, quam multis in vtilibus homines prægrauari. l. 2. colu. 8. de vet. iud. enuc. Et de futili loquacitate pulchrè Aul. Gel. libr. 1. cap. 15. Sed hodie, maximè in hac ciuitate Venetiarum, huiusmodi homines sunt in maximo honore, & valentiores reputantur. Nicolaus Pigno.

Verbositas dānatur, & ideo dī quòd gaudent breuitate mo-

derni, vt in l. Gallus, §. quidã rectè. ff. de libe. & posthu. nã frustra fit per plura, q̃ pôt fieri per pauciora, vt in l. 1. ff. q̃ metus causa. Et propterea dicit Bald. in l. ampliorem, §. in refutatorijs. C. de appe. caueant verbositate moderni, & vnusquisque abstinere debet à superfluis, vt in l. breuiter. ff. de offi. præfec. prætor. & in l. instrumentorum. C. deprecib. imper. offer. & in l. pediculis. §. Labeo. ff. de aur. & arg: lega. & in l. is à quo. §. fi. ff. vt in possessio. legat. facit tex. & ibi Bar. in l. 1. in prin. ff. de orig. iur. nam multiloquio subditus ex eo se inquinat, vt in c. sit rector. 43. di. Nã & breuitas locutionis gratiam parit, vt in c. diffinimus. 18. q. 2. Prolixæ etenim præfationes confusionem inducunt, & tẽdium generant animis auditorum, vt extrà in proœmio Decre. §. sanè. & C. de nouo Codic. cõpon. §. quibus. neq; aliquod suffragiũ conferunt, vt C. de emenda. Iustini. Codic. & penè nihil immẽsum, bonũ, vt in auth. vt determi. sit nu. in prin. & legit in sacro eloquio, noli verbosus esse in multitudine presbyterorum, ecclesiast. 7. ca. & alibi, in multiloquio non deerit peccatũ. Proue. 10. stultus. n. verba multiplicat. ecclesiast. 10. & adde non inelegãter scripta per Petrum Mesiam Hispalensem in Sylua variarum lectionum. 1. parte. c. 5. Bonus tex. in prin. Insti. quod cũ eo in multis sermonibus inuenietur stultitia secundum Ecclesiasticum, c. 5. & Hiero. super Hieremiam lib. 2. quem refert Franc. à Ripa in tracta. de peste fo. 30. co. 4. num. 28. versi secundò intellige. & per Dida. Seguram plenè in repe. l. si ex legati causa. nu. 6. ff. de verb. oblig. Gab. Saray.

DCCXLVII.

1 *Occidẽs illũ, qui de iure erat occidẽdus, qua pœna teneatur.*

1 BAl. Pe. Cy. & Bar. de Capua, in l. addictos. C. de epi. audiẽ. ponunt quæstionem: qual pœna puniatur ille qui occidit illũ qui de iure erat occidendus, & dicunt q̃ pœna mortis. casus est in l. finali. C. de malefi. & mathem.

ADDITIONES.

Hoc ponit idem Bal. in d. l. fi. & in l. fideicõmissa. §. si quis. ff. de le. 3. Hip. de Marsi. in l. 1. nu. 13. ff. de sica. & in §. aggredior. nu. 41. in prac. crim. & sing. 150. circa mediũ. Io. Arn. problema. 24. Feli. in c. cùm iuramentum. in fi. de homic. Nico. Boer. deci. 84. par. supradicta. Lud. Carer. in tract. homi. §. 2. nu. 146. post eos quos alleg. Nico. Pign.

Adde Montaltum in tractatu suo de reprobatione sentẽtiæ Pilati. versi. & hæc sufficiãt. & versi. ad hæc omnia. & Lud. Carer. in practi. cri. in prin. nu. 104. versic. & de occidente condemnatum. & in §. circa. 3. nu. 222. Gab. Sar.

DCCXLVIII.

1 *Alienatio actionum forensi facta an valeat, si statutum immobilia in forenses alienari prohibeat?*

2 *Statutum seu constitutio semper est ita punctãda, vt decidat casum dubium, etiam si dispositio sit pœnalis.*

DIcit statutum, quòd nullius ciuis Florentinus possit alienare immobilia iura: alàs alienatio non valeat.

1 Quidam alienauit † actiones in forenses: an valeat alienatio? Aliqui dicebant quòd non valebat, ex quo iura declarabant seipsa, & sic alienatio est nulla, & sic difficultas stat

2 in punctãdo. Sed scias † q̃ vbi cõstitutio, si vno modo punctetur, decidit casum dubiũ, alio aũt modo non decidit casum dubiũ, semper est ita punctãda, vt decidat casum dubium, etiam si loquamur in dispositione pœnali. gl. est singularis in c. 1. in verb. clericum. de temp. ordi. lib. 6.

ADDITIONES.

Ista materia solet esse periculosa. & dic quòd gl. hic allegata non consueuit reputari vera, vt per Io. de Imo. Anc. & Gemi. in loco hic alle. per Ant. in c. fi. de consue. per Iaso. in §. tripli. Insti. de actio. Et licet per doc. vbi suprà ponatur regula negatiua, q̃ in pœnalibus nõ sit licita extẽsio cũ 15. fallen. eris tũ etiã clarior, si videris Ro. cõs. 129. & 337. & cõsi. 437. & 464. Alex. consi. 29. volu. 3. & consi. 182. volu. 2.

Et idem Ro. consi. 509. circa propositam. in 4. dubio. Nico. Euerar. in suis locis legalibus, in loco, à ratione legis generali ad extensi. legis, in tertio casu, post Seuerinum per cũ alleg. & an actiones computẽtur inter mobilia, vel immobilia, tradit idem Ro. in d. consi. Bar. & ibi And. Ale. a. in l. mouentium. ff. de ver. sig. Ale. Ias. in l. à diuo Pio. §. in ven ditione. ff. de re iudi. & latissimè per do. And. Tiraq. in tra. de retract. consangui. §. 1. in gl. 7. Nico. Pign.

DCCXLIX.

1 *Venditio an probetur per instrumentum narrationis venditionis, si pretij certitudo non ponitur?*

1 AN per instrumẽtũ narrationis vẽditionis † pbetur vẽditio, si nõ ponitur pretij certitudo? Et prima fronte dicendũ q̃ sic: nã si non determinetur, vẽ quòd vendi, pôt vt l. fi. cum sim. C. de iur. dom. imper. Tu dic, quòd non p bat vẽditionẽ. Rõ, quia probatio dubia non releuat probãtem. l. non hoc. C. vnde cog. & hoc notat Cy. in l. 1. in fi. C. de cõtrah. & cõmit. stip. & illud approbat Bald. in l. 1. co. 6. versi. quæro pone. C. de reb. alie. Bart. in l. admonendi. ff. de iureiu. Et probatur, quia probatio testium & instrumentorum à pari procedunt. l. in exercendis. C. de fide instru. sed testes nõ plenè probantes conuentionem partium nihil probant, vt est gl. in l. Lucius. in verbo, debeant. ff. de infam. sed hoc est in isto instrumento: ergo non probant.

ADDITIONES.

Ad ista facit, q̃ substãtia vẽditionis cõsistit in pretio, vt dicit tex. in l. pacta conuenta. de contrah. emp. §. pretiũ. Insti. e. sed q̃ omittũtur substãtialia, cõtractus redditur nullus: d. l. pacta. & l. cũ hi. §. Prætor. ff. de trãsa. Sed in cõtrariũ vr te. q̃ sufficiat conuentio sine pretio, in l. empti fides. C. de act. empt. vbi dr quòd absque pretio, vel mercede, vel cõuentione contractus emptionis & venditionis nullus est.

Et idem Ro. consi. 305. quò ad septimum. co. 1. ad fi. Castrẽ. Ale. & Ias. in l. fi duo patroni. §. Marcell. ff. de iureiu. Ale. consi. 18. viso processu. co. 1. lib. 1. Et quod idem procedat in teste, ponit idem Ro. consi. 30. viso. versi. quidam. & in consi. 91. visis. co. 2. versi. 3. Alex. consi. 28. viso. co. 2. & in consi. 128. ponderatis. 2. co. li. 2. consi. 39. vertitur. co. 2. li. 5. Hipp. de Marsi. singu. 38. latè per And. Tiraq. in trac. de retractu conuen. in fin. q. 18. Limita secus, quãdo ageretur de probando titulo contra tertium propter præscriptionem vt per doc. in d. §. Marcellus. & per Balb. in tracta. præscri. 2. par. 3. par. prin. q. 9. in fi. Ale. in l. fciendũ. co. 3. ff. de ver. ob. Limitare secundo loco, quando probaretur pretiũ conuentum fuisse solutum, & venditorem in eorum præsentia recepisse & contentum fuisse. Nic. Pign.

Vide notata per Caro. Molinæ. in additio. ad Alexande. cõs. 18. viso processu causæ. co. 1. li. 1. in additio. inci. non probatur. vbi notabiliter loquitur. Gab. Sar.

DCCL.

1 *Donatio rei cuius donatarius in particulari commerciũ non habet, an obliget donantem saltem ad æstimationem?*

2 *Donatio rei litigiosæ ignorãti facta, ad æstimationem saltem obligat secus si scienti fiat.*

1 QVæstio in ciuitate Florentiæ de facto est, & ego consului, nunquid donatio † rei, cuius donatarius in particulari non habet commercium, obliget donantem saltem ad æstimationem, licet non ad ipsam rem? In legato sunt casus infiniti, *e sono piene di preti e canonici* in c. si fili. de testa. Sed si non habet commercium in communi, est clarum, per l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. obli. Aliqui allegant gl. in l. multum interest. ff. de ver. obli. vbi dicitur, quòd stipulatio rei, cuius non est commerciũ in particulari, non valet, nec quò ad rem, nec quò ad æstimationem, & illam sequuntur communiter omnes. Sed quid respondes ad l. fi. vbi dubitatur in glos. in ver. per legati. C.

2 de litigio. vbi rei † litigiosæ donatio facta ignoranti rem litigiosam obligat saltem ad æstimationem, facta verò scienti non obligat quo ad æstimationem, & rei litigiosæ commercium in particulari non est ratione interdictæ alienationis. l. prima. §. fin. ff. quæ res pigno. Sed dic, quòd aliquando res prohibetur alienari fauore vtilitatis publicæ principaliter, & tunc nec quò ad rẽ nec quò ad æstimationẽ obligat. de hoc est casus singularis in l. vnica. in ver. & quacunque æstimatione. C. de contract. iud. Aliquando est pro-



est prohibitum commercium in odium ipsius alienantis fauore tertij, & tunc sit valida alienatio facta in ignorantẽ, secus in scientem, vt d. l. fin. C. de litigio. & isto modo de clara glo. in d. l. multum interest.

ADDITIONES.

Ad hoc vide Are. in l. multum. hic alle. in 2. col. Quot autem modis consideretur, vel cognoscatur, res non esse in commercio communi, vel esse? vide per Bald. no. in l. 3. in vlti. co. C. de iure dot.

Adde quòd consi. Ro. est nu. 509. circa propositam. in tertio dubio. Et plenè habetur per doctor. in d. l. multũ interest. & in l. apud Iulianum. §. pe. vbi Ale. post alios. ff. de le. 1. & vide aliam distinctionem per Fran. Ripa. in l. filiusfam. §. diui. numer. 105. ff. eod. titu. Nico. Pign.

DCCLI.

1 *Obligatio naturalis an contrahatur per alienationem rei, cuius commercium in particulari non habetur.*

1 ANobligatio naturalis contrahatur, quando alienatur res, cuius commercium non habemus particulariter? Ego tetigi in l. multum. ff. de ver. ob. & dixi quòd nõ, per allegata per Bart. in l. 1. co. 3. ff. de noua. vbi hoc tenet per §. idem iuris. Insti. de inuti. stipu. & l. 1. §. si id quod. ff. de actio. & obli. & transiui cum hac opin. Sed in l. vnica. C. ne lice. habitato. metropo. est casus singularis magis in specie pro illa decisione, quem casum solus ego notaui, cùm ibi post traditionem potest repeti res alienata. no. & adde ad d. l. multum.

ADDITIO.

Et hoc latius deducit ipse Roma. consi. 509. circa propositam. numer. 11. vbi ponit quòd non firmetur etiam iuramento. Quod intellige quando alienatio prohibetur fauore publico: secus si fauore priuato, nisi alia concurrant, de quibus per Barto. & alios in l. cùm lex. & l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. Cano. in cap. cùm contingat. de iureiur. & adde Ale. in §. pen. & Francisc. Rip. & alios Moder. in §. diui. in 3. q. Barto. in præceden. singu. alle. & d. l. vnicam dicit singu. Francisc. Cremen. singul. 96. statuto. Nic. Pig.

DCCLII.

1 *Mutus an possit esse testis?*

1 AN mutus possit esse testis? Ista est quæstio Specu. ti. de testi. §. nunc transeundum. ver. quid de muto. vbi dicit quòd non potest.

ADDITIO.

Quod verum est, nisi nutu, vel per scripturam deponeret, vt ibi per Spe. & Io. And. & est communis opi. secundũ Abba. & alios in c. de testibus. extrà de testib. Ale. & alios in l. 1. in prin. ff. de ver. obliga. Nico. Pign.

DCCLIII.

1 *Testis deponens de auditu, ad hoc vt eius dictum plenè probet requiritur quòd deponat se ante litem motam audiuisse.*

1 OMni casu, † quo testimonium de auditu inducit plenam probationem, requiritur quòd testis, qui deponit, audierit ante litem motam, sed si post, nihil probat etiam semiplenè. Ratio est, quia potest esse, quòd motio litis traxerit famã istam: textu. est in ca. licet ex quadam. de testi. & no. Archid. 35. q. 6. c. consanguineus.

ADDITIO.

Adde quòd regulariter testis de auditu, etiam quòd adiuuetur fama publica, non probat, vt per Ale. consi. 25. in causa. col. 2. li. 4. Nec etiam fauore piæ causæ, vt per Deci. consi. 154. casus proponitur. facit tamen saliqualẽ præsumptionem, vt suprà singulari 345. Et sunt aliqui casus, in quibus testis de auditu admittitur, quos ponit Franci. Ripa. in l. 1. nume. 86. ff. si cert. per. Ioan. Crot. de testi. 1. q. nume. 366. Et adde ad Ro. hic Abb. in d. c. licet ex quadam. co. 2. Dec. consi. 82. viso processu. colu. 1. Moder. Hilpa. & Rip. post Deci. vbi suprà, ille nu. 368. hic num. 88.

DCCLIIII.

1 *Testes examinati post didicita testificata an faciant præsumptionem?*

1 TEstes † examinati post didicita testificata an faciant præsumptionem? Istud est dictum Inno. in c. cum dilecti. de accu. quòd sic.

ADDITIONES.

Ad hoc vide multa dicta elegantia, quæ ponit Lud. in l. si verò. in §. de viro. in vlt. fal. ff. fol. ma. vbi p similia confirmat Inn. hic. & vide Bar. post gl. in l. maritus. ver. vlterius. quæro. ff. de quæstio. vbi dicit, quòd testis qui non debet examinari, examinatus facit indicium. Et cum dicto Inn. cõcordat Per. de Anch. & Gemi. in c. 1. de testi. in 6. per gl. ff. ibi in ver. testimonium. Inno. met in c. cùm I. & A. de re iud. & gl. 2. q. 3. c. 2. Io. An. in c. 2. de cle. pereg. no. Bal. in l. diuus. ff. de q. Pan. in c. de cætero. de testib. d. Ant. in c. fi. in 9. co. de iureiu. Bal. in l. ad monẽdi. in 10. co. ff. e. ti. vbi Fráciscus. Cur. & magister meus Bal. in l. testimonio. in apol. de testi. & in l. cũctos populos. in 5. oppo. C. de sum. tri. & in l. 2. C. de episc. aud. & in l. 2. C. quor. app. & gl. Bart. Bal. Sal. in l. fi. C. de his qui. vt indig. & Flo. in l. 3. §. lege Iul. ff. de testi. & gl. fi. in l. inuiti. 2. ff. de testi. & Bar. in l. de minore. in prin. ff. de q. & Bal. in l. fi. C. de accu. & Bar. in l. 1. §. impuberes. ff. ad Syl. & Bal. in l. 4. C. ad l. Iul. ma. & Inno. in c. veniens. & c. præsentium. de testi. vbi per Mod. & per eosdẽ in d. c. cum dilecti. vbi dant ad istud dictum sex elegantes limitationes. vide etiam Rom. consi. 481.

Et idem Inn. in c. cùm I. & A. & ibi Fel. co. 3. ver. demum in quantum. de re iud. idem Fel. qui plures citat in d. c. cùm dilecti. co. ante pe. ver. secundò noto. (& vtrobique ponit plures limitationes ad hoc sing. & vide Hipp. sing. 198.) Bal. in l. 1. 5. oppo. C. de sacrosan. eccl. & l. 2. C. de episc. aud. Abb. in c. de cætero. co. 2. de testi. Io. Cro. in tract. de testi. in 7. par. nu. 269. Et quando testes possint examinari post didicita testificata, vide remiss. suprà, sing. 81. Nico. Pign.

DCCLV.

1 *Actioni communi diuidundo regulariter 30. annis præscribitur, nisi ea inter dominum & feudatarium profeudi diuisione detur, tunc enim solum quadraginta annorum spatio præscribitur.*

1 ACtioni communi diuidundo † communiter præscribitur annis 30. vt l. 1. §. 1. versi. nemo. C. de anna. exce. Hoc fallit in actione communi diuidundo, quæ competit inter dominum & feudatarium. Iste est tex. singularis in c. 1. §. item sciẽdum. de notis feu. secundum expositionem Bal. & Ia. de Bel. vbi non præscribitur nisi spatio 40. an. & sic regula d. l. 1. fallit in diuisione feudi.

ADDITIO.

Intellige q̃ vnus ex consortibus totã rẽ possideret, nã tũc p triginta annos pscriberet, secus si à principio oẽs sunt in possessione, nã etiã si p mille annos starent in cõi, nunquã currit præscriptio. Bal. in l. fi. C. fi. regũ. cũ alle. p Ias. & Gomes in §. quædam. Insti. de actio. Et adde Mat. de Afflic. & alios in d. §. itẽ sciendũ. alio modo exponentes. Ni. P.

DCCLVI.

1 *Filia, & vxor cur à patre, vel marito occidi à lege pmittatur?*

1 QVæ fuit ratio, quòd † lex permittit occisionem filiæ per patrem, vel vxoris per maritum? Dic, quòd ratio est in l. 2. §. initium. ff. de origine iur. ibi, vt morte virginis contumeliam stupri arceret.

ADDITIO.

Sed cur patri permittitur, non autẽ marito, contra Ro. hic? Dic, q̃ rõ est, quia paterni nominis pietas cõsilũ sæpè capit pro filia. l. patri. cũ duabus legib. seq. ff. de adul. vbi plura copulatiuè requirunt, vt patri pmittat, quæ tradit Ang. Are. de male. in glo. *che hai adulterato*. Quod secus est in marito vt in dictis legib. mitius tũ punit. l. si adulteriũ cũ incestu. §. Imperatores. ff. e. ti. & consuluit Soci. Iun. consi. 34. in causa. li. 1. Quod tamẽ procederet in vxore meretrice marito sciẽte, vt nũc iterũ cuenit de facto Patauij, vbi à marito occisa fuit vxor adultera, & adulter patritius Venetus, & ob id à mari & terris Illust. Do. bãnitus fuit. N. Pig.

DCCLVII.

1 *Testi omni exceptione maiori fidem, non esse adhibendã, an*

*princeps, vel dominus ciuitatis superiorem non recognoscêtes suo rescripto statuere possint?*

1 DOmini huius ciuitatis fungũtur vice principis in hac ciuitate, quæro an possint suo rescripto facere, qđ vni testi omni exceptione maiori non adhibeatur fides? Ilta quæstio fuit de facto in Regno, & fui interrogatus à quodam Ambasciatore de Caraffa, & consului quòd non, tunc allegaui rationes, nunc habeo de hoc textum singularem in capit. talia. 8. q. 3. & verè verecundor tunc non allegasse, quòd potuit consilium videri ab aliquo, qui sciebat illud capit.

ADDITIO.

Adde Dec. in c. 1. 2. nota. de fide instr. Io. Cro. in trac. de testi. num. 224. & ibi Mod. Hisp. allegant eũ distinguere in l. 1. §. fi. ff. de ver. ob. Au. Ber. in c. ficut. nu. 54. de ꝓba. Ni. Pig.

DCCLVIII.

*1 Iudex officio durante conueniri non potest, secus in furto.*

1 IVdex † officio durante non potest conueniri: secus est in furto. text. est singularis in authen. in §. si quis. vt iud. sine quoquo sustra.

ADDITIO.

Addè ꝙ istud est etiam generale, vt conueniatur ex delicto in magistratu cõmisso, vt per gl. in verbo, admini. in l. iubemus. C. ad leg. Iul. repe. quam dicit singularem idem Ro. consi. 415. quo ad primum. & hoc tenet Ang. in d. §. si qs. Soc. in regula 249. fallẽ. 1. & pulchrè per Ias. in l. 2. in prin. in 2. limita. ff. de in ius voc. qui allegat plures alias leges, & ponit octo fallentias. Cui adde aliam singularem per Frãc. Are. in consi. 129. consultissimè. 2. dubio. Nic. Pig.

DCCLIX.

*1 Alienatio rei ecclesiæ, quæ aliàs erat alienabilis, facta per metum, est ipso iure nulla.*

1 ALienatio rei ecclesiæ, quæ aliàs erat alienabilis, facta per metum, est ipso iure nulla. casus est singularis in elem. frequens. versi. Abbates. de excess. præla.

ADDITIO.

Adde Doctores, maximè Abb. in c. Abbas. co. 4. in tertio casu, de his quæ vi metusve cau. fiunt. vbi enumerant casus factos per metum, qui sunt ipso iure nulli. Nico. Pign.

DCCLX.

*1 Procuratoris cõstitutio per metum facta est ipso iure nulla.*

1 COnstitutio † procuratoris facta per metum est ipso iure nulla. casus est singularis in c. accedens. de procura. Inno. & Host. allegat illum text. in ca. Abbas. de his quæ vi metusve cau. fiunt. adde ad l. 2. ff. de iudi.

ADDITIONES.

Adde Doctores, vbi Ab. co. pe. in decimo casu, in d. c. Abbas qui dicit illum text. non probare, quod etiam dixit idem Ro. suprà sing. 125. & consuluit Deci. consi. 219. viso puncto. in tertio dubio. Nico. Pign.

* Adde ꝙ est duplicatũ suprà sing. 125. quæro, an constitut.

DCCLXI.

*1 Sniã iniusta si res empta sit ablata, actio de euictione emptori nõ datur: quod in eo, qui à fisco vel Republica emit, fallit.*

1 IN l. fi. per imprudentiam. ff. de euic. dicitur, † quòd quando ex sententia iniusta est ablata res empta, non parit actionem de euictione emptori. Hoc fallit in emptore à fisco vel à republica, quia ilto casu habet regressum contra venditorem de euictione. de hoc est casus singularis secundum lectu. gl. quam omnes sequuntur in l. 2. §. grani æstimationem. ff. de admi. rer. ad ciui. perti.

ADDITIO.

Idem ponit Io. Arno. problem. 86.

DCCLXII.

*1 Offerenti plus res minoris, vel Reipublicæ subhastatæ conceduntur: nec gratificationi locus est: fallit in rebus ecclesiæ, quæ iustum pretium offerenti dantur.*

a 1 TVcis, quòd res ecclesiæ, minoris, & Reipublicæ, subhastantur plerunque & publicantur, & † communiter in subhastatione videtur quòd plus offerenti dantur. text. in l. si tempora. C. de fide instrumen. & iure hastæ. fis. li. 10.

b Bar. dicit, quòd illa verba inducunt obligationem præcisè, ita ꝙ nõ potest gratificari. Hoc fallit in ecclesia, quia si offeratur plus, compellitur dare offerẽti iustum pretiũ,

c & non illi qui offert plus. ista est gl. ꝛeno. & singularis in §. hoc ius porrectum. 10. q. 2. in verbo, vt plus.

ADDITIONES.

a Tu scis. Adde quòd illam gl. communiter sequuntur doc. & eam dicunt singu. Arc. in d. §. hoc ius porrectũ. Abb. in c. 1. in prin. de emp. & vendi. in c. per tuas. de dona. in ca. in ciuitate. de vsur. Cæpo. in trac. de limi. contract. 2. pſumpnu. 21. Ias. in l. quoties. co. 5. fallen. 7. C. de rei vendic. Contrariũ tenet Deci. in l. pe. 3. nota. C. de pac. & hanc veriorẽ & tenendam dicit Cagn. qui alios citat, in l. 2. nu. 10. C. de rescin. vendi. Vide tamen Aug. Bero. pulchrè distinguentem in c. cùm dilecti. co: 9. de emp. & venditio.

b Et Bar. dicit. Sentit Rom. hic post Bar. licitatorem primũ liberari alio plus offerente, & fugiente, vel facto non solvendo. de quo per Bar. Castren. & alios in l. licitatio. ff. de publi. latè per Nico. Boer. decis. 268. ecclesia. Mod. Anco. in tracta. de deco. part. 5. nu. 8. Nico. Pigno.

c Gloss. Eam gl. etiam dicit singularem Ioan. Crotus in l. stipulatio hoc modo concepta. colum. 5. versi. sed iſtis. ff. de verb. obliga. Gabriel Sarayna.

DCCLXIII.

*1 An citatio collegio vel vniuersitati fienda, sufficiat quòd maiori eius ordinis fiat, an verò, quòd collegio, vel vniuersitate congregata?*

1 AN citatio fienda collegio † vel vniuersitati sufficiat fieri maiori de vniuersitate vel collegio, an verò requiratur quòd fiat collegio, vel vniuersitate congregata? Bal. in c. 1. de milite vasa. qui contum. est. column. 4. ad fin. allegat dicta Archidiaconi in cap. communiationes. 44. distin. vbi dicit, quòd sufficit fieri maiori. Sed miror quare non allegauit gl. o. in c. bonæ memoriæ Maguntinæ. in ver. singulares. de electio. quæ hoc dicit, & allegat dictum capitulum communiationes.

ADDITIONES.

Adde gl. pleniorem in c. fi capitulum. de concess. præben. in 6. in verbo, factam. & per doct. in locis hic alleg. & vide etiã per Ange. consi. 216. iam sunt.

Adde Bar. in extraua. ad reprimendum, in verbo, citatũ corpus. Bal. in l. etiam. co. fi. C. de executio. rei iud. Guid. Pap. q. 321. in causis. Bellam. cõclusi. 185. licet latè per præcep. in eum Cagn. post gl. ibi, & Soci. per eum allegat. in l. nõ potest dolo. ff. de reg. iur. Marã. in Spe. Aur. in verbo, citatio. nu. 94. Et quomodo citatio capituli fiat, ponit Ale. in cõs. 219. ponderatis. co. 1. lib. 6. Nico. Pig.

Hoc idem scribit Dom. Sebastia. Vant. in tract. de nullitate processꝰ. in rub. de nullitate ex defectu citationis. numero 144. qui multa remissiuè allegat. Gab. Saray.

DCCLXIIII.

*1 Princeps nũquam præsumitur uti potestate absoluta, nisi exprimat, vel nisi apponat clausulam, Ex certa scientia.*

1 DIxi aliàs, quòd nũquam princeps præsumitur uti potestate absoluta, nisi exprimat, quia semper præsumitur vti potestate ordinaria. vt dicit Inno. in c. innotuit. de elec. Et aliàs dixi hoc verum, nisi apponat clausulam, ex certa scientia, quia quando hoc verbum reperitur, præsumitur vti potestate absoluta. gl. est in c. ad hæc. in versi. elegerint. de rescrip. quæ est sing. & non alibi.

ADDITIONES.

Adde quòd istam glo. allegat etiam pro singulari Vitalis de Gambanis in suo tracta. clausularum, versi. clausula, ex certa scientia. & eam exclamat Panor. in d. c. ad hæc. versi. vl timò no. ex qua dicit se generaliter inferre singulare dictum, quòd vbicũque in materia requiritur plenitudo potestatis principis, satis est principem dicere, quòd istud facit ex certa scientia.

Et idem Rom. consi. 369. circa primum. co. 6. & clausula ista æquipollet clausulæ, de plenitudine potestatis, & clausulæ, non obstante, vt per doctores in d. c. ad hęc. & ꝙ Deci. in l. in



in l. in totum. vbi do. Cagno. infinitos allegat. ff. de regul. iur. idem Deci. in c. 1. & c. porrecta. de confir. vti. vel inuti. Hippo. singu. 80. princeps. Nico. Pign.

Idem refert & sequitur Seb. Vant. in tracta. de nul. proced. in rub. an quælibet sñia posit dici nulla, in charta pe. nu. 20: in fin. Adde quòd princeps debet vti potestate ordinaria, debet. n. ſm leges viuere. C. de legi. l. digna vox. Instit. qb. mo. testa. in fin. §. fi. l. princeps. ff. de legib. 25. q. 1. in §. fin. c. iustum est. 9. dist. Card. Ale. in c. fi Romanorum. 19. distin. Absolutam non debet exercere, nisi ex causa, aliàs peccat mortaliter, ſm Inno. in c. ignoramus. de censib. Non aũt dicimur posse, quæ à nobis cum peccato fieri possunt. l. fi filius. ff. de conditio. instit. gl. in verb. impotentia. in c. scisitatus. de rescrip. gl. in ver. poterit. in clem. sæpè. de verb. signi. l. filius qui. ff. de hæredibus instituꝰ. Card. in ca. ad audientiã. in primo notabili, vt eccl. benefi. Abb. in ca. iſta. in 1. notab. de offi. ord. Pau. de Cast. in l. conditiones. in 1. no. ff. de condit. instit. Princeps enim positus est, vt faciat iustitiã, & iudiciũ, id est iustum iudicium. 2. Regum. 10. ca. Et ideo qñ terminos iustitiæ egreditur, non dicitur Rex. 2. q. 1. scelus. & ibi dicitur plenius: Sic sanè intelligenda est l. 1. ff. à quibus appe. non lic. vbi princeps cõmittit causam remota appellatione, quia remouerat non sine cã, idem in oĩbus, in quibus contra ius dispensat, vt cum cã fiat. ff. de senator. l. fi. quæ latius tradit And. de Yser. in procem. Cõsti. Regni vtriusq; Siciliæ. co. 6. in fi. versi. contra ea. nu. 70. Nota tñ, quòd vbi actus principis nõ põt subsistere de potestate ordinaria, nec põt referri ad aliquid iuridicè factũ, tunc vt valeat quod facit ex certa scientia, præsumitur vti plenitudine potestatis, ſm Paulum de Catt. in l. ex imperfecto. C. de testa. & in suo notab. consi. 280. quod incipit, in facto præsenti non intendo. in antiquis. Gab. Sar.

DCCLXV.

*1 Pactum de non alienando rem meam, nisi tibi, per protestationem tibi factam, quod volo vendere, præscribitur infra duos menses, vt tale pactum mihi non officiat.*

1 FAcio † tibi pactum, quòd si voluero vẽdere rem meã, non vendam nisi tibi. Ego volens vendere, dico tibi, Amice volo vendere, & si ille tacet per duos menses, possum vendere non obstante pacto. Hic est textus. singularis in l. qui Romæ. §. cohæredes. secũdum supplationem Dyn. & Barto. ff. de verb. obliga. qui mouentur argu. l. fin. C. de iu. emphy.

ADDITIO.

Et idem Ro. consi. 27. viso themate. in fi. & in consi. 182. in casu. in fi. vbi per illũ te. dat cautelam. Et sequuntur communiter doc. in d. §. cohæredes. & Ias. in l. fi. 8. no. C. de iure emphy. & eum singu. dicit Andr. Tiraquel. qui in finitos cumulat, de retrac. consangui. §. 1. glo. 9. nu. 112. Et qñ valeat tale pactum, tradunt doc. quos allegaui suprà sing. 115. nota casum. Nico. Pign.

DCCLXVI.

*1 Domini duo si eiusdem castri sint, de cuius regimine inter se dissident, alternis annis quilibet regnare debet.*

SVnt sub Regina duo dñi eiusdẽ castri, qui non possunt cõuenire simul in regimine castri: quæro, quid agendum, 1 quia sunt iura indiuidua, vt ius aquæ ductus? Aliquid dicũt, quòd Regina debet priuare ambos, & illud est verum in vno actu, sed ī casu ꝓposito Regina debet facere, ꝙ alternis annis regnent. gl. est singularis in c. licet: verbo, contenit. 16. q. 3. hoc dicentis ar. l. quoties. ff. de vsufru.

ADDITIONES.

Vide satis plenè per Feli. in c. prudentiam. colu. 2. post princ. versi. sed quid erit. de offi. & pote. iud. dele. per Abb. elegãter consi. suo. 82. vbi optimè distinguit, aut sunt multa bona & diuisibilia, aut non. vide per eum.

Adde quòd illam gl. multũ commendat Abb. in c. fi. nu. 5. de re iudi. idem Abb. & Feli. co. 2. in c. prudentiam. de offi. de leg. Alex. post Ang. in l. 2. §. ex his. nu. 13. & ibi Ias. Alciat. & Moder. ff. de verb. oblig. idem Ale consi. 18. vilis. col. 2. lib. 2. & in consi. 125. attentis. co. 1. lib. 5. Ias. in l. stipulationes non diuidũtur. sub nu. 13. ff. de ver. obl. Matth. de Afflic. in c. 1. §. prætereà. 3. notab. in prin. de prohi. feu. alie. per Fede. Nico. Boer. decisio. 5. quid, duo sunt. vbi alios citat. & decisi. 149. an rex Franciæ. nu. 21. Nico. Pign.

DCCLXVII.

*1 Sententia lata ab infame, excommunicato, vel seruo, ratione communis erroris validatur, nisi illi, inter quos lata fuerit, sciant illum communem errorem esse falsum.*

1 LEx, Barbarius. ff. de offic. Præto. & ca. ad probandum: de re iudi. dicunt, quòd sententia † lata ab infame, excõmunicato, vel seruo ratione communis erroris validatur. Limita hoc singulariter, nisi illi, inter quos est lata sententia sciant illum communem errorem esse falsum, quia tunc non validatur ratione communis erroris. ita singu. no. Io. Calde. in d. c. ad probandum. & do. Ant. refert in c. scisitatus. ad fin. de reſcri. Ratio est, quia ratione comperta cedit opinio veritati. & ratio huius colligitur 8. distinc. c. consuetudo. ex illo textu.

ADDITIONES.

Adde ꝙ dictum Card. sequitur Panor. in c. post cessioné. co. pen. versi. idem si erat occultum. de probatio. Imo. in c. di lectus. 2. in 5. co: de præben. & ibi do. Abb. 4. co. & Gemi. in c. sacerdotes. 2. q. 7. post But. in c. corã. de cohab. cleri. & mul. Fel. in c. ad probandum. co. 4. de re iud. vbi plura alle. & vide magistrum meum in d. l. Barbarius.

Et idem Cald. in c. post cessioné. & ibi Abb. Deci. & alij col. pen. de proba. Soci. in reg. 227. fallen. fi. Nic. Pig.

DCCLXVIII.

*1 Procurator an ab ecclesia parochiali inferiori sine licentia, vel consensu episcopi de iure ciuili constitui possit, & quid de iure canonico, si causa sit ardua?*

1 AN ecclesiæ inferiores parochiales † possint constituere procuratorem sine licentia, vel cõsensu epi? Dic ꝙ de iure ciuili quælibet ecclesia etiam inferior non põt sine consensu Epi constituere procuratorem. l. oẽs. §. hoc nihilominus. C. de epis. & cler. De iure canonico Inn. in cap. Imperatorum. in fi. de iura. calũ. determinat singulariter, quòd ad validitatẽ cõstitutionis procuratoris ecclesiæ inferioris non requiratur consensus Episcopi, licet contrarium ibi teneat gl. Hoc autẽ dicit alibi ipse fallere in causis arduis, ita notat ipse in c. requisisti. de testamen. Quod Anto. reputat notabile in c. edoceri. de rescriptis.

ADDITIONES.

Adde Rotam decis. 7. in nouis. Pro qua decisione vltra ea, ꝙ ibi allegantur, est te. in cap. 1. §. porrò. de statu reg. in 6. ibi, hoc autem, &c. Adde quòd Panor. & alij, licet Hostienſi. ibi distinxerint, sequuntur istud dictum Innocen. in dicto capitu. Imperatorum.

Vide ꝙ doctores in d. c. Imperatorũ. Ab. in d. c. requisisti. cõ. 2. doctores in c. cùm accessissent. & in ca. cum omnes. de constitut. cap. causam quæ. de iudi. vbi plura in materia ponunt. Et an in arduis consensus Vicarij Episcopi sufficiat? suprà sing. 700. ex longæua. Nico. Pign.

DCCLXIX.

*1 Consilio quando quis obligetur in cõtractibus vel maleficijs? Et an consulentes, deiectionem, vel spoliationem, teneantur interdicto vnde vi?*

1 IN contractibus † nullus ex consilio obligatur. vt in regula iuris, nullus ex consilio. libr. 6. & in l. 2. §. fin. ff. mand. & in §. tua tantùm gratia. Instit. eod. titu. In maleficijs est secus, quando ille non erat aliàs facturus. ff. de regu. iuris. l. non solùm. §. si mandato. ff. de iniur. d. qui seruo. & leg. in furti. §. oper. ſt. de furt. l. 1. §. perſuadere. ff. de seruo corrupt. cum simili. in capit. sicut dignum. de homici. & capit. tanta. 86. distinctio. Sed circa hoc quæro, an consulentes deiectionem, vel spoliationem teneantur interdicto vnde vi? In mandato est clarum. l. prima. §. de iecisse. ff. de vi & vi arma. Sed in casu proposito dic, quòd non, nisi in subsidium, cum spoliator non extiterit soluendo. Illud est dictum singulare Inno. in ca. querelã. de elect. qui dicit quòd non, quia non reperit hoc lege cautum. Sed contra-

r'u .. fuit determinatum inter dominos meos per dict.c. sicut dignum.

ADDITIO.

Et hæc opinio contra Inno.est cõis,quam tenuit Bal.in l.2. co.6.q.6.C.de ser.& aqua.Fel.in d.c.sicut dignum. & in c. 1.co.4.limi.4.& ibi Dec.co.6.limi.5.de of.dele. quia satis spoliare dr̃,qui consilio suo aliquem spoliat.Ias.§.omnes. nu.5.Insti.de acti.Deci.in l.cõsilij.& ibi dominus meus. ff.de reg.iu.Lud.Carer.trac.de homi.§.5.nu.159. Ni.Pig.

DCCLXX.

1 *Iudiciarij ordinis obseruatio in prima causa de consensu partiũ non potest remitti,licet ordo possit præposterari, secus in causa appellationis.*

1 COmmunis conclusio est,quòd †consensu partium obseruatio ordinis iudiciarij non potest remitti, licet possit præposterari,vt notat gl.in c.de causis.de off.deleg. & in c.fi.de re iud.li.6.& in cle.1.de lib.obla.gl.est in auth. offeratur.& in corpore vnde sumit.C.de lit.contest. Hoc verũ in prima instantia, secus in causa appellationis, quia non est necesse ordo iudiciarius, vt non detur libellus,& non contestetur lis.ita notat Spec.in tit.de lib. concept.§. vtrum.ver.argumentum contra.qui hoc dicit per text. in l.fi.§.fi.ibi,vel vllum fatale obseruare.C.de tem.app.quod dictum ibi dicit Bal.non reperiri alibi.

ADDITIO.

Ad eundem Spe.e.ti.§.nunc dicendum.vers.9. eundem Bal. in l.1.in fi.C.ne lic.in vna eademque cau.&c.Feli.in c.1.in fi.de of.iud.Dec.post alios in d.c.de causis.co.5. limi.2.& de intellectu d.§.fi.adde Ale.& Ias.in l.properãdũ.in prin. C.de iud.Abb.& Deci.post alios in c.ex ratione.de appe. Aug.Bero.in c.cùm sit Ro.nu.54.eo.ti.de appe. Nic.Pig.

DCCLXXI.

1 *An exceptiones produci possint die feriata?*

IN §. nuntiatio.l.1.ff.de noui.oper.nunt. habetur, quòd nuntiatio omnibus diebus fieri potest etiam feriatis, vt
1 ibi per gl.& doctores.Sed †quid in exceptionibus,an possint produci die feriata? Dic quòd sic,vt per Spe. singulariter in titu.de dilatio §.1.versic.sed pone.1.in fin.Allegat simile de libello & appellatione.

ADDITIO.

Adde tñ,quòd terminus ad opponẽdas exceptiones dari nõ potest die feriato,quia talis dicitur actus iudiciarius, qui tali die explicari non põt,vt per Bar.in l.miles.§.sexaginta.ff.de adul.Ang.Are.in rub.Insti.de exce.9.q.prin.qui tamen non allegant Spe.allegatum per Roma.hic.Nic. Pig.

DCCLXXII.

1 *Excõicatus non potest reconuenire agentem,nisi eum ex alia causa conueniat,quàm ex illa,qua ipse conuenitur.*

1 TExtus in c.cùm inter.de excep. †dicit quòd excommunicatus non potest reconuenire agentem: Istud est verum,nisi excommunicatus reconuenit actorem ex alia causa,quàm ex illa, ex qua ipse conuenitur, quia tunc potest ex eadem causa.ita notat Inno.in cap.si verè.in fin. de senten.excommuni.

ADDITIO.

Quem sequitur Abb.in d.c.cùm inter.co.penul. & ibi Deci.itidem col. penult.allegat l.si duo patroni.§.si quis iurauerit.ff.de iureiu.tenens hoc esse per viam defensionis, non reconuentionis. Nico.Pign.

DCCLXXIII.

1 *Possessio,etiam iniusta, nemini per iudicẽ est auferẽda sine ipsius possidentis citatione, nisi possidens de facto fuerit in possessionem à iudice, parte non citata, missus.*

1 POssessio,etiam †iniusta,nemini per iudicem est auferenda sine ipsius possidentis citatione.c.in literis. de resti.spo.ca.licet episcopus.de præben.li.6. & l. si deserta. C.si propt. pub.pen.in l. nec imperiale.C. si per vim vel alio modo.& in l.meminerint.C.vnde vi. Limita verum, nisi iniustè possidẽs de facto fuerit in possessionẽ missus per iudicem aduersario non citato,quia eodem modo potest priuari etiam sine citatione.ita notat Inno.in c. quærelam.de elect.quem allegat & sequitur Bal.in l.si pacto quo pœnam.C.de pac.facit gl.in l.si minor.ff.de euic. Sed pro hoc dicto est te.in l.1.§.hoc edictum.ff.si mul.vent.nom. quos Inno.ad hoc non allegat.

ADDITIONES.

Idem tenuit Bal.in l.2.co.10.ver.quartò quæro.C.de serui. Limita sm̃ Io.And.in addi.Spe.in ti.de sen.,pla.§.species. in additione,quæ incipit,habeo de præcepto.nisi actũ factum parte non citata facturus fuisset iudex, & etiam præsente & contradicente,exemplum ponitur per eum,& p Ale.in l.si pacto.hic alle.& in l.quod iussit.ff.de re iud.Idẽ tenuit Ang.& Imo.in l.de vno.eo.ti.per doctor. maximè Ale.& magistrum meum in d.l.si pact.vbi plenè. & vltra eos addantur allegata per Roma.met consi.158.& consi. 220.& consi.320.Maria.Soci.in trac.de citatione, artic.7. versi.20.casus.cum sequen.Alex.in l.1.co.10.ff. de ope. no. nun.& consi.5.in pen.col.in 2.vol.

Et idem Ro.consi.69.viso.co.fi.vers.3.Ale.in l.de vnoquoque.& ibi Mars.9.amplia.ff.de re iudi.& in consil.5.in cã. co.pen.li.2.& in l.1.§.nũtiatio.nu.24.ff.de no.ope.nũ.Idẽ Hip.sing.195.nemo.Deci.in c.cũ cessante.in fi.de appe.& consi.191.in causa.co.4.Bellame.decis.664. Nic.Pign.

Ibi,Sed pro hoc dicto,&c.Hũc te.etiã dicit singularẽ ad hoc do.Sebast.Vantius in tractatu de nulli.proces.in prin.cha. 5.nu.16.Ale.consi.5.in causa & lite.co.2.nu.4.versi. item si probatum est.vol.2.Gemini.consi.53.Aegid. Bellame. decisi.664.Soci.in tractatu citationis,arti.7. ver. decimo. artic.20.q.24.in fi.Cald.consi.1.de dilatio. Gab.Sar.

DCCLXXIIII.

1 *Appellatio ab interlocutoria causæ expressionem requirit, secus in appellatione à diffinitiua. Et quid si causa friuola in appellatione à diffinitiua exprimatur, an appellatio ipso iure sit nulla?*

1 IN appellatione †ab interlocutoria est necessaria expressio causæ,secus in appellatione à diffinitiua. Pone quòd appellans à diffinitiua expressit, sed friuolam, an propter hoc sit nulla appellatio ipso iure? Istud est singulare dictum Ioan.Andr.in c.cordi.§.post hæc. in vltima colum. de appe.lib.6.quòd sic.Et no.Et mouetur,quia in contractu appositio causæ licet non sit necesse apponi, si tamen apponitur & falsa,vitiat contractũ:ergo à simili in appellatione.alle.no.in c.fi.de condi.appon.

ADDITIONES.

Et comprobat,& sequitur Deci.in c.ad nostrã.in fi.de appe. Contrarium sentit Fran.in d.§.post hæc Ale. in l.1.§. fi.ff. de app.& faciunt plura,quæ tradit Ias.in l.1.in prin.co.pe. ff.de eden.& in l.vinum.co.pe.ff.si cer.pe. Nico. Pig.

Adde Catellia.Cot.in memoral.in verb. arbiter, cui data. in fi.Et casus,in qbus ab interlocutoria potest appellari tradit Guido Papæ decisio.Grationo.75.& deci.436.nu.31. versi.23.quæro.Adde aliam fallentiam,qñ appellans cõparet corã iudice à quo,cum protestatione,q̀ sua appellatio sibi salua remaneat, vt plenè docet Guido Papę decisio. Grationo.364.si quis coram.Quinque alias fallentias ponit Soci.in reg.25.& Præposi.in d.c.solicitudinẽ.nu.18.de. app.vbi quindecim alias fallentias accumulat. Gab. Sara.

DCCLXXV.

1 *Citatio ad audiendam sententiam in notorijs est necessaria: fallit in sententia principis.*

1 COmmunis opinio est, †quòd etiam in notorijs est necessaria citatio ad audiendum sententiam.Fallit in sententia principis:quia lata super notorio non requirit citationem,licet contrarium sit in alijs,vt no. in clemen. pastoralis.de re iudic.& in cap.1.de cau.pos.& prop.& in l.fi. C.de legi.de hoc est te. singularis secundum lecturam gl. in c.cùm olim.de re iudic.quam ibi notat do.Anto.& alia est in c.venia.35.q.19.

ADDITIONES.

Adde quòd istud intelligitur secundũ Abb.in d.c.cum olim. co.antepe. vt pcedat quãdo in absentia sine alia citatione possit de facto liqdè cõstare sine alia discussione & indagine fienda,vt dicit singulariter ibi probari iuncta gl. vide eum, sed latius ibidem per Feli.col.10. vbi etiam dicit procedere,vbi sit notorium inexcusabile.ad hoc vide optimũ text.in c.venerabilem.ibi, absente altera partium. iuncto ver.exercuit autem denuntiatoris officium.de electio.vide etiam Areti.consi.165.Oldr.consi.44.1.col. Lud.cõsi. 369.circa primum.5.dub.ad fin.

Et Ias.in l.nec quicquam.§.vbi decretũ.in 7.fallen.ff.de offic. Proconsu.& leg.latè per Hipp.de Marsi.in l.de vnoquoque.in 1.& 2.amplia.& in 5.fallen.post eos, quos allega. ff.de re iud. Nicol.Pig.

Adde do.Nic.de Milis in suo repertorio,in ver.citatio non requiritur ad sententiam. Gab.Sa.

DCCLXXVI.

1 *Emens equum cum pacto, quod si sibi non placeat, possit illum venditori restituere,infra quantum tempus possit ipsum restituere?*

1 EMo à te equũ cum pacto,q̀ si mihi non placuerit,possim †tibi restituere.Quæro intra quãtum tẽpus possim tibi restituere? Dic q̀ spatio 60.dierum. vnde post nõ possum amplius dicere quod mihi nõ placet. ita est casus in l. quod si nolit. §. si quid ita.ff.de ædil.edic.

ADDITIO.

Adde Cæpol.in d.§.si quid ita.& est duplicatũ suprà si n.713. vendo tibi. Nico.Pig.

DCCLXXVII.

1 *Appellans,si coram iudice à quo aliquid faciat, appellationi renuntiare videtur. Fallit tripliciter.*

1 REgula est,q̀ appellãs,si compareat corã† iudice à quo faciens aliquid,videtur renuntiare appellationi c.cum venisset.de testi.& c.gratum.de offi.deleg. & in c.solicitudinem.de appel.Hæc regula est vera,vbi actus,qui fit corã iudice à quo.sonat in facere,secus si sonat in pati,quia tũc per illum actum non videtur renũtiare appellationi,vt dicit Inno. in c.olim.3.in fi.de resti.spol.Item fallit, vbi quis compareat ad faciendum actum qui tendat ad appellationem fortificandam,quia tunc non videtur renuntiare.ista est gl. singularis in c.si à iudice. de appel.lib.6. hoc dicens, ar.in c.interposita.de appel.Item fallit qñ ille actus, qui sonat in agere, & quæritur fieri per appellantem, refutatur per partem aduersam, quia tunc nunquam dicor appellationi renuntiare.ista est gl.in c.cũ venissent. de eo qui mit. in pos.cau.rei seruan.

ADDITIONES.

Vide latius per Abb.& doc.maximè Mod.ponẽtes alias octo limitationes vltra istas tres in d.c.gratũ.post eos quos alle.

Adde Ias.in l.quæ dotis.circa fi.ff.solu.mat.Phil.Fran.in d.c. solicitudinem.col.4.& 5.Abb.Feli.& Deci.in d.c.gratum. vbi latè examinant has limit. Nico.Pig.

Vide quæ dixi suprà sing.151.appellans. & ibi dictis adde q̃ notat d. Palatios Ruuios in repeti.c.p vestras.in 4.notab. fo.237.versi.ad idem facit. nu.43.extra.de donatio. inter virum & vxorem. Gabr.Saray.

DCCLXXVIII.

1 *Administratio bonorum si cui fuerit interdicta, & is infra quinquennium alienauerit, an possit alienationes reuocare,& an aliquo remedio repelli possit?*

2 *Limitatio ad l.quod ab initio.ff.de regulis iuris.*

1 IVdex Bononiensis ad instantiam illorum de Cannetulis interdixit vni administrationem bonorum †suorũ infrà quinquen.quod facere põt.Iste qui infra quinquenniũ alienauit bona, vult annullare alienationẽ, eo quia erat facta interdictio administrationis, & prohibitio alienationis,an possit aliquo remedio repelli? Dic,q̀ alienatio rei est nulla propter temporale impedimentum,cessante impedimento infra quinquennium si non fuerit reuocata, non potest vlterius reuocari. de hoc est casus in l.fi.C. si maior factus sine decret.vbi minor alienauit stante impedimento temporali,& sic nulliter, dicit ibi textus, q̀ si cessante minori ætate taceat per quinquẽnium, non potest vlterius reuoca-
2 ri.alius est in l.1.C.de contracti.iudic.Et per hoc †limita l. q̀ ab initio.ff.de reg.iur.& extra,eo.titu.quod ab initio.

ADDITIO.

Et idẽ Rom.per plura alia confirmat consi.509.circa propositã.5.dub. Et circa intelligentiã d.l.fi.plures remissiones ponũt Deci. & Cagnol. in d.l.q̀ ab initio. Alex.cosi.117. viso.li.5.Cur.Iun.consi.50.præsupponitur.& seq.Nic.Pi.

DCCLXXIX.

1 *Alienare rem prohibitus, si à superiore alienandi licentiam obtinuerit, an alienare possit, absque eo quod iudici declaret causam quare alienet?*

1 PRohibito alienare sine decreto rẽ aliquam †superior dedit licentiã alienandi, q̃ro an possit alienare sine hoc q̀ iudici declaret causam quare alienat? Dic q̀ non.glo.est singularis in l.2.C.quando decreto opus non est.

ADDITIO.

Qñ liceat alienare res minorum sine decreto, vide Ias.in l.mãdata.& ibi materiam cumulat Cagnol.ff.de offi.eius. N.P.

DCCLXXX.

1 *Creditor si rem à debitore vna actione petat, iudex non debet condemnare debitorem, nisi creditor eum prius ab omnibus alijs actionibus, quas ad dictam rem haberet liberet.*

1 SI creditor petit rem à debitore vna actione, iudex †nõ debet condẽnare debitorem, nisi creditor eum prius ab omnibus alijs actionibus,quas ad dictam rem haberet, liberet.vt l.si pupillus.ff.de noua.quam supra singula.86.allegaui pro sigulari secundum Ang.Sed nunc adde tres socias & meliores.l.non solum.ff.de rei vend.l.si merces.§. culpæ.ff.loc.& l.vnde quæritur.ff.commoda.

ADDITIO.

Et per d.l.vnde quæritur.dicit Bald.in l.cum seruum.circa finem.C.de ser.fugiti. q̀ quando pluribus teneor debeo seruari indemnis ab eo,cui soluo.& facit l.si is à quo.ff.de rei vendi. Nicol.Pign.

DCCLXXXI.

1 *Recõuentio in causa, quæ desiderat celeritatẽ,locũ nõ habet.*

2 *Legibus deficientibus supplet ratio naturalis.quæ loco earum habetur.*

1 REconuentio in causa,quæ desiderat celeritatem, †non habet locum,vt singulariter dicit Host. quem refert ibi Ioan.And. in c.cum dilecti.de ordi.cog.& Ant.in c.11
2 de mutuis peti.Et quia †deficiunt leges supplet rõ naturalis,quæ loco earũ habetur,vt est gl.in c.cõsuetudo.1.di.& l.scire oportet.ver.sed si maximè.ff.de excus.tuto. & Bal. solet allegare te.in c.fi.de trãsactio.& hoc adde ad authẽ. & consequenter.C.de sentẽ.& interlo.omnium iudicum.

ADDITIONES.

Dic q̀ aut ambæ causæ celeritatẽ desiderant, & sine dubio pcedit reconuẽtio,aut vna celeritatẽ desiderat, alia non, & tunc valet reconuentio quo ad iudicẽ prorogandum, non vt ambæ eadẽ sententia terminẽtur,nisi volẽte parte.l.sed & hæ.§.non solũ.vbi Bald.ff.de procura.& not.Barto.in dicta auth.& cõsequẽter.nu.13.& per Abb.in dicto c.1.col. 8.& Soci.in regul.332. Et q̀ rõ naturalis supplet legẽ cessantem,& allegari possit ad decisionem causarum,plura allegat Nic. Euerrar.in proœ.loco legalium, & in loco,à cessante lege. Et Cagnol.in l. qui in alterius.in princip.& in l. in ambiguis.§.quoties.ff.de regulis iuris. Nicol. Pign.

Idem dic procedere in causa appellationis,in qua reconuentio non admittitur, secundum Specula. in tit.de reconuentio.in §.nunc dicamus. versicu.sed nunquid coram iudice appellationis.quem refert, & sequitur Guidò Papæ decisio.Grationopol.436. numero 102. versicu. nonagesimo tertio quæro. Gab.Saray.

DCCLXXXII.

1 *Appellari non potest à sententia lata super causa, quæ celeritatem desiderat. Fallit in causa mixti imperij, vt est cautio damni infecti.*

1 AN à sententia lata super causa, quæ desiderat celeritatẽ, puta damni infecti, possit appellari? Spe.in titul.de appel.§.in quibus.versic.sed nunquid quando iudex.& in tit. de offic.iudic.§.officium.versi.sed an in eisdem. tangens istum

istum passum in nihilo se firmat. & de hoc videtur tex. in l.si.ff.de appel.reci.ꝙ non possit appellari.Sed dubium mihi facit l.3.C.de peda.iudi.vbi videtur tex.clarus,ꝙ possit appellari.Nisi dicas, ꝙ regulariter à sententia lata super causa,quæ celeritatem desiderat,nō appellatur.d.l.si.Fallit nisi sit causa mixti imperij,vtputa,cautio damni infecti, quia tunc poterit appellari.d.l.placet. quam nemo inducit ad-hoc,nisi ego.

ADDITIO.

Et hoc sequitur Alex. in l.1.col.2.ff.de dam. infect. Contrarium tenet Bar.post Dy.in l.si finita.§.si forte.in fi. eo.tit. Hippol.in l.vnica.colu.25.C.de rap.virgi. Alb.de Rosa. & Castr.in d.l.1.& ibi Fran.Rip.col.2.vbi pulchrè distinguit. Nicolaus Pign.

DCCLXXXIII.

1 *Recōuentio corā arbitris iuris vel hominis an locum habeat.*

1 REconuentio † non habet locum coram arbitris iuris, secundum Spe.in tit.de recusatione.§.effectus.versic. sed nunquid corā istis.nu.22.sed nihil allegat.Vnde dic,ꝙ sicut coram arbitris hominis non habet locum reconuentio.c.cū dilectus.de arbi.ita nec in arbitro iuris.Sed quilibet diceret contra,quia habent se ad instar iudiciorum.& ita crederem,& semper dubitaui,nisi quia hodie reperi.

ADDITIONES.

Adde ꝙ cōmuniter videtur teneri,ꝙ reconuentio habeat locum coram arbitris,dummodo nō sint electi super vno articulo tm̄,ne talis articulus plus debito prorogetur. ita videntur velle communiter doctores in c.cum dilectus. hic allegato.& Anto.& alij maximè Maria.Soci.in c.1.col.13. in fi.ver.sed maius dubium est.cum col.seq.de mut. petit.

Contrarium tenent communiter Doctores, quia arbitri iuris eliguntur ex necessitate iuris,& habent iurisdictionē à lege, vnde quemadmodū necessitatur actor litigare corā iudice,ita coram arbitro iuris,quicquid dicat Ias.in l.est receptum.in fi.ff.de iurisd.om.iudi.Et dictum Spec.intellige,vt hic per coapostil.meum. Nico.Pig.

DCCLXXXIIII.

1 *Pauper nobilis habens palatiū ruinā minās,quod propter paupertatem reficere non possit, an ad illud vēdēdū cogatur?*

1 PAuper † nobilis si habet altum palatiū ruinosum,& propter paupertatē non pōt reficere vel reparare, pōt cogi ad eum vendendum, ne ciuitas eius destructione deturpetur.ita notat Spec.in tit.de satisdat.§.est quoque.versic.circa hoc quæritur. allegat l.lege.circa princip.ff. ad Syllan.l.2.& fin.C.pro quibus causis serui.pro præmio lib.accip.

ADDITIO.

Adde ꝙ hoc multum commendat Cæpola in tractatu vrba. præd.c.59.de refectione.circa prin.Alex.& ibi Rip.col.2. in rub.ff.de dā.infe.Et adde suprà sing.718.quæro.Nic.Pi.

DCCLXXXV.

1 *Accusari post mortem quis multis casibus potest.*

2 *Accusans quem post mortem,an debeat se subscribere ad pœnam talionis,quam reus pateretur, si viueret, an ad pœnam,quam post patitur?*

1 TV scis, ꝙ in multis casibus † potest quis accusari post mortem,vt not.in §.per contrarium.Instit.de hæred. quæ ab inte.defer.Etiam habes, ꝙ quilibet debet se inscribere ad pœnam talionis, vt l.qui crimen.C.qui accus.non

licet fœnerari, vt per Io. de Arno. in ꝑble. 5. Tépera nisi
Iudæus hoc dixerit, & tenuerit inter Christianos. ita Car.
15 in d.cle. 1. §. fi. 19. post gl. Aliàs Iudæo † licet errare in fide.
16 & sacramẽtis ecclesiæ. Limitatur etiã nisi qs † affirmaret
vsuras posse exigi ab hoste inimico fidei, & cui nocere pos
sumus, vt dicit te. in c. ab illo. 23. q. 4. iũcta gl. Io. de Ana. in
c. 1. co. pen. de vsu. Lud. Ro. in l. si verò. §. de viro in 15. fal.
ff. sol. matri. Hip. de Marſ. in l. 1. §. ꝑterea. 10. col. verſ. alius
17 est effectus inimicitiæ. ff. de q. Limitatur † insup in alijs ca
sibus, in quibus vsuræ sunt ꝑmissæ, vt in c. cõquestus. & c.
salubriter de vsur. Iaſ. in d. §. fuerat. & in d. l. cunctos popu
los. & per doct. in l. si insulã. §. vsuras. ff. sol. matr. Lud. Ro.
conſ. 573. Per. de Anc. conſ. 138. Bal. Nouel. in trac. de do-
te, 7. par. 2. priuile. Cãpeg. e. trac. de dote, in prima authẽ. 2.
par. Mat. de Affli. decif. 284. & 291. Et casus enumerat So
ci. in trac. fal. in ver. accipere vltra sortẽ. & doc. in d. §. vsu-
ras, & tradit Carre. in tract. de hæreticis in prin. nu. 9. G. S.

L.

*1 Iurans se obseruaturum contenta in contractu, & non cõtra uenire, si contraueniat, infamia ciuili infamis efficitur ipso iure, nec admittitur purgatio moræ: Et pars aduersa est liberata ab omni contento in contractu.*

*2 Venditor quo casu sit liberatus à periculo euictionis.*

*3 Compromittentes partes in arbitros & arbitratores, & sub pœna non contrauenire laudo promittentes, si contraueniant, quomodo puniantur?*

1 NO. magnũ periculum, quòd imminet, quòd † quoties-
cunq; quis iurat in cõtractu se obseruare cõtenta in
cõtractu, & nó venire cõtra: nã si cõtraueniat puta, qa nõ
soluit in termino, efficitur infamis infamia ciuili ipso iu-
re, nec admittitur purgatio moræ. l. si quis maior. C. de
trãſac. Et vltra hoc patitur pœnã, qua cogitur ad obseruã
dum contractum aduersæ parti, & tñ aduersa pars, q̃ non
incurrit piurium liberata est ab oĩ eo, ad quod tenebatur
ex illo contractu. vt in d. l. si quis maior. vbi est casus singu
laris. Vnde dico, quòd si vẽdidi tibi fundum pro decẽ, &
obligaui me pro euictione ad duplum, & tu mihi soluisti
quinq;, & residuum infra tres menses promisisti soluere,
& iuratũ fuerit per cõtrahẽtes non contrauenire, & tu
2 omisisti soluere in termino, cogeris † ad soluẽdum, & ego
ero liberatus à periculo euictionis? Et hoc dictũ est multũ
vtile pp eos, qui faciunt cõpromissum in arbitratores, &
in amicabiles cõpositores, & iurãt nõ contrauenire, Arbi
tratores verò laudant, quòd vnus alteri debeat infra men-
sem certum qd facere. Alter verò alteri aliud infra annũ:
3 nã primus, qui † cõtrauenit, cogitur nihilominus seruare
cõpromissum alteri, & nihilominus alter erit liberatus ab
eo. Secus si idẽ erat terminus, in quo vna pars aliquid vel
facere, vel dare debeat alteri, vel econuerso; quia tunc nul-
lus eorũ incurrit piurium, vel pœnã aliquã, nisi vnus per
fectè adimpleuerit ꝓ parte sua, vt in c. cõstitutus. de pœ.
& ibi no. in l. cùm pater. §. libertus de le. 2. & in l. Iulianus.
§. offerri. ff. de act. emp. & in l. pendentem. ff. eo. titu.

ADDITIO.

Nota magnũ, &c. Ad ista vide p scribẽtes præsertim Alc. &
Mag. meum Iaſ. in l. si quis maior. hic alleg. Ale. conſ. 131.
co. 1. vo. 4. & cõſ. 155. co. 3. vo. 2. & cõſ. 49. in 4. vo. in 5. co.
& fuit cõſ. Dõ. Ant. de Prato Veteri. Et vide cõſ. Frã. Cur.
44. in 2. co. in prin. vbi allegat istud notabile dictum Mat.

ANNOTATIO.

*1 Emphyteuta priuati cessans in solutione canonis p trienniũ, licet cadat à iure suo, tamen si in instrumento adesset iuramẽtum statim quòd non soluit, est periurus, & ideo cadit.*

*2 Creditor si fecit pactum cum debitore, vt pecuniam sibi iam debitã solueret in tribus annis, & debitor iurauit seruare promissa, si postea debitor in primo anno non soluat partem promissam, tanquam periurus potest cogi statim vt integram summam soluat non expectato triennio.*

Cõtrarium in hoc tenẽt Rimin. Parpa. & nouissimè ꝑceptor
meus Do. And. Alcia. in d. l. si quis maior. Licet ibi Cur. Se
nior in 1. co. approbet dictum Mat. hic. Pro cõfirmatione
1 tñ huius notabilis adde, quòd † licet emphyteuta priuati
cessans in solutione canonis p triẽnium cadat à iure suo.
l. 2. C. de iure emph. tñ si in instrumento adesset iuramen
tum, statim quòd nõ soluit, est periurus, & iõ cadit, ita di-
xit Bal. in c. querelã ver. no. ꝙ propter duas. de iureiur. &
ita ex facto consuluit Ale. conſ. 85. nõ puto. vo. 1. quod est
repetitum in eodem vol. conſ. 126. Et idem sequitur Ant.
Corſ. in repe. rub. de iureiu. in 11. priuileg. vbi reprobat do.
Iaſ. qui tenuit contrarium in d. l. 2. in 9. q. co. 13. C. de iure
emph. in 1. addi. Qui tñ posteà mutauit opinionẽ in lectu
ris, quæ nunc circunferuntur, vt etiã ipse non est inficia-
tus in d. l. si quis maior. in 4. notab. vbi palinodiã recanta
uit approbãs hoc singulare dictum Bal. Et ibi etiã Fran. de
Cur. refert ita vidisse obseruari. Quod etiã ꝓ singulari ci
tat idẽ Iaſ. in l. quod te. co. 7. ver. iuxta ꝑdicta. ff. si cer. pe.
Quod vltra eos põt cõfirmari p id, quod in simili tenuit
do. Io. Baptist. de S. Seuer. in tract. suo transactio. in 15. q.
2 vbi decidit, quòd si creditor † fecit pactum cum debitore,
vt pecuniã sibi iã debitã solueret in tribus annis, & debi-
tor iurauit seruare ꝓmissa, si posteà cõtingat, quòd debi-
tor in primo anno non soluat partẽ promissam in primo
anno, tanquã periurus põt statim cogi, vt integrã summã
soluat non expectato triennio, & hoc operatur iuramenti
religio, de qua tradit idẽ Mat. suprà sing. 36. & ibi dixi, &
infrà sing. 54. Et latissimè per Cate. Cottam in memora.
in ver. iuramenti religio. & in ver. Emphyteuta priuati. &
nouissimè per Io. Bapt. Plotum in repe. l. si qñ. C. vnde vi.
in §. actio, q̃ ꝑscriptis verbis. nu. 1. & 2. & per Guid. Papæ
cõſ. 32. co. 4. & cõſ. 131. co. 9. Corn. conſ. 25. li. 2. Deci. cõſ.
452. Alb. Bru. cõſ. 48. vide tamen Caro. Molin. in addi. ad
Ale. in d. cõſ. 85. in additio. incip. omnes. qui dicit, quòd in
d. l. si quis maior. est casus specialis per no. per Corn. conſ.
96. lib. 1. & consi. 246. libr. 2. Gabri. Saray.

LI.

*1 Consuetudo volẽs, quòd probatio imperfecta, putà, per famã, vel per vnum testem, habeat vim plenæ probationis in criminalibus, est inhonesta. Sed in quibusdam casibus hic enumeratis, valet.*

*2 Consuetudo sicut potest inducere quòd probatio imperfecta habeat vim plenæ, vel perfectæ probationis, ita potest inducere, quòd probatio, quæ est prefecta de iure communi, non habeat vim perfectæ probationis.*

1 NOta, ꝙ cõsuetudo volẽs, quòd probatio imperfecta,
putà, per famã, vel per vnũ testẽ habeat vim plenæ ꝓ
bationis in oĩbus casibus, & præsertim in criminalibus,
vel ciuilibus de crimine, nõ valet, & est irrõnabilis, & in-
honesta. 4. dist. §. erit autẽ lex. & in c. fi. de cõsue. facit c. 1.
de cõsuet. li. 6. & notant Doctores in c. 1. de app. Sed bene
valet cõsuetudo in certis casibus specialibus, putà, qñ agit̃
de priuando ꝑlato irregulari. Vel de priuando nobiles, vel
priores eorum ꝑlaturis, vt est te. in c. quia nos. de app. ẽm
lec. quã tenẽt doc. facit c. cum dilectus de fi. instr. & quod
ibi no. Io. An. in addi. Spe. in ti. de instr. edit. in §. cõpẽdio-
2 sè. ver. nunquid de consuet. vbi dixit, quòd † sicut consue-
tudo posset inducere, quòd probatio imperfecta habeat
vim plenæ vel perfectæ probationis: Ita ecõtrariò potest
inducere quòd probatio, quæ est perfecta de iure com-
muni, non habeat vim perfectæ probationis.

ADDITIO.

Nota, ꝙ consuetudo, &c. Ad hoc vide si faciunt aliqua ex his
quæ dicit magister meus Iaſ. in l. de qbus. 23. co. de legib.
vbi facit mentionem de dicto Spec. hic alle. Et de isto di-
cto, videlicet, an consuetudo possit facere probationem
aliàs inualidam esse validã, vel econtrà: vide eleganter mo
re solito per Fel. in c. 2. in secunda conclusione post Pano.
ibi, de ꝓb. vbi ponit regulã cum quinq; limitationibus, &
vna eleganti illatione, q̃ etiã ibidẽ limitat. Faciunt etiam q̃
dicit Fed. conſ. 17. inci. q. talis est, consuetudo Episcopi.

ANNOTATIO.

*1 Consuetudo, vel statutũ, quòd probatio imperfecta de iure cõmuni ex causa, pro legitima & plena habeatur, valet.*

2 Consuetudo



*2 Cõsuetudo, vel statutum, ꝙ credatur libris mercatorũ valet, & an hoc procedat in magna summa, & ad eorum fauorẽ.*

*3 Probatio omnis si admittatur per statutum contra nobiles, an ea debeat esse talis, quæ de iure valeat?*

*4 Statutum ita debet interpretari, vt aliquid addat iuri cõi.*

*5 Statuto dictante, quòd quilibet cuiuslis conditionis possit testari, non intelligitur de illis, qui carent iudicio, & velle nõ habent, vt sunt monachi, infantes & furiosi.*

*6 Probatio contra nobiles pro legitima reputata ex statuto, an possit elidi, & refelli à nobilibus contrarium probando?*

*7 Fama sola in quibus casibus de iure communi probet?*

*8 Statutum an possit disponere quòd delictum sola fama probetur, & an valeat? Et quomodo sit illud intelligẽdum, & restringendum?*

*9 Fama saltem duobus testibus probari debet, qui etiam non interrogati rationem dicti reddere debent.*

*10 Testem de fama publica deponẽtem non sufficit dicere, quòd publice audiuit, sed quod à maiori parte audiuit.*

*11 Testis qui super fama deponit, attestari debet de seipso, & nõ sufficit, quòd impersonaliter loquatur, & dicat, quòd publicè dicatur.*

*12 Famam à personis fide dignis, & ex causis probabilibus originem habuisse est probandum.*

*13 Testes, qui inducuntur ad probandum famam, debent esse optimæ opinionis.*

*14 Statutum, si velit quòd stetur iuramento damnum passi, ille qui iurat, debet esse omni exceptione maior.*

*15 Testes omni exceptione maiores, & optimæ opinionis quando requiruntur, illa qualitas articulari debet & probari.*

*16 Statutum dictãs, quòd fama plenè probet, intelligitur nisi de contraria fama in contrarium probetur.*

*17 Fama elidit famam, quando est posterior. Et quid si eodem tempore concurrant?*

*18 Delictum probare ille non dicitur, qui indicium præstat, ex quo reus positus ad torturam confitetur, quia ipse immediatè delictum non probat.*

1 Cõsuetudinẽ † vel statutũ valere, ꝙ probatio imperfecta
de iure cõi ex cã ꝓ legitima & plena habeat, cõiter tenẽt
Doct. p te. in c. cũ dilectus. de fide instr. vbi do. Abb. in vl.
no. Idẽ tradit Old. conſ. 105. Bal. in rub. C. de fide instru.
co. pe. ver. septimum & vltimum supplemẽtũ. Cald. cõſ.
2. de cõsue. facit ꝙ notat Bal. in l. quoties. co. fi. C. de iudi.
cum si. & P. de Anc. cõſ. 43. primò de viribus. co. 4. ver. 2.
quia cõsue. Card. conſ. 72. singulatim. in fi. tertij dubij, &
conſ. seq. & cõſ. 74. duo sunt. circa fi. Bal. in l. cõparationes.
co. 3. ver. ego addo. C. de fi. instr. & in l. qdã. §. numularios.
in prin. ff. de ede. & Cuma. cõſ. 6. creditor. Ale. conſ. 124.
cõsideratis his. co. 1. vo. 5. & Deci. in c. 2. post Fel. de ꝓba.
2 Et hinc est, † ꝙ valet statutũ vel cõsuetudo, quòd creda-
tur libris mercatorũ, vt per Fed. de Sen. conſ. 119. nulli du
biũ. circa fi. Alb. de Roſ. Odof. in l. 2. in fi. C. de const. pec.
Cuma. in conſ. 136. visis instru. in fi. De hoc tñ dubitauit
Bal. cõſ. 349. si hoc q̃rit̃. in 2. dub. vo. 5. videlicet an statutũ
possit disponere, ꝙ credat̃ scripturæ mercatorũ in magna
summa, tã ꝓ se, q̃ cõtra se? & dicit hãc q. esse dubiã, & iõ
cã non decidere. Illã tñ vr̃ decidere in l. 1. co. vl. ante fi. C.
de edẽ. vbi dicit p cõsuetudinẽ & statutũ posse induci, vt
adhibeatur plena fides libris mercatorũ, & eum sequutus
est Ale. conſ. 53. in casu vertẽte inter Michaelẽ. co. 1. verſ.
attñ. vo. 1. Sed hoc vr̃ posse tẽperari in summa honesta, &
cã mercãtili, p ea q̃ tradũt doc. in locis ꝑalle. & p notab. di
ctũ Bal. in l. si ita. §. ex hoc edict. ff. nau. caup. stab. quod re-
fert Ale. cõſ. 207. viso summario. co. pe. circa med. vo. 2. &
p sing. dictũ Io. And. in add. Spe. in ti. de instr. edi. in §. nũc
dicẽdum. in additione magna circa prin. quod ꝓ sing. seq
tur Are. conſ. 33. consultatio. co. 1. & conſ. 44. in ꝓposita.
co. 1. & Iaſ. in l. 3. in 2. no. C. de transac. & in repe. l. admonẽ
di. co. 54. & seq. ff. de iureiu. Et ita etiã tenet Cat. Cotta in
memor. in ver. cõsuetudo indiscreta. aliàs statutũ vel con
suetudo, quòd credatur oĩ scripturæ mercatoris ꝓ se non
valet. ita sing. dixit Bal. in l. 1. co. 4. ver. si autẽ consuetudo.
C. de cõfeſ. quòd pro sing. refert Fel. in c. 2. in 2. fal. de ꝓb.
& in c. antep. e. ti. in 2. co. circa med. & Iaſ. in d. l. admonen
di. co. 53. ver. 3. principaliter limit. & co. 54. ver. 4. princi
paliter. & in l. q̃dã. §. vl. in 3. no. ff. de eden. & ꝓ notab. com
mẽdat etiã Ale. conſ. 3. in cã & lite. co. fi. in prin. volu. 2. &
Are. cõſ. 45. visis articulis. in fi. Et dũ hic subdit talẽ cõsue
tudinẽ valere in certis casib. putà, qñ agit̃ cõtra nobiles,
3 adde ꝙ † q̃libet ꝓbatio admittatur p statutũ cõtra nobiles
tñ ea debet esse talis, q̃ de iure valeat. ita notat Bal. in l. 2. §.
ꝑtor ait. ver. & filius. ff. q satiſ. cog. & cõmẽdat Iaſ. in l. qui-
cunq;. in prin. in 2. no. ff. de ver. ob. vbi tñ vr̃ dubitare, qa
hoc mõ statutũ superfluũ redderetur, ꝙ absurdũ videri
posset, vt ẽt dicit Bald. in l. terminato. C. ante fi. C. de fruc.
lit. expẽ. cum si. traditis p Cor. cõſ. 11. stãtibus dictis statu-
4 tis. in 1. & 2. co. vo. 1. Imò † ita debet interpretari, vt aliquid
addat iuri cõi, vt per Ale. cõſ. 49. maturè põderatis his. in
fi. vo. 1. Sed ꝓ Bal. dicẽdũ est, ꝙ operabitur hoc: nã vbi à
iure cõi requirerẽtur, putà, duo testes, sufficeret cõtra ma
gnatẽ vnus, q à iure sit ꝓhibitus, vt quia nõ sit inimicus,
vel infamis, vel sufficeret cõtra nobilẽ quodcũq; indiciũ,
quod in illo casu de iure cõi nõ reciperetur, dũmõ illud
indiciũ sit legitimè ꝓbatũ: Et sic statutũ multũ operabit̃,
& hoc dictũ Bal. ita declaratũ cõfirmatur per illud, ꝙ signã
ter decidit Sal. in l. si serui. co. 3. ver. exẽplũ. C. de nox. vbi
5 dixit, ꝙ † stãte statuto, ꝙ quilibet cuiuslis cõditionis pos-
sit testari, nõ intelligit̃ de illis, qui carẽt iudicio, aut velle
nõ habẽt, vt monachi, infantes, & furiosi, operabitur tñ il-
lud verbũ, Cuiuslis, vt nõ solum habiles de iure cõi, sed
ẽt alij poterunt testari, vt per Fel. in c. fides. co. antep. ver.
pro quo vlt. ex. de rescri. idẽ tenet etiã Bal. in l. 1. circa fi. p
illũ te. C. de fi. instr. & p An. Sicu. in repe. rub. C. qui admi.
co. 38. iunctis his q̃ scribit Dec. cõſ. 37. In cã rigorosæ ac
6 cusationis. p totũ. Sed an cõtra † talẽ ꝓbationẽ possit p no
biles cõtrariũ ꝓbari? vr̃ dicẽdũ, ꝙ nõ, ne eludatur disposi
tio & mẽs statuẽtiũ, pp timorẽ & potẽtiã aduersarij. Tñ
cõtrarium decidit sing. Bal. in l. si tutor petitus. ad si. C. de
peric. tut. & in l. q accusare. in vl. co. ver. vl. no. C. de edẽ. &
in l. si. co. 4. ver. ex hoc decidit̃ q. ff. de fer. & in l. diuus. ver.
4. est arg. ff. de test. mil. Et latè reassumit An. Sic. in pulchra
q. in trac. de ꝑstã. Card. in 2. q. vlt. partis, in 2. co. & Feli. in
c. cũ cõtingat. co. 2. in prĩ. de relc. & Dec. in d. cõſ. 37. post
7 Alc. cõſ. 16. co. 3. in prin. vo. 5. At in ꝓposito † quot sint ca
sus de iure cõi, in qbus fama sola ꝓbet, plenè tradit Bal.
8 & ibi Deci. post alios in c. 1. de app. Et ꝙ † statutũ possit di
sponere, ꝙ delictũ sola fama ꝓbet̃, valeat tenẽt Doc. ĩ d. c.
cũ dilect. de fide ĩstr. & Ba. ĩ l. de minore. §. plurimũ quoq;
circa fi. & ibi latissimè Hipp. de Marſ. nu. 41. ff. de q. & in l.
admonẽdi. co. 7. ff. de iureiu. Ang. in l. 2. §. diẽ autẽ. circa fi.
ff. quẽad. test. aper. Tale tñ statutũ cũ sit cõtra ius cõe, de-
bet strictè intelligi. ita dixit Pe. de Anc. conſ. 139. prius de
cã. co. 4. Vnde pluribus modis erit restringẽdũ. Illud. n. pri
9 mũ intelligẽdũ vr̃, † dũmõ fama ꝓbetur saltẽ duobus te-
stibus, & stãte tali statuto vnus semiplenã ꝓbationẽ non
facit, ẽm Bar. in d. l. admonẽdi. co. 7. ver. venio ad tertiũ. &
idẽ Bal in l. in bonæ fidei. 3. ver. & iõ si p formã statuti. C.
de re. cre. Secũdò in ꝓbãdo famã, ꝑsertim isto casu debẽt
testes ẽt nõ interrogati rõnẽ adducere, vt dixit Inno. in c.
cũ oporteat. quẽ Io. An. Ant. de But. & alij ibi sequunt̃. de
accu. Ang. in l. quid ergo. §. quãtũ. ff. de his q no. infa. & in
l. ea quidẽ. co. 3. C. de accu. & in l. solã. C. de testi. Abb. in c.
veniẽs. 1. co. fi. de testi. & in c. cõsuluit. 1. de appe. & idem
Abb. in c. cũ cãm. co. 3. de testi. Ale. cõſ. 72. inspecto. co. 6.
10 vo. 1. & cõſ. 25. vo. 4. Et non † sufficit testẽ de fama publica
deponẽtẽ dicere, ꝙ publicè audiuit, qa ab vno potuit pu-
blicè audiuisse, & iõ debet dicere, ꝙ à maiori parte audi-
uit, vt no. Bar. in d. l. de minore. §. plurimũ. co. 3. versi. sed
qd si dixi. & in l. 3. §. eius quoq;. ff. de testi. Ang. in l. 3. ff. ad
Mace. Et ita cõiter tenetur, vt dixit Imo. in l. hæredes palã
in prin. ff. de testa. & sequitur Alc. cõſ. 20. in cã appellatio-
nis. co. 6. vo. 4. & tradit M. Ant. Blãc. in rep. l. si. ff. de q. Et
11 testis, † q sup fama deponit, attestari debet de seipso, & nõ

sufficit ꝙ impſonaliter loquatur, & dicat, ꝙ publicè dſ, vt no. Bar. in d. §. plurimũ. co. 5. ver. ſed quid ſi teſtis dicit. & in l. Labeo. co. 3. verſ. & ió ſi teſtis. ff. de ſupp. le. Et ſi teſtis interrogatus à ꝑtibus audiuit, dicat ſe nõ recordari, nõ probat, licet prius dixerit ſe à maiori parte audiuiſſe, vt per Bar. in d. §. plurimũ. co. 5. ver. q̃ro ſi teſtis interrogeſ. & ſequitur Ale. cõſ. 3. ſup ꝓceſſu. co. 5. vo. 4. Tertiò, vt ſtatutũ habeat locũ, ꝓbari debet ꝙ talis fama originẽ habuerit à ꝑſonis fide dignis, & ex cauſis ꝓbabilibus, q̃ populũ ad ſic credẽdũ inducũt, ita in tali ſtatuto dicit Bar. in d. §. plurimũ. circa fi. quẽ refert & ſequitur Bal. in l. ꝓprietatis. C. de ꝓba. Ab. in d. c. veniẽs. Ang. in d. l. ea qdẽ. co. 3. Pe. de Anc. cõſ. 54. in q. ꝑſbyteri. Ang. in d. l. ſolã. Ale. cõſ. 68. in cã̃ ver tẽte. li. 3. & in cõſ. 83. viſo themate, ec. vo. & in cõſ. 25. in cã̃. vo. 4. & in cõſ. 117. viſo ꝓceſſu. co. 3. ec. vo. Quartò requiritur, ꝙ teſtes ſ̃q; tali caſu inducunt ad ꝓbãdũ famã, ſint optimæ opinionis, qa talis ꝓbatio eſt irregularis, vt notab. tradit Ang. in d. l. 2. §. diẽ. ff. quẽadm. teſt. aper. Et p hoc infert Ant. de Ale. in l. q accuſare. C. de edẽ. ꝙ ſi ſtatutũ vellet, ꝙ ſtetur iuramẽto dãnũ paſſi, ꝙ talis ꝓbatio eſt cõtra regulas iuris cõis, ió requiriẽ, ꝙ ille, qui iurat, ſit oĩ exceptione maior. Facit ꝙ no. Bald. in d. l. qui accuſare. & Cy. in d. l. in bonæ fidei. in 7. q. C. de reb. cred. & Bar. in d. l. admonẽdi. co. pen. ff. de iureiu. Et his caſibus ſ̃q̃ teſtes bonæ opinionis, & oĩ exceptione maiores requiruntur, illa qualitas articuli debet ꝓbari. vt no. Bar. in l. 1. §. ſi quis neget. co. fi. ff. quẽad. teſt. ape. dicẽs, ꝙ cautus debet eſſe aduocatus, vt faciat ꝓbationẽ de fidelitate teſtiũ. Et Ale. cõ. 82. vo. 1. co. 2. Bar. cõſ. 31. vo. 1. & cõſ. 45. co. vo. & in conſ. 7. co. 6. vo. 4. Cõtrariũ tñ tenuiſſe Fiã. de Rãpo. refert Fel. in c. cũ ſoãnes. co. 17. in prĩ. de fide inſtr. & idẽ cõſuluit Barb. ſibi cõtrarius in cõſ. 29. vo. 1. ante fi. & vide oĩo. Cur. cõſ. 55. ſup ꝓceſſu inq̃ſitionis. co. 4. & ꝑ Dec. cõſ. 37. in cã̃ rigoroſæ accuſationis. co. 4. & latè dixi ſ. ſing. 1. & 2. Et in terminis noſtræ q. qñ ipſa fama faciat plenã ꝓbationẽ, hoc exꝑſsè tenuit Ang. in d. §. diẽ. & Pe. de Anc. in di. cõſ. 254.

16 Quintò, ſtatutũ declaratur, dũ dicit, ꝙ fama ſ̃t plenè ꝓbet, nã intelligitur niſi de cõtraria fama i cõtrariũ ꝓbetur, ita in ſtatuto Florẽtino decidit Bal. in d. l. diuus. ver. quartũ eſt arg. ff. de mili. teſt. & in d. l. qui accuſare. verſ. vlti. no. C. de edẽ. & in d. l. ſi tutor petit. vs. in fi. C. de pic. tutor. & in l. fi. co. 3. ver. & ex hoc deciditur q. ff. de ſer. & in l. ſacroſanct.

17 in fi. C. de epiſ. & cle. Fama ſ̃t. n. elidit famã, qñ eſt poſterior & ſi eodẽ tpe cõcurrunt, illa poſterior eſt, q̃ habet originẽ à melioribus indicijs, vt idẽ Bal. ſcribit in l. ſi mater. in prĩ. C. ne de ſtatu defunc. & idẽ Bal. in c. fi. co. fi. ver. q̃ro quid de fama, in ti. qui ſcn. dare poſ. & not. Bar. in l. is qui co. 1. ver. ſed q̃ro. ff. de acq. hære. Sextò, ſtatutũ ꝓcedit, qñ per famã immediatè delictũ ꝓbatur, ſecus eſt in alijs admini culis, qa talia debẽt legitimè ꝓbari, vt in ſimili no. Bar. in l. in q̃ſtionib. ff. ad l. Iul. maieſ. per te. in c. ꝑ tuas. de ſimon. Et ſequitur Bal. in auth. ſi dicatur. in fi. C. de teſti. & Io. de Ana. in d. c. per tuas. in vl. no. nã cũ ſtatutũ ſit cõtra ius cõe ſatis eſt ꝙ aliqd operet, & ió intelligi debet qñ immediatè delictũ ꝓbat. ar. l. ſociũ qui in c. ff. pro ſoc. & ſimili no. Bar. in l. cert. cõdict io, §. qm. ff. ſi cer. pet. & in ſimili caſu notabiliter tradit Ang. cõſ. 31. Do. Phili. co. 3. Are. in cõſ. 148. in q. ꝓpoſita. co. pen. facit ꝙ no. Bal. p illũ te. in l. 1. C.

18 quib. ex cau. ſer. pro ꝑm. li. accip. ꝙ nõ dſ̃t probare delictũ ille, qui indicium præſtat, ex quo reus poſitus ad torturã confitetur, quia iple immediatè delictũ nõ probat, & tradit Dec. in d. c. 1. co. 3. nu. 19. de app. De vlt. autẽ dicto Mat. hic latè tradit Ab. & ibi cæteri Can. in d. c. 2. de ꝓba. Ga. S.

LII.

*1 Conditio impeditiua religionis, & vitæ contemplatiuæ etiam indirectè, de legato facta filiæ reijcitur.*

1 NOta, ſ̃quòd ſi teſtator reliquit mulieri, vel filiæ, vel alteri centũ, ſi nupſerit, ſi verò religionẽ intrauerit, quinquaginta tantùm, prout quotidie fit, ſi ingrediatur religionẽ, ita poteſt monaſterium petere centũ, ſicut poſſet ipſa petere ſi nupſiſſet: nã reijcitur illa cõditio, ſi nupſerit, tanquã turpis in cauſa, in quo illa ingrediatur religionẽ, q̃ eſt impeditiua vitæ contẽplatiuæ ſaltẽ indirectè, vt eſt te. in auth. de ſanctiſ. epiſcop. in §. ſed hoc præſenti. collat. 9. & hoc firmat Io. And. in addit. Spec. in 4. parte ſuper rub. de ſtatu monach. Et miror, ꝙ monaſteria monialium nõ practicant hoc. & vide do. Anto. in c. in præſentia. de probat.

ADDITIO.

Nota, ꝙ ſi teſtator, &c. In fi. adde do. Ant. Bal. Franc. de Aret. Panor. in d. c. in ꝑſentia. de proba. iſtud idẽ tenẽtes, & Ro. in l. ſtipulatio hoc mõ cõcepta. col. 7. verſi. vlt. ad idẽ. ff. de verb. obl. Bar. in l. 2. ff. de his q̃ pœnæ nomi. Pan. in repetitione c. eccleſia S. Mariæ. col. 31. de cõſtit. Et verũ, ꝙ Bal. tenet oppoſitũ in l. Deo nobis. C. de epiſc. & cleric. 2. col. & Bal. & Imola in l. Lucius Titius qui fratrẽ. ff. de hære. inſtituẽd. & Bal. in auth. niſi rogati. C. ad le. Fal. & in d. l. Deo nobis. dicit, ꝙ ita ſeruat cõſuetudo. & dicit Paul. de Caſtro in l. quoties ſub condicione. ff. de cõſti. & demõſtr. & in d. auth. niſi rogati. ꝙ ita conſuluit in facto cum pluribus doctoribus, & fundat ſe in intẽtione teſtatoris. Et in hoc etiã alter ſenſit Pet. de Anc. in repet. reg. nemo põt. in 5. q. de reg. iur. in 6. Sed ꝓp hoc nõ eſt recedẽdũ à prima opinione, ꝓ ea q̃ in ꝓpoſito elegãtiſsimè dixit Feli. in d. c. in ꝑſentia. col. 25. de probat. & maximè, qa ſicut cõditio retrahẽs à contrahendo matrimonio carnali reiicitur, l. Titiæ ſi nõ nupſerit. ff. de conditio. & demonſtrat. ita & quæ à ſpirituali. cui rationi nõ bene reſpondet Bal. in d. l. Deo nobis. Et tenendo primam opinionem declara duobus notabilibus modis, vt per Felin. vbi ſuprà, col. 26.

ANNOTATIO.

Richardus Malũb. & Th. de Formaginis de Bononia diſputauerũt hãc q̃ſtionẽ, & tenuerũt idẽ ꝙ Mat. hic quos ſecutꝰ eſt etiã Albe. de Roſ. in ſuo trac. ſtatutor. in 2. parte. q. 104. incip. adhuc ex eodẽ themate q̃ro. & in d. l. Deo nobis. col. 2. verſi. ſed vlterius q̃ro. C. de epiſ. & cleri. & Ale. cõſi. 45. incip. ſup cõtentis in dicto themate. col. 2. ver. 7. ꝙ hac parte facit. vol. 3. & hæc eſt cõis opi. Doct. à qua in cõſulendo nõ eſt recedẽdũ, vt ꝙ Doct. in d. c. in ꝑſentia. & ibi Feli. & do. Aug. Bero. de ꝓbatio. quã etiã tenet Io. Cãpeg. in trac. dor. in 1. parte. q. 30. & ꝙ Nicol. Boer. decil. 3. dico ꝙ hæc q̃ſtio. nu. 14. & latiſsimè tradit Tho. Ferra. in cau. 9. in qua ponit nouũ cõſiliũ, quo vti põt pater, vt valeat filiæ minꝰ relíquere ſi mõaſterijũ ingrediat, q̃ ſi mũdo nupſerit. G. S.

LIII.

*1 Cõfeſſus in iudicio legitimè poteſt condemnari. licet proceſſus ſit ineptus.*

1 NOt. vtilẽ regulã, ꝙ ſ̃quotieſcũq; apparet reũ eſſe cõfeſsũ in iudicio legitimè totũ id, ſup quo ꝓcedit cõtra cũ criminaliter vel ciuiliter, põt cõdẽnari, quãuis totus ꝓceſſus ſit inept. no. 1. nu. in c. qualiter & q̃ñ. 2. de accu. in gl. in verb. nõ negamus. Bar. in l. ſi cõfeſſus. ff. de cuſt. reor. & Ang. in l. denuntiaſſe. ff. de adulter. Et eſt ratio, quia ſi ſola confeſsio ſufficerer, ſi nullus alius proceſſus præceſsiſſet. l. 1. ff. de confeſſ. & in c. fi. de cohab. cler. & mulie. multo magis idem debet eſſe, ſi præceſsiſſet aliquis actus nullus, per regulam, l. 1. in princip. C. de rei vxo. acti. facit quod in ſimili no. Bar. in l. 1. in prin. ff. de edend.

ANNOTATIO.

*1 Inquiſitionis in formatione multa requiruntur.*
*2 Proceſſus & inquiſitio criminalis ſi fuerit nulliter formata, iudex an poſsit imponere pœnam ordinariam delicti.*
*3 Delictum ſi ex ſpontanea confeſsione partis conſtet, reus etiã ex nullo proceſſu damnari poteſt.*
*4 Confeſsio ſpõtanea partis maximum habet robur, & effectũ.*
*5 Confeſſus ſponte non poteſt, opponere de ineptitudine libelli, quod alias poſſet.*

1 Multa ſ̃requiruntur in formãda inquiſitione, & ꝓceſſu criminali, q̃ tradit Ang. in tract. malefic io. in ver. hæc eſt q̃dã inquiſitio. & ꝑ Ang. in l. ſi vacãtia. C. de bo. vacã. li. 10. & plenè per Hippo. de Marſi. in pract. in §. cõſtãte. Vnde ſi proceſſus vel inq̃ſitio fuerit nulliter facta, maximè extra ordinẽ iuris ꝓcedẽdo, iudex nõ põt ĩponere pœnã ordinariã homicidij, ſed eã debet minuere, & tẽperare. ita dicit idẽ Hippo. in d. §. cõſtãte. in fi. & in §. qm̃. verſi. redeũdo. Limita niſi delictũ eſſet manifeſtũ, vt ꝑ eundẽ Hippo. in d. practica. in §. 2. quæſtio. Limita ſecũdo, vt ꝑ Matt. hic, niſi de

3 delicto cõſtaret ꝑ cõfeſsionẽ patris, ꝑ ſing. doct. Inn. in d. c. qualiter & q̃ñ. 2. de accuſa. quã oẽs doct. ſequũtur in d. c. qualiter & q̃ñ. Et idẽ dixit Inn. in c. ꝑ inquiſitionẽ. de elec. & Abb. antiq. ĩ c. Piſanis. de reſti. ſpol. & Bal. in l. edita. col. 5. verſi. ſed pone ꝙ reus. C. de eden. quã doctrinã refert & ſequitur And. Barba. in c. veniẽs. col. 3. de accuſ. Et idẽ Bal. in l. 1. circa fi. ff. de iuriſ. om. iud. & doct. in c. at ſi clerici. & ibi Feli. de iudi. & Barb. in c. teſtimoniũ. in 13. char. in vlti. col. verſ. nã cõfeſsio. de teſti. vbi allegat id etiã voluiſſe Inno. in c. 2. de ordi. cogni. & Bal. in l. 2. C. de re iud. & Ang. in cõſi. 178. viſis actis, ꝓductis. & cõſi. 217. in cauſa accuſationis productæ ꝑ Philippũ. & Bal. in additio. ad Spec. in tit. de libelli cõceptio. in vlti. verſi. & Ang. Aret. in trac. malefi. in verb. cõparẽt dicti inquiſiti, & confitentur totũ. in verſ. q̃ro an cõfeſſus. & in verbo, fama publica. col. 5. ver. aduertas. & Ang. in d. l. ſi vacantia. C. de bo. vacã. li. 10. & Per. de Anc. in clemen. 1. de homi. & eſt tex. & ibi no. in c. 1. de ac cuſ. in 6. & cõſuluit Cæpol. cõſi. 61. incip. teneo. & Per. de Anc. cõſi. 23. & Rom. cõſi. 149. & cõſi. 169. & conſi. 167. & habetur ꝑ Ang. in l. denũtiaſſe. nu. 5. ff. de adul. & in l. ſi quis. nu. 2. C. de cuſto. reo. & ibi Sali. in fi. & Sali. in l. 2. col. fi. C. de cuſtod. reo. & Bal. in l. 1. col. 9. ver. q̃ro. C. de cõfeſ. & Capic. deciſ. 189. & Tho. Grãma. in cõſi. crimin. cõſi. 4. nu. 27. Guid. Pap. deciſ. Grationop. 120. incip. D. Anto. in prin. & deciſ. 216. Iudex de volũtate. & in ſing. 73. §. cõfeſſio facta qñ proceſſus. & ſing. 124. incip. valet ſententia. vbi ponit id in ciuilibus procedere, ſecus in criminalibus, qa cõfeſſus nõ põt cõdẽnari ſup proceſſu nullo. & in d. deciſ. 216. nu. 3. & Corſet. in ſing. 38. incip. cõfeſsio facta ſup crimine. Qđ tñ vĩ intelligendũ, q̃n cõfeſsio eſt emanata principaliter ſup crimine: alias ſecus. vt tenet Bal. in l. 1. C. de cõfeſ. ſequitur Läfr. de Oria. in c. qm̃ cõtra. in verb. cõfeſsiones. nu. 22. in fi. ver. tñ ſi hoc caſu. extra de probatio. & Bertrã. cõſi. 211. vol. 1. Et idẽ dictũ Inno. etiã magni facit Ang. in l. 1. ff. de cõfeſ. & alij quos refert Hippo. de Marſi. in l. 1. §. diuus Ant. nu. 12. & ſeq. ff. de q̃ſtio. Et idẽ Hippo.

4 cõſi. 46. nu. 17. & cõſi. 48. nu. 2. Et id procedit maximè ſi confeſsio ſit ſpõtanea, nã ea habet maximũ robur & effectũ, nã derogat regulis iuris cõis, vt per Bal. in l. 1. §. cum vrbẽ. alias in §. initio. ante fi. ff. de oſſi. ꝓfec. vrb. & in l. 2. ad

5 fi. C. de iudi. vbi dixit, ꝙ ſpõtè confeſſus ſ̃nõ põt opponere de ineptitudine libelli, ꝙ alias poſſet, ꝑ gl. ſing. cũ ſua materia Inſti. de oblig. in prin. & ꝑ Hippo. de Marſi. in d. pract. in §. cõſtante. nu. 31. & conſi. 51. incip. licet nedũ plenè. Et latè tradit idẽ Hippo. in d. pract. in §. poſtquam. nu. 31. & tradit Io. de Arno. & cõmen. 6. incip. pone ad materiã conſtitutionis regni. & cõmẽtario 120. inc. dixi ſuprà, & Lud. Carer. in prac. ſua, in §. circa. 3. nu. 387. verſi. 31. Limita tñ ꝓdicta, vt ꝑ Feli. in d. c. at ſi clerici. de iud. & in d. c. qualiter & quando. & per Hippo. de Marſi. in d. §. diuus Antonius præalleg. Gab. Saray.

LIIII.

*1 Iuramentum eſt ſeruandum in ſua ſpecifica forma.*
*2 Iuramentum cogit quem præcisè ad factum nec intereſſe offerens liberatur à periurio. Idem etiam operatur fauor vltimæ voluntatis. & in addit. nu. 2.*

1 NOta, ꝙ iuramentũ eſt ſeruãdũ in ſui forma ſpecifica. In tm̃, ꝙ ſi ego promitto, vel iuro tibi dare, vel ſolue reinfra annũ centũ, nõ poſſum cõpenſare cũ alio debito te inuito. & ꝓbatur in c. ad noſtrã. ĩ. de iurciurand. vbi doct. hoc tenẽt, Licet Bar. contrariũ ſenſerit, & nõ bene in l. am pliusin fi. ff. rẽ ra. hab. Ex hoc ſequitur, ꝙ ſi promitto, vel iuro aliqd tibi facere, puta, locare domũ, vel colere fundũ

2 poſſum ꝑ ꝓ iuramentũ cogi ꝑcisè ad factũ, nec euado per iuriũ offerẽdo tibi intereſſe. ar. d. c. ad noſtrã. facit c. venerabilẽ. in fi. de elect. Et ſic limitari debet regula l. ſtipulationes non diuidũtur. in §. Celſus. ff. de ver. obl. & hoc tenet Do. Ant. de But. in c. ex reſcripto. extra de iureiur. pro quo bene facit te. in c. quanto. extra de iureiur. Et hoc confirmo rõne, nã ſi fauor vltimæ volũtatis hoc operatur, ꝙ qs præcisè compellitur ad factum, vt l. fideicommiſſa §. fi. ff. de lega. 3. multo magis fauor religionis, ſeu iuramenti.

ADDITIO.

Not. ꝙ iuramẽtũ, &c. Adde ꝙ iſtã opinionẽ, ꝙ iuramẽtũ in forma ſpecifica receptũ ſit præcisè ſeruandũ, tenẽt multi doc. contra Bar. quos refert plenã Magiſt. meus Iaſ. in l. eũ q. §. ſi iurauero. col. 2. ff. de iureiur. & idẽ tenet Areti. dicẽs ꝙ cõtra Bar. eſt cõmunior opi. in cõſ. 100. incip. lõgitudo. & Ale. in cõſi. 230. inci. viſis actis mihi trãſmiſsis. in 3. col. vbi dicit ꝙ opinio Bar. dãnatur, & ꝙ cõiter doc. tenẽt contra eũ. licet fuerit ſibi cõtrarius tenẽdo opinio. Bar. in cõſ. 154. incip. viſo themate ante ſcripto. in vlti. col. quã opinet Io. Fab. & quãplures alij, quos ibi refert Magiſt. meus Iaſ. in 17. col. ĩ §. bonæ fidei. Inſti. de act. vbi dicit cõtra iſtã opi. Bar. Io. Fab. & ſequaciũ eſſe caſum aptũ & clarũ in ca. ad noſtrã. de iureiur. & ibi Canon. oẽs tenẽt cõtra Bar. Deci. & Pan. in c. cũ dilectus. in 11. col. de ord. cog. Cõtra quã etiã faceret, ꝙ iuramentũ cõpellit præcisè ad factũ, ita ꝙ non euaditur periurium ſoluendo intereſſe, vt eſt gl. ſing. in l. ſi pecuniam. in prin. in gl. parunla, in verbo, & neceſſe habeas. ff. de condict. ob cau. de qua latè dixit idẽ Magiſt. meus in §. item ſi quis poſtulante. Inſti. de actio.

ANNOTATIO.

*1 Confeſsio non admittitur contra promiſsionem iuratam, niſi debitum poſtea ſuperueniſſet.*

1 Quòd cõpẽſatio ſ̃nõ admittatur cõtra promiſsionẽ iuratã tenet Ale. cõſi. 91. viſis, col. 2. vol. 2. Iaſ. cõſ. 134. col. 1. vol. 4. Soci. poſt Io. de Imo. in l. Iulianus. col. pen. & fin. nu. 14. ff. de condi. & demõ. vbi declarat niſi debitũ poſtea ſuperueniſſet. & ꝑ Catel. Cor. in memor. in ver. iuramẽti religio col. 2. in fi. verſi. & tertiũ no. & Ale. conſi. 12. vol. 2. & Feli. in c. veniẽs. in 3. no. de teſtib. & Hippo. de Marſi. ſing. 208. cõpẽſatio. & aliquid per Barb. cõſi. 3. col. 9. in 3. dub. vol. 2. Ang. in l. ſi debitor. tñ. ſi qui pot. in pig. hab. & vide do. Abb. in d. c. ad noſtrã. 1. qui diſtinguẽdo ſaluat in aliquo caſu opi

2 nionẽ Bar. & dũ dicit, ꝙ iuramentũ facit quẽ teneri præciſè ad factũ, idẽ tradunt Ale. Iaſ. & Mod. in d. l. ſtipulationes nõ diuidũtur. hic allegata. Et in terminis tradit Guid. Papæ deciſ. Grationop. 626. in obligationibus factis. Et ad de in materia iuramenti, quæ dixi ſuprà ſing. 36. & 50. & dicam infra ſing. 56. Gab. Saray.

LV.

*1 Confeſsio torti quando præſumatur illicitè extorta, nec reo præiudicet?*

1 NOta q. ſ̃quotieſcũq; iudex poſuit aliquẽ ad torturã illicitè, puta nullis ꝓcedẽtibus indicijs, eſt ꝓſumptio violẽta, ꝙ oĩs cõfeſsio etiã poſtea facta dudũ poſt torturã, ſit illicitè extorta, & ideo reo nõ ꝓiudicat: vt eſt te. in l. 1. ff. de q̃ſtio. ſm vnã lectu. quã tenet Bar. Qđ intelligo, q̃n fuit cõfeſſus, antequã fuerat repoſitus ĩ priſtinã libertatẽ. & eſt rõ quia eſt ꝓſumptio, ꝙ ſicut iudex ipſum illicitè torſit, ita illicitè eũ fecerit ratificare metu tormentorũ futurorũ, vel præteritorũ. ar. l. ſi cui. §. ciſdẽ. ff. de accuſ. qđ not. Vbi vero reus fuiſſet repoſitus ĩ priſtinã libertatẽ, & poſtea rediret ad iudicẽ, & corã eo fateret delictũ. ſine dubio eſſet puniẽdus. l. 1. C. de cõfeſ. Et facit. l. pen. ff. de cõſti. ob turpẽ cãm.

ANNOTATIO.

*1 Confeſsio facta per reum in tortura legitimis indicijs non precedentibus eſt nulla etiam ſi ſit ratificata ad banchũ iuris.*
*2 Iudices de facili non debent prorumpere ad torturam.*
*3 Reus perſeuerans in ſua confeſsione in tormentis facta, ante quam reponatur in priſtina libertate, ſibi non præiudicat.*
*4 Ratificatio facta à reo ad bãchum malefactorum quando ei non præiudicet?*
*5 Confeſsio rei conſtituti in forcis indicis, dicitur facta metu tormentorum.*
*6 Tormentorũ probabilis ſuſpitio idẽ operatur, ꝙ illorũ illatio.*
*7 Torqueri quis non põt in crimine læſæ maieſtatis, niſi præ-*

dant.

*dant indicia.*

8 *Iudex licet habeat liberũ arbitrium in criminalibus, tamẽ si nõ præcedẽtibus indicijs reũ torqueat, tenetur in syndicatu.*

9 *Iudex si non præcedentibus indicijs ponat reum ad torturã, ex hoc oritur præsumptio violentiæ in iudice.*

10 *Princeps non potest mandare liberum hominem torqueri non præcedentibus indicijs.*

11 *Princeps non debet vti potestate absoluta, nisi cum causa.*

12 *Rex antequam puniat, debet inquirere, exemplo Dei.*

13 *Confessio facta indicijs non præcedentibus & ratificatio inde secuta, & omne quod inde postea sequitur, nullum est.*

14 *Indicia quæ præcedere torturam requirũtur, debẽt esse vrgẽtia, & non leuia, alias confessio quæ sequeretur, nõ valeret.*

15 *Fama per quam quis torquetur, si sit adeò nuda, quod nulla pro se habeat argumenta. & per talem famã quis torqueatur, & perseueret in conffessione, talis confessio non valet.*

16 *Indicijs nullis præcedentibus quibus in casibus reus torqueri possit? Et an confessio inde secuta valeat?*

17 *Testes nullis præcedentibus indicijs torqueri possunt ad eruenuendam confessionem contra alium.*

18 *Custodes pecuniarum, vel aliarum rerum furto subtractarũ torqueri possunt, vt indicent fures, siue alijs indicijs, & cõfessio eorum valida erit.*

19 *Confessio extorta per torturã indicijs nõ p̃cedẽtibus nullius. est efficaciæ, nec eis ex postfacto superueniẽtibus validatur*

20 *Confessio facta in tortura non præcedentibus indicijs licet nõ valeat, tamen validatur, si reperiatur ex post, quod ipse reus alias ante torturam extra iudicium confessus fuerit illud delictum commisisse.*

21 *Confessio illegitimè extorta an validetur iuramẽto rei torti?*

22 *Indicijs nullis præcedentibus quibus in casibus ad torturam perueniri possit?*

23 *Confessio si sit illegitimè extorta à reo nullis præcedentibus indicijs, licet postea ea per oculorum inspectionem sit verificata, tamen reus ex illa ad mortem condemnari non potest.*

24 *Cõfessio facta à torto illegitimè, qui ad superiorẽ fuit remissus & ab eo interrogatus, an cõfessio facta coram priore iudice esset vera & qui respondit eam veram esse, vtrum reo præiudicet, vt vigore talis confessionis possit condemnari?*

25 *Confessio sponte ratificata extra torturam, licet primo fuerit extorta per torturam, nocet & tenet, maximè si sit iurata.*

26 *Tortus si quis fuerit non præcedentibus indicijs, & confessus fuerit si postea perseueret in publico, valida est confessio.*

27 *Confessio territi nullis præcedentibus indicijs etiam confitentis apud chordam valet & tenet.*

1 Cõis oĩum scribentiũ opinio est, vt cõfessio † facta per reũ in tortura legitimis indicijs nõ p̃cedẽtibus, sit nulla, etiã si sit ratificata ad banchũ iuris. ita voluit gl. in l. penul. ff. de quęst. quã ibi sequitur Bar. & cõiter alij. & Ang. in l. 1. C. de cõfes. & Gãdi. in tract. suo maleficiorũ sub rub. de q̃stio. & tormẽ. col. 6. vers. itẽ pone, q̃ quidã. Iaco. de Belui. in prac. crimi. in tit. de q̃stio. col. 13. Pet. de Anc. in cle. 1. de homici. Sali. in l. 2. col. fi. C. de custo. reo. per id qđ voluit Inn. in c. 1. qđ met. cau. & voluit Bar. in suo trac. de q̃stio. q̃ incip. plenius tractaturi. col. 12. versi. qđ si aliqs est tortus legitimis indicijs nõ p̃cedẽtibus. Ang. in l. 2. C. quorũ appel. nõ recip. Ang. Imol. & Pau. de Castr. in l. q in aliena. §. Celsus. ff. de acquir. hære. Inn. in c. causam q̃. de offi. dele. & voluit Pet. de Anc. cõsi. 24. visa inquisitione formata contra Philippinũ. & Ale. cõsi. 5. ĩ causa inquisitionis. col. 1. vol. 1. & in cõs. 179. incip. in causa Angelorũ. col. pen. & cõs. 275. inci. viso themate. circa fi. 2. vol. & in cõsi. 1. col. 2. vol. 7. Et hãc partẽ firmat Ang. Aret. in trac. malefi. in ver. fama publica. in 4. char. versi. aduertas tñ. nu. 36. & Bal. in addi. Spe. in ti. de cõfes. col. 1. Lud. Ro. cõsi. 167. Anto. accusatus. de adul. col. 2. & gl. in d. l. pen. ff. de q̃stio. refert & sequit̃ Io. de Ana. cõsi. 17. col. 1. versi. 3. p̃mito. Et p Hippo. de Marsi. latè in cõsi. 15. nu. 3. & cõsi. 18. nu. 19. & cõsi. 46. nu. 12. & in prac. cri. in §. 2. q̃stio. & in §. expedita. nu. 16. & Deci. in c. at si clerici. nu. 8. ff. de iud. & Tho. Grã. cõs. 37. viso processu. nu. 7. & seq. in prin. & in repe. l. fi. C. de probatio. & in d. l. penul. & p Feli. in c. qualiter & q̃ñ. 2. §. licet. in versi. 11. limita. de accus. & in c. ad nostrã. in prin. col. 1. vers. itẽ inquãtũ. de p̃batio. Io. de Imol. in c. fi. de cõfes. & Floria. in rub. ff. de p̃ba. & in l. emptorẽ. ff. e. tit. vbi exclamat gl. in d. l. penu. per quã dicit se aliàs defendisse vnũ à morte. & Lud. Carrer. in pract. crimi. in prin. nu. 172. & 173. & seq. & Catal. in trac. de syndic. in versi. 165. incip. adde q̃ diximus. vbi excla-

2 mat cõtra indices † vt de facili nõ prorũpant ad torturã, nã dicit q̃ vbi habita sunt tormẽta nõ p̃cedẽtibus legitimis indicijs, si reus cõfiteat̃, & in cõfessione p̃seueret, non est stãdũ suæ cõfessioni. allegat Bar. in d. l. pen. ff. de q̃stio. Ale. cõs. 5. in casu inquisitionis. col. 1. nu. 1. & ibi Carol. Moli. in

3 additio. vol. 1. Et illud q̃ dicit † de p̃seuerãtia, intelligit ipse esse verũ, si p̃seuerat in tali sua cõfessione antequã sit repositus in pristina libertate, quia tunc est p̃sumptio, q̃ sicut illicitè torsit, ita illicitè facit eum ratificare metu tormẽtorũ futurorum. ar. d. l. si cui. §. ijdẽ. ff. de accusa. hic alleg. per Matt. Et ideo s̃m eũ dicit Ang. in d. §. Celsus. q̃ cautus debet esse aduocatus inquisiti, q cõfessus fuit ad bãchũ se maleficiũ cõmisisse, vt faciat probari, q̃ reus primò fuit indebitè tortus nullis p̃cedẽtibus indicijs sufficiẽtibus ad torturã, qa quousq; detẽtus fuit, idẽ metus tormẽtorum dura-

4 re p̃sumitur. Ideò † talis perseuerãtia, seu ratificatio nõ nocet ipsi reo. Et idẽ dixit Ang. in d. trac. maleficiorũ. in vers. fama publica. in d. vers. & aduertas. nu. 36. vbi latius super hoc loquit̃ Au. Arimi. in additio, vbi refert se alias ex hoc adiuuisse quẽdã, q vocabat̃ Aug. Arimi: vt ipse vocabatur. Idẽ tenuit Paris de Puteo, in trac. de syndi. in verb. an stetur dicto torti. nu. 39. vers. datur regula, & idẽ Paris in cha. 69. col. 3. vers. qdẽ fuit tortus. vbi dicit q̃ idẽ operatur potẽtia in habitu, q̃ potẽtia in actu. quod dicit p̃bari in l. Labeo. ff. de statulibe. & in c. nõ solũ. de appel. in 6. Et Hippo. de Marsi. in d. l. penul. nu. 14. vers. & ego attestor Deum, q dicit per hoc euasisse duos hoĩes à pœna mortis Bononię, quorũ alter vocabatur Petrus de Verona, qui inculpabat̃ furto subtraxisse quædã vasa argẽtea Reuerendissimi Cardinalis Mãtuani, aliàs Bononiæ Legati, vide latius per

5 eum. Ex quo dicit, † q̃ cõfessio rei cõstituti in fortijs iudicis, dr̃ facta metu tormẽtorum, cum iudex semper habeat potestatẽ & potẽtiã in habitu torquẽdi ipsum reum. Pro quo facit q̃ voluit Dy. per illũ te. in l. nouissimè. versi. qđ

6 si cõpulsum. ff. q̃ fal. tut. autho. vbi dicit, q̃ idẽ † operatur probabilis suspitio tormentorũ, q̃ ipsorũ illatio. quod etiã voluit Bal. in l. interpositas. C. de trãsact. & in c. 1. §. itẽ sacramẽta. de pace iura. firmã. & in cõsi. 488. Ioãnes. in prin. col. 5. vol. 4. & plenè p And. de Isern. ĩ cõstitutionibus Regni Neapoli. cõst. si dãna clãdestina. in verb. p̃sonarũ leuiũ. col. 2. ver. vbi verò sine indiciis. in tit. de homicidijs & dãnis clãdestinis. vbi notabiliter loqtur. Et hæc regula ampliatur procedere, nõ solũ in minorib. criminibus, sed etiã

7 in maioribus, & exceptis, vt puta in crimine † lęsæ maiestatis in quo nõ põt quis torqueri nisi præcedãt indicia. te. est notab. & ibi gl. Cy. Bal. & Salice. in l. si qs alicui. C. ad le. Iuliã maiest. q̃ etiã voluit Ang. Areti. in d. tract. malefi. in ver. *chę hai tradita la tua patria*, in primis verbis. & Frãc. Bru. in tract. suo de. indi. & tortu. in q. 5. 2. parte. nu. 49. Licet cõtrariũ videtur innuere Bal. in l. qcunq;. in princi. col. fi. C. de ser. fugi. de quo p Hippo. de Mars. in repeti. d. l. fi. C. de p̃batio. in 76. cha. & in l. 1. in princi. ver. mõ redeũdo ad p̃positũ. & in l. de minore. in princi. & in d. l. penu. ff. de q. & p eũdẽ in sing. 117. incip. ad torturã. & ĩ cõs. 14. nu. 20. & cõsi. 18. nu. 7. & cõsi. 46. nu. 14. & plenè p do. Hierony. Gigan. in suo solẽni tract. de crimi. læsæ maiesta. li. 2. q. 26.

8 ampliatur etiã † licet iudex haberet liberum arbitrium in criminalibus, nã tũc si nõ p̃cedẽtibus indicijs reũ torqueat teneť in syndicatu. ita dixit Pau. de Leaza. in c. grauis. de de pos. & Ale. in l. filius familias, in 5. apostil. ff. de donat. & Gãdin. in d. tract. maleficiorũ. ĩ rubr. de q̃stio. & tormẽ. ĩ vlti. col. vers. p̃terea ego q̃ro, & vers. ibi sequẽ. & Paris de Puteo in d. trac. de syndica. in char. 100. col. 4. vers. & adde q̃ ipse

9 iudex. vbi plura allegat. Et ideo † si nõ p̃cedẽtibus indicijs

iudex



iudex ponat reum ad torturam, ex hoc oritur præsumptio violentiæ in iudice, secundum dom. Alexan. in apostil. ad Bart. in d. l. penulti. ff. de quæstio. & Paris de Put. in loco p̃alle. co. 3. ver. datur reg. & Tho. Grã. cõs. 37. nu. 7. facit notabile verbũ And. de Iser. in cõsti. p̃sequẽtes. in ver.

10 est exæquata cõditio. in ti. de pugnis sublatis. vbi dixit, † q̃ princeps nõ põt mãdare liberũ hoĩem torqueri nõ p̃cedẽtibus indicijs: nã iura naturalia ipse tollere nõ põt. C. si cõtra ius vel vtili. pub. l. 1. in gl. vñ peccaret, si ita mãdaret, po-

11 testate † n. absoluta nõ debet vti, nisi cũ cã. & tunc cor. Regis nõ est in manu Dei, quia factus est Rex vt faciat iusti-

12 tiã rectã. 25. q. 1. reseruatis. vnde Rex anteq̃ † puniat, debet inquirere exẽplo Dei, q dixit, descẽdã, &c. extrà, de accusationib. c. qualiter. Ad pœnã p̃uenitur p tormẽta, quæ eliciunt cõfessionẽ, & ab inuito extorqueť. Et q̃ dr̃ in pœna p̃hibita, dici debet in eo, per q̃ peruenitur ad id. Vnde

13 p̃dictis † nõ obseruatis nõ solũ ipsa confessio, & ratificatio est nulla, sed etiã quicquid postea sequitur, s̃m Pari. in loco p̃alle. char. 102, co. 3. ver. an cõfessio torti. vbi ad hoc allegat l. nõ dubiũ. C. de legib. & l. 1. C. de fide instr. li. 10. & l. diuus. ff. de in inte. resti. & l. nominationes. vbi Bar. C. de

14 app. Et indicia † p̃cedere requiruntur, debẽt esse vrgẽtia, nõ leuia, aliàs cõfessio q̃ sequereť, nõ valeret. ar. eius q̃ voluit

15 Bal. in cõs. 275. inci. ad euidẽtiã. co. 1. vo. 1: vbi inquit † q̃ si fama, p q̃ quis torquetur est adeò nuda, quòd nulla habet argumẽta p se, & per talẽ famã quis torqueret̃ & perseueraret ĩ cõfessione, talis cõfessio nõ valeret. ad q̃ allegat l. maritus. ff. de q. & l. nõ tm̃. ff. de app. & no. per Dy. in l. 2. §. 1. ff. de excus. tuto. Et tradit idẽ Hip. de Mars. in d. l. penu.

16 nu. 30. Limita tñ p̃dicta, qñ † inquisitus nollet respõdere in q̃stioni, qa tunc iussus respõdere, & factis ei debitis monitionibus, si est p̃tens, etiã nullis p̃cedẽtibus indicijs torq̃bitur, nõ ad eruẽdã cõfessionẽ, sed ad eruẽdã responsionẽ affirmatiuã, vel negatiuã, s̃m Bal. in l. accusationẽ. C. qui accus. nõ pos. co. fi. quẽ sequit̃ Bru. in trac. de indi. & tortu. in 5. q. 2. partis, nu. 4. quorum doctrina approbata fuit in sacro regio cõsilio Neapo. vt refert Capic. in decis. 145. inci. in cã cuiusdã accusati. Quo casu si sequatur cõfessio, licet extorta videatur sine indicijs, tñ efficax erit, & valida. Quæ conclusio vr̃ intelligenda, qñ inquisitus, vel accusatus, interrogatus super facto substãtiali, videlicet, an cõmiserit tale delictũ, vel homicidium, nõ vult respõdere, vel nõ dat responsum affirmatiuum, vel negatiuũ. Non autẽ, qñ non respondet alijs interrogatorijs sibi factis circa qualitates & circunstãtias. Itẽ p̃cedunt p̃dicta, nisi fortè habeat aliquã legitimã cãm non respondendi. Et rõ p̃dictæ conclusionis est, quòd vr̃ contẽnere iudicẽ, & efficitur cõtumax, ita, vt rõne illius contẽptus, & contumaciæ possit cogi, vt certum respondeat. vt dicit Bar. in l. de ætate. §. q

17 tacuit. & §. seq. ff. de interrog. actio. Limita etiã † vt nõ p̃cedant, qñ quis torquetur ad eruẽdã cõfessionẽ cõtra aliũ, vt testes, quia eo casu etiã nõ p̃cedẽtibus indicijs torquetur, s̃m Amod. de Castello in trac. de synd. in gl. in eo qđ põt officialis. & sequitur Brun. in d. trac. de indic. & tortu. in 5. q. 2. part. nu. 18. & Hip. de Mars. in l. 1. §. si seruus bona fide. ff. de q. & Salic. in l. ex cõsensu. C. de repud. Limitãtur

18 etiã p̃dicta † vt nõ p̃cedãt in custodibus pecuniarum, vel aliarum rerũ furto subtractarũ, qa indicẽt fures, sine alijs indicijs torqueri possunt, & cõfessio eorũ valida erit. s̃m Bar. per illum te. in l. 1. & 4. no. ff. de offi. p̃fect. vigil. & in l. 1. in fi. ff. fur. aduer. naut. caup. stabu. & Io. de Imo. in cõs. 2. in casu p̃posito. & no. Cæp. in cõs. 18. inci. statutum Vincentiæ. & Ang. Are. in trac. malefi. in ver. vestem cælestẽ. co. 4. ver. & etiã tu iudex aduertas. quod dictum sequitur Deci. cons. 473. Et hoc est verum, si verisimiliter potuerunt habere notitiã, vt per Ang. & Berna. de Landr. vbi su-

19 prà. Et hoc vsq; adeò † est verum, quòd confessio extorta per torturã nõ p̃cedẽtibus indicijs est nullius efficaciæ, & momẽti, vt dicta confessio non conualidetur superuenientibus ex post facto indicijs, vt est gl. singula. & ibi no. Bar. in l. maritus. ff. de q. Et sequitur Bal. in l. fi. co. 1. vers. in gl. fallit. C. de accusa. & Lud. Ro. cõs. 167. Antonius accusatus, & Bru. in trac. de indi. & tort. in 5. q. 2. par. nu. 47. & Ang. Are. in d. trac. in ver. fama publica. in vers. 5. q̃ro iudex torsit. & ibi Aug. Arimi. q allegat hoc tenuisse Bal. in l. ea qdẽ. C. de accus. & Ale. cons. 179. in causa anglorũ. col. fi. vol. 2. Et ista est cõis opinio, vt dicit Hippo. de Marsi. in d. l. pen. nu. 58. versi. ego dico. ff. de q. vbi hunc articulũ diffusè examinauit ad partes. nu. 31. ver. visis. & p Fel. ĩ c. cũ dilectus de accusa. Et addit Hippo. in d. l. pen. nu. 59. versi. vlterius

20 teneas semp menti, q̃ licet † confessio facta in tortura nõ præcedentibus indicijs non valeat, tñ validatur, si reperiatur ex post, q̃ ipse aliàs ante torturã extra iudiciũ confessus fuerit illud delictũ cõmisisse. & ita dicit colligi ex glo. not. in l. capite 5. ff. de adulter. quã ad hoc notab. alleg. Ale. in l. aposti. ad Bar. in l. cũ scimus, in vltima apost. post prin. C. de agrico. & cẽsi. lib. 11. q̃ est notabile in materia. Et an

21 talis † cõfessio illegitimè extorta valideť iuramẽto rei torti, latè exãminat idẽ Hippol. in loco superius alleg. nu. 60.

22 versi. quæro vlterius. Casus † aũt in q̃bus nullis præcedẽtibus indicijs ad torturã perueniri põt, ponit gl. in c. q. 12. q. 2. & Bal. in l. quicunque. C. de seruis fugiti. Item prædicta

23 † adeò vera sunt, q̃ confessio extorta per torturã nõ præcedentibus indicijs est inualida, vt si aliquis tortus velo leuato, & ex abrupto, & nullis præcedentibus indiciis cõfiteatur se occidisse hoĩem, & illi intulisse tria vulnera, & eũ sepeliuisse in horto suo, & ea cõfessione audita licet iudex mittat militẽ ad dictum hortũ, & ibi ille inueniat cadauer sepultũ cũ tribus vulneribus, sicut ipse tortus dixerat, tñ iudex illico non põt eũ condẽnare ad mortẽ ex dicta cõfessione, licet etiã sit verificata per oculorũ inspectionẽ, ob id quia extorta fuit nullis præcedentibus indicijs. Quinimò iudex debet ipsum absoluere ab obseruatione indicij: & tũc demum inchoare nouã inquisitionẽ & processum, & sic tandẽ ipsum punire, vt latè prosequitur Hippoly. de

1 valeat iure codicillorum. Nam † operatur hoc primo. scilicet quod si in testamento fuerunt aliqua verba directa,quæ non potuerunt ab initio valere iure directo , valebūt iure fideicōmissi,ac si illa verba fuissent posita in codicillis,arg.d.l.Scæuola.in prin.cū similib.ff.ad Trebe. Secūdo operatur, q̄ si aliqua verba directa posita in aliquo testamēto,aliquo tēpore potuerunt valere,vt directa, & aliquo tēpore nō,pro eo tēpore,quo nō poterūt valere,vt directa,valebūt iure fideicōmissi , Vnde si testator filiū pupillū instituit, & dixit,Si filius meus decesserit sine filijs,tale instituo,aut,Talis hæres esto, & cōtigerit filiū mori in pupillari ætate,valebit vt directa pupillaris.Si vero contingat eū mori in ętate adulta , valebit vt fideicōmissaria pp dictā clausulā codicillarē.nā exponit.s.quatenus id est.super,uel pro re,uel pro eo tēpore,quo,&c.arg.l.Stichum,q̄ meus erit.ff.de leg.1.Et hoc ultimū sentit Bar.in l.1.ff.de codicillis.in q.9. Et sic debet limitari q̄ not. Bar.in l.Cētu rio.ff.de vulg.& pup.Ita publicè tenuit disputādo do.Ant. de Butr.prout ipse refert de testa.ca.Raynutius.ubi idem tenet. Facit l. si frater.C.de fideicommiss.& gloss.Instit.de pupil. substit.§.masculo . Et hoc uidetur etiam de mente Bar.in dicta l.1.ff.de iure codicil.in 16.q.

### ADDITIO.

Not.mirabilē,&c. Ad istud not.nunquid sit uerū,uide Alex. in l.uerbis ciuilib⁹.ff.de uulga.& pup.sed ibi plenius & elegantius per Mag.meum col.4.in fin.& tota seq.ubi ipse.& communiter docto.tenent contra Raph.Ale.& Mat.hic, & ibi Magister meus facit in hoc duas pulchras conclusiones,quas uide per eum . Vide tamen Magistrum meum, vbi sequitur dictum Mat.hic, in l.precibus.in 12.col.uersi. limita tñ.C.de impub.& alijs substi.per alleg.ibi per eum.

### ANNIO.OTTA

*1 Clausula codicillaris virtutes.*

*2 Clausula,Si non valet,exponitur , id est, quatenus non valet.*

Cōiter tenet cōtra Mat.hic post Bar,ab eo relatū , vt tradunt doc.in l.verbis ciuilibus.& in l.Cēturio.ff.de vulg.& pupi. & p Guli.Benedi.in repe.c.Raynutius.& ibi etiā do,meus
1 do.Augus.Ber.de testa.vbi istud examinār. Et† de virtute clausulæ codicillaris,latè tradit Bar.in l.1.ff.de iure codici.
2 & Bal.in l.fi.C.e.tit. Et† q̄ clausula,Si nō valet, exponatur .i.quatenus nō valet,tenet Bar.in d.l.Stichū,qui meus erit. col.2.versi.ista faciunt ad quæstionē.& ibi Are.ff.de legatis 1.& in auth.ex causa.col.fi.versi.veritas hęc est.C.de liberis ꝓteri.& Paulus de Castro,cōsi.147.& Bal.in l. cōtroversia.in fine primæ col.ff.de transactio. Et in materia vide Ale.cōsi.28.vol.1.& consi.160.vol.2.& per Corne. consi. 96.nu.6.& 12.vol.2.& con.118.nu.3.11. & 12.consi.126 num.4.eodem vol.& consi.129.nu.8.eodem vol.2.& cōsi 158.nu.37.& cōsi.144.nu.7.& cōsi.168.nu.9. e.vol.& cōsi 44.nu.6.& cōsi.54.nu.3.& consi.133.& cōs..194.num.8. & consi.245.nu.3.vol.3.& consi.306.nu.2.& cōsi.sequen. e.vol.3.& consi.154.num.2. eodem uolu.3.& consi.308. num.3.uol.3.& consi.297.num.5.uolu.4.& consi.320.nu. 4.eodem uol.4.Rapha.Cuma.consi.62.nu.3. Deci. consi. 287.nume.4.& consi.230.nu.1.& consi.305.nu.9.& cons. 291.nu.4.& consi.242.nu.2.4.5.& 6. & cons.369.nu.2. & cons.384.nu.2.& cōsi.394.nu.6.& consi.431.nu.8.& cons 660.nu.4.Et Marc.Mantua.cons.25.nu.14. & consi.110. nu.13.& cons.210.nu.5.& cons.259.num.3. Et per Ioan. Dilect.Durāt.in suo tracta.de arte testandi,in titu. de his qui nō hab.testa.fact.cautel.8.num.3.& in tit.de liber.instit.vel exhæredan.caute.1.num.4.& caute.4.in fi.& caut. 10.nu.4.& caute.15.nu.2.& in tit.de hæredi.instit.cautel. 1.num.2.& per do.Laurum de Palatijs in suo tracta.q̄ extantibus masculis fœminæ non succedant,quem posuit in §.cæterum.instit.u.de legiti.agnator. successio. in princip. numer.37.& per Marc.Anton.Bauer.in tracta.de uirtute iuramenti.in princi.nume.4.& per Nico.Boer.decisio.33. numero.8.Benedict.Capram nostrum,in consilio.30.numero.4.consilio.66.nume.24.consilio 80.nume.2.consil. 84.nume.22.consi.102.nu.3.& consi.106.nu.11.consi.115. nu.8.& 9.Et Guid.Pap.decis.Grationo.513. de detractione duarum.Gab.Saray.

## CXLI.

*1 Sententia lata per verba obscura, quod debeat declarari per acta probatoria, etiam si ad illa non stat relatio expressa, quomodo intelligatur?*

1 NOt. q̄ illud, quod dicitur, q̄ sententia lata † per verba obscura debet declarari per acta probatoria, etiam si ad illa non fiat relatio expressa, l. 3. C. de sent. quæ sine cer. quanti. cū si. ibi nota. debet intelligi, qñ esset sententia nulla propter obscuritatem, nisi declaretur per acta probatoria. Sed vbi sententia potest in se valere, verba eius strictè debent intelligi, nec debent declarari per acta probatoria. l. 1. C. si plu. fu. vna sen. & l. Paulus. 2. ff. de re iudic.

ANNOTATIO.

*1 Incertitudo temporis an vitiet sententiam?*
*2 Iudex si simpliciter banniat aliquem, ille intelligitur bannitus vsque ad decennium.*

Adde Bar. in l. 1. C. si plur. vna sen. & Ale. in d. l. 3. C. de sent. q̄ sine cer. quantita. vbi id refert tacito authore, & sequitur
1 Et ibi subdit fan icertitudo tēporis vitiet, vt puta, si iudex dicat, Relego te ad tēpus, & nō dicit quantum tempus, & dicit esse te. q̄ non in l. si sine præfinito tempore. ff. de pœnis. vbi vide quomodo intelligatur ad tēpus, & aduerte q̄ ille tex. loquitur in criminalibus. Et adde Bal. in consi. 34. vbi dixit dictam l. si sine præfinito tempore. esse vnicam
2 in iure, & facere, q̄ si iudex † simpliciter banniat aliquem, quod intelligatur bannitus vsque ad decennium.

## CXLII.

*1 Consultori si tantum debeatur pro libra, inspicitur quod petitur, non quod exigi potest.*

1 NOta, quod vbi ex forma statutī debet dari consultori tantum salarium, si causa sit à quingentis libris vsque ad mille. & tantum si à mille vsque ad duo millia, prout dictum statutum Bononiæ, Consultor habebit salarium integrū, licet reus sit pauper, ita quod eius nomen non æstimaretur pro centum. vt probatur in l. in offerendis. C. de app. & hoc tenet Bar. ibi. Quod nota, quia quotidie accidit.

ADDITIO.

Not. q̄ vbi, &c. In fi. Adde Bar. met. in l. si. §. fi. eo. tit. C. de appe. & in l. qui tabulas. in prin. vbi etiam Ang ff. de fur. Mag. meum in l. cum quædā puella. §. quoties. col. 2. ver. 3. not. ff. de iurisdom. iud. & in l. non amplius. col. 2. ff. de leg. 1.

ANNOTATIO.

*1 Inspicitur quod petitur, non quod exigi potest propter inopiam debitoris, quando tractatur de salario soluendo cōsultori.*

Facit tex. in auth. de litig. §. ad excludendas. & notat Bart. in
1 l. pe. §. fi. ff. de iurisdom. iudi. vbi concludit, q̄ inspicitur † q̄ petitur, non quod exigi potest propter inopiam debitoris. Et plenè per Ias. in l. cum quædam puella. in pri. ff. de iurisdom. iudi. Gab. Sar.

## CXLIII.

*1 Clericus & laicus si sint in causa indiuidua conueniendi, id fieri debet coram iudice ecclesiastico.*
*2 Iudex secularis an possit cogere laicum ad prorogandum iurisdictionem in iudicem ecclesiasticum?*
*3 Prorogatio iurisdictionis si fiat in clericum & laicum, adeundus est Episcopus super reductione ad arbitrium boni viri*

1 NOta, q̄ si in causa indiuidua † aliquis velit conuenire clericum, & laicum, vterque cōueniendus est in foro ecclesiastico, quia magis dignum trahit ad se minus dignū vt in c. quod in dubijs. de consue. eccle. vel alta. & l. præcipimus. §. 1. C. de appe. & hoc tenet ibi Bar. Sed ipse sensit cōtra l. 3. ff. de collegiis illici. & ibi dicit, q̄ ambo. i. iudex ecclesiasticus & secularis simul debent cognoscere, vel pronuntiare, Vel q̄ secularis debet cogere laicum ad prorogādū iurisdictionē in iudicem ecclesiasticū. Sed primū est verius, & hoc vltimū est falsum, quia quis non pōt cogi ad prorogandum, & si cogitur prorogatio est nulla l. 2. ff. de iudic. In prædicta l. præcipimus dicit Sali. quod si causa
3 † prorogatur in clericum & laicū simul, adeundus est Episcopus sup̄ reductione ad arbitriū boni viri, quia clericus tanquā dignor trahit ad se laicū. Sup quo vide plenè p̄ Pet. de Anc. in c. cur. & c. laicus, in secūdo dubio de foro cōpet. Quid aūt si cōuenerit collegium illicitum, in quo sint mixti clerici & laici? vide Bar. in l. fi. ff. de colle. illicitis. in 4. col.

ADDITIO.

Nota q̄ ita, &c. adde quod dictū Mathes. hīc tenet Bal. in l. fi. in 13. col. C. de edic. diui Adr. tol. facit qđ vult do. Abb. in c. fi. ad fi. de iure pat. & in c. 1. de p̄scri. sequitur Magister meus in l. imperium. col. 3. ver. 6. limita. de iurisdom. iudi. Feli. post alios in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constit. vide etiam Magistrum meum, vbi suprà in ver. seq. & Roma. consi. 265. incip. in casu proposito aduertendum.

ANNOTATIO.

*1 Clericus & laicus si sint constituti executores testamenti, iudex eorum erit ecclesiasticus iudex.*
*2 Testi reprobato & vili adhibetur plena fides ppter adiūctionem alterius boni, & fide digni.*
*3 Delictum si sit commissum vnà à clerico & laico, vtrum ecclesiasticus, vel secularis sit iudex?*

Idē tenet Bar. in l. fi. ff. de colleg. illicit. Et dicit Cardi. in c. cū
1 Ioannes. de testa. q̄ si clericus & laicus sunt cōstituti executores testamēti, iudex eorū erit iudex ecclesiasticus, & p̄ Bar. aliquid in l. 1. §. fi quis in appellatione. ff. de app. & de hac mixtura vide te. in l. si impubes. §. si pupillus. & in l. de bonis. circa prin. ff. ad Carbo. facit l. quæritur. et it. & te. in c. p tuas. de arbi. facit gl. in l. q̄ dotis, in ver. expensas. & ibi doct. ff. fol. mat. q̄ Imo. ibi reputat sing. Facit casus notabilis & ibi gl. in l. fi. C. de mune. & hono. nō cōtin. li. 12. facit q̄ dixit Bar. l. fi emācipatis. & ibi Mod. C. de colla. & Bal. in c. 1. q. mo. feu. amit. & Ang. l. Imperator. ff. de statu homi. & in l. si qs ex argētarijs. in prin. ff. de edē. & Ludo. Ro.
2 cōsi. 250. vbi dixit, q̄ † testi reprobato & vili adhibetur plena fides p̄ p adiunctionē alterius boni & fide digni, & per Bal. in cōsi. 137. vol. 3. Et quod dixit idē Rom. in l. arbitro. ff. qui satisd. cog. & Inn. in c. 1. de resci. & ibi Feli. & Abb. in quæstione sua inci. Gādulphus in 17. col. & Pet. de Anc. in c. ea quę. de reg. iu. in 6. & Bal. in d. l. p̄cipimus. C. de appel. Et facit qđ dixit Bar. l. si is cui duos. ff. de libe. leg. & Bal. in l. 1. C. pro so. & p Moder. in rub. C. de succesio. edic. vbi ponūt multos casus. Et facit qđ dixit Bar. l. cū Senatus. ff.
1 de re. du. Quid† aūt sit ī criminalibus, vtrū secularis. vel ecclesiasticus sit iudex, qñ delictū fuit cōmissum à clerico, & laico simul? Multi dixerūt huiusmodi cognitionē ad iudicē ecclesiasticū pertinere, ita primū tenuit Ant. de Prato Veteri in l. 1. in fi. quę sen. fine app. rescin. Maria. Soci. cōsi. 12. vol. 1. & in c. 2. col. 4. de mut. peti. Fel. in c. 1. col. 4. de p̄scri. Ferrat. caut. 10. p̄ceptor meus Soc. Iunior cōsi. 34. vol. 2. col. 1. Et So. in l. cū Senatus. in fi. ff. de reb. dub. qui scribit hāc opinionē in praxi seruatā fuisse. Idē testatur Chassæ. in cōsuetu. Burg. rub. 1. §. 5. ver. Archi. nu. 20. Eādē opinionē sequitur Rober. Mar. in Spec. ordinis iudiciorū, parte. 4. d. 11. nu. 22. vbi nu. 24. dicit id p̄cedere ī indiuiduis, nō īdiuiduis, quod & Soc. sensit in d. consi. 12. Quod procedit ſm doctō. præalle. qñ laicus potest condigne per iudicē ecclesiasticum puniri. Ego tū hanc opinionem falsam esse puto, per ea quæ latè tradit & probat Aymon Graue. cōsi. 232. vol. 2. & plures alij relati per Didac. Couar. in prædictis quæstio. cap. 34. in prin. Gabr. Saray.

## CXLIIII.

*1 Statutum, quod ingrediens monasterium parentibus nō succedat, an valeat?*
*2 Ingrediens monasterium quis propriè dicatur, & quis ecclesiastica persona?*

1 NOta mirabile dictū Bar. q̄ † valet statutū disponēs, q̄ ingrediēs monasteriū patri vel matri nō succedat, Secus si dicat, Si qs ingressus fuerit monasteriū, nō possit succedere patri vel matri. & ita ipse notat ī l. fi. C. de pact. Sed primū mēbrū nō pūto verū, qa vī esse ĥoneſtū, & cōtinere turpitudinē, quia retinet homines amplexu vitæ cōtēplatiuæ, ergo non valet, vt in authen. de sanct. epis. co. §. sed & hæc præsenti. iūcta regula ca. erit aūt lex. 4. distinct. & in c. 1.



in c. 1. de cōsti. li. 6. Facit quod notatur in l. si quis ita. §. fi. ff. de le. 2. putà, cùm quis incipit ingredi: vt qa suscipit habitū Nouitiorū, vel Nouitiarū, qui propriè dr̄ ingrediēs,
2 † post modū post professionē expressam vel tacitā, quia p petuò est obligatus religioni in specie, vel genere, vt in auth. ingressi. C. de sacrosa. eccl. dicitur effici ecclesiastica persona, vt in c. religioso. de sen. exc. lib. 6. & regula habetur in gl. & ideo nō potest ligari statuto seculari, & sic nō videtur vera distinctio Bar. super dicto §. fi.

ADDITIONES.

Nota mirabile, &c. Ibi, sed primum calum, &c. Adde Ang. in dispu. sua incip. nobilis quidam genere. Licet multi tenuerint opinionē Bar. quos refert Alex. in l. stipulatio hoc modo cōcepta. col. 2. de ver. ob. & tandem concludit cū Mat. hic, quòd tale statutum indistinctè nō valeat. Et multa aggregauit Fel. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. in prima cōclusione sextæ q. prin. de consti. Et vide plenissimas concordantias per Ale. qui dicit ita esse cōem cōsi. 139. in secundo vol. Et multa fundamenta & vrgentia cōis opinionis posuit Pau. de Cast. consi. 337. aliàs 335. inci. in Christi nomine primum dubium. Vide etiam Pe. de Anch. consi. 107. inci. in Christi nomine iudex Ferrariæ.
Communis doctorum conclusio est contra Bar. vt per An. in d. l. fi. C. de pac. & ibi Doct. per l. Deo nobis. C. de epis. & cler. Do in c. quamuis. col. 4. eo. ti. in 6. & latè Ale. prosequitur in l. stipulatio hoc modo cōcepta. col. pe. ff. de ver. obl. & idem Ale. consi. 139. viso themate. col. fin. lib. 2. vbi dicit, quòd ista est cōis opinio. & idē Pau. de Cast. in consi. 339. primum dubiū. & do. Abb. in ca. ecclesia sanctæ Mariæ. col. 20. de consti. vers. circa illum casum. & ibi Feli. & Deci. & Pet. de Vbal. in tractatu de succes. ab intest. cleri. col. 10. ver. an valeat cum simil. Et tradit Fel. in d. c. ecclesia. co. 8. vers. 6. q̄ro. & latè Deci. in c. in præsentia. col. 21. vers. sed breuiter dicendū est. nu. 53. de proba. Gab. Sa.

## CXLV.

*1 Fuga quòd inducat præsumptionem de delicto contra fugientem, quomodo intelligatur, & limitetur?*

1 NOta aureum dictum, quòd tota illa doctrina, qua dicitur, quòd ex fuga inducitur præsumptio contra fugientem de delicto, debet limitari, nisi postquàm quis fuit de crimine accusatus, quo venit imponenda pœna sanguinis, aufugit, vel stetit cautus non eūdo per terram: nam talis excusandus est, quia iustè facit timendo pœnam sanguinis, ita notat Bar. in l. 1. ff. de bonis eorum, qui ante sen. sibi mort. consci. quod nota.

ADDITIO.

Nota aureum, &c. Adde istam doctrinam esse approbatam & obseruari per Assessores, dicit Magister meus in l. is q. col. 3. in prin. C. qui testa. fac. poss. Vide eum clarè distinguentem in repe. l. admonendi. col. 78. vers. limita singulariter. de iureiu. vbi istam limitationem refert post Ludo. Roma. & videtur tenere arg. l. in lege Cornelia. ff. ad Syll. & l. fi. C. qui mu. tuto. se excū.

ANNOTATIO.

*1 Fuga regulariter facit indicium ad torturam contra fugientem, quando aufugit ante accusationem, vel inquisitionem. Secus si post.*
*2 Fuga non facit indicium ad torturam, quando fugiens habuit aliquam suspicionem, quod contra eum formetur accusatio, vel inquisitio.*
*3 Timor, seu suspicio rei idē operatur, q̄ existentia ipsius rei.*
*4 Fuga quando inducit in aliquo casu præsumptionem, vel indicium contra fugientem, talis præsumptio tollitur per iuramentum ipsius fugientis.*

1 Fuga† regulariter facit indicium ad torturā, vt per scribētes in l. fi. ff. de q. & per Ang. Are. in tracta. malefic. in ver. fama publica. in 6. char. in ver. an fuga. & latè per Hip. de Mar. in repeti. l. fi. C. de probatio. Quod tamē intelligitur, qñ quis aufugit ante accusationem, vel inquisitionē contra eum formatam, vel qñ contra eum non fuit ad aliquē actū processum. Secus autē si aufugit, postquā fuit accusatus, vel inquisitus: qa tunc si aufugit, talis fuga contra eū non facit indiciū: ita dixit Bar. in d. l. 1. ff. de bo. eor. qui ante sen. sibi mortē cōsciue. Quā doctrinā sequitur, & multum cōmēdat Ang. in l. fi. co. pen. C. de q. & Ro. in d. l. in lege Cornelia. co. 2. ff. ad Syllani. & plenè per Hip. de Mars. in repetitione rub. C. de proba. col. 54. & in singulari 115. inci. fuga. Et latè per Brun. in tractatu de indi. & tortu. in 3. char. in prima col. cum seq. & per Cuma. consi. 175. do. Andriola. col. 2. circa medium. Corn. cōsi. 58. & consi. 198. vol. 2. & Soc. in reg. 162. inci. Fuga. & Decius consi. 234. in effectu. col. 1. & Hip. in sing. 497. & in practica crimi. in §. diligēter. nu. 41. & plenissimè per Pe. Dueñas in reg. 390: inci. fuga in criminalibus, in septima limitatione. & per totū. & in regula sequēti. 391. inci. fuga post accusationē. vbi latè. Et do. And. de Ysern. in cōsti. Regni Neapolitani in cōstitutione, si dāna clādestina. in vers. personarū leuiū col. 2. vers. idē si probetur, quod Titius aufugit. in titu. de
2 homici. & dānis clandest. Ampliatur dicta† conclusio, vt etiā habeat locū, qñ etiā habet suspicionem, quòd contra eum formet accusatio, vel inquisitio: nam tūc si aufugit, fuga non facit contra eū indiciū ad torturam, vt singulariter dixit idem Ro. in dicta l. in lege Cornelia. ff. ad Syllan. quod dictum refert, & sequitur Decius in dicto consilio 234. de quo latius dixit Hippolytus de Mars. in dicto singulari suo 497. inci. sæpissimè in iure. Pro quo faciunt dicta, quæ cumulauit idem Hip. in l. prima. in prin. colu. 10.
3 ff. de q. vbi latè posuit, quòd idem† operatur timor, seu suspicio rei, quòd existentia ipsius rei. De quo etiam per eūdum Hippolytum in consi. 49. nu. 37. Et plenè per Nicol. Boerium in decisione 215. per totum, & maximè nu. 29. vbi plenè prosequitur materiā fugæ, & per M. Ant. Blāc. in repetitione l. fi. ff. de quæstionib. Cæpo. in consi. 29. nu. 8. & Bal. consi. 515. nu. 5. vol. 5. Alber. de Rosa. in tracta. status in quarta parte. q. 54. Gramma. in voto 37. nu. 1. & per do. Iacobum Nouel. in practica causarum crimin. in rub.
4 indicia quæ præcedere debent. nu. 74. Adde tāmen quòd in casu quo fuga inducit aliquam præsumptionem vel indiciū contra aliquem, tunc talis præsumptio taliter inducta tollitur per iuramentum ipsius fugientis: ita singulariter dixit Cy: in l. fi. C. de re. qu. reis. quod latè prosequitur idem Hip. in dicta pract. in §. diligenter. nu. 43. Gab. Sar.

## CXLVI.

*1 Pater potest relinquere filiæ natæ ex nefario, & incestuoso coitu, non solum alimenta, sed etiam dotem, & ad id tenetur de iure Canonico.*

1 NOta singulare dictum, quòd † pater potest filiæ natæ ex nefario & incestuoso coitu relinquere non solum alimenta competentia, sed etiam dotem. & ita notat Bart. o. in l. fin. ff. de his quibus vt indign. vbi dicit sic de facto se consuluisse, & ibi sentit, quòd sicut pater de iure Canonico tenetur alere talem, vt in ca. cùm haberet. de eo qui dux. in mat. quam pol. per adult. ita tenetur dotare per dotem concedentem.

ANNOTATIO.

*1 Pater an teneatur dotare filiā naturalē, vel spuriā pauperē.*
*2 Argumēta de alimētis ad dotē, an semp & idistinctè valeat?*
*3 Pater tenetur dotare filiam legitimam loco legitimæ debitæ iure naturæ.*
*4 Spuria filia à patre dotata mortua, dos est patri restituenda non filijs spuriis.*
*5 Pater si dederit maiorē dotē filiæ spuriæ, quàm sint alimēta ei de iure Canonico debita, an in eo, in quo dos excedit alimenta, possit auocari à marito constante matrimonio?*
*6 Pater non potest filiæ spuriæ donare aliquid vltra alimenta.*
*7 Vsurarius si dederit filiæ suæ dotem acquisitam ex vsuris, non poterunt creditores ex causa vsurarum constante matrimonio dotem illam auocare à marito.*
*8 Auus non prohibetur donare nepotibus ex filia spuria natis.*
*9 Cautela, quòd pater poterit securè donare filiæ spuriæ quàm sint alimenta debita.*
*10 Pater nō tenetur dotare filiā spuriā habentē vnde se dotet*

*Pater ſi dotet filiam ſpuriam diuitem, in dubio præſumitur dotaſſe de bonis ipſius filiæ.*

1 An pater tenetur dotare filiã naturalẽ vel ſpuriã? Vt ꝙ ſic, arguẽdo de alimentis ad dotẽ, nã de iure Canonico pater tenetur alere ſpurios. c. cum haberet. de eo qui dux. in matrimo. ꝙ pol. per adul. quod obſeruandum eſt etiam in foro ſeculari, & Imperatoris ſm Abb. ibi. Et eſt cõis opinio licet aliqui contradicant. Nec obſtat ſi dicatur quòd
2 argumentum de alimentis ad dotẽ nõ valet, quia pater tenetur dotare filiã legitimã etiã diuitẽ, & tñ non tenetur alere. Quia reſpõdetur, quòd iſta inſtantia negatiuè procedit, hic autẽ affirmatiuè arguit. Secũdo reſpondetur ꝙ rõ diuerſitatis eſt maxima inter filiã legitimã, & ſpuriã, nam
3 pater tenetur dotare filiã legitimã, loco legitimæ debitæ iure naturæ, quæ rõ ceſſat in filia naturali, vel ſpuria, cui nulla debetur legitima: ideò in eis valet argumentum de alimentis ad dotẽ. Et quòd pater teneatur dotare ſpuriam pauperem tenet Bar. in l. Meuius. §. duobus in 3. q. ff. de le. 2. & in l. fi. §. ſi à ſocero. ff. de his q̃ in frau. cre. Bal. in l. neq; mater. C. de iure dotiũ. Pe. de Vbal. in trac. de ſucceſsio. ab inteſt. col. 18. & ſeq. Abb. cõſ. n 5. punctus queſtionis. li. 2. Bal. cõſ. 456. inci. recolo. vo. 5. vbi dicit ius ciuile tantùm amaſſe caſtitatẽ, qđ deſtruxit pietatẽ, ſed ius canonicũ piè agẽs voluit patrẽ debere alere, & dotare ſpuriam, et hæc eſt cõis opinio, q̃ credo veriſimã intelligendo, prout eã intelligũt Bar. & Alij, videlicet, quòd teneatur pater dare dotẽ filiæ ſpuriæ loco alimentorum ſm Bar. in d. §. ſi à ſocero. & Abba. in dicto conſi. 115. vbi ex hoc infert, quòd
4 mortua ſpuria, dos eſt reſtituẽda patri, vel eius hæredi, & non filijs ipſius ſpurię, q̃ in alimẽtis nõ põt habere hæredẽ. §. finiẽ. inſt. de vſufruc. idẽ tenet Abb. in cõſ. 50. vr primò eo. vol. & plenè Do. Baptiſta. de Calcialup. in repe. l. ſi qua illuſtris. C. ad Orphicia. & ſcribit latè Palatios Ruuios in repetit. c. per veſtras. in §. 23. col. 3. verſ. ſequit ergo. nu. 12. extra de donati. inter virum & vxorẽ. vbi hoc diffuſè examinat. & Do. Bermõdus Choueronius in eius cõmentarijs in titulũ, de publicis cõcubinarijs. in cõcordatis. in verb. qui etiã filios ex tali cõcubinatu ꝓcreatos. §. impriè. Papa. nu. 50. verſ. ſequit, vt videamus. chart. 334. Sed
5 põt dubitari, quid ſi pater dedit maiorẽ dotẽ, an in eo in quo dos excedit alimẽta, poſsit auocari à marito, cõſtãte
6 matrimonio? conſtat. n. qđ pr nõ potuit filiæ ſpuriæ donare aliqd vltra alimẽta, auth. ex cõplexu. C. de inceſt. nupti. ergo repeti poſſe vr. Cõtrariũ determinat Bar. in d. §. ſi à ſocero, ga marit⁹ retinet dotẽ ex cã onerosa, ſequit Bal. in dicta auth. ex cõplexu. & Ang. Are. in §. itẽ ſi qs in frau
7 dẽ. inſti. de act. Bñ facit, quia ſi vſurarius dederit filiæ ſuę dotẽ requiſitã ex vſuris, nõ poterũt creditores ex cã vſurarũ cõſtãte matrimonio dotẽ illã auocare à marito, ſm Io. And. in addi. Spe. in ti. de exec. ſen. §. ſequitur. ver. hinc legatus, & tradit Ias. in l. ſi eũ ſeruũ. ff. ſi cer. pe. Cõtrarium vr verius, quia in exceſſu, cõſtitutio dotis non valuit ſm Bar. in l. fi. ff. de his quibus vt indig. & Bal. in l. eã q̃. col. 11. ver. pone, dicit decretũ. C. de fideic. Soc. cõſ. 2. co. 2. vol. 4. ergo ex poſt nõ poterit recõualeſcere, c. non firmatur. de reg. iur. in 6. imputet ergo ſibi maritus, qui nulliter cõtraxit. & ita tenet Vbal. in dicto trac. Saluat tñ ſnĩam Bar. vbi maritus ignoraſſet vxorẽ ſuã eſſe ſpuriã, arg. l. qui contra. C. de inceſt. nup. & c. ex tenore. q̃ filij ſint legitimi. Et iſta opinio videt verior. Contraria tñ videt humanior. Vnde ſi filia vult ſecurè agere, faciat ꝙ pater donet dotem filijs
8 naſcituris ex ea poſt mortem ipſius filię, nam tũus non ꝓhibet donare nepotibus ex ſpuria, ſm gl. cõmuniter ap-ꝓbatã in l. fi. C. de natur. liber. & iſtã cautelam ponit Bar.
9 ibi. Sit tñ cauta taliter cõcipere verba donationis, ꝙ auus non videat donare nepotibus cont ẽplatione filiæ ſpuriæ, aliàs donatio non valeret, vt ꝙ Bar. in l. Gallus. §. ꝙ ſi is. ff.
10 de liber. & poſthu. & cõſi. 118. Oducius. Et ex ꝓmiſsis ſequit, ꝙ pater non tenet dotare ſpuriã habentẽ vnde ſe dotet, qa tunc non tenet eã alere. d. c. cùm haberet. in ver. ne
11 ceſſaria. Ex quo infert, t ꝙ ſi pater dotauerit filiã ſpuriã diuitẽ ꝙ in dubio videbit dotaſſe de bonis ipſius filię: & tradit nouiſsimè Io. Fra. Ripa in repe. l. i. nu. 66. ff. ſol. ma. G. S.

## CXLVII.

*Onus alendi filium tranſit ad hæredes patris, in ſubſidium.*

1 NOta, quòd iſtud onus, quo pater tenetur alere filiũ, vel econtrà, eſt tale onus, quod etiam tranſit ad hæredes, videlicet, in ſubſidium, quando nullus eſt alius, à quo poſſunt peti alimenta. Vnde ſi filius vel filia habuit legitimam, & poſteà peruenit ad paupertatem, poterit in ſubſidium petere alimenta ab hæredibus de bonis hæreditatis patris. vel matris: vt l. ſi quis à liberis. §. item reſcriptum. ff. de lib. agno. & ibi Bar. hoc tenet.

ANNOTATIO.

1 *Parentum onus alimentãdi liberos trãſit ad ſucceſſores. Et quid ſi fiſcus ſit hæres?*
2 *Bona ſi ſint confiſcata, tenetur fiſcus alimentare filios etiam ſpurios rei.*

1 Quòd onus parentũ t alimentandi liberos tranſeat ad ſucceſſores, tenuit Bal. in auth. licet. C. de natu. libe. Chaſſæn. in cõſue. Burgũ. in ti. *Des ſucceſſions.* rub. 8. §. 3. folio. 284. col. 3. nu. 3. Eandẽ opinionẽ tenet Bermõdus in tractatu de publicis concubinarijs, pagina 336. nu. 52. Laur. Calca. in cõſ. 62. nu. 17. Abb. in cõſ. 115. volumi. ſecundo. Quod etiam procedit, ſi fiſcus ſit hæres, vt tenet Palatios Ruuios in repetitione cap. per veſtras. §. 24. nu. 8. & 9. de donatio. inter virum & vxo. Et ſic t quòd quãdocunque bona ſint confiſcata, fiſcus teneatur alimẽtare filios etiã ſpurios, tradit poſt alios Petrus Dueñas in regula 367. inci. ſi lius ſpurius de iure Canonico. in quarta ampliatione. Adde quod notat Bar. in l. ſi marito. §. ſi voluntate: ff. ſol. mat. & in l. poſt dotem. eo. ti. & quod no. in ſimili in l. ſicut. §. ſi debitor. ff. quib. mo. pignus vel hypotheca ſolua. & aliqd per Imo. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de ver. ob. & Bar. in l. 1. C. de mendic. valid. li. 11. & Bal. in l. ſi quis argentum. §. ſed ſi quis. C. de don. & Spe. in ti. qui filij ſint le. §. 1. ver. quid ſi is, qui petit. & quod notat in ſimili Ale. in auth. prætereà. in 6. col. C. vnde vir & vxor. Gab. Sa.

## CXLVIII.

*Actor ſi nunc petat decem ex centum coram vno iudice, & poſteà velit reſiduum coram alio iudice petere, poteſt repelli dilatoria exceptione.*

1 NOta vnum dictum, t quòd ſi de cẽtum, quæ tibi promiſi, petam decem coram vno iudice, & obtinui, vel ſuccubui, & poſteà velim reſiduum petere coram alio iudice competenti in eadem ciuitate, vel diuerſa, competit exceptio dilatoria, quod non teneris ipſi reſpondere, inſti. de actio. §. ſi minus. & hoc tenet ibi glo.

ADDITIONES.

Nota vnum, & c. in ſi. vide ſuprà no. 115. incip. no. quòd ſi ex centum. & quæ ibi dixi.

Vide quæ dixi ſuprà ſing. 115. ad ibi dicta me remitto. Gabriel Sarayna.

## CXLIX.

*Mandatum generale ad iurandũ de calumnia an ſufficiat, vt in qualibet cauſa ꝓcurator ad iurãdũ admitti debeat.*
*Intellectus c. ſi. de iura. calum. in 6.*

NOta, quòd ſi dominus facit procuratorem generalẽ ad lites cum Petro Martini, & cum quacunque alia perſona, quã habet in præſenti, & in futurum habiturus
1 eſt, & dicit eidem procuratori, Do tibi ſpecialẽ t mandatũ ad iurandum de calumnia in animam mei domini, ſufficit tale procuratorium, & admittendus eſt ipſe procurator ad iurandum de calumnia in animam domini, licet lites aliter non ſint ſpecificatæ: & ſic ſe habet communis obſeruantia, à qua non eſt recedendum. l. meminerint. C.
2 de legi. hære. & ita debet t intelligi c. ſi. de iura. calum. li. 6. & ita tenet Bar. in l. qui bona. §. ſi alieno. ff. de dam. infect. Licet ipſe videatur ſentire contrarium in l. 2. §. finautem abfuerit. C. de iura. calumn. Niſi ſaluando diceretur, quòd de rigore iuris ſecus, non attenta communi obſeruantia litigantium, quæ eſt in oppoſitum.

ADDI-



ADDITIO.

No. quòd ſi dominus, & c. in fin. Et quòd ſit ita cõis practica & obſeruantia quòd ſufficiat dicere in gñe, Do tibi mãdatum ad iurandum de calumnia. nec ab ea ſit recedendũ, tenent Imo. & Ale. in §. ſi alieno. hic alle. Pro communi practica facit cle. non poteſt. de procu. quam allegat Ioan. de Fantu. in c. ſi. de iurã. calum. in 6. hic alleg. vbi idẽ tenet Ioann. And. & Domi. idem doct. in c. in pertractandis. eo. titu. de iura. calumn.

ANNOTATIO.

1 *Iuramentum calumniæ an poſsit præſtari per procuratorẽ?*
2 *Procurator quãdo ſolus iuret de calumnia, & quando etiam principalis iurare teneatur?*
3 *Procurator an teneatur iurare in animam etiam ſuam in Curia Romana ẽt ſi dominus iurauerit, & qd de ſyndico?*
4 *Procurator an habeat terminum ad deliberandum ſuper iuramento calumniæ.*
5 *Mandatum ſpeciale ad iurandum de calumnia, abſque cauſa tractandæ mentione, an ſufficiat?*

1 Iuramentum calumniæ an poſsit præſtari per procuratorẽ? Cy. in auth. ſacramẽta. 9. q. C. ſi aduerſ. vẽdi. & in d. l. 2. §. finautẽ. C. de iura. calũ. & ibi Bar. tenet quòd ſic, vbi etiã
2 dicit, ꝙ etiã t principalis debet iurare de calumnia ſi eſt ꝓſens, vel etiam abſens de propinquo, aliàs ſolus procurator iurat, & ibi ponit formã iuramenti de calumnia ꝓcuratoris. De quo etiam per Ale. in d. l. qui bona. §. ſi alieno. ff. de dã. infe. & in l. nõ ſolũ. in prin. ff. de procur. & Spe. in ti. de iura. calum. §. reſtat. verſ. quomodo ergo fiet. & gl. in c. 1. de iud. in 6. & in c. ſi. & c. cæterum. eo. ti. & lib. Et per Spe. in ti. de procu. in §. ſi. ver. ſi quis autem iurabit. & cap. Thol. deciſ. 132. Sed Do. de Rota in deciſ. 37. quidã. in no
3 uis. & in deciſ. 591. in antiq. & in deci. 40. procurator. in nouis. dicunt, quòd t tenetur iurare in aĩam etiam ſuã in curia Romana, etiã ſi dominus iurauerit. Sed gl. 16. q. 4. c. metuẽtes. dicit, quòd in animam dñi iurare ꝓcurator debet, ſyndicus verò in ſuã. Et an habeat terminum ad de-
4 liberandum, vide Fran. de Are. in l. iuſurãdũ. ff. de iureiu. & Corn. conſ. 86. inci. contra, vol. 2. & Io. And. in c. vt circa. & Bal. in l. ſi procurator. C. de procur. Sed aduertẽdum
5 eſt t nam quod hic dicitur per Mat. vr intelligendum, qñ nominatim cã vel negotium ipſum eidem mandato aſcribitur, ſm Io. And. & alios in d. c. vlt. quæ cõclusio iuſtiſsimi locum habet, cùm procurator iuramentum in animam principalis referre debeat, & ideo nimirum ſi mandatũ ita ſpeciale ad hoc neceſſariũ ſit, vt expreſsè mentio cãæ in iudicio pertractandæ fiat, alioquin forſan procurator iuraret de calumnia in ea cã, q̃ principalis iudicio iniqua videretur: quòd colligitur ex gl. in c. 1. de iud. in 6. Inno. in c. præſentium. co. 2. de teſti. eo. li. Bal. in Marga. ver. iurans in animam & Catel. Cot. dictio, Procurator. Vnde praxis aduerſum hoc inducta, vt ſufficiat mandatũ ſpeciale ad iurãdum de calũnia, abſq; ipſius cãæ tractãdæ mẽtione, non admodũ cõueniẽs aĩæ, nec cõſcientiæ, nec reipublicæ, vr, vt nouiſsimè etiã tradit Dida. Couar. in lib. 1. c. 6. in prin. verſ. 2. huiuſce regulæ variarũ reſolu. Gab. Sar.

CL.

*Clauſula ꝓcedens eſt maioris efficaciæ ad determinandum ſequentia, quã clauſula ſequẽs ad determinandũ ꝓcedẽtia.*

1 NOta ſingulare dictũ, t ꝙ maioris efficaciæ eſt præcedens clauſula ad determinãdũ ſequẽtia, q̃ ſit clauſula ſequens ad determinãdum præcedẽtia, vt Lauia. in prin. ff. de cõdi. & demonſtr. iuncta l. filium. ff. quando dies leged. & hanc regulam ponit Bar. in dicta l. Lauia. in prin.

ADDITIONES.

Nota ſingulare, & c. Adde, quòd iſtã regulã ponit etiam Bar. poſt gl. in l. quiſquis. de le. 3. Ful. & Pau. in l. 1. C. de li. præte. & ibi Magiſter meus Bar. in l. ſi quis ex argentarijs. §. ſi initium. in 1. col. ff. de eden. notat Lud. cõſ. 104. inci. pater reuerende. in cõſ. 503. inci. diligenter inſpectis. in 1. colũ. Ale. cõſ. 416. inci. viſo themate ſuprà ſcripto. Vide etiam Magiſtrum meum, vbi plura alleg. in l. etiam his. §. ſi initium. in prin. ff. de eden. & in l. ſi ita ſit. in 2. col. ff. de leg. 1. Idem ponit Ale. in l. patris & filij. ad ſi. ff. de vulga. & pup. & cõſ. 2. viſo themate. col. 1. vo. 3. Corne. cõſ. 242. circa primum quæſitum. co. 4. verſ. & ſolet dici. vol. 4. Aret. in l. cũ filio familiàs. co. 4. verſ. in gl. poſita ſuper verbo, relictus. & ibi quoque Ias. col. ſi. ff. de le. 1. & cõſ. 64. in primis vide tur. col. penu. verſ. nec obſtat, ſi huic, vol. 1. & cõſ. 198. con ſului. col. 2. li. 2. & cõſ. 217. immunitas. in fi. ſi. 2. & iterum cõſ. 6. exhibentur duo. co. 5. verſ. 4. principaliter. li. 3. & in cõſ. 12. in capitulis. li. 3. & cõſ. 79. ſuper vſufructu. co. 1. & li. 3. & Deci. cõſ. 339. conſului aliàs. co. ſi. & cõſ. 500. in cã quæ Mãtuæ. co. 3. verſ. & quia clauſula. & plenè per And. Tiraq. in tractatu de retractu conſangui. in §. 1. in verſ. aut æquipollentem venditioni. in gl. 14. nu. 25. verſic. nam & clauſula. Adde Bal. in l. quoties. 2. in fi. C. de fideic. Pau. de Caſt. in d. l. auia. in prin. ff. de condi. & demonſt. Lance. Deci. in l. 1. co. 1. ff. de iuriſdict. om. iud. Deci. in l. 1. co. 11. ff. de offic. eius cui manda. eſt iuriſdict. Gab. Sar.

CLI.

*Pupillaris ſubſtitutio directa an cõprehẽdat, ſi teſtator poſt iſtitutionẽ factã de filio, dixerit, Et ſi talis deceſſerit t pupillari ætate, voluit ꝙ bona ipſius teſtatoris deuenĩant Titium?*

1 NOta vtile dictum, quòd ſi teſtator dicit poſt inſtitutionem factam de filio hæc verba, Et ſi talis deceſſerit in pupillari ætate, voluit quòd bona ipſius teſtatoris deuenĩant in Titium, ſub his verbis comprehenditur directa ſubſtitutio pupillaris, ita dicit Bar. quòd tenuerunt omnes Doctores tempore ſuo, in l. ſi ita. §. qui filio. ff. de bonorum poſſeſsione ſecundũ tabul. vbi dicit, quòd non refert, an dixerit, bona ipſius teſtatoris, an ipſius pupilli, ſicut non refert, an dicat, Filio meo hæres eſto, vel Hæres eſto mei, in l. 2. in princip. ff. de vulgar. & pupilla. Et hunc caſum vidi de facto, licet do. Petr. de Ancha. ſenſerit contrariũ, & puto quòd non bene. Et miror, quòd Bart. iſtũ paſſum non ponat in materia pupillaris, vel compendioſæ, vt l. 2. ff. de vulgari & pupillari. & in l. Centurio. eo. ti. Idem per omnia dicit, ſi teſtator nõ poſuit verbum commune expreſsè, ſed tacitè appoſuiſſe intelligatur, putà, qa dixit, Si filius meus deceſſerit in pupillari ætate, volo quòd bona mea vendantur, & diſtribuantur inter pauperes per commiſſarios meos: nam hoc verbum comprehẽdit, quòd commiſſarij accipiant bona authoritate propria, & ſic continebitur directa ſubſtitutio pupillaris, ſicut ſi dixiſſet, Bona ipſius pupilli vendantur, vt patet ex not. per Bar. in d. §. qui filio iuncto eo quod no. in l. Centurio. ff. de vulga. & pupi. in 1. q. prin. ſcilicet, quando compendioſa ſit per verba obliqua.

ADDITIONES.

Nota vtile dictum, & c. Ad iſta dicta adde quæ voluit Bar. in l. Cẽturio. in verſ. ſecunda principalis quæſtio eſt, qñ ſit, & c. de vulg. & pup. Dicit tamen Ale. in §. qui filio. hic allegato, ꝙ reperit Pe. de Anc. in ſuis conſilijs firmantem cõtrariũ eius quod dicit Bar. in d. §. qui filio. ſed fortè nõ bene, ſm eum. Et de hoc etiam habetur per Pau. de Caſt. in l. 1. ff. de vulga. & pupil. vbi etiam per alios poſt eum, & per Bal. in l. precibus. co. 18. vbi etiam per Alex. & Magiſtrum meum, C. de impub. & alijs ſubſti.

Vide Pe. de Anc. hic allegatum cõſ. 8. difficultas quæſtionis. & conſi. 43. ſuper prædicto dubio. Et Anto. Rube. conſi. 2. facti ſeries. & Corne. conſi. 94. conſ. 197. in prin. ver. & inſuper ſi potuiſſet. vol. 1. & conſ. 187. in prin. ver. trita. & vulgata. vol. 1. & conſ. 240. nu. 3. verſ. aut dicta ſubſtitutio volu. 1. & conſ. 262. vol. 1. & conſ. 297. nume. 3. volu. 1. & conſilio 297. in principio. verſicu. quoniam illa. volu. 1. & conſilio 35. num. 3. vol. 2. & conſ. 152. nu. 26. vol. 2. & cõſ. 61. volu. 2. & conſi. 276. numero 15. volu. 2. & conſ. 322. nu. 7. & 14. volu. 3. & conſ. 41. volu. 4. & conſi. 138. num. 8. & 9. volum. 3. vbi id in terminis tradit quod hic Matth. conſilio 322. num. 8. volu. 3. & conſi. 320. numero 9. volumine. 4. & Ludouic. Gozadi. conſi. 104. num. 15. & conſ. 114. numero 15. Gabriel Sarayna.

CLII.

*1 Ius accrescendi an habeat locum in legatis, & donationibus causa mortis, & anni mortis causa capiendi?*

1 NOta, quòd sicut in legatis † & in donationibus causa mortis habet locum ius accrescẽdi, l. 1. circa fi. C. de cadu. toll. & notat Bar. in l. re coniuncti. ff. de le. 3. Eodem modo videtur habere locũ in mortis causa capione. Vnde si testator reliquit tibi fundũ, si dederis Titio & Seio centum: moriente Titio, Seio centum dare poteris, si vel les habere legatum. & hoc tenet Bar. in l. si mihi & Titio. ff. de verb. obli. Sed dictum Bar. vr̃ contra l. pẽnu. §. fi. ff. de conditio. & demon. & ibi gl. & ipse Bar. sensit contrariũ, & ita tenet do. Ioann. de Cana. in d. l. si mihi.

ADDITIO.

Nota, quòd sicut, &c. Ale. in l. si mihi & Titio. hic allega. col. 4. post satis longã examinationẽ huius articuli, distinguit quod aut illud, quod ex mortis causa capione præstãdum est, debet dari aliquibus hæredibus, & habet locũ ius accrescendi. l. Thais. §. Stichus. ff. de fideic. liber. & hoc casu ꝓcedat opinio Bar. & sequacium in d. l. si mihi & Titio. Aut erat dãdũ aliquibus, nó vt hæredibus, & cessat l. pe. ff. de cõdi. & dem ő, & tũc procedat opinio tenẽtiũ oppositũ, de quibus per Ale. vbi suprà, & per eundem Magistrũ meũ & alios in l. 1. C. qñ non peten. part. & per scribentes in l. mortis causa capitur. in prin. ff. de donat. cau. mor.

ANNOTATIO.

*1 Ius accrescendi, an habeat locum in contractibus.*
*2 Ius accrescendi an habeat locum in pœnis, vel salariis?*
*3 Ius accrescendi an habeat locum, si testator dixerit, Relinquo filijs Titij centum ducatos pro quolibet.*

Latè hoc tradit do. Hiero. Cagno. in repe. l. 1. post Ias. ibi. C. qñ nõ petẽ. partes. vide ibi per eum. Et an ius accrescendi
1 habeat locũ in cõtractibus, putà si maritus & vxor oĩa eorũ bona donauerint Titio, reseruatis sibi quatuor sestarijs frumẽti, & totidẽ vini, altero eorum moriẽte, vtrũ superuiuẽs debeat habere totũ frumẽtũ & vinũ reseruatum, an tm̃ dimidiã? elegãter tradit Guido Papæ decisio.
2 Grationop. 204. Et an habeat locũ in pœnis, vel salarijs?
3 vide Ro. sing. 524. Et an ius accrescendi locum habeat, si testator dicat, Relinquo filijs Titij centum ducatos pro quolibet? tradit idem Matthæus infrà sing. 154. Gab. Sar.

CLIII.

*1 Creditori vtilius est, quòd debitor cõstituat se bona sua precario nomine creditoris possidere, trãsferendo in eum ciuilem possessionem tantum, & quod retineat naturalem.*

1 NOta mirabile, quòd test plus vtile creditori, quòd in instrumento, in quo debitor omnia bona sua obligat, constituat se ea precario nomine creditoris possidere, transferendo solum in illum possessionem ciuilem, retenta naturali ipsi debitori, id est, nuda detentatione: nam primo casu, si debitor tradit fundum alteri, non priuatur creditor sua possessione ciuili: quia stat per te & non cohæret naturali possessioni debitoris. Sicut dicimus, ꝙ si vsufructuarius tradat, vel expellatur, nõ perdit proprietarius ciuilẽ, vt l. si fundo. & ibi not. in l. 4. §. vim vi. ff. de vi & vi arma. & no. gl. in l. 1. ff. vsufru. quemad. caue. Sed secundo casu, si debitor tradat alteri fundum, vel expellatur per vim, priuatur creditor omni possessione; sicut quando accidit hoc in persona coloni, vt l. peregrè. §. quibus. & in l. 3. §. quòd si seruus. ff. de acqui. poss. & notatur in d. §. fin. & in l. 1. Et hanc doctrinam tenet Bar. & eũ sequitur Bald. in l. creditores. C. de pigno. in vltim. quæstio. artic. 4. principalis.

ADDITIONES.

Nota mirabile, &c. Adde quòd idẽ tenet Iac. But. Bar. & Sal. in lectura l. creditores. hic alle. Licet Bart. in l. interdũ. §. qui alienam. post gl. ibi. ff. de acqui. poss. & in l. Celsus. co. 4. vers. sed pone, quòd debitor. de vsuca. teneat contrariũ, quem ibi sequitur Imo. Pau. de Cast. & Ale. & cõiter oẽs in dicto §. qui alienam. vbi Ale. latius examinat, & ad opposita respondet.

Latissimè id tradit vberrimus doctor. do. And. Tiraq. in suo tractatu de iure consti. possessor. in prin. nu. 34. 35. & seq. Et Ioan. Franc. Bal. in repetitione dictæ l. Celsus. in 2. parte prin. nume. 15. ff. de vsucap. Gab. Saray.

CLIIII.

*1 Ius accrescendi, an abeat locum, si testator dixerit, Relinquo filijs Titij centum ducatos pro quolibet?*

1 NOta, quòd si testator dixerit: Ego relinquo filijs Titij centum ducatos pro quolibet: isti non dicuntur taliter coniuncti in verbis, quod habeat locum ius accrescẽdi l. huiusmodi. §. quibus. de lega. 1. vbi Bart. hoc tenet, & clarius in l. re coniuncti. ff. de lega. 3. in 2. colu. 7. vers. sed quæro inter coniunctos.

ANNOTATIO.

*1 Ius accrescendi an habeat locum in legatis ad pias causas?*

Idẽ tenet Bal. cons. 94. vol. 5. & latè Moder. in repe. l. re coniuncti. post Bar. ibi, nu. 23. ff. de le. 3. vbi materia. & Imo. in
1 l. qui filiabus. §. 1. in princi. ff. de lega. 1. Et an in legatis ad pias causas sit locus iuri accrescendi? vide Bal. in l. 1. C. de sac. sanct. ecc. Et ponit Alex. in addit. ad Bar. in d. l. re coniuncti. in addit. inci. breuiter dico. Gab. Sar.

CLV.

*1 Minor licet ex cõtractu sine decreto, vel tutoris authoritate inito non obligetur, tamen factus maior potest cogere aduersarium ad illum implendum. Idem si adhuc est minor, & paratus sit facere interuenire solennitatem requisitam. Et idem etiam procedit in ecclesia.*

1 NOta, quòd si minor vendit prædium suum sine decreto, & tutoris authoritate, licet contractus sit nullus in præiudicium minoris, ita ꝙ ipse nõ obligat naturaliter, vt l. si ad resoluẽdã. C. de prædi. mino. no. Bar. in l. cũ lex. ff. de fideiuss. & in l. 1. in prin. ff. de nouationib. Tamen obligatus est maior. Vnde si minor fiat perfectæ ætatis potest cogere aduersarium adimplere illum tractatum, si ue contractũ. Idẽ si adhuc durat minor, & sit paratus facere interuenire solennitatẽ necessariã, ar. insti. de auth. tut. in prin. & l. Iulianus. §. si quis pupillo. ff. de actio. emp. Idẽ etiã dicunt Canonistæ in ecclesia alienante rẽ sine solẽnitate debita, vt no. Inn. in c. 1. de his quæ fi. à maio. par. c. & ad hoc gl. in c. 1. ne sede vac. in l. cũ huiusmodi. ff. de trãsact. vbi gl. videtur tenere hanc opinionem. & etiam Bart. videtur tenere contrarium, & no. bene illud, &c.

ADDITIO.

Nota, quòd si minor, &c. Adde quòd istud dictum sequitur Fulg. in l. cùm hi. §. eam transactionẽ. ff. de transac. refert & sequitur Magist. meus ibidem. co. 2. vers. limitatũ. vbi ad confirmationem adducit bonum simile de contractu inito per dolum, &c. vide per eum.

ANNOTATIO.

*1 Contractus bonæ fidei si sit initus dolo aduersarij, est ipso iure nullus, tamen est in potestate dolum passi ratificare contractum si velit.*
*2 Pupillus, & prodigus habent idoneam personam contrahendi, vbi agitur de earum fauore, & commodo.*
*3 Pupillus sine tutore potest se obligare naturaliter & ciuiliter ad finem vt liberetur per acceptilationem.*
*4 Persona prohibita obligari sine certa solẽnitate, põt tñ se obligare absque illa solẽnitate ad finẽ cõsequẽdæ liberationis.*
*5 Minor si ex statuti dispositione nõ possit contrahere sine certorũ præsentia, vel authoritate, poterit tamen facere contractũ societatis sibi vtilem, sine dicta statuti solẽnitate.*
*6 Statuta quæ disponunt quòd contractus mulierum non valeant sine præsentia propinquorum, intelliguntur de contractibus damnosis, non de vtilibus.*
*7 Mulier si ex statuto non possit se obligare sine consensu propinquorum tamẽ si ei sit delata hæreditas, quæ sit sine onere, poterit illam adire sine solennitate dicti statuti.*
*8 Pater prohibitus alienare bona aduentitia filij, potest tamen alienare, quando alienat pro vtilitate filij.*
*9 Solennitas quando fauore alicuius personæ in actu requiritur, valet actus sine ea solennitate, si tali persona sit vtilis*

Trans-



*10 Transactio absque solennitate valet, quando continet vtilitatem eius in cuius fauorem solennitas requirebatur.*
*11 Alienatio rei minoris, vel ecclesiæ, an valeat sine solẽnitate quando reperitur vtilis ipsi ecclesiæ, vel minori?*
*12 Solennitas requiritur in alienanda re minoris, vel ecclesiæ.*
*13 Alienatio rei minoris, vel ecclesiæ facta sine solennitate, potest pro parte minoris, vel ecclesiæ approbari, vel reijci.*
*14 Electio posita solenniter facta validat precedentem alienationẽ rei minoris, vel ecclesiæ, etiã inuito eo, cũ quo minor, vel ecclesia cõtraxit, nisi pars aduersa ante iudicii ũ, vel actum consumatum opponat defectum solennitatis.*
*15 Procuratoris falsi gestum quis ratum habere non potest, quã do defectus mandati oppositus fuit ante finem actus.*
*16 Infans & furiosus non possunt approbare, vel reijcere contractum rerum suarum sine solenniate requisita celebratũ, etiam si eis vtilis sit.*
*17 Minor si dubitetur, ne petat restitutionem in integrum aduersus contractum celebratum, potest conueniri vt approbet, vel reprobet contractum, quem si approbet, non potest postea amplius in integrum restitui.*
*18 Contractus celebratus cum pupillo claudicat.*
*19 Contrahens cum pupillo non auditur potens pupillum cogi declarare an velit stare contractui, vel nè.*
*20 Contrahens cum minore vel ecclesia potest contra eos agere vt declarent an velint stare contractui, vel ne, etiam durante minori ætate.*
*21 Minor semel declarans velle stare, vel non contractui, an possit amplius in integrum restitui?*
*22 Iudicij calor, aut authoritas iudicis non tollunt restitutionem in integrum minori vel ecclesiæ.*
*23 Minori variare licet.*
*24 Illatio non fit ex diuersis.*
*25 Intellectus nouus ad tex. in l. Iulianus. §. si quis colludẽte. ff. de actio. empti.*
*26 Minor contrahens, an & quando obligetur?*

Idẽ tenet Bal. in c. 1. de trãsac. & Can. in c. 1. de his q̃ fiunt à
1 platis sine cõsensu c. & gl. & doc. in c. j. ne sede vacã. & no. Bal. in l. fi. §. neceſsitate. in 5. co. in fi. C. de bo. q̃ lib. & sequitur Ias. in l. cõtra iuris. ff. de pac. in fi. & plenè tradit Ale. in addi. ad Bar. in d. l. cũ lex. ff. de fideiuss. ꝙ multũ exclamat Do. Io. de Gradibus in apost. ad Steph. Aufr. decis. Thol. 98. in addi. inci. nõ põt alienari. vbi etiã id ad eccleſiã extẽdit. Hoc etiã põt ꝓbari ꝓ id ꝙ tenet Bar. post gl. in l. elegãter. in prin. ff. de dolo. & gl. in l. iurisgentiũ. §. ꝓtor ait. & ibi
1 no. Ang. ff. de pac. vbi gl. tenẽt q̃ si cõtractus bonæ fidei sit initus dolo aduersarij, est ipso iure nullus, tñ est in potestate doli passi ratificare cõtractũ si velit. ita etiã tenet Baliin l. 1. 3. co. C. plus valer. ꝙ agit. bñ facit solẽnis gl. in l. à diuo pio. ff. de ritu nup. q̃ Bal. ꝓ sing. notat in l. nõ dubiũ in ro. q. C. de legib. & gl. in l. iubemus. in prin. & ibi Bal. C.
2 de sacrosa. eccl. Adde tñ quòd vbi agit de fauore & commodo pupilli, vel minoris, tunc ille habet idoneã ꝑsonã, facit tex. insti. de autho. tutor. l. nõ iõ. C. de procur. & l. neque. C. de contrah. & cõmit. stip. & in l. Iulianus. §. si qs à pupillo. ff. de act. emp. Idẽ est in prodigo cui bonis est interdictũ. l. cui bonis. ff. de nouat. Aliàs illud quod est indu 12
ctũ in fauorẽ, retorqueret in odiũ & dãnũ cõtra l. quod fauore. C. de legi. & ꝓ Steph. Aufre. decis. Tholos. 106. & faciunt notata per Abb. in c. cãm. quæ. 2. co. fi. de iud. & in c. diuersis fallacijs. co. 2. de cleric. cõiuga. & in cõs. 84. vol. 2. Are. cõs. 77. col. penu. Ias. in l. nõ eo minus. nu. 3. C. de ꝓcura. & in §. actionum. nu. 41. instit. de acti. & nouissimè per Dida. Couarr. in practicis qùæstionib. c. 28. nu. 10. ver.
3 quòd si rerum immobilium facta sit æstimatio. Imo. etiã pupillus sine tutore põt se obligare naturaliter & ciuiliter ad finẽ, vt liberetur ꝑ acceptilationẽ, gl. est reputata sing.
4 in l. 2. ff. de acceptil. per q̃ no. Ang. & Imo. ibi, quòd ꝑ lo 13
na prohibita obligari sine certa solẽnitate, põt tñ se obligare absq; illa solẽnitate ad finẽ cõsequendæ liberationis. Facit quod consuluit Lud. Ro. cõs. 453. inci. visa principali constitutione, qua cautum est, quod ſtãte ſtatuto, quòd

5 minor nõ possit cõtrahere sine ꝑsentia officialiũ mercantiæ, & authoritate triũ eius cõsanguineorũ, tñ minor poterit facere cõtractũ societatis sibi vtilẽ absq; dicta solennitate statuti. Facit quod notat Bal. in d. l. neq; . per illum te. C. de cõtra. & cõ. stip. vbi dicit illũ te. tenẽdũ menti ad
6 statuta, q̃ disponũt, ꝙ quòd contractus mulierũ nõ valeãt sine ꝑsentia propinquorum: nã intelliguntur de cõtractibus dãnosis, non aũt de vtilibus. Adde etiam quod voluit Ang. Imo. Pau. de Cas. & cæteri Mod. 1. l. mutũ. ff. de acq: hær. Raph. Comẽ. in l. more. e. ti. quòd ſtãte statuto, quòd
7 ꝙ mulier nõ possit se obligare sine cõsensu ꝓpinquorum, quòd si sit ei delata hæreditas, quæ sit sine onere, poterit illã adire sine solẽnitate dicti statuti. Adde etiã gl. not. in l. quæcunq;. i ver. interdicta. C. de bo. quæ li. q̃ Bal. ibi dicit
8 ꝙ priè esse mẽti tenẽdã, quòd ꝙ pater ꝙ phibitus alienare bona aduẽtitia filij, põt tñ, qñ alienat ꝙ vtilitate filij. Idẽ tradit Are. in d. l. mutũ. ad fi. ff. de acq. hære. vbi eã gl. extollit, & Soci. in l. cõditionibus pupillus. nu. 1. in prin. ff. de cõdi. & demõ. Gomes. in §. oĩum. col. 10. Insti. de actio. Ias. in l. cõtra iuris. nu. 8. ff. de pac. And. Tiraq. alios citãs in li. de iure mari. gl. 8. nu. 74. char. 332. ꝑm nouã editionẽ. Quod ẽt cõfirmat ex multis, q̃ Soci. & Ias. cumulãt in dictis locis. & Fel. in c. cãm. nu. 8. ff. de iudi. & Ias. in l. more. nu. 11. ff. de acq. hær. & in l. potuit. nu. 3. C. de iure deli. Et ꝓbat tex. in l. 1. C. de auth. ꝓstan. Et sic Doctores in locis ꝓallegatis & Tiraq. in d. gl. 8. q. 8. nu. 56. cõcludunt, ꝙ qñ in aliquo actu
9 requirit solẽnitas fauore alicuius ꝑsonæ, valet actus absq; ea solẽnitate, si reperiat vtilis tali ꝑsonæ. quod etiã tradit Imo. in d. l. cũ lex. ad fi. ff. de fideiuss. quẽ sequit ꝓceptor meus do. Maria. Soc. Iunior. cõs. 28. nu. 1 i. vo. 2. Et multa in hũc sensũ tradit Ant. Corse. in sing. in ver. pupillus. inc. Licet pupillus nõ possit obligari sine solẽnitate. In hoc tñ vñr doctores variasse, vt etiã admonet Tiraq. ĩ ꝓdicto loco, nu. 62. maximè ꝓ textũ gl. in l. cũ 2. §. eã. ff. de transact.
cõtumacia,& vexandi aduersarios laboribus sumptibus. Cogitabitis tñ.Extra gl.opponitur contra istũ te.de ca.significãtibus.extra de offi.deleg.Solutio,ibi loquitur in delegato,hic in ordinario,s̃m Bal.quẽ sequitur Bar. et Salic. Sed hæc solutio non vr̃ mihi bona,quia c.significãtibus.loquitur in sententia interlocutoria valida,qua quis pronuntiauit se iudicẽ incõpetentẽ, per illam.n. iudex dr̃ esse functus officio suo quo ad causam illã,& ideo nõ posset reuocari,etiã ab ordinario.argumento l.qualẽ.ff.de arbit. cum l.seq.Et hoc firmauit Bar.i l.ꝙ iussit.ff.de re iud.Sed te.noster loqtur in interlocutoria,q̃ fuit nulla,& ideo illa nõ obstante potest iudex,si est ordinarius,iterũ pronuntiare. Secus putarẽ in delegato. Et hoc sensit gl.in l.si vt proponis. 2.supra,eo.titu.Vnde nota, ꝙ sicut qñ delegatus inferioris à principe tulit diffinitiuã nullam, non potest amplius pronũtiare,ita etiam qñ tulit aliquã interlocutoriã nullã,quæ ẽ talis naturæ,ꝙ si esset valida,faceret expirare iurisdictionẽ iudicis,ac si esset diffinitiua,vt est,qñ pronuntiatur appellationẽ esse desertam,vel iudicẽ non esse competẽtem. Quid aũt sit in delegato Imperatoris vel Papæ, dic vt in
7 d.l.si vt proponis. Quæro†an quęlibet interlocutoria lata contra minorẽ indefensum sit nulla? Respondeo,ꝙ regulariter est nulla,sicut diffinitiua,per hanc legem,& per l.cõtra pupillũ.ff.de re iudi. Fallit primò in casibus, in quibus minor solus habet legitimam personam in iudicio, quia tunc valet tã interlocutoria, quã etiam diffinitiua lata contra eum,siue habuerit tutorẽ,vel curatorem, siue non, & siue ipse minor fuerit præsens,siue contumax,vt l.si.supra qui legitimã personã, & notat Bar.in d.l. cum & minores. Et hoc est bene notandum propter multos casus positos hodie in c.fi.extra de iudicijs,li.6.Vtrum aũt tunc minori posit consuli per restitutionẽ in integrũ? Vide gl.singularem in l.1.infra, si de momentanea possessione. quæ tenet ꝙ sic.Secũdo fallit in interlocutoria missionis in possessionẽ ex primo decreto, nã illa põt ferri etiã contra pupillũ indefensum.l.apud Iulianum.§.fi.& l.in possessionem.§.1. ff.ex quib.cau.in po..ea.Tertio fallit in secundo decreto, ꝙ põt interponi contra adultum.l.minor.ff. de bon. autli. iudi.pos.quod intellig.vt ibi notatur.Et de hac materia habetur in l.fi.ff.de in integ.restit.Secũdo quæro de quæstione,quã vidi de facto,& sæpe accidit Bononiæ, an hæc regula, quod sententia lata cõtra minores indefensos sit nulla, habeat locum in causis in quibus ex forma statuti tenetur iudex procedere,& terminare summariè, de plano,& sine strepitu & figura iudicij, prout sunt oẽs causæ ciuiles in Bononia? Et videtur,ꝙ non, nam in talibus causis sublatę dicuntur oẽs solennitates iuris positiui.s.ciuilis, vel canonici,nisi quatenus ius expresse requirit illas, non obstãte ꝙ causæ sint summariæ,& in eis posit ꝓcedi sine figura iudicij,vt singulariter notat gl.in clement. sæpe. de verb.significatio.in verbo, nõ exigat.& Barto.in extrãuagã.ad reprimendũ in verbo,figura iudicij.in 1.col. Et puto hoc posse tolerari in adulto,& fortè etiã in pupillo doli capace,tales.n.possunt iure naturali seu gentiũ obligari.l.1. ff.de noua.eodem modo possunt obligari quasi contrahẽdo,& sic litigando.arg.l.3.§.idẽ scribit.ff.de peculio.In pupillo vero non doli capace potest dici, ꝙ aut ipse nullum habuit legitimum defensorẽ, vel habuit, sed ille non fuit citatus,& tunc iudicium sit nullum,quia caret substantialibus iuris naturalis,seu gẽtium.argu.l.nlli.de inutil.stipul. in §.pupillus.Si vero tutor pupilli fuit citatus legitime, & contumax,fortè potest dici sentẽtiã valere,quia satis sunt seruata solennia iuris naturalis,sicut qñ est citatus procurator alicui⁹ maioris. Cogitabis tñ. Tertio quæro,an sententia sit lata contra filiumfamilias minorem indefensum à patre super hæreditate aduentitia,q pater habebat vsumfructum,& erat legitimus administrator, illa sententia,sit nulla? Puto, ꝙ licet valeat in præiudicium patris quo ad vsumfructũ eius,tamen sit nulla in præiudicium filijfamilias minoris,per regulã d.l.cum & minores.cũ simi. Quę-
8 ro quarto, an sententia † quia iudex ad quem pronuntiat appellationem esse desertã,sit interlocutoria? Respondeo ꝙ sic, per hanc legẽ. Itẽ quia sicut eius cõtraria.s.appellationi deferendũ esse,seu illã recipiẽdã esse,est interlocutoria, vt in capit.Romana.§.ꝙ si obijciatur. extra de appellatio.li.6.ita hæc, qua pronuntiatur appellationem recipiendã non esse,seu desertam esse.Pro hoc facit l.1.infra,quorum appellationes non recipi.Præterea hæc sententia pręsupponit instantiã esse peremptam per desertionem appellationis,ergo non est diffinitiua,sed interlocutoria. argum. authen.ei qui.infra, de tempo.appella. Facit quod notatur in l.properãdũ.§.illa supra, de iudiciis. Dr̃ tñ habere vim diffinitiuæ,quia imponit finẽ toti controuersiæ,licet non posit agi ex illa, sed solum ex prima sentẽtia confirmata, vt l.furti.in principio.ff.de iis qui nota.infami. & ibi notatur.Et hoc sensit Barto.hic.& in l.Titia.ff.de accusatio. & Barto.de Salic.hic,& domini de Rota in conclusione 82.
9 & 83.Quæro quinto,†an si ordinarius tulit sententiã nullam,posit super illa causa adiri superior eius,necne?Bart. in l.si vt proponis.prima, supra,eo.tit.tenet,ꝙ posit indistinctè adiri,non solum vt declaret illã sententiã esse nullã,sed etiã vt iterũ ipse superior posit iudicare,sicut poterat primus,argumento l.absentẽ.infrà,de accusatio.& l.penulti.§.1.ff.quę sententiæ sine appel.rescindantur.Sed Bar. aliter videtur loqui in hoc passu.in l.si expressim.ff.de appel.in pen.col.Dicit.n.ꝙ aut nullitas deducitur incidenter corã superiore,vt quia petitur,ꝙ superior iterum pronuntiet ex eisdem actis,non obstante sentẽtia lata per inferiorẽ,quæ fuit nulla, & hoc non põt fieri regulariter: per regulã l.vbi acceptũ.ff.de iudic. Et hoc fuit de mente Butri. in d.l.si vt proponis.Et hoc tenuit Bartho.de Salic. in ista lege.Hoc tñ limito dupliciter. Primo qñ sentẽtia fuit nulla per turpitudinẽ pronuntiantis,quia tunc nõ ipse, sed superior debet adiri,vt dicta l.absentẽ.& dixi in dicta l. si vt proponis.& ita communiter tenetur.Secũdo fallit, qñ primus ordinarius, corã quo est iudiciũ cœptum non posset pronuntiare,vt quia est extincta illa dignitas,nã tunc eundem ꝓcessum poterit terminare alius ordinarius,par, vel superior.argumento l.sed & si restituatur.§. sed & si dies. ff.de iudicijs,& not.Bart.in dicta l.vbi accepũ. Quandoq; nullitas sentẽtiæ deducitur principaliter in libello coram superiore,vt quia principaliter petitur sententiam declarari nullã,& hoc poterit fieri inchoata noua instantia ,& sic requiretur noua litis contestatio,& iuramẽtum de calumnia,vt c.2.ex.de officio iudicis. Facit l.1.§.1.ff.de fer.& ꝙ ibi notatur.Sexto quæro.vtrũ in hoc vltimo casu, qñ coram superiore petitur principaliter sententiam declarari nullã,posit ille reformare illã sententiã,quam inuenit esse nullã,præsupposito ꝙ defectus fuerit solum in sententia, non in actis? Respõdeo,ꝙ aut hoc nõ fuit petitum,& hoc nõ poterit facere iudex.l.fi.de fideicommis.lib.& l. vt fundus.ff.cõi diuid.facit.l.1.§.1.ff.de fer. Aut fuit petitum, & tunc aut super ista petitione reformationis est facta litis contestatio inter partes,& tunc dico,ꝙ bene poterit reformari,nã cum instãtia noua sit inchoata corã superiore, ipse bene potest iudicare ex actis cõtinentibus merita causæ,factis in alia instantia inter easdẽ partes.l.gesta.infra.de re iudica.& extra de test.c.causam quæ.1. cum similibus. Ille.n.qui petit sententiã reformari, vr̃ petere sibi iustitiã fieri eo modo,quo petierat coram alio iudice.& sic talis libellus est bonus.argumento l.asse toto.ff.de heredi. instit. Aut super reformatione nõ est facta litis contestatio inter partes.& tunc aut ille qui agit petendo sententiam declarari nullam,petit etiam illam reformari, & hoc non poterit fieri, quia ex litis contestatione, & ex alijs actis factis coram alio iudice,non poterit pronuntiare iste superior, per d.l.vbi acceptum.Et hoc videt̃ de mente Bar.de Sal.in hac lege.Fallit in duobus casibus,quos suprà excepi in præcedenti quæstione. Aut reus,qui defendebat sententiam petitam declarari nullam,petijt illam reformari per superiorẽ, & sic potest intelligi l.1.§.1.quæ senten.sine appell. rescin.sicut videmus quod reus conuentus rei vendicatione,vel

ne, vel petitione hæreditatis. potest in se assumere onus ꝓ bandi, & petere declarari se esse dominum, vel hęredem. l. circa. ff. de proba. & ibi no. Et in hoc casu posset saluari dictum Bar. in d. l. si expressim. Inno. tñ videtur sentire contrarium, ꝙ non possit fieri hæc reformatio in c. cum contingat. extra, de offi. deleg. in gl. magna. in ver. itē dicemus:
10 Quęro vlterius, an si ꝓ principaliter petij coram superiore sententiā inferioris declarari nullā ex vna causa, possim obtinere docendo de nullitate ex alia causa? Bar. prima facie hic videtur sentire ꝙ sic. Dicit. n. ꝙ sicut causa appellationis à diffinitiua deuoluit totum negotium ad superiorem ita ꝙ pōt reformari sententia, etiā ex noua causa, vt l. fi. ff. ꝙ cum eo. & l. 2. §. fi. ff. de appel. ita etiā causa nullitatis deuoluit. Hoc etiā videt tenuisse dominus meus, do. Ant. de But. in c. dilecto. extra de appel. ad quod allegat c. cum Bertoldus. extra de re iudi. Sed contrarium est verius. & ita tenet Bar. expresse in l. 1. infrà, qñ prouocare nō est necesse. & in d. l. si expressim. Aequiparat. n. hūc libellū libello, quo quis agit actione reali, vt rei vendicatione, nā si quis in libello allegauit se dominum ex vna causa, nō pōt obtinere ex alia, & similiter nō obstat exceptio sibi volēti agere ex alia causa, vt l. si mater. §. si quis aūt. ff. de excep. rei iudi. & in c. abbatē. §. pen. extra, de re iudi. in 6. Secus si nulla causa dominij fuit expressa in libello. l. & an eandē. §. actiones. ff. de excep. rei iudi. Non obstat l. 3. in fi. ff. de appel. quia ibi loquitur in causa appellationis, in qua est maius periculū. nā si appellās perderet in illa, perderet totum, cū iterū ab illa non posset appellare ex alia causa, propter lapsum decendij. Sed aliud est in causa principali, vel in causa nullitatis, quia licet quis ꝓdat ex vna causa, poterit iterū agere ex alia causa, vt d. §. si quis aūt. Et hoc sensit Inno. in c. cū contingat. extra, de offi. dele. in gl. mag. ver. item dicimus. Nec obstat d. c. cum Bertoldus, quia ibi ille presbyter petijt restitutionē in integrū. corā Papa, vel ibi petijt sententiā simpliciter declarari nullā. Pōt etiā alijs modis intelligi, de quibus remitto ad ibi notata, ex quibus apparet, ꝙ ille textus nō probat id quod dicit ꝑdictus do. Ant. de But. Vlterius
11 quæro, an sit peto incidenter coram eodē, vel superiori iterum pronuntiari, non obstante sententia primo lata, quam dico fuisse nullā, fit necesse de illa nullitate primo constare Bar. in l. si vt proponis. suprà, eo. ti. & in l. cum quærebatur. ff. de re iud. videtur tenere ꝙ sic, nisi qñ nullitas sententię apparet ex se manifestè nullo probato extrinsecus, vt quia ē lata die dominica, vel quia est lata contra dominū, cum tñ lis fuerit agitata per procuratorē. Sed contra primū dictū Bar. facit id, quod ipse notat in l. prolatam. infra, tit. 2. & dic
12 vt ibi dicā. Vltimo quæro, an in illis casibus, in quibus nō obstāte sententia nulla, idē iudex iterum pōt pronuntiare ex eisdē actis, vel superior, puta delegans, vel alius superior, (quod qñ possit fieri, dictū est supra) possit hoc fieri quocūq; tempore? Respondeo ꝙ non, sed solum quandiu tempora primæ instātiæ hoc patiātur. argumento l. accusaturus ff. de adulteriis. sententia. n. q̄ est nulla, non habet finire instantiā, & ideo firma manent oīa acta litis ordinatoria, vt ex illis iterū possit pronuntiari, vt in hac lege. & l. 1. infrà. tit. 1. & notat Bar. in l. 2. ff. iudi. sol. & ideo etiam post latā sententiā, quæ est nulla, adhuc quotidie currit tēpus instātiæ, & ideo si totum tempus instantię hodie fit elapsum, nō poterit idem iudex, vel alius ex eisdem actis litis ordinarijs pronuntiare, sunt. n. perempta finita instantia, vt d. l. 2. Et ita notabiliter tenet Bar. de Sali. in hac lege. Et hoc
13 dictū in practica faciet tibi honorem. Vnum tamen† non obliuiscaris, ꝙ quotiescunque accidit mutatio personæ iudicis, oportet ꝙ nouus iudex debeat ad minus habere tertiam partem tēporis instantiæ totius illius causæ. Et si tantum tempus non supererat, ipso iure suppletur sibi à lege. argumento l. properandum. §. finautem in medio. supra de iudicijs. nam ille §. debet extendi etiam ad instantiam causæ appellationis, etiā ad instantias statutarias, quia subest eadem rō, & ille textus non est correctiuus, vt pœnalis, ergo. & c. per l. nō possunt. ff. de legib. & notat Bart. in l. si cō-

stāte. in princip. in 9. quæstio. ff. soluto matrimo. Facit ad ꝑdicta l. 2. supra, de noxalibus: & ita audiui dici in practica à valentibus aduocatis. Vbi vero non diceretur incidēter nulla sententia, sed inchoaretur noua instantia, in qua peteretur sententiam declarari nullam coram eodem, vel superiore, & etiam peteretur illam reformari (quod qñ potest fieri, patet ex supra dictis) tunc puto posse fieri reformationem illam, etiā si totum tempus primę instantię sit elapsum. argumento l. 1. §. 1. ff. quæ senten. sine appell. rescin. fit. in. reformatio ex nouis actis litis ordinatorijs. i. ex no
14 uo libello, & litis cōstatione, licet fiat ex actis primæ causæ litis decisorijs, ꝙ fieri pōt, vt ꝑdixi. Hęc vera, nisi opponeretur exceptio rei iudicatæ, vigore primæ sententiæ, q̄ trāsisset in rem iudicatam, propter elapsum tempus appellationis ab illa. argumento authen. ei qui. infra, de temporibus appella. & in clem. si appellationem. de appella. puta si fuit lata primo absolutoria ꝙ me, deinde actor appellauit, & fuit lata in vltimo mense anni contra me sententia, quę fuit nulla, puta die dominico lata. Ego vero petij principaliter illam declarari nullam, aduersarius vero meus eā petijt reformari, tunc. n. elapso anno, & eo tempore quod habebatur ipso iure à lege; per d. l. properandum. §. finaūt in medio. potero ego opponere exceptionem rei iudicatę, vigore primæ absolutoriæ. Et ita de facto practicaui. Et hāc quæstionem disputauit sub me, do. Petrus de Ro. Vltimo posset hic quæri. quid iuris sit, quando miscetur nullitas si mul cum appellatione? Sed de hac materia, quia est alta & subtilis, remitto ad notata infra quando prouocare non est necesse. & dicta leg. si expressim. & per canonistas in capitulo. directo extra, de appellat. Sequitur l. ea quæ statuuntur.

## LEX VII.

*1 Citandus est pluries is, qui à nuntio personaliter est inuentus.*
*2 Sententia ferenda vt interſint partes citanda veniunt.*
*3 Alteri per alterum non quæritur regulariter per actus ciuiles.*
*4 Solennitatis iuris ciuilis omissione totum actum vitiari.*
*5 Pactum quod iudex partibus absentibus, aut earum altera, ferat sententiam est nullum.*
*6 Sententia in causis summarijs absente nō citato lata, valet.*
*7 Contumax verus quis, & quis præsumptus. nu. 8.*
*8 Causa quælibet per quam constat citatum non contempsisse iudicem, excusat à contumacia.*

*Aquæ statuuntur.* Sententia lata contra absentem non solenniter citatum, est nulla: Hoc dicit. Nota, quod
1 etiam† iuuentus personaliter à nuntio, pluries est citādus
2 Nota ꝙ tam† ad interlocutoriam, quam ad diffinitiuam quis est citandus, vt hic. Facit l. à procedente. supra, de dilationibus. & c. 2. extrà, de test. & quod ibi notatur. In glos. 1. in fine. Dic, idem notat glos. in l. furioso. & l. quæsitum. ff. de re iudicata. Contrarium, tamen notaui in l. properandum. §. finautem reus. supra, de iudiciis. Sed primæ glossæ communiter tenentur per textum in dicta l. furioso. & in d. l. quæsitum. & est ratio, quia hoc quod ambę partes sunt præsentes verè, vel vna verè, & alia fictè, vt quia contumax, cuius absentia repletur Dei præsentia. l. properandum. §. cum autem. supra, de iudic. est inductum non in fauorem absentium, sed ad rigorem iuris conseruan-
3 dum, qui rigor est, vt† per actus ciuiles regulariter alteri per alterum non quæratur, secundum Barto. hic. Vel potest assignari alia ratio, scilicet, quod hoc est, quia est quædam solennitas iuris publici, quæ omitti non potest, &
4 cuius† omissio vitiat totum actum. l. de vnoquoque. ff. de re iudicata. Facit quod notatur in authentic. offeratur. supra, de litis contestatione. Nec obstat prędictis l. quamuis indubitati. infrà, de adulterijs. quia ibi loquitur in causa criminali, in qua iudex magis potest supplere personam accusatoris absentis, quā in ciuili. l. 2. infra, de abolitionibus. & l. penultima, in principio. ff. de publicis iudicijs. Et notat Barto. in l. bellorum. §. fina. ff. de accusa. Et per prędicta. pu



5 dicta puto ꝙ non valeat pactum, ꝙ iudex ordinarius, vel delegatus possit ferre sententiam ambabus partibus, vel altera tantum. l. ius publicum. ff. de pactis. & in ca. si diligenti. de foro compe. & patet ex notatis in d. authe. offeratur. Sed quo ad sententiam arbitri bene valeret tale pactum. l. diem proferre. §. si quis litigatorum. ff. de arbitris. Et pro hoc facit quod notat Bar. in authen. offeratur. & in l. si societatem. §. arbitrorū. ff. pro socio. Item aduerte, quia ista glos. debet limitari, quia non habet locum in causis, in qui
6 bus procedit̄ sine figura iudicij. nam in illis bene† valeret sententia lata pro absente non citato, licet non valeret lata contra absentem nullo modo citatū, vt pulchrè notat Bar. in extrauag. ad reprimendum in verbo, figura iudicij. De quo remitto ad ibi per eum plenè notata. In glo. 2. ibi,
7 *inuentus non venit.* Nota ex ista glo. quod† verus cōtumax dicitur inuentus, licet nil responderit, vel dixerit se velle venire. Et idem notat glo. in l. ex consensu. §. fina. ff. de appel. Et intellige hoc in citatis peremptoriè, vel qui habentur pro citatis peremptoriè, alias esset secus, vt infra eo. l. tres & dixi ē. e. l. 2. Cōtrariū tñ sentit gl. in l. pe. in fi. ff. de int̄ integ. resti. & nō bene, imo plus tenent doctores cōiter, ꝙ si quis fuit legitimè, & peremptoriè citatus, & nō inuentus, puta per nuntium ad domum, vel per edictum, ipse dicitur esse verus contumax, si potest constare, quod ipse habuit veram notitiam huius citationis, & nō venit, & ideo talis non poterit appellare, vt est tex. expressus in l. properandum. §. finautem ex gestis. & §. cum autem. iuncto §. & si quidem. supra, de iudicijs. & probatur in d. l. ex consensu. in §. fin. Et prædicta vera, nisi citatus habuerit aliquā causam excusationis non veniendi, ita quod non fuerit in dolo, vel lata culpa, tunc enim non dicitur esse in effectu verus contumax, ideo pōt appellare. argumento l. & post edictum. §. fi. ff. de iudicijs. Et melius facit cle. si ante. de dolo & contumacia. vbi hoc videtur de mente gl. Facit pro prędictis l. 1. infra, quorum app. non reci. Si autem fuit in dolo, vel lata culpa, bene dicitur verus contumax, vt patet in dicta cle. Facit l. 2. ff. de confessis. Et per hoc reprobatur gl.
8 in d. l. si. ff. de in integ. resti. vbi dicit. quod omnis causa† excusat à vera contumacia, per quam apparet citatum non contempsisse iudicem, & ideo non sit verus contumax rusticus, qui timuit comparere sine procuratore, vel aduocato, & ideo non venit. Vbi vero non apparet clarè ꝙ notitia deuenerit ad citatum, tunc dicitur esse præsumptus cōtumax. & ita baptizat gl. infrà, l. proxi. licet hic appellet eū fictum cōtumacem, & impropriè loquatur. & talis potest appellare, vt supra eo. l. ab eo. & infra, eo. l. fi. Et de hac materia si vis latius videre, recurre ad notata in d. l. fi. per Bar. & in d. cle. si ante. per gl. In gl. ca in fi. Hanc gl. intellige, qñ iudex habuit scientiam infirmitatis, aliter valeret sententia, sed daretur restitutio, vt probatur in l. quæsitū. alleg. in glo. iuncta l. fin. ff. de in integ. resti. & in l. quia absente supra, de procura. & l. sī prætor. in fi. ff. de iudic. Et idem est in absente reipublicæ causa, vt ff. eo. l. pen. & l. contra pupillum. in prin. & ibi no. ff. de re iudi. Hoc tamen intelligo, quando iudex hoc sciuit, vt iudex, si vero hoc sciuit, vt priuatus, tūc fortè hæc sua scientia nō habebit inducere nullitatem sententię, per reg. l. illicitas. in §. veritas. ff. de offi. præsi. & per not. suprà, vt q̄ desunt aduo. l. 1. Facit pro hoc c. si duobus. & quod ibi not. extra de appe. Optarem tñ super hoc habere authoritatem doctorū coressam. Vbi tamen iste tillet per iudicē, quo minus hoc sciret, vt iudex, vt quia cō paruit excusator, qui allegauit causam infirmitatis, vel absentiæ reipublicæ causa, & eam obtulit se statim probaturum, & iudex noluit eū audire, tunc sententia est nulla, licut si iudex hoc sciuisset, vt iudex. Et ita notat Bar. in d. l. quęsitum. & Bart. de Sali. hic. Pro hoc facit l. seruum quoque. §. publicè. ff. de procur. & l. iure ciuili. ff. de condi. & demō. Quod dictum notate. Item prædicta procedunt, quando fertur sententia contra viuum, secus si feratur contra iam mortuum, legitimè tamen prius citatum; quia tunc illa est nulla, etiam si iudex eius mortem probabiliter ignorauerit l. 2. ff. quæ sen. sine appel. rescin. & l. in summa. §. fi. ff. de re iud. Sequitur l. consentaneum. sed l. tres. fuit lecta ante, eo quia ista habet magnam materiam, & habebamus modicum de tempore.

## LEX VIII.

*1 Citationem nedum per edicta, sed & per literas fieri.*
*2 Citationem peremptoriam pro omnibus vnam fieri posse.*
*3 Iudicem contra absentem etiam per contumaciam, nihil nisi parte instante & petente, agere debere.*
*4 Instantia coram vno iudice inchoata ad successorem transit.*
*5 Reus contumax in nō comparēdo, & si suspectus & fugitiuus non sit, capi debet, & ad iudicem duci.*
*6 Possessionem plenam rei in actorem lite contestata ex primo decreto tranferri, saluo iure agendi reo in petitorio.*
*7 Instantia vna eadēmque durante alterius litigantium condi tionem vitiari posse.*
*8 Sententiæ specialis mentionem in citatione peremptoriæ fiendā ad sententiam, non requiri.*
*9 Iudex quod ad alium actum procedere possit, licet pars stato die citata sit ad sententiam.*
*10 Iudex absque noua citatione poterit etiam ferre sententiam, vbi reus peremptoriè fuerit citatus.*
*11 Verbum solet, sonat quandoque necessitatem.*
*12 Iudex non debet ferre sententiam, nisi instetur, & petatur.*
*13 Reus agens de proprietate perpetuo audietur, nisi præscriptio opponatur contra eum. & nu. 16.*
*14 Decreto secundo non, nisi actor plenè de debito docuerit, locū esse.*
*15 Litis contestatio facta, de qua in l. 2. C. vt in rem actio, introducta solum est quo ad duos effectus.*
*17 Citatio peremptoria ad quos actus requiratur.*
*18 Iudex pro debito ciui an possit reum capere.*
*19 Debitorē suspectū esse de fuga, quomodo iudici constare possit.*
*20 Actor vbi missus est in possessionem rei petitæ, qualiter admittatur ad contendendum de proprietate.*
*21 Instantia quibus casibus non finiatur triennio.*
*22 Via vna electa an ad aliam rediri possit?*
*23 Reus si fuit citatus ad audiendum sententiam, an possit iudex ad alium actum procedere?*
*24 Captura quædam citatio verbalis est.*

*Consentaneum.* Reus conuentus in reali post litem contestatā debet in cōtumacia solenniter constitui, & tūc contra eum poterit alterum de tribus exerceri: vel personæ captio, vel possessionis translatio, vel sententiæ diffinitiuæ prolatio. Hoc dicit. Et diuiditur in tres partes, nā primo dicit qualiter, & quomodo reus debeat in contumacia cōstitui. secundo per quē, tertio quod sit officium iudicis contra reum contumacem. Secūda ibi, quod vel succes sor.
1 Tertia ibi, à quo. Nota, ꝙ† nō solum per edicta, sed etiam
2 per literas potest fieri citatio. Nota,† ꝙ potest fieri vna ci-
3 tatio peremptoria pro omnibus. Nota, quod iudex† nihil debet agere contra absentem, etiam per cōtumaciam, nisi secundum quod instat, & petit præsens, non. n. debet supplere ex officio. Item nota, ꝙ† instātia inchoata corā vno
5 iudice, transit ad successorē eius. Nota, ꝙ reus† contumax in nō cōparendo, etiam si non fit suspectus, & fugitiuus, debet capi, & inuitus duci ad iudicem, si actor hoc fieri pe
6 tat. Et in hoc iste textus est singularis. Item nota, ꝙ† in rea li post litem cōtestatā trāsfertur ex primo decretro plena possessio rei in actorem, & reseruatur reo solum ius agen
7 di petitorio. Itē nota argumentū, ꝙ etiā durante† eadem instantia pōt variari cōditio vnius litigantis. l. ꝙ de reo ipse fiat actor. Et vide quod notāt doctores in c. paltoralis. extra de causa possessionis. & de testib. c. significauerunt. Itē
8 nota† argumentum, ꝙ non requiritur in citatione peremptoria fieda ad sententiā specialis mentio de sententia. Itē
9 nota† argumētū, ꝙ si quis† fuit peremptoriè citatus, pro tali die ad sententiā, pōt iudex procedere cōtra eū ad alium

actum

actum,vt ad missionem in possessionẽ ex primo decreto.

10 Item nota argumentũ, ꝙ si reus† fuit peremptoriè citatus vt compareat tali die, aliter procedetur contra eum, etiam ad sententiã, poterit iudex non solum illa die, sed etiã alijs sequentibus recipere testes, & instrumenta, & facere alia acta in causa, & etiã ferre sententiam, nec requiretur amplius aliqua noua citatio. In gl.2.ibi, *eodem mõ ad citationẽ.* Dic, gl. videtur hic velle ꝙ requiratur citatio peremptoria ante litis contestationẽ, ad hoc vt possit perueniri ad primum decretum contra reũ, & bene dicit. Et pro ea est tex. in l.præsenti.§.cum aũt &.§.sequenti.supra de iis qui ad ecclesiã confugiũt.& in l.cum proponas.infrà de bon.auth. iud.pos.& not.per gl.& doctores in l.si finita.§.Iulianus.ff. de dãno infecto. In glos.in verbo, *à quo*.ibi, *l.edictum*. Dic ista gl.communiter tenetur hic, & in d.l.edictũ. Et sic ver

11 bum, †solet, positum in l.edictum.sonat necessitatem, & accipitur pro debet. Et pro hoc facit doctrina, quam ponit Bar.in l.1.supra,eo.tit. Et de materia d.l.edictum.vide per canonistas.in c.licet.extra de accu. In glo.fin.ibi. *secundum Pla.* & H. Dic, ista secunda est magis amica literę, & communiter tenetur. Sed aduerte, quia gl.respexit id, quod cõmuniter accidit, nam est verisimile ꝙ si causa est liquida, actor instabit ꝙ feratur sententia pro se. Hoc dico, quia ẽt quando causa est liquida, potest actor instare ꝙ mittatur

12 in possessionẽ rerum ex primo decreto. Non† enim debet iudex ferre sententiam pro eo, nisi ipse præsens instet, & hoc petat.l.ad peremptorium.ff.de iudic.& l.properãdum §.& si quidẽ.suprà, de iudi. Et hoc sensit hic Bart. & bene, potest enim esse, ꝙ actor optat magis habere possessionẽ rerum, quam habere sententiã pro se, & nõ possessionem, fortè propter expensas sententiæ, & quia timet, ne aduersarius appellet. In gl.ead.ibi, *reus intra annum.* Dic, ista verba, *intra annum*, fuerunt fortè addita vitio scriptoris, nam

13 †perpetuo audietur reus agens de proprietate, vt hic, & in c.prout.extra de dolo & contu. Facit l.2.supra, vbi in rem actio.nisi cõtra eum opponatur vsucapio, vel pręscriptio longi temporis. Quod intellige vt no.Bar.in d.l.2. In gl.ea. ibi, *vel iustus possessor efficiatur.* Dic, vt quia res fuerit sibi adiudicata ex secundo decreto.ar.l.ordo rei.j.de executio

14 ne rei iud. Aduerte tamen, quia† nõ debet deueniri ad hoc secundum decretum, nisi actor plenè probauerit de debito, vt l.Fulcinius.§.2.& ibi not. per Bart.ff.ex quib.cau.in poss.eatur. Ex quo nota vnum mirabile, quod licet actor in personali possit facere perueniri ad diffinitiuã, tamen si vult, potest instare, ꝙ omissa diffinitiua deueniatur ad secundum decretum. quod patet, quia ista glo.loquitur, quando reus se absentauit post litem contestatam. In glo.ea.ibi, *sed non liquet iudici de causa*. Dic, melius dixisset glo. & sic

15 non potest iudici liquere de causa, nam† ficta litis cõtestatio, de qua habetur in l.2.supra, vbi in rem actio est introducta solum quo ad duos effectus. Vnus est, vt interrumpatur longi tẽporis præscriptio. Alius est, vt actor, si mittatur ĩ possessionẽ rei ex primo decreto, statim fiat verus possessor, & irreuocabilis, nisi reus assumat partes petitoris, vt d.l.2.non autem habet hũc effectum, vt possint examinari testes, & ferri diffinitiua contra absentem, quia hoc non est iure cautum, ergo &c.l.fi.§.illud.infra. de tẽp.app. in auth.de exhiben. reis.§.si vero quidã iurẽt.& extra, vt lite non cõtesta.per totũ. Et hoc vltimũ tenuit gl.singularis in c.qm̃ frequenter.& c.ꝙ si super.extra, vt lite nõ cõtesta. In gl.ea.ibi, *§.pen.* Dic, ista gl.in ista cauda videtur solum loqui in reali, quo casu reus infra annũ tm̃ põt recuperare possessionẽ, præstita primò satisdatione de iudicio sisti, & refectis expensis, vt d.§.pen.iuncta l.sancimus.suprà, de iudi.& est te.in c.qm̃ frequẽter.§.in alijs.ext. vt lite nõ cõte. Vtrũ aũt infra annũ actor dicat possidere, necne, sunt opiniones in dicto §.penul.tñ puta, ꝙ verior sit illa opinio, q. est approbata p Canonistas.s.ꝙ dicatur habere solum nudã detentationẽ, & demũ post annum fiat verus possessor vt d.c.qm̃.§.in alijs.& in c.contingit.extra de dolo. & ibi not. Quotiescunque.n.sunt opiniones inter Legistas, tenẽda est illa, quę est approbata per canonistas, etiam in foro seculari, vt in c.p venerabilẽ.§.rõnibus.extra qui filij sint legitimi.& patet ex notatis in l.quanquã.suprà, ad leg.Fal. Vbi verò loquitur in personalibus, tunc non habet locum d.§.penu.nã actor nunquã fit verus possessor, imò qñcun-

16 que† ante interpositum ſm decretum debet audiri reus, volens recuperare res suas, præstita satisdatione de iudicio sisti, & refectis expẽsis. Et hoc suprà sensit gl.in verb.si autem agatur in personam.& probatur in authen. de exhibẽ. re.§.si vero etiã quidam iurent.& in c.qm̃.§.fi.& ibi not.p gl.extra, vt lite non contesta. Et aduerte, quia puta si reus agat rei vendicatione, vel publiciana, nõ possit repelli ab actore misso in possessionẽ, nã præscriptione centum annorũ, quia actor missus in personali nunquam dicitur possedisse, sed simpliciter detinuisse.l.3.§.fi.ff.de acquirẽ. possess.ergo non fuit sublata actio realis competens reo, quia illa non tollitur tẽpore, nisi aduersarius pscribat rẽ, vt probatur in l.penul.suprà, de præscript.30.anno. Sed actor rẽ illã non potuit pscribere, quia non possidebat, sed detinebat, vt l.malè agitur.s.de præscrip.30.ann.& d.l.pen. & in regula, sine possessione. de reg.iuris, in 6.licet gl.videatur sentire contrarium.s.ꝙ reus audiatur solum vsque ad 30. annos.in l.2.suprà vbi in rem actio. Posset tamen saluari illa gl.restringendo eam qñ, lapsi fuerint 30.anni à tempore quo actor cœpit possidere.vt quia expulit reum de fundo vel non admisit eum reuertentem.arg.l.cum fundum.& l.colonus.ff.de vi & vi arma.& hoc ſm ius ciuile, secundum quod malæ fidei possessor potest præscribere 30.annis.secus secundum ius canonicum, quod præualet, vt in c.fi.ex

17 tra.de præscrip. Extra gl. Primo† quęro ad quos actus requiratur citatio peremptoria, vel æquipollens? Respõdeo, ꝙ primo requiratur ad sententiam, vt in hac l.cum similibus. Secundo ad hoc, vt possit perueniri ad secundum decretum.l.cum proponas infra, de bo.autho.iudi.poss. Tertio ad hoc, vt possit perueniri ad primum decretum, siue ex illo transferatur plena possessio, vt in hac l.& in l.2.supra, vbi in rem act. siue etiam quæratur nuda detentatio, vt l.præsenti.§.cum aũt.& §.seq.s.de ijs qui ad eccle. confug.& hic not.in gl.2.& not.per gl.& Bart.in l.si finita.§.Iulianus.ff.de dam.infec. Quarto ad hoc, vt possit ferri sententia absolutoria ab obseruatione iudicij.i.ab instãtia. vt l.properandum.§.& si quidẽ.supra, de iudi.& not. Innoc. in c.ad petitionẽ.extra de accu. Quinto ad hoc, vt ferri possit alia interlocutoria ponderosa.quę quasi exhauriat vires negotij, ſm Bart.in hac lege. Et potest poni exemplũ, qñ pronuntiatur appellationem esse desertam.l.si præses. supra, eod.vel quando reus absoluitur ante litem contestatã, quia opposuit, & probauit aliquã exceptionẽ litis finitæ, quæ põt opponi ad processum, tenendo ꝙ illa sententia esset interlocutoria, vt tenet Bar.in l.Titia.ff.de accusat. Plus etiam dici põt quotiescunque est ferẽda aliqua interlocutoria, qua lata iudex dicitur plenè functus officio suo, requiratur ad illã citatio peremptoria, puta quando iudex pnuntiat se nõ esse iudicẽ competentẽ, vt libellum esse ineptum, vel accusatorem accusare nõ posse, quia est eadem ratio quæ est in sententia absolutoria ab obseruatione iudicij. Et hoc fortè fuit de mẽte Bar.hic. Vbi vero tractatur de alijs interlocutorijs actis medijs causarũ, tunc sufficit quem semel citari, & sic prima citatio dicitur habere vim peremptorię, puta qñ quis citatur ad videndum iurari testes, vel publicari attestationes, vel produci instrumẽta, vel ad audiẽdũ volũtatẽ iudicis super aliquibus positionibus an sint admittẽdæ vel repellendæ.& ita quotidie practicat. Et tenuit Inno.in c.ad petitionẽ.extra de accu.& Bar.hic, & in d.l.si finita.§.Iulianus. & allegãt pro hoc l.si qñ, supra, de testib.& c.2.extra de test. Et idem tenuit Aegidius, vt refert Io.And.in c.consuluit.extra de offi.deleg.Spe.tñ in tit. de dilationibus, in §.videndum, post principium, dicit, quod non meminit se hoc legisse, ꝙ quælibet citatio media causæ dicatur pemptoria. Posset tñ dici, ꝙ sit speciale in sentẽtia cẽsurę, vt excõicationis, suspẽsionis, vel interdicti, illã n.

debet



debet præcedere trina citatio, vel peremptoria.24.q.3.ca. de illicita.cũ similibus. Si tñ cõtra fiat.valet.11.q.3.in c.1. Non obstat prædictis c.consuluit.extra de offi. delega.vbi dr̃, ꝙ iudex peremptorię citauit ad videndũ iurare testes, vel publicare eorum dicta, quia respondeo ꝙ in hoc narrat factũ, nec dicit hoc fuisse de necessitate. Vel põt secundo dici, ꝙ quo ad illos duos actus, etiam prima citatio dicitur habere vim peremptorij. Vtrũ aũt requiratur, quod in citatione exprimatur specialiter actus ad quẽ citatur? Dic vt dixi suprà eo.l.2. Nec obstat iis q̃ ibi dixi, iste textus, qa oportet intelligi ꝙ in citatione fuit facta mẽtio etiam de sententia. Et ita sensit hic Bart. Et de hac materia habetur

18 in d.c.consuluit. Secundo quæro,† an iudex possit facere capi reum, & inuitũ duci ad se pro aliqua causa ciuili? Respõdeo ꝙ Bart.hic, & in l.sacrilegi capite.§.fi.ff. ad legẽ Iuliam peculatus.videtur tenere vnum valde iniquum, & inhonestum.s.ꝙ iudex si velit, possit facere capi & duci ad se quẽlibet reum, etiam ante quam sit cõtumax, siue sit diues, siue pauper. Et hoc videtur fuisse hic de mente glo.in verbo, ad cogendũ eum.nisi in duobus casibus positis in illa gl. Sed contrariũ videntur tenere Dynus & Bart. in l.ait prætor.§.si debitorẽ.ff.quæ in fraudem creditorum. & gl. & Bar.in l.3.§.tutores qui repertorium.ff. de suspectis tutoribus.& ipse Bart.in l.1.infra, qui bo.ced.pos.& in l.nemo carcerẽ.infra, de exactoribus tributorũ.li.10.nã ibi videntur tenere ꝙ pro debito pecuniario, etiam si sit iã liquidatum per sententiam, non debeat reus capi, & inuitus duci ad iudicẽ, nisi qñ non habet bona, & est suspectus. Imo plus dicit Bar.in d.§.si debitorẽ.quod si debitum nondum est liquidatum in iudicio, & debitor ita erat suspectus tempore contracti debiti, sicut hodie est, non poterit capi.argumento l.si creditores.ff. de priuilegijs creditorum. vbi etiã hoc tenet do.Angelus. Et hæc opinio videtur mihi esse verior & ęquior.& puto quod in tali casu, quando suspicio superuenit de nouo, & periculũ est in mora, & de hoc ẽ facta fides iudici, teneatur hoc iudex facere.arg.d.l.si creditores.& arg.d.§.si debitorẽ. vbi hoc videtur de mente Bar. Facit quod notatur in l.nullus.suprà, de Iudæis.& Institu.de actionibus.in prin. Vbi vero reus fuit peremptoriè citatus, & contumax, tunc videtur quod ad petitionẽ actoris teneatur iudex eum facere capi, & duci inuitũ ad se, etiam si ipse reus non sit suspectus, vt est casus in hac lege, & in authen.de exhibendis reis.§.si vero etiã quidam iurent. Et hoc fuit hic de mente Bartol.& in dicta l.sacrilegi.in §.fi. Quod dictum est satis mirabile, puto tamẽ quod debeat limitari, nisi iste iam satisdederit de iudicio sisti, vel sit paratus satisdare nuntio ducenti, quia tunc non debet fieri sibi hæc verecũdia, sed debet relaxari, vt ff.in ius vocati vt eãt.in rubro & nigro.& in l.si vero.in §.fi.ff. qui satisdare cogantur. Prædicta oĩa fallunt in duobus casibus hic positis in gl.in verbo, ad cogendum eum. Itẽ fallunt in doctoribus legum, & medicinæ, & eorũ filijs, qui non pos

a sunt capi pro debitis ciuilibus, vt est te.singularis in l.medicos.& ibi est gl.infra, de professo.& medicis.lib.10. Item fallunt in clericis, qui non possunt capi pro debitis, vt notat Io.And.in c.si clericos.de senten.excommu.li.6. Ad ꝙ facit c.nuper.& c.vt famę.de senten.excom.& d.c.si clericos.à sensu contrario. Fallit, nisi caperẽtur pro debito ex causa cui annexum est delictum, puta furtum, vt puta, quando clericus depositarius contrectauit pecuniam depositam, quia tunc potest capi, vt est text.singularis in capitulo.1.extra de deposito.& ibi hoc tenet dom. Ant.de

19 Butri. Quomodo autem, & qualiter † debeat fieri fides iudici, quod debitor est suspectus, & quod mutauit conditionem suam in deterius à tẽpore contracti debiti. dic vt not.Bart.in dicto §.si debitorem. & do.Angel.in dicta l.si creditores. An aũt in die feriato in honorem Dei, possit debitor capi, vide quod not.per gl.& docto.in l.fin. supra, de fer.& per Bart.in dicto §.si debitorem. Et prædicta vera, nisi consuetudines vel statuta aliter disponant. Tertio

20 †quomodo & qualiter admittatur reus in casu huius legis, ad cõtendendũ de proprietate, postquam actor fuit missus in possessionem rei petitę? Respond.quod est duplex modus practicandi. Vnus est, quod reus inchoet nouam instãtiã dato libello, & lite contestata contra actorẽ ipsum. & hic modus est planus. Secũdus est ꝙ iste reus prosequatur eandem telã instantiæ, & assumat in se onus probandi de dominio suo. Et si hoc faciat, feretur sentẽtia pro ipso reo. l.circa.in fi.ff.de prob. & sic officio iudicis cogetur actor missus restituere possessionem reo. Et hunc modum procedendi singulare posuit Inn.in c.pastoralis.circa fi. apparatus, extra de caus.poss. & prop. Et iste secundus modus non habebit locũ ſm ius ciuile, nisi intra triennium à tempore litis contestatæ, postea.n.finita est instantia, & sic pempta sunt oĩa acta litis ordinatoria.l.2.ff.iudi.solu. & ibi no. Sed secundum ius canonicũ poterit hoc perpetuo fieri vt in c.pe.extra de iud. Et nota vnum singulare. ꝙ licet regulariter qñ actor permittit labi instantiam triẽnij, debeat iudex declarare instãtiã esse peremptã, & actorem reo in oĩbus expensis condemnare, vt l.properandum.§.illo. & ibi no.p Bar.supra, de iudi.facit.l.eum quem temerè.ff.de

21 iud.& d.l.properandum.§.huiusmodi.tamẽ† hoc fallit, qñ actor habuit iustã causam non curandi prosequi litem inchoatam, puta, quia post litẽ contestatã fuit adeptus legitimè possessionem rei petitæ, vt quia fuit missus in possessionẽ ob contumaciã rei, vt in hac lege, vel quia post litẽ contestatã in petitorio, actor cœpit agere possessorio, & ob hoc obtinuit possessionẽ rei. Et hoc singulariter sensit Inn.in d.c.pastoralis.in verbo, intentare.in fi.quod no.qa legistæ nõ tangunt. Plus etiã puto ꝙ si reus psequatur eandem instantiã, dicatur sustinere partes petitoris quo ad hoc, vt si ipse non probauit se dominũ, debeat actor missus absolui ab eius molestia, & ipse reus condẽnari in expensis factis à tempore, quo ipse reus assumpsit partes petitoris.& non prius factis, vt in hac l.in fi.& in d.c.prout extra de dolo.iuncta l.properandũ.§.siue aũt.s.de iudic. Et no. ꝙ quacunque istarum duarum viarum vtatur reus, nõ habet necesse ante omnia reficere expensas contumaciæ aduersario, satis.n.punita est sua cõtumacia in perditione possessionis rei petitæ, ergo nõ debet amplius puniri, vt in hac lege, in fi. Et ita notãt Vincẽtius, & Io.And.in ca. qm̃. §.in alijs.extra vt lit.non conte. Et sic debet limitari.l.sancimus.s.de iudi.

22 Quarto quęro, an si† actor elegit vnã de illis tribus viis, & eam habuit, possit redire ad aliã? Bar.hic tenet, ꝙ sic, per l.j.§.quid ergo.ff.de vẽ.insp.& l.2.in fi.j.de exact.trib.lib.10.per ꝙ dicit, quod si actor fuit missus in possessionem rei, potest adhuc reũ facere capi, & duci ad iudicẽ. Sed mihi videtur, quia te.iste loquitur alternatiuè, ꝙ sufficiat actorẽ alteram viam fuisse consecutum, per regulã l.si is qui ducenta.§.vtrũ.ff.de re.dub.hoc saluo, quia sub prima via etiã cõtinetur vltima, nã si reus captus ẽ, & ductus ad iudicẽ, cogetur litigare, & sic deuenitur ad diffinitiuã, quia iudiciũ redditur in inuitum.l.inter stipulantẽ. §.1.ff.de ver.ob.& hoc, nisi reus de nouo fuerit in contumacia, puta, quia actor fuit missus in possessionẽ rei, & instabat se declarari dominum, & iterum fecit citari reũ pemptoriè, qui fuit contumax, tunc.n.poterit procedi vel ad capturã rei, vel ad diffinitiuam.arg.c.qm̃ frequenter.in fi.extra, vt lit.non conte.& ita posset saluari dictum Bart. & pro hoc faciunt iura per Bal.alleg. Cogitabitis tñ. Quin

23 to quæritur, an si† reus fuit peremptoriè citatus p tali die ad audiendã sententiã, possit iudex procedere ad aliũ actũ vt ad missionẽ in possessionem ex primo decreto, vel ad deferendũ iuramentũ testibus, vel recipiendũ productiones instrumentorũ? Puto ꝙ nõ, per l.aut qui aliter.in prin. ff.ꝙ vi aut clam.vbi hoc uidetur de mente Bart.& hic, & hoc etiã videtur de mẽte Inn.in c.auditis. extra de procu. Et facit quod not.gl.in c.2.de do.& cõtu.li.6. Nec ob.iste te.quia debet intelligi ꝙ in citatione peremptoria iudex fuit cõminatus se ad vlteriora processurũ, etiã vsq; ad sentẽtiã inclusiuẽ. Et ita intelligit Bar. Idẽ puto si dictũ fuit, aliter procedetur etiã ad sententiã, & hoc pp illã implicatiuam

tiuam., Etiam, secus si illa implicatiua non fuit apposita.
Secus tñ puto, si iudex contra citatũ peremptoriè ad sen
tentiam, vellet procedere solum ad actum capturæ, quia
tunc bene posset.arg.huius legis, & §. si vero etiã quidam
24 iurent.in auth.de exhib.reis. Captura † .n.dr̃ esse quædam
citatio realis, vt hic dicit gl.& ideo ad hoc non requiritur
alia citatio preambula, dummodo fiat in casibus concessis
à iure. Et pro hoc facit, ꝙ not.Bar.in d.l.ait prætor. in §. si
debitorem. Vltimo quæritur, an si quis fuit citatus per-
emptoriè pro tali die ad audiendam sententiam, vel ad vi
dendum iurare testes, possit iudex ferre sententiã. vel de-
ferre iuramẽtũ testibus die sequẽti, vel vlteriori, absq; no
ua citatione? Vide circa hoc c.consuluit.& ꝙ ibi notatur,
extra de officio delegati.& quod notatur in c.cum dilecti
extra de dolo. Et de hoc dicam in auth.q semel.j.ꝓximè.

ADDITIO.

a Non possunt capi. Adde eundem Mathesila.singu.59.numero.1.

AVTHENI.

1 *Rescriptum oblatum principi commissionem iudici factam continens, in vim petitionis produci potest.*
2 *Actor libello dato & rei comparitione, in lite perseuerare cogitur.*
3 *Citationem absentis non nisi & instante & petẽte parte præsente fieri debere.*
4 *Interuallum quod esse debeat inter vnam & aliã citationẽ.*
5 *Citatio per edicta facilius deuenit in citati notitiam, quã citatio preconis voce facta.*
6 *Delegatum principis per edicta delegare posse.*
7 *Citatio peremptoria, vt quis stato die iudicio sistat, aliter ad vlteriora procedetur, etiam ad sententiam vsque, citatũ ad comparendum arctare videtur, etiam tempore multũ remoto à termino citationis.*
8 *Sententiæ in peremptoria citatione mẽtionem specialem fieri non necesse.*
9 *Iudex de facto supplere potest.*
10 *Contumax non, nisi refectis expensis, auditur.*
11 *Iurium veterum correctio vitanda,*
12 *Consuetudo iusta est minuendi termini trium edictorum.*
13 *Dilatio, quæ datur à iure, an possit per iudicem abbreuiari consuetudine super hoc nihil disponente.*
14 *Reus probandi onus assumpsisse quando dicatur?*
15 *Intellectus auth.qua in prouincia.C.vbi de crim.agi oport.*
16 *Reus contemnens ad iudicis mandatum libello respondere, pro confesso non habendus.*
17 *Paria sunt reum non comparere, & comparere, & nolle litẽ contestari.*
18 *Actor reo absente per contumaciam potest se facere absolui ab obseruatione iudicij.*
19 *Iudex non potest ferre diffinitiuam, nisi actor præsens instet.*
20 *Intellectus auth.quod fieri de dilation.*
21 *Citatione peremptoria ad sententiam non, nisi de ea mentio fiat arctari.*
22 *Terminus iuris quando plus arctet, quam simplex hominis terminus?*
23 *Iudex an possit die sequenti sine noua citatione pronuntiare, quando quis fuit peremptoriè citatus pro tali die ad sententiam audiendam?*
24 *Reo non comparente an iudex sine noua citatione procedere possit ad missionem in possessionem ex primo decreto?*
25 *Actor an ipso iure ab actione cadat in causa auth.qui semel.*

Q*Vi semel.* Primo ponit quid teneatur facere actor. Se
cundo, qualiter constituatur in cõtumacia. Tertio, ꝑ
quem. Quarto, quo casu. Quinto, quod sit officiũ iudicis
actore contumace. Secunda ibi, qui si causam. Tertia
ibi, quæ citatio. Quarta ibi, quod & locum. Quin-
ta ibi, quod si vocatus litem. Et illa vltima subdiuiditur in
tres, quia primò dicit quod sit officium iudicis, actore nul
lo modo veniente. Secundo, quo sit officium actore pur
gare volente cõtumaciã. Tertio, ꝙ sit officium, qñ actor,
qui purgauit contumaciã, iterũ est contumax. Secũda ibi,
sed nec. Tertia ibi, his quoque. Et aliter cõmodè summa-
1 ri non potest. Not. ꝙ rescriptum † oblatũ principi, in quo
continetur cõmissio facta iudici, põt produci in vim peti-
2 tionis. Itẽ nota, ꝙ actor post libellũ oblatũ, & cõparitio-
3 nẽ rei, cogitur perseuerare in lite. Itẽ, ꝙ † citatio absentis
nõ debet fieri, nisi instãte & petente parte præsente. Itẽ ꝙ
4 † inter vnã citationẽ & aliã debet esse interuallum 30. die-
5 rum Itẽ. † ꝙ citatio per edicta præsumitur facilius deueni
re in notitiam citati, quam citatio voce preconia. Itẽ, ꝙ
6 † delegatus principis põt citare per edicta. Item not. quod
7 † citatio peremptoria facta de aliquo, vt cõpareat tali die,
aliter procederetur ad vlteriora, etiam ad sententiam,
videtur arctare citatum ad comparendum etiam tem-
pore multum remoto à termino citationis. Item nota ar
8 gumentum, quod † non est necesse ꝙ specialis mentio
de sententia fiat in citatione peremptoria, quæ fit ad illam
9 Itẽ nota, ꝙ † iudex supplere de facto, inquirẽdo de iuribus
10 absentis, vt l.fi.in prin.j.de apppel.& hic. Itẽ nota, ꝙ † con-
tumax nõ debet audiri, nisi prius refectis expensis aduersa
rio. Itẽ nota casum, in quo actor bis contumax cadit ab oĩ
actione, s.per sententiam. In gl.fi. Dic hãc glo. & hunc te.
intelligi, qñ in precibus oblatis principi, continebatur con
clusio specialis, vel saltẽ generalis, vt est hæc, petit sibi iusti
tiã ministrari, vt in c.1.extra de mut.pet.& in c.2. extra de
ord.cog.& ibi not.tunc.n. rescriptũ põt produci in vim
petitionis seu libelli, secus si nõ contineatur talis conclu-
sio, quia tũc solũ põt produci in vim rescripti seu cõmis-
sionis, nõ aũt in vim petitionis. Oportet.n. ꝙ in ciuilibus
libellus habeat cõclusionẽ, saltim generalẽ.l.2.C.de form.
& no.Bar.in l.1.in prin.ff.de eden.& in l.edita.§. de eden.
nisi sit causa summaria, in qua procedatur sine figura iudi
cij, quia tũc sufficit qualisqualis petitio. Et ideo sufficit so
la facti narratio, nec est necessaria conclusio, vt in Clem.sę
pe.de ver.signi.& singulariter notat Bar.in extrauagãti, ad
reprimẽdũ in verba, figura iudicij.& ideo tunc põt rescri
ptũm indistinctè produci in vim petitionis. Quod nota,
quia quotidie de prædictis interrogaberis. In gl.in verbo.
*ad finem.*ibi *l.edita.* Dic, Doctores communiter tenẽt cõ
trarium.s.ꝙ illa lex non sit correcta. Nã ista authentica lo
quitur solũ qñ actor vult differre.& sic subterfugit iudi-
ciũ. Sed d.l.edita.loquitur, ꝙ actor non subterfugit iudi-
ciũ, imò vult litigare, sed vult emẽdare, vel mutare libel
lum, quod est licitum vsque ad litẽ contestatã. Correctio
11 †.n.iurium veterum est vitãda, inquãtum fieri põt. Et de
hac materia recurre ad plenè notata in d.l.adita. Similiter
etiã dicunt Doctores ꝙ ista authenti.non habet locũ, qñ
actor vult in totum renuntiare liti, seu causę non dico in-
stãtiæ, hoc.n.potest inuito reo.l.postquam liti.§.de pac. Sa
tis est.n.tutus reus, & ideo frustra deueniendum est ad dif
finitiuã, cessat.n.rõ, quæ ponitur in corpore, vnde hæc au
then.sumitur. Puto tñ, ꝙ tũc reus possit instare se absolui
ab obseruatione iudicij, & actorem sibi in expensis condẽ
nari argumento l.eum quẽ temerè.ff.de iudi. Facit l.prope
randum.§.huiusmodi.& §.illo.§.de iudi. In gl.ea.ibi, *non,*
*post vt hic.* Dic, hic aduerte, quia ad hoc vt est actor nõ pos
sit desistere, non sufficit etiã hodie libellum esse oblatum,
& reũ esse citatum, & etiã libellum, vel etiam rescriptum
sibi intimatũ fuisse, nisi sequuta sit comparitio ipsius rei.
Et sic debet intelligi ista auth. Si.n.reus fuit citatus, & cõ
tumax habetur ꝓ nullo mõ citato, quo ad fauorẽ actoris,
& ideo actor põt desistere, argu.l.sancimus.§.de iudi. Et
ita singulariter tenet Bar.in l.vbi acceptũ.ff.de iudi. Et ꝓ
hoc facit, ꝙ notat ipse Bar.in l.sepulchri violati actio.ff.de
sepulc.violato. In gl. in verbo, *triginta dierum.ibi, licet de*
*consuetudine minuat.* Dic fortè gl.hoc noluit, ꝙ de cõsue
tudine nõ solũ minui possunt termini triũ edictorũ, qui
dãtur à iure cũ iudicis ministerio, sed etiã terminus anni, q
12 postea datr̃ à iure sine iudicis ministerio. Cõsuetudo † .n.est
cã minuẽdi. Seruari.n.debet mos loci, vbi litigatr̃ quo ad li
tis ordinatoria.l.3.in fi.ff.de testib. Et hoc fuit hic de men
te Bar.& bñ. Pro hoc facit, qa videmꝰ, ꝙ de iure canonico
non ser-



non seruantur tot prolixitates terminorum, nã actore se
absentãte post libellũ oblatum, & cõparitionem rei, põt
etiam ante litem cõtestatã deueniri ad instantiam rei ad li
quidationem causæ, & ad diffinitiuã, actore citato tamen
peremptoriè, absque expectatione transcursus vnius anni
post vltimũ terminũ citationis, vt probatur in c.causam q̃
ex.de dolo.& contu.& ibi no.& no.in c.prout.eo.ti. Vtrũ
13 aũt qñ † consuetudo nihil disponit, possit abbreuiari ꝑ iu
dicem dilatio, quę datur à iure cum ministerio iudicis, vel
sine? Recurre ad notata ꝑ Bar.in l.2.ff.de re iudi.& in reg.
indultum.de reg.iur.in 6.& ꝑ Cano.in c.cùm sit Roma-
na.extrà de appel. In gl.ea.ibi, *l.non debet actori.* Dic, ꝓprima
opinio cõmuniter tenetur, qa euitanda est correctio. Præ-
sticæ, purè fuit appellatum,appellatio non tollit ligamen
censuræ,& ideo ille remanet interim ligatus,sicut si nullo
modo appellasset, nisi fuerit absolutus à competenti iudi
3 ce.Et† intelligitur sententia censuræ,excõmunicatio, vel
interdictum alicuius ecclesię, ciuitatis, vel loci à diuinis
officijs,omnibus,vel aliquibus ex illis, vel interdictum
alicuius vniuersitatis,vt populi,vel clerici,vel suspẽsio ali-
cuius hominis à diuinis, vt d.c.is cui.§.fi. Sententia verò
depositionis,seu priuationis ab officio, vel beneficio, seu
ab vtroque,non dicitur esse sententia censuræ,& ideò ex-
tinguitur per appellationem posteà interpositam, vt no-
tat gl.notabilis,quam tenent omnes doctores in ca.sæpè.
extrà de appel.in gl.magna.Et similiter suspensio à benefi
cio,non dicit̃ esse sententia cẽsuræ ecclesiasticæ, vt notat
gl.in d.c.is cui.in §.fi.quæ comuniter tenetur. Quãuis aũt
4 appellatio à sententia† censuræ non tollat ligamẽ illius,vt
suprà dixi,valet tamen si sit facta intra decendium, & de-
uoluit ad superiorem cognitionem negotij, scilicet an iu
stè vel iniustè fuerit lata,vt in cap.ad reprimendum. & ibi
no.extrà de officio ordinarij.Vbi verò sententia censuræ
esset lata conditionaliter,& ab illa esset legitimè appellatũ,
antequàm inciperet ligare, id est, ante purificationẽ con
ditionis,tũc bene suspenditur,seu impeditur eius ligamẽ
vt est textus in c.præterea requisisti.extrà de appell. Vbi
verò ego appellaui à diffinitiua,vel interlocutoria alicui⁹
iudicis ecclesiastici legitimè, & posteà ob illam ipse me
excommunicauit,illa sententia est nulla ipso iure, vt lata
à iudice non suo,ita quòd non confirmatur, etiã si ex post
facto deferam appellationẽ,vt in c.per tuas.extrà de sen.
excommu.& in c.licet.eo.tit.lib.6.Prędicta autem indu-
xit ius canonicum specialiter in sententia censuræ, vt ma
gis timeantur,& sic non vilescant per interpositionẽ ap-
pellationum,& quia sunt medicinales, non mortales, vt
in capit.1.de sententia excommunicationis lib.6.

## *De pœna iudicis, qui iudicauit, &c.* Rub.

### LEX I.

1 *Iudicem vel aduersarij procuratorem corrumpens, actionẽ perdit: in corrumpentis hæredibus secus. nu. 2.*
3 *Respublica & fiscus quandoque vt idem, quandoque vt diuersa accipiuntur.*
4 *Intellectus l.in summa.ff.de condictione indebit.*

1 C*onstitit.*Qui† corrumpit iudicem,vel procu-
ratorẽ aduersarij sui,amittit actionẽ. Hoc di
cit.Nota ergo pœnam comminatam hic cõ-
2 tra corrumpentem tales,at pœna† isto mor-
tuo nõ trãsit in eius hæredes.ff.de iure fisci.
3 l.eius qui delatorẽ.Secũdo nota,quòd† respu
blica,& fiscalis hic ponuntur vt diuersa,quandoque autẽ
videntur sumi pro eodem.In quo dic, quod fiscus & re-
spublica Romanorum idem est,considerato tẽpore ante
translatũ imperium in principem,posteà aũt hæc inter se
differunt,vt hic,quia respublica appellatur Romanorum
fiscalis imperij.Ita notatur in authẽti.de hæredibus & fal
cidia.in principio.Adde gl.in authẽ.de defensoribus ciui
tatum.§.& iudicare.& ibi gl.& ff.quibus ex caus.ma.in le.
ab hostibus.In gl.*aduersario.*circa principium.Sed illa lex
4 in summa.non facit† ad propositum,quia loquitur quoad
effectum cõpositionis,& transactionis, & repetionis ei⁹
quod erat datum,nos loquimur quo ad effectũ perditio-
nis actionis.Et ita vult hic Bar.In gl.eadẽ in fi.In hoc hæc
gl.reprehẽditur,quia qñ causa ẽ pecuniaria priuata,nõ est
ꝓhibita collusio.Ita tenet Azo in summa de collusione.
Præterea contra istam videtur esse casus in l.si conuene-
rit.ff.de iurisdictione omnium iudicum,& ideo hoc exẽ
plũ gl.malè posset defendi,nisi fortè intelligeremus,quã-
do est datum parti & iudici.Diuinatio tamen est gl.fi.ibi,
*tu dic idem in reo.*Glo.est contraria ad hanc, in l.eleganter
§.pe.ff.de dol. Doctores cõiter tenent istã, per l.eius qui.
de iure fisci.& l.qui fisci.ff.de iure fisci. cõiuncta ista lege.
Probat̃ ꝑ causam in l.2.§.fi.ff.de cõditione ob turpem cau
sam.vbi qñ in ista datione versatur turpitudo, non fit dif-
ferentia inter actorem & reum.Hanc gl.tenent commu-
niter doctores.In gl.eadẽ ibi,*Item quod dicit.*Hæc gl.& iu
ra in ea allegata admodum procedunt in illo dubio, vtrũ
sententia teneat vel nõ.Sed qñ nos disputamus ad effectũ
iuris cõpetẽtis ipsi principali,vos debetis concludere, ꝙ
cadat ꝑ sententiã,s̃m nota.in l.in criminali.de iurisdictio
ne omniũ iudicũ. & in l.si qs in tantã.C. vnde vi. Facit ꝙ
vidistis in authenti.qui semel.in verbo, cadat.suprà quo-
modo & quando iudex.Barto.remittit ad id, quod dixit
in l.Imperator.ff.de iure fisci.

### AVTHENT.

1 *Iudicem vel aduersarium qui corrumpit, tenetur, nisi crimẽ detexerit.*
2 *Intellectus §.fi.in authen.vt nulli iudic.*

1 N*ouo iure.* Corrumpens† iudicem,vel aduersariũ,si po
steà hoc detegat,& probet,eximit̃ à pœna, aliàs etiã
de hoc punit̃,& corruptus in ciuili restituit triplũ, in cri-
minali verò punitur publicatione bonorũ, & exilij. Hoc
dicit.Et primò loquitur quãdo quis arguit iudicẽ de cor-
ruptela,& probat,vsque,sed si datũ.Secundò quando non
probat.Prima diuidit̃ in duas,qa primò dat modũ arguen
di, secundò punit corruptum. Secunda subdiuiditur in
tres,quia primò loquitur qualiter puniatur, qui non pro-
bauit,secundò qualiter volens subire sacramentum pur-
gationis,tertiò,quid si post iuramentum quis conuincat̃
dedisse.In gl.*cõfiscatis.*ibi,*solutio,hoc speciale.* Bar.aliter di
2 cit,quòd lex contraria† loquitur in iis,qui condemnantur
& mors sequitur,hic in iis,qui post viuunt.Et remittit ad
dicta per ipsum in l.1.de bonis damnatorum. In gl. *Non
potuit.*in principio.De hoc,vide latius in l.2.in.§.calumnia
tor.de iis qui notantur infamia.& ibi gl.enumerat istos ca
sus,& etiam gl.in l.3.infrà de calumniatoribus.

### LEX II.

1 *Iudex corruptus famam perdit, & damna resarcit.*
2 *Iudicis imperitia quomodo causetur.*
3 *Sententia quando est euidenter nulla, an à pœna huius legis iudex excusetur?*
4 *Iudex qui ex consilio parentum sententiam tulit, an excusetur? & quid in arbitro? & nu. 5.*
6 *Notarius qui de consilio peritorum instrumentum malè conficit, an excusetur?*

1 D*E eo.*Iudex† qui per corruptelam tulit sententiam,in-
famatur,& tenetur in æstimatione litis.hoc dicit.Et
notatur hic non esse differentiam prece vel pretio sit cor-
ruptus. Et hoc procedit quantum ad fauorem iudicis, se
cus autem quo ad valorem sententiæ, quia bene facit illa
differentia vt hic in gl.Itẽ quia quantum ad partem fit dif-
ferentia,quia corrumpens iudicem precibus, non reperit̃
ꝙ perdat actionem, imò contrarium statuitur.ff.de infa.
l.furti.§.pactus.Quid autem in iudice non corrupto, sed
promissionẽ recipiente de conseruatione indẽnitatis? Vi-
de Bar.in l.si à reo.§.fi.ff.de fideiussoribus, In gl.*æstimatio
nis.*ibi,*quia efficitur infamis.*& hęc vera.In gl.fi.ibi,*de con
ditione ob turpem causam.l.2.*Collige ex ibi notatis differẽ
tiam inter ius nouum & antiquum,vt ibi patet. Ad
idem bene facit le.1.de extra ordinar.cognit.& Instit.de
inutil.stipula.§. Aduerte,quia contra iudicem
non præsumitur dolus,vt l.merito.ff.pro socio. Quomo
2 do autem possit† causari eius imperitia,dic, quando iudi-
cat contra casum legis,hoc casu dicit Bartolus.si erat lex
difficilis,



difficilis,mitius debet puniri.Idem si pronuntiet in causa
habente multas opiniones,si l.minimè.&
l.si interpretatione.ff.de legib.Sed vbi esset varietas tanta
qa qñq; seruat̃ vna qñq; alia, vt in l.dos à patre ꝓfecta.§.so
lu.matrimo.dicit Bar.quòd non debet puniri.Pro hoc be
ne facit quod notat Inn.de constit.c.ne innitaris.& fuit al
legatum ad factum schismatis, &c.Sed quomodo debet
concludi contra iudicem,& interesse suum,probatur cõ-
tra iudicem.Vide Inn.quod metus.capitul.final. Secundo
3 dubitatur, † quando sententia esset nulla euidenter, an
iudex excusabitur à pœna huius legis? Vide l.si iudex de
varijs & extraor.cognit. Dubitatur etiam si est interposita
appellatio, nunquid impediet fieri executionem cõtra iu
dicem?De quo per Bar.in quæstione,quæ incipit, A sentẽ
tia iudicis. Vidi etiam dubitari,an impediat cognitionem
syndicorum.Vide quod notatur in l.1.§.1.quod quisque
iuris.Adde quòd etiam finito tempore sui syndicatus ipse
possit conueniri pro extortis in suo officio. Probatur in
4 l.3.ad legem Iuliam repetund.Vidi dubitari,nunquid† iu-
dex,cuius imperitia arguitur,&c.excusetur quòd tulit ex
consilio peritorũ?Conclude,quòd si ex forma statuti põt
facere,tunc excusabitur,secus si ex forma statuti hoc non
5 sit,etiam si cõsuluerit peritos.Sed† an lex habeat locum in
arbitro?Vide gl.quòd sic.Institut.de obliga.quæ ex quasi
6 delicto nascunt.in princi.& l.1.suprà pactis.Quid† de no-
tario malè faciente instrumentum,quando facit instrumẽ
tum in perniciẽ partis? Vide notabilem gl.quæ statuta in
iudice,extendit ad notarium.Et est gl.in l.prima.C.de nu
mer.& actuar.lib.12.Facit l.fi.si mensor falsum mod. dixe
rit.& l.fi.de magistr.conueniend.Et hoc intelligo verum
nisi appareat de iustissimo eius errore,tunc enim non no-
ceret parti,si de veritate aliter constet, vt in l.si librarius.
de regul.iur.Facit l.fina.cum ibi notatis,infrà de fideiusso
ribus.& ideo non tenebitur notarius.

## *Sententiam rescindi non posse.* Rub.

### LEX I.

1 *Iudex suam vel antecessoris sententiam mutare non potest.*

1 N*Eque.*Iudex† sententiam à se,vel à prędecesso
re latã,mutare nõ potest. Hoc dicit. Vel sic,
Sententia vel decretum,per quæ prima sen-
tentia reuocatur, iudicat̃ nulla.In gl. quẽquã
in fi.Concludo melius,quòd attendatur effe
ctus huius interlocutorię,quia potest intel-
ligi,vbi est talis interlocutoria,per quã finitur iudicis offi
cium,alias secus.vt d.l.diem.Item debet intelligi, nisi es-
set executioni mãdata.l.1.ꝑte.stipul.De quo dixi in l.post
sententiam.suprà de senten.Et ad hanc gl.plenè loquentẽ
semper recurre,quia est notanda & signanda ad ea,quæ in
ea scripta sunt.

### LEX II.

1 *Exceptio peremptoria, quæ ad sententiam vsque opponi potest & nõ vltrà, si nõ admittatur, quòd sentẽtia nõ, nisi restitutionis, vel appellationis remedio, rescindatur. & nu. 3.*
2 *Exceptio peremptoria omissa in causa principali, in appellationis causa opponi potest.*
4 *Exceptio petitionis ineptæ quando opponenda?*
5 *Exceptio, quem de euictione tenet actio, &c. cuius naturæ sit, & quando opponenda? remissiuè.*

1 P*Eremptorias.*Exceptio perẽptoria potest opponi vsq;
ad sententiam,& non posteà,& ea non opposita, non
potest venire contra sententiam, nisi beneficio restitutio
nis quo ad minorem, vel nisi per appellationem quo ad
maiorem.Hoc dicit.In textu ibi,*In initio.* id est, ante litẽ
2 contestam,vel post.No.ꝙ peremptoria† non opposita in
principali, potest opponi in causa appellationis. vt extrà
de excep.c.exceptum.& in hoc tex.in fi.Inn.limitat hanc
legem,ꝙ habet locum in exceptionibus illis. quarum ius
tollitur per sententiam,alias secus,quia exceptiones perẽ
ptorie non tolluntur per sententiam.extrà, de ordi.cog.
c.super spoliatione.in fi.2.col.1.vbi omnino vide. Et ibi
vide quid in exceptione criminis.Item quid in exceptio-
ne pacti agentis,&c.vt in d.c.super spoliatione.& ibi In-
no.Quid de exceptionib⁹ illis,quæ possunt opponi ante
litem contestatam,& post? De quo in l.cùm quærebatur.
ff.iudi.sol.ad fi.& de lit.contesta.ca.1.aliàs est in tit.vt lite
non cotest.Et est vidẽdum,an ad processum causæ oppo
natur exceptio,an ad merita causæ,&c.de quo ibi.In gl.1.
in fine.ibi,*quamuis.* Et sic facit differentiam an veniat
3 &c.Dic† ꝙ hæc exceptio peremptoria potest quandoque
opponi vsque ad sententiã,& vbi cadit timor subornatio
nis testium,& tunc propter didicita testificata non potest
opponi.De quo de testib.c.fraternitatis.& in cle.testib⁹
de testib.& dicã in l.per hãc.de tempo.Appel.infra.Quid
4 † de exceptione ineptæ petitionis,quando debet opponi,
ante litem contestatam,vel post,&c.Dic quòd est duplex
casus de iure Canonico,vbi probat̃ ꝙ ista põt opponi qñq;
post sententiam in causa appellationis,vt extrà de emp.&
vend.c.cùm dilecti.Item de restitu.spolia.c.cùm ad sedẽ.
& ibi idẽ Io.And.in nouella.& Abbas.Hoc idẽ tenet Ioã.
And.de procura.c.licet.& legẽdo tenui vnà cum Gemi.in
l.si libertus patronũ.ff. de in ius voc. Et credo quòd hoc
sit verũ, quando ineptitudo versatur circa substantialia,
quia tunc deficerent substantialia iudicij, vnde de ea pos-
set quandoque opponi. Vbi autẽ hæc ineptitudo esset cir-
ca accidentalia,vel circa aliquã qualitatem,tunc attende
an sit talis,quòd impedit ad sententiam deueniri, & idem
quod suprà.Sed vbi nõ est talis dico quòd debebit opponi
ante litem cõtestatam ad similitudinem dilatoriarum, vt
l.ita demũ.de procurator. Adde ꝙ exceptio ineptitudi-
nis personæ potest opponi post sententiam, vt est gloss.
notabilis in l.tametsi.ff.ad Macedonianũ.post med.& illi
gl.nescio illo modo loquẽdi. Adde aliud,ꝙ exceptio ordi
nis iudiciarij nõ seruati etiã si esset talis,quę haberet argue
re nullitatem sententiæ, nõ põt opponi contra partem cõ
fessionis,vt est casus extrà de resti.spolia.capit.Pisanis.Et
ille casus est notabilis. quem alias allegauit Ioannes Calde
5 rini.Adde† quid de illa executione,quem de euictione te
net actio,qualis sit,cuius naturæ, quando debet opponi,
vide casum infrà de fide instru.& iure hastæ fiscal.in l.& si
instrumenta.& quod ibi no.Bar.lib.10.

### LEX III.

1 *Sententia lata principis rescripto non rescinditur.*
2 *Ius tertio quæsitum an princeps tollat.*
3 *Legi, quæ specialiter rescripto derogat, necessariò est specialiter derogandum.*

1 I*Mpetrata.*Sententia† lata per rescriptum principis non
reuocatur. Hoc dicit.Et hic casus est menti tenendus,
quia multum regularis,quia contra eum sæpè practicat̃,
& debet allegari Dominis, &c.vt nõ faciant ista sua rescri
pta contra iustitiam,&c.Nota hic causam,dum dicit,limi
ne iudiciorum,quòd exceptio nullitatis rescripti opponi
tur ad processum.Et ad huius legis intellectum vide quod
notat Innocentius extrà de restitutione spoliatorũ.c.audi
2 ta.vbi declarat hanc legẽ.Hic videtur casus† quòd prin-
ceps nõ possit tollere ius tertio quæsitũ,quia dicit, ꝙ nõ
vult rescribere super causa iam decisa,& sic non vult tol-
lere ius tertij.Allegari solet ad hoc dictum l.litem si ver-
beratum.in fine.de rei vendicatione.& de euictionibus.l.
Lucius.In contrarium facit l.fi.suprà si contra ius vel vti
litatem publicam.In gl.prima in fine. Ista gl.videtur deci-
dere,quod non requiratur specialis derogatiua,& facit ad
notata in l.rescripta.supra diuersis rescri.vbi contrarium
3 solet concludi,scilicet,vbi† lex est rescripti specialiter de-
rogatoria,necesse est,quòd ei specialiter derogetur.Facit
quod no.Archid.de rescrip.ca.1.libr.6.Facit quod tangit
Bar.in l.si quis in principio testamenti.de leg.3.

## *De fructibus & litium expensis.* Rub.

### LEX I.

1 *Fructus dicuntur, impensa deducta.*
2 *Fũdo locato ad fructuum dimidiam qualiter accipiendum*

1 HOc fructuum nomine. Fructus† dicũtur deducta impẽsa. Ita allegamus quotidie. Vel sic: Fructuũ appellatione continetur quod superest, impẽsa deducta. Hoc dicit. In gl.prima, in fine. Qualiter aũt debet ferri sententia sup fructib⁹, vide Inn.pulchrè extrà de restitu. spoliatorũ.cap.grauis. Hic textus secundũ Bartol. facit ad
2 quæstionem, loco fundum† colono ad dimidiam fructuũ, qualiter intelligatur dimidia ista? Et dicit, quòd ista lex facere videtur pro colono, quia fructus intelliguntur deducta impensa. Contrarium est verum, quia inter colonum & dominũ videtur iniri quædã societas. Facit l.cùm duobus.§.inchoanda.ff.pro socio.& idem in l.si ędem.ff.locati. Et sic debet ponere colonus pro ista medietate operam & impensam. Et hoc fuit de mente Iaco.de Aren.in l.fructus.sol.matrimo.vbi hanc quæstionem format.

### LEX II.

*1 Conuentus reali lite contestata ad fructus perceptos & percipiendos quos agens percepisset, tenetur. Declara vt nu.2.*
*3 Fructus à quo tempore veniant.*
*4 Tẽpus quadrimestre quòd iudicatis datur, in personali actione locum habet: In reali arbitrarium est.*
*5 Possessor malæ fidei lite contestata fructus suos non facit.*

LItigator. Conuentus reali lite contestata tenetur de fructibus perceptis & percipiendis, similiter & eius successor. Hoc dicit. Et loquitur hæc lex in reali &c. In textu ibi, *scientiam*, scilicet præsumptã. quod præsumitur post
1 litem contestatã. Nota q† conuentus reali tenetur de fructibus perceptis & percipiendis, quos percepisset agens. In gl.prima.ibi, *de rei vend.l.à possidentibus*. Melius facit. l.qui restituere. In gl.eadẽ, in fine. Hoc idem videtur dicere infrà, alia glo.& pbatur per casum l.si nauis.ff.de rei ven. In hoc multum variatur, qa aliqui quandoque considerãt quantum percepisset reus, quandoque quãtum actor. Pro
2 † concordia dic, quòd debet haberi in odium malæ fidei possessoris, considerando quis istorum esset maiores percepturus, & illius habeatur consideratio, quare inspiciatur quod illi veniat in eius odium. Et credo quòd ista sit bona consideratio. Vel potest dici, quòd debeat attendi an possidẽs habeat causam à domino agente, ab alio, vt si habeat causam à domino agente, tunc consideretur qualitas percipiendi, & possibilitas ex persona possessoris, non domini. Sed vbi nõ habet causam a domino, sed ab alio, tunc cõsideratur persona agentis. Ita intelligi potest l.si nauis.ff. de rei vendi.suprà, allegata. Et hęc not.quia vtilia. In gl.2. in fi. Hæc gl.reprobatur per Petrum, & Cyn.& etiam Bart.q
3 tenet, quòd† fructus veniant à tẽpore litis contestatæ. Et est ratio, quia dato, quòd dicamus instantiam finiri per lapsum instantiæ, non desinit possessor esse malæ fidei, & tenetur ad fructus. Pro hoc facit secundum Bart. quia licet vitium litigiosi durat, dato quòd instantia finiatur, vt est gloss.in l.properandum.§.& si quidem. suprà, de iudicijs. Hanc partem tenuit. Inno.extrà de testib.c. causam quæ. Et sic non mirandum, si fructus veniant retro. Pro hoc est casus, ff.de iure fisci.l.fiscus.3.secundum vnam lecturam. Nos possumus in hoc articulo considerare, quòd potest considerari quantum ad commodum fructuum, & durat effectus contestationis litis, vt volũt isti, ita similiter quãtum ad perpetuationẽ actionis, vt in l.fi.suprà de præscri. triginta annorum. Ad idem l.1.suprà, de præscriptio.lon. temp.vbi dicit actionem durare perpetuò. Probatur per l.1.§.idem.& l.3.§.eiiciendi.ff.quod vi aut clàm. Et oportet hæc omnia intelligi, quando lis mouetur inter eosdem vel inter alios, qui loco eiusdem habeantur. Item quando lis mouetur ex eadem causa, secus si ex diuersa. Hoc põt probari, constat interruptio quæ fit per litis contestationem non extenditur ad aliam personam. eodem modo ad litẽ vel causam.l.cùm notissimi, §.sed & si quis.de præscriptione triginta vel quadraginta annorum. & sic quicquid dicat gl.habetur ratio fructuum, &c.vt suprà, per doctores. Nota tamen glos.quòd vbi perit instantia, perit ille effectus præsumptionis malæ fidei, qui inductus erat per contestationem litis. Ad hoc potest hæc glo.ordinaria allegari. In gl.*Accepit*, ibi, *excepto tamen tẽpore quadrimestri.*
4 Hoc tempus† habet locũ in personali, non aũt in reali, nã in reali est arbitrarium hoc tẽpus, vt notatur Insti.de officio iudicis.§.fin.veniunt tamen fructus, vt notatur in l. qui restituere.ff.de rei vendicatio.& in l.fi.infrà de vsuris rei iudi. In ea.gl.ibi, *vt faciat fructus suos*. Sed contra hanc
5 gl.videtur facere quod non faciat† fructus suos, quia certum est quòd tenetur eos restituere, vt hic, ergo non facit suos. Potest dici quòd facit suos rõne dubietatis, qa nõ cõstat quòd sit effectus malæ fidei possessor, sed declaratur posteà, cùm contra eum fertur sententia. Sed quę vtilitas est, quia si tenetur restituere, &c. Dic quòd vtilitas est, qa põt ipsos consumere, & consumptos tenebitur restituere officio iudicis, & sic hoc est multæ vtilitatis, si bene considerentur, quia si potuerit consumere, tenetur restituere tantum, quantum valent nunc, licet plus valuerint tempore quo consumpsit. In gl.fi.in fi. Hic cadere dubiũ, an posset admitti pbatio in cõtrariũ quòd habuerit bonã fide.

TErminato, &c.

Hic desunt tres vltimæ leges huius tituli, & quinque primę sequentis tituli.

## De re iudicata. Rub.

### LEX VII.

*1 Acta publica fidem faciunt iudice etiam mortuo.*
*2 Acta publica cur dicantur.*
*3 Attestationes & alia acta per tabellionem confecta, an & quando sint acta publica?*
*4 Adscripturæ publicationem an partis præsentia requiratur?*
*5 Publicatio coram quo facienda.*
*6 Acta iudicij an testium insertionem requirant?*
*7 Publicationis acceptio.*
*8 Sententia inter alios quibus nocet nocent & acta.*

1 GEsta quæ. Acta† publica probant, etiã mortuo iudice. Hoc dicit. Vel sic, Per mortem iudicis non expirant acta publica, perpetuam firmitatem habentia. Hoc dicit, & plenius.
2 In gl.prima in principio. Probat quòd† eo ipso, quòd acta sunt scripta à tabellione, dicũtur publica. Hoc idẽ Inno.de fide instr.c.1.in 1.gl.in ver. Item quod publicum.& de testib.c.cùm à nobis.& de pscrip.c. ad audientiam.de probationib.c.quoniam cõtra. alibi videtur dicere in c.fi.ad fi.in eo.tit.de fide instru.vbi
3 dicit, quòd† attestationes, & alia acta per tabellionẽ sine testibus non sunt publica scriptura, ideo non faciunt fidẽ corã alio iudice, nisi sint aliter publicatæ. Sed dic p saluatione eius vt dicã in fi.in gl. Dicit tamen quòd publica exẽplantur authẽtica, nõ authentica publicantur.vt ibi notat ipse. Potest aliter iste textus intelligi, vt patet.in gl.in secũ
4 da lectura. In gl.ea.ibi, *altera præsente.vel non*. Et sic† ad publicationẽ scripturæ non requirit partis præsentia. Sed contra hoc videtur, quia agitur de piudicio partis, ergo debet vocari.l.de vnoquoque.de re iudicata. & l.nam ita diuus, adoptionibus. Sed dic, quod debet vocari, vt vult Iacob.But. Dicit verò Innocentius quòd si instrumentũ est tali puncto, quod non potest de facili haberi copia instrumenti, tunc potest etiã parte absente, &c.vt in c.fi.de fide instrumentorum.dicit ibi Hostiensis, quod semper intelligetur reseruatum ius absentis, ita quod sicut absentes contra originale potuissent opponere, ita & contra exẽplatũ, vt ex.vt lite nõ cõtestata.c.qm frequẽter. In eadẽ
5 gl.ibi, *iudicẽ ordinariũ*. Et† sic nota, coram quo debet fieri ista publicatio. Sed nũqd ẽt corã delegato põt fieri? Dic q sic spãliter ad hoc deputato, nõ aliter, vt ĩ c.fi.de fide instrumẽ. Et sic sume ex hoc aliam conclusionem, quod iudex.

Desunt nonnulla.

Et sic hoc videtur contra generalem doctrinam, quod in generali mandato, &c. veniant omnia faciẽtia ad causam, vt l.2.de iurisdi.om.iudic.&c. In ea gloss ibi, *perpetuam firmitatem*. Hoc facit pro Iacobo Butrig.in l.prolatam. suprà de sen.contra gl.& de hoc dic, vt ibi dixi. In ea gloss.
6 ibi, *semper plures adsint*. Allegatur, q† acta iudicij non requirunt insertionem testium. Cõclude, quòd quædã sunt acta.quæ fiunt publicè & palàm corã iudice, & in istis non requiritur alia publicatio, quia sufficit quòd hæc sint gesta per tabellionem ad hoc deputatum. Et ita potest intelligi hic secundum primam lecturam, & ff.de donat.l.donatio & de proba.c.quoniã contra. Quædam sunt acta, quæ fiũt in secreto, vt examinatio testium, & ista non faciunt fidẽ, nisi per pronuntiationẽ iudicis, vt hic secũdum lecturam. Bene facit suprà de testi.auth.q semel.& quod notat Inn. extrà de testi.c.Albericus.& c.cõstitutus. Nota tamẽ vnũ, quod hic sensit Bar.quòd vbi talia nõ essent publicata per iudicem, qui examinauit, possunt publicari per iudicem subsequentem, non per alium, vt in tertia expositione gl. hic. Et secundum hanc distinctionẽ salua varietatem Inn. de qua dixi suprà circa primã lecturã. Adde, quòd ista pu-
7 blicatio† potest aliter sumi, scilicet, pro subscriptione notarij, qui signum suum apponit, & attestatur in publicatione se subscripsisse. Et ita potest intelligi tertia lectura hic posita, quia licet non sint publicata, facient fidem coram illo, coram quo facta sunt, non coram alio. Dicit hic Bar. quòd si haberetur subscriptio alicuius officialis positi ad conseruationem actorum adhibiti, esset facere fidẽ etiam coram alio iudice, vt de fide instrum.auth.ad hæc. In glossa. Adde gl.in l.3.de his, quæ in fraud.cre.
8 Adde & aliud quod dicitur regulariter, †quibus noceret sententia inter alios acta, nocent & acta, vt dicit Inn.extrà de testibus.c.causam quæ.in fi.& de re iudi.cùm super in gl.quæ incipit, Quæro quomodo. Et est casus in l.sed & si possessori.§.fi.cum l.sequen.ff.de iureiurandõ. Tangit per Bar.in l.2.iudi.sol. Adde & aliud, quòd vbi causa talis est, quòd in ea lata sententia facit ius quo ad omnes, ibi cõfessio inter alias personas, & in alia instãtia præiudicat. Ita cõcludit Guliel.in Spec.de confessis.§.nunc videndũ.ver. sed hæc confessio.& extrà de successionibus.c.fi.& ibi vide Inn. Facit ad hoc, quod tangit Cyn.post Petrum, in l.1.in 7.q.infrà de confessis.



## De executione rei iudicatæ. Rub.

### LEX I.

*1 Executionem iuris ordine prætermisso fieri non debere.*
*2 Exceptionem nullitatis in executione opponi posse.*
*3 Ab executione inchoari non debere licet sit regulare: fallit tamen quandoque.*
*4 Parti pignoratæ antequã cõdẽnetur, quomodo succurratur.*

1 NImis. Executio† non debet fieri iuris ordine prætermisso. Hoc dicit. Vel sic. Non debet ante sentẽtiam fieri executio. Hoc dicit. In textu ibi, *seruato ordine*. Dic, qui notatur
2 in l.fi.infrà eo. Nota quòd† exceptio nullitatis potest opponi in executione, vt hic. Item quòd exceptio nullitatis opponitur post sententiam. Ad hæc duo facit d.l.si cùm nulla.ff.de re iudicata, quæ hic al-
3 legatur. Item est hic casus quòd non est † inchoandum ab executione, & hoc regulariter, quandoque tamen sic. Inducitur iste textus contra libellantes, qui in libello petunt cogi compelli ad soluendum. Debet autem antè petere eum condemnari, posteà cogi & compelli, vt hic, & d.l. si cùm nulla. Dicit tamen Bar. quòd si peteret cogi & cõpelli, & posteà diceret, & ad prædicta condemnari, quòd bene procederet. Ad hoc facit.l.talem de hęredibus instituendis.& l.nec enim.de solutionibus. Ita dixit hic, & in dicta l.si cùm nulla.vbi clarius loquitur. Quæro, quomo-
4 do† consuletur parti, q̃ est pignorata, antequàm fuerit cõdemnata? &c. Dic quòd poterit iudicis officium implorari, vt restituatur ad bona. Ita practicat Gul.de officio iudic. §.1.versi.sed qrit. Quęro quo tẽpore poterit hoc officiũ implorari, vt recuperet bona sua? Respondeo, quòd si grauamen est appositũ die feriato, etiam die feriato potest petere q reuocetur eodem tempore, vt est gl.in l.minor in princip.ff.de euictionibus.quam nota & signa, quia de ea lucraberis vnam bonã capã, & est mulũ notabilis. Et de modo citandi vide in l.de pupillo.§.meminisse.ff.de ope. no.nuntia.

### LEX II.

*1 Sententia diffinitiua pignorum captione & distractione executioni mandari potest.*
*2 Sententia executionem habet paratam, nisi nouata sit.*
*3 Victus in executione sententiæ citandus.*

1 SI causam. Diffinitiua† sententia per captionẽ & distractionem pignorũ põt executioni mandari. Hoc dicit.
2 Vel sic, †Sententia dicitur habere paratam executionem, nisi fuerit per nouationẽ sublata. Hoc dicit. Et iste casus declaratur in l.4.de re iudicata.hic alllegata. Nota hunc ca-
3 sum, qui probat non violando, q in executione† sentẽtię sit necessaria citatio condemnati, quod patet, qa forte põt opponere exceptionẽ nouationis, solutionis, & similes. Ad idẽ suprà l.pcedẽti, & in l.1.suprà titu.pxi. Dubitauit hic Bar.nũqd sit necesse q offeratur libellus, & alius ordo iuris, &c.qñ intẽtatur actio in factũ ex re iudicata? Si intelligamus q agatur actione in factũ, tũc debet libellus offerri.l. itẽ veniũt.§.idẽ de petitione hæreditatis.& ibi gl. Sed vbi imploratur iudicis officiũ in executione, vt dicit gl.in l.qui de inofficioso.de inoffic.testa. tũc nõ reqrit ordo iuris, &c.nec libellus. Et ita dicit Bar.quòd loquitur iste text.&c.

### LEX III.

*1 Res in pignus accepta in sententiæ executione, quòd in solutũ creditori dari possit, si emptor non reperiatur.*

1 ORdo rei. Si rei† in pignus acceptæ p executioce sentẽtiæ, nõ reperiatur emptor, põt creditori in solutũ dari p debito. Hoc dicit. Et primo dictũ, secũdo infert. Secũda ibi, Si itaq;. In gl.1.ibi, *pro tanto debito*. Aliter vr dicere gl.in d.§.si pignora. Sed in hoc debem⁹ attẽdere formã pcedẽtis petitionis. Aut est petitũ q assignentur p toto debito, & tũc p toto. Qñq; est petitũ p cõcurrẽti quãtitate & tũc est facta assignatio p quãtitate debita. Ad hoc l.vt fundus.ff.cõmuni diuidũdo.& sic debet attẽdi forma petitionis. In ea.gl.ibi, *l.à diuo*. Alibi dicit gl.q ordo illius legis habet locũ, quando agitur de executione sententiæ, vt in authentica.de exibẽdis & introducendis reis.§.quia verò.

### LEX IIII.

*1 Stipendia militum, doctorum, & similium, & debitorum nomina pro executione sententiæ non nisi in subsidium adiudicantur. & nume.2.*
*3 Quæ requirantur in executione rei iudicatæ, vt ad debitorum nomina deueniatur.*
*4 Appellationi locus est quando debitoris nomen capi iubetur.*

1 STipendia. Stipendia† militũ, & nomina debitorũ nõ debẽt capi p executione sentẽtię, nisi in subsidiũ. Hoc dicit cũ l.sequẽ. In gl.prima ibi, *idem in prebendis*. Et est ratio, quia nõ possunt cõmodè seruire sine stipẽdio. In eadẽ gl.ibi, *in præbendis*.vt extrà de fideiussoribus, in c.2.& vide
2 qđ ibi notatur in gl.penul. Et ex hoc põt inferri† qd in salario doctorũ & similiũ. Et dic quòd idem, si aliter potest subueniri creditori. In glossa.
3 Et sic nota quòd requiritur† confessio debitoris, vt cõtra eum fiat exceptio. Item requiritur quòd præcedat condemnatio debitoris.leg.fina.de compensationibus. Item requiritur quòd priùs fiat in ipso nomine, quam possit exigi, vt l.à diuo Pio.§.in venditione.ff.de re iudic. Et in hoc est considerandum quòd differt priuatus à fisco quia in fisco non requiritur condemnatio, sed sufficit debitum esse liquidum, & debitorem non esse soluendo, vt l.non priùs.quando fiscus vel priuatus.nam tunc fiet executio.infrà de appel.l.quoniam.& de exactoribus tributorum.l.missi opinatores. & ff.de legatis.3.l. Paulo Cal-

limacho. Vbi autem non esset liquidum, etiam requireretur ordo sententiæ. Aliud etiam potest addi quod requiratur, scilicet, quòd sit facta excussio mobiliũ & immobilium, & tunc demum deuenitur ad nomina. In hoc tamen casu dixit alibi Bar. quòd non putabat excussionẽ necessariam, in l. si cõuertit. ff. de pignoratitia actio. vbi loquitur, in iudicio moto in hypotheticaria ad nomen debitoris. Sed Cynus putauit eam fieri tutius hoc casu, post Ia. de Are. C. quæ res pignori obligari possunt. l. cùm res. Puto eam semper necessariam per causam in l. 1. infrà, de conueniendis fisci debitoribus. lib. 10. Quod limito verũ, nisi creditor in instrumento petiisset à creditore se constitui procuratorem in rem suam, tũc enim nõ esset necessaria excussio, quia non agit vt ipse, sed vt persona debitoris sui. suprà de procuratoribus. l. qui stipendia. Ex hoc sume consilium, quòd in instrumento quod de debito conficit inter debitorem & creditorem, fiat mentio de mandato directarũ. Extrà gl. Quid si non confiteatur? Respõdeo q debebit dari curator bonis, qui agat contra istum debitorem. De isto curatore habetis in simili in l. ab hostibus. in princ. ff. quibus ex cau. maiores. Et est notandũ. Sed nũqd idẽ creditor possit esse curator? Dic quod sic, vt l. debitor. ff. de nego. gest. Vel dic secũdò, quòd cõpetit aliud remedium cùm iste negat, scilicet, vt creditor ipse si habeat obligata bona debitoris, contra nomen agat vtili. l. grege. §. cum pignori. & l. cùm cõuenerit. ff. de pignoratitia actione. Et hoc est hic de mente Iac. Butri. & gl. ordin. in l. 2. suprà quando fiscus vel priuatus. Pro executione iudex mãdat capi nomen debitoris, nunquid poterit appellari? & qualis erit ista sententia? Dic quòd à tali executione põt appellari, & sententia appellationis appellatur diffinitiua. in authen. vt nulli iudi. §. super hoc verò. Et ex hoc habes quòd pòlt possunt adiri primates. in auth. vt nulli iudic. §. peruenit. in versi. primatibus ciuitatum. & alibi allegat Bar. sed non recordor vbi.

LEX VI.

*1 Merus executor causæ cognitionem non habet.*
*2 Executio & missio in possessionem non delegantur.*
*3 Executor si nullitatis exceptio coram ipso opponatur, nũquid supersedere teneatur?*

1 SI vt proponis. Merus † executor nõ habet cognitionẽ de viribus sententiæ, & ideò si se intromittit, quod ab eo fit, non tenet. Hoc dicit. Nota hunc tex. ex quo habes, q executores missi non habẽt cognitionem vt iudex hic. Idẽ in notario, & similibus. In gl. 1. in fi. ibi, *vt ibi*. Dic & melius, quia hic loquitur in mero executore nullã habente cognitionẽ, ibi in ministro. In gl. ea. ibi, *vel dic quòd loquitur in delegato ad exequendum*. Sed Ia. de Ra. in lectu.
2 Cy. hoc reprobat, quia † executio & missio in possessionẽ nõ põt delegari. l. à diuo Pio. in princi. ff. de re iudic. & l. iubere cauere. de iurisd. om. iud. Posset fortè hæc gl. saluari, vt in d. l. à diuo Pio. Pro hoc vide de officio deleg. c. quæréti. In gl. secunda, ibi, *quod non placet*. scilicet, quòd ab ea possit appellari. Quæro, qd si corã executore † opponatur exceptio nullitatis contra sententiam, nunquid executor debebit supersedere in executione? Dic q sic, & mandare iudici de qualitate exceptionis contra sententiã, vt extrà de re iudicata. c. de cetero. & ibi vide Inno. & vide glo. ordi. de offi. delega. c. super quæstione. §. quia verò.

LEX VII.

*1 Condemnatus ad rei perẽptæ post sentẽtiam æstimationem, an teneatur.*
*2 Mora secum mortis periculum trahit regulariter.*

1 SI longis. Condemnatus † tenetur ad æstimationẽ rei post
2 sententiã perẽptæ. Hoc dicit. Et sic patet, q mora † trahit secũ periculũ interit' ad periculũ obligati & morosi. Hoc ꝓbat iste textus. In textu, ibi, *seruis*. ad quorũ restitutionẽ est cõdẽnatus. In textu ibi, *à fraudatore*. id est, ab eo q distulit. In textu ibi, *repræsentabuntur*. id est de præsenti restituẽtur. Nota hũc casum, quãdo aliquid est cõdemnatũ &c.

LEX VIII.

*1 Executor sententiæ quis dicatur.*

1 EXecutorem. Executor † sententiæ dicit', qui lata sententia mandat illam executioni. Hoc dicit. Nota qualiter dicat executor, vt hic, quod intellige in iudiciarijs, secus in extra iudiciarijs, qa aliter appellatur. Et pro hoc vide gl. istam quę executorem multis nominibus appellat.

LEX IX.

*1 Sententia pignoribus captis & distractis quando executioni mandetur.*
*2 L. Debitoribus. ff. de re iudica. hodie correcta.*

1 EOs quos. Sententia † per captionem & distractionẽ pignorum post quatuor menses executioni mandatur. Hoc dicit. † In gl. spatium. ibi, *debitoribus*. Sed illa l. debitoribus. † est hodie correcta, vt in dicta glos. in l. 2. infrà, titul. 1. quod tamẽ non tenetur, imò habet locum quod dicitur in d. l. debitoribus. In gl. eadẽ, ibi, *vel fortè iudex*. Tene hanc, & approbatur per gl. in l. cùm proponas. infrà, de bo. autho. iu. pos. In eadẽ, in fi. Et hoc dicit, qa licet actio, quod metus causa, sit personalis, tamen appellatur in rem scripta, vt l. metum. §. volenti. ff. quod metus causa.

## *De vsuris rei iudicatæ. Rub.*

LEX I.

*1 Condemnatus non soluens post tempus datum à lege ad centesimas vsuras tenetur.*
*2 Vsura centesima an hodie permissa sit.*

1 *Si qui bona*. Condẽnatus † non soluens post tẽpus à lege † statutum, tenetur ad vsuras cẽtesimas. Hoc dicit. Stat dubium, vtrum hodie talis † vsura sit permissa? Iac. Butr. fuit hic in
2 opinione quòd talis vsura etiã hodie debeatur iure diuino, qa venit ex delicto in pœnã contumacis, sicut in marito ꝓptãte, quando est contumax in restitutione dotis, secus ergo si ex pacto veniret, quia hodie deberetur, vt in auth. ad hæc. suprà de vsuris.

LEX II.

*1 Tempus quadrimestre quando currat.*
*2 Intellectus l. tutor. ff. de vsur.*

1 EOs qui. Temporat quadrimestria post quæ debentur vsuræ centesimæ non appellanti, vel appellanti & nõ prosequenti, currunt à tẽpore † latæ sententiæ, prosequenti verò, & succumbenti currunt à tempore confirmationis sententiæ, omni alia vsura cessante. Hoc dicit. Ad id quod dicit de quatuor mẽsibus, adde bonam gl. extrà de officio delegati, in c. quærenti. in gl. in personali. Opponit quòd imò debẽt nouũ spatiũ quatuor mensiũ, qa ita notat' in l. 2. §. q fi. infrà, de tẽporib⁹ appel. cuius gratia dico, quòd iste textus debet intelligi, quando sentẽtia ꝑ partes cofirmat' expressè, secus si tacitè ꝑ cursum fatalium, nã tunc post lapsum illorũ habet spatium quatuor mẽsium. Ita intelligo d. l. 2. §. quod si infra, de temp. app. In glossa. ibi, *correcta l. debitoribus*. Dic quòd imò non corrigitur, vt dixi in l. fi. suprà, tit. 1. & d. l. debitoribus. In eadem gl. ibi. *l. tutor*. Dic
2 meliùs ad legem illã tutor. quòd alio casu loquitur, quòd ibi de vsuris primi contractus, hic de vsuris rei iudicatæ, quæ non currunt, etiam si fuerit frustratoriè appellatum nisi post quatuor menses, vt vidistis, notatum in l. 2. suprà de sent. quæ sine certa quantitate.

LEX III.

*1 Vsuræ centesimæ ratione vsurarum prioris contractus non debentur, sed ratione sortis.*
*2 Afflictio non est danda afflictio.*
*3 Nouatio multiplex.*

1 SAncimus. Vsurarum, quæ † debebantur ex primo contractu, non debentur vsuræ centesimæ. Hoc dicit. Vel sic, post tempus quadrimestre currunt centesimæ vsuræ sortis tantum, & non vsurarum, licet sint in condemnationem deductæ, & dilatio quæ datur reo, prodest fideiussori. Hoc dicit tota lex ista. In textu ibi, *supponi*. Di-
2 cit Butri. quasi dicat, q non debet † addi afflictio afflicto. Concordat l. diuus. de offic. præsi. & authẽ. nauigia. de furtis. Nota q in fideiussorem iudicij fit executio sine nouo processu, vt infra colligi potest. & clarius super gl. penul.
3 In gl. *Nouatur*. in fine. Conclude quod est † multiplex nouatio, quia quædam est vnius obligationis in aliam trãsfusio, vt in l. 1. de nouat. Alia est nouatio. i. nouæ qualitatis adiectio, vt quia de temporali efficitur perpetua, de non trãsitoria efficitur transitoria. Et ista fit per litis contestationem. De ista in l. aliam. ff. de nouatio. Alia est nouatio. i. nouæ formæ adiectio. Et ista fit per sententiam, quia per eam additur noua forma, quia per eam datur actio in factum. Item quia vsuræ non centesimæ per istam legem efficiantur centesimæ. Et de talibus effectibus nouationis, vide in d. l. 1. ff. de nouatio. Vide l. idem q; §. generaliter. ff. mãdati. est mirabilis casus, q fideiussor põt petere q reus opponat exceptionẽ ex persona sua &c. In gl. *Persoluere*. in fine. Quod restringe in fideiussore de iudicato in soluendo, qui potest conueniri condemnato reo, sine nouo processu, non autem intellige in fideiussore cõtractus. Et est ratio, quia lata sententia contra reum videtur &c. Hæc est communis opinio. Et vide per Io. And. de iniurijs & damno dato. c. 1. lib. 6. & Gui. de excu. sentẽtiæ. §. sequitur. ver. quid si. Vltimo per hanc legem Bar. terminauit quod si fideiussor iudi. sol. fuit actus à vincente, & pro hoc quod solsit, petat ipsum immitti in bonis domini, debet hoc incõtinenti fieri pro damno quod passus est. Allegat Guli. in l. 2. cum seq. qui satisfidare cogantur.

## *Si plures vna sententia condemnati sunt. Rub.*

LEX I.

*1 Obligatio in solidum & simpliciter condemnati an pro viribus condemnati censeantur.*
*Quid si sententia sit debiti diuisiua, nunquid si vnus soluendo non sit, alter vt eius partẽ agnoscat, agi possit. & nu. 4.*
*2 Sententia lata simpliciter & absolutè contra plures effectus an in portiones virales diuidi possit.*
*3 Dictionis & effectus.*
*5 Sententia ad actoris detrimentum actionem non nouat.*

1 *I non singuli*. † Obligati in solidum, & simpliciter condemnati, videntur cõdemnati pro virili. Hoc dicit. Vel sic, & magis in genere.
2 Sententia † contra plures simpliciter & absolutè lata, eius effectum nõ diuidit in viriles. Hoc dicit cũ lege sequenti. Nota q effectus simplicis sentẽtiç contra plus habet effectum diuisionis
3 inter eos in viriles. Et hoc operatur natura † dictionis Et, quæ diuidit in partes. l. si mihi & tibi. de vsufructu accrescendo, & de verbo. obl. l. si mihi & Titio. Secũdo nota q
4 tqñ sententia diuisiua debiti fertur contra plures insolidum obligatos, põt expressè agi, quod illud quod non põt vnus pro parte sua soluere, alter agnoscere teneatur. Hæc lex põt intelligi in pluribus obligatis pro patre, & tũc hęc lex haberet modicum dubium. Potest etiam intelligi in obligatis in solidum, & fuit dictum, quod vna solutione fit contentus, & ita intelligitur, vt l. si mandato Titij. §. Paulus. ff. mandati. Sed pone q habeo duos obligatos insolidũ vnum in quadraginta, vnũ in quinquaginta. Fertur condẽnatoria contra istos, quilibet tenetur in viriles. Sed qũo hoc põt fieri, cum vnus in minus teneatur, quã alius? Et ideo põt saluari hęc lex, q intelligatur in pluribus obligatis dispariter, intellige, quando vnus in descendendo, alius in ascendendo est obligatus, vt supra dixi, condemnantur, an quilibet teneatur in viriles, &c. In glo. ibi, *sive inæqualibus*. Nota hanc gl. & etiam gl. in l. 1. ñ aduersus rem iudicatam. quod condemnatus in quinquaginta, videtur absolutus in alijs quinquaginta, si fortè erant centum. In gl. ead.
5 ibi, *vel dic*. Et sic habes, quod † sententia non nouat ad incõmodum actoris, vt de executione rei iudicatæ. l. duobus etiã fit priuilegiata. Secũdò probat q vile est illi, qui per



sententiam habet ius suum diminutum, vt reuertatur ad primã actionẽ. Sed cum hoc sit, q remaneat prima actio, qũo põt consuli: condemnato q non soluat, nisi suã dimidiã? Dicit Butr. q cõdẽnatus suã dimidiã det, & si nõ vult acceptare, offerat, & deponat, & assignet, quæ cedunt loco solutionis, & tunc habebitur perinde ac si fuisset absolutus ab alia parte, & ideo si conueniatur prima actione, põterit se tueri exceptione rei iudicatæ, quia paria sunt quẽ fuisse absolutũ, vel fuisse cõdemnatũ & soluisse, &c. vt l. si quis cũ totũ. ff. de exceptione rei iudicatæ. Qd' mẽti tene.

LEX II.

*1 Sententia in plures principales sicut diuisionem in viriles inducit ita si lata sit in procuratores diuersorũ principaliũ.*

1 QVoties. Idem dicit quod proximè præcedẽs dicit. Nota, quod sicut † in plures principales lata sententia inducit diuisionem in viriles, vt supra l. proxima, ita cũ est lata inter plures procuratores diuersorum principalium.

## *Quibus res iudicata non nocet. Rub.*

LEX I.

*1 Coniunctus sine coniuncti mandato agens, quod ei non nisi ratum habeat, præiudicetur.*

1 *I neque*. Cõiunctus, † qui sine mandato coniuncti eius causam egit non præiudicat ei, si ratum nõ habear. Hoc dicit. Nota q licet cõiunctus à lege habeat potestatem agendi pro coniuncto sine mandato, tñ eius factum aliter non ratificatum non præiudicat coniuncto. Et ista est ratio, q ab eo potest peti cautio de rato, vt l. sed & hæ. in prin. de procuratoribus.

LEX II.

*1 Sententia contra vnum lata non præiudicat, & si cohæres eius esset.*
*2 Sententia non nisi inter litigantes ius facit*
*3 Litigantes qui dicantur ad quos sententia effectum porrigat?*
*4 Sententia an & quando ius faciat quo ad omnes, & quæ requirantur. & num. 5.*

1 REs inter alios. Sentẽtia † lata contra vnum, non præiudicat alteri, etiam si sit eius cohæres. Et primo dictũ in genere, secundo infert in specie. Secunda ibi, Ideoq; nepti tuæ. Et nota hãc legem, quæ plurimum. propter quam gl. allegantur, quam gl. signa, & eam menti tene, quia doctores sæpe ad eam remittunt. In glo. *Irrogare*. Pro declaratione huius glo. habes regulã, quod res inter alios, &c. fallit quando. Sed contra, quia sententia facit
2 ius. l. 1. de re iudicata. Respondeo secundum Butr. quod res inter alios, &c. quod sententia † facit ius, intellige inter litigantes, non autem inter alios. l. res iudicata. de regu
3 lis iuris. Sed qui dicantur litigantes † ad quos sententia porrigit secum effectum? Dicit Innocent. quod omnes, ad quos spectat, quando fuerunt citati, vt per eum, extra de sententia, & re iudicata. capitul. quamuis. Secundo pro recitatione glo. vide distinctionem Petri, quam Cynus hic
4 refert. Item scias, quod sententia facit † ius quo ad oẽs, vbicunque sententia afficit personam, vt patet ex glos. l. eg. ead. ff. de postulando. Secundo potest dici, quod fallit quando est lata rescissoriè, vt dicta l. Papinianus. §. final. hic allegata. Tertius videtur, quando est lata super ætate l. de ęta te. ff. de minorib. Quarto videtur fallere, quando est declaratoria super facto commisso, vel non commisso secundum l. denuntiasse. §. fina. Quidam tamen dixerunt, quod ibi est specialis casus, quia regulariter sententia declaratoria nõ facit ius quo ad oẽs, sed solũ quo ad litigãtes. Quinrus est casus ꝓm aliquos, in sententia matrimonij. Ita videtur probari in l. 2. ff. de liberis agnoscẽdis. quod tñ nõ pono expressè. Alius est casus in causa ingenuitatis, vt leg. ingenuum. ff. de statu hominum. Alius est casus in causa filiationis, vt l. 2. de liberis agnoscẽdis. Et per illã videretur idẽ posse argui in cã legitimationis, si declaretur legitimus filius patri meo. Et est etiã cã patriq potestatis, non tñ totaliter. Sequitur Inn. extra q filij sint legitimi. c. cãm q. Alius est casus in popularibus actionibus. vt l. sepulchri violati actio.

actio. de sepulchro violato. Alius est casus in causa restitutionis in integrū generaliter petitæ, vt supra si minor abhæreditate se abstin. authent. si oēs. Quod intellige, vt ibi
5 notatur. Adde prædictis, quod ad hoc vt talis sententia faciat ius quo ad alios etiā in istis casibus, quatuor sunt necessaria. Primū, ꝙ sententia sit lata cum legitimo cōtradictore l. cū non iusto. de collusione detegenda. l. 1. ff. de excep. rei iu. Adde & ꝙ iste sit talis, à quo pēdeat ius cæterorū, secus videtur si alius esset æquè principalis, argumēto, de iureiurando. l. si duo patroni. in prin. Secundo requiritur in processu, ꝙ qui succubuit, cām defenderit, aliter præsumitur succubuisse ex contumacia quanquam non foueret iustā causam. l. qui repudiantis. in fi. de inofficio. testa. & de euictionibus. l. si ideo. Tertio requiritur, ꝙ sit lata declaratoria verbis affirmatiuis, non negatiui. l. circa. ff. de probationibus. & l. diui fratres. & l. si seruus. de libera. causa. Quarto requiritur quod, post sententiam nō detegatur lata per collusionem. ff. de collusione detegenda. per totum. & ita pro maiori parte fuit hic de mente Iacob. Butri.

LEX III.

1 *Sententia in criminalibus cū vno lata, alteri non præiudicat.*

I *Vris manifestissimi.* Sententia † etiam in criminalibus lata, non præiudicat ei, qui in iudicio non interfuit. Hoc dicit. Nota incidenter, quod attestationes acceptæ etiam publicatæ in causa inquisitionis formatæ de crimine non probant in causa ordinariæ accusationis de illo crimine institutæ. Ita sentit Inno. extra de testi. c. cum in tua.

LEX IIII.

1 *Præiudicata quod trahenda non sint ad negotij etiam similis terminationem.*
2 *Exemplis non iudicandum.*

I *Nec in simili.* Iudicatum † in aliquo negotio cū vno non potest trahi ad terminationem similis negotij cū alio.
2 Hoc dicit. Vel sic, † Nō est exēplis iudicādum. Hoc dicit.

## *Comminationes, epistolas, programmata, &c. Rubrica.*

LEX I.

1 *Ec vim.* Iudicis † comminatio non habet vim cōtractus, nec sententię. Hoc dicit.

LEX II.

1 *Sententia per epistolam ferri non potest.*
2 *Ordo substantialis iudicij in sententiæ promulgatione, per iudicis epistolam non declaratur.*

I *Rei.* Sententia † non potest ferri per epistolam. Hoc dicit. Vel sic, Declaratio iudicis in epistola non habet effectum rei iudicatæ. Hoc dicit. Nota, quod ordo † substantialis iudicij in promulgatione sententiæ non potest per epistolam iudicis declarari, vt hic.
2

LEX III.

*A qua.* Sententia lata non potest per iudicem reuocari. Hoc dicit.

LEX IIII.

*Interlocutio.* Comminatio iudicis etiam in actis descripta, non habet vim sententiæ. Hoc dicit.

LEX V.

*Vdex.* Missio in possessionem facta iuris ordine non seruato, non habet vim sententiæ diffinitiuæ, seu rei iudicatæ. Hoc dicit.

LEX VI.

*Pragramma.* Sicut comminatio iudicis non habet vim rei iudicatæ, sic nec programma. Hoc dicit.

LEX VII.

*Quod magno.* Sententia deliberatè, & causa cognita proferri. Hoc dicit.

## *Si ex falsis instrumentis vel testimonijs iudicatum sit. Rubrica.*

LEX I.

1 *Sententia lata ex falsis instrumentis, falso probato reuocatur.*
2 *Exceptioni rei iudicatæ locum non esse quando de nouo aliquid in iudicio deducitur.*
3 *Libertas semel data non reuocatur.*

1 *Tabulæ.* Sententia † lata per falsa instrumenta, falso probato potest reuocari. Hoc dicit. Vel sic, Vbi sententia fundatur super fallitate scripturæ, eius exceptio nō potest obijci agēti nouo iudicio. hoc dicit magis ad literā. Nota ex isto textu, ꝙ qñ aliquid de nouo deducitur in iudicio, nō obstat exceptio rei iudicatæ. Vide gl. supra de transactionibus. l. si ex falsis. Et ibi vide de oppositione fallitatis. & ibi gl. bona. In gl. fina. ibi, *l. fi. in fine.* Sed contra de l. 1. supra. de ordine iudiciorū. cum ibi notatis, vbi nihilominus obijcitur de falso, licet alias fuerit refricatū. Conclude, ꝙ quandoque est dictum de falso, & postea ad eundem finē refricatur de falso, & tūc oberit exceptio. Ita intelligitur ista gl. & notatur in l. 1. de ordi. iudi. secus si ad diuersum finē quereretur. Et ita intelligitur gl. nostra. Et sic stat tota vis, vtrum ad eundē finē opponatur vel nō & c. vt supra dixi. In glo. ibi, *non iusta.* quasi dicat, aliud est dicere de falsitate voluntatis, aliud de iniustitia volūtatis. Sed hæc solutio destruit istū tex. & ideo non tenetur. Sed Iac. de Ra. respondet ad contrarium, dicens, quod ibi ponit specialem casum in libertate, quia semel præstita non reuocatur. Et iste est propriè intellectus ad legem contrariā, & possumus eam intelligere eo modo, quo ista intelligitur. Sed quomodo consulitur cōtra eum, qui per falsum reportaret sententiam pro se? Dic vt dicam in l. 3. alias in l. fina. infra, eo vbi practicando.

LEX II.

1 *Victo condemnato per falsa instrumenta, etiam si non appellauit, subuenitur per in integrum restitutionem.*
2 *Appellatione petenda restitutionis potestatem nō tolli. Quid de nullitatis beneficio? & nu. 3.*
4 *Sententia nullitas falsa causa per iudicem expressa, an arguatur.*
5 *Sententia nulla vbi per iudicem appellationis confirmatur, quod ex secunda non prima agendum sit.*
6 *Decretum ex falsa causa emanatum, est nullum.*
7 *Sententia quæ non transeat in rem iudicatam.*

1 *Et qui non prouocauerunt.* Condēnatus † per falsa instrumenta, etiam si à sententia non appellauit pōt negotiū iterū instaurare. Hoc dicit. In gl. 1. in fi. Sed an appellatio si sit proposita, tollat impugnationem sententiæ? Cōclude ꝙ appellatio, † dato ꝙ interponatur à sententia, ista nō tollit potestatem restitutionis petendę, vt est casus in l. præses. & l. præfectus. ff. de minoribus. Similiter conclude, ꝙ appellatio non tollit † beneficium nullitatis, qñ sen
3 tentia est nulla quo ad oēs, tunc non tollit viā proponendæ nullitatis, vt est casus in l. si expressim. ff. de appella. Sed si sententia dicatur nulla solum quantū ad appellantem, est autem aliqua respectu eius qui fuit in iudicio, exemplum in l. 3. hic allegata, tunc appellatio potest sibi tollere beneficiū nullitatis, vt in falso procuratore condemnato, vt l. 3. §. fi. ff. rem ratam haberi. hic allegata. In gl. fi. in fi. De minore est clarū, sed quid in maiore? Dic ꝙ idem, vbicunq; doceri potest, ꝙ actor scienter fuerit visus falso instrumēto, vel alia probatione contra absentem, nam his concurrentibus sententia est nulla, vt l. si prætor. ff. de iudicijs. secus si ignoranter, quia teneret sententia, & esset necesse, ꝙ petere in integrum restitutionem, vt extra de in integrū restitutione. c. constitutus. Et est casus in l. diuus. hic allegata. Facit l. seruo inuito. §. cum prætor. ff. ad Trebellianū. Quid in alia causa, quæ allegatur ad falsitatem, qualiter & quando opponitur nullitas sententię? Et conclude, quod quando per partem fuisset falsitas opposita ad substantialia, vt ad litis contestationem, & similia, tunc arguitur nullitas sententiæ. l. si quis obrepserit. ff. de falsis. Quid si non
4 per partem. sed † per iudicem fuisset expressa falsa causa, nunquid hæc arguat nullitatem sententię? Dic quod si ista falsitas concernebatur & factum, vel ius tantū, tunc sententia



sententia erit ipso iure, vt est casus in l. 2. infra quando pro uocare nō est necesse, quia iudex pronuntiet minorē testari posse. Vbi autem esset falsa in facto tñ, tunc sententia valet ipso iure, sed pōt per restitutionē in integrū subueniri vt de re iudi. l. si præses. Hoc tenet Inno. extra de probationibus. cap. qñ contra. crede tamen ꝙ talis sententia, qñ est nulla, pōt per iudicem appellationis; etiam ex noua causa confirmari, vt l. 3. ff. quod cum eo. Sed posset dici, quod ibi non est falsa, sed Hoc fallit quando est erratum in calculo, quia talis sententia est ipso iure nulla. vt l. 1. §. 1. quando sententiæ sine appellatio. resci. n. Secūdo nota, quia dicit ꝙ potest ex causa noua &c. ꝙ vbi sentē
5 tia † nulla confirmatur per iudicem appellatio, non agitur ex prima, sed ex secunda. l. furti. & ibi not. ff. de iis qui not. infami. Et hęc omnia habent locum in sententia. Decretū
6 † autem ex falsa causa est nullum ipso iure. l. 1. §. hæc verba, ne vis fiat ei. & l. cum vero. §. subuentum. de fideicommissarijs libertatibus. & Bartol. in l. iuste. ff. de acquirend. possessio. Idem dicit Inno. in absolutoria lata ex falsa causa. Allegat casum in l. 1. de natalib. restituendis. Ita notatur de fide instrumen. c. quod super ijs. de offi. ordinar. c. ex parte & per illā dixi idem in dispensatione ex falsa causa obtēta, vt est casus in dicta l. 1. de natalibus restituendis. Adde pro conclusione omnium vide glos. l. 35. quæstio. 9. in summa, quod modis retractetur sententia. Adde etiam in quibus-
7 dam causis semper retractationem paratam, quia † sententia nunquam transit in rem iudicatam. Canoniſtæ habent causam in causa matrimoniali. in c. lator. & ca. consanguinei. de sententia & re iudicata. Item dico in omnibus sententijs, per quarum obseruantiam peccatum nutriretur, in quo ne purgetur, nec vinculum legis nec consuetudinis, nec aliud aliquid pōt. Ita not. ibi glos. & de re iudica. ca. inter monasterium. & super illa glos. aliquid tangitur. & Hostiensis notat de electio. c. qui dilectum. quod retulit Ioā. And. extra de re indica. in nouella. Idem in dicto c. lator. & c. consanguinei. super vltima glo. Idem in eodem tit. de re iudica. in ca. cum Bertoldus. super gl. tangitur. de arbitr. in cap. 1. & ca. per tuas. & in ca. quintauallis. de iureiurand. & de præbendis. c. nisi. & c. dilecto. Ad idem bene facit quod notatur de causa beneficiali, de rescriptis. cap. constitutus. & c. ad aures. quod notat Inno. extra de dolo. c. cum olim. & dicto ca. cum Bertoldus. Pro hoc facit ratio, quia vbi de salute animæ agitur, sententia contra veritatem, licet ꝙ fit quo ad ecclesiam militantem, non tamen quo ad ecclesiam triumphantem. Ita probatur extra de sententia excō munionis. cap. à nobis. Et hæc vtilia sunt ad multa, & per ista obtinui in quæstione facti.

LEX III.

1 *Sententia lata à iudice falsitatis secutæ prætextu, quod rescindatur. & num. 2.*
3 *Matrimonialis causa quod nunquam in rem transeat iudicatam.*
4 *Victo vel condemnato ex falsis instrumentis quæ remedia cō petant.*

1 *Falsam.* Sentētia † lata per falsa instrumenta tunc potest prætextu talis falsitatis reuocari, cum apparet iudicem ex illis ad pronuntiandum motum. Hoc dicit. Nota textū in secunda parte, ex quo percipitur quid incumbat venienti ad retractationē sententiæ, quam allegat per falsas probationes latam. nam oportet quod articulet & probet iudicē ex illis motum, aliter nihil facit. In prima glos. ibi, *Et nota quod dicit Pla.* Conclude ꝙ opinio Plac. potest esse vera ad
2 casum l. diuus. ff. de re iudica. quando † simpliciter allerit testem falsum dixisse, aliter autē non potest defensari hęc opinio, quando se astrinxisset ad probandum corruptelā, quia tunc oporteret probare & falsitatem & corruptelā. Et dicit Bartol. quod apparet ex modo proponentis, an arctet se ad probandum corruptelam: secus si diceret eos falsum dixisse, quia tunc sufficeret probare falsitatem, vt per Bartol. in dicta l. diuus. ꝙ de probation. c. licet causam. & ibi per Innocen. Sed pone quod constat testem verum dixisse, & de corruptela constat. Innocē. d
cit sufficere probare de corruptela, vt sententia nō valeat dato ꝙ dixerit verum. Ita sentit de testibus, ca. sicut. & de electio. c. cum dilecti. in glo. quę incipit, quæ est nulla. Alibi dicit contrarium & melius. Fm doctores extra de probationib. capi. licet causam. post princip. in glos. quæ incipit. Hoc verum. in fine. Sed saluari pōt quod in illo ca. cum dilecti. & cap. sicut. debet intelligi, quod ibi loquitur in cau
3 sa † matrimoniali, quæ nunquam transit in rem iudicatam, vnde auditur exceptio solius corruptelæ. extra de re iudic. ca. cum I. & A. Alio modo dicebam volendo dicere quod in vtroque bene dicat, attēdēdum tempus. Aut habemus respectum ad tempus ante sententiam, & tunc sufficiat ꝙ probari corruptelam. Ita intelligo alio modo primum dictū Innoc. Post sententiam non sufficit probari corruptelam, nisi & falsitatem. Ita intelligo in secundo dicto, & ita cre-
4 do quod posset saluari Innocen. Demum † pro practica q̄ro de remedijs, quæ competunt ei, qui conuictus est, vel condemnatus per falsitatem instrumenti. vide varios modos tactos per Guliel. de sententia. §. quoniam. versi. & nota ꝙ secundum canoniſtas potes cōcludere proditam esse viam agendi de falso ciuiliter, vt l. si ex falsis. supra, de transactionib. Potest etiam opponi criminaliter. Et ista quere la de falso per viam accusationis debet proponi intra viginti annos. vt l. querela. infra, de falsis. Dicit tñ Ioan. And. in dicto ca. qñ contra. quod ius accusandi de falso in causis spiritualibus durat centum annis. Tertio subuenitur per viam excipiendi de falso contra petentem executionē sententię, vel agentem in factum, vel iudicati, vt infra l. sequē. Et hæc exceptio sui natura est perpetua per regulam l. qui agnitis. in fine. ff. de exceptionib. & extra de exceptionib. c. licet. & c. cum venerabilis. Petr. tamen dixit, quod mala erat decisio illius decretalis in hoc, quod dicebat quod audiretur perpetuo, quia talis exceptio non competit, nisi restitutione præhabita, ergo nō durat nisi quatuor annis. Ita refert Cynus in l. querela. infra, de falsis. Bartol. tamen in hoc articulo dixit, quod si exceptio opponatur sōlū ad excludendum victorem ab effectu sententiæ. tunc perpetuo potest opponi. l. qui agnitis. ff. de exceptionibus. & in dicto c. cum venerabilis. secus si velit restitui vt absoluat non obstātibus falsis probationibus, quia tunc verū ꝙ sit necessaria restitutio, & sic durabit quatuor annis. Et hæc ē bona concordia, & effectus huius est diuersus multum, nam non petita restitutione potest actor iterum agere, & probare debitum esse verum per veras probationes quod secus est, si esset absolutus restitutione petita, quia tunc nō posset iterato agere, obstante exceptione rei iudicatæ. Ita est de mente Bar. in d. l. diuus. ff. de re iudic.

LEX IIII.

1 *Exceptio quo sententia sit lata ex falsis instrumentis, sententia executionem impedit, & soluti repetitionem, si probatur parat.*
2 *Exceptio falsitatis non admittitur ad executionem retardandam, si eius probatio altiorem requirat indaginem.*

1 *Vdicati.* Exceptio † quod sententia sit lata prætextu falsi instrumenti, impedit executionem sententiæ, & etiam soluti parat repetitionem, si probetur. Hoc dicit. In gl. in fine. Nota quod in casu isto talis conuictus per falsa instrumenta, vel falsas attestationes, si expressè consenserit sententiæ cōtra se latæ per suasionem aduersarij, nihilominus admitteretur ad petendam restitutionem in integrum, & si actor per dolum aduersarij succumbat, debet agere de dolo, & non recurrere ad restitutionem. Et si obijcitur exceptio rei iudicatæ, replicabit de dolo, vt exceptionibus. leg. qui agnitis. & de dolo. cum à te. Contra hanc leg. opponitur, quod hæc exceptio falsitatis non habet retractare executionem sententiæ, quia est iudicium summarium. leg. à duo Pio. de re iudic. in quibus non admittitur exceptio requirens altiorem indaginem. ergo, vt in l. illē à quo. §. si de testibus. ff. ad Trebellianum. ergo, &c.

Respon-

Reſponderi poteſt, quod iſte textus debet intelligi q̃ de iſta falſitate poterat conſtare incontinenti, nullo extrinſecus probato, puta patet ex actis. ſupra de execu. rei iudica. l. 2. ff. de re iudica. l. ſi cum nulla. Sed vbi non poſſet conſtare, niſi aliquo extrinſecus probato, tunc dic q̃ ſi probatio falſitatis obiectæ requirit altiorem indaginem, nõ admittitur ad retardandam executionem. l. fin. ſupra de ordine iudiciorum. ſed vbi non requirat altiorem indaginẽ, &c. Et ad hoc vide Bar. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudica. Dicitur autem requirere altiorem indaginẽ, vel non. vide in l. ille à quo. vt in poſſeſsionem legatorum. & ideo eſt cõſilium quod offerat ſe probari incontinenti de falſitate.

## *De temporibus & reparationibus appellationum, ſeu conſultationum. Rubrica.*

TITVLI. LXIIII.

Hic deeſt prima lex huius tituli, quæ incipit,
Si quis per abſentiam.

LEX II.

1 *Tempus appellationis proſequendæ de iure Codic. quod ſit.*
2 *Pars ad inſtantiæ purgationem non vocanda. & quæ ratio.*
3 *Menſis quot diebus conſtet.*
4 *Prorogatio quod à prima inſtantiæ finitæ tempore fiat.*
5 *Dies vltimus termini quod parti notus eſſe debeat.*
6 *Partis vocati quando neceſſaria, vel non.*

1 *Empora.* Diuiditur principaliter in tres partes, quia primo loquitur, quando appellatur ab ordinario, vſque ibi, Quod ſi ab arbitro, ibi. Secundo, qñ à delegato, vſque ibi, Illud etiã, ibi. Tertio remouet dubium circa prædicta ſuprà. Iure iſto appellans à ſententia ordinarij habet nouem menſes ad appellationem proſequendam, quibus tranſactis reparatio trium menſium poteſt à principe impetrari etiã parte nõ citata. Appellans vero à delegato principis habet nouem menſes tãtum. ſ. iure iſto, quibus tranſactis ſine vlla reparatione mãdatur ſententia executioni, ſed appellans à ſententia alterius delegati, quam principis, habet ſolum quinque menſes. Iure iſto & contingentia circa cauſam appellationis poteſt iudex ſupplere etiã nemine poſtulante. Hoc dicit tota iſta lex. Et adde hic, q̃ eſt multiplex tempus, vt l. ſi appellationem. ſupra titulo proximo. Et hic loquitur de tempore proſequendi non appellandi. Et vide ſic per Bart. Nota, q̃

2 hic loquitur de tempore proſequendi. In textu, ibi, *nec ad uerſarium.* Nota ad prorogationem inſtantiæ non oportet partem vocari. & ſic eſt contra leges quæ dicunt, q̃ qñ agitur de alicuius præiudicio, debet vocari pars. Sed ratio huius eſt, quia per hoc pars non multũ læditur, vel non læditur, & ſic apparet, quod in iſta prorogatione nõ requiritur cauſæ cognitio, quæ alias requireretur vt leg. nam ita diuus. & leg. de vnoquoque. de re iudicata. Nota quod† menſis hic appellatur 31. dierum. In gloſſ. *reparationem.* ibi, *l. proxima.* & dic melius, vt ibi notatur, & ibi videbis, quod nihil innouat. In gl. *temporalem.* circa fi. Nota ex gl.

4 quod † prorogatio fit à tempore finitæ primæ inſtantiæ.

5 Nota text. ibi, *ſed notus omnibus dies.* quod vbi† pars vult aliquid expedire vltimo die termini nõ expedit, q̃ faciat aduerſam partem citari, quia debet eſſe notus parti: ſecus ſi intra terminum vellet facere aliquid, quia tunc habet neceſſe vocari partem. Caſus eſt hic à contrario ſenſu. Circa

6 hoc vide† quod ſcripſit Barto. de verborum obligatio. l. q̃ ante Calendas. vbi dixit, q̃ ſi terminus eſt ſtatutus ad aliquẽ actum momentaneum, puta ad comparẽdum, vel ad reſpondendum poſitionibus. dicit, q̃ debet cõparere in vltima parte termini, & ſi aduerſarius abeſt, non debet licẽtiari per iudicem, imo debet comparere qualibet hora, qa totus terminus cedit vocato. Sed ſi ſit aſſignatus ad expediendum, aliquid non momentaneum, ſed ſucceſsiuũ, puta ad probãdum, tunc oportet expectari aduerſarium. Dicit tamen quod eſt vtile quod debeat morari ad actus, puta ad videndum examinari teſtes, &c. & allegat caſum in l. ei qui. infra eodem. Et ſic collige ex his dictis, quod in actu ſucceſsiuo non eſt neceſſaria partis vocatio. Quod nota, quia facit ad multa.

1 *Dilatio à delegato à principe maior quam ab alio eſſe debet.*
2 *Menſis quot diebus conſtet.*

§. *Quod ſi ab arbitro.* Summatus eſt cum præcedenti proximè. In textu ibi, *numerẽtur.* & ſic in effectu erunt quinque menſes. Et hoc textu nota, q̃ maior1 debet eſſe dilatio à iudice delegato à principe, quam ab alio, vt hic, aliter tñ prouidetur per authenti. Nota hic, & ſupra in parte præcedenti, quod menſis† dicitur habere de iure 31. dies. In hoc tamen iura variare videtur, nã alibi non videntur attribui mẽſi dies triginta vnum integri. de regulis iuris. l. vbi lex. Alibi ſimpliciter terminatur eſſe menſis triginta dierum. ſuprà de iudicijs. authentic. Iubemus. ſupra de iure deliberandi. l. fin. in §. ſinautem dubius. & extra de electio. c. quã ſit lib. 6. Quandoque menſis appellatur vigintiquinq; dierum. ff. ſi certum petatur in l. lecta. Pro quorum cõcordantia poteſt dici (vt puto) quod ſi loquamur de menſe per reſpectum ad totum annum, tunc intelligitur menſis prout occurrit, ne tempus anni egrediatur, quod eſſet multũ abſurdum. & de quo termino vide in l. cum hæres. §. Stichus ff. de ſtatuliber. Sed ſi loquamur de menſe per reſpectum ad vnum menſem, vel duos, vel tres, tunc ſi de menſe fiat mentio in principio ipſius menſis, tunc intelligitur prout occurrit. argumentum, de verborum obligationibus. l. eũ qui Calendis. & leg. liber homo. §. decem eodem titulo. Si autem de eo fiat mentio intra menſem, tunc ſi menſis eſt declaratus à contrahentibus, illud ſeruatur. Ita intelligo caſum in dicta l. lecta. Sed ſi non eſt declaratus à contrahẽtibus, tunc attẽdetur an agatur de fauore, an de odio: quia ſi de fauore, tunc ſi talis fauor exigit celeritatẽ, intelligetur menſis vigintiquinque dierum. Ita poteſt intelligi dicta l. lecta. vel triginta, vt in alijs iuribus primo allegatis. Sed ſi fauor exigat dilationem, intelligitur triginta vnum dierũ, vt in dicta l. vbi lex. & ita põt intelligi de teſtibus. Si vero agatur de odio, dic ſemper tempus dilatãdum. Facit quod notatur in l. tertia. §. minorẽ. ff. de minoribus. Iis adde notabilẽ glo. extra de electionibus. ca. quam ſit. libro. 6. quæ dicit, quod ſi vigeſima vel vigeſimaprima, huius mẽſis ſtatuatur dies ad probandum, terminus menſis in 21. menſis ſequentis finietur. Adde etiã q̃ dixit Cynus de teſtamentis. l. qua ætate. ff. vbi dixit, quod tẽpora computantur ciuiliter per dies, non per momenta. Qd̃ eſt notandũ.

1 *Actus quo die expediendus, quando vltimus termini dies in feriatam labitur.*

*Illud etiam.* Summatus eſt cum principio huius legis.

1 §. Nota, q̃ † vbi vltima dies termini incidit in feriatam, p̃cedens dies debet inſpici, id eſt, actus debet expediri præcedenti die. Sed contra hoc videtur caſus in l. ſed & ſi per prætorem. §. ſi feriæ. ff. quibus ex cauſis maiores. & de dolo & contumacia. cap. contingit. Pro quorum veritate conclude, q̃ quandoque ſtatuitur terminus, in quo aliquid fiat, quãdoque ſtatuitur terminus intra quem aliquid fiat. Primo caſu dic, q̃ ſi illa dies vltima cadat in feriatam, pars debet illa die ſe præſentare, non vt procedat, ſed vt ſequenti die non feriata agat. Ita probatur extra de accuſationib. capitu. veniens. Et not. Innocen. de feriis in capitu. fina. Et hæc comparitio impediet proceſſum fiendum, tanquam contra contumacem, ſed non impediet effectum iam conſummatum, propter eius contumaciam. extra de dolo & contumacia. capitulo dilecti. & in dicto capitul. veniens. Secundo caſu, quando eſt ſtatutus terminus intra quem fiat, dic, quod ſi vltima dies termini cadat in feriatam, debet actus expediri die præcedenti, vt hic. Vt tamen notetis vnum, quod ſi illa feria occurens non fuerit ſolennis, ſed repentina, iſte poterit petere ſe reſtitui. Ita intelligo caſum in dicta l. ſed ſi per prætorem. §. ſi ferię. De quo vide per Guliel. de citatione. §. primo. verſi. item excipitur. de dilatio. §. 1. verſi. Sed pone.

Authent.



AVTHEN.

1 *Tempus appellationis proſequendæ de iure authenti. quod ſit. & num. 5.*
2 *Tempus appellationis proſequendæ an minui poſſit. & nu. 4.*
3 *In cauſa appellationis quod lite conteſtata, & vna parte abſente, altero vero inſtante procedi poſſit.*
6 *Tempus appellationis proſequendæ an de conſenſu procuratoris prorogari poſſit.*
7 *Fides de impedimento qualiter fiat, quando ad proſecutionẽ appellationis biennium datur.*
8 *Sententiam deſertam eſſe vel non, cognoſcere, iudicis à quo eſſe.*
9 *Contumax quis habendus reo in duobus primis terminis comparente, in tertio vero actore.*

1 *Equi.* Hodie tempus† appellationis proſequendæ eſt annus & ex cauſa biennũ, & ſi appellator eſt abſens, põt appellatus, iuxta finẽ tñ, cauſam proſequi: econtra vero abſente appellato, appellator proſequitur indiſtinctè, & neutro veniente remanet firma prima ſententia, debet tamen ſemper abſens in expenſis cõdemnari. Hoc dicit. Inte. ibi *impartitur.* Dic, & hic ipſo iure. In te. ibi *rata manet ſententia.* Iſto modo vtitur te. extra de app. c. cũ ſi Roma-

2 na. & ibi† bona glo. an hoc tempus poſsit minui. In te. ibi,

3 *condemnato*, &c. In cauſa appellationis† põt procedi parte abſente, & lite non conteſtata, altero tñ inſtante, alias ipſo

4 iure remanet firma prima ſententia. Vides, quod hic primo ſtatuit annũ pro primo fatali, & iſte terminus põt augeri & minui ex cauſa, vt in c. ſi Romana. & c. oblatæ. & c. ex tenore. de app. Et facit iſte te. ad not. in Spe. de app. in §. nũc breuiter tranſcurrẽdum. ver. licet aũt datur annus. De quo tangam in auth. ſeq. Nota tamẽ, q̃ vbi pẽdet terminus ſtatutus à iudice, vel à partib. non eſt licitũ parti impedire iudicẽ ſuper iſta cauſa appellationis, vt Inn. de app. ca. ſępè. Secus eſt pẽdẽte iſto termino legali anni. vel biennij, vt in

5 d. c. oblatæ. Et adde† quod notat gl. ext. de app. c. quanto de mũ eſt addendũ, q̃ ex iuſta cauſa vẽ indulgeri ſecundus annus. q̃ intellige vt ſtatim dicã poſt gl. Et quæ dicatur iuſta cauſa, vide per Inno. extra eo. c. ex rõne. & vide quod dicã

6 in l. fi. §. illud. j. e. Alibi dubitat Inn. nunquid iſte terminus anni poſsit ex conſenſu procuratoris prorogari? Vide per eũ extra de officio delegati. c. cũ olim. primo. Et quia hic datur annus, & ex cauſa biennũ. i. ſubſiſtente impedimẽto

7 quo ſiet fides de impedimento? Et qualiter† fides fiet, dixit Gul. in illo ſit. de app. §. nunc breuiter tranſcurrendum. ver. quid ergo q̃ ſufficit per iuramẽtum. Io. An. ibi, in additio. dicit, q̃ hoc procedit, qñ agitur à remotis, ſed ſi agatur de propinquo, tũc debet impedimentũ denuntiari procuratori, vt ipſe dicit. Super hoc de impedimẽto, vide Io. And. qui dicit, q̃ hoc ſit arbitriũ. Ita dixit de dolo & contumacia in c. 1. lib. 6. in nouella. Demum hic vides, q̃ ſi non fiat profecutio, rata remaneat ſententia. Quid autem ſi cauſa non terminetur intra terminum datum ab homine, an remanet firma prima ſententia, ita quod deferatur prima ſententia? Vide Inno. de app. c. pſonas. Adde etiã quod notatur in ca. cõſtitutus in pſentia. extra de app. & ibi vide gl. q̃ arguit. In gl. *manet ſententia.* ĩ fi. Ex iſtis cõclude, q̃ cũ lex primo decernat annũ primo, & ex cauſa ſecũdo bienniũ q̃ ſi incipiet cauſam tali tẽpore anni, & vnũ quid occurrit, pp q̃ non potuerit expedire cauſam, quod valet ſententia.

Deſunt aliqua.

Secus eſt qñ ſubuenitur ei per reſtitutionẽ in integrũ, tũc nũquã reſtituit, niſi tñ, quãtũ amiſit, vt l. ab hoſtibus. ex qui. cau. ma. quã allegat in §. fi. In gl. *vnius menſis.* ibi *ſed certè.* Quid in hoc dubio tenẽdũ? Dic, & rene primã partẽ, q̃ poſsit ẽt ante pp verbũ, fortè, q̃ ponit ĩ corpore. q̃ hic renet Iac. But. qui dicit, q̃ prima opinio eſt vera. *Si iudici vi debitur.* Dic quod hoc poteſt intelligi iudici commiſſum, qui conſiderabit an fuerit diligens in anteriori anno, vel non. Et ita percepi ſentire Iaco. de Bel. in corpore. & tunc faciet expectare vſque ad finem menſis. alias ſecus. De hoc dubio vide Innoc. in capit. ex ratione. de app. & in d. c. oblatæ. & non videtur bene firmare, inclinat tamen, q̃ poſsit, vt ibi per eum videre potes. In gloſſ. *in omni caſu.* Nota ex hac gl. q̃ licet quis obtinuerit, in cauſa principali,

8 condẽnatur in expenſis. Hæc† litera dicit, appellatione deſerta remanet prima ſententia. Pone q̃ cõparet appellatus & petit executionem ſententiæ à iudice à quo, comparet alius dicens, domine non poteſtis exequi quia pendet appellatio, replicat alter, quod fuit deſerta appellatio, an iudex à quo poterit cognoſcere an fuerit deſerta? &c. Vide notabile verbum Innoc. q̃ iudex à quo, de hoc poterit cognoſcere. Ita notatur in d. c. conſtitutus. extra de app. Extra glo. ſ. aduerte, quia† dixit Iac. de Are. in l. prætor. §. fi. de ope. no. nun. quod ſi aliquis eſt citatus, vt compareat intra ſex dies, quorum duos pro primo, duos pro ſecũdo, duos pro tertio, & peremptorio aſsignauit, & in primo & ſecũdo comparet reus, & non actor, in tertio comparet actor & non reus, quod reus dicitur contumax, quia in vltima mora. ¦ Et idem tenuit Guliel. in Spec. de citatione. §. viſo. verſi. quid ſi in primo. Sed Bar. tenuit contrarium in l. qui ante Calendas. de verb. obl. per l. & poſt edictum. ff. de iudic. vbi per comparitionem rei ſtatim circunducitur edictum. Et idẽ ſenſit Io. And. in dicto ver. quid ſi in primo. in additionib. vbi dicit, q̃ per primam comparitionẽ tres illæ dilationes ſunt cõſumptę. Sed pro prima opinione dico, q̃ hic eſt caſus. Nec obſtat l. & poſt edictum. quia ibi fuit vnum edictum tantum, & ideo ſi reus comparet in illo, & non actor, circunducitur edictum. Sed in quæſtione propoſita edictum habuit tres dilationes, ideo ſinguntur tria edicta. l. tres denuntiationes. ſupra quomodo & quando iudex. licet ergo circunducatur quo ad vnam dilationem pars illius edicti, vt ibi, nõ tamen circunducitur quo ad aliam, vt hic.

AVTHEN.

1 *Tempus appellationis proſequendæ pendente inter partes cõpromiſſo non currit. Item nec ſi partes expreſsè non curre re conſenſerint: ſecus ſi tacitè, nu. 2. & 3.*
4 *Appellationis cauſa etiam pendente compromiſſo terminari poteſt, ſi in dilatione periculum immineant.*
5 *Intellectus auth. & cle. quandiu. de appella. & nu. 6.*
7 *Partes litigare dicuntur etiam eundo ad arbitrium.*
8 *Iuriſdictio iudicis cauſa per compromiſſum non expirat.*
9 *Arbitri & iudicij differentia.*
10 *Tempus ſtatutarium intra quod appellationis cauſa clauda tur, an per partes iudice aſſentiente prorogari poſsit.*
11 *Statutum vt in cauſa locus non ſit, partes facere non poſſe.*
12 *Appellationis tempora ſunt magis odioſa quam primæ cauſæ tempora.*
13 *Appellationis tempora quando partes prorogare volunt, quo verbo vti debent.*

1 *Si tamen in medio.* Tempus† datum à iure ad appellationẽ proſequendam, non currit pendente compromiſſo inter partes. ita poteſt allegari. Hoc dicit. Iſte textus ſuſpendit curſum temporis, quãdo itur ad compromiſſum. Add-

2 e idem, ſi partes† expreſsè conſentiant, tempora non curre. Et hoc eſt quod hodie per Clemen. quandiu. extra de appellatio. additur, & bene expreſſo conſenſu, quia ſecus ſi ex tacito conſenſu partium ſuſpendatur iſte curſus, qa tunc tempus curreret. Additur & aliud per illam Clemen.

3 quia hæc lex loquitur de termino iuris tantum, illa† prouidet etiam de tempore dato ab homine, quia etiam ſuſpenditur hoc tempus per appellationem, ſicut & tempus datũ

4 à lege. Addit & aliud per illam Clement. quod† ſi iudex videt in dilatione periculũ imminere, poteſt iudex mãdare quod cauſa terminetur, non obſtante cauſa compromiſſi. Exemplum in cauſa damni infecti, & etiam matrimonijs.

5 Adde q̃ † iſte textus, & illa Clemen. loquuntur in inſtãtia cauſæ appellationis, vnde non habent locum in inſtantia cauſæ principalis. Et eſt ratio diuerſitatis, quia in lapſu inſtantię cauſæ principalis non eſt tñ periculum, ſicut in lapſu cauſæ appellationis, quia ĩ cauſa appellationis nõ habet remedium, in cauſa principali ſic, refectis expenſis, &c.

Hæc

Hæc est doctrina canonistarum & legistarum . Quæro
an hoc tempus currat pẽdẽte compromisso ipso iure, an
restitutione impetrata? Inno. variat in relatione opinio-
num.de appellationibus.c.ex ratione. Dic ꝙ hodie non
currit ipso iure.& ponderat tex.in Cle.prędicta ibi,curre
6 re nolumus. Quæro an iste tex.habebit locum etiã in tẽ
pore ad appellationẽ interponendã? Paulus de Leazaris
dubitauit in Clem. prædicta,& tenuit ꝙ ista decisio non
habet locũ in tempore ad appellationẽ interponẽdam,sed
prosequendã sic,quia tempus datur parti grauatæ ad suspẽ
dendum grauamen, sed tẽpus prosecutionis cõcernit cõ
modũ vtriusque, ideo vtriusque cõsensu faciat cursum il-
lius tẽporis dormire . Alia est etiã ratio.Decem dies ad ap
pellandum dantur ad tranferendam cognitionem causæ
ad superiorem appellationis remedio.non aũt ad litigan-
dum,sed vadens ad arbitrum non appellat, nec transfert
causam,nec aliquid facit quod sit loco appellationis , sed
tempus prosecutionis datur ad litigandum,partes autem
7 †dicuntur litigare cum vadunt ad arbitrum. Et sic hæc au
then. habet locũ in tempore prosequendę appellationis,
& non interponẽdæ,sicut in d.Cle.quandiu.Probat hæc li
tera ꝙ non obstãte compromisso,primus remanet iudex.
sed cõtra de l.sed si seruum.§.fi. cum duabus sequentibus.
ff.de arbitris.vbi amplius se non intromittit,&c. ergo idẽ
8 videtur hic dicendũ.Sed respondeo quod† per cõpromis
sum non expirat iurisdictio iudicis causæ,vt hic,& d.Cle.
quandiu . siue esset iurisdictio ordinaria siue delegata,sed
per vnum cõpromissum bene expirat aliud quod postea
sequitur.Ita loquitur contrarium:similiter & iudiciũ po-
stea habitum,saltem lite contestata vt ibi. Diuersitatis aũt
9 quæ põt esse rõ? Dic,quia† arbitriũ appellatur voluntariũ,
ideo ab illo põt nuda voluntate discedi,sed iudicium ap-
pellatur necessariũ, & reddit in inuitũ. vt l.inter stipulatẽ.
de ver.oblig.& ideo per simplex cõpromissum, põt vide
ri discessum.Itẽ alia rõ,q̃a iurisdictio datur à lege,sed arbi
triũ datur à partibus.Hãc rõnem allegauit Guli. in Spe.de ar
bitro.§.sequitur.in fi. Et hæc ratio est notissima. Et facit
10 hæc authen.cum prædictis ad quæstionem,an† tempus da
tum per statutũ ad causam appellationis finiendã , possit
per partes prorogari,cõsentiẽte iudice appellationis? Quę
fuit quæstio bis disputata ꝑm Io. And.in additio. Spec.in
titu.de appellationibus.§.nunc breuiter transcurrendum.
versic. licet aũt.alias nunc vide. vbi vide.Et fuit disputata
Paduæ per Richardũ Malumbre.& incipit , Statuto caue-
tur,&c.Et fuit etiam disputata Bononię per Marti.Sylla.
& incipit,Bononiæ cauetur,&c.Et fuit etiam dubitatum
per istos disputantes,vtrum illud quod dicitur in tempo-
re legali,habeat locum etiam in statutario tempore? Et cõ-
cluserunt isti disputantes,ꝙ tale tẽpus non possit proroga-
ri,quia hoc tempus prosecutioni causæ statutũ est ob pu-
blicã vtilitatem,vt lites terminentur,vt l.properandũ. su-
pra de iud.Nõ autem versatur singularis fauor partiũ,ideo
per partium factum in hoc nõ põt dispensari, vt l.ius pu-
blicum.ff. de pactis.l.2.§.sed quia veremur.supra de iura-
mento calũniæ.Nec obstat.l.2.§.si & iudex.de iudic. quia
ibi loquitur de tempore , quod mutatur per delegantẽ ex
causa,quæ procedit ex actitatis,& ideo nimirum si partes
iura prorogant,hic aũt est tempus limitatũ à lege generali
hoc decidente,vt sit litiũ finis,nec possunt partes statuere,
11 quod† statutum in sua causa locum non habeat,vt de lega.
1.l.nemo põt.ita ipsi ambo responderunt.Plus dicit Mar.
Sylla.quod non teneret prorogatio,si iudex interloquere
tur talia tempora posse prorogari consensu partium , quia
ista sentẽtia esset nulla ipso iure,quia esset expressus error
12 in sentẽtia. Itẽ quia† tẽpora appellationis sunt magis odio
sa,quam causæ primæ,vt l.eos.in fi.supra eodem. ideo nõ
de facili prorogantur. Subdit Richardus Malum.quod tẽ
pus statuti est datum per omnia subrogatis in loco tempo
ris iuris communis , vt quibus casibus non currit tempus
à iure communi,nec tempus statuti.Item quo casu currit
de iure cõmuni,sed datur restitutio , idem erit in statuto
Itẽ sicut istud tẽpus iure cõi non põt ꝓrogari nec tempus
statuti. Aduerte tamen quod partes possunt consentire, ꝙ
supersedeatur super executione sententiæ , isto casu non
current tempora iuris,vel hominis.Ita potest intelligi ista
authen. secundum Richardum Malum.Ex istis habemus
13 consilium,quod quando partes volũt † prorogare tempo
ra appellationis,non debẽt dicere,prorogamus,sed debẽt
dicere,suspendimus, vel differimus.Huius consilij videre
meo põt esse ratio,quia q̃n dicitur suspendimus, vel diffe
rimus,cessat ratio supra dicta,ne lites sint immortales, q̃a
interim nõ litigatur,nec fit aliquid aliud pendente ista dila
tione,vt l.siue pars.supra de dilationib.Sed q̃n vtimur illo
verbo,prorogamus , tunc interim litigatores procederẽt
in causa.& sic obstat ratio l.properandũ , supra de iudicijs.
& l.si fratris . supra de transactio.s.ꝙ lites essent immorta
les,&c.Ita põt intelligi dicta Clemen.quandiu.ibi, suspẽdi
mus, alias differatur , quia primo modo q̃n dicit,proroga
mus,non valet,secus si dicat, suspendimus.Et in hoc vidi
deceptum vnum valentem doctorem,qui dixit,Proroga
mus,&c.Et ideo hoc nota.

## AVTHENT.

1 *Tempora fatalia appellationis cognitione pendente in consi-
storio principis non currunt.*
2 *Proceres qui,& cur sic dicti.*
3 *Intellectus l.Cum à nobis.C.de dilatio.*

1 SEd & lis.Pendente† cognitione appellationis in cõsisto
rio principis,non dicũtur currere tempora fatalia. Hoc
dicit, Vel sic. In consistorio principis non currit tempus.
& sumitur hæc authẽ.in corpore de appel.in 3.coll. In te.
2 ibi,*à proceribus*†.i.à nobilibus officialibus principis , qui
procedunt & præcedunt alios. Dicti sunt aũt proceres ad
similitudinem trabium procedentium vltra murum,quæ
propriè proceres appellantur,quasi vltra murũ proceden-
tes.Et de hac authent.extra de appel.c.ex insinuatione.&
ibi quasi idem dicitur ꝙ hic . Opponitur contra hunc te.
supra,de dilatio.l.cum à nobis.vbi in iudicijs causarum im
3 perialium sibi debet dari dilatio.Respõdeo,quod† ibi loq
tur in causis,quæ plenè relatæ erant ad principem, in qui-
bus nihil restabat,nisi actus sentẽtiæ,hic loquimur in cau
sa examinanda coram principe,& id eo,&c.

## AVTHENT.

1 *Fatalia non currunt,si stat per iudicem appellationis quo minus,intra tempus causa finiatur.*

1 SI *appellatione secuta* . Vbi steterit† per iudicẽ appellatio
nis quo minus causa suscipiatur, & finiatur infra tẽpus
nullum in cursu temporis partibus præiudicium irroga-
tur.Hoc dicit.Hæc sumitur ex corpore, vt sponsalitia lar
gitas.§.Hoc quoq;.In gl.*nullum præiudicium*.ibi , *nam da
tur restitutio*.Et sic vult,quod currit tempus , sed est neces
saria restitutio.Gloss.sensit contrarium in corpore , quod
imo ipso iure non currit . & in l.sed si per pretorem hic al
legata Variat Ioan. And.extra de appel.c. ex ratione. Puto
concludi posse , ꝙ non currit ipso iure per istum te.qui di
cit,nullum prçiudicium . Si.n.diceremus quod curreret,
sed esset necessaria restitutio , generaretur præiudicium.
Non obstat §.ait prætor.hic allegatus,quia ille loquitur de
præscriptione actionis,hic loquimur de præscriptione in
stantiæ.Barto. hic tenet ꝙ sit necessaria restitutio, quia di
cit,ꝙ ista restitutio dabitur sine libello,& sine alia solenni
tate , sed dicet iudex , quia talis fuit impeditus facto no-
stro , ideo pręsentem & petentem ad tale tempus restitui
mus.Ad hoc allegat,extra de offi.iudic.c. fin.

## LEX III.

1 *Ad appellationem inchoandam post tempora statuta, alia nõ
conceduntur etiam per rescriptum.*
2 *Tempora quæ per instantiarum tempora instaurantur.*
3 *Appellans in productione appellationis quod vltra instantiæ
dimidium protrahere non possit.*
4 *Tempus appellationis partes suo consensu , aut altero quodã
prorogare non posse.*

Nemo



1 NEmo.Ad† appellationem inchoandam post tempora
supra eo.in l.2.non conceduntur alia tempora,etiam
per rescriptum,& tempus appellationis introducẽdæ est
dimidia temporis ipsius appellationis exercendæ.Nota ca
sum.hic,ibi,per sacrum rescriptum,quòd non sunt seruã
2 da illa rescripta,† per quæ tempora instantiarum indebitè
reparãtur;vel restituuntur.Secundò non violãdo textum,
3 hic notatur casus,quòd appellans† non possit protrahere
in productione appellationis,& aliorum ei incumbentiũ
vltra dimidium instantię,ne aduersario tollat suas defen-
siones.Gl.tamen dicit hic,quòd hoc erat de consilio.& in
hoc destruit hunc textum. Nota hunc textum ad illã quæ-
4 stionem quòd partes non† possunt prorogare tempus ap-
pellationis per suum consensum,vt ibi,nec prætextu quo
dam altero,& ita fuit allegatum per Ricardum Malum-
bre,in quæstione , statuto cauetur , &c.de qua dixi suprà
eo.auth.si tamen.& allegaui Io.And.in Specu.de appel.§.
nunc breuiter transcurrendum.ver.licet autem.

## LEX IIII.

1 *Non allegata aut probata in causa principali,in appellatio-
nis causa & allegari & probari possunt.nu.4.*
2 *Exceptio peremptoria in principali causæ omissa,potest oppo-
ni in causa appellationis,secus de dilatoria.*
3 *Sententia prima diffinitiua quòd etiam ex nouis actis & iu-
stificetur & impugnetur.*
5 *Intellectus clemen.Appellanti.de appellat.*
6 *Probationes nouæ in causa appellationis vel nullitatis , si de
nouo emrgant,admittuntur.*
7 *Exceptiones nouas an & quando in appellationis causa oppo-
nere liceat.& numero sequenti.*
8 *Iudex appellationis primam sententiam aut approbare aut
reprobare tenetur.*
9 *Capitulum nouum quòd dicatur.*
10 *Appellatione interposita nihil innouandum.*
11 *Testiũ sola publicatio an & quãdo ꝓbationi viã præcludat.*
12 *Testis idem an & quando ante publicationem ab eodem sæ-
pius produci possit.*

PEr *hanc*.Hæc lex tria facit. Primo permittit non oppo
sita in causa principali , opponi in causa appellationis.
Secundo,ib ,Sed & si qua permittit opposita in principa-
li,& non probata probari,Tertio,ibi,Quo exercitatis,po
nit rationem prædictorum.Hoc intendit summa.Ex par-
te actoris , vel rei non opposita , vel non probata in causa
principali ex primis dependentia, & non separata,possunt
in causa appellationis opponi,& probari.Hoc dicit lex no
tabilis.In tex.ibi,*Instrumentum*.cui in dubium reuocato
1 non poterit in prima causa fides adhiberi.Nota quod† nõ
allegatum vel non probatum in causa principali,potest ꝓ
bari vel allegari in causa appellationis.Nota textum,in ver
bo,vel exceptionibus.qui videtur probare cùm simplici-
2 ter loquatur,quòd† quandoque exceptio non opposita in
principali,possit opponi in causa appellationis.Sed intelli
ge de peremptorijs,non dilatorijs,quia dilatoria non põt
opponi.l.ita demum,suprà de procuratoribus.Secũdò vi
3 de hic,quòd† prima sententia iustificatur vel impugnatur
etiam ex nouis actis,quod procedit,quando est appellatũ
à diffinitiua,secus si ab interlocutoria , in qua non potest
fieri noua appellatio,vt extrà de appellatio.in cle.appellan
ti.Ex quo dicit Bar.quòd exgrauatores non possunt nouas
probationes recipere.Et vide quod dixi in §.arbitrorum.
4 l.si societatẽ.ff.pro socio.Nota, quòd causa† non allegata
in principali,potest allegari in causa appellationis, etiã cõ
tra grauamen irrogatum per interlocutoriã.l.generaliter.
§.sin autem is cui.ibi , vel si fortè non audeat. &c.suprà de
rebus creditis.Et dicit Bald.alibi non inueniri. Non ob-
5 stat clemen.appellanti.† quia loquitur,quando directò ap-
pellatur ab interlocutoria,vel grauamine,secus. vbi indire
ctè appellando à diffinitiua,in qua discutitur de grauami-
ne præcedenti,vt ibi patet,& notatur extrà de re iudica-
ta.capi.quod ad consultationem. Alia.n.ad do limitatio-
nem,quam habeo à Dyno,in consilio.20.& incipit cõsi-
lium,Super quęstione,qua quæritur,vtrum filius, &c.vbi
6 dicit,† quòd licet statutum,vel eius commune dicat, quod
in causa appellationis vel nullitatis non recipiantur nouæ
probationes, tamen debẽt recipi,si de nouo emergant qa
cum non potuerint claudi in præcendẽti iudicio,nec fru
strà oriantur,ergo possunt de nouo allegari,argumento de
conditione sine causa.l.si fullo . Quod est etiam notandũ
ad limitationem illius cle. Et quodlibet istorũ puto verũ
licet canonistæ fortè dicent contrarium.In gl.in verb.*ad
7 nouum* in principio *quod non placet*.† Hoc dictum est du-
plex,respectu rei & respectu actoris.Gl.simpliciter repre
hẽdit istud dictũ.Vnde si intelligat respectu rei extremũ,
& tunc gl.bene dicit,quòd possunt posteà opponi , vt l.2.
suprà,de consortibus eiusdem litis.& l.1.suprà,de re iudi-
cata.Sed gl.potest habere respectum ad ius agendi , & tũc
gl.non iustè reprehendit.Sed debemus aduertere, an ius
superueniat ex causa tractum habente retrò , & tunc põt
deduci,& ex eadem sententia sequetur condemnatio , vt
l.si rem.§.fi.ff.de pignoratitia actione.& l.sed si non mor-
tis.de inofficioso testamento.Secus aũt si superueniret ex
noua,quia tunc ex eadem instantia non potest sequi cõdẽ
natoria,vt l.non potest.& l.non quemadmodum ff.de iu-
dicijs.& vidistis de hoc aliquid tractatum in l.1.§. de sent.
quæ sine certa quantitate prolata est.In gl.ea.ibi, *aliqui di-
cunt*.Hãc secundam gl.approbat I.& scribentes approbãt,
aliter tamẽ dicũt.In eadẽ gl.ibi,*cum exceptio pendeat*. Hęc
opinio potest seruari pro parte, scilicet inquantum sunt
loquuti de actione,non de exceptione.Ratio ergo huius
est,quia actor compellitur in actione proposita persistere
vt in anth.qui semel.suprà,quomodo & quando iudex.Si
ergo in principali deduxit quod vi aut clam &c. non pote
8 rit inchoare nouũ iudicium.Iudex† enim compellitur pri
mam sententiam confirmare,vel infirmare , quod facere
non potest in noua causa.Habet ergo locum in iure exci-
9 piendi,nõ agendi.Quidã vt Iaco.de Ra.dixit aliter.ꝙ il-
lud debet appellari nouum capitulũ,q̃n sententia lata suꝑ
primo,nõ parit exceptionem rei iudicatæ suꝑ secundo,
antiquo capitulo,alias secus . Et est ratio secundum eum,
quia ex quo sententia parit exceptionem rei iudicatæ in se
cundo,lex subuenit appellanti,quasi dicat,quia lex consi
derauit quòd illa res iudicata obest ei,ideò vult ei subueni
re.Hoc tamen dictum non videtur tutum,quia cõstat, ꝙ
in causa appellationis potest allegari noua causa , in qua
sententia lata in prima non pariat exceptionem rei iudica
tæ.Casus est in d.l.si rem.§.fi.iuncta.l.seq.de exceptione
rei iudicatæ.In ead.gl.in fi.Bart.& alij vtuntur alio modo
extra gl.& dicunt,quòd ex parte actoris omnis intentio,
vel articulus coadiuuans exceptionem propositam , dici-
tur pertinere ad antiqua capitula,ideò super illo semper
admittitur probatio,aliàs vbi non coadiuuat actionem ꝓ
positam,non dicitur pertinere,ideò super illo non potest
fieri probatio,sic & ex parte rei omnis exceptio quę respi
cit actionem propositam,dicitur pendere ex antiquis capi
tulis,ita quòd potest fieri probatio super illis.Et secundũ
istum modum dicit hic Bar.possunt intelligi omnes opi-
niones hic relatæ.& dixit hanc doctrinã ꝓbari ꝑ l.fi.ff.ꝙ
cũ eo.vbi ẽt ex noua causa iudex appellationis confirmat
vel infirmat ex nouis appellationibus,& ꝓbationibus,l.
Aemilius.ff.de minoribus.Tene ergo dictũ gl.ꝙ est cla-
rissimũ,vel ꝑm ꝙ dicũt doctores vt s. ꝓximè dixi. In gl.
in ver.*sed & si qua*,ibi.*fallit*.id est ista est q̃dã innouatio,q̃
10 ꝓmittit.Tu dic ꝙ† appellatione interposita nihil debet in
nouari ꝑ partẽ, vt ibi,vel etiã ꝑ priorẽ iudicẽ,sed ꝑ iudicẽ
appellationis bene põt innouari,vt hic , & l.in offerendis.
in fi.suprà,tit.ꝓximo.Nos loquimur de ꝓbatione fienda
post publicationẽ,& di dicita testificata, & sic intelligam'
regulã §.si verò.in illo.n.casu ꝓpriè cadit timor suborna-
tionis.In glo.eadem.ibi,*alij dicunt* . Hanc reputo bonam
& tunc. In glossa eadem . Si intelligimus testificata,
hoc non habet dubium,quia adest timor subornationis.

Quidam plus dixerunt, quod sufficit quòd pars scire potuerit, quod præsumitur eo ipso, quod habuit copiam pro
11 bationū. Alij dixerunt, quod sola publicatio testium non præcluderet viam probationi, quia non insurgit timor subornationis. Hoc sequitur Guli. in Spe. de proba. §. satis vtiliter. ver. quid si publicato. Hanc opinionem firmat gl. de testib. c. constitutis. 2. refert ibi. Sed Io. And. in d. c. constitutis. dicit, q Clemens in hoc tenebat contrarium, per c. tamen. & c. constitutis. & c. de testibus. Per illa iura Clemens defendebat, quòd sola publicatio sufficit. Pro hoc dicit, quòd sufficit ita scriptum, vt 6. q. 3. ita scriptum. In hāc partē inclinat Hostiēsis in summa. eo. tit. §. & vtrum. ver. dicas igitur. Et hanc partem Clementis, & Hostiensis, Io. And. putat veram. Dicit tamen, quòd dictum Guli. & gl. in c. constitutis. posset esse verū, quando iudex me inscio faceret publicationem, quia talis publicatio non impedit nouam probationem. Per hoc non videtur mihi cessare timor subornationis, & per hoc non mihi videtur in omnibus bene concluſum. Dico ergo, quòd etiam si me sciēte fuit facta publicatio, absque eo quod legerentur attestationes, verbalis tantùm publicatio, licet me præsente & sciente non lectis attestationibus, Dico quod non sum exclusus à probationibus. Ita intelligo dictum Guli. & gl. in c. constitutus. videlicet, quòd non noceat quo minus non possit probare. Sēd vbi sunt lectę attestationes coram partibus scientibus & consentientibus, tunc noceret. Et ita intelligo dictū Ioā. & aliorum. Dicit gl. quod idem testis
12 poterat. Quærotan idem testis possit ab eodem ante publicationem produci super eodem articulo sæpius? Videtur textus in d. c. cōstitutis. ad fi. & eo. titu. c. cùm causam. Guil. in illo §. satis. vtiliter. ver. sed nunquid. dicit quod idē testis nunquam potest sæpius induci, nisi ex aliqua noua causa, si forte prius productus, non fuit de omnibus recordatus. in authent. de testibus. §. quoniam non multi. vel si non fuit plenè examinatus. eo. tit. cùm clamor. & c. p tuas alias testis posset vt suspectus repelli, qui sæpius super eodem facto producitur, vt ff. de testib. in l. produci. Publicatio ſm articulum quæstionis repellitur. Nunquid sicut publicatio repellit, ita repellit renuntiatio facta per partem? Dicit Inn. de testibus. c. cùm venisset. notabiliter, quòd si pars renuntiauit productioni, vel testibus super aliquo speciali articulo, super illo amplius non debet audiri, etiam in causa appellationis, vt in c. constitutis. 2. ad fi. de testib. & quantum ad hoc dixit, quòd non est differentia inter causam principalem, & causam appellationis, sed si generaliter fuit renuntiatum, quia renuntio productioni quā possum per testes, tunc hac renuntiatione non obstante poterunt testes super nouis capitulis dependentibus à primis produci. Allegat eo. ti. de testibus. c. fraternitatis. quia generalis renuntiatio in causa principali, non extēditur ad causam appellationis, quæ est alia à prima. Partes enim nō videntur hoc egisse, nisi hoc exprimatur, secundum eum. Bene facit l. fi. ff. e. Et rō diuersitatis, & hui⁹ distinctionis est, quia quando renuntiatio est generalis, ista recipit solam instantiam, quia non potest aliud respicere postquam est facta simpliciter. sed instantia causæ appellationis est alia à principali, vt l. ita demum. allegata suprà, ergo &c. Sed quando fit super certo articulo, tunc non concernit instantiam, sed solū articulum. Constat autem, quòd ille articulus semper est idem, siue in principali, siue in causa appellationis. Subdit tamen ibi Inno. notabiliter, quòd si aliqua causa mouet iudicem maximè delato parti iuramēto, q hoc nō petit calūniosè, ipse credit, quod iteratò possit testes producere. Facit in auth. de testi. §. quoniā multi. vbi etiā eo casu post conclusionē admittitur productio testium, quæ tamen conclusio est plus quàm testium productio. Adde prędictis notabilē gl. Inn. de testib. c. per tuas. quòd si testis fuit examinatus, & non interrogatus super eo, qđ fuit examinatus, imputaē examinatori, qui non interrogauit eū. Vnde iudex debet eū repellere. In gl. ea. in fi. Tu dic quòd prima opinio allegata est verior, quā tenuit Inn. & Ber. & alij, extrà de testib. c. fraternitatis. Et est hæc decisio clara, de testib. in clem. Testibus. Et dicit Io. And. huic rationi nō valet respondere Legista. Et est ibi decisum, & ita debemus tenere. Posset hic addi, quòd habetur canon de testibus, in c. præsentata.

LEX V.

1 *Tempus appellationis inchoandæ quod ex iudicum diuersita te varium erat, hodie variatur ex locorum varietate.*

*Cum anterioribus.* Hæc lex in prima sui parte corrigit l. 2. supra. eo. ti. in ea parte, qua in primo fatali dabat indistinctè sex menses. nam hic non dat indistinctè, sed ex varietate locorū. Quandoque dat sex menses, quandoque
1 tres tantum. Potest tamen sic summari. Tempus sex t mē sium ad inchoandum appellationem, quòd olim erat variū ex diuersitate iudicum, hodie variatur ex varietate locorū. Hoc dicit prima particula vsque ibi, & cùm anteà. In textu ibi, *siue semestre.* Dic, de quo in principio huius legis. In textu ibi, *siue tres*, de quibus suprà proximè dixi.

1 *Appellationis interponendæ terminum vnum decem dierum hodie tantum dari.*

§. *Et cùm dari.* Hic corrigit dictam legem secūdam in ea parte, qua statuerat, q post quinq; fatales sit deserta appellatio, & amplius non audiret appellator, hic. n. addit, vt etiam si veniat post vltimum fatalem intra quinque dies debeat appellator audiri, & sic erunt hodie decem dies fa
1 tales. Et in summa potest comprehendi sic. Prō quinque fatalibus, qui olim competebāt, per hanc legē hodie vnus tantū fatalis terminus decē dierum cōstituitur. hoc dicit. Et ad constituendum moueri videtur, quòd in consistentibus, in cursu temporis propter lapsum memoriæ, quæ in homine labilis est, ideo poterit quis de facili decipi.

1 *Appellationis intimandæ tempus in principis consistorio, hodie vnius anni esse.*

§. *In ys autem.* In hac parte loquitur de tempore adintimandam causam appellationis, & corrigit hic l. in offerendis. supra titulo primo, in eo, quod ibi dicebat, causam appellationis intimandam intra biennium in consisto-
1 rio principis. Statuit ergo t tempus ad appellationē intimā dam in consistorio principis, quod olim erat biennij, sit hodie solum anni, nedum appellanti, sed etiam appellato. Hoc dicit in terminis, & in summa hęc pars.

1 *Appellationis ventilandæ in principis consistorio nullum tempus constitutum.*

1 §. *Si tamen in nostro.* In causa appellationis t ventilanda in §. cōsistorio principis propter eius varias occupationes, nullum tempus statuitur. Hoc dicit. In text. ibi, *in eodem die.* Dic, id est, intra annum.

1 *Appellationis tractandæ alio quam in principis consistorio tempus annus est, & ex causa biennium.*

2 *Sententiam in causa appellationis, etiam lite non contestata fieri posse.*

3 *Litem contestatam in causa appellationis sola citatione fieri.*

4 *Procurator si appellationem prosecutus fuerit, an domino imputandum sit?*

5 *Appellantis iuramentum ad infirmitatis impedimentum probandum sufficere.*

6 *Appellationis desertione sententiam primam etiam nullam firmam manere. & nu. 7.*

8 *Appellationis prosequendæ tempus quando currat.*

9 *Querelæ non appellationi locus est, quando dissimulatione, vel negligentia iudicis pars grauatur.*

§. *Illud etiam.* Hic est alia pars legis tertiæ, quæ loquitur de tempore, quod datur ad exercendam appellatio-
1 nis causam, & etiam finiendam alibi, quam in consistorio principis. Et potest sic summari. In causa t appellationis, alibi tractanda, quàm in consistorio principis, datur annus, vel ex causa biennium, quo lapso, etiam absente appellato, potest appellator prosequi, & ex lapsu talis temporis prima sententia dicitur remanere firma, & in causa appellationis potest etiam absque litis contestatione



testatione ferri sentētia. Hoc dicit vsque ibi, Cui cōsenta
2 neū. Nota primo hic specialeſin causa appellationis, quod sententia possit ferri lite non contestata. Quod Gulielm⁹ intelligit esse verum quando altera pars est absens, secus si vtraque esset præsens, quia tunc secundum eum debet fieri contestatio. Ita notatur in Speculo de appellation. §. de officio. ver. sed qualiter. Hoc etiā sentit glossa in cap. inter posita, in fi. & cap. per tuas. extrà de appellationibus. Vide etiam gl. de testamen. in cap. Rayn. & Gulielmum in Speculo. de libellorum conceptione. §. nunc videndum. versi. sed nunquid in causa appellationis. Adde etiā Iacob. Butrigarium, & ad hoc l. si omnes. suprà si vt se ab hæreditate abstin. Adde etiam, quòd hic videtur aliud speciale, scilicet
3 quòd t per solam citationem dicatur lis contestata, & tunc causa appellationis ex tunc exordium appellationis suscipiat, de quo hic in gl. super verbo, Exordium. Nota istam literam ibi, *vel aliam inexorabilem causam.* quam induco pro causa contra Gulielmum, qui dicit in Speculo de appellation. §. nunc breuiter. versi. item quid si pars. quòd si
4 appellans t intra annū misit procuratorem, & ille non fuit prosecutus, hoc imputabitur domino. adeò enim tenetur dominus, quòd nō excusatur, nisi & procurator prosequatur, sciiicet, causam appellationis. l. si p̄curatorē. §. si ignores. alias, si tutores. ff. mandati. ibi, non sunt igitur, &c. Pro hoc etiam facit rō vltra istum te. quia si dominus intra terminum ordinauit procuratorem, & eum misit ad prosequendū, qui decepit mittentem dominum, nulla videtur æquitas suadere hoc imputari domino l. qui manumittere. §. fi. ff. quibus ex causis maior. Et hoc videtur de mente Archidiaconi in c. t. ne sede vacante. lib. 6. Pro concordantia tñ opinionum forte dici potest, quòd si procurator non esset soluēdo, tūc appellans posset restitui ad causam, alias non, sed deberet agi contra procuratorem, secūdū notata in simili, in l. t. in fine. ff. quando appellandum sit. Et aliquid tetigit gl. suprà titulo primo, auth. hodie. Addo, qd
5 tautem si iste fuit infirmus intra annū, nec potest hoc impedimentum probari? Dixit Gulielmus, quòd sufficiat p prium iuramentum ipsius appellantis, in d. §. nunc breuiter. ver. qd ergo. Facit de excusationibus tutor. l. scire oportet. circa medium. & extrà quod metus causa. in c. fi. considerata tamen qualitate personæ, & ibi dicit Clemētē quatum sic p̄cepisse auditoribus obseruari, & quod sic seruāt in causis per appellationem ad curiam deuolutis, in quib⁹ nō potest iuris rigor per omnia obseruari. Sed Ioan. Adre. ibi in additionibus dicit hoc procedere, quando agitur in remotis, ita q esset difficilis p̄batio, secus si de p̄pinquo,
6 vt dixi suprà eo. aut. ei qui. vbi vide. Vides hic, quòd t p defertionem appellationis, quis dicitur cadere de appellatorio iuuamine. & suprà dixi, quòd prima sentētia remanet firma. Secundum hoc videtur quòd iudex primus cognitionem reassumat. In quo conclude, quòd iste textus procedit, quando prima sententia fuit diffinitiua, vbi autē fuit set ante diffinitiuam, tunc iudex à quo, reassumeret cognitionem, & procederet in causa principali, extrà eodem, c. personas. & cap. cum sit. & cap. sæpè. Dixit tamen Paulus de Leaza. in clemen. sicut quod hoc posset procedere, nisi iudex detulisset appellationi, quia tūc p defertionem appellationis non reassumeret cognitionem in principali, nisi fuisset ei facta remissio per iudicem ad quem, extrà de appellationibus. c. cùm appellationibus. Hoc vltimū non videtur de iure tutum, quia ca. cum appellationibus. loquitur in casu defertionis, scilicet, quādo iudex detulerat, quo casu tantum operatur delatio iudicis quo ad transferendā iurisdictionem ad superiorem, quantum iusta appellatio sine delatione. Si iusta appellatio transferat iurisdictionē ad superiorem, tamen non durat plus, nisi quantum durat tempus appellationis. Sed quando est deserta appellatio, reuertitur iurisdictio ad Iudicem ad quem, extrà eo. c. vt debitus. & eodē tit. c. Roma. ad finem, libro sexto. Itē pondera istam literam ibi, *& ad effectum perduci.* Hic videtur
7 casus nō violando, quòd t p defertionē appellationis cōsti-
mat sententia etiā nulla, ita quòd pars omnino non audiat posteà opponens de nullitate. Ad quod facit l. 2. suprà cōmunia vbiſque iudicis. quæ firmat Io. And. in c. licet. extrà de senten. excommunic. in gl. ordina. vbi vide. Et pro ista doctrina videt casus in l. cùm anteà. de arbit. quā aliàs ad hoc allegaui. In glo. *inchoata n.* Tene hanc secundam, qđ incipiat à die interpositæ appellationis. & hæc secunda vera. Et licet in hoc opiniones plures fuerint, quas plenè prosequitur Io. And. in Clemen. sicut. de appellationibus. hodie est ibi casus pro ista. Et adde hic plura, quæ dixi
8 suprà eo. auth. ei q. Hic habes de tēpore prosequēdi, & t qñ currit, pone, statutū tēpus ad prosequēdam, an talis terminus solum prosecutionem importet, an & terminādā? Est quæstio mota p Gulielmum. in §. nunc breuiter. ver. item quid si statutus sit annus. vbi dicit, quòd satis est, quòd appellans iter arripuerit intra annum. Allegat de re iudic. c. cùm causam, de electio. capit. statuimus libro sexto. Nam terminus ad finiendam causam appellationis solum præfinitur à lege, non ab homine, vt extrà eodem, capit. cùm sit Romana. & cap. insinuatis. extrà eodem, Facit suprà eo dē, auth. ei qui. Hic vides per lapsum anni &c. Pone quòd non est lapsus annus, sed tñ est lapsum, quòd non pōt terminari causa intra annum. Dic quod imputatur appellanti, qui tantum se arctauit. Probatur extrà de officio dele. ca. consuluit. Sed nunquid iudex à quo poterit statim reassumere cognitionē? Gulielmus terminauit quòd nō, vt p batur apertè ex. de elect. c. commissa. in prin. lib. 6. Pone q pars, q appellauit, negauit se appellasse, posteà asserens se appellasse, vult p̄sequi appellationē, an poterit? Guli. in d. §. nunc breuiter. vers. sed pone. dicit, quod isto casu non debet audiri. Allegat extrà de appel. c. per tuas. Hoc crede verum, quando vult prosequi appellationem illam secundū tempus, quo negauit appellasse, aliàs posset. Nota istū textum ibi, *tarditatem iudicis.* &c. Allegatur per Gulielmū,
9 quod t vbi iudex grauat partem dissimulando, à tali grauamine non post appellari, sed per viā querelæ debebit supe rior adiri. Ad idem facit in auth. de quæstore. §. super hoc. Ita allegatur per Gulielmum suprà de iurisdictione omnium iudicum. in l. nemo. & in l. sed & si per prætorem. §. it prætor. ff. quib. ex causis maiores. Et ex hoc collige notādū, quod quando iudex nullo modo procedit in causa, non appellatur ab eo, quia non pronuntiauit aliquid tacitè, vel expresse, si tamen pars ex hoc lederetur, dic qđ ei competit restitutio, vt dicto §. ait prætor. Et hoc habetis & bene notate.

1 *Statuta in causa appellationis, locum habēt in supplicatione.*

1 §. *Cui consentaneum.* Illa, t quæ locum habent in causa appellationis, quò ad prosecutionem ipsius appellationis, locum habent & in causa supplicationis. Hoc dicit hæc particula. Facit iste textus, quòd instantia statuta per ordinarium locorum in causis appellationum, intelligitur & statuta in causa querelæ vel supplicationis, quando nō est aliter declarata, & erit ista extensio legis, & non hominis, quæ appellatur passiua, quæ etiam habet locum in statutis secundum notata in l. ti quis seruo. de furtis.

1 *Appellandi iuri quòd pacto renuntiari possit.*

2 *Fatalia à partibus arctari, prorogari verò non, nisi compromisso vel suspensione posse.*

3 *Intellectus l. quos prohibet. ff. de postul.*

4 *Consentio de non appellando quomodo præiudicet?*

5 *Verbis generatibus an & quando iuri communi renuntietur.*

6 *Paria sunt esse nullum, vel esse aliquid, sed posse impugnari.*

1 §. *Sin autem partes.* Iuri t appellandi potest per pactum renūtiari. Hoc dicit. In textu ibi, *vel nullum fatalem obser*
2 *uare.* voluit dicere, quòd t partes possunt fatalia arctare, sed non possent prorogare per pactum, nisi per viam cōpromissi, vel suspensionis, de qua in clementina quandiu. de appella. & dixi suprà eodem. auth. si tamen. Vnde quomodo hoc intelligatur, vide omnino quod ibi dixi. Nota tex. istum, quia facit ad notata extrà de offic. deleg.

ca,de causis. Adde hic,quod non videtur super hoc fuisse statutum,secundum Inn.de iureiur.c.venientes.vbi dicit, quod licet per pactum possit fieri,non tamen per legem in prędudicium tertii, quod intellige vt ibi. Bene facit qđ ipse ponit de constit.c.quæ in ecclesiarum. In gl.ibi, *cum apud.* Dic quod ibi pactum non extenditur ad futurum p̃ter cogitatum & intentionem agentium,se hic extendit ad futurum per partes cogitatum, secũdum Iac.But. Ad
3 l.quos prohibet.hic in gl.allegatã, Dic,quod thic loquitur in illis,quæ concernunt fauorẽ ipsius renũtiatis,in quibus tenet renuntiatio, vt hic,ibi,in his quæ concernunt decorẽ prætoris,in quibus renuntiatio non tenet,de quo in l.si qs in conscribendo.in gloss. alleg. Sed quomodo & qualiter
4 thæc conuentio de non appellando præiudicet?dic, quòd quandoque per pactum quis renuntiat iuri appellandi,tũc loquit iste textus,& dicta l.1.§.quis. Quandoque quis ꝓmittit simpliciter stare sententię,& tunc dic, quòd potest appellare.quia ex quo est appellatũ,sententia non est sententia,vt dicta.l.cùm apud. Quandoque quis ꝓmittit stare sententiæ,quæcunque fuerit facta, tunc gl.non firmat, an renuntiatio præiudicet in l.tale pactum.§.qui prouocauit.ff.de pactis. Scribentes autẽ dicunt aliqui,quòd in isto casu non potest appellari,secundum aliquos,quia ista verba generaliter concepta,debent aliquid operari.l.sed & si quis,§.quæsitum.ff.si quis cautionibus.Pro hoc bene facit doctrina Iac.de Aren.in l.1.§.nuntiatio.ff.de oper.no
5 ui nun.vbi ponit notabilem doctrinã,quòd terminus vniversalis,vbi ponitur causa ampliandi,nunquam recipit restrictionem, sed vbi continet nouam dispositionem, tũc bene restingitur.ff.de seruit.l.si cui.qui satisda. cog.l.inter omnes.cum simi.In hãc partem Bal.inclinat in d.§.qui ꝓuocauit.Iac.But.ibi dicit,quòd per ista verba non videtur renuntiatum iuri communi,id est,appellationi, nisi sit facta expressa renuntiatio.Nõ obstat huic de re iudic.l.si cõuenerit.quia non dicit,quòd nõ possit appellari.Pro concordantia opinionum dic,attẽdendum,si possit argui sententiã dolosè latã,tunc sit vera opinio Iac.But. & possit appellari,aliter non possit appellari.Et est ratio, quia in renuntiatione generali nunquam venit potestas retractationis,l.creditor.§.Lucius.ff.manda.Sed pone factam esse ꝓmissionem de parendo sententiæ,an potero dicere de nullitate?Et videtur,ꝙ non audiatur,quia appellatio includit in se nullitatem,ergo videtur ab appellatione excluſus ꝓpter hoc,quia iuxta, & c.Facit. ff.familiæ ercisc.l.quædam
6 mulier.& statim † dicetur,quia quod est nullum, vel est aliquid,sed potest impugnari,est idem.Sed si appellarẽ à sententia,qđ est nulla,tũc licet pars ꝓmisisset parere sentẽtiæ, iudex nõ debet inseq;,vt ꝓbat in dicta le.quædam mulier.

## *Quando prouocare non est necesse.* *Rub.*

### LEX I.

1 *Sententia lata contra sententiam quæ transiuit in rem iudicatam est nulla ipso iure,& de veritate,nu.3.*
2 *Exceptio quæ obijcitur contra executionem sententiæ, statim probari debet,vt executionem ipsam remoretur.*
4 *Instantiam causæ iuramento non perimi.*
5 *Intellectus §.fi.l.3.ff.rem rat.haber.*
6 *Sententia ipso iure nulla,an appellatione vel pronuntiatione iudicis malè appellatum pronũtiatis confirmetur? & nu.7.*
8 *Sententiæ nullitatem deducendi modi.*
9 *Fatalia nullitatis & appellationis an eadem sint.*
10 *Causa nullitatis pendente,tempus appellationis non currit.*

1
*Atam.* Sentẽtia cõtra primam sententiam lata,nõ valet ipso iure,ideo non est necesse ab illa appellari. Hoc dicit.Sed regula huius legis fallit,quando prima sententia esset nutritiua peccati,vt est gl.35.q.in summa, & dixi in l.2.suprà,si ex falsis instrumentis.imò secũda sententia valet contra primam,scilicet qñ renũtiat beneficio primæ sentẽtię absolutorię,vt l.eleganter.§.si dol. ff.de dol.& l.si diuersa suprà de transact. & sic fallit. Et sic nota illũ.§.si dolo.quia limitat bene hanc legem. In textu,
2 ibi,*Cuius rei.* Hic est casus, quòd † exceptio quæ obiicitur contra executionem sententiæ,debet statim probari,vt re tardet executionẽ,& facit ad multa.In gl.1.in prin. Not. verbum xrior,quia significat ordinem &c. Secũdum hãc positionem hic fuerunt diuersi iudices,ergo secunda sententia debet valere,quia iltæ sentẽtiæ sunt compatibiles, ergo non videtur ꝙ hoc exẽplũ ad hanc legem, nõ possit procedere.Propter quod dic, ꝙ melius diceret,si diceret prius aduerbialiter,& non nominaliter,& sic si stet aduerbialiter,non denotabit ordinem in iudicibus.

Vel dic quod siue dicat prius,siue prior,nõ est vis, &c.
3 In gl.ead.circa medium.Et sic tenet ista gl.quòd hęc lex non haberet locum,quando secunda sententia esset conformis cum prima.Glo.alibi videtur dicere, quòd si iltæ sententiæ sint conformes,quòd nihilominus sententia secunda contra primam non tenet,vt hic, & in l.si cum exceptione.ff.quòd met.caus.in §.hæc autem actio.in gl.magna.ad fi.Pro hac secunda doctrina facit,aut dicemus hãc secundã sententiam primæ conformẽ latam in eadem instantia,aut in diuersa.Si in eadẽ instantia, hoc non potest contingere,quia per primam sententiam instãtia inchoata expirat,& finitur officium iudicis,vt.ff.de re iudicata.l. iudex.Et quod expiret,facit l.Græcè.§.si post litem.ff.de fideiussoribus.& l.cùm apud.iud.solui.ergo secunda tanquam lata sine instantia nõ valet.Aut dicemus quòd ista secunda debet tenere tanquàm in noua instantia lata,tunc necessariò debet ferre sententiam conformẽ ad primam, ergo non valet.l.qualem.ff.de arbitris.Videtur ergo quòd illa gl.contraria verius dicat,scilicet,quod siue secũda sententia sit diuersa à prima,vel conformis,secunda sentẽtia sit nulla ipso iure, Sed probo quòd semper secunda sentẽtia debet tenere.Si est lata inter duos sententia,& instet ad uersarius,si alius non opponit exceptionem rei iudicatæ, ergo debet remanere valida secũda.l.peremptorias.suprà,sententiã rescindi non posse.Quapropter dic,quòd quandoque iudex qui ꝓnuntiauit iterum vult pronuntiare ex eadem instantia,& ex eisdem actis,& non potest,vt dictum est suprà in prima parte.Quandoque vult pronuntiare in noua instantia,& tũc aut prima sententia fuit absolutoria, & imputet sibi reus conuentus quòd non opposuit exceptionem rei iudicatæ,vel imputet sibi,si non probet eam, tunc.n.ratione dubij valebit secunda sententia, vt l.1.§.1. quæ sententia sine appellatione rescindatur.& ꝓbat in d.l. peremptorias.Sed si opposuit exceptionem absolutoriæ, & probauit,dic quòd tunc secunda sententia contra primam est nulla ipso iure.Fallit,quando superuenit cõuento remedium nouum nouæ defensionis.Pone exemplum in l.1. supra, de iuris & fact.igno.Aut prima sententia fuit cõdemnatoria,& tunc quia per condemnationẽ ista prima actio non est sublata,potest reuerti ad primam.Vnde si actor eã de nouo in iudicio deducat, quod põt,vt l.1.si plures vna sententia,suprà,tunc secunda sententia tenet, & imputet sibi actor,qui eligit maius grauamen.Et sic sententia contra sententiam tenebit,si secunda sententia est contraria primæ,tenet.Et eodẽ mõ si secũda sit cõformis primæ,ẽt secũda valebit.Et isto mõ põt gl.hic in principio posita verificari,& ſm hoc viderent verificãda oĩa verba q̃ ponuntur in 2.gl.In gl.2.ibi,*post iuramentum.* Põt dici ꝙ huius
4 sit rõ,qa iuramẽtũ ordinat ad sentẽtiã,nec perimit instantiã causæ,qđ secus est in sentẽtia vt.s. dixi,In e.gl.ibi,*l.3.§.*
5 *fi.* vbi videt ꝙ sentẽtia nulla confirmet. Sed ibi † loquit qñ causa est agitata ꝑ ꝓcuratorẽ,q nõ habebat sufficiẽs mãdatũ,& dominus confirmauit. Sed dic ad istũ textum in dicta l.3.§.fin.quòd ibi propriè non confirmatur sententia nulla,qa ibi erat aliqua.Sed ibi extra personam litigãtẽ transimus effectum ad personã domini ratum habentis.Similis casus in l.fecunda.C.de filio fami.& quemadmodum pater conue.libr.10.In eadẽ gl.ibi,*confirmari videtur sententia.* Dicit ergo,quòd si est appellatum à sententia, nul-
6 la,quòd ꝑ appellationẽ nõ dicitur nulla, vt l.fi expressim. ff.de



ff.de appella. gl.aliter dicit in d.l.si expressim. quia videtur dicere,quòd nullo modo sententia videtur tenere.In hoc varia scripta sunt.Cyn.hic refert istum articulum,& refert opinionem Dy. Dixit enim Dyn.esse attendendum,an ille qui appellauit,sciuit sententiam nullã, vel non,quia si sciuit nullã,& appellauit,quòd scienter appellando à sententia nulla,ipse videtur renuntiare iuri nullitatis,sed vbi ignorabat sententiam nullã, secus. Hoc dictum quidã reprehendunt in d.l.h expressim. quia cõsensus partium non potest confirmare sententiam nullã,vt suprà de trãsactio.l.si diuersa.& l.2.suprà, cõmunis vtriusq; iudicij,ideo reperitur Dyn.alia vice aliter dixisse, scilicet quòd quando in causa appellationis est disputarum de nullitate sententiæ,quòd tunc sententia per hanc pronuntiationem confirmat,vt hic. Sed vbi sententia non est confirmata,secus est,vt l.cùm duobus.& l.si cùm testamento ff.de exceptione rei iudicatæ.Et hanc partem fertur Francis.Accur.fuisse secutum ad conseruationem gl.Sed iste in
10 tellectus non videtur posse cadere,quia gl.vtitur dictione maximà,quæ est contraria casus contrarij ad expressum, de quo in gl.illud.ad le.Aquil.& ideo ipse dixit, quòd ista dictio,maximè,est appolita ex abundãti.Cyn.hic, & Bar. in d.l.si expressim.dixerunt,ꝙ opinio illorũ,qui dicũt,ꝙ dictio,maxime,abundat,destruit istam gl.quia sine mistério non est appolita.Præterea dicunt, quòd deuenitur ad impugnationẽ sentẽtiæ,licet à principio nõ dicat nullitas, tñ est nulla ipso iure,vt l.Carmelia pia.ff.de iure pat.& l.q̃ dam mulier.ff.fami.ercis.ergo,&c.Pro hoc facit, quia qñ iudex pronuntiat appellationẽ non tenere, pronuntiando videtur se referre ad acta, vt instã,l.2 & l.in summa.de re iud.& l.ex sentẽtia. & l.1.& 2.suprà,de sen.q̃ sine cer.quã. Ideo dicunt concludendũ,ꝙ ista appellatio nõ valeat.&c. Debemus concludere contrarium eius,quod gl.cõcludit, quòd prima sententia sit nulla,vt prius,&c. Ex his omnibus cõciude,quòd si iudex pronuntiat malè appellatum, & bene iudicatũ,confirmatur sententia,vt in hac gl.quod intelligo,nisi error fuisset in prima expressus,tunc iterũ
7 geretur in secunda repetitus.l.1.q̃ sen.fine appel. rescind. Sed vbi pronuntiat malè appellatum,vel appellationẽ non tenere,potest dici,quòd prima sententia non confirmatur tum quia verba hoc non important,tum quia actus agentiũ &c.vt l.non omnis.ff.si cer.pe.In gl.ea.ibi, *dico nullã, & si qua est,appello.* Item nunquid isto modo facta teneat? Vide ꝑ Dyn.in regula,nullus pluribus.vbi variæ sunt opiniones.& Bar.in l.si expressim.de appel. Hodie vide casum de in integ.resti.ca.constitutus.quia valet libellus talis. Item & in simili procedit iste libellus. Dico te nõ meũ iudicem,& si tu es,te recuso,vt l.quidam testõ. & l.post litẽ.§.1.ff.de excu.tut.l.scire oportet.§ oportet & tãgitur ꝑ Inn.de re iudi.c.inter monasterium.& per Bar.de re iud.
8 in l.quidam cõsulebant. Adde quot † modis possit deduci ista nullitas. Vide nouem modos in Spe.de prola.senten.§. post prolationem.aliàs est,§.iuxta positiones.& ꝑlo.And. de sen.& re iudi.c.1.post Abbatem. Primus modus est ratione iudicum,l tẽgan ium,loci,quantitatis,temporis,processus,manifestæ iniquitatis,modi,& conditionis. Addo & aliud quòd de ista nullitate quæritur officio iudicis, declaratiuo impletiuo.Probat tex.in l.1.§.1.suprà quæ sent. fine appel.rescind.& adde Bart.in l.quæ sub conditione.§. de condi.insti. Addo.& aliud,quòd proponẽs simpliciter de nullitate actus,videtur deducere omnem speciẽ nullitatis alia specificatione non facta,vt per Inn.de offi.deleg.c. cùm contingat.& in gl.apparebit.in ver.sed qđ dices. Idẽ Bar.in d.l.si expressim.q nõ allegat Inn. Adde & aliud, Pone ꝙ appellans succubuit,an poterit postea deducere causam nullitatis? Gl.dicit,ꝙ sic,in dicta l.si expressim. quod intellige procedere,quando nullo modo fuit cognitũ de nullitate,vel sic,sed non plenè,aliàs secus, per notata in l. 1.de ordine iudiciorum.& in l.peremptoris.suprà tentẽ. rescind.nõ posse. Nos autem cõsideremus in quo stat dubiũ,qa est,vtrum † eadem sint fatalia nullitatis, & appella-
9 tionis. Et est pulchrum dubium. Dixit Inn.ꝙ eadẽ sunt fatalia nullitatis & appellationis,quando simul sunt intenta,& ideo decurs fatalibus appellationis,dicimus secundum eũ etiã defectum causam nullitatis. In hoc tamen differt appellatio à nullitate,quia defectio fatalium quòd ad appelationẽ inducit defectionẽ litis,& instantiæ,sed quòd ad nullitatem inducit defectionem instantię tantum,sed non litis,& ideo si petatur executio sententię poterit excipi de nullitate. Ita debet intelligi Inn.de appel.c.fæpe. Ad quod facit quod notat Guilel.de Cun.suprà de iure deliber.le. puberem. Hoc autem procedit,& debet intelligi, quando hæc duo remedia simul cumulantur, & ideo finita instantia appellationis,finitur sententia nullitatis. Et ita intelligo hanc doctrinam. Et ita videtur hic intelligere Iac.But. Vbi autem causa nullitatis deduceretur de per se,& separatim ab appellatione,tunc dic,quod possunt dici diuersa fatalia.& ita ꝙ defectio in vno,nõ obest in alio. Ita intelligo Iacobũ de Aret. & Dynũ in l.quidam testõ. de excusatio. tutorum.vbi in additionibus dixerunt,quòd sicut pẽdẽte nullitate non currit tempus proponendæ excusationis, vnde si dico sententiam nullam,& si qua est,recuso, quòd pendente nullitate nõ currit tempus executionis,ita in appellatione,quãdiu q̃ret de nullitate,nõ currit tẽpus in appellatione,vt l.cõtra maiores.suprà de inof.testa. Ita enim dicũt,qñ dicit,Dico sententiã nullã,& si qua est,appello,ꝙ pẽdẽte causa nullitatis,nõ currit tẽpus appellationis, qa vna debet alterã ꝑcedere,seu vna debet ante alterã intẽtari,vt elegerit ꝑponẽs.ff.de inofficio.testa mẽ.l.Papinian⁹. §.si qs irritũ. Propter hoc mouet dubiũ,nũqd corã superiore possit qs principaliter & per se opponere de nullitate? Vide Inn.q dicit,ꝙ nõ, de re iud.c.de cætero.in fi. Iac. de Are.dixit, quòd vbicunque iudex ferebat sententiam nullã ex causa,quæ velari non poterat,tunc poterat principaliter de nullitate dici,vt l.3.suprà de appellatio. Inn.alibi dicit,ꝙ superior põt sup nullitate adiri,extrà de appel. c.dilecto. Et hãc partẽ Bar.sentit in d.l.si expressim, scilicet,ꝙ possit. Pro illa parte videt casus in l.arbitro.ff.q fatisdare cogã.ſm intellectũ Iac.But Et hęc pars est cõmunis scilicet,ꝙ etiã ꝑ viã principalis hoc possit peti. Ad hoc bene facit qđ dicit Bar.in l.q̃ sub conditione. in fi.suprà allegata. Aduertendum tñ,ꝙ licet superior sup hac nullitate possit adiri,nõ tñ ꝑ hoc adeò ad eũ deuoluit iurisdictio,ꝙ si inferior interim exequeret,deberet reuocari per viã attẽtari,qa nulla lex hoc dicit. Ita dicit Inn.de officio deleg. c.cùm iure. Sed victoria postea secuta sup nullitate, bene reuocabitur officio iudicis,non ex speciali natura nullitatis,l.si suprà de ordine cognitionum.sed ex natura generali ꝓiudiciali. Bene est verũ,ꝙ appellatio sic deuoluit,sic ꝙ interim in factũ per iudicem à quo statim cassatur,tanquã factum non habente potestatem. Ita notatur de appellationibus c.non solum.in vltima gl.in 6.cùm in locũ primi iudicis alter iudex succesit,vt in l.cùm apud.ff.iudicatũ solui. ille primus habetur pro mortuo,siue pro nullo,ideo nimirum si reuocatur. Dubitatur, si non est pronũtiatũ prius, an sequẽs processus teneat? Inn.sensit ꝙ ꝓcessus nõ teneat de iudic.cap.exhibita.quia iudex processit non solum cõtra formam legis,sed etiam petitionis, argumento.ff.de minorib.l.intra vtile.in princ.pro,supra de rebus creditis. l.generaliter.§.primo. Vbi aũt nullitas non deduceretur principaliter,sed per viam exceptionis,licet non pronuntietur expresè super nullitate,tenebit processus,si prius de nullitate cognouit,& postea processit,secus si de illa nõ cognouisset,quia tunc processus non tenet,quia antè sibi non potuit liquere,ideo processus est nullus,vt leg.hoc.§. primo.ff.ex quibus causis maiores. Ad hoc facit quod tangitur per Bar.in l.cùm quærebatur.fl.de re iudic. Et hæc notate,quia sunt bona & subtilia.

### LEX II.

1 *Sẽtẽtia cõtra ius legis.errore in ea expresso,si ipso iure nulla:*

*lata verò cõtra ius partis valet, sed appellatione rescindit.*
2 *Sententia probationum à iure improbatarum, præter textu lata, est ipso iure nulla.*
3 *Tutoris datio minori 14. annis, est nulla ipso iure.*
4 *Iuris & facti impossibilitas equiparantur.*

1 SI cui inter. Sententia lata † contra ius legis errore in ea expresso, est ipso iure nulla, lata verò contra ius partis valet, sed debet appellari. Hoc dicit. Secus esset quando esset lata contra ius consuetudinis, nam illa est incerta, & potest fallere, vt extrà de constitutionibus. in cap. 1. l bro sexto. ideo sententia teneret. & sic hic loquitur de lege scripta & non consuetudinaria, vt hic voluit Iacob. de Rauen. & Cynus hic, in vna quæstione. Extrà hanc regulam est no
2 tandum, † quòd sententia lata per probationem à iure improbatam, est ipso iure nulla, de purgatione vulgari. c. 3. in §. Secundo. Hæc est doctrina Ioãnis Andreæ in c. quoniã contra de probationibus, in Nouella. dum dicit, quia constat nobis, &c. per duellũ vel per ferrũ candens. Et ad id, q̃ dixi de duello, vide quod dixi in l. qua actione. §. si quis in colluctatione. ff. ad lgem Aquiliam. quòd talis sententia nõ valet. Et ideo si iudex dicat. Quia constat nobis ex probatione patris tui, quòd tu es debitor, ideo te cõdemnamus secundũ istam doctrinam talis sententia non valet. Quod an sit verum, &c. semel sciam in practica expẽsis aliquius. In gl. fin. ibi, *suprà si ex falsis allegationibus l. 1.* nota ex glo. quòd ille titulus non solùm habet locum in actione tutelæ, sed etiã in alio debito pecuniario cõcernente ius mino
3 ris, vt est hic gl. In eadẽ gl. ibi, *l. Seia.* Vide gl. quæ dicit, q̃ † si minori quatuordecim annis detur tutor, etiã nõ expressa ætate, q̃ datio sit nulla ipso iure, ex quo maior est. Idem sensit gl. in l. si putas. suprà de petitione hæreditatis. Gloss. autem in l. Seiæ. hic allegata, sensit contrariũ. Vnde oportet, quòd dicat, Titio maiori quatuordecim annis do tutorem, & decretum est nullum. Et idem dicit in simili in furioso & prodigo. ff. de vsucapionib. l. si ab eo. & Instit. quibus non est permissum facere testamentum. §. item prodigus. Alibi gl. dubitat in l. 2. suprà de curatore furiosi. in l. is cui bonis. de ver. obliga. Dynus dixit, quòd debemus tenere gl. in dicta. l. Seiæ. propter autoritatem rei iudicatæ, argumento huius legis à sensu contrario. Iac. de Ra & Per. tenuerunt communiter contrarium pro ista, contra illam, per l. si tutor petitus. in eo. tit. vbi, si est petitus tutor mino
4 ri, &c. Pro hoc facit ratio, quia † impossibilitas facti & iuris æquiparantur. probatur in l. filius. ff. de cõditio. instit. Sed constat, quòd pronuntiando impossibile, sententia est ipso iure nulla. l. fi. suprà quæ sentẽ. sine appell. rescindant. ergo & sic de iure debet reddi sententia nulla. Cynus hic post Pe. dixit in hoc dubio. quòd quædam est sententia, quæ si nũc est vera, perpetuo durat verà, & tũc vera sit in effectu opinio Dini, scilicet quòd debeat exprimi error in sententia, &c. Quædam est sententia, quæ licet sit nunc vera, tractu temporis infirmatur, quia datur tutor pupillo, qui efficitur pubes, certè ista sententia, statim à principio dicitur nulla, & ita debemus dicere secundum eum, quicquid dixerit Dynus. Non puto absurdum quòd ista datio sit nulla, quia ad istã deuenitur in vim decreti, sed decretũ obreptitiũ est nullũ ipso iure. l. 1. hæc verba. ff. ne vis fiat ei. & l. cum verò. §. subuentum. ff. de fideicommissarijs libertatibus. nã sufficit erratum in causa interponendi, vt d. le. si tutor petitus. Non tamen discedat à præcedentibus. Quid si ferretur sententia contra sententiam variè intellectã, vt in l. dos à patre profecta. suprà, solu. matrimo. an isto casu sit sententia nulla ipso iure? Dicit Ia. de Ra. quòd si seruatur vna opinio in vno loco, debet ferri sententia secundũ eam, aliàs ipso iure non valet, aliàs autem secus, vt l. in leg. de contrahen. emp.

LEX III.

1 *Causa præiudiciali electionem minimè impediri.*
2 *Cognitione tendente super principali sequentem annullari.*

1 SI vt proponis. Appellans à † munere decurionatus interim quumuir electus, non habet necesse appellare, scilicet ab ista nominatione, vnde non appellando sibi non præiudicat. Hoc dicit. Vel sic, Pẽdens præiudicialis impedit cognosci de illa cui sit præiudicium. Hoc dicit. Et pro euidentia p̃mitte quod tangit hic prima gl. In textu, ibi, *memoratorũ iudicium*, scilicet ad quos appellasti. In textu, ibi, *fieri non potuisse*. Vnde non fuit necesse appellare. Nota. quòd † cognitio super principali pẽdẽs, annullat sequẽs. In gl. prima in fi. in quibus dicitur, quòd superueniens causa ad excusationem non prodest, hic autem videtur prodesse effectus secundę sententiæ, & ita inducatur. Sed respondeo q̃ hic causa erat de præsenti, & præiudicialis, &
3 ideo parit præiudicium, quod ibi non est. Fm Iac. Butri.

LEX IIII.

1 *Sententia nulla ab vno de pluribus delegatis, aliis non iudicantibus est ipso iure nulla.*

1 CVm à magistratu. Sẽtẽtia † lata ab vno de pluribus delegatis, alijs non iudicantibus, est ipso iure nulla. Hoc dicit. Et hæc lex declaratur in l. duo iudices. de re iudicata & etiam in alijs iuribus hic allegatis in gl. Et limita hanc legẽ vt dicit de officio delegati. c. si contra vnum. lib. 6. vi delicet, nisi tributa potestas iudicandi in solidum, vt in p̃dicto. c. si cõtra. Dicit hæc gl. in delegatis tenere sententiã pluriũ. Quæro qualiter hoc cognoscetur, an vnius respectu dignitatis? Gl. dubitat. in l. Pomponius scribit, si vni. de re iudicata. Concludunt doctores, quòd quãdoq; iurisdictio cõpetit pluribus vt singulis, tunc iudicatur maior pars respectu numeri tantum. l. inter pares. in prin. eo. tit. de re iudi. Quandoque iurisdictio est translata in plurib⁹, vt vniuersis, tunc iudicatur maior pars respectu dignitatis, vt. ff. de tutoribus & curatoribus datis ab iis. l. vbi adsunt. In ea. glo. ibi, *l. Pomponius*. Et adde quod ibi notatur.

LEX V.

1 *Mulcta præter ius dicentis iurisdictionem imposita, ipso iure nulla est.*
2 *Modus certus in procedendo vbi constituitur, eo non seruato actus nullus reddatur.*
3 *Relatiui natura est expressum includere & excludere tacitũ.*

1 CErta. Mulcta † vltra iurisdictionem iudicantis imposita, est ipso iure nulla. Hoc dicit. Et hæc lex decidit quotidianum casum. Nota ex ista lege, quòd sub colore non possunt augere mulctã. Nota q̃ hic videtur causus, quòd
2 vbi † est certus datus modus in procedendo, omnis processus illo posito reddatur nullus. Et sic facit pro eo, qđ tenuit gl. in cle. 1. de iure patronatus. Nota tex. ibi, *id q̃*
3 *contra ius gestum est.* nam cùm de † natura relatiui sit includere expressum, & excludere tacitum, vt notatur de regulis. iuris. l. actus legitimi. & notatur in l. 1. suprà de fum. trinita. hic videtur casus quod talis sententia teneat in eo, q̃ est secundum ius, id est, quatenus potest, & sic facit pro gl. in l. fi. ff. de iurisdictione omnium iudi. licet cõmuniter allegetur ad contrarium, & etiam pro alia glo. in l. 2. suprà de re iudi. & ibi vidi stis.

LEX VI.

1 *Sententia delegati post suæ delegationis tempora lata, nulla est, & semota appellatione delegans rursus cognoscit.*
2 *Iurisdictio delegata de tempore ad tempus prorogatur.*

1 CVm non eo die. Sententia † delegati lata vltra tẽpora suæ delegationis, est ipso iure nulla, ideo appellatione submota delegans iterum de causa cognoscit, Hoc dicit. Nota. gl. hic, etiam in iurisdictione delegata non debere excedere causam delegationis. Facit in authenti. de iudic. §. audientcolla. 6. Facit etiam ad id quod statim tangebant, suprà l. proxima. In gl. 1. ibi, *§. sed & index.* vbi iurisdictio delegata potuerit prorogari, & teneat processus. Dicit glo. q̃
2 intelligitur ista secundum illam, & sic iurisdictio † delegata potest prorogari de tempore ad tempus, vt in c. P. & G. de officio delegati. & l. secunda. ff. de iurisdictione omniũ iudicum. aliàs est, de iudicijs. Quod intellige dummodo progatio, quæ fit partium consensu, non excedat ordinariam metam causarum, vt suprà de iudicijs. leg. properandum. §. Et si quidem.

LEX



LEX VII.

1 *Sententiam pecunia emptam ipso iure nullam esse, locum habet in iudice, non in arbitro, & quare. & nu. 2.*

1 VEnales. Sententia † lata per pecuniam, est ipso iure nulla. Hoc dicit. In gl. secunda circa principium. Sed quæ
2 est † ratio diuersitatis quare sententia alterius iudicis dicitur nulla ipso iure, sententia arbitri non? Dic q̃ est ratio, quia in sententia alterius iudicis de qua hic loquimur, agitur immediatè ex sententia, quæ venalis fuit. sed in sententia arbitri non agitur ex illa sententia, imò ex stipulatione pœnali, in qua non interuenit nec dolus, nec aliqua venalitas, & ideo non mirandum si potest agi, obstat tamen exceptio, vt hic, quia non est æquum, &c.

LEX VIII.

1 *Aetatis defectu nominationem ad munera publica iure ipso nullam reddi. & num. 2.*
3 *Iudicis officium implorari, vt actus, quatenus de facto processit, reuocetur, quando non valet.*

1 SI pater tuus. Electio † minoris ad munera publica, non tenet ipso iure. hoc dicit. Quod intelligit glo. nisi numerus liberorum suppleret ætatem, vt hic in glo. Vel sic, De-
2 fectus † ætatis facit nominationem ad munera ipso iure nul
3 lam. Nota ergo, q̃ † quando actus non tenet, potest iudicis officium implorari, vt reuocet illum actũ, quatenus de facto processit, vt probat text. hic, in verbo remouebit. Facit quod notatur in l. 1. ff. de fer. & quod notatur in simili in l. minor. in pr. ff. de enic. Et hæc est practica huius legis.

LEX IX.

1 *Electio veterani ad personalia munera ipso iure nulla.*
2 *Doctor, qui per 20. ann. legit personalia munera subire non tenetur.*

1 VEteranis. Electio † facta de veterano ad personale munus non tenet. hoc dicit. Nota ex tex. ibi, *vicesima stipendia.* iuncta glo. super verbo, honestã q̃ † doctor, qui legit per viginti annos, est exemptus à muneribus personalibus, &c. Nota ex glo. super vebo, personalium quid sit personale munus. In glo. fi. in fi. Adde in hac materia plenam glo. C. de excusa. super rub. lib. 10.

LEX X.

1 *Victori ob omissam expensarum condemnatione appellare non licere si victus appellauit, & appellationem prosequatur. Item & si non prosequatur. & nu. 2.*
3 *Victori an subueniatur expensarum emissarum respectu, non appellante victo, remissiue.*
4 *Victor non auditur appellans si in decem cõuentus, & in quinque condemnatus appellet.*

1 OMnem. Victo † appellante, & appellationẽ prosequente, victor non potest appellare propter omissam condemnationem expensarum, sed iudex appellationis de-
2 bet eis indicare. Similiter nec conceditur † victori appellare, ex eo, quod appellans non prosequatur appellationem. Hoc dicit. Nota summariũ. Nota ergo hic decisum, quod propter hoc solum, quod victus non est condẽnatus in expensis, & appellauit sup principali, victor non põt appellare. Et ad hoc allegatur per Ioan. And. post Pet. & Abb. de excep. c. significauerunt. super 2. glossa. Allegatur etiam ad hoc per Guli. in Specul. de appel. §. in quibus. versi. 34. & sequen. vbi etiam vide motum per eum dubium, quid
3 † si victus non appellauit, an subueniatur aliquo modo vincenti respectu expensarum. Nota etiam hic in vltimo, responso casum, q̃ si victus appellauit, & appellationi renuntiauit, talis renuntiatio nõ tenet in præiudicium victoris, quin possit in alia pte petere ista in melius reformari, & sic respectu expensarum, vt hic est casus in fine. Item nota textum, vbi est casus secundum Pet. q̃ si conuentus
4 in decem, & condemnatus † solum in quinque appellet, nõ habet necesse victor appellare propter alia quinque in condemnatione non deducta, sed petere põt sententiam istam per iudicẽ appellationis in alijs quinq; reformari. Quod quotidie poteritis practicare. Et prædicta probantur per hunc textum, Omnẽ honorem, &c. In glossa, cõfiteatur, in fine. Quod intellige secundum Bart. quando pars perijt in iudicio condemnationem expensarum, alias nõ posset conqueri, vt l. 3. §. hoc autem. ff. de dam. infe. quia iudicis officium non interponitur nisi petitum, &c.

*Quorum appel. non recipiuntur.* Rub.

LEX I.

1 *Verus contumax non appellat. & nu. 3.*
2 *Contumax verus & fictus quis.*
4 *Iudicem appellationem respuere non nisi causa cognita, & vocatis partibus debere.*
5 *Cognitio quædam plenaria, quædam summaria.*

1 *Ius qui.* Verus † contumax in non veniẽdo nõ auditur appellans. Hoc dicit. In gloss. 1. ibi, *circa medium.* Quis autem dicatur † fictus & verus contumax, dic vt dixi in l. ea quæ, supra, quomodo & quando iudex. Et ibi vide remissionẽ ad Bar. & ad Ioan. And. in gl. *summatim.* ibi, *quo ad absentem.* Hæc solutio non est tuta, quia debet plenè cognosci de iure absentis, antequam veniatur ad sententiam, vt habemus in authen. qui semel, supra, quomodo & qñ iudex. & in l. ampliorem. supra, de appellatio. & ideo hæc solutio non est bene tuta, notat † amẽ
3 eam. Bar. q̃ † in actibus, in quibus non requiritur plena cognitio, verus contumax non appellat. In eadem glo. in fine.
4 Nota ex ista vltima, q̃ † iudex non debet respuere appellationem, nisi causa cognita, & hic vocatis partibus, & ideo si aliter facit, † tatim põt appellari. Ita vult hæc doctrina † hac vltima solutione posita. Aduerte tamen, & cõclude, quod
5 † quædã est cognitio, quæ debet fieri per iudicem ad quem & dico, quod ista debet esse plenaria, vt in hac gloss. in fin. Quædam est cognitio, quæ debet fieri per iudicem à quo, & ista potest esse summaria, videbit. n. an fuerit citatus vel non, & poterit appellationi non deferre. Crede tamẽ quod alius iudex ad quem, postea de causa plenè cognoscet, & de vera, & de ficta contumacia. Et hoc modo potest intelligi & declarari ista gl. & in omnibus bene dicet.

LEX II.

1 *Confessus & conuictus simul in criminibus non auditur appellans. & quid si confessus tantum, aut conuictus tantum? & numero 2. 4. & 6.*
3 *Malefactor manifestus in terris ecclesiæ nõ auditur appellãs*
5 *Cõsteri tormentorũ metu, vt quis nõ dicatur, inter tormẽta & cõfessionẽ interuallũ diei vnius & noctis adsit, oportet.*
7 *Delictum instrumento probari potest.*

1 OBseruare. Confessus † & conuictus simul in criminibus hic expressis, non auditur appellans, confessus vero tantum. vel conuictus, potest appellare. Hoc dicit. Et similem casum habemus pro parte in l. constitutiones. ff. de
2 appellatio. Nota † confitentem confessum, & conuictũ excludi à remedio appellandi. Adde secundum Canonistas,
3 q̃ videlicet malefactor † notorius nõ appellat, vt in c. cum sit Romana. ad finem. & capitu. peruenit. extra de appellat. ex quo colligitur consilium, vt procuretur delictũ esse notoriũ in terris ecclesiæ, vt nõ possit retardari executio fm eorũ doctrinã. Vide etiã gl. de appel. c. Romana. §. finaũt. de appel. li. 6. in gl. quę incipit, in quo. Item habes hic, quod
4 vbi † quis est simpliciter confessus & non conuictus, non excluditur à remedio appellandi. Quæro, quid ei proderit hæc appellatio? Dic, quia poterit in causa appellationis reuocare suam confessionem, vt erroneam, & hoc poterit facere, vt notatur in l. creditor. §. iussus. ff. de appel. & est casus in l. fina. coniuncta glossis. supra de errore aduocat. In gl. *propria*, ibi, *tertius tormentis.* Iac. Butrig. dicit, quod ad hoc
5 vt aliquis † non dicatur confiteri metu tormẽtorum, quod si aliquo tempore in causa fuit tortus, quòd inter tormenta & confessionem ad minus sit vna dies, & vna nox: quod est mirabile verbum. Ita notat Iaco. Butr. in l. si quis ead. infra de custo. reo. In ead. gloss. ibi, *idem in causis pecuniariis.* Communiter doctores tenent contrarium, & notatur in lege. creditor. §. iussus. ff. de appellat. Ratio, quia

ista lex

ista lex hoc specialiter adiunxit in causis criminũ, ergo nõ debet extendi ad causas pecuniarias, & c. vt l. ius singulare. & l. sequen. & l. contra. ff. de legibus. In ea. gl. in fine. Hæc secunda communiter tenetur. Tu coniunge ambas ad p fectum sensum, quia præcedentem Bar. approbauit in dicta l. constitutiones. Dic ergo, si est tantum confessus, auditur appellans. Refertur alibi, q. Iaco. de Bal. terminauit contra, & motus est, quia absurdum est, q ille, qui propria voce attestatus est, possit postea impugnare, l. generaliter supra, de non numera. pecu. Et hoc refert Albertus Galioti in sua Margarita, in titu. de appella. Tu dic contra, vt dixi, quia est communis opinio, q potest appellare, & potest allegare suum errorem. l. 1. ff. de appella. Quandoque quis est conuictus tantum, & tunc idem, quia potest appellare, quoniam concurrit vtrunque, quia est confessus & conuictus per probationes, tunc dicit, si confessus est ante sententiã, postea non audietur appellans, vt hic in vna solutione, si fuit conuictus ante sententiam, sed confessus est post sententiam, tunc auditur appellans, vt hic in prima solutione, quam Barto. tenebat in dicta l. constitutiones. Circa hoc vide gl. extra de appellatio. c. cum speciali. §. porrò. in glo. quæ incipit. Et ita patet. In glos. *aliquid.* in fine. Item hic rememora casum in l. penulti. de quæstion. quia nunquam præiudicat confessio, & c. Nota textum ibi, *instrumentisque conuictus, & c.* Ex hoc arguitur, q delictum possit probari per instrumentum. De hoc vide per glo. in l. cõtra negantem. supra ad legem Aquil. Cy. & alij tangunt de probatio. l. sciant. Canonistæ tangunt de maior. & obediẽ. c. cum in ecclesiis. Circa hoc vide quæstionem disputatã, quam refert Ioan. And. super regula, semel malus. lib. 6.

1 *Condemnatus de malegestis circa officium non auditur appellans. Secus si de rebus patrimonij.*
2 *Quid si commiserit delictum?*
3 *Iudex contra suum officialem aliquid iniustè statuisse non præsumitur.*
4 *Superioris est inquirere de malè commissis subditorum in officio. Item & animaduertere.*

LEX III.

1 NVlli. Officialis† de gestis circa officium à proprio iudice condemnatus nõ appellat: secus si esset quæstio de re patrimoniali. Hoc dicit. In glo. 1. ibi, *circa officium.* Et
2 sic restringit te. istum ad causam criminalẽ. Quid† si aliud delictum commisisset, vt adulterij, &c. Et sic est casus, q quando per superiorem iudicem est lata sententia contra officialem suum, non appellat. Et intelligit ista gloss. hanc legem, & etiam Barto. quando agitur de crimine criminaliter. Sed quæ potest esse ratio in ista lege? Gloss. assignat 2. q. 6. §. sunt quorũ. ver. nulli. & ibi dicit, q ideo lex hoc statuit, quia non est† præsumptio, q iudex contra suum officialem aliquid iniustè statuerit. Barto. dicit, q ista rõ, quam
3 Canonistæ ponunt, fuit ratio Placentini hic in summa huius titu. Refert ibi Archidi. duo verba Hugutionis, & voluit dicere, q hoc fuit statutum in odium officialis. qui debuit à talibus criminibus abstinere, dum erat in illo officio. Quælibet ratio põt esse bona. Sed aduerte, quia ibi Archidiaco. intelligit istam legem, non solum quando criminaliter de crimine agitur, vt supra. sed etiam quando de crimine ciuiliter, dummodo agatur de crimine in administratione commisso. Et vide in l. 3. *de sepul. viola.* Ex his omni
4 bus est hic casus, q† de offensa commisa à suddito in officio, superior habet potestatem inquirẽdi & puniendi. Sed quid econtra, an puniat de offensa irrogata familiæ suæ? Guli. tetigit in l. senatus. ff. de offi. præsi. † & Bar. in l. si quis forte. §. si quos comitum. ff. de pœnis.

1 *Condemnatus in causa fiscali, vel principis, non appellat.*
2 *Appellationi locus non est quando sententia lata est super tributo euidenti.*

LEX IIII.

A*Bstinendum.* Exemplificatur hæc lex variè, † vel in debitore fisci, vel in priuato. Secundum ambas dic, debitor fisci, vel priuati patrimonij Cæsaris, secundum vnam lecturam, vel secundum aliam, priuatæ personæ, euidenter conuictus, non appellat. Hoc dicit. Et hæc lex est canonizata 2. q. 6. c. sunt quorum. & etiam lex proxi. precedẽs. In gloss. 1. in fi. Vel aliud in debitore fisci, & aliud in debitore priuati. Sed tene solutionem, quæ est in contrario. In glo. *priuati.* circa finem. Gloss. voluit tollere hoc casu l. data supra de appellatio. vbi debitor tributarius, põt appellare.
2 Extra glo. nota hic, q† à sententia lata super tributo euidẽti non appellatur. Et ex hoc dicunt Canonistæ, quod à sententia lata super decimis non appellatur, quia decimæ sunt tributa 16. q. decimæ. & est casus de decimis. tua nos. in fine. Et hoc firmat gloss. 2. quæst. 6. sunt quorum. versi. quoties. vbi hæc est canonizata.

1 *Ab executione sententiæ non, nisi executionis modus excedatur, appellari. & nu. 4.*
2 *Sententiæ executor recusationi non subiacet.*
3 *Sententia qua pronuntiatur exequendum, vel non exequendum, interlocutoria est, nec ab ea appellatur.*
5 *Exceptio peremptoria in casibus, in quibus opponi potest post sententiam: ita & post tempus quadrimestre.*
6 *Captus propter debitum, si appellat, à captura relaxari non, nisi de appellatione cognitum sit, debet.*

LEX V.

1 A*B executione.* Non appellatur† ab executione, nisi excedatur executionis modus, & tunc si res est mobilis, deponitur, si immobilis, fructus eius sequestrantur, donec per iudicẽ appellationis causa terminetur, & temerè appellans in quinquaginta libris argenti punitur. Hoc dicit. Et hæc canonizata. 2. q. 6. in §. ab executore. vbi hui' effectus ponitur. Nota ergo primo regulã, q ab executione nõ ap-
2 pellatur, nec etiam† põt executor recusari. Ita dicit glo. extra de appella. c. nouit. in vltima glo. Et ẽ habes, q executor grauat, qñ in exequendo excedit modum. In gl. 1. in fi. idẽ notauit glo. in l. ab executore. ff. de appellat. Et ex ista glo. colligit hic Barto. quod ab interlocutoria, quę fertur post
3 sententiã, põt appellari. Ex quo collige q† sententia, qua pronuntiatur exequendum, vel non exequendum, appellatur interlocutoria. & Bart. hoc sensit. Vidi multos dicere cõtrarium. An autem sit vera interlocutoria vel non, vidi dubitari. Fertur hic per Cynum q Odofredus dixit, quod non põt appellari ab ista sententia, siue declarat iudex exequendã, vel non, primo vt sit litium finis. l. fratris. supra, de transactionibus. secundo, quia hęc lex simpliciter dicit ab executione nõ appellari, nec distinguit, & c. vt l. de pretio. ff. de publi. Cynus hic inculcat multa, & finaliter cõcludit, q ista terminatio Odofredi põt procedere, qñ nulla est opposita exceptio per aliquam partem, quę haberet impedire executionem, alias autem posset appellari: vt extra de officio delegati. cap ex literis. & pro modo transeo cũ hoc. In gl. *excedat.* ibi, *& sic idem.* Hæc glo. vult id, quod Innoc. de operis noui nũtiatione. ca. significantibus. l. quod sicut
4 potest appellari quando grauat, quia in quantitate modum excedit, ita si præuenit in modo executionis. In eadem gl.
5 ibi, *executioni mandare.* Nota ergo ex isto tertio, quod† in omnibus illis casibus, in quibus peremptoria potest opponi post sententiam, ita potest opponi post tempus quadrimestre. quod est notandum. In ea. gl. in fine. Quæro, Pone quod est casus in quo ab executore† dato à iudice delegato post sententiam diffinitiuã appellatur, ad quem appellabitur? Vide in Specu. de appel. §. nunc tractemus. versi. quid si lata sententia. & ibi dicit, q appellari debet ad eum qui deputat, & hoc infra annum. Quod sequitur Arch. in hac lege. Canonistæ vbi supra. Aliud est dubium, pone q forma demandatę iurisdictionis continet iniustum, vel iniquum, à quo debebit appellari? Vides quod hoc mandarum sonat iniquitatem, vel ab actu istius exequentis, vel à mandato committentis. Dic quod ab actu istius cõmittentis istam executionem. Ita dicit Hostiensis de officio delega. capitulo super quæstionum. §. nos autem. Vide Inno.



de Innocent. de offic. delegat. cum in iure. in prima gloss. Contra hoc dicunt quidam esse casum in c. vt debitus. de appella. Sed non contra dicit, quia loquitur in iudice, nõ in executore, vel prosecutore, & c. In glo. *Iudicauerit.* in fine. Per istum textum cõiuncta ista expositione, terminat hic
6 Bart. q† si aliquis † capiatur propter debitum, & ab ista captura appellet, non debet statim relaxari, sed pendente appellatione debet retineri. Patet per id quod hic dicitur de alia re mobili, quæ debet poni in sequestro. Ad hoc põt adduci dictum Inno. vbi supra. Quid aũt si in causa appellationis dicit de nullitate capturæ, pronuntiatur capturam nullã, petit relaxari, pars appellat, quæritur an debet relaxari? Cogita, & conferemus. In gl. fi. in fi. Cy. hic format aliquas quæstiones, & concludit, q vbicunque iudex, coram quo opponitur exceptio peremptoria, percipit, q oppona
5 tur malitiosè, vt retardetur executio, nihilominus debet exequi. Simile dicit infra de fal. l. 2. Et adde casum extra c. scitcitata. de in integ. resti.

1 *Sententia super testamenti apertione, vel hæredis scripti missione in possessionem lata, non recipit appellationem.*

LEX VI.

1 QVisquis. A pronuntiatione† testamenti aperiendi, vel hæredis scripti in possessionẽ mittendi, appellari non debet, & appellanti, & iudici appellationem recipienti imponitur pœna hac lege statuta. Hoc dicit. Et nota hunc casum ad id, quod dicam in l. 1. infra, si de momentanea possessione. fuerit appellatum. In tex. ibi, *ignauum.* Ad hoc vide l. 4. de manumissionibus.

1 *Ab interlocutoria de iure ciuili non appellari regulare: Secus de iure canonico, & quando appelletur, vide nu. 5.*
2 *Sententiæ, verb. intelligitur de diffinitiua.*
3 *Verbum ambiguum quando profertur, in proprio significato accipiendum.*
4 *Dominij appellatione in dubio venit directum.*

LEX VII.

1 ANte sententiæ tempus. Ab interlocutoria† regulariter nõ appellatur. Hoc dicit. Hoc procedit de iure ciuili, secus de iure canonico, vt in c. super eo. 2. de appella. vbi à quocũque grauamine appellatur. & in l. 1. si de moment. possess.
2 fuer. appel. Nota coniuncta glo. 1. parua, quod† simplex p latio[a] sententiæ intelligitur de diffinitiua. Idem in l. quod iussit. de re iudica. Idem in l. ante sententiam. de appella. recti. & in l. 2. §. biduum. ff. quãdo appel. sit. Et est vtile ad ista tuta de ordine procedendi ad sententiam, intelligi de diffi
3 nitiua, quia † quando verbũ ambiguũ profertur, intelligi-
4 tur in proprio significato, vt l. 1. ff. si ager vect. pet. & † appellatione dominij intelligitur in dubio de directo, vt not. in dicta l. 1. si ager vect. vel emphy. pet. In glo. fina. ibi, *l. 2. de appel. rec.* Et est ratio specialitatis in illa, quia per appellationem à diffinitiua non potest reparari tale grauamen. In ea. glo. ibi, *diffiniat.* Quasi dicat, debemus intelligere de tali interlocutoria, quæ non sit reparabilis. In gloss. ea. ibi, *l. arbitro.* Et est ratio huius fallentiæ quasi eadẽ cũ præcedẽti. In ea. gloss. ibi, *secum executionem.* Et est ratio, quia totã
5 causam determinat, & ideo põt appellari, vt ibi, & sic † ab interlocutoria lata super competentia, vel incompetentia, põt appellari, vt notatur in authen. habita. ne filij pro pat. suprà. Et est gl. singularis. An ab interlocutoria possit appellari de iure ciuili? Dic, q si ista interlocutoria est lata post diffinitiuam sententiam, potest appellari, vt est casus, & ibi glo. in l. ab executione. supra eo. Si autem est lata ante diffinitiuã, tunc aut post istam interlocutoriã non expectatur alia diffinitiua, & tunc, ab illa potest appellari, vt in l. ait prætor. §. permittitur. ff. de mino. & ibi casus, q ab interlocutoria super legitimatione personarũ appellatur. & ibi casus singula. aut expectatur diffinitiua, tunc aut grauamen irrogatum per interlocutoriam, potest reparari p appellationem à diffinitiua, & tunc non appellatur, alias sic. l. arbitro. supra alleg. in glo. Sed si tale grauamen potest reparari, & tunc dic, si talis interlocutoria perimat totum negotium, vel quasi, potest appellari. l. inter vtile. ff. de mino. hic alleg. Alias aũt vbi nõ perimit, non potest appellari, vt hic, & in l. 2. supra, de episcopali audiẽtia. Et hoc procedit de iure ciuili. De iure autem canonico videtur ab oĩ grauamine appellari. extra de app. c. cum cessante. & c. super eo. Hoc videtur fallere in causa momẽtaneæ possessionis ℔ aliquos. Quod tñ intelligitur, & declaratur in l. 1. infra, si de momentanea possessione. Adde ℔ Canonistas appellari etiam ab actu extraiudiciali. Et in quo differat appellatio iudicialis, & extraiudicialis, vide quod notatur eodem tit. c. cum sit Romana & c. bonæ. Aduerte tamen q quando ante sententiam in iudicio appellatur, vt talis appellatio valeat, requiruntur decem, quæ enumerat Gulielmus in Speculo, de appel. in prin. Quibus Ioan. And. addit tria, extra de app. c. dilecto. in nouella. Addo & aliud, quod appellatur ante sententiam diffinitiuam, quando pendet, an appellatio sit admittenda vel non, Iudex appellationis nõ potest inhibere iudici à quo. Ita sensit Innocentius de rescriptis. c. dilectus. Postmodũ ad materiam vide aliquas quæstiones in l. ante sententiam. de appellatio. recti. & ibi vide.

ADDITIO.

a Simplex prolatio. Adde eundem Mathesil. singu. 93. & ibi additio. & in l. 2. num. 4. versic. 2. notate ex ista glo. C. quomodo & quando iudex. Cortet. singul. 190. in verb. notorium. nu. 2. Bal. sing. 95.

1 *Instantia causæ appellationis ad hæredem transit.*
2 *Instatia causæ appellationis an in fideicommissarium vniuersalem transeat.*
3 *Instantia an in singularem hæredem transeat.*

LEX VIII.

ET *publicarũ.* Debitor fisci vel priuati patrimonij principis conuictus non appellat. Hoc dicit.

## *Si pendente appel. mors interuenerit. Rub.*

LEX I.

*Tiam.* Mortuo appellante in causa ciuili hæres debet causam appellationis prosequi, vel iudicatis acquiescere. Hoc dicit. In glo. circa medium. Contrarium tenuit gl. in l. qui ad ciuilia. supra, de appellatio. & dic vt ibi. Nota
1 hic casum, quod† instantia causæ appellationis transit ad hæredem. Idem in instantia causæ principalis, vt de fideiussoribus. l. si eum hominem. & ibi plenè
2 per Bartol. Et an transeat in vniuersalem † fideicommissarium, conclude quod sic, si erat inchoata cum defuncto, non si erat inchoata cum hærede. l. 2. §. 1. & l. cum hęredi tas. ff. ad Trebellianum. Et ideo si hæres cessit iuribus sibi competentibus hæreditario nomine, qui litem contestatus fuerat, & fideicommissarius prosequatur eandem in-
3 stantiam, non poterit obtinere. Ita consuluit Barto. † & an in singularem successorem transeat instantia, vide ibi etiã per Barto. & distingue an faciat transitum ex necessitate, an ex voluntate. Primo casu facit transitum, secundo non. ita ibi cõcludit. Quibus adde, quod hoc ius instantiæ põt trãsferri, ẽt per viam cessionis, & hæc cessio põt fieri etiã inter absentes, vt est glo. in l. in causę. §. sed si ex parte. ff. de procurato. ibi, quod etiam inter absentes fieri potest. Et ibi in illis verbis signa gl. quia est not abilis.

1 *Reus appellatione pendente, & bonis adnotatis si moriatur, quod eius bona ad suos hæredes deueniant.*
2 *Appellationem prosequi hæredem non teneri.*
3 *Crimen morte rei extingui.*

LEX II.

*Ius qui.* Hæc lex legitur duobus modis, vt hic ex gloss. percipitur. Secundum primam lecturam, quam ponit hic prima gloss. & quæ videtur magis conueniens literę,
1 hoc intendit. Si pendente† appellatione facta ab adnotatione bonorum, reus decedat, bona pertinent ad successores eius. Hoc dicit. Et ad euidentiam præmitte, quod notatur in gloss. 1. In gloss. final. ibi, *de requi. reis. l. 1. in fin.* vel secundum aliam lecturam, Si appellatum sit à sententia super

super crimine lata per cũ,cuius bona fuerunt adnotata,& cõtingat eum mori,appellatione pẽdente, bona dicuntur de iure ptinere ad successores eius.Hoc dicit ſm lecturã positam hic in glos. In ea.glo.ibi,*agere cœpit.* & postea dã-
2 natus fuit.In ead.glo.in fin.Concludit ergo, † quod hæres nõ habet prosequi causam appellationis.Pet.vt refert Cy. hic reprehendit glo.quia rediens post annum non recuperat bona,nec auditur appellans,ergo non procedit ista glo. quæ dicit,quod hæres non tenetur prosequi . Sed saluãdo gloss.dic,quod glo.loquitur, quando renuntiatur intra annum , sed distinguit quando moriatur,an moriatur intra annum,vel posteà.Nota quod id, quod gl.dicit. sed si post annum,&c.intelligi debet.s.ꝙ ille fuerit mortuus, veniret tamen intra annum,alias glo.sibiipsi contradiceret,quod
3 non est credendum . Hic titulus præsupponit † morte rei crimen extingui.&c.Pone,ꝙ mortuus est reus ante sentẽtiam,hæredes volunt, quod actor prosequatur causam criminis,an poterunt obtinere? Oẽs dicunt,quod non,quia morte rei extinguitur crimen.l.1.& 2.in hoc eodem tit.& statim habebis glos. ergo,&c. Vide casum in l.filio.§.Seia. de adimen.lega.quod hæredes hoc possunt petere,qui solet allegari pro singulari:sed similis est in l.fina.§.fin.ff. de bonis eorum,qui mortem sibi consciuerunt.

LEX III.

1 *Bonorum expressa ademptio, appellantis mente nõ dirimitur secus in tacita.*

2 *Bona in consequentiam vbi adimuntur , mortuo reo bonorũ causa extinguitur.*

3 *Expressio eius quod acitè inest,nihil operatur.*

4 *Delictum,cuius pœna mors est , qui commisit si non inueniãtur,quid agendum?*

5 *Bannitus de iure communi stante banno offendi non,nisi diffidatur potest.*

6 *Reatus omnem honorem excludit.*

7 *Bannitus,pro rebus,quæ in ciuitate remanserunt, an collectari possit remissiuè.*

1 SI is,qui. Mortuo†appellante à diffinitiua sentẽtia in causa criminaliter tenetur hæres prosequi appellationẽ ꝑp bona,quæ erant expressè adempta,si vero tacitè,non tenetur.Hoc dicit. Vel sic, & fortè clarius:Si bona adimantur principaliter,& expressè , licet reus pẽdente appellatione decesserit, bonorum ademptio non perimitur,& ideo heres tenetur appellationem prosequi, secus si tacitè in consequentiam pœnæ bona adimantur.Hoc dicit . Præmitte quod quædam sunt crimina, quæ in cõsequentiam importãt cõfiscationẽ bonorũ,vt in l.ex iudiciorũ.ff.de accusat. puta maiestatis,&c.Quædã sunt in qbus nõ sequit̃ cõfiscatio,nisi iudex expressè cõfiscet.& de vtroq; hic dr̃, Põdera quod hic te.loquitur in dãnato.Quid si esset absolutus? Dic,ꝙ secus esset,vt est gl.in l. Lucius.ff.de iure fisci. quã vide.Nota etiam hic tex.dum dicit,*Nulla quæstio superesse*
2 *potest.*quod vbi†bona adimuntur in consequentiam,mortuo reo dicitur extingui etiam causa bonorũ.Quod procedit secundum Iaco.Butr.etiam si iudex expressè bona adi-
3 mat, quia†expressio eius quod inest,nihil operatur.de lega.1.l.hæc verba.& infra de fideiusso.l.non rectè.Sed contra hanc determinationem ſm Barto.videtur casus hic in fi.ibi,sola capitis pœna.Vnde concludit hoc posse procedere, quãdo ademptio fit per eum modum,per quem inest,vt condemno eum ad mortem cum adẽptione bonorum:Sed si fiat alio modo,vt condemnamus eum ad mortem,& adimimus ei bona,tunc illa expressio operatur,vt hic,& in l.1.ff.eodem.Extra nota hunc text. quia videtur
4 facere,quod si committat†quis delictum,propter quod capitus debet mori,si non inueniatur, debet ei dari bannum ciuitatis ad mortem.Ita dicit singulariter gloss.in authen. de lenon.§.si quis autem.super verbo,expelletur.collatio. 2.Et de hac glo.fecit festum Iaco.de Bel.in 10.colla.de pa-
5 ce tenen.in princip.Adde an talibus bannitus†,de iure cõmuni stante banno poterit offendi?Dic quod non,nisi diffidatur.infra de malefic.& math.l.fina.vbi patet,quod bene potest capi & duci in potestatem & forciam præsidis, seu potestatis in loco.Aduerte tamen,quia dixit Ioã.And. de homici.ca.1.lib.6.in nouella, quod hic bannitus in bonis saltem potest offendi. Vide mirabilem glo.de mil. vas. qui contu.est.in c.1.in 10.colla.quæ dicit,quod est licitum vnicuique eum deprędari.In gl.fi. Idem videtur dicere in cap.1.hic finitur lex,deinde cõsuetudines regni incip. vbi dicit,quod dum est bãnitus,potest dari damnum in bonis eius,alias nihil noceret ei bannum. Pro hoc facit quod notat gloss.14.q.5.cap.dixit Dominus. vbi vide plura iura ad hoc dubium,& probatur etiam in moralitate. Aduerte tamen,quia Bal.ibi dixit,quod illa gl.erat falsa,quia quod bona dãnatorum possint deuastari à quolibet,nec lege , nec æquitate cautum est . Imo nec iudex hoc posset in sententia declarare, si vellet, quia vt dicit alibi textus , bona non deliquerunt, in authent. vt nulli iudicum. §. & quia. nam etiam bannito debet ius reddi de bonis suis. l. Papinianus exuli.ff.de minoribus.Fallit in feudo,de quo loquitur ibi,
6 quia†reatus omnem honorem excludit. supra vbi senatores vel clarissimi.l.1. Vnum nota ad hoc,quod licet possit offendi in bonis & persona , vt multoties statuta permittunt,mortuus non poterit spoliari,quia talis licentia à iure,vel statuto permissa,extinguitur per mortem.ff.de pœ.
7 l.si pœna.Adde etiam an bannitus†teneatur soluere collectas rerum,quæ remanserunt in ciuitate , & idem in sacerdotibus nihil percipientibus. Vide quod notat glossa in l. inter quos.§.damni.ff.de dam.infect.& ibi vide not.Bart.

LEX IIII.

SI pater. Appellatio interposita à munere publico, finitur morte appellantis.Hoc dicit.

LEX V.

1 *Ancilla de cuius dominio contenditur,mortua appellationis causa propter peculium durat.*

1 QVamuis.Peremptã ancilla,de cuius dominio est quæstio,durat causa appellationis propter peculiũ. Hoc dicit.Facit,quia licet contingat fundum,de quo erat quæstio,casmate perire,tamen propter fructus,vel aliquo alio modo.isto casu nihilominus durat causa super proprietate propter fructus .

LEX VI.

1 *Hæres præter tempus appellanti ad appellationis prosecutionem datum,quatuor menses habet.*

2 *Appellationis exercendæ tempus hæredi non nisi adita hæreditate currit.*

1 SI vnus.Post† mortem appellantis eius hæredi ad prosecutionem appellationis vltra tempus ipsi appellanti cõcessum,dantur quatuor menses,qui currũt demũ post tẽpus ad deliberandum.Hoc dicit secundum notabilem casum, secundum quem non est alibi . gloss.tamen videtur aliter intelligere , vt statim dicam.In glo.fi.in fine.Ex hac gloss. collige lecturam ad hunc tex. secundum quam in effectu
2 iste textus inducitur,†quod tempus appellationis exercendæ non currit hæredi,nisi postquam adiit hęreditatem,& sic non currit eo tempore,quo deliberat.Et secũdum hoc oportet dici , quod ver. Sinautem referatur ad præcedentia.Sed doctores aliter intelligunt hãc legem inducere, ꝙ vltra tempus,quod datur hęredi ad deliberandum, hęres ipsius hęredis habeat etiam quatuor menses, & secũdum hoc ver. Sinautem. non respicit præcedentia, sed nouum ponit casum.Quilibet intellectus est notandus, sed iste vltimus est plus notandus.

*De ijs qui per met.iud.non appel. Rub.*

LEX I.

1 *Timor irreuocabilis à prouocationis necessitate non excusat.*

2 *Violentia interuenire non præsumitur,vbi superior adest.*

1 SI contra.Irrationabilis † timor non excusat à necessitate prouocationis. Hoc dicit.Et ideo nõ appellans videtur acquiescere sententiæ.Nota,
2 quod†vbi est superior,non est verisimile,quod ibi fiat violentia,nec timor debet haberi.Facit l.non est verisimile.quod metus cau.in gl.allegata.

LEX II.

1 *Iustus metus facit vt protestatio facta intra appellandi tempus,vim appellationis habeat.& nu.5.*

2 *Appellans,qui sua culpa in metum,licet iustum,incidit , legis huius beneficio non gaudet.*

3 *Protestatione voluntas probatur,quæ metus probationem coadiuuat.*

4 *Protestatio quomodo facienda?*

6 *Appellatio interponitur per hæc verba, Domine iudex , grauatis me,& si verbum, Appello,non exprimatur.*

1 IS qui.Non appellans†propter iustũ metum debet hoc ꝓtestari, intra dies tamen interponendæ appellationis , & tunc eius protestatio habet vim appellationis. Hoc dicit. Ex hoc textu sumitur,c.si iustus metus. extra de appellationibus.Nota summariũ. In textu ibi , *vim sustinuerunt.* & sic iustum metũ.Ita appellatur extra de appellationib.in c.fi.In textu ibi,*publicè interposita.*i. coram honestis personis:probari tamen oportet,vt dicit Innocen.in dicto ca.fi. Et aduerte,quia per illa verba,Iustus metus, quidam dixe-
2 runt,ꝙ si sua†culpa appellans incideret in illum metũ,non haberet huius legis beneficiũ. Ad hoc ff.quod metus causa.l.si mulier.primo responso.Hostiensis tñ ibi terminauit contra,qui exponit iustus metus.i.probabilis, vt sic nõ cõsideretur qualitas grauati,sed iniquitas iudicantis.Item aduerte,quia debet iste text.intelligi de vi , vel metu iudicis, vel partis,vel iniquæ legis. Ad hoc bene facit extra de sententia excommunica.c.grauem. Nota hic secundo modũ traditum protestationis,non tamen credas, quod per hãc probetur vis, vel metus.l.metum supra quod metus causa
3 sed bene probatur†voluntas,quæ coadiuuat probationem metus,& ideo in hoc non creditur appellanti , nisi vis interuenerit.§& probetur suprà , & ff.quod metus causa.per totum.secundum Innocentium in dicto capit.fina.Quali-
4 ter†autem fieri debet hæc protestatio?dic quod coram bonis viris,& adhibitis idoneis testibus.extra de officio ordi-
5 na.cap.pastoralis.in §.fina. Et nota bene,†quod hęc protestatio habet illam vim,quã haberet vera appellationis interpositio.Facit l.de pupillo.§.si quis ipsi.hic allegate in gl. Et istum casum allegat Bart.in materia protestationis,in l. non solum.ff.de operis noui nuntiatione.& allegat ipsum pro multum singulari.s.istum textum. Vltimo pro practi-
6 ca aduerte,quia dicit Innocen.† ꝙ satis est,ꝙ appellãs dicat sic,Domine iudex grauatis me in hoc: Et hoc sufficit, licet non dicat,Appello.Et sola expressio causarum hoc casu habetur pro appellatione,vt hic. Plus dicit posse dici.s. ꝙ licet postea citatus compareat , non propterea dicatur appellationi iam factæ renũtiare,dummodo timor duret. Allegat ad hoc leg.2.supra quod metus causa. Quod tene menti,quia est dictum aureum.

*Si vnus ex pluribus appel. Rubr.*

1 *Appellatio vnius an & quando alijs prosit,vel non.nume.5. & 6.*

2 *Probatio iudici non parti facienda.*

3 *Identitas rerum & personarum probanda.*

4 *Agnominis , vel cognominis respectu inter inquisitionem & bannum variationem esse.*

7 *Intellectus §.si fundus.l.loci corpus.ff.si ser.vend.*

1 SI iudici.Appellatio vnius†de pluribus ex eadem causa condemnatis, prodest pluribus alijs eandem causam habentibus:Seu prodest omnibus eandem causam habentibus.Hoc dicit.Et de hoc titulo est hodie casus in c.pe-
2 nul.extra de appellat.Nota† probationem fiendam iudici, non parti . Concord.ff.de probationibus.l.quinquaginta.
3 Nota secundo,†quod identitas rerum & personarum debet probari.Et hanc legem Bartol.dicit multum notandũ ad probandam identitatem instrumenti, quod hodie producitur cum illo , de quo in sententia fit mentio . Item & possessionis,quæ est hodie intra tales cõfines , ꝙ sit vna & eadem cum illa, quæ olim erat intra tales confines . Item
4 quod†si sit variatio inter inquisitionem, & bannum in nomine banniti , respectu agnominis, vel cognominis,fortè &c.possit probari quod nominatus inquisitione est vna & eadem persona cum eo,qui nominatur in banno.Et aduerte ad intelligentiam legis,in eo quod hic dicitur, ꝙ ap-
5 pellatio† vnius prodest alijs, quia fortè non est absurdum intelligere,quod vnus eorum appellauit ꝓ se,& omnibus volentibus adhærere, & illi intra tempus ratificauerũt appellationem,alias enim absurdum videtur,ꝙ ad alios porrigi debeat appellationis effectus,qui fortè nolunt, vel nõ curant appellare.extra de appella.cap.vt circa.libr.6.Et ita dixi contra quendam in examine.Item aduerte,quod ista lex non procederet,si alij non appellantes ratificassent sententiam.vel expressè,& hoc indubitatum,vel etiam tacitè per cursum decem dierum , quando ignorabant socium appellasse. Ita colligitur ex notatis in l.Seio.§.primo.ff.de appellatio. Et hoc vltimum ad limitationem huius legis videtur de mente Barto. in l.si quis separatim.in fine.ff.de appel.Item quia hic dicitur,quod effectus victorię cũ vno porrigitur ad alium,dubitari posset.quid si aliter componat?Quam quæstionem uide per Guli.in Specu.de appellatio.§.1.versic.quid si ille.& ibi concludit quod illa compositio non nocet alijs, vt ibi videre potes.In gloss.final. ibi.
6 *l.Seio.* Dic quod hic†loquitur,quando erat communis, & erat par causa defensionis omnium, ibi autem quãdo causa nec erat communis , nec erant causæ defensionis eorũ. & hoc respondeo formaliter ad contrarium. Oppo.contra hunc titu.de lege,loci corpus.§.si fundus.ff. si seruitus
7 vendicetur.Sol.Hic loquitur† in sententia lata in causa appellationis,in sententia autem lata in causa principali non habet locũ indeterminatè quod hic dicitur . Est & tertius casus,quando sententia est lata in restitutione in integrũ. De hoc loquitur lex quæ statim sequitur & l.1. si in communi,eademque causa in integrum restitutio postuletur.

LEX II.

1 *Restitutio vni concessa alijs non prodest:Secus in appellatione & quæ diuersitatis ratio.& nu .2.*

1 SI in vna. Licet†appellatio vnius de pluribus condemnatis ex eadem causa , & reportata per eum victoria alijs profit,secus tamen in concesso beneficio restitutionis in integrum.Hoc dicit ad literã.In textu ibi,*qui non appella-*
2 *uit.*subaudi nedum appellanti.Sed quæ est ratio,quare† effectus appellationis prodest alteri,vt supra l.proxima,sed non restitutionis,vt hic?Dic quod ratio diuersitatis est inter istos casus,quia restitutio est contra ius commune, & ideo restringitur,appellatio vero est de iure communi , & ideo ampliatur.Itẽ in appellatione est par defensio vtriusque, secus in restitutione , quia illa non competit maiori. Quod verum,nisi hoc operetur indiuiduitas causæ,vt hic in gloss.quæ allegat pro casu l.si communem.ff. quemadmodum serui.amitta. Tu adde quod notatur de iure patronatus,in capitulo primo.libro sexto.Ad hanc materiã vide Barto.in l.si qui separatim,in fine.de appellatio.

*Si de momentanea possessione fuerit appellatum. Rub.*

1 *Sententia possessorij appellationem non recipit.*

2 *Hypothecaria & si simplicem possessionem auocare dicatur: sententia in ea lata,in causa possessionis momentanea lata non dicitur.*

3 *Possessio si contra ius auferatur,appellationi locus est.*

4 *Appellari potest in causis summarijs , licet præiudicium per aliud iudicium reparari possit.*

5 *Appellatio à diffinitiua sententia effectum tollit.*

6 *Intellectus l.Si quis in tantam.infra,vnde vi.*

7 *Sententiam in possessorio diffinitiua est,& ab ea appellari potest.nu.8.& 9.*

11 *Minor non restituitur in integrũ, quando lex personam eius legitimat, quod intellige vt hic.*

1
*Vm de possessione*. A sententia lata in possessorio non appellatur, proprietatis tamen causa salua remanet. Hoc dicit. In gl. prima. ibi, *de possessorio momento*. Circa hoc vnum nota, quod licet thypothecaria dicatur auocare simplicem possessionẽ, ff. de euictio. l. si cum venditor. tamen sententia in ea lata nõ est lata in causa momentaneæ possessionis, ideo ab ea poterit appellari, & sic nõ habet in ea locum hæc lex, vt Bartol. notat. in l. 1. ff. de Saluiano interdicto. quod bene nota. In gloss. ea. ibi, *tu dic idem*. Cõcludit quod hæc lex habeat locum in quocunque interdicto. Barto. alibi dicit, qđ hoc est intelligendum, qñ coniunctus, qui fortè occupabat bona defuncti, victus est, appellauit, certè non habet locum. Vel loquitur, quando in bonis vacantibus, &c. nulla fit iniuria si res restituitur in pristinum statum, quia sicut antè poterat agere, & petere, ita & modò. Sed si actor succubuit reus qui occupauit si priuaretur, non habet nisi remedium retentionis, tunc dicit, quod non erit prohibitus appellare per istã regulam. Probat per l. in minoribus & maioribus de appella. & pro hoc casus in l. creditor. §. iussus. ff. de appell. vbi potest appellari, maximè quando deuenitur ad appellationem, ergo fortius in isto casu, &c. Pro hoc etiam facit, quia si appellatur, quando omittitur ordo possessorij
3 & petitorij, vt l. 1. supra, de appellatio. ergo fortius qñ possessio mihi aufertur contra iustitiam, vt in casu proposito.
4 Tertio probat, quia in summarijs licet præiudicium possit per aliud iudicium reparari, l. 1. ff. de ijs, qui sunt sui, vel alieni iuris. tamen quia hoc non contingit sine difficultate põt appellari. supra de appel. l. 1. Item ad legem istam, quia
5 non obstat, quia non dicit quod nõ possit appellari, sed q nõ obstante appellatione, sententia fortitur suum effectũ.
5 nam †appellatio à diffinitiua tollit effectum sententiæ. l. 1. in fi. ad Turpilianum. sed appellatio ab interlocutoria nõ tollit effectum interlocutoriæ, nisi sequuta victoria. Item licet dicatur suspendi executio, non tñ in totum, quia executor potest rem, cuius possessionem apprehendit, facere sequestrari, si est immobilis, vel fructus, si est mobilis. Hęc est intentio Bar. in l. 2. de app. recip. per unã columnã.
6 In ea. glo. ibi. *si quis in tantã*. dicaptius, quod hic †loquitur quando intentatur merum possessorium, ibi, quando concictio ex illa l. in qua tractatur etiã de proprietate, & ideo põt appellari. Et ita notatur in l. momentaneæ. eod. tit. Et hoc est de mente gl. in parte quæ sequitur. In ea. glo. in fin.
7 Et sic cõcludit, q sententia †lata in possessorio est diffinitiua. Idem tenuit gl. in l. post sententiã. §. de sen. idem. ff. de rebus. quod iussit. Est casus in clemẽ. 1. de sequestratione possess. & fructuum. Secundo dicit glo. quod ideo iura noluerunt appellari ab ista, quia postea poterit in quæstione proprietatis. Ex hoc infert, quod vbicunque hæc sententia in hoc possessorio lata, inferret tale præiudicium, quod non esset remedium, ab illa posset appellari, vt notatur in l. ante sententiæ tempus. supra quorum appella. Bart. in dicta l. 2. ponebat exemplum per casum in quo l. qui exceptionẽ. §. si pars. ff. de cõdict. indebi. Et ideo dicit bene notari qđ hic dicit si de momẽtanea possessione. in rub. & nig. qñ si nõ esset momẽtanea, posset appellari. Quæro an hoc pro
8 cedat etiã de iure canonico? Videtur simpliciter† per multos terminari, q de iure canonico possit appellari, vt de restibus. c. significauerunt. & in c. ex conquestione. de restitutione spoliatorum. Ita tenet Guli. in Spec. de appel. in §. 6. & sequen. Ioã. And. tetigit de restitutio. spolia. c. cum ad
9 sedem. Dicit alibi Innocen. quod †illa decretalis ex cõque stione, non dicit in possessorio appellatum, sed appellatum quia eius petitio super possessorio repellebatur. Ita dicit de operis noui nuntiatione, cap. penultimo. in glo. penulti
10 ma, vbi hunc articulum terminat, & ibi declarat† quod etiã de iure canonico non possit appellari, & habeat locũ hæc lex. Et hanc partẽ tenet apertè glos. 2. q. 6. §. sunt quorum. versicu. de possessione. vbi hæc lex est canonizata. & ibi Gratianus appellat hanc sententiam interlocutoria. Et de hoc ibi vide multa relata per Archid. qui post multa videtur concludere in hac parte, quod de iure canonico nõ potest appellari. Glos. Ber. in dicto c. cum ad sedem. dicit, q si est tale possessorium, per quod patiatur præiudicium in proprietate, vt interdicto vnde vi, possit appellari, alias secus, vt suprà de sententijs. l. post sententiã. Alij tenuerunt qđ de iure canonico ab hoc possessorio possit appellari. Ita tenuit Paulus de Leaza. in clemen. 1. de sequest. possess. & fruct. Pro hoc facit q notat Ioan. And. in c. 3. extra de rescriptis. vbi dicit q ille ver. de possessore, non habet locũ ꝑ canonistas, quia licet illa lex sit ibi posita, nõ tñ debet dici canonizata, quia per Gratianũ posita. Hanc partem q possit appellari, tenuit Lapus, in illa clement. 1. dicens ibi probari in principio te. in fi. & per regulam q ab omni grauamine appelletur. Credo q hæc secũda seruaretur. Quid sit inclinatur in prima communiter. Vnũ nota, q licet dicam nõ posse appellari à sententia lata in possessorio, tamẽ poterit appellari à qualibet interlocutoria lata in prędicto possessorio ante diffinitiuam sententiã. Ita sentit gl. in illo ver. de possessore. Et hoc est, quod voluit Inno. de testibus c. significauerunt. in verbo, appellasse. Et est rõ, quia grauamen illatum per illã interlocutoriam non est reparabile q appellationẽ à diffinitiua, cum sit ꝓhibitũ appellari ab ea. Et ꝓ mistũ intellectũ non ponas casum, q hic iudex fuit interlocutus su p possessorio, ꝑ ut ī cõi ponitur, qa ab ista appellatur, sed in cõi ponitur ita casus, q iudex interlocutus est, de quo dicto semper dubitaui. In gl. *reformationẽ*. in fi. Notabiliter concludit gl. q licet in hoc iudicio nõ audiatur appellatio, auditur tamen restitutio. Nota subtilius
11 ex hac gl. q licet† dicam minorem nõ posse petere restitutionẽ in integrũ, qñ lex legitimat personã eius, tamen hoc est verum in aliena causa nõ in propria. Hoc probat hic gl. &c. Facit ad quæstionem disputatã per Iaco. de Bel. q vbi statutũ facit maiorẽ 20. annis admitti ad oĩa, tanquã maiorem 25. annis, & vt habilem, tñ si erit læsus, poterit petere restitutionẽ in integrũ per hãc gl. Ita dicit notabiliter Iac. de Bel. quod nota, quia est pulchrũ & peregrinũ dictũ. Sequitur rubrica, Ne liceat in vna eademque causa ter prouocare, vel post duas sententias iudicum quas diffinitio præfectorum roborauit, eas retractare.

*Ne liceat in vna eademque causa, &c. Rub.*

In gl. rubricæ ibi, *licet tertio non*. intellige ab eadem parte, & ab eodẽ grauamine. In gl. ea. ibi, *impropriè loquitur*. Quasi dicat, verè non est eadẽ causa, quia est alius iudex, alius in alia. Itẽ & qa ẽ diuersa instãtia causæ appellationis à principali, patet qa in vna fertur sententia lite nõ cõtestata, in alia non. l. in principali, nisi lite contestata. In ea. gl. vide ad hãc rubrica m regulam, vide extra de appel. c. tua nobis.

LEX I.

1 *Succumbens in duabus appellationibus, tertio neque appellare neque supplicare potest.*
2 *Recusatio in appellationum numero non annumeratur.*
3 *Prohibitio vt non liceat tertio appellare, quomodo, accipiẽdũ.*
4 *Litis contestatio an in appellationis causa requiratur.*
5 *Nullitas quod duabus sententijs latis in causa appellationis ante ipsarum executionem opponi non possit. & numer. 7.*
6 *Intellectus clem. 1. de sequest. possess. & fruct.*

*I quis in quacunque*. Contra sententiam latã post binam appellationem, non potest appellatio, vel supplicatio interponi ante litẽ non contestatam, iudicis delegati recusatio sic, scilicet, permittitur. Hoc dicit. Vel sic, & fortè formalius, & clarius. Succumbens † in duabus appellationibus, non potest tertio appellare, vel supplicare, & † recusatio facta de iudice non habetur pro appellatione, vt in numero appellationum cõputetur. Hoc dicit. Nota, prohibitionem quæ ponitur hic, arctari ad eundem, qui contra se duas conformes reportauit sententiam in



tias in causa appellationis, potest enim contingere, quòd ab eisdem partibus quatuor reportentur sententiæ. Vnde si reus appellauit in prima, & obtinuit secundò, appellauit actor & obtinuit, tertio appellat reus, & iterum obtinet, quartò actor, & iterum obtinet, tunc reus nõ poterit amplius appellare, quia habet primam sententiam in causa principali, & duas in causa appellationis contra se. Et aduerte quod textus dicit, non liceat ei. Vtrum autem † tertio liceat pro suo interesse? Vide Innocentium, de re iudicata capitul. cùm super. Et vide quod statim infrà dicam. Secũdò nota & principaliter textum, qui dicit, super iisdem capitulis, nam † prohibitio ista nõ extenditur ad diuersa capitula, quod satis includit ista litera, sed est expressum extrà de appellation. capitul. directè. Circa hoc autem occurrit dubium, quòd hic de facto fuit. Iudex primæ appellationis confirmauerat primam sententiam, appellatur secundò & pronuntiatur in secunda ipsam appellationem fore defertam propter lapsum fatalium, vel appellationem nõ deuoluere, quia vitium sit in appellatione, vt quia fortè appellauit ad plures, nec elegit intra tempus iuris, dubitatur an posset appellari tertiò? Et dicebatur quod non per hũc textum, & per illum textum capitul. tua nobis. vbi iste registrabatur. Dicebam contrà, quia in casu proposito appellat super eodem capitulo. Et ita de facto obtinui. Posset ẽt dubitari, si contingat quem à grauamine appellasse, & postea appellationi renuntiasse, & velit postea intra decem dies ab eodem grauamine appellare, an possit? Innocent. terminat quòd non. extrà de appellation. capitul. solicitudinem. Nota textũ, ibi in nuocare. Hic videtur casus, quod
4 † in causa appellationis requiratur litis contestatio. contrà dicitur in lege finali. §. illud. suprà de tempor. appellation. Ex quo dic vbi dixi, & ibi habes remissiones, Et distingue
5 an pars sit præsens. an non, &c. Quæro quid † hodie innouatur respectu propositæ nullitatis? Nũquid potest latas duas sniãs in causa appellatiõis, possit opponi de nullitate? Et dicitur quòd non antequam sit facta ipsarum sententiarum executio. Est hodie casus in clementi. vt canonis. de sententt. & re iudicata. vbi dicitur, quòd sicut non † potest tertiò prouocare, ita nec de nullitate dicere. Quæro, nũquid hoc sit verum, etiam si opponatur exceptio nullitatis ex defectu iurisdictionis? Videtur esse clarum, quia semper videtur reseruata exceptio nullitatis. Bartol. in lege, prima quod vi aut clã. & Cyn. in lege, ita nobis. infrà de adulter. & videtur casus in lege, non erit. in §. dato. ff. de iureiurãd. Contra hoc facit glossa ordinaria in clementin. prædicta, vt canonis. super verbo, pendere. quæ videtur facere in cõtrarium. Et hanc partem reputabam iustiorẽ, & volendo eam defendere, oportet respondere ad doctrinam in cle-
6 men. 1. de sequest. pos. & fruct. scilicet, quòd † illa loquitur quando vna erat lata sententia tantum, & ideo nimirum si reseruatur, sed sumus in casu, quo erant latæ tres sententiæ & ideò est maior præsumptio pro vincente, & sic videtur iustus dicere, quòd executio possit fieri, non tamen determino. Tunc subiungitur dubium, vtrum illa forma habeat locum cuiuscunque naturæ sit sententia, id est, quo casu esset facta. executio sententiæ esset retractabilis, vt in eo, qui habuit amputatum pedem, qui nunquam restaurabitur, an habebit locum illa clementina? Ibi tangit Paulus de Leaza. qui videtur retrahere istum textum ad sententiam retractabilẽ. Allegat 5. distinctio. baptizari. Pro hoc bene facit textus, ibi, quia ibi, dicit textus, quod si sit facta executio, nihilominus posteà possit opponi de nullitate ad retractationem sentẽtię, ergo erat ibi possibilis retractatio. Dixi an tertius audiatur appellans? Et dixi quòd
7 non. Sed pone † quod est tertius, qui vult admitti pro suo interesse. Et etiam dixi suprà. Sed an possit de nullitate dicere? Et videtur quòd non argumento c. cùm super. & c. veniens. qui videntur admittere. Alij tenuerunt contrà per illum textum, & dixerunt quòd illa iura debent intelligi secundum casum illius clementinæ, quando nõ erat lata sententia, aliàs nõ audiretur. Alias sic defendi, nec coadiutorem habui, nisi Paulum de Castillione. Contrà hanc determinationem fortiter facit, si ponderetur, ille textus non videtur præcludere viam, nisi ei contra quem, & in cuius odium contra quem statuit, ergo vbicunque simus extra hunc, sumus in dispositione iuris antiqui permittentis appellare, & alia facere, &c. ergo debet audiri. Vidi Zẽzelinum dicentem, quòd audiatur pro suo interesse. Et hæc pars videtur fauorabilior, licet sit bene dubia.

*Qui bonis cedere possunt. Rub.*

LEX I.

1 *Bonorum cessione debitorem non liberari: sed ne in carcerẽ detrudatur fieri.*
2 *Bonis qui cessit, contumax non censetur.*
3 *Cedens bonis si ad pinguiorem deuenerit fortunam, vt creditori soluat, arctari poterit.*
4 *Cedens bonis quam cautionem præstare teneatur.*
5 *Cedenti bonis quæ bona reseruantur.*
6 *Cessionis beneficio an pacto renuntiari possit.*
7 *Carcer ad pœnam esse non debet.*
8 *Cedens bonis creditoribus, omnia bona sua relaxare tenetur.*
9 *Fraus nullis patrocinatur.*
10 *Cessionis beneficio locus non est, si debitor quinque annorum iudicijs potitus sit. & nu. 11.*
12 *Captus pro repræsalijs iudici repræsentari debet.*

1 
*Vt bonis*. Beneficium † cessionis non liberat debitorem, sed prodest ne condemnatus detrudatur in carcerem. hoc dicit. Datur hic remedium cedenti bonis. Canon addit aliud extrà de solutio. capitu. Odoardus. vbi non
2 potest excommunicari, quia † non censetur
3 contumax, ex quo cessit bonis. † Sed an saltem poterit creditor eum arctare, si peruenerit ad pinguiorem fortunã, quòd soluet? Dic quòd sic, vt in prædicto capitul. † Sed qualis erit ista cautio? Et videtur textus quod cum fideiussore. in lege prima. §. cùm autẽ. suprà, de rei vxoriæ actione. Puto quod sufficit iuratoria cautio tantum, nec tenea
4 tur dare in hoc fideiussores. Facit in argumentum lex secunda. §. penultimo. ff. de iudicijs. & videtur quasi casus in lege. verum. §. item videndum. ff. pro socio. & ibi dicebã esse casum de ista quæstione. Et † istud videtur hic de mẽte Cyni, in quinta quæstione. In glossa prima, ibi, *non contrario iure sed ope exceptionis*. nota hanc glossam. Alibi glossa dicit, quòd liberatur ipso iure à ciuili obligatione, nõ à naturali. Ita dicit in lege, vbicunque. de fideiussoribus. Illam ibi tenet Dynus, & Cynus firmat hic idem, quòd ista tenuit glossa in dicto capitulo, Odoardus. Tene hanc secundam, pro qua est casus in lege tertia, infrà, titulo primo. Item & pro ista facit ratio, quia posteà quartus potest cõueniri. lege, is qui. & lege, q bonis. ff. eodem. Et hoc quasi est † de mente glossæ. infrà ergo apparet, quod non est liberatus. Hanc partem, scilicet huius glossę, teneatis. In glossa eadem, in fine. Sed quærit Cynus si indicar, an debeat relaxare omnia? Et dic quod non, † quia non vestes & simi-
5 lia. Ratio, quia reseruantur damnatis ad mortem, quorum bona cõfiscantur. lege, diuus. de bonis damnatorum. ergo fortius hic. In glossa eadem. in fine. An obligatùs, qui non tenetur vltra quàm egeat, teneatur vẽdere bonam domũ, & emere paruã, & bonam vestem, & emere de cilicio, &c.
In glossa, *in eodem*. ibi, *& sic habebitur*. Quæro, vtrum
6 † huic beneficio cessionis possit per pactum renuntiari? Dynus format hanc quæstionem, in lege, auia. §. eleganter. ff. soluto matrimonio. & ibi terminauit quòd non motus principaliter, quia hoc pactum esset quodam modo inductiuum seruitutis, contra illud. ff. de libero homine exhibendo. leg. prima & 2. & infrà, de exactoribus

tributorum.in l.nemo carcerem.In gl.ea.Et in hanc ſententiam doctores ſunt.Conſonat Cynus,interſerit tamen ꝙ Ia.de Are.conſuluit,quòd ſi hoc pactum eſt appoſitum in contractu,tenet,alias non,per caſum in l.ſi.in fi.infrà,e. Ad §.eleganter.reſpondeo,quia dicit illud pactum eſſe cõtra bonos mores.ſed hoc non,quia lex hoc permittit.l.ſi. in fi.infrà.eo.ſcilicet detineatur in carcerem, donec ſolue rit.Non obſtat l.2.& l.ob æs.de actionibus & obligationi bus quæ impugnãt tale pactum,ſed per hoc nõ eſt ſeruus. Ricardus Malumbre tenuit,quòd tale pactum non tenet, per notata per gl.in l.imò.de actionibus & obligationib⁹. Et hanc partem videtur Bar. tenere in d.§.eleganter.Fallit ſecundum eum in duobus caſibus.Vnus,quando iſte volens cedere diſſipauit bona in fraudem creditorum.l.ſi.in fi.ſi quis in frau.cre.Et hoc tenet Dynus Inſti.de actionibus,in §.ſi quis in fraudem.Alius,ſi tempore quo contraxit,debitor ſciebat ſe non eſſe ſoluendo.l.penul.ff.de iure dotium. Sed pro concordia opinionum dic, Aut conſtat debitorem nihil habere,vel habuiſſe,tunc renuntiatio ſupradicta non præiudicat,tum quia,non intereſt creditoris argumento ff.mandati.l.ſi procuratorem.§.mandati.tum quia vult officere creditori,& ſibi non prodeſſe,cõtra regulam ff.de rei ven.l.in fundo.tum etiam quia actio rei p ſecutoria conuerteretur in pœnalem,quod conceditur ſolum in criminibus.l.1.§.generaliter.ff.de pœnis. Et ſic in aliis debet intelligi prohibitum.l.cum prætor.de iudiciis.

7 tum etiã quia † carcer eſſet ad pœnam,quod eſſe non debet de pœnis.l.aut damnum.§.ſolent.Sed quantum ad hoc,vt in poſteà queſitis conueniatur inſolidum,renuntiatio tenebit,quia ſpeciale eſt in marito, vt in dicto §.eleganter. ergo in contrarium eſt ius commune.l.ius ſingulare.ff.de legibus.Bene facit infrà,eodem,l.cùm & filij. Aut cõſtat

8 eum habere vel habuiſſe aliqua bona,tunc ſi non commi ſit fraudem,dic idem quod in ꝓcedenti.Ratio,quia † cedẽdo bonis debet omnia ſua † dimittere creditori.l.pen.ff.de ceſſione bonorum.& ſic locum habent rationes allegatæ ſuprà proximè.Sed ſi de fraude ſua conſtet, vel expreſſè, & ſic non habet dubium,vel ex coniecturis,quæ ex tribus comprehenduntur,vel quia fraudulenter diſſipauit omnia ſua bona.l.penulti.ma.in fi.ff.de iis quæ in frau.cre.vel quia incontinenti poſt contractum videtur peruenille ad paupertatem,ſecũdũ notata in l.ſi ventri.§.in bonis.ff.de priuil.cre.& per not.in l.poſt contractũ.de donationibus. vel quia ſine aliquo caſu inopinato ſuperueniẽte apparet ductus ad paupertatẽ.argumento,de magiſtratibus conueniendis.l.1.§.ſi magiſtratus.& de adminiſtratione rerum ad ciuitatem pertinentium.l.2.§.ſi eo tempore,alias ſecus

9 per d.§.fi.Fraus enim ſua debet ſibi nocere,nõ prodeſſe, vt ſuprà,de dolo.l.ſi legatarius.& per totum titulũ. Adde

10 ad prædicta quòd † hoc beneficium non habet locum, ſi debitor elegit inducias quinque annorum, & poſtea vult cedere,vt d.l.ſi.in fi.vbi dicit,quod iſta lex non habet locũ quando ab initio noluit ſtare iuribus, nec cedere bonis.

11 Fuit etiam conſultum,quòd † non habet locum, quando quis erat debitor ex inſtrumento confeſſionato,id eſt,habente infertum,quod poſſit capi,& c.quia ex forma ſtatuti poterat capi ad omnem voluntatem creditoris, vt non debet relaxari, niſi ſolueret.Sicut enim hoc beneficium ceſſionis ortum habuit à iure ciuili,vt hic,ſic & debet poſſe tolli per ſtatutum,quod habet vim iuris communis,vt eſt caſus in ſpecie,ff.de ſepulchro violato.l.3.§.quid tamẽ. In gl.*iudicati* ibi,*l.penultima* imò dic quod & poſt ſentẽtiam,vt hic,& ibi.In gl.fi.ibi.*ſed loco carceris ponitur in bãno.* Vide ſimilem gl.in ſimili in l.3.§.tutores.de ſuſpectis tutoribus.Sed nunquid hæc executio poſſit fieri propria authoritate?Dic quòd ſic,ſi non poteſt haberi copia iudicis,vt C.de decurionibus.l.generali.lib.10.Facit quod notatur de Iudæis.l.nullus. ſuprà,& in l.ſi alius.§.belliſsimè. ff.quod vi aut clam.vbi Bar.Aduerte tamẽ,quia etiam eo caſu,quo eſt permiſſa captura,nõ debet eum retinere, ſed iudici præſentare,vt d.l.generali.& probatur in l.1.vbi qs de curiali,vel cohartali.& Inſtit.de actionib.in §.1.& in corpore,de pace tenenda & iuramento firmanda.§.1. Et hoc voluit Iacob.de Bel.in corpore,vt non fiant pignorationes.Et hoc nota,quia facit ad repreſalias,vt licet ꝓmit

12 taſ capere aliũ † ꝙ repreſalijs,non tamen debet eũ retinere in domo ſua, ſed ꝓſentare debet officiali.Et Barto.hoc tenet in tractatu repræſaliarum.Alia hic vide per Cynum.

LEX II.

*Si quantitatem.* Verbum ceſſionis temere prolatum nõ præiudicat facultatibus nondum diſtractis, ſed locus eſt pœnitentiæ.Hoc dicit.

LEX III.

*Si frater.* Ceſſio patris non præiudicat in bonis filij emãcipati.Hoc dicit.

LEX IIII.

1 *Creditoribus in bonis ceſſis quomodo prouideatur.*

1 *Legis Iulię.* † Bona debitoris cedentis non poſſunt creditores ſua authoritate inter ſe diuidere, ſed iudicis authoritate fit diuiſio,& vſque ad concurrentem debiti quantitatem poſſunt vendi,& ſolutio fieri,niſi eſſent alteri inſolutum data.Hoc dicit.

LEX V.

*Propter.* Ceſſio bonorum non admittitur propter honorem,vel onus municipale.Hoc dicit.

LEX VI.

*Nomni.* In ceſſione bonorum ex quacunque cauſa fiat, nulla requiritur ſolennitas.Hoc dicit.

LEX VII.

1 *Bonis cedere poſſunt filij familiàs & nihil poſſidẽtes.& nu.5.*
2 *Mulier an pro debito capiatur.*
3 *Argumentum de homine ſui iuris ad filium familias,quibus in caſibus & quando procedat.*
4 *Cedens bonis pro facultatibus poſtea queſitis non liberatur.*
6 *Executio contra filiũ familiàs in peculio profectitio non fit.*
7 *Negatio quid.*

1 *Cum & filij.* Filiifamilias, † & etiam nihil habentes, vti poſſunt hoc beneficio ceſſionis bonorum, ne iniuriã patiãt.Hoc dicit.In tex.ibi,*cum &* dic,implicat nedũ alij. In textu ibi,*ſubſtantias.* No.verbũ,de quo dixi hoc anno in l.cũ oportet.3.de bonis q̃ liberis,in textu,ibi, *vtriuſque*

2 *ſexus.* Hic videt, ꝙ † mulier poſſit capi ꝓ debito.Sed dic ꝙ nõ,vt in l.3.de officio diuerſorũ iudicũ.imò punit vt ibi.

3 No.ꝙ † in illis caſibus,in qbus nõ apparet diſparitas rõnis põt argui de homine ſui iuris,ad filiũ familiàs vt hic.No. cauſam huius beneficij ceſſionis ibi,vt iniuriarũ, &c.ſ.vt

4 euitet timor iniuriæ inferẽdę.Nota ꝙ ille, q̃ † bonis,nõ liberat ꝓ facultatibus,quas poſteà acqret,vt dixi ſuprà eodem,in leg.prima.Nota hũc text.contra gloſſas quæ dixerunt,quòd † cõtra filium familiàs ſtante patria poteſtate, non poterat fieri executio ſententiæ, vt leg.tertia.§.ſed vtrum.de minoribus.& leg.quòd ſi minor.§.quod ſeruus. eodem titulo.nam hic patet contrarium,nam ſi non poſſet moleſtari, ad quid eſſet bona hæc ceſsio bonorum ? Tene menti.In gloſſa prima,ibi,*non tamen intelligas,* &c. Nota gloſſam decidentem, quòd contra filiumfamiliàs

6 † in peculio profectitio non poſsit fieri executio.Et idem tenuit alia gloſſa.in l.& ſi condemnatus.ff.de noxalibus. & Inſtitut.de noxalibus.in §.primo.Contrarium videtur dicere,quòd poſsit fieri executio in leg.ſi filio.2.in fina.ff. ſoluto matrimonio. De quo vide ibi Bartolum.Sed pro concordia dic,quòd quandoque filius condemnatur,quia tamen legitimè fuit defenſus,& tunc ſit verum in le.ſi filio.in fine.quòd poſsit fieri executio,& ratio ſit,quia in illo iudicio in quo comparuit contradictor, videtur initus quidam quaſi contractus, vt leg.tertia.§.idem ſcribit. & §.ſi filius.ff.de peculio.ideo non mirandum.Quandoque autem filius fuit condemnatus in contumaciam tantum,&



tùm,& tunc ſit verum,quorum,quod dicit iſta gl.& ſimiles,quòd non poſsit fieri executio, quia tunc non poteſt reperire aliquę cõtractũ, ſuper quo poſsit hæc executio fundari. Alii tamen aliter, vt notatur in d.l.ſi filio.in fin. Credo quòd hęc ſit bona concordia. In gl. *Et ſi nihil* in fi. ibi,*& actione de peculio.* quæ poteſt intẽtari,etiã ſi nil ſit in peculio, vt in l.quæſitis.de peculio.hic in gl.allegata. In e. gl.ibi,*ſed videtur nugatio.* Aduerte quia nõ eſt propriè nu

7 gatio,ſed † contradictorum implicatio.cùm † nugatio ſit ꝓ priè bis idem dicere,vnde proprius modus videtur quod arguamus à contradictione.In gl.e.in ſi.vel dic, & credo meliùs quòd debitor cedit bonis,nõ ſolum pp bona, ſed vt nõ patiatur iniuriam, vt hic, & ſtatim ſubdit in textu.

LEX VIII.

1 *Ceſsio an admittatur,vel quinquennalis dilatio debitori detur,ꝙ maiori creditorũ parti et debiti cumulationi ſtetur.*
2 *Ceſsione bonorum nullus infamatur infamia iuris.*
3 *Creditori aſsignanti dilationem debitori,aliqua dilatio non currat.*
4 *Factum à maiori parte quando factum ab omnibus dicatur. & nume.ſeq.*

1 *Cum ſolito.* Debitor † poteſt cedere bonis, vel inducias quinquẽnales à creditoribus cõſequi, & ſi ſit inter creditores diſcordia an detur dilatio, vel ceſsio † admittatur, ſtatur determinationi maioris partis creditorum. Primò ſecundum cumulum debiti,ſecundo data paritate in quãtitate ſtatur maiori parti reſpectu numeri perſonarũ, vbi verò ſint hincinde pares per omnia, eligitur † humanior ſententia,ſcilicet,vt concedantur inducię quinquennales, nulla attenta hypothecæ prælatione,& pendente tali dilatione,nullum præiudicium creditoribus generatur. Hoc dicit tota hæc lex ſatis longa, & caſus eſt ſatis practicabilis.Nota textum,ibi,*ſalua eorum,* &c.Nota ex hoc textu,

2 quòd † per ceſsionem bonorum quis non infamatur,intelige,ſcilicet,infamia iuris,ita quòd repellatur à teſtimonio

3 & ſimilibus,&c.Secundò nota,ꝙ † creditori, qui debitori ſuo dilationem aſsignat,nõ currit interim aliqua dilatio. Nota hic caſum,in quo ſtatur determinationi maioris partis,intellige tamen dummodo eorum cõſenſus habeatur in idem concurrens,& eodẽ tempore ſecundũ notata in l.& ſuum.§.ſi.ff.de pactis.aliàs autem regulariter ſufficit conſenſus ſeparatim adhibitus,vt l.per fundum.cõmunia prædiorum.& rationem diuerſitatis vide in dicta l.& ſuum.in fi.In gl.ſi.in fi.nota gl.& vide quod dixi ſuprà eo.

4 l.1.Extrà gl.nota hunc textum qui ſentit, quòd † factum à maiori parte,intelligitur factum ab omnibus.& hoc eſt ideo,quia iſte actus reſpiciebat plures,vt ſingulos, & ſingulariter,vt hic,& l.& ſuum.§.fina.ff.de pactis.aliàs autẽ ſi reſpiceret plures vt vniuerſos, non vt ſingulos, debent duæ partes adeſſe,& ſufficit maiorẽ partẽ præſentium cõſentire.Ita intellige ꝙ notat gl.in l.nulli.ff.quod cuiuſque vniuerſitatis.Quod intellige ſane dummodo omnes ſint vocati in loco ſolito & more ſolito.C.de decurionib.l.2. lib.10.Adde tamen caſum,in quo debent conſentire,ſcilicet,cùm tractatur de prorogando tempore defenſoris in officio.in 1uthen.de defenſo.ciuitatum.§.& iuſiurãdum. In hoc tamen debito,an ſit ſtandũ maiori parti dixit notanter Pet.in brocardis,quòd ſi id de quo quæritur, ſpectat ad eos,vt ad miniſtratores,& non ſuo iure,vt ad tutores,decuriones,& ſimiles,tũc ſit verum, quòd illud quod facit maior pars,omnes videantur feciſſe.ff.ad municipalem.l.quòd maior.& de adminiſtratione tutorum.l.3.§. penulti.Quod intellige verum,niſi in his,quæ finirent eorum officium.l.ſi.ſuprà,de authoritate præſtanda. Sed ſi illud ſpectat ad eos iure ſuo, vt ad ſingulos, tunc ſi vnus vult vti re ad vſum determinata alijs inuitis,poteſt, vt ff. de rerum diuiſione.l.in tantum.§.ſi.& de vſufruct.l.arboribus.§.fina.Sed ſi velit vti ad alium vſum, non poteſt.l. per fundum.de ſeruitut.ruſticorum prædiorũ. Dixit autẽ fallere,& eſſe ſpeciale in caſu iſto,& d.l.& ſuum.§.fi.& l.1. §.plures depoſiti.Et ex hac doctrina dixit Bald.inferri ad

5 duo.Primũ, ꝙ ſi in iudicio ſint tres tutores vnius pupilli, & duo confiteantur,tertius neget,quod ſtetur confitentibus,ſecus ſi eſſent in pari numero.l.conſilio.§.penu.de curatore furioſi.ff.Secundum,quòd ſit ex tribus reis debendi in iudicio duo confitentur,tertius negat ꝙ negãs nõ cõuincatur per confeſsionem aliorum duorũ,& hic maioris partis,quia ſunt in iudicio iure ſuo,non vt adminiſtratores.Nec obſt.infrà,de duobus reis.in l.ſi.vbi factũ vnius reorum præiudicat alijs,quia illa debet intelligi quantum ad interrumpẽdam præſcriptionem, non quãtũ ad hoc, vt negans habeatur pro confeſſo.

*De bonis autoritate iudicis poſsidendis.* *Rub.*

LEX. I.

1 *Legatarij teſtatoris præferuntur legatarijs hæredis.*
2 *Legatarij primi defuncti hæredis creditores cenſentur.*

1 *In bonis.* Legatarij † primi teſtatoris præferun
2 tur legatarijs hæredis.Hoc dicit.Vel ſic.† Legatarij primi defuncti cenſentur creditores hæredis.In gl.ſi.in fi.ibi,*§.ſi verò.* Dic, hoc poſſet ꝓcedere,qñ bona eſſent ſoluẽdo,aliàs ſi bona nõ poſſent ſatisfacere omnibus,obtinet priuilegium huius legis,vt præferantur legatarii hæredis,ſecundum Iac.de Aren.& Iac.Butri.

LEX II.

1 *Creditores hæredis bonorum defuncti à bonis hæredis ſeparationem petere poſſunt.*
2 *Vocans partem in ius per libellum,vocati fidem ſequi non dicitur.*
3 *Priuilegiatus vt inuitus,ad teſtimonium non cogatur:ſi vocatus teſtificetur,inuitus teſtificari dicitur.*

1 *Eſt iuriſdictionis.* Creditores teſtatoris † poſſunt impetrare ſeparationem bonorũ defuncti à bonis hęredis. Hoc dicit.Nota textum ibi, *ſi te non hæredum fidem*, &c. Ex quo videtur à contrario poſſe argui, ꝙ poſt quã cõſtat eũ ſecutũ fidẽ hæredis, ꝙ non habet beneficiũ ceſsionis.

2 Iterẽ ex eadẽ parte nota, ꝙ vocans † partẽ ad iudiciũ ꝓ libellũ nõ dicit ſequi fidẽ vocati, qa ex neceſsitate facit. In gl. *cauſa cognita.* Nota gl.& eã ſigna,ex qua habes q̃ requiran tur in cauſę cognitione in hac lege. Videtur facere iſte tex

3 tus quòd ſi quis habet priuilegium, quòd † non poſsit inuitus ad teſtimonium compelli, & vocatus ad teſtimoniũ teſtificet, ꝙ dicat teſtificari inuitus. Quod tñ alibi dicitur eſſe verum, ſi allegauit ſuum priuilegiũ, & non fuit admiſſus,aliàs non,quia dicitur potius voluntarius. Et idem in alio priuilegiato,qui non teneatur comparere.

LEX III.

1 *Cedens bonis ex contractu antea inito conueniri,non niſi poſt ea bona quæſierit,poteſt,quo caſu ne egeat habetur ratio.*
2 *Ceſsionis bonorum exceptione proceſſum & litis ingreſſum impediri.*
3 *Cedens bonis quòd ex contractu poſt ceſsionem facto conueniatur.*
4 *Artifex qui ſibi victum quærere poteſt,à beneficio, vt nõ niſi in quantum facere poſsit,conueniatur,repellitur.*

1 *Ex contractu.* Cedens bonis † ex contractu antè inito, cõueniri non poteſt poſteà,niſi bona quæſierit, & tunc habetur ratio,ne egeat.Hoc dicit textus coniuncta glo.2. Nota primo caſum hic contra gloſ. in leg. vbicunque.de fideiuſſoribus.& pro eo quòd dixi ſuprà titu. primo.in l. prima.vbi vide. Nota ſecundò quòd hic videtur caſus,

2 quòd † exceptio ceſsionis bonorum impediat proceſſum & litis ingreſſum. Facit leg.ſecunda.ff.qui bon.cede.poſ. vbi videtur hoc velle Bar. Ad idem videtur caſus. ff. de arbitris.l.item ſi vnus.in princ. Tertiò nota hanc literam in verbo, Anteceſsit. Ex quo collige à contrario ſenſu hic ca

3 ſum, quòd † pro contractu facto poſt ceſsionem ipſe,poteſt conueniri. Quid autem concurrat antiquus creditor cum iſto primo,qui contraxit poſt ceſsionẽ,quis præferatur? Reſponde quòd præferetur iſte ſecundus. Videt

probari per casum in l.3.in fi.quod cum eo.In gl.fi.in prin.
4 Dic,quod tisto beneficio poterit excludi, si reperiatur artifex,qui possit sibi victum quærere, vt probatur.ff.de liberis agnoscendis,in l.si quis à liberis.§.denique. Et hoc voluit in l.si quis argentum.C.de dona.Et est vtile ad omnes gaudentes hoc beneficio.

LEX IIII.

*1 Libellus inciuilis & incongruus reijciendus.*

1 *INciuile est.* Non tpôt vnus creditorum ex chirographo compelli ad recipienda bona debitoris,vt cæteris satisfaciat.Hoc dicit.Vel sic.Ab incongrua & inciuili petitione debet quis repelli.Hoc dicit.

LEX V.

*1 Creditor petere potest se mitti in possessionem bonorum vacãtium debitoris non agnitorum à fisco.*
*2 Bona esse vacantia quomodò dignoscetur.nu.3.*

1 *SI bona.* In bona debitoris vacantia tà fisco non agnita po test petere creditor se immitti. Hoc dicit. Dubitat
2 Bar.quomodo tconstabit bona esse vacantia? Respondeo, quòd constabit vocatis iis,qui tenent primum gradũ successionis.l.1.de successorio edicto.& l.fi diu.ff.qb⁹ ex causis in possessionẽ eatur. Et aduerte, qa debet nominaliter vocari,quos contingit prima causa successionis, vt le.1.in fi.ff.de vẽtre inspi.& istis vocatis debet statui terminus ad deliberandum an velit adire, vel non,tamen minus tẽpus
3 certũ dierũ.ff.de iure deliberãdi.l.1.& 2.& tũc si nullus cõparebit,satis dicet cõstare bona esse vacãtia. Ita dicit gl.in l.sancimus.suprà,ad Trebellianũ. Ad hoc tñ nõ vocabit fiscus.vt satis videt innuere iste textus. Hæc aũt ꝓcedunt quãtũ ad missionem ex primo decreto, quãtũ aũt ad ꝫm decretũ,dabitur tutor bonis.l.1.de curatore bonis dando l.fi.de priuilegijs creditorum. Et not.g.in l.ab hostibus.in prin.ff.quib.ex cau.maio. Et hæc est bona practica, etiam vtilis ad alium casum,quàm ad casum cessionis.

LEX VI.

*1 Creditores debitoris bona quomodò impetrent, vt pro modo debiti sibi satis fiat.*
*2 Creditor hypothecaria chirographario præfertur.*
*3 Libellus,Peto dari mihi in solutum debitoris mei bona, non admittitur.& quæratio.*
*4 Creditoribus hypothecarijs cuilibet pro debiti rata satisfit.*

1 *PRo debito.* Creditores tnon possunt bona debitoris iure dominij impetrare,sed impetrare debent possessionẽ,
2 & venditionẽ, vt eũ cuilibet ꝓ rata debiti satisfiat,t & hypotecarius creditor chirographario præfertur. Hoc dicit.
3 Nota pulchrum textum hic in prin. tquòd non procedit ista petitio, peto dari mihi insolutum bona debitoris mei.Et rõ esse potest, quia demũ hoc admittitur in subsidium.l.ordo.& quod ibi notatur,suprà,de executione rei
4 iudicatę.& infrà.eo.in l.cũ ꝓponas.Secũdò nota, ꝙ t vbi sunt plures creditores hypothecarij, satisfit vnicuiq; eorum pro rata.Probat etiã iste textus,quòd creditoribus in personali debet solui pro rata,& per solidum & libram.

LEX VII.

*1 Debitum extinguitur pro ea parte pro qua creditor debitori succedit,nisi compensandi animo sit institutus.*

1 *SI vxor.* Pro illa t parte,pro qua creditor debitori succedit,extinguitur debitum,niti institutus sit animo compensandi.Hoc dicit.Hic videtur casus,quòd ille qui est debitor ex contractu,non videtur relinquere animo compẽsandi,pro rata.Dubitatur. Relinquitur aliquid fratribus. Minoribus, certũ est quòd parochialis ecclesia debet habere quartam,per Clementinam dudum,si ecclesia parochialis fuerit in parte instituta, an imputabitur sibi illa quarta in institutione? &c.

LEX VIII.

*1 Missus in possessionem rei seruandæ causa,neque possessionẽ neque dominium quæsiuisse dicitur.*

1 *IN possessionem.* Missus tin possessionem causa rei seruandæ,non dicitur per hoc quæsiuisse possessionem,nec dominiũ. Hoc dici.& vide l.3.§.ex cõtrario.ff.de acqrẽ.poss.

LEX IX.

*1 Debitore latitante in bonis suis creditores in possessionem mittuntur,perseuerante,venduntur.*
*2 Latitandi animus quomodo probetur.*
*3 Appellatio alteratiua an & quando valeat.*

*CVm proponas.* Contra debitorem presentem procedit ordinario iure,contra absentem verò, & latitantem respectu creditoris summatim cognito de debito,in possessionem fit missio,& transacto tẽpore competenti po-
1 steà fit venditio. Hoc dicit. Vel sic, Quando t debitor latitat, in bona eius fit missio, & eo perseuerante, venditio. Hoc tit. Et primò ponit dictũ in processu contra præsentem,vsque ibi, *Nam si ibi.* Secundo in processu contra absentem,& latitãtem vsque ibi, *Tempore autem.* ibi. Tertiò, remouet dubium,declarans quale sit officium iudicis contra contumacem. In gl. *iuris rationem.* in prin. Secundum hanc gl. ponitur exemplum in hac lege in libello conuentionali. Alij intellexerunt de qualiquali petitione, quã facit pars corã iudice. Ita intelligit Guli. in Spec. de primo & secundo decreto. in §.1.vbi ponit sic exemplum. Aduerte tamen,quòd totum hoc tstat secundum quod signabis gl. quia si signes super secũda parte,lex loquitur de qualiquali petitione apud acta. Si verò signes sup prima parte, intelli
2 getur de libello conuentionali,de quo in auth. Offeratur. C.de litis contestatione. In gl. *ad circunscriptionem.* ibi, *l. Fulcinius.* Qualiter tautem iste animus probetur, vide gl.in d.l.Fulcinius.in §.quid sit latitare. In gl. *Constat.* in fi. In hoc cõclude,quòd si habetur respectus solum ad effectum istius missionis ex primo decreto,sufficit ista summaria cognitio,de qua hic. Si tamen dubitetur,an alij creditores debent gaudere beneficio huius missionis, dic quod debitum clare probari debet,vt probatur in l.cùm apud.ver.vt autem infra eo. Similiter quantùm ad missionem ex secundo decreto,vel ad venditionem,infra l.proxima.§.finautem. Ita notat gl.in l.hæreditarium.de bonis authoritate iudicum possidendis.licet aliter videtur sensisse,& male in d.l.Fulcinius.in §.2. Et ita glo.concluſit ad veritatem in d.l.hæreditarium. In glo. *Bonorum.* ibi, *inter possessionem bonorum* &c. Similis differentia est suprà, qui admitti ad bonorum possessionem possunt. super rubrica. In gl.ea.ibi. *l.1.in fi.de iure deliberandi.* Hanc tenent doctores communiter. Est tamen necesse, ꝙ transfuerit tempus duorum vel quatuor mensium, arg. infrà l.proxima. scilicet, l.cum apud. In gl.fi.in pri.ibi, *ad iudicem competentem.* De hoc habes casum,in le.qui Romæ.§.pe.ff.de verb.ob
3 lig. Quæro, tquid si appello ad talem, vel talem iudicẽ, vel episcopum, vel archiepiscopum, an valet talis appellatio? De iure ciuili non est magna dubitatio, quia lex dat iudicem, vt le.præcipimus.suprà de appel.& l.imperatores.de app. Sed in foro ecclesiastico est maius dubium, vt ius canonicũ seruetur. Io. And. hunc articulũ reassumit in regula,in alteratiuis.de reg.iur.lib.6.in mercurialibus. & dixit ꝙ tenebit ista appellatio, Appello ad episcopum vel archi episcopum. secus si appellaret ad episcopum vel ad papam quia nõ teneret appellatio, nisi fortè aduersarij certificet intra decẽ dies, tunc enim tenebit. quia sicut de nouo posset appellare, ita & appellationem declarare. Allegat de libelli oblatione in c.1.& quod ibi notatur. Alii dixerunt, ꝙ ista appellatio indistinctè valet, si inferatur illa clausula, reseruata mihi opinone corã quo velim prosequi. Et hæc opinio apparet in lege. Vbi autem non apparet, in §.illud aut illud.ff.de ver.ob. Alia est opinio quę tenet, quòd ista appellatio non valeat quia iudex ad quem, debet esse cert⁹ 2.q.6.si quis iudicẽ. vbi hoc tenet Arc. Alii ecõtrà tenẽt, ꝙ indistinctè hæc appellatio valeat, sicut valet, qa dicit, Appello, alio nõ expresso. 2.qst.6.circa fi. & de appellationi-
4 bus c.cordi.lib.sexto. Tu pro tomniũ cõcordia conclude, ꝙ de iure ciuili indistinctè hæc appellatio ꝓcedit, de iure aũt canonico dico idẽ, si apponatur clausula, seruata mihi optione,



optione, &c. Et ita fertur quòd curia talem appellationem admittat. Non inferta autem hac clausula, adhuc procedet in casu verisimiliter dubio & ꝓbabili. vt exr.de in integrũ restitutione.c.constitutus. Et idem esset in casu, quo lex daret certum iudicem, vt cùm appellatur ab Episcopo ad Archiepiscopum. Et idem dico in alijs, dum tamen appellans aduersarium certificet intra decem dies, alias credo quòd repelletur. Et hoc modo possunt seruari omnes opiniones. Et ad hanc materiam vide quod notatur extra, de offic.delegat.cap.si is cui.in glo.3.lib.6.& Ioan. And. plenè in d.regula,in alternatiuis.

AVTHENT.

*1 Missio in possessionem contra contumacem fit solum pro debiti declarati mensura: quam reuersus non,nisi refectis expensis & cautione præstita,recuperat.*
*2 Delegatus non citat realiter.sed delegans.*
*3 Delegatus ex primo & secũdo decreto in possessionem mittit.*
*4 Missionem in possessionem in personali pro debiti declarati mẽsura hodie fieri.*
*5 Personaliter pro debito pecuniario quis capi põt, hocque si extra domum reperiatur.& nu.6.*
*7 Missus in possessionem pro debiti declarati mensura,an fructus suos faciat*
*8 Conuentus proprio nomine satisfdare tenetur.*
*9 Pignus prætorium quod debitoris expensis detur.*
*10 In missionem in possessionem quis ordo seruandus.*

1 *ET qui iurat* Hodie in actione personali contra latitantem cognito summatim negotio, fit missio, pro mensura debiti declarati, & reuersus non auditur priusquam reficiat & expensas, & satisfdationem præstet de iudicio
2 sisti. Hoc dicit. Nota hic casum, quòd delegatus t non citat realiter. & ideo debet haberi recursus ad delegãtẽ, vt hic. Aduerte tamen quia dicit Inn. de versi. signi fi. c. dilecto. ꝙ
3 delegatus t nedum principis, sed etiam cuiuscunque alterius ordinarij, potest mittere in possessionem ex primo & secundo decreto in personali & reali, licet quidam legistæ dicant contra, in auth. de exibendis & transmittendis reis. in §. siverò, vnde hęc auth. sumit. ita dicit. Inn. Et hoc tenet Io. And. extrà de dol. & contu. c. contingit. super gl. magna in nouella. Secundò nota hoc innouatum, quòd in personali t fit missio solum pro mensura debiti declarati. Adde gl. notabilẽ suprà, de procu. l. eum q res. & idẽ gl. infrà su.p verbo, prosequat. Nota, ꝙ in cõtumaciã iudex põt mandare eũ exhiberi. Intelligit in corpore, qũ se absentauit lite non contestata. Et est ratio, quia si lis esset contesta, veniretur ad diffinitiuã. Nota, quòd hic videtur, quòd
5 t pro pecuniario debito quis potest personaliter capi, dũ dicit, quòd mandat eum exiberi contra casum legis. de regu.iur.l.nemo ex domo. & l.plerique. ff. de in ius vocã.
6 Sed credo quòd t iste textus debet intelligi, si reperitur extra domum. Sed intellige, quòd mandat eum exhiberi, nõ tamen mandat vt domo extrahatur, vt l.penulti. ad legem Iul. peculatus. & ibi Bar. An autem aliter possit capi, vide, vt dixi suprà, in l.1.de iis qui bonis cedere possunt. Nota,
7 vides ꝙ sit missio pro mensura debiti declarati, an t missus lucrabitur fructus? Dicit gl. in corpore, quòd licet de iure non lucretur, tamen de consuetudine lucrari debet. Nota textum ibi, *præstabitque fideiussorem.* Hoc est casus,
8 quòd t quis proprio nomine ꝑuentus satisfdat, ꝙ hanc satisfdationem non euitat, etiam si possideret immobilia, vt in corpore §. igitur. In gl. *Dedit.* in fi. Adde qđ dicit Inn. in dicto ca. dilecti. suprà allegato. In gl. *Examinet.* in fi. Tu dic, ꝙ imò istud non est contra regulam, quia lex illa logẽ quando proceditur ad diffinitiuam, & parte præsente, hic autem quò ad missionem ex primo decreto. Et conclude in hoc melius, vt notatur suprà, l. ꝓxima. In gl. *mensuram.*
9 ibi, *inspicitur etiam*, an exigat quòd pignus t ꝓtorio debet dari expẽsis debitoris. Bene facit ad idẽ l. quemadmodũ. §. municipales magistratus. ff. ad legem Aquiliam. Quod nota singulariter. Contra hoc videtur facere l. sed si hæreditas. §.1.ff. ad exibendũ. Sed primũ tene ꝙ vero. Adde ꝙ vltra hoc debet haberi respectus ad expensas factas ꝑ eũ & ita seruant practici. In gl. *Prosequitur* ibi, *notatur.in l.ea.* Dic melius quòd in omnibus illis casibus, in quibus olim fiebat missio in omnia bona, illa sit hodie correcta. Ita notatur, in l. Fulcinius. §. penu. ff. quibus ex causis in possessionem eatur, In ea. gl. in fi. Adde similẽ gl. ad hanc, suprà de ꝓcuratoribus. l. eum qui. In gl. fin. in fi. Dic, prima cõmuniter tenetur, limitatur verò, nisi esset postea secuta missio ex secundo decreto. Ita concludit gl. in l. si finita. §. põt aũt de dãno infec. Et circa hoc vide, quod notat gl. in le. 2. vbi in rem actio. & in l. consentaneum. suprà, quomodo & qñ
10 iudex. & extrà, vt lite non contestata. c. quoniã. §. fi. & qđ ibi notatur, in penul. gl. Sed nunquid in hoc t ordine missionis debet seruari ordo traditus in l. à diuo Pio. ff. de re iudic. & in l. Fulcinius? ff. quib. ex. cau. in possess. eat. Dic ꝙ sic, quia primò ad mobilia. post ad immobilia, vt in d.l. à diuo Pio. Et hæc cõmunis doctrina doctorũ vtriusq; iuris, licet gl. dubitauit in corpore, vnde hæc auth. sumitur. Et est ratio, quia ista missio ex primo decreto, est quoddam præparatorium ad secundum decretum, sed constat in secundo hunc ordinem seruari, ergo & in primo. Et glo. ita firmat, in l. præsenti. §. sed si hoc fatetur. suprà, de iis, qui ad ecclesiam confugiunt. quã nota. Et probatur per casum, vt lite non contestata. capitul. quoniam frequenter. in fine. Et ita concludit Ioannes Andræas super glo. hoc ordine in prędicto capitu. quoniam frequenter.

LEX X.

*1 Missio in possessionem ex primo decreto vni ex pluribus creditoribus facta,cæteris debito modo & congruo tempore venientibus prodest.*
*2 Missus in possessionem ex primo decreto possidere nõ dicitur*
*3 Negligentia aliorum vigilantibus obesse non debet.*
*4 Missio generalis plus operatur ipsa speciali.*
*5 Pignus prætorium præuentionem admittit.*
*6 Intellectus l. Assiduis. §. ad hæc. C. qui potio. in pignor. haben. & nume. sequen.*
*7 Vno immisso in possessionem an & quando omnes intelligantur immissi. nu. 8. & 9.*
*9 Causa noxalis lucrativa dicitur.*
*10 Paria sunt quem fuisse immissum, vel interuenisse ius de mittendo, licet possessionem non intrauerit.*

1 *CVm apud.* Missio tin possessionem ex primo decreto facta vni ex pluribus creditoribus, prodest cæteris eundem titulum prætendentibus, dum tamen creditores præsentes veniant intra biennium, absentes intra quadriẽnium, & debitum eorum ostendant, & expensas pro rata reficiant, quo tempore trãsacto. nulla cõpetit eis facultas inquietãdi missum. Hoc dicit vsque ad §. finautem 2. qui detinent. Et primò rationem dubitationis antiquorũ ꝑter mittit. Secundò huiusmodi dubitationi subdit suũ statutum. Tertiò, ibi. *quid enim*, subditur decidendi ratio. Quarto ibi, *vt autem.* ponitur dubij remotio. Et loquitur hic textus in creditoribus habentibus personalẽ tantũ. In tex-
2 tu ibi. *rerum detentatoribus.* nota ꝙ t missus in possessionẽ ex primo decreto, nõ dicitur possidere. No. te. ibi, *alacriores.* alibi vtitur verbo, vigilantibus. vigilibus t ergo nõ debet obesse aliorũ negligẽtia. Bene facit le. pupillus. ff. q in fra. cre. In gl. *commoditatis.* ibi, *hic quando missio facta est*
4 *in bonis generaliter.* No. hãc solutionẽ, ꝙ plus operat t missio generalis in omnibus, ꝙ missio specialis. Hęc solutio ẽ notabilis. Sed ꝫm istã lecturã hęc lex nihil valeret, cũ hodie non fiat missio, nisi pro mensura declarati debiti, &c. Sed hæc solutio cõmuniter nõ tenetur, & reprehẽditur, in l. cũ vnus. de bo. auth. iud. poss. Aduerte tñ, qa sentit gl. in d.l. cùm vnus. cũ qua trãsit Bar. ꝙ qñ mittitur in possessionẽ ꝓ mensura debiti declarati, vt in auth. ꝓcedenti, qđ si tantũ supesset, ꝙ possit alijs creditoribus satisfieri nũquã ista missio ꝓderit alijs creditoribus. Et ita vult ibi Bar. Sed hoc nõ debem⁹ credere ꝙ qñ alij offerũt, &c. ꝙ nõ habeat locũ dispoſi. hui⁹ l. In gl. e. ibi, *vel dic in ſtorio pignore.* Hęc
5 secũda solutio est cõmunis, ex qua habes, qđ in pignore ꝑ

torio non prodest præuentio.Et ex hoc habes,quod regu
la l.qui prior.& l.assiduis.§.ad hæc.infrà qui po.in pigno.
6 hab.debent†intelligi in pignore conuentionali.Ita intelli-
git Dyn.in l.si finita.§.si plures.ff.de damno infecto. Bar.
tamen in dicta l.cùm vnus.quod in prætorio pignore de-
7 bet attendi,quòd†aut omnes prætendunt ius obligationis,
aut omnes iudicis officium,aut vnus officiũ iudicis,alius
ius obligationis.Primo casu vno immisso omnes, intelli-
guntur immissi,vt l.qui autem.§.interdum.de his quæ in
fraud.credi.quia vno immisso, alius videtur immissus, &
sic sunt pares.Probatur in d.l.qui autem.§.sciẽdum.de his
quæ in fraud.credi.Secundo casu fallit regula l.si finita.§.
si plures.quia sicut sua æquitate admisit,nõ vult quod vn⁹
alteri præferatur.Tertio casu cedit ꝓ regula l.qui prior.&
probat tex.in leg.2.infrà,qui po.in pigno.hab. tunc cadit
dubiũ,quid in pinore iudiciali,id est,quod capitur in cau-
sam iudicati,cuĩ æquiparatur.Dic quod conuentionali,vt
qui prior est tempore,sit potior in iure.Casus est in l.3.in-
frà,qui po.in pigno.hab.& est casus in l.si & iure.ff.eodẽ
titulo qui po.in pig.hab.licet gl.ibi videatur destruere illũ
textum.Et ex hoc patet,quod aliud est in iudiciali pigno-
re,aliud in conuentionali.Gl.adducit ꝓ concor.d.l.si fini-
ta.§.si plures.Sed iste textus videtur directò contradicere,
quia ibi immissio vnius non prodest alteri,& ideo gl.in d.
l.cùm vnus.dicit,quòd est speciale in l.finita.Dyn.in dicta
regula,qui prior.dicit quòd ideo in §.si plures.non prodest
vnius immissio alteri,quia illa immissio dicitur ficta ex
8 causa quasi lucratiua,nam†causa noxalis appellatur lucrati
ua,vt l.diutius.§.certum.sed causa damnij infecti æquipara
tur noxali.l.prætor.§.1.ff.de dam.infecto.Bar.dicit, quòd
ideò in §.si plures.non prodest,quia vterque prætendebat
iudicis officium.Et ratio huius sit quia quando ambo prę
tendunt iudicis officium antequàm perueniatur ad iudicẽ
quilibet istorum prætendit se ius non habere,& ideò vno
immisso,non possunt videri alii immissi, qui nullum ius
habebant,imò egit iudex quærere ei iũs, quòd prius non
habebat,quod secus est,quando prætendunt ius obligatio
nis,quia iudex reddit ius illi qui habet &c.In ea.gl.ibi, *eius
tituli.* Gl.vult dicere.quod iste textus debet intelligi, quan
do omnes ex cõtractu,vel omnes ex delicto,sed secus ecõ
9 trà.Conclude ex prædictis,quòd†quandoque prætendunt
omnes creditores ius obligationis,tunc vno immisso oẽs
videntur immissi,vt hic,& d.l.cùm vnus.Quãdoque om-
nes prætendunt iudicis officiũ solum,& tunc vno immis-
so,alij non videntur immissi,vt l.si finita.§.si plures.ff.de
damno infecto.& in l.is cui.§.si plures.vt in possess.le.Quã
doque vnus prætendit iudicis officium, alter ius obliga-
tionis,tunc vno immisso,alter non dicitᷓ immissus.l.2.in-
frà,qui po.in pig.ha.Et quæ sit ratio,dixi suprà proximè.
10 Adde prædictis,quòd†paria sunt quem fuisse immissum,
vel interuenisse ius de mittendo, licet possessionem non
intrauerit.Ita dicit gl.in l.quamuis.de bo.autho.iudi. pos.
& vr̃ probari per causam in l.prætor ait.§.in eũ.in fi.in eo-
dem tit.Et sic casus in quo constituitur pignus prætoriũ,
dato quod in possessionem ventum non sit,contra regulã
l.non est mirum.de pignoratitia actione, vt declaraui su-
prà vt in poss.leg.in l.postquàm.

*1 Ius missionis in possessionem seu tenutæ quòd & cedi & in a-
lium transferri possit.*
*2 Sequester rem sequestratam iudicis mandato restituẽs, à pœ
na liberatur.*

§ *Sin autem ij.* Si perueniatur ad venditionẽ rerum,in qua
rum possessionem creditor ex primo decreto missus
est,debet ei primò satisfieri,& quòd superest,de mandato
iudicis debet in æde sacra deponi,vt de eo posteà alijs cre
ditoribus venientibus satisfiat,& de deposito & venditio
ne mandat hæc lex instrumentum fieri, vt omnis fraus
euitetur.Hoc dicit ad literam.Nota textum,ibi, *Transtu
lerint,* & ibi, *transferuntur,* &c.nota hic post princi.quòd
1 ius†missionis in possessionem seu tenutæ potest cedi, si-
cut potest in alium transferri,Nota textum ibi, *prius,* &c.
2 Ex quo habes,quòd vbicunque†sequester reddit rem se-
questratam de mandato iudicis, qui fecit sequestrari, nul-
lam potest timere pœnam,siue sit sequester rei,siue seque
ster personæ. Dicit tñ Ia.But.ꝙ consilium est, quòd iuste
sequester faciat ꝙ habeat mandatum authenticum. Nota
quòd hic videtur casus non violato tex.ibi, *suum accipere
debitum,* qui textus nõ videtur requirere necessariò nouũ
processum contra debitorem,sed sufficere,quod post ven
ditionem,quæ succedit loco secundi decreti, veniat alius
debitor,& debitum suum liquidet.vt hæc pecunia detur
sibi.Et hoc videtur sufficere per iustum textũ. Nota hũc
textum ibi, *cimeliarchas,* videtur facere,quod si per statu
tum testamentum secretum debet deponi in sacristia, suf
ficiat ibi reperire depositum,licet non appareat assignatũ
sacristæ.Patet hic,quia loquitur solùm de loco vbi depo
nitur,non de persona apud quam.Sed in contrarium vide
tũr facere iste te.quia dicit cimeliarchas,& sic videtur re-
quirere personam sacristæ. Similiter nec sufficit sacristæ
deponi,nisi apparet depositum factum in sacristia, vt ibi
conseruetur,& ideò cauti tabelliones de hoc faciunt men
tionem & subdunt, Actum in tali sacristia. Et ita vult hic
Ia.Butri.in effectu,cuius hæc doctrina est.

## *De priuilegio fisci.* Rub.

### LEX I.

*1 Bona vxoris ex mariti primipilari officio fisco nõ obligãtur.*
*2 Filij etiam non hæredes quòd ex obligatione primipilari te-
neantur,& quare.*
*3 Bona quæ in domo viri reperiuntur.viri non vxoris esse præ
sumuntur,fallit vt nu.seq.*

1 B*ona.* Res propriæ† vxoris non sunt obligatæ
fisco ex administratione primipilari,& ideo
occupatæ pro tali causa debent mulieri resti
tui.Hoc dicit.In gl. *Tuas,* ibi, *l.satis.* Nota er
go specialiter in hac obligatione primipilari
2 hoc inductũ,sicut & inductum est,quod† fi-
lij etiam non hæredes teneantur.Et ratio põt assignari se-
cundum Mar.Sill.quia ad genitum vxoris & filiorum sæ
pè malè gerũt officiũ.Ita refert Io.And.extrà de consuetu
dine.ca.ex parte.in nouella.Et per hoc videtur posse infer
ri,ꝙ taceat de iure statutũ prouidens,ꝙ bona vxoris sint
obligata ꝓ maritis fallentibus,nolo tñ decidere, quia vi-
detur multum iniquum.Et in hanc partem,scilicet,quod
valeat,inclinat Bar.in tractatu repræsaliarum ,in prima q̃-
stione,in tertio articulo,& incipit q̃stio, an ꝓ statuta pos-
sint fieri repręsaliæ &c.In gl.fi.in fi.Hæc doctrina proce-
dit,qñ ista bona possidebantur ꝑ illũ,contra quem est fa-
cta executio,quia tunc præsumimus, ꝙ eius sint, & ideo
volens habere,debet probare sua,& eo ipso ꝙ reperiunẽ
penes eum inclusa,prẹsumuntur per eum possideri,vt l.2
ne vxor pro marito.aliàs autem si non reperiantur posses
sa,aduersarius debet probare vt vult gl.in d.l.2.In hoc du
bitari vidi,fit executio contra virũ,vxor dicit aliqua,quæ
3 sunt in domo,sua,eo†ipso ꝙ reperiuntur in domo viri, p̃-
sumuntur viri propter præeminentiã,ideo volens mulier
debet probare sua,aliàs non admittitur.An autem poterit
probare per priuatam scripturam? Et videtur,ꝙ sic,vt l.si
4 ego.§.dotis.ff.de iure do.Adde ꝙ † quandoque ex qualita
te rerum ius præsumet pro muliere,alio non probato,vn-
de qui volet dicere contrarium, debebit probare,vt in ve
stibus mulierum,& in alijs, quæ conueniunt mulieri, vt
sunt pectines sui, & belletum,& similia &c. Hoc videtur
probari argumento ff.de leg.3.l.hoc legatum.Idem dico
in alijs parafernalibus vxoris,quia est fundata intẽtio mu
lieris,alio non probato,quia ex quo sunt in suo vsu,videnẽ
sua,vt l.qdã in suo.de cõditio.instit.& in le.1.ff. familiæ
erciscũdę.Et ex p̃dictis habes ꝓ viro & vxore ꝓ pulsionẽ.

### LEX II.

*1 Mulier & fiscus eodem gaudent priuilegio.*

1 O*Vamuis.* Mulier†& fiscus paribus passibus ambulant,
& ideo q prior ẽ tẽpore,potior est in iure.Hoc dicit.

LEX



### LEX III.

*1 Mulier soluens fisco pro marito si cessionẽ non petat, & ite
rum cum fisco maritus contrahat,solum personalem actio
nem contra maritum habet.*
*Fiscus præfertur oĩbus creditoribus hypothecã nõ hñtibus.*

1 S*I cum pecuniam.* Si†mulier soluens fisco pro marito suo
non petat cessionem,& iterum maritus cum fisco con
trahit,habet solùm personalem contra maritum.Cisti mu
lier.Hoc dicit.In text.ibi, *Habes personalem actionem.* Cõ
tra maritum , pro quo soluisti, nec in eius bonis aliquam
habes hypothecam.Et hoc vult litera,quæ sequitur.

### LEX IIII.

*1 Fisci priuilegium non extenditur ad debitoris bona distracta
antequam contraxisset.*
*2 Fisci priuilegium vel alterius personæ priuilegiatæ, non tra-
hitur retro in perniciem iuris iam tertio quæsiti.*

1 S*I debitor.* Fiscus†nõ habet obligata bona à debitore di-
stracta,antequam secum cõtraxisset.Hoc dicit. Vel sic.
Tacita hypotheca quę fisco acquiritur in bonis cũ eo con
trahentis,non extenditur ad bona iam alienata tunc.Hoc
2 dicit.Nota ꝙ†nõ est tantum priuilegium fisci, vel alterius
personę priuilegiatę,quod possit trahi retro in perniciem
iuris iam quæsiti tertio.Ita probat iste textus directò.

### LEX V.

*1 Debitum receptum à creditore non priuilegiato , sine vsuris
priuilegiato restituitur.*

1 P*Ecunia.* Debitum†receptum à creditore non priuile-
giato, restituitur priuilegiato sine vsuris . Hoc dicit.
Hæc lex potest induci,quod eadem ratione non possit ali
quod interesse medio tempore peti &c.In glo.penultima.
in fi.qualiter autẽ reuocet ab alijs personis, dic vt notatur
in l.deferre.ff.de iure fisci.& in l.pupillus.ff. quæ in fraudẽ
creditorum.& in l.si non expedierit.de bon.autho. iudic.
possiden.

### LEX VI.

1 C*Vm patrem.* Res†in dotem data potest per fiscum reuo-
cari,si erat ei antè tacitè obligata.Hoc dicit.

### LEX VII.

*1 Priuilegio fisci aut alterius personæ cessione & pacto transfer
ri.nu.2.Quid in statuto,nu.3.*

S*I in te.* Possidens rem debitoris pro quo soluit fisco , in
eius locum succedẽs, ab alijs creditoribus inquietari nõ
1 potest.Hoc dicit. Vel sic, Priuilegium†fisci potest in aliũ
per cessionem transferri,& cessionarius põt eo vti. Hoc
2 dicit.Nota per pactum†posse fieri,quod soluens pro fisco,
vel alia priuilegiata persona,succedat in eius locũ,ex quo
3 potest argui,†quod & per statutum debeat posse fieri, per
notata C.de decretis. super rubrica.ff. de pactis.l.non im-
possibile.Est sic facit pro statuto Bononiensi,&c.

## *De priuilegio dotis.* Rub.

### LEX I.

*1 Priuilegium dotis mulieri competens quod ad extraneum hæ
redem non transeat, & an cedi possit.nu.2.3.& 4.*
*Priuilegium quod datur ratione personæ ad hæredes non trãs
mittitur.*
*3 Fiscus & mulier pari gaudent priuilegio.*
*5 Priuilegiorum diuisio.& nu.seq.*
*6 Mulier quando prælationis priuilegio non gaudeat.*
*7 Instrumẽti tenor præsumitur sumpta ex instrumento præsum
ptione.*

1 S*Cire debes.* Priuilegiũ † dotis competẽs mu
lieri non transit ad extraneum hæredem.
Hoc dicit . Vel sic , Priuilegiũ quod habet
mulier in extraneo hærede,non transit ad
extraneum hæredem,sed ad filiũ sic . Hoc
dicit.In glos.magna.ibi, *l.etiam.in prin.* Ex
2 hoc infertur aliud dubium,an hoc priuilegium† possit ce-
di? Et videtur hic decidi quod non,quia transit ad hęredes
ergo non debet posse cedi.l.si ex pluribus . de admi.tuto.
Hanc partem tenet Dy.in l.si minoris.eo.tit.In contrariũ
3 facit,quia†mulier & fiscus paribus passibus ambulant in
priuilegi.l.2.s.titu.2.sed priuilegium fisci ceditur, vt dicta
l.2.& l.fi.supra tit.2.ergo & hoc põt cedi.Pro conclusione
dic attendẽdam qualitatem priuilegij,quia si est tale,quod
non potest facere transitum in suum hæredem , tale non
põt cedi.Ita loquitur l. si ex pluribus. quæ loquitur in pri-
uilegio pupilli,in actionibus personalibus, quod secũdum
communem ad nullum hæredem transit. Patet in l.penul
tima.§.penul.ff.de ritu nup.licet gl.dixerit contra in d.l.si
ex pluribus. & male secundum communem opinionem,
4 vt ibi notatur.Sed si sit†tale priuilegium,quod transeat in
suum hæredem,non in extraneum,& tunc dic, si talis ces
sio fiat ex necessitate,tunc potest fieri talis cessio , vt leg.
fina.supra titul.proxim.Sed si fiat ex voluntate cessio,dic
quod non potest , nec tale priuilegium transit per benefi-
cium cessionis.de leg.2.l.peto.§.prædium,& l.qui operas.
de operis libertorum. In gloss.ea.ibi. *de priuileg.per totum.*
imo quandoque æstimatur ex tempore,vt in obligatione
in qua versatur factum,quod non est possibile pluribus p̃-
stari,vt est casus singularis in l.in operis.ff.locati. In ea.gl.
ibi, *l.si negotia* Sed hoc mihi videtur durum,quia in hoc vi
deretur proferri tutor pupillis, vt est casus,in l.si hominẽ.
§.quoties.ff.depositi.In ea.gl.in fi. Nota hanc gl.tanquam
magistralem in priuilegijs,specialiter de priuilegio dotis.l.
singulari materia quã Dyn. examinat in regula, qui prior.
de reg.iur.in 6 Quantum autem ad propriam legis mate
riam non plenè declarat, & ideo videndum an priuilegiũ
dotis,de quo hæc lex loquitur, dicatur competere mulie-
ri vel actioni. Et in hoc conclude diuersa esse priuilegia,
5 quia†quoddam est priuilegiũ tacitæ hypothecæ, & istud
dicitur dari actioni.l.1.§. & vt plenius.s. de rei vxo. actio.
vnde transit in quemcunque in quem transit actio, vt ibi,
& Insti.de actio.in §.fuerat. & ideo transit in patrem , vt
ibi notat gl.s.in §.fuerat. Quod verum secundum Dy. in
alia materia viuente filia,cum teneatur eam dotare.Ita no
tat Dy.in l.post dotem.soluto matrimo. & Cy.in l.1.§. &
vt plenius.supra de rei vxo.actio.non tamen transit in ex-
traneum dotantem & paciscentem sibi reddi, vt notatur
in d.§.fuerat.Quoddam est priuilegium quod præferatur
in illa hypotheca alijs creditoribus,& istud non transit in
extraneum hæredem. Et hæc voluit hæc gl.in prin. Idem
hic Cy.& in l.assiduis.in vltima quæstione,infra,qui pot.
6 in pig.habe. Aduerte tamen quia†hoc priuilegium præla
tionis,non habet mulier,quando producit instrumentum
dotis confessatæ,secundum quod sentit ibi not.glo.quod
intelligo,quando vult præferri alijs creditoribus probanti
bus veram numerationem,aliter si & ipsi probarent solã
confessionem debiti, credo quod præferretur.l.in ambi-
guis.ff.de reg.iur. Quoddam est priuilegium , quod datur
ipsi doti.i.rei in dotem datæ,puta quod res in dotem data
non potest alienari . Et istud facit transitum in quemcun-
que,in quem transit dos,vnde eam ita reuocabit hæres, si
cut mulier , nisi fortè maritus alienatus esset hæres.ff.de
vsucapionibus.l.cum vir.& l.fundum dotalem. de fundo
dotali.Idem dico in generali priuilegio quod habet dos,vt
pro ea in dubio fiat interpretatio,vt dicta regula, in ambi-
guis.Quoddam est priuilegiũ,quod datur ipsi contractui,
vt de tacita stipulatione.quæ præsumitur,vt supra, de rei
vxoriæ actione . in l.vnica.quæ etiam muto contrahente
matrimonium,ꝙ potest,de vulga. & pupil.l.ex facto.præ
sumitur eo iure,quo interuenire potuisset.l.per seruum.l.
1.in.prin.ff.de verb.obli.Et tale priuilegium transit etiam
ad extraneos hæredes.Et est vtile hoc priuilegium , quia
vbi ex forma statuti instrumenta debent executioni man
dari per statutum, tacitæ stipulationes etiam mandabun-
7 tur,quia pręsumptio†sumpta ex instrumẽto,pręsumitur
eius tenor.l.iurisgentium.§.quod ferè.de pactis. & de ver.
obl.l.sciendum.& Instit. de inutilibus stipulationibus.§.
scriptum.Et ita dicit Bal.se consuluisse in l.ad probationẽ
supra, de proba.& l.1. de his quæ in testamento delentur.
vbi Bartol.dubitauit.Aliud est priuilegium ipsi cõtractui

competens

competens, eo quod iudicatur bonæ fidei, vt d.§.fuerat. Insti. de actio. & istud etiã transit ad extraneos hæredes. Casus est in l. 1. secundum vnã expositionẽ. ff. sol. matr. Quod dam est priuilegium quod datur causæ, siue institiæ, vt qa iudex pp facilioré dotis recuperatione põt abbreuiare dilationes, & tale priuilegiũ transit. vel non secundum qualitatem hæredum. l. 2. & ibi not. ff. de re iudi. Item in ista dotis causa põt procedere etiam tempore feriato, propter fauorem causæ. l. 1. & 2. ff. de feri. js. per quam l. 2. dicit Gul. in Spe. de ferijs in §. sequitur. q̃ in causa alimentorum & dotis nõ sunt ferię, imo potest omni tẽpore procedi. Quoddam priuilegium q̃ datur in personali actione, vt mulier alijs pferatur, & istud non transit in extraneos, vt hic, & ff. de priuilegijs creditorum. in l. dabimus. in princip. Est etiã casus in l. 1. ff. soluto matrimo. secundũ vnam expositionẽ Odoff. Et prędicta notate quia pulchra, & mẽti tenẽda.

## *De reuocandis ijs, quæ in fraudem creditorum alienata sunt. Rubrica.*

### LEX I.

1 *Creditor in cuius fraudem bona alienata fuerunt quod excussis prius debitoris bonis. reuocatoria agere possit.*

1 *Aeres.* Creditor † in cuius fraudem per hæredẽ defuncti bona sunt alienata, excussis bonis principalis debitoris, potest agere reuocatoria, per quam reuocabit quæ in fraudẽ alienata probauerit. Hoc dicit. Et pone casum in terminis, vt in gl. tertia in verb. sic aũt debitor, In gl. *Excussis.* in fin. Vltramontani hic reprehendunt hãc gl. in eo quod dicit prius posse agi, priusquam sit facta excussio, &c. Tu dic, q̃ ista gl. potest procedere in credito re hypothecario agente hypothecaria, non autem in creditore non hypothecario agente reuocatoria pro iis, quæ dicit alienata in fraudem: tunc. n. semper oportet prius excuti bona debitoris, vt hic, & infra l. penultima. & ff. eo. l. ait prætor. §. 1. Et est ratio, quia necesse est, vt hæc reuocatoria ci competat necessitate quod reperiatur defraudatus re ipsa, ideo verum est quod prædictum est.

### LEX II.

1 *Successor singularis creditoribus personalem actionem tantum habentibus non nisi reuocatoria respectu eorum, quæ in fraudem alienata probabuntur, tenetur.*

2 *Mulier in creditorum praiudicium dotem sibi constituere nõ potest. Item nec pater filiæ.*

3 *Alienari in futurorum creditorum fraudem, an & quando possit.*

4 *Lex loquens de debitore quod de magna summa debitor intelligenda sit.*

1 *Si successione.* Singularis † successor non tenetur creditoribus solum personalem actionem habentibus, nisi reuocatoria, respectu eorum, quę in fraudem alienata monstrãtur. Hoc dicit. In te. ibi, *Dotem constitutum.* Dic à te, vel à
2 patre tuo, quia sicut † mulier non potest dotem constituere in fraudem creditorum, vt hic, sic nec pater eius. ff. eo. l. fin. §. 1. & l. si pater. Et ex hoc habes, quod pater nec mulier non potest subiecta creditoribus dare in dotem. Nun
3 quid hæc reuocatio † possit competere etiam futuris creditoribus, & sic an ista fraus possit committi in fraudem futurorum creditorum? Hanc Cy. format in authe. Sed iã necesse. supra, de donatio. ante nup. Potest concludi quod si constat alienãtem voluisse fraudare futuros creditores, fit reuocationi locus, vt ibi. si constat q̃ noluit, tunc non datur futuris reuocatio. Ita loquit l. 1. C. de iure fisci. li. 10. Si dubitatur an fecerit in fraudem vel non, dic q̃ si credito res futuri succedunt in locum antiquiorum creditorum, quos alienans fraudare voluit, potest agi reuocatoria. Casus est in l. ait prætor. §. 1. ff. eo. alias quando non fecisset in fraudem illorũ &c. n 1, vt d. l. 1. de iure fisci. & l. post cõtractum. ff. de donatio. Quod intellige, nisi ex euidentibus coniecturis posset apparere q̃ voluit fraudare creditores futuros, quæ possunt colligi in dicta authen. Sed iã necesse. & ff. qui & à quib. l. si priuatus cum seq. & extra de renuntiatione. c. 2. lib. 6. & Bar. in d. l. post cõtractum. Vnum tamen nota, quod lex † loquens de debitore vel creditore, vt debere itelligi de creditore vel debitore magnæ sũmæ. Ita videtur notabiliter sensisse in d. authen. Sed iã necesse. & clarius in auth. minoris debitor. ℣. q dari tuto. pos. Quibus adde Bar. in simili de pignoratitia actione. in l. sed & si quis. Et est hoc vtile ad statutum, quod bannitus à statuto non audiatur agens &c. quod intelligitur de magna summa, vt in prædicta gloss. Puto tamen considerandam qualitatem personæ.
4

### LEX III.

1 *Abstinens ab hereditate paterna qui nihil in fraudem creditorum distraxit, à creditoribus conueniri non potest.*

1 *Si paterna.* Abstinens † ab hæreditate paterna, & nihil in creditorum fraudem accipiens, non potest à creditoribus conueniri. Hoc dicit.

### LEX IIII.

1 *Filius patris hæres quæ pater in creditorum fraudem alienauit, non reuocet.*

2 *Turpitudinem suam allegans, an & quando audiatur.*

1 *Filios.* Filiꝰ † succedẽs patri alienata ab eo in fraudẽ creditorum reuocare non potest. Hoc dicit. In gl. fi. in fi. Cõtra hanc doctrinam videtur esse casus in l. inde Neratius. §. final. cum l. sequent. ff. ad leg. Aquiliam. Et videtur facere quod habetur de iureiurando, leg. alias. Conclude
2 in hoc. quod si alleget † quis turpitudinem suam contra se, & in sui pręiudicium, hoc põt. Ita loquitur d. l. inde Neratius. §. fi. cum l. seq. & l. si confessus. ff. de cultu. reo. Vbi aũt allegat contra alium, attende q̃ si alleget eam agendo, & principaliter ex illa intentionem suam fundando, non auditur. l. transactione. hic allegata. & de furtis. l. itaque fullo. Sed si alleget eam replicando, vel excipiendo, attẽde an al leget illam contra eum, qui fuit particeps criminis, an cõtra alium. Primo casu auditur, si pars tractat de lucro, ipse de damno. l. de tutela. C. de in integr. restit. mino. secus si vterque tractaret de damno. l. viro atque vxore. soluto matrimonio. & l. apud Celsum. §. Marcellus. de doli exceptione. Secundo casu, quando contra alium, tu dic, q̃ si turpitudo erat iam ab alio detecta, auditur allegãs illam. Casus est in l. alias. ff. de iureiur. & ibi hoc notat Pet. Sed si non est alio detecta, non auditur, vt d. l. transactione. Fallit in casu ℣. de pœna iud. authen. nouo iure. & ℣. ad leg. Iul. maiesta. l. quisquis. & in casu, extra de præsumptionib. ca. tertio loco. Ex quibus plura vtilia decidũtur. Primo quod infamis per sententiam potest se excusare ab officio publico, allegando suam infamiam, quia allegat illam ab alio iam detectam. Et hoc videtur voluisse glo. in l. 1. ff. de offic. assesso. in verbo, postulantibus. Facit l. relegatorum. in fina. de interdict. & relega.

FINIS.



# *SINGVLARIA*
# DOMINI HENRICI DE BOVERIO
## IVRIVM INTERPRETIS ACVTISSIMI,
### EX VARIIS LOCIS COLLECTA,
### Additionibus nunc primum illustrata.

### 1 *Iurisdictio, & imperium.*

1 Ro iurisdictione (licet sit vniuersitas iuris) põt intentari rei vendicatio, vt not. Hug. extra de relig. domib. c. cũ venerabilis. de restit. spol. &c. cũ ad sedẽ. Iurisdictio. n. & dominiũ ad paria iudicãtur. ff. de statu homi. l. qui furere, & ita refert & tenet Iaco. de Rauen. ff. de rei vẽdi. l. venditio. quæ tamen not. in Specu. tit. de causa possessio. & proprieta. §. notandum. ver. cæterum pro iurisdictione & dic, vt ibi, quod puto verius.

2 Ob defectũ iurisdictionis ecclesiasticę recurritur ad Regẽ, & ad iurisdictionẽ tẽporalẽ. 16. q. 6. de filijs. ibi, q̃ si Metropolitanus hoc faciat, regis auribus intimetur. Ibi, vbi ẽ te. not. gl. vnde dicit Hos. q̃ iudex secularis fortè põt supplere negligentiã iudicis ecclesiastici. saltẽ in realibus, vt ip se notãt ti. de foro cõpe. §. qbus. vers. Sed nunqd. in sũma.

3 Propter negligentiam iudicis inferioris iurisdictio deuoluitur ad superiorem, extra de foro compe. c. ex tenore. & in feu. si de inuest. inter domi. & val. c. 1.

4 Causæ meri & misti imperij possunt delegari de iure canonico, vt not. de offi. deleg. c. venerabilis. p Inn. & gl. 95. di. c. peruenit. & gl. in c. q̃ sedem. de offi. ordin. & communiter tenent Canonistæ in cap. in archiepiscopatu. de rapt.

5 Censorius iurisdictionis debet habere emolumẽta sententiarum & compositionum postea quandoque factarũ pro delictis tempore suæ censuræ perpetratis, vt notatur ff. de iurisdict. om. iud. l. si. in fi. q. per Bal.

6 Licet quis nõ possit renuntiare iurisdictioni, nisi in manibus superiorũ. ff. de offi. præsi. l. penul. attamen bene potest renuntiare quasi possessioni iurisdictionis, vt notatur extra de renun. c. quod in dubijs. per Innoc. & ff. de acquir. pos. l. si quis vi. §. differentia. per Bar.

7 In terris quæ sunt de iurisdictione ecclesiæ, debent seruari determinationes iuris canonici, etiã si in eis terris agatur in iudicio seculari, vt not. ext. de iureiur. c. 2. li. 6. q̃ Arc. & de arb. c. 2. e. li. & de re. iur. c. posse. li. 6. q̃ lo. And. vt robiq̃.

8 Ille, qui in terra sua superiorem non recognoscit, habetur in eadem loco Romani principis.

9 Nõ debet recurri ad superiorẽ p viã supplicationis seu simplicis querelæ, nisi iudex inferior fuerit positus in defectu. in auth. de mand. princi. §. & nõ permittens. col. 3. & 9. q. 3. c. cuncta per mundum. & c. principalis nisi in certis casibus specialibus, qui enumerãtur p Pet. Iac. in ti. de cõdi. ex lege, quæ oritur ex litera oblig. ver. præses prouincię.

10 Per vnum actum iurisdictionis acquiritur quasi possessio generalis iurisdictionis, vt notatur tit. de iurisd. om. iud. §. 1. vers. illud etiam nota. in Spe. quod est verum, si nullus alius est, seu erat in possessione dictæ iurisdictionis, vt notatur extra de capel. monach. c. dilectus. p Inn. & Host. Si vtens iurisdictione habebat titulum ab illo, qui generalem iurisdictionẽ cõcedere poterat, vt notatur ff. de itine. actuque priuato. l. 1. §. si quis. per Bart. Si vero alius erat in quasi possessione dictæ iurisdictionis generalis, & etiã est idẽ, si exercens iurisdictionẽ fuerit vsus ea, priore possessore sciẽte & patiente, vt notatur in d. c. dilectus. p Inno. & Henr. Boich. Si vero prior possessor ignoraret, vel sciret, & cõtradiceret, tũc vtẽs nõ q̃reret generalẽ possessionem, nisi tm̃ reperiret vsus fuisse, arg. ff. de acq. pos. l. quod meo §. vlti. fm Inn. & Host. vbi suprà. & ibi plenè habetur per Henr. Boich, in 4. distinct.

De maetria huius rub. vide infra in ver. de vicario, &c.

### 2 *Forus, & iudicium.*

1 CLericus sortitur forum in loco sui beneficij residentiã requirentis, sic quod conueniri potest tanquam necessarius incola, vt not. Inn. & Host. extra de priuile. c. ex ore. Secus vero si beneficiũ residẽtiã nõ requirit, q̃m ibi tũc cõueniri non põt, nisi rõne ipsius beneficij, extra de relcript. c. dilectus. 2. Et ita not. ff. de senator. l. senatores. per Bal.

2 Iudex loci, vbi quis incola est, põt punire delinquẽtẽ de delicto alibi cõmisso: q̃m in criminalibus quis sortitur forum etiam in loco domicilij. C. ℣bi de crimi. agi oportet. l. 1. & 2. ff. de offi. præsi. l. 3. & de interdictis & relegatis. l. relegatorum. & interdicere. & etiam ita notatur ibi per gloss. & Bar. in l. sepulchri. ff. de sepulch. violat.

3 Quæstio de natalibus quocunque modo tractetur, pertinet ad forũ ecclesiasticũ, vt not. extra de ordi. cog. ca. tuanos. per Inn. extra qui filij sint legitimi. in fine. In conspec.

4 Quis aduena confestim recessurus non sortitur forum in loco contractus. ff. de iudic. l. hæres absens. attamẽ si emineat euictio in loco contractus, in limine ipsius potest ibi conueniri pro dicta euictione, arg. C. de euict. l. si post perfectam. arg. illius legis, per Cy.

5 Quis sortitur forum in loco cõtractus, si ibi inueniat, extra de foro compe. c. Romana. §. contrahẽtes. li. 6. dũ tm̃ in tẽpore, quo cõtraxit, habuerit ibi tabernam, armarium, seu officium. ff. de iudic. l. hæres absens. §. 1. si contrahẽs ẽt sit vagabundus sine domicilio, vt ibi not. gl. vel eius domicilium sit in loco valde remoto, vt ibi not. in libro meo, vel si creditor credebat eum, cũ quo contraxit, ibidẽ tempore contractus domicilium habere, vt ibi not. glos. super ver. scit, alias verò non potest conueniri quis in loco cõtractus, vt not. in alleg. §. contrahentes, per Ioã. And. & doct.

6 Conuentus in vno iudicio nõ põt ad aliud trahi super eadem causa. l. vbi cœptum. ff. de iudi. & si conueniatur, pdit acto ius suum fm Ange. in l. cum procurator. §. si dominus. ff. de noui oper. nunt. tenuit Pet. quem refert Cyn. in l. nulli. in fi. C. de iudic. Imola tamen in d. §. si dominus. dicit non seruari, sed solum cogitur ad aliud iudiciũ reuerti. de quo in meo alphabeto, in litera a, in ver. actor, q̃ ipetrauit.

7 Reus conuentus in vno iudicio, si fuerit contumax, nõ potest opponere exceptionem l. vbi cœptum. ff. de iudi. si postea pro eadem re in alio trahatur iudicio: arg. ff. de dãinfec. l. quamuis. & ibi not. per Bar.

8 Clericus in causa feudali põt cõueniri corã iudice secu lari, ext. de iudi. c. cæterũ. & de foro cõpet. c. ex transmissa. & notatur eodẽ tit. c. ex parte. p Inn. in fi. glo. in verb. sed objicies: & in c. at si clerici. extra de iudic. per Hẽri. Boich.

De materia huius rubricæ vide infra in ver. renuntiatio.

### 3 *Iudex, & iudicare.*

1 IVdex põt punire iniuriã sibi factam iudicialiter & notoriè, alias vero non põt ĩ causa sua sibi ius dicere, vt notat Inno. de verb. obli. c. ex parte. & C. ne quis in sua causa. l. 1. per Cy. & extra de officio deleg. c. 1. per Henrich. Boich.

2 Si iudex nõ obstãte exceptione proposita procedat, pinde est, ac si interloquereꝰ, vt not. tit. de appel. §. 1. ver. si aũt. in Spec. & ideo debet appellari à tali grauamine intra

decem dies, alias transit tale grauamen in rem iudicatam, vt notatur extra de appel.c. Romana. per Henri.Boich. ver.si appellatur à grauamine,&c.

3 Omissio appellationis nõ impedit recursum contra iudicẽ,qui malè iudicauit,vt not.extra de offi.delega.c.pastoralis.& not.ff.quod quisque iuris.l.1.per glo.ordina. & Bal. Aduerte tamen quia Innoc.in c.sæpe.de appella.tenet quid appellãs,qui non est prosecutus appellationem, non potest conqueri de iudice à quo,q̃ fecerit litem suam.

4 Præsumitur pro iudice ordinario asserente se esse talẽ, licet non appareat de literis sui ordinarij officij, vt not. Innoc.extra de offic.& pote. iudic.deleg.ca.cum in iure. nisi ab aliqua partium eius potestas impugnetur.quo casu facta re per negationem dubia,sufficit non tunc probare, quia pro tali publicè tenebatur.ar.ff.de offi.prætor.l. Barbarius.& arg.notatorum.extra de electi.c.nihil.per Cy.& ita fuit alias determinatum in Rota,& not.etiam extra de offi.deleg.c.cum in iure.per Henr.Boich.

5 Iudex ecclesiasticus põt cognoscere de causis miserabiliũ personarũ laicarum,ob negligẽtiã solius primi iudicis secularis,de foro compe.c.ex tenore. Sed de causis aliorũ laicorũ nõ deuoluit iurisdictio ad iudicẽ ecclesiasticũ, vt ob negligẽtiã iudicis primi secularis,quãdiu ẽ aliqs iudex laicus gradatim superior,ad quem recurri põt,vt in co.ti. c.licet.itaque not.de offi.deleg.c.significãtibus. per Inno.

6 Si iudex inferior sit suspectus de negligentia,iudex superior, ad quẽ ob negligẽtiã inferioris iurisdictio deuolui tur,põt sibi præfigere terminum ad procedẽdum, vt not. extra de offi.delega ca.significantibus.per Inno.& Hosti.

7 Iudex quantũcunque sit infamis,vel periurus,non deponit officium suũ,nisi per sentẽtiã priuetur, vt not.extra de accusa.c.qualiter & qñ. in 3.col.per Inno.& ff.de his q̃ not.infam.l.quid ergo,§.pœna grauior.in 2.oppo. per Bal.

8 Iudices ordinarij possunt recipere à partibus sportulas si super hoc fuerit consuetudo rõnabilis & approbata, vt legitur & not.extrà de offi.ordi.c.dilectus. & argu.11.dist. in his.& c.consuetudinis.& Instit.de iure natu.§.ex non scripto.& ita not.extra de vita & honest.cleri.cap.cum ab omni.per Henr.Boich.

9 Si ordinarius velit habere assessorẽ,non põt cogere partes ad sibi dandum salariũ, sed debet de suo proprio dare, ex quo habet salariũ sibi ad hoc constitutũ. vt not.in dicto c.cũ ab oĩ.de vita & honesta.cleric.p Io.And.& Hér. Boich.circa has duas cõclusiones tñ vide quæ notantur p Pet.lac.tit. de actio.mand. in summa libellorum suorum.

10 Iudex debet admitti ad suum processum & sententiam defendendam,vt notatur extra de rescrip.& præsertim per Hostien.& Henr.Boich.

De materia huius rubric.vide infra,in verbo accusatio,&c. & in ver.iudicis officium.

## 4 *Iudicis officium.*

1 IMplorans officium iudicis ex edicto diui Adriani mittẽdus est in possessionem fructuum, etiam post mortẽ testatoris perceptorum,quoniam statutum loquens in principali,porrigitur ad fructus & accessoria.ff. de neg.gest.l. ait prætor.§.sed & si quid.& ita not.ibi per Bal.

2 Iudex ex suo potest libellum ineptũ repellere, vt not. titu.depo.§.3.in Spe.& not.per gl.ordi.ff.de offi.assessor.l. 1.& extra,de iudi.c.examinata.etiã per glo.ordi.& per Butriga.& Imol.in c.significantibes.extra de libel.obla.

3 Ex mero iudicis officio summariè sine ordine iudicii reuocantur,& ad pristinum statum reducuntur innouata pendente lite,extra de consti.c.cum M.& not.Inno.de maio.& obe.c.dilectus.& de app.c.bonæ.& per Io.Andr. extra de elect.c.cupientes.lib.6.

4 Iudex ecclesiasticus ex suo mero officio põt requirere clericum suum, etiam inuitum à iudice laico detentum, vt not.extra de senten.excom.c.vt famæ.per Inno.& probatur in c.si iudex laicus.eo.tit.lib.6. ibi quando vel ex officio curia cum requirat &c.

5 Iudex ex officio põt intrare domum alterius ad perquirendum res furtiuas,præcedente præsumptione cõtra dominus,ratione sui,vel personæ deliquentis,vel famæ.arg.C. de his qui ad eccle.confu.l.præsenti.& ita not.tit. de instr. edit.§.videmus.ver. instrumenta patris. in Spec.C. de fer. fugi.l.requirendi.per docto. ad quod sufficiunt indicia & præsumptio leuis,quando agitur de modico præiudicio.

6 Qui habet exceptionem etiã dato q̃ non cõueniatur, põt iudicis officium implorare,& nõ conuenietur ab aduersario.C.qui bon.cede.poss.l.3.& ff.de libe.leg.l.Aurelius.§.centum.& quod not.ibi gl.& ita not.per Barto.ff.p soc.l.si societatẽ.§.arbitrorum. versi.quæro & aduertatis.

7 Vtrum,quãdo,& in quibus potest iudex ex officio partis factum supplere: vide plenè extra de postula. præla.ca. bonæ.per Henr.Boich.

De materia huius rubricæ,vide infra,in verb.accusatio.& in verb.executio.

## 5 *De officiali, vicario, & cæteris magistratibus.*

1 VIcarius episcopi etiam habens mandatũ speciale cõferendi beneficia,si sit extra diœcesim, non potest beneficia conferre.arg.ff.de offic.procon.& lega.l.2.in fi.& ibi not.per Bar.pro quo c.statutis.in fi.de præben.lib.6.& ibi videtur te.

2 Officiarij habent iurisdictionem & cognitionẽ super ministris,& officialibus suis,siue ciuiliter, siue criminaliter cõueniantur.C. de offi.ma.mili.l.2. quod est verum si delinquant in eorum officijs. & sic seruat curia Franciæ, vt refertur C.de off.præfect.vi.l.2.per Io.Fab.

3 Vicarius licet possit omnia facere,quæ pertinent ad iurisdictionẽ illius, cuius vices gerit,C.de offi.vic.l. fungerente.tamen nõ põt facere illa,quæ sunt de priuilegio principis sine eius speciali mãdato.extra de offi.deleg.c.q̃ trãslationẽ.& põt cõmittere causas summariè & de plano:vt not.Io.And.de hæretic.c.fi.li.6.,put nec legatus de latere.

9 Licitum est cuique authoritate sua propria defendere inuasum in rebus, vt de fur. l. si quis & multo fortius inuasum in persona, vt ibi no. per Bar. qui quidem defensor si defendendo offendat inuasorem, non tenetur de offensa, vt no. ff. de reg. iur. l. culpa caret. per eundem Bart. quod tamen intelligo cum moderamine inculpatæ tutelę. argu. eorum quę notantur C. vnde vi. l. 1.

10 Non licet alicui super via publica de domo sua in aliã domum suam facere pontem sine principis authoritate: vt no. tit. de proprie. §. 3. ver. Item quæritur. eo. ti. de iniu. §. 1. ver. pone in statuto. in Spe.

11 Non valet pactum quòd liceat creditori capere debito rem suum propria authoritate. argu. ff. de pact. l. si vnus. §. pacta. & ita no. ibi per Guli. de Cug. & Bal.

12 Si nó possum effugere aggressorem quin me percutiat, nisi interficiam eum, possum eũ interficere impunè. ar. ff. ad legẽ Corne. de sica. l. furem noctur. & ita not. ibi ꝓ Bar.

13 In actibus & alienationibus rerũ mobilium minorum, in quibus sufficit tutorum vel curatorum authoritas sine iudicis decreto, sufficit sola iudicis authoritas sine tutorum vel curotorum, staque intelligitur gl. ord. C. de in te. resti. mino. l. 1. secundum la. de Are. Pe. & Cy. ibi.

14 Impedimentum factum in alieno, vt non possim vti iure, vel seruitute mihi cõpeten. nõ possum, ꝓpria authoritate euellere, licet possim persona me impediẽte, ꝓpria authoritate mea repel. vt no. ex. de immũ. eccle. c. 1. p Inn.

15 Dominus tacitè videtur consentire alienationi rei feudalis, si presens sit, taceat, & non contradicat, vt no. in feu. in consti. imperialem. §. 1. per gl. ordi.

16 Licitũ est ponere in manibus mercatoris, vt inde perciat honestũ lucrũ, extrà de donatio. inter virũ & vxorem. c. per nostras. & not. ff. ad legem Falcid. l. diuus. per Bald.

De materia huius rubricę, vide infrà, in ver. possessio, & in ver. executio, &c.

### 18 *Possessio, & inuestitura.*

1 SI quis vendat vel leget possessiones suas, intelligitur de immobilibus tantum, iuxta vulgi consuetudinẽ loquẽdi, vt no. C. de compensa. l. fi. in q. fi. per Cy.

2 Ad trãslationem quasi possessionis iurium incorporaliũ nihil operatur clausula constitutionis precarij nomine. vt no. ff. de acquirẽd. possess. l. ꝙ meo. in prin. per Bartolũ.

3 Vxor dicitur possidere ministerio mariti, licet ipsa nõ probetur vnquam iuisse, seu tenuisse feudum, sed dunta xat eius maritus. argu. ff. dè acqui. pos. l. qui iure familiaritatis. & ita no. ibi per Bar.

4 Ad probandum vniuersitatem possediss̃e seu possidere sufficit ꝓbare hoc fieri per syndicum, vel alios, per quos vniuersitas regitur. ff. de acqu. pos. l. 1. §. municipes. & etiã ibi no. per Bar. in fi.

5 Per inuestituram non transfertur possessio, sed datur facultas & licentia ingrediendi possessionem propria authoritate realiter, vt not. extrà, de consuetudi. c. ex literis. per Innoc.

6 Per illa verba apponi solita in instrumẽtis, vendidit, tradidit & concessit, &c. probatur traditio possessionis, si in strumentum factum sit in fundo, uel in conspectu fundi uenditi. C. de acqui. pos. l. 2. Si autem instrumentum factũ fuerit seorsum à fundo, per dicta uerba datur emptori licentia intrandi possessionem rei uenditæ eius propria authoritate. ff. de acqui. pos. l. predia. & ita no. in d. l. utrobique. per Bar. & per Cy. & Ia. But. latius.

7 Violenta possessio non extenditur ultra ea quæ uiolentus possessor realiter occupauit. argumẽ. C. de petit. hære. leg. fin. no. Innocen. extrà de restitu. spolia. ca. in literis. de

quo vide ff.de acquir poſſ.l.quod meo.§.fi.per Bart.

8 Miſsio in poſſeſsionē facta non citato reo legitimè, & non precedente ſummaria cognitione, nō tenet.argumē. 2.q.6.ſunt quorum.& ff.de re iudic.l.cū nulla, vt not.extrà, vt lite non conteſta.c.tuæ.per Hen.Boich.ſed dicto ca ſu pōt reus ſua autoritate de facto prohibere, vt in Spe.ti. de 1.& 2.decret.§.iam de effectu.ver.ſed quid ſi iudex.

9 Quis non poteſt poſſeſsionem alicuius iuris ab aliquo alio poſſeſsi licite acquirere ſine illius poſſeſſoris conſenſu vel ſaltem patientia, vt no.extrà de in inte.reſti.c.cùm veniſſent.per Inno.gl.mag.ver.in poſſeſsione enim iurium, & extrà de poſtula.prelat.c.bonæ.poſt gl.mag. quæ quidē patientia præſupponit ſcientiam aduerſarij.ff.ſi ſerui.ven. l.ſi fortè.§.1.& C.de ſeruit.l.2.Et not. per Innoc. in eadē gl.in fin.ver.illud autem indubitatum. Nec per conſequēs poteſt præſcribere, vt ibi idem notatur per eundem, & etiam officio ordin.c.conquerente. per eandem gloſ. quæ incipit, Nota.ver.ex his collige.

De materia huius rubricæ vide ſuprà, in ver.iuriſdictio.& in verb.citatio.& infrà in ver.de pet.& poſ.iudic.& in verſi. probatio.& in ver.confeſsio.

19 *Actio, actor, & agere.*

1 ACtio pro euictione ad intereſſe competens contra vē ditorem, qui ſcienter alienauit, non requirit iudicium ſeu quōd per ſententiam euincatur res vendita.ff.de actio empti.l.ſeruus quem.§.fin.& nō eſt alibi ſecundum Ray. de for.vt refertur, & not.ſt.de neg.geſt. action.per Bal.

2 Actor poteſt cōuenire reum ſimul ſuper diuerſis actio nibus coram diuerſis iudicibus ordinariis, vel coram iudi ce ordinario & delegato, extrà de reſcrip.c.nonnulli.& ibi not.per Inno.ſed non coram duobus delegatis.

3 Maritus pro re dotali principaliter agit, & conuenitur. ff.de reg.iur.l.ſæpè.& C.de rei vend.l.doce ancillam.

4 Vbicunque quis probabiliter errat in facto ſuo vel alie no, poteſt in eodem libello diſiunctiuè proponere plures actiones incompatibiles, extrà de in integ.reſt.c.conſtitu tus.& de prēb.c.auditis.& ff.quo.leg.l.1.§.quia autem.& ita not.in alle.c.conſtitutus.per Inno.

5 Quando plures agunt, contrahunt, vel conueniuntur ſimpliciter, intelligitur de quolibet æqualiter, & pro rata. ff.de duo.re.l.reos.§.cum tabulis.vt no.extrà de relig.do. c.conſtitutus.per Inno.

6 In actionibus rem reſtitui, vt depoſiti, vel commodati qlibet hæredū agit in ſolidū.ff.de ſolutio.l.ſi ſtipulat'.§.1.

7 Res vi poſſeſſa in quemcunque transferatur, etiā bonæ fidei poſſeſſorē pōt per ſpoliatū auocari actione quod me tus cauſa, quoniam per dictam actionem res auocari po teſt, etiam ab eo, qui metum non intulit.ff.q̄ me.cau.l.ſi ue ex aliena.§.2.ita no.tit.de reſt.ſpo.§.fi.in fi.in Spe.

8 Si agatur ex vna cauſa, & conſiteatur reus debitum ex alia, debet condemnari ex cauſa, quam confitetur, vt not. Spec.tit.de actio.& per.§.ſequitur.ver.hic quoque. Secus verò ſi a iàs, quam ex confeſsione rei probaretur debitum ex alia cauſa, vt not.Hoſt.extrà de iud.c.examinata. quod refert & ſequitur Io.Fa.C.de eden.l.ad cauſam.de quo vi de infrà in ver.petitio.in concluſione.1.

9 Omnis actio fundatur ſuper aliquo intereſſe, arg.ff.mā da.l.ſi procuratorem.§.mādati actio.& de ver.obliga.l.ſti pulatio.§.alteri.& Inſti.de inuti.ſtipul.§.alteri, &c. Et ita not.tit.de actio.in fac.ex variis figuris cauſarum.p Pe.Ia. in libel.& titul.de actione ex empto.ver.ītē eſt notandū.

10 Pro violentia facta ſubdito, in iuriſdictione, vel colono poteſt dominus agere pro ſuo intereſſe, arg.ff.de dol.qui famulo meo ſuadet, vt dimittat poſſeſsionē meam, multò fortius tenetur ille, qui hominem meū de ſua poſſeſsione expulerit violenter, vt not.extrà de appel.ca.dilectus.per Inno.Hoſti.& Henr.Boich latius. Cauſas vero hominum ſuorum proprias liberorum dominus pro eis proſequi non poteſt.extrà de priuileg.cap.authoritate.§.fi.lib.6.

11 Colonus vi expulſus poteſt agere contra locatorem, vt ſibi cedat interdictum vnde vi.ar.ff.loca.l.in plures.§.mſſ ſem.vt no.C.eo.tit.l.ſi pro ſundo.per Cyn.

12 Is qui donat aliquod debitum ſuum, videtur donare a ctionem ſibi competentem ad petendum illud, vt not.ff. de ſtipul.ſeruo.l.ſi ſeruus communis meus.§.cùm ſeruus. per Bar.in fi.

13 Quando agitur de crimine etiam ciuiliter actione quæ infamat infamia iuris vel facti, debet inferi in libello locus & tempus cōmiſsi criminis, prout in accuſatione criminali.iuxta l.libellorum.ff.de accuſa.vt no.ff.de iureiur. l.prætor edicit.in prin.per.Bar.

14 Ad hoc vt cōpetat actio publiciana, requiritur traditio vacuæ poſſeſsionis.vt no.C.de proba.l.cùm res.per Cyn.

15 Si mihi fiat iniuria ,ppter te, ego poſſum contra te age re & repetere.argu.ff.loca.l.ſi merces.§.culpę.& innuit gl. ord.ff.de neg.geſt.l.nā & ſeruius.& no.ibidē per Baldum.

16 Depoſitario vel commodatario cui aufertur res depo ſita vel commodata, cōpetit pro recuperatione rei actio conditionis ex canone.3.q.1.reintegrāda.& C.de prætor. pign.l.fi.vt not.titu.de petit.& poſſeſſor.ver.ſed nunquid depoſitarius.in Spec.

17 Contra eum qui impedit aliquem vti libertate ſuæ rei, competit actio negatoria, etiam ſi non impediat iure præ tenſæ ſeruitutis, vt no.gl.ff.de condi.& demonſtr.quibus diebus.in prin.ſuper ver.agendæ.& ſi ſerui.vendi.l.ſi cuti. §.Ariſto.& no.Pet.Iac.tit.de negato.act.& Io.Fabri.Inſti. de actio.§.æquè.

18 Si verus dominus.& ille qui præſcribit bona.30.annis, agant ſimul, quamuis præferatur præſcriptor intentās vti liter, C.de præſcrip.30.vel 40.ann.ſi quis emptionis. attamen ſi præſcriptor negligat, dominus admittitur.arg.ff.de ſuperficie.l.1.§.quod autem ait prætor.& ita not.in alleg. l.ſi quis.per Cyn. in 3.quæſt.

19 Priores & alij inferiores adminiſtratores poſſunt agere vel conueniri pro ſuis adminiſtratoribus officijs vel eccle ſiis ſine alterius conſenſu.extrà de iud.deputati.& de inſti. cùm veniſſent.& de tranſac.c.veniens.& c.præterea.& ar. ff.quod cuiuſque vniuerſi.l.1.§.fi.& l.fi.vt no.extrà, c.edo ceri.per Inno.Hoſti.& Henric.Boich.

De materia huius rubricæ, vide infrà, in verbo, petitio.

20 *Ceſsio.*

1 DE materia ceſsionis, vide infrà in repetitione l.j.C.de act.& oblig.ex qua elicias concluſiones.

2 Ceſsio non eſt talis.C.manda.l.per diuerſas.

3 Nota textum decedente propter conſcientiam male li tis.extrà de ſimo.c.per tuas.1.in fi.

21 *Cauſæ cognitio.*

1 INferiores poſſunt de generali cōſuetudine poſſunt cōſti tuere iudicē, q̄ de cauſis ipſorū cognoſcat: imo ipſimet poſſunt cognoſcere de iure.extrà de ſenté.excō.c.venera bilibus.ver.attamen.lib.6.Et ita ſeruant domini tempora les, vt recitat Hoſti.in ſumma, tit.de ſen.& re iudi.§.quæ debet.ver.ſed nunquid.

2 Magiſtratus habet cognitionē & iuriſdictionē ſup ſuis officiariis.C.de offi.mag.mi.l.2.quod verū intellige, ſi de linquant in ſuis officiis, & ita ſeruant Curiæ Fraciæ, vt re citat & tenet Io.Fabri.C.de offi.prefect.vt.l.2.& not.titu. de condi.ex lege.& Inſti.de actio.§.quadrupli.p Pet.Iac.

3 Eccleſia non cognoſcit ratione peccati de factis laico rum, niſi in criminibus eccleſiaſticis, vt not.gl.ſingularis, extrà de purga.cano.c.nos.inter quam gloſ.commendat ſingulariter Bal.ff.de poſtul.l.1.§.1.

4 Cauſæ cognitio eſt de ſubſtantia iudicij, vt no.glo.ord. C.de ſen.& interlo.om.iud.l.prolatam adeo quōd eius o miſsio reddit proceſſum & ſententiam ipſo iure nullum, vt no.ibi Ia.But.Et idē ēt no.in extrauag.ad reprimendā. per Bar.in glo.poſita ſuper ver.ſummariè.circa princip.

5 De maioribus delictis monachorū cognoſcit Epiſco pus, & de minoribus Abbas, niſi aliter ſe habeat conſuetu do, quæ aliàs etiam de ſe dat iuriſdictionē, vt not.de tem

po.ordi.



po.ordin.§.& an.verſicu.ſed quæritur ſcholarum. per Ho ſtien.in ſumma.

6 Si ſeruiens principis delinquit infra iuriſdictionem Ba ronis, Baro debet habere cauſæ cognitionem, vt not. per Pet.Iac.in tit.de arbo.ſuc.Regni Franciæ, prope finem.

7 Cognitio cauſarū viduarum, pupillorum, debiliumq; & miſerabilium perſonarum pertinet ad eccleſiam, quantum ad protectionem & tuitionem.87.diſt.c.1.& 2.23.q.5.ad miniſtratorum.& præſertim quando agitur de iniuria eis fa cta.24.q.3.ſi quis potentioribus.extra de foro competen. c.ex parte.& etiam quando agitur de eorum rebus in iudi cio poſſeſſorio, vt dicto capit.ex parte.ſecundum Innoc.& Hoſt.ibi. Si vero agitur de eorum rebus in petitorio, perti net ad iudicem ſecularem principaliter cognitio. Et ob neg ligētiam vel defectum iudicis ſecularis, deuoluitur ad ec cleſiam.vt not.de foro compet. per Hoſtiē.in ſummā.§.2. ver.ex præmiſsis.& ca.ex tenore.eo.tit.per Henri.Boich.

De materia huius rubricæ, vide ſupra, in verb.iudex, & in ver. excōmunicatio.& in verbo incidens & emergens quæſtio.

22 *Obligatio, & reus.*

1 DE materia huius rubricæ vide infra in ver. carcer.

2 Non obligat dictum, niſi ſit promiſſum.ff. de ædilit. edict.l. ſciendum.§. dictum.& nota.C.de repudi.hæredi.l. ſuus per gl.& latius per Bal.

3 Reus qui conuenitur rei vendicatione, poteſt petere ne dum quod abſoluatur actore non probante, ſed etiam q̄ res petita ſibi adiudicetur, ſi probauerit ſe fore dominum, vt not.extra. de reſtit.ſpo.c.ex conqueſtione. per Innoc.& ff.de proba.l.circa.per gl.ord.

23 *Accuſatio, denuntiatio, & inquiſitio.*

1 QVis non pōt accuſari de præcepto iudicis intra octo dies poſt annum.ff.ſi quis ius dicen.l.1.§.fi.ſecundum vnam lecturam.& ita not.ibi, per Bald. Ex quo patet, q̄ pe titio multæ præſcribitur anno, quod intelligo niſi fuerit ad iudicata, quia actio iudicati eſt perpetua.

2 Condemnatus ex accuſatione qui nunquam compa ruit, non eſt infamia iuris, ar.ff.de re milit.l. qui cum vno.§. non omnis.& quod ibi not.gl.

3 Non eſt pluries inquirēdum de crimine vnius hominis, ſicut nec pluries accuſandum, vt extra de coſtu.capi.intan tum.& ita no.ibi per Inno.

4 Si humiles homines opprimantur à potentibus, poteſt iudex ad priuatam vtilitatem procedere per viam denūtia tionis, per Bart.& etiam per viam inquiſitionis ex officio, vt C.ſi mancip.ita fuerit.l. mulierem.& ibi not. per Cynū.

5 Probato crimine per inquiſitionem, debet iudex ex of ficio damna læſis reſtitui facere ex eadem inſtantia, vt not. Inno.extra de accuſatio. cap.cum oportet.ſuper ver.famā.

6 Qui malè denuntiauit, debet in expenſis cōdemnari, vt C.de excuſatio. tuto.l.ſeueriter.& ita ibi not. per Cyn. & idem eſt etiam in inueſtigatione inquiſitionis, vt not.ff.ad Turpil.l.in ſenatuſconſultum.§.an ad eos.per Bart.Et not. extra de verbo.ſigni.cap.ſæpè.in clemē.per Guliel. de Mō te Laud. vtpote, quia miſtrauit teſtes contra inquiſitum, eſto quod fuerit proteſtatus quod non intendit facere par tem, vt ibi not.per dictum Guli.& not.extra de teſti. capit. cum clamor.in fi.per Henr.Boich.

7 Iudex ad denuntiationē filiſſamil.debet ex officio proui dere ſuper mala adminiſtratione partis, ſeu dilapidatione quam facit de bonis filij.ff.ad Trebel.l.imperatorum.& ibi etiam no.per Bar.

8 In denuntiatione & inquiſitione quæ fit contra ſingula rem perſonam parte proſequente, ſeruatur ordo iuris.arg. extra, de cauſa.cap.qualiter & quando.2.& not.de purga.ca nonici.capit.cum dilectus.& ita etiam not.titu. de inquiſi. §.nunc dicamus, tractemus. verſi.ſinautem inquiratur. in Specu.& not.per Innocen.de iudic.capit.nouit.glo.1.ver. idem tamen dicunt.& per gloſ.Ioan.Fabr.C.de accuſatio. l.ea quidem.

9 Denuntiationē iudiciariam non poteſt facere priuatus, niſi prætendat aliquod ſuum priuatum intereſſe.arg. extra de iudic.c.nouit.& not.C.de accuſatio.l.ea quidem.per Bar tho.de Sali.verſi.iudiciaria aūt eſt duplex, &c.& not. in ex trauag.ad reprimendū.ſuper ver.denuntiationis, per Bart.

10 Ad hoc vt iudex poſsit procedere ad inquiſitionem ſpe cialē ad denuntiationē partis, requiritur etiam quod præce dat infamia talis, quę faciat delictum quaſi manifeſtū, quia inquiſitionē clamoſam debet infamia præcedere. extra de accu.c.qualiter.2.Si delatus tamen ante litis conteſtatio.de infamia nō oppoſuerit, valet nihilominus proceſſus, extra de accuſatio.c.2.lib.6. Itaque proceſſus, extrà de accuſatio. l.ea quidem.per Ioan.Fab.verſi.tene ergo, &c.

24 *Iudicium, & informatio.*

1 CApiens ſine præcedenti informatione aliquem, qui po ſteà re vera reperitur deliquiſſe, excuſatur à pœna te merariæ captionis, vt not. extra de offi.dele.c.cum plures, lib.6.per Archid.

25 *Carcer, & tormenta.*

1 QVis ſe pōt obligare ad oſtagia, maximè cum iuramen to & ad carceres.extra de iureiuran.cap.ex reſcripto. 23.q.8.c.quid.& ff.qui teſtamē.face.poſſ.l.obſides.& de iu re fiſci.l.diuus. Et ita innuit Pet.Iaco.titu. de condi.ex mo re.10.diſtinctio.in fi. Si tñ ſit clericus, non pōt cogi ad præ miſſa per iudicem ſecularē, vt not.per doct.& Hen.Boich. in alleg.ca.ex reſcripto, & per Io.Fabr.C. de vſufruct.l. an tiquitas.& Inſtit.de iure perſo.§.fina. per eundem.

2 Ille qui iuſtè detinetur in carcerem, poteſt efficaciter cō a trahere cum quocunque, etiam cum detinente. vt no.ff.de teſta.l.qui à latronibus.per Iac.de Are. & Barto.& per eun dem.ff.de ver.ſig.l.qui neque.§. ſolutum.

3 Pendente appellatione debet incarceratus qui apppella uit, remitti ad carceres iudicis ad quem, vt patet de Paulo qui appellauit ad Cæſarē, ad quem fuit remiſſus. Actuum 23.& vltimo capitulo. & ita etiā tenet Hug.2. q.6.in ſumma. & c.ad Romanam. & ita etiam probatur in quæſtione latè diſputata in prin.Innoc.mei, & vide quod no.ff. de his qui no.infa.l.furti.§.ſed ſi furti.per Bal.

4 Iudicia ſubſequentia non iuſtificant quæſtionem præce dentem, quoniam indicia debent quæſtionem præcedere & non ſubſequi, vt not.ff.de quæſt.l.maritus.per Bart.

5 In quæſtione ſeu tortura non eſt aliquis repetendus, ni ſi noua ſuperuenerint indicia, & torturus in fortitudine animi & corporis durauerit.ff.de quæſtio.leg.vnius.§.1.

6 Ante pronuntiationem torturæ debet dari delato copia indiciorum & defenſio ſuper eis.ff. de quæſtio.l.vnius.§. cogiturum.ibi, quocunque tempore.& ita not.eod.titul. leg.fin.& de publi.iud.l.cuſtodias. vtrobique, per Barto.

7 Antequam aliquis torqueatur, oportet probare caſum, ſeu delictum, de quo inculpatur, contigiſſe.ff.ad Silleya.l. 1.§.Item illud.& not.per Petr.Iaco.titu de libello ſuper ac cuſa.furt.in §.de modo queſtionum.verſi.antequā feratur.

De materia huius rubricæ, vide infra, in verb.cōfeſsio.& in fra, in verb.proceſſus.

ADDITIO.

a Contrahere. Adde Hippolyt.Marſil.ſingul.306. vbi latè tractat hanc materiam.Guid.Pap.ſingul.89.

26 *Procurator, coniuncta perſona, & Syndicus.*

1 PRocurator conſtitutus apud acta, patiens ſe in actis deſcribi, videtur tacitè acceptare mandatum.ff. de fi deiuſſo.tutor.leg. cum oſtendimus.§.fina. & ita not.ff.de procura.l.filiusfami.§.inuitus.per Bald.

2 Procuratio in qua procurator releuatus eſt per domi num, non finitur morte domini ante litis conteſtat.defun cti.ff.de procura.l.ſi defunctos.& ibi not.per Bald.

3 Dominus qui videt cauſam ſuam tractari per non pro curatorem, ſi non contradixerit, videtur tacitè ratificare iudicium & acta, ſic quod ſententia contra ipſum executio

ni de-

ni demandari poteſt,vt not.Innocen.extra de reſcrip.cap. ex parte decani. quod eſt verum in ſubſidium,vt in auth. qua in prouincia.& ibi not.Bal.

4 Procurator poſt litem conteſtatam datus,ex quo ſemel exercuit litem,ſubſtituere poteſt,licet non fuerit conſtitutus cum poteſtate ſubſtituendi,vt no.ff.de procur.l.in cauſæ.per glo.& Bald.

5 Minor poteſt conſtituere procuratorem cum authoritate ſui curatoris ad litem,vt not.C.de procura.l.neque.quæſtio.fin.per.Cyn.

6 Defenſor qui cauit de iudicato ſoluendo,poteſt poſt litem conſtituere procuratorem. not.titul.de procura.§.1. ver.ſed nunquid defenſor.in Spe.

7 Procurator habens ſpeciale mandatum ad ſic,ſeu limitatè reſpondendũ, non pôt in cauſa ciuili compelli ad faciendum venire dominum ſuum principalem,vt not.Iaco Butri.l.fina.C.de procur.& vt probari.ff.eod.tit.l.ſeruum quoque.§.publicè.ibi, æquum eſt. & ita not.ibi per Bald.

8 Vbi actor licitè petit cõparere, principalis procurator tenetur ſibi notificare ſuis expẽſis,quia vbi procurator nõ eſt inſtructus,non dicitur ſufficiẽter cõparere,niſi dominum repræſentet,no.glo.ff.de iniur.l.ſed & ſi vnus.§. procuratorem.ita not.ff.de procurato.l.ſi procurator.per Bal.

9 Si dominus qui primo aliquem procuratorem conſtituit, iterum eundem de nouo procuratorem conſtituat, videtur tacitè procuratorem per ſecundam reuocare, vt not.ff.de procur.l.ſi quis.§.Iulianus.per Bal.

10 Procurator quia adminiſtrator voluntarius videtur in dubio ſe velle pro domino ſuo proprio nomine principaliter obligare.ff.de procura.l.procurator qui pro euictione. & ff.manda.l.ſeruum Titij.

11 Hæc clauſula,ita quod non ſit melior conditio occupantis &c.poſita in inſtrumento procurationis non facit,q ſi vnus procuratorum præoccupauerit inſtantiam, & litem fuerit conteſtatus, quod alius procurator poſsit tractare cauſam aduerſario inuito:argum.extra,de proba.c,ſi duobus.lib.6.& ff.iud.ſol.l.Iam tamen.§.pen.& not.poſt Mar. Sylli.ff.de procur.l.Paulus.per Bal.

12 Procurator non indiget ſpeciali mãdato de his quæ veniunt incidenter, licet ſint talia, quæ de eorum natura,ſi principaliter intentarentur, requireretur ſpeciale mandatum,extra de in integrum reſtitutio. capit.ſuſcitata.& ibi not.per Innocen.

13 Sicut procurator ſimplex ad litem non poteſt paciſci in præiudicium domini,ff. de procura.l.nam & nocere.ita etiam non poteſt renunciare exceptionibus, vel probationibus.no.Inn.extra de offi.deleg.cap.cum olim Abbas. & poſt eum in alleg.l.nam & nocere per Bald.

14 Procurator conſtitutus ad exigendum, poteſt recipere ſolutionem à ſponte ſoluente,ſecundum Iaco,de Aret.ff. de verb.ſign.l.verbum exactè,& facit ſoluto matri.l. non ſolum. & de pign.l. ſolutum.§.ſolutam.& ita tenet Cyn. & Bal.poſt eum.ff.de pact.l.nam & nocere.

15 Si procurator dicit ſe neſcire ea quę pertinent ad principale negotium de quo interrogatur, eſt in expenſis quæ propter hæc fiant,condemnandus,ex.de iuramento calu. c.in pertractandis.vbi ita no.per Inno.

16 Ille qui producit inſtrumentum debiti,præſumitur procurator.no.Bar.ff.de Carbo.edict.l.3.§.cauſæ. quod eſt verum ſi producens ſit coniuncta perſona.C.de pact.conuẽ. l.fi.alias ſecus,vt not.C.de procur.l.maritus.per Cyn.

17 Procurator recipiendo mandatum procuratorij, videtur tacitè acceptare mandatum, & ideo dominum defendere cogitur.extra,de procur.c.1.in cle.

18 Clericus vel canonicus alicuius eccleſię dicitur coniuncta perſona,taliter quod ad agendum pro eccleſia admittitur ſine mandato cum cautione de rato.extra de offic. deleg.c.coram.& ibi not.per gloſſ.1.

19 Quando aliquis facit aliquid nominando ſe procuratorem,vel officiarium,non videtur gerere actum ſuo nomine proprio,ſed nomine procuratorio & officij. argu.ff.de inſtito.l.penultima.de adminiſtrat.tuto.l. cum poſt.§.primo.& eſt text.ff.ſoluto matrimonio.l.poſt dotem.ſecundum lecturam Dyn.& ita not.ibi.& de operis noui nunt. l.1.vtrobique per Bar.

20 Procurator conſtitutus à prælato,ſiue à rectore temporali ciuitatis,mortuo prælato vel rectore, re integra poterit adhuc cauſam agere.not. Innocẽ.extra de foro competen.cap.cum dilecti.licet ſecus ſit in procuratore de negotio conſtituto.itaque not.Specu.tit.de procur.§.1.ver.ſed nunquit procurator conſtitutus.quod intellige iuxta cap. fin.de procur,in clem.cum ibi no.per Io.

21 In merè perſonalibus actibus qui non poſſunt ex perſona procuratoris tranſire in dominum, procurator gerit vicem nuntij,& perſonam domini de directo repreſentat ff.de ſponſa.l.fin.& extra de procu.ca.fina.lib.6. & ita not: ff.de dam.infect.l.qui bona fide.§. ſi alieno.& ad. Trebe.l. qui ita.§.1.per Bart.vtrobique.

22 Clauſula poſita in procuratione.ſ.q̃ non poſsit reuocari per procuratorem, eſt contra naturam procurationis, q̃ per conſequens non valet.argum.ff.de preca.l.cum precario.& ita ibi not.per Bar.

23 Inter ſyndicum & procuratorem, & tales huiuſmodi, nõ attenditur differentia circa nomen, ſed circa perſonã cõſtituentis,vt ſi ab vniuerſitate cõſtituatur,ſyndicus ſit ſiue appelletur ſyndicus, ſiue procurator,& ſi à nõ dominо cõſtituitur cũ decreto,eſt actor quocunq; noſce appellatur,vt no.extra de iur.calum.c.cæterum.in fine.per Inno.

24 Ad reuocationem procuratoris generaliter conſtituti ad certum locum, requiritur generalis reuocatio.ſ.per præconizationem vel propoſitionem edicti generalis.ar. ff.de inſtit.l.ſed ſi pupilli.§ proſcribere. & ita intelligitur quod not.Bartol.ff.de ſolut.l.qui hominẽ.§. ſi ſtipulatus. Secus vero ſi ſine declaratione loci fuerit conſtitutus aliquis procurator generaliter, quia tunc ſufficit q̃ ipſi ſoli procuratori reuocatio intimetur,vt ff.manda.l.ſi mandaſſem.& ita not.ff. de procurat.l.ſi procuratorem. per Bald.

25 Procurator generalis ad negotia videtur etiam conſtitutus ad cauſas iudiciales.ita not.titu. de procurato.§.1. verſicu.penultim.in Specu.

26 Procurator qui renuntiauit procurationi, pôt petere. & mandatum re integra acceptare. argu.extra de procur. cap.licet.libr.6.Et idem eſt de executore vltimæ voluntatis ſecundum Bald.vt ipſe not.ff.de procura.l.1.§.dari.

27 Procurator rei licet non ſit à domino releuatus ab one re ſatiſdandi,attamen admittitur ſine ſatiſdatione ad proponendum ante litis conteſtationem exceptiones dilatorias,vel declinatorias fori,vt not.titul.de ſatiſda.§. ex præ dicto.ver.ſed pone.in Spe.

28 Infamis per ſententiam non poteſt eſſe procurator. ar. C.de procu.l.reum criminis. Nec etiam alius quocunque modo infamis etiam infamia facti in curia ſummi principis,puta papę,vel imperatoris.arg.ff.de excuſat.tuto.l.ſed & milites.§.ſed ignominia.& ita not. ff. de procura.l.1.§. ait.per Guliel.& Bal.

29 Conſiliarij vniuerſitatis non poſſunt creare ſyndicos, ſed ipſa vniuerſitas,vel ipſius maior pars duarũ partiũ præſentium,quod autem requiratur iudicis authoritas,nec vidit, nec audiuit obſeruari Petr.Iaco.,qui ita refert tit.de ſucce.Reg. Franc.& eſt notãdũ in ſumma libellorũ ſuorũ.

30 Minor poteſt conſtituere procuratorem ad petendum ſibi prouideri de curatore.argu.ff.de procura.l.mutus.§. is qui.& ita ibi not.per Bal.

31 Pro eo qui ſe aſſerit eſſe procuratorem,ſi deferat inſtrumẽtũ procurationis,adeo præſumitur quod admittitur vt procurator, licet ſit ignotus & de longinquis partibus, & negetur eſſe ille cuius nomen eſt in inſtrumẽto deſcriptũ, vt no.C.de epiſco.& cleri.l.ſi qua per calumniam.per Cy.

32 Procuratio ab initio debet probari per inſtrumentum, ſed poſtquam fuit admiſſus procurator,ſufficit procuratorem probari per teſtes,vt not.per Io.And.in addi.ad Spe. eo. it. & in l.1.ff.de procur.per Bal.

Procurator



33 Procurator licet non teneatur proſequi appellationem à diffinitiua.C.de procur.l.inuitus.attamen tenetur proſequi appellationẽ ab interlocutoria, quia incidenter obuenit,vt not.extra de procur.c.non iniuſtè.per Innocẽ.& ff. de ope.no.nun.l.cum procurator.per Barto.Quod eſt verum, niſi cauſa appellationis eſſet tractanda in loco valde remoto,vt in d.c.non iniuſtè.& ibi not. per Henr. Boich.

34 Executor vltimæ voluntatis ad inſtar tutoris vel curatoris non poteſt conſtituere procuratorem ante litem cõteſta.vt not.tit.de inſtru.edi.§.nunc vero aliqua.verſic.ſed nunquid ante.in Spec.

35 Generàlis procuratio ad omnia negotia, & iudicia extinguitur morte mandantis, quantum ad non incepta, & videtur tenere Archid.extra de procur.c.qui ad agendum lib.6.quod eſt verum,niſi ex generali mandato quis conſtitueret in officio, quod ordinariũ reputetur,vt inſtitoris. ff.de inſti.l.quis mancipijs.§.ſi impubes.cum §.ſeq.& ideo officium præſid.balliui,& aliorum ordinariorum,quia habent iuriſdictionem formalem aliam ab inſtituente non reuocantur morte inſtituen.extra de offi.deleg.c.2.libr.6. itaque not.Inſti.man.in prin.per Io.Fab.

36 Si procurator poſt mandatum factus eſt inimicus conſtituentis,vel aliquis ribaldus,vel alias conditionem ſuam mutauerit in deterius,mandatum preſumitur tacitè reuocatum.argũ.ff.de ſolut.l.ſi Cornelius ibi, dum dicit, Nec cauſam habuiſſet exiſtimandi,&c.& ita not.ibi Dy. Iaco. de Are.& Bar.

37 In procuratorio facto per capitulum non eſt neceſſe ex primere nomina canonicorum,vt not.per Old.in conſil. incip.an cum per capitulum,&c.quoniam ſufficit ſi in inſtrumento dicatur, capitulum talis eccleſiæ conſtituit talem procuratorem,vt ibi per eum.

38 Si religioſus ſit abbas,vel prælatus,pôt conſtitui procurator in foro eccleſiaſtico,extra de poſtu.prę.c.1.in prin. & qui filij ſint legi.c.per venerabilem.in prin.vbi hęc no. Abb.& Ioã.And.& de hoc in Spec.titu.de procu.§.ratione. igitur.ver.item quod eſt Epiſcopus. Sed non in foro ſecu lari,extra ne cle.vel mona.c.1.& 2. Niſi in cauſis ciuilibus pro miſerabilibus & coniunctis perſonis,vel eccleſijs ſuis, extra de poſtu.cap.fina.& not. Specul. vbi ſupra.§.ratione quoque.ver.item quod clericus ſimplex.verſic.religioſus non poteſt conſtitui procurator,niſi duobus interuenientib.ſabbate ſuo impetrante, & vtilitate monaſterij ſuadẽte,extra de poſtul.capitu.ex parte.& 16.quæſtio.1.monachi. vel de mandatis Epiſcopi, vbi eſt vtilitas monaſterij,vt 16.q.1.qui ven.alias vero non, vt extra de procur.c. religioſus.in clemen.& ita vt ſuprà not. extra de ſen.& re. c.cum 10.& 50.per Henr.Boich.

De materia huius rubricæ, vide ſuprà in ver.citatio.& ſuprà in ver.contumacia.& infra in ver.nuntius.& in ver.iuramentum.& in verb.expenſæ.

## 27 *Tutor, curator, & adminiſtrator.*

1 DE materia huius rubricæ, vide ſupra in verſi. procurator.

2 Bonis abſentis datur curator,cum quo quis poterit litigare.ff.ex quib.cau.maio.l.ab hoſtibus.in princi. & ibi in gl.& ex quibus cauſis in poſ.eatur.l. in poſſeſſionem.§. 1. & de tut.l.muto.§.fi.& ibi not.per Bar.

3 Iudex ex cauſa poteſt remittere tutori inuentarij confectionẽ,vtpote ſi non expediat pupillo manifeſtari quantitatem patrimonij ſui.arg.ff.ad Tertul.l.2.§.tractari. ver. ſi.ergo mater. C.de alimen.pub.præſtan.l.vbi.itaque no.ff. de admi.tut.l.tutor qui repertorium in prin.per Bart.ver. quæro quæ dicatur cauſa legitima.

4 Ille qui eſt abfuturus,poteſt petere à iudice,dari curatorem bonis ſuis,vt not.titu.de curato,§.fina.verſicu.ſed an is qui.in Specu.

5 Curator datus adulto, poteſt cogi ad cum authoriſandum,vt not.in Spe.in d.§.quid ſi aolit.

## 28 *Nuntius, defenſor, & executor.*

1 LIcet nuntius non poſsit exercere iudicium, cum iudicium requirat in ſui exercitio preſentiam partium,& ea quæ fiunt per nuntium, dicantur geri inter abſentes vt not.infra,in ver.lit.conteſtatio. Attamen ad allegandum cauſam abſentiæ nuntius eſt legitimus comparitor, cum non ſuſcipiat in ſe iudicium.ff.de neg.geſt.l.liberto.§. fin. incerto,quod not.ff.de procura.l.1.fi.quæſtione. per Bal. ita not.ff.de excuſa.tuto.l.excuſatio.

2 Defenſor qui cauit de iudicato ſoluendo, poteſt etiam ante litis conteſta.conſtituere procuratorem,vt not.titu. de procur.§.1.verſi.ſed nunquid defenſor.in Specul.

3 Executor ſine mandato non admittitur ad allegandũ cauſas cauſæ principalis, niſi eſſent tales,quæ colligerẽtur ex actis in eadẽ cauſa habitis,attamen admittitur ad allegandum cauſas abſentiæ facti,puta infirmitatẽ.ff. de procurato,l.ſeruum quocunque.§.publicè.ſed non cauſas abſentiæ iuris,puta excõmunicationem iudicis,vel ineffica ciam reſcripti,vel exceptionem abſentiæ,qm̃ ad propoſitionem harũ exceptionum quæ ſunt iuris, requiritur cõparitio per ſe,vel per procuratorẽ,vt not.extra de excep. ca.veniens.per Innoc.& ff.ſi quis in ius voca.l.2.per Bald.

4 Nuntio publico in ſuis per eum relatis citationibus in dubio ſtandum eſt, donec contrariũ probetur, vbi agitur de modico præiudicio, vtpote,quod citatus teneatur ad expenſas,vt extra de procur.c.auditis.& de iudic.c. ſtatuimus.ſecus vero vbi ageretur de magno præiudicio, vtpote,de amiſsione cauſæ,vel ſi cauſa eſſet criminalis,&c.Nã tunc eſſet credendum iuramento citati contra aſſerẽtem, iuxta not.in Spe.tit.de cita.§.ſequitur ver.ſed nunquid creditur.in fi.quæ ſic debent intelligi, vt not.extra de app.ca. cauſa cõparati.per Henr.Boich.in 1.di.ver.& hãc opi.&c.

De materia huius rubricæ,vide ſupra in verb.procurator. & infra in verb.litis conteſtatio.

## 29 *Summariè, ſimpliciter, & de plano.*

2 LEgatus de latere, vel alius quicunque inferior à principe habente poteſtatem legẽ generalẽ condendi,non pôt cauſam,in qua iuris ordo requiritur, cõmittere ſummariè,ſimpliciter & de plano,vt notatur tit.de lega.§.ſupeſt.ver.ſed nũquid.in Spe.& ẽ gl.ſing.in c.fi.de hære.li.6.

2 Per commiſsionem factam de procedendo ſummariè, non tollitur iudici facultas procedendi ordinariè.argum. not.per Inno. extra de iudi.cap.nouit.vt not.ff. de legi.l. nulla.per Bal.argu.illius l.& videtur tex.extra de verb. ſignı.c.ſæpè.in fi.clemen.

De materia huius rubricæ, vide ſupra in.verb. iudicis officiũ,& in ver.citatio.& in verb.authoritas.& infra in verbo,libellus.

## 30 *Interrogatio.*

1 DEterminatio l.fi.cum ſua materia.ff.de rei vendi. habet locum ante litis cõteſta.ſ.in præparatorijs iudicij, non autem in deciſorijs litis,quia cum ſit pœnalis,non eſt extendenda ad deciſoria litis.arg.ff.de pœnis.l. interpretatione.& de libe.& poſthu.l.cum quidam.& extra de regu. iur.in c.odia.& in c.in pœnis.lib.6.

2 Licet reus negauerit ſe poſsidere, pôt tñ variare, & ſe dicere poſsidere,ſi actor non fuerit læſus,nec laborauerit adhuc ad conuincendum reum de mendacio. argu.in authen.de trien. & ſemiſ.§.illud. collat.3. & ibi no.ff. de rei vendica.l.1.per Bar.

## 31 *Libellus, & petitio.*

1 LIbellus debet habere cõcluſionẽ.extra de ſimo.c. licet Hely.Et indo differt à poſitionibus,p quas lis nõ cõteſtatur.extra de litis cõteſtatio.c.1.Et ita not.ff.de edẽ.l.1.

2 Libellus procedit ſine concluſione,extra de ſepul.c.cũ in noſtra,pro quo ff.ad legẽ Rhodiam de iac.l.deprecatio. & ita not.Io. Fab.Inſti de actio.in prin.in gl.aliud eſt cauſa,&c.Quod verum intellige, ſi aliquid narratur in eo per modũ querelæ, vt ſub ver.conquero,quia tũc eſt libellus

extacita

ex tacita cõclusione resultante, secus in modũ positionis, vt sub ver. pono. extra de lit. contesta. c. 1. ita not. ff. de offi. proconf. & leg. l. nec quicquam. §. de plano. per Bald.

3 Conclusio libelli restringit narrata ad ea quæ concludi uè petuntur, quia in conclusione stat modus agendi, qui incipi debet, vt not. 3. q. 5. c. hæc quippe. & extra de rescri. c. super literis. per Inno.

4 Declarans libellum non condamnatur in expensis, cũ sit idem libellus, qui prius, nec per declarationẽ mutatur in substãtia vel in forma. arg. ff. de rei ven. l. idem Pompo. §. fi. & ita not. in l. ius ciuile. ff. de leg. per Bal.

5 Mutãs libellũ in aliqua qualitate, q̃ sit non causa dandæ vel denegãdæ actionis, sed solũ temperandę executionis, nõ condẽnatur in expensis. ff. de noxal. l. in delictis. §. si detracta. fm Bal. licet Inno. cõtra. extra de libel. obla. capi. 2.

6 Conclusio non narratio libelli est inspicienda, vt ff. de libe. lega. l. Aurelius. §. mœnia. secundum Bar. de Sali.

7 Licet in actionibus realibus non peratur declaratio juris realis, valet nihilominus libellus. not. titu. de rei vendica. libel. de consuetu. approbata. versi. item. secundum Rofre. per Pet. Iaco.

8 Causa libelli debet esse talis, quæ necessario inferat ius petendi, vt not. extra de lit. contest. c. 1. per Inno.

9 Causa libelli debet esse talis, quæ ex sui natura inferat iustum esse quod petitur. not. extra de libel. obla. c. dilecti. per Innocen.

10 Licet in libello nulla causa petẽdi inseratur, si lis tñ sup eo cõtestetur, tenet iudiciũ, & cõtestatio valet. C. de anna. exceptio. l. fi. not. extra, de libel. oblatio. c. fi. in fi. per Inno.

11 Libellus ineptus non limitatur ex probationibus apertis, vt not. Spe. tit. de offi. iudi. c. deseruit. ver. quid si libellus. & no. ff. de iurisd. om. iudi. l. 1. per Bal.

12 Generalis libellus non admittitur, sed valet receptus. ar. C. de anna. excep. l. fi. no. Inno. extra de libel. obla. c. fi. q̃ de ordi. cog. c. cum dilectus. & per Iaco. in summa libellorum, titu. ex condi. ex l. imperialem. §. calidis. & Io. Andr. c. abbate. §. 1. lib. 6. in gl. ordi.

13 Illud qd̃ qs nõ tenetur ꝓbare, nõ tenet in libello exprimere. not. extra de ordi. cogn. c. cum dilectus. per Innoc.

14 Licet libellus nõ detur in scriptis, dũ tñ petitio actoris, & responsio rei describatur in actis, valet & tenet processus, vt no. tit. de libel. concep. §. nunc dicendum. in prin. in Spec. Et præsertim in causis in quibus procedit summariè, extra de verbo. significatio. c. sępè. §. in cle. & etiam in alijs causis, qa libellus solẽnis in scriptis põt omitti de consensu partium, dũ tñ fiat petitio super qua lis contestatur, vt not. extra de offic. delega. ca. de causis. per Henr. Boich.

15 Ineptitudo libelli potest semper quandoque opponi. ff. de accusa. l. Titia & si mens. sal. mo. dixer. l. 1. §. 1. & ita not. in alleg. l. edita actio. per Cy. C. de eden.

16 Libellus ineptus vitiat secũdum decretum, not. ff. si ex noxa. cau. aga. l. 1. §. fi. 11. q. per Bal.

17 Verba libelli quæ non possunt propriè sumi, trahuntur ad impropriã significationẽ, vt largè & impropriè sumantur, vt ff. de iure iur. l. sed & si posse flori. §. itẽ si iurauero. & de iudi. l. si qs intẽtione. & de ver. ob. inter stipulantẽ. §. sacrã. alias §. si Stichũ. & sic no. e. tit. l. scire debemus. in fi. ꝓ Bar.

18 Libellus habens conclusionem ineptam, qua petitur reus condemnari, sed cogi & compelli, valet in causis in quibus sine figura iudicij. proceditur, vt not. in extrauag. ad reprimendum. glo. super ver. figura. per Bar.

19 In causa appellationis à grauamine, vel interlocutoria, non exigitur libellus: vt not. tit. de libel. concep. §. nunc dicendum. propefinem. in Spe.

20 Si causa agẽdi sit apta, licet exprimatur actio inepta, nõ vitiatur libellus: vt not. Inno. extra de iudi. c. examinata. Secus vero si causa & actio essent ineptæ, vt ff. si mensor fal. mo. dixe. l. 1. & ita not. ff. de eden. l. 1. per Bal.

21 Quis non tenetur exprimere in libello ea quę accessoriè veniũt, siue sint accessoria rei, vt fructus, siue iuris vel actionis, vt. no. extra de excess. præla. c. tanta. per Innocẽ. & de libel. obla. ca. 2. per eundem.

22 Valet libellus in quo quis petit restitui, id quod nunquam habuit. ff. quorum bo. l. 1. & ibi no. per Bart. pro quo l. verbum reddendi. ff. de verb. sign.

23 Error in confinibus non vitiat libellum, vt not. ff. de cẽsi. l. forma. in prin. in gl. ordi.

24 Libellus valet & admittitur in quo post certam expressionem subiunguntur verba ista, & plus &c. quoniam illa adiectio operabitur, quatenus illud plus postea probabitur, vt not. vltra. ff. de in litem iuran. l. cum furti. Et not. ff. de furtis. l. in actione. in prin. per Bar.

25 Verba libelli in fauorem partis agentis sunt latè interpretãda. vt no. ext. de probatio. c. licet gl. fi. ꝓ Inn. vnde petitio seu libellus dũmodo sit tolerabilis, est admittendus, vt not. extra, de iudic. c. examinata. gl. fin. per eundem Inn. & iunge supra, in conclusione 17. incip. verba libelli.

26 Libellus procedit sine cõclusione in causis, in quib. proceditur summariè, dummodo in aliqua parte actoris appareat de intentione agentis. vt not. in constitutione, ad reprimẽdum extrauagan. super. ver. & figura. uer. item anre quiratur petitio, &c. per Bar.

27 Valet libellus, in quo quis petit declarari rẽ sibi pertinere simpliciter, &c. licet non dicat iure dominij, extra de fide instr. c. inter dilectos. & de excep. c. cum venerabilibus. debẽt tñ declarari, si reus hoc petierit, cum verbum pertinere, latam habeat significationem. ff. de verbo. significat. l. verbum illud pertinere. Itaque not. Insti. de actio. §. 1. per Io. Fabri. & per Barto. in l. vbi autem. ff. de rei vendi.

28 Qui generaliter porrexit petitionẽ, vt totũ ius suum in iudicio deduxisse, etiam ꝓ post litem contestat. obuenit. extra de senten. & re iudic. c. abbate sanè. lib. 6.

29 Qui petit rem certa causa expressa, si illam tausam nõ probet, succumbit, etiã si aliam causam probet, maximè postea emergentem. vt extra de sent. & re iudi. c. abbate sanè. li. 6. Et etiã ita not. in casu summario, ꝓ Io. Andide quo vide supra, in versi. actio, in cõclusione quæ incipit, si agat.

30 Qui petit rem simpliciter, totã petere videtur. vt not. titu. de libel. concept. §. 1. versic. Item debet. & versic. sequen. in Specu.

31 In petitionibus seu iudicijs vniuersalibus, quia in eis restitutio petitur fieri iure actionis, ea ꝓpter requiritur specificatio & probatio rerum seu specierum, saltẽ in prosecutione causæ, taliter quod possit ferri sententia specialis, quæ si generaliter ferretur, restringeretur tñ ad specialiter prosecuta, quia limitato medio limitantur extrema. C. de iudi. l. 2. Itaque not. ff. de edend. l. 1. in princ. per docto.

32 In libello formato in actione personali debet causa exprimi. ff. de excep. rei iudi. l. & an eandem. §. actiones. & extra de libel. obla. c. fi. & ibi etiam nõ. per Inno.

33 Valet libellus in quo accusatus petitur condemnari criminaliter, & res ablata restitui incidẽter, quoniam iudex criminum potest cognoscere de re ciuili incidenter. ff. de furtis. l. interdum. §. qui furem. & ibi no. per Bart. & in l. 2. §. 1. vi bo. rap. per eundem Bar.

34 Iudex ex officio potest repellere libellum contraria cõtinentem, & quemlibet aliun ineptum. ff. de access. l. 1. cũ ibi not. in gl. ordi. super ver. libellus.

35 Libellus cõtinẽs cõtraria nõ habilitatur per processum iudicij subsequẽtis, imo seq̃ debet ablolutio etiã parte nõ opponẽte, quia actor facto suo se excludit. ff. qñ appel. sit. l. 2. §. sed si alius. & arg. C. de fide instr. l. scripturæ. & de reg. iuris. l. vbi repugnãtia. & ita not. ff. de acqui. pos. l. naturaliter. §. nihil cõe. per Bar. in 7. combinatione. in 2. q. ver. quandoque impeditur. pro quo facit suprà, in conclusione quę incipit, libellus ineptus, &c. & in illa, ineptitudo libelli.

36 Vbi quis in libello, vel exceptionibus proposuit plures causas, quarum quælibet est sufficiens ad obtinendum, vnam tantum probare sufficit. ff. de verbo. signi. l. sæpè. §. cum vero, & not. ff. ex quib. cau. in po. eatur. leg. Fulcinius. §. cum hoc. & de re iudic. l. diuus. vtrobique per Barto. pro quo facit. ff. de appel. l. scio. & ita etiam not. ff. de eden. l. 1. in prin.



in prin. per Bal. & ibi vide. & extra de rescrip. cap. ex parte. & ibi not. plenè per Henr. Boich.

De materia huius rubricę, vide infra, in ver. lit. contestatio. & in ver. executio. & supra in ver. iudicis officium.

De materia huius rubricæ, vide infra in ver. expensis fructus & interesse.

*32 Editio.*

1 MErcatores non tenentur edere librum rationum suarum, vt not. glo. ordi. singularis extra de vsur. ca. 1. in clemen. quam refert & sequitur Bald. ff. de eden. l. 1. §. rationes. & videtur probare textualiter ff. ad exhi. l. penu. & idẽ etiam no. extra de proba. ca. 1. per Hen. Boich.

2 Instrumentum procurationis, syndicatus, cessionis, & iurisdictionis, & huiusmodi similia, quæ faciunt pro fundatione, seu ad fundationem iudicij, debẽt edi cum die & consule, licet ea, quæ producuntur ad probandum merita causæ, sine die & consule edantur, vt not. extra de procur. c. 1. lib. 6. per Archid.

3 Reus non tenetur edere instrumẽtũ à se in iudicio nõ producẽtum ad fundandũ intentionẽ actoris. C. de eden. l. qui accusare. extra de proba. c. 1. sed bene cogitur edere ad coadiuuandum circa accidentia actionem iã probatam. ff. de act. emp. l. Titius. & C. ad legẽ Falc. l. fi prædiorũ. Et etiã cogitur edere ad probandũ replicationẽ actoris. ff. ad legẽ Falci. l. si maritus. §. fina. sicut & ecõtra actor cogitur edere instrumenta ad probandum exceptionem rei, vt C. de eden. l. fi. itaque not. per Bartol. & Guliel. de Cuneo, ff. eo. tit. l. 1. §. 1. & per Bald. & Cy. C. eo. tit. l. fi. contrarium notatur, de proba. c. 1. per Henr. Boich. & ibi vide.

4 Hæres tenetur tradere legatario instrumenta acquisitiua rei legatę cum non teneatur de euictione. C. de fideicõ. l. instrumen. sed venditor tenetur tantum edere emptori. sed nõ tradere, cũ teneatur de euictione. ff. de actio. empt. l. Titius. & ibi not. & latius, de instr. §. nunc dicamus. versi. sed pone. in Spec. & extra de probatio. c. 1. ꝓ Henr. Boich.

5 Legatario non debet edi totum instrumentũ, sed duntaxat clausula legati sibi facti vna cum hæredis institutione, & nominibus testium in eodem descriptorum, & nõ vltra. arg. C. de precib. impe. offe. l. fi. & ibi not. per Iac. de Are. & post eum per Cy. pro quo faciunt no. in Spe. tit. de instru. edi. §. videndum. ver. quid si produco.

6 Instrumenta inter partes communia, quæ quis suis expensis à notario redemit, quibus tñ non vtitur, non tñ tenetur aduersario edere, nisi ex iusta causa, vtpote si aduersarius ipse sua instrumenta amiserit, & etiam originalia sint deperdita: vt not. titu. de instru. edi. §. videndum. ver. exprę missis. in Spe.

7 Instrumenta inter partes communia debent edi cum die & consule, vt no. ff. de eden. l. 1. §. editiones. per gl. ordi. & idem est in literis apostolicis, cum sint communes. extra de rescrip. c. cum te. & ibi no. gl. ord. in fi.

8 Speciale est in fisco, ꝙ põt petere edi instrumentum ad fundandũ intentionem suã. ff. de edend. l. ne quisquam & etiã ibi not. per Bal. & e. tit. l. 1. §. editiones. & ext. de proba. c. j. ꝓ Hen. Boich. ff. de iure fisci. l. 2. §. diuus Hadrianus.

9 Quis tenet instrumẽtum etiã propriũ edere cũ die & consule, aduersario id petẽti ad fundãdum eius exceptionem, vel replicationem, præstito tamẽ iuramento per eũ, ꝙ id causa calumniæ non postulat, vt tit. de instru. edi. §. videndum. ver. facienda est. in Specu. & idem si dicat se id ciuiliter de falso velle accusare, quo casu non tenetur accusans se ad pœnam falsi ordinariam obligare, sed ad pœnã extraordinariam, casu quo tamẽ iudex præsumeret de malitia accusantis, vt no. Specu. vbi supra, dicens, quod ita de facto seruatur. Et ita etiam quo ad vltimum, not. extra de proba. c. 1. per Henr. Boich.

10 Pars potest petere ꝙ notarius edat, seu exhibeat originale protocollum, quali instrumẽtum grossatum perfectè si omnia quæ gesta sunt, nõ cõtineat. arg. ff. de edẽ. l. veluti. circa prin. & not. ff. de reg. iur. l. si librarius. per Bartolum.

11 Acta iudiciorum debent edi cum die & consule. C. de eden. l. 1. etiam licet non sit eis vsurus aduersarius, secundum Azo. ibi, & eo. tit. l. 1. pro quo extra, de proba. c. 1. per Inno. & Host. alias poterit appellari. C. vt lite penden. l. 1. vt no. in d. c. 1. per Henr. Boich.

De materia huius rubricæ, vide infra', in verb. appellatio. & latè extra de proba. c. 1. per Henr. Boich.

*33 Cumulatio.*

1 PEtitio hæreditatis & rei vendicatio possunt in eodem iudicio simul cumulari, vt not. per docto. & præsertim per Iaco. Butr. C. de petitio. hęreditat. l. si post moram. in fina. quæstio.

*34 Reconuentio.*

2 REconuentio debet fieri ante litem contesta. vel incontinenti post, quantum ad simul procedendum in vtra que causa, sed quãtum ad cõsequendũ cum iudice, potest fieri etiam vsque ad sententiam, vt not. Ioã. And. extra de verbo. signi. c. fæpè. in clemen. in glo. super ver. exordio. & etiã Arch. extra, de rescript. c. dispendiosa. §. reus quoque libro 6. & etiam Bald. ff. de procuratoribus. l. omni. & extra de mutuis petitio. capitulo primo. per Henr. Boich.

3 In mutuis petitionibus si de vna liqueat, licet de alia nõ, nihilominus pronuntiari de liquida alia omissa. arg. C. de cõpẽ. l. fi. & ita not. ext. de ord. cogni. c. cũ dilectus. ꝓ Inn.

4 Excommunicatus non potest reconuenire actorem, nec compensationem opponere, extra, de excep. ca. cum inter. in fin. & ita not. ibi gl. ordi.

De materia huius rubricæ, vide infra, in verb. exceptio.

*35 Recusatio.*

1 SVspitio iudicis non est iusta causa appellandi, nisi suspitio ipsa forma recusationis legitimè fuerit ꝓposita, iuxta formã ca. 2. requiris. de appellat. & per iudicem repulsa, vt not. eodem titu. capitu. nouit. per gloss. ordinariam.

2 Merus executor non potest recusari vt suspectus. vt extra de appel. c. nouit. supra alleg.

3 Si delegatus episcopi, vel eius officialis recusetur, episcopus debet de causa recusationis cognoscere, ext. de offi. iudi. delega. ca. si qua. lib. 6. Si vero recusetur ordinarius alius, vel delegatus à Papa, debent eligi arbitri, qui de causa suspitionis cognoscant, extra de appellatio. ca. 2. requiris. & ita not. extra, de appellatio. c. legitima. per Arc. & Io. And. lib. 6. vide cap. suspitionis. de offic. delega. in antiq.

4 Recusatio iudicis suspecti debet præcedere, & opponi ante omnes alias exceptiones dilatorias, vel etiam declinatorias, vt not. extra de re iudica. capi. cum inter monasterium. per Innocen.

5 Postquã delegatus recusatus est, vt suspectus, nõ potest causam alteri subdelegare, vt de offi. deleg. c. iudex. libr. 6. licet in ordinario sit secus, extra de foro compe. ca. si quis contra. itaque not. C. de iudi. l. apertissimi. per Ioã. Fab. facit l. si prætor. ff. de iurisd. om. iudi.

6 Si iudex notarius iudicis habeat suspectus põt recusari, vt not. in authen. de trien. & semis. §. & quia sæpè. & de hęre. & fal. §. si vero absunt. Si vero notarius Iudicis ordinarij habeatur suspectus, dabitur adiunctus, sicut & in iudice. arg. ff. de suspect. tuto. l. tutor. & ita not. C. de iudi. auth. si vero. per Guliel. de Cug.

7 Eo ipso ꝙ causa suspitionis est contra iudicem proposita, est eius iurisdictio suspensa. argu. de offi. deleg. cap. suspitionis. in prin. ibi, assignata. & cap. pastoralis. §. præterea. in fi. vt not. Specu. titul. de recu. §. qualiter. ver. si quis cognoscat. intantum quod, si iudex recusatus postea procedat, est eius processus ipso iure nullus, vt not. ff. ad Treb. l. quia poterat. per Bar.

8 In causis ecclesiasticis in quibus non admittitur appellatio, nec recusatio, extra de appel. c. super eo. 2. §. in causis. Et idem puto in causis profanis paritate rationis, &c. & ideo in notorijs in quibus non admittitur appellatio, nec

ncc recuſatio, vt eodem titu. cap. propoſuit. & ibi not. gl. ordi. per Barto. eadem ratione.

9 Cum quæritur, vtrum iudex à quo appellatũ eſt in vna cauſa poſsit in alia cauſa per appellantem vt ſuſpectus recuſari? diſtingue, aut cauſa appellationis eſt finita, & tunc non põt, vt ff. apud eum à quo appella. l. 1. Aut non eſt finita, & tunc aut quæris de delegato, & poteſt recuſari, extra de appellatio. ca. ad hæc. c. propoſuit. Aut de ordinario, & tunc aut quæris in notorijs, & in talibus non admittitur recuſatio, vt dictum eſt in quæſtione præcedẽte. Aut in cauſijs non notorijs, & tunc iudex ad quem, non recipit appellationem, & tunc non poteſt ordinarius recuſari, vt d. l. 1. Aut recipit, & poteſt recuſari, vt dictis ca. propoſuit. & ca. ad hæc. & ibi not. per Henr. Boich.

10 Iudex recuſatus poteſt aſsignare terminum ad cauſam recuſationis fiendam, quia talem terminum non arbitri, ſed iudex recuſatus ſtatuere debet, extra de appel. c. legitima. lib. 6. & ita etiam not. extra de offi. deleg. ca. ſuſpitionis per Henricum Boich.

### 36 *Litis conteſtatio.*

1 LItis conteſtatio requirit præſentiam partium. C. de tẽpo. appel. l. fin. §. illud ex quo ſequitur, q̃ reſponſio rei facta ad libellum abſentis, vel eius procuratorẽ, non operatur litis conteſtationem, vt not. Iaco. Butriga. in authen. offeratur. ſi. queſtione. C. de lit. conteſt. Sequitur etiã q̃ nõ valet litis cõteſtatio facta per nuntiũ, quia id quod ſit per nuntium, dicitur geri inter abſentes. ff. de cõtrahen. emp. l. 1. in fi. & ita not. ff. de procura. l. 1. in pri. ſi. quæſt. per Bal.

2 In litis coteſtatione requiritur verborũ expreſsio. C. de iudi. l. rem non nouam. §. patroni. Ex quo ſequitur quod cõtumacia rei libello reſpõdere abſen. nõ põt pro lit. cõteſta. haberi. ſm Iac. de Are. vt no. C. de lit. cõteſt. l. 1. p Cy.

3 Reſponſio rei facta ad cauſam libelli, videlicet, dicendo cauſam libelli veram eſſe, vel non eſſe, operatur lit. conteſtatio. vt not. extra de lit. conteſt. c. 1. per Inno. vide Pet. de Sanxone, extra de lit. conteſt.

4 Litis conteſtatio facta ſuper inepto libello, non interrumpit præſcriptionem. ff. de adul. l. accuſaturus. ita not. C. de lit. conteſt. auth. offeratur. per gl. ord.

5 Mora debitoris in litem conteſtando, habet vim litis conteſtationis quo ad interruptionem. ff. de eo per quem factum eſt. l. ex hoc edicto. & not. gl. ff. de act. & obli. l. conſtitutionibus. & eſt te. ff. ſi quis cau. l. eum qui. §. qui iniuriarum. in fi. & ibi no. per Bal.

6 Per obiectũ exceptionis peremptoriæ non fit litis conteſtatio. extra de libel. obla. c. 1. in 6. & ibi eſt te.

7 Si de lite conteſtata conſtet iudici, licet non appareat in actis, ſufficit, dum tamen notarius atteſtetur verbaliter & iudex poterit de hoc in cauſa nullitatis teſtificari, vt tit. de ſen. §. iuxta præpoſitionem. ver. pone. in Spe. quod publicatis. in Specu.

8 In interdicto vti poſsidetis, ſi null° ex indignatione primo velit partes actoris ſuſcipere, poſſunt teſtes per partes iudi. hincinde recipi extraordinariè abſque lit. cõteſta. vt not. tit. de libel. cõcept. §. nunc dicendũ. verſi. 22. in Specu.

9 In cauſa appellationis eſt neceſſaria litis conteſtatio, ſi ambæ partes ſint pares, alias vero ſecus. & ſic intelligitur. ext. de appel. ca. p tuas. itaque not. extra de teſti. c. Raynaldus. per Hoſti. & alios, & ita fuit determinatum in Rota. idem etiam tenet Pet. Iacob. in libello formato in cauſa appel. ver. & eſt notandum.

10 Super exceptionibus etiam emergentibus ante lit. conteſtationem non requiritur lit. conteſta. vt not. extra, qui filij ſint legi. c. lator. & extra de offi. deleg. c. prudentiam. per Ber. & Henr. Boich. in penul. diſtinctione.

De materia huius rubricæ, vide infra in verb. exceptio.

### 37 *Vitium litigioſi.*

1 VItium litigioſi afficit rẽ petitã actione reali, quod eſt qñ agitur de dominio vel quaſi dominio, & tunc non valet alienatio. C. de litig. authen. litigioſa reſ, ſed quando agitur actione perſonali, valet alienatio, licet reuocari debeat officio iudicis, ſi fuerit facta in præiudiciũ litis pendẽtis. extra de deſponſa. impube. c. ad diſſoluẽdum. & de accuſa. ca. olim. & de conſtitu. c. cum M. & vt lite pendente per totum, & ita not. in alleg. c. cum M. & vt lite pendente. c. eccleſia ſanctę. per Hen. Boich. & in tit. de appellatio. §. nouiſsimè. verſi. verũ. cum ſupra not. in Spe. & ibi vide.

2 Vitium litigio non afficit, ſeu impedit alienationẽ rei litigioſæ à tertio factam, ſeu ab alio quam litigantibus, vt not. in alleg. ver. verum. in fi. in Spe.

3 Controuerſia ſuper poſſeſsione rei non facit rẽ litigioſam. vt not. gl. ordinar. Ber. extra de confirma. vti. c. 1. gl. contrarium videtur tenere Ang. in auth. de litigio. in pri.

4 Motio litis in actione perſonali non facit rem litigioſam. not. vt inquit Innõ. extra de except. c. dilectæ. & in c. cum M. ſupra alleg. in penulti. gloſſ. verſic. ſed ſi poſſeſsiones. & ibi etiam per Henric. Boich. vt ſupràdictum eſt in prima concluſione.

5 Neceſſaria alienatio rei litigioſæ non prohibita. ff. de rei vend. l. is à quo. & l. ſeq. & ita not. extra de conſtit. ca. cum M. ſupra alleg. in penul. gloſſ. quæ incipit, cognitione præmiſſa, per Inno. & not. extra vt lite pendẽte. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. per Henr. Boich.

6 Per ſolam motionem controuerſiæ in actionibus vniuerſalibus, vt petitione hæreditatis, & familiæ erciſcundæ efficiuntur res petitæ litigioſæ, ſic, quod non poſſunt alienari. ff. famil. erciſcun. l. alienationes. & C. de peti. hæred. l. ſi poſtmodum. niſi eſſent res tales quæ ſeruando ſeruari non poſſent. ff. de petitio. hæredit. l. diuus. vt not. in dicto c. eccleſia. per Henr. Boich.

7 In actione commiſſoria cõi druidundo efficitur res litigioſa per lit. conteſta. C. cõmu. diuidundo. l. 1. tñ nõ põt alienari, niſi eſſet alienatio neceſſaria. ff. de fundo dotali. ſi fundũ. & ar. d. l. alienationes. vt no. p Hen. Boich. vbi. ſ.

### 38 *Prorogatio.*

1 DE prorogatione iuriſdictionis dic vt in l. priuatorum conſenſus. ex cuius materia eligi poſſunt quæſtiones.

2 Terminus videtur prorogatiuus cũ ſuis qualitatibus & acceſſoriis, depẽſis tamen à voluntate prorogantium, & non alterius. ff. loca. l. item quæritur §. qui impleto. & de arbi. l. Labeo. §. fina. & ideo prorogato termino ſolutionis non videtur prorogata ſententia excommunicationis, niſi iudex qui eam protulit, prorogationi cõſentiret, vt not. Hoſti. contra Innocen. extra de appellatio. capi. præterea.

### 39 *Ratihabitio, & confirmatio.*

1 DE ratihabitatione dic vt infra in repetione l. ſi ego. ex qua elicias concluſiones. & de materia confirmationis vide infra, in ver. inſtrumentum.

2 Ratihabitio nihil operatur, vbi authoritas requiritur. not. extra de conſuetudi. capitulo. cum conſuetudo. per Innocentium.

3 Confirmatio facta ſine cauſæ cognitione in forma cõi nõ roborat actum, nec tribuit aliquid ius, quin in ea intelligatur tacita cõditio, ſi ſit ita, ſecus vero ſi cum cauſę cognitione. ff. de adopt. l. nam ita diuus. cum ibi not. Itaque not. C. de donat. inter virum & vxorẽ. l. ex his per Cy. & de cõfirma. vti. c. 2. per Innoce. & per Hoſtien. in ſumma eodem titu. ut puta, quia facta fuit ex certa ſcientia confirmationis. vtpote, quia videt conceſsionem ſeu donationem ſui prędeceſſoris, & etiam de verbo ad verbum inſerit in ſua confirmatione, uel alias per literas confirmationis apparet, q̃ cõfirmator uidit donationem, ſeu ceſsionẽ quam confirmat. 64. diſtinctio. cap. in ſynodo. ſecundum Henri. Boich. ubi ſupra, & not. cle. tit. de inſtr. edi. §. nunc autem. uerb. item opponitur contra confirmationem. in Spe. de quo uide infra, in uer. inſtrumentum, & iunge hoc quod ibi not. & uide latius extra de fide inſtru. c. inter dilectos. per Henric. Boich. in ſecunda diſtin.

Iuramen-



### 40 *Iuramentum.*

1 IVramentum fidelitatis non poteſt præſtari per procuratorem, vt no. Bal. ff. de re. di. l. ſumma. ver. ibi. & probatur extrà de ſta. reg. c. 1. lib. 6. & ibi eſt textus. Nec ob. in feud. tit. per quos fiat inueſt. c. 1. quia ibi loquitur de inueſtitura non de iuramento, quare &c.

2 Iuramentum filiiſfa. ſcilicet de non veniendo cõtra proceſſum, iudici ſupplet defectum & authoritates paternæ ad iudicia requiſitæ, vt no. tit. de actore. §. 1. ver. quid ſi ſuper hoc iurauerat. in Spe.

3 Iuramentum ob reuerentiam hoſpitis præſtitũ, non eſt obligatorium, vt no. gloſſ. ordi. 22. q. 4. vnuſquiſque.

4 Toties qs peierat, quoties venit cõtra rẽ iuratã. extrà de ſen. & re iudicata. c. abbate ſanè. li. 6. & ita no. ibi p Archi.

5 Defectus finalis cauſæ excuſatà periurio. C. de nõ nu. pe cu. l. fi. & ita no. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iu. per Bal.

6 Semper iuramento actoris creditur, ex quo delictum committitur, vt no. ti. de fur. ver. ſed quid. in Spe.

7 Licet iuratum ſit de calũnia, nihilominus iudex in quacunque parte litis poteſt exigere iuramentum malitiæ, quoties viderit expedire. extrà de iu. cal. c. 2. lib. 6.

8 De materia iuramenti contractus ſuper quo iuratur cõ firmatorij, dic plenè vt in repetitione authenticæ ſacramẽta puberum. C. ſi aduerſ. vend.

9 Procurator debet iurare de calumnia in animã domini ſui, & ideo requiritur ad iurandum de calum. mandatum ſpeciale, vt extrà de iuramẽto calũ. c. fi. lib. 6. & ita etiã debet iurare in animam ſuam propriã, vt in eo. ti. c. 2. eo. lib. itaque no. ff. de damn. infect. l. qui bona. §. qui alieno. p Bar.

10 Procurator generalis non habens mandatum ſpeciale iurandi de calũnia, nihilominus admittitur ad iurandum, ſi dominus valde differt, quod dicitur de ſpeciali mãdato requirẽdo ad præſtandum iuramentũ calumniæ, intelligitur ſi domini præſentia de facili haberi poſſit. ita not. per Bar. & ſingulariter in alle. §. ſi alieno.

11 Aſſertio dicens, quòd nõ ſperat in partibus cõſequi iuſtitię complementum, cũ in animo conſiſtat, probatur p iuramẽtũ. ar. extrà de ſent. ex cõ. c. ſi verò. & de reſcri. c. ſtatutum. lib. 6. ſuper ver. ſaltim per propriũ iuramẽtũ & facit c. vt circa. de elec. e. li. Et ita fuit determinatũ in Rota.

12 Subditi ratione iuriſdictionis, nec non etiam familiares, & domeſtici tenentur præſtare iuramentum fidelitatis, vt in feud. tit. qualiter vaſ. fideli. iurare. c. 1. in fi.

13 In diſpenſatione iuſamenti requiritur cauſæ cognitio, vt no. extrà quod me. cau. c. ad aures. per Inno.

14 Quando actor plenè probat intentionem ſuam, & reº ſemiplenè exceptionem ſuam, non debet reo deferri iuramentum probationis ſuppletium, ſed eſt reus actꝰ condemnandus, iſtud non credo verum quando exceptio nõ contradiceret propoſitum actoris, ſed vtraque eſſet vera. ita firmat Bal. in l. in bonæ fidei. circa fi. ſui comm. C. de iureiu. Barto. in repetitione l. admonendi. ff. co. de iureiu. & Ange. ibidem. reus actori eſt condemnãdus, vt no. in Spe. tit. de iura. §. 1. ver. quid ſi actor fundat. Si verò actor probat intẽtionem ſuam ſemiplenè, & reus nihil probet, tũc habito reſpectu ad conditionem perſonæ, & quantitatem cauſæ, deferendum eſt iuramentum actori vel reo, prout iudici videbit. ff. de iurciu. l. admonendi. & C. e. ti. l. in bonæ fidei. & extrà eo. ti. c. fi. Si verò actor probet intentionem ſemiplenè, & reus probet exceptionem ſuam ſemiplenè, debet reo deferri iuramẽtum, cùm in dubio ſit magis fauendum reo quam actori. ff. de actio. & oblig. l. Arianus. & extrà de proba. c. ex literis. & no. in d. alle. ca. fi. per Odofr. Abb. & Hen. Boich.

15 Si quis depoſuerit apud hoſpitem bugias plenas, debet attenta conditione perſonę deponenti deferri iuramentũ, & ſibi cum iuramẽto de his q̃ iutus erant, credi, vt not. ti. de furtis. §. 1. circa mediũ. in Spec. & extrà quod me. cau. c. fi. 1 prima gl. p Inn. & ff. furt. aduerſ. naut. l. j. §. j. p Oldra.

16 Iuramentum confirmat donationem non inſinuatam, quantum ad obſeruantiam facti ſeu iuramenti, ex quo poteſt ſeruari ſine ſalutis diſpendio, per regulam cap. ſi verò & c. cum contingat. extrà de iureiur. ſed non quantum ad eſſentiam cõtractus, vt no. Inſti. de dona. §. 1. per Ió. Fab. Pro quo faciũt no. per Bar. ff. de fideiuſ. l. ſi quis p eo. ver. quartò. phibẽtur. & in l. Modeſtinus. ff. de dona. Bal. dicit, q̃ nullo modo confirmatur iuramẽto. ar. ff. de leg. j. l. ſi qs inquilinos. §. fi. & ita no. ipſe. C. de ſac. ſan. ecc. l. illud. vide in d. auth. ſacramenta puberum. per me Henri. de Boue.

17 Quis poteſt cum iuramento renuntiare futuris alimentis, quæ debentur ex diſpoſitione hominis. & ità intelligũtur notata per Bar. ff. de fideiuſ. l. ſi quis pro eo, decimo articulo principali. Secus verò ſi debeantur ex diſpoſitione legis ſiue naturæ, vt not. Spe. tit. qui ſunt filij legi. ver. ſed pone quidẽ. & no. C. de coll. l. 2. in fi. quæſt. per Bal. Quod verum intelligo, niſi pro dictis alimentis daretur renuntianti aliquid annuum loco alimentorum, quoniam tunc illo mediante, filius poſſet illis renũtiare cũ iuramento, qm & filia poteſt renuntiare hæreditati paternæ cum iuramento, mediante dote. extrà de pact. c. quamuis pactum. li. 6. p quã renuntiationem iurata filia eclxuditur etiam à petitione ſupplemẽti legitimæ, vt no. p Pe. Ia. ti. de condi. ex lege. quæ ſibi debetur ſecũdum numerũ liberorũ. ver. ſed quid erit ſi filius pactus ſit cum patre, &c. in fi. & ver. ſed an ille filius poterit venire, &c. & tñ legitima iure naturæ debita, ſuccedit loco alimentorum, vt dicunt doc. & no. ff. de pac. l. ius agnationis. p Bal. & pro tãto appellatur debitum bonorum ſubſidiũ, ex eo quia ſuccedit loco alimentorum, igitur ſi filio ſit aliquid per patrem dãtum p alimentis, poteſt illis cum iuramento renuntiare, &c.

### 41 *Poſitio, & articulus.*

1 POſitiones non ſunt aliud quàm libellus minutatim diuiſus. no. de acti. de conſti. pecu. in ſumma libelli, p Pe. Iac. & ſic non dicitur nouam ſubſtantiam continere.

2 In poſitionibus reſponſio credulitatis habet veritatis effectũ. no. C. de iura. cal. l. 2. §. q̃ obſeruari, p Cy. & p gl. ord. ff. de interrog. act. l. 1. in pri. ſu. p ver. ꝓnalis actꝰ. i fi.

3 Poſitio non debet eſſe implicata ſeu copulata. no. ti. de poſitio. §. 7. ver. 11. in Spe.

4 Poſitio non debet fieri diſiunctiuè, niſi vbi ponẽs haberet ignorantiam probabilem in alieno facto. no. Spec. in d. ver. 11. in fi. & no. extrà de reſcri. ca. ex parte. per Inno.

5 Reſponſio facta ad poſitionem ſimpliciter, refertur ad id ſuper quo principaliter ponitur non conſecutiuè. not. Spe. in d. ver n. & de leg. j. l. ſi tibi. §. ſi à filio. per Bar.

6 Dubitanti ſuper poſitione debet dari tẽpus ad deliberãdum. ff. de interro. actio. l. q interrogatus. no. glo. C. de iur. cal. l. 2. §. q̃ obſeruari. q̃ eſt verũ, vbi iuramentum eſt de veritate, quia ſecus ſi iuramentum eſt de calumnia, vt no. Spe. ti. depo. §. 6. ver. qd ſi interrogatus, niſi poſitio fieret de facto alieno, vel de facto proprio antiquo tantum, vt no. C. de iura. cal. d. §. quod obſeruari. per Iac. Butrig.

7 Si reſponſum ſit generali poſitioni negatiuæ, nõ eſt ſpecialibus poſitionibus ſequẽtibus reſpondẽdũ, qa remoto ſeu negato genere, remouetur q̃libet eius ſpecies, vt not. C. de tranſact. l. ſi cauſa. & facit. ff. ad Tertullianũ. l. fi. in fi. & ita no. in l. iuriſgentiũ. §. ſed ſi fraudãdi. ff. de pact. p Bal.

8 Ponens nõ poteſt ſumere probationem ex negatione aduerſarij contraria ſuæ poſitioni, nec è contrà, negans poſitionem ex ſua ipſa poſitione quam negauit, vt no. tit. de poſi. §. 8. ver. ſed ſecundum præmiſſa. in Spe. pro quo facit c. ex eo. extrà. de reg. iu. li. 6. & no. latius, ff. de acquiren. poſſe. naturaliter. §. 1. per Bart. circa tertiam lecturam. & ff. de his qui. vt indig. l. poſt legatum.

9 Articulus ineptus non validatur ex poſitionibus aptis, vel ex depoſitione teſtium ſuper inepto tamen articulo iuratoris, vt no. de teſt. §. 1. ver. qd ſi capitula. in Spe. & ff. de iuriſdict. omnium iudicum. l. 1. fin. quæſtione per Bal.

10 Articulus ille dicitur impertinens, qui nullum præbet intentioni adminiculum, vt C. de proba. l. ad probatio. & extrà de offi. deleg. c. cùm contingat. in fi.

11 Si ſit reſponſum poſitioni declaratæ, non eſt neceſſe reſpondere poſitioni declaranti, vt clarè diſputando probat & concludit Old. in conſiliis ſuis, conſilio incipi. data fuit in iudicio obſcura poſitio.

12 Si ſit reſponſum poſitioni principali, non eſt neceſſe reſpondere poſitioni dependenti, vt no. ti. de poſi. §. 7. ver. 15. conſiderandum. in Spe.

13 Poſt dationem articulorum, imò & poſt teſtes examinatos, & inſtrumenta producta poſſunt fieri poſitiones, vt no. ti. de lit. conteſt. §, & quoniam. ver. ſed quid ſi aliqua pars. per Hoſt. in ſumma.

14 In iudicio poſſeſſorio etiam reintegrandæ admittitur articulus de proprietate ſolùm ad poſſeſſionẽ colorãdũ, vt not. tit. de teſt. §. nunc videdũ. verſi. ſed pone. in Specu.

## 42 *Incidens & emergens quæſtio.*

1 IVdex ciuilis poteſt incidenter cognoſcere de criminibus, quæ oriuntur ex actis ciuilib. corã eo habitis. C. de teſt. l. nullum no. ff. de aqua plu. arc. l. hoc iure. §. fi. per Bar.

2 Super quęſtione emergenti debet expreſsè pronũtiari, cùm alias non poſsit in cauſa procedi. ff. de li. cau. l. libertas. in fi. C. de adulte. l. quoniam Alexandrum. & de dila. l. à procedente. ſecus vero in quęſtione incidenti, ſuper qua non debet expreſsè pronuntiari, ſed tãtũ ſuper cauſa principali. C. de iuriſ. om. iu. l. 1. & de ordi. cog. l. 2. & extrà eo. ti. c. 1. & ita no. in d. l. 1. per Cy. & doc. Et ratio patet infrà, ex concluſione quæ incipit, quæſtio emergẽs. & no. extrà eo. ti. per Hoſt. in ſumma, ver. breuis expedio. & ibi vide.

3 Super exceptione peremptoria litis finitæ, quando opponitur ad impediendum proceſſum in vim dilatoriæ, debet pronuntiari expreſsè, vt no. in d. l. 1. per Cy. ratio patet ex ſupra dictis.

4 Licet non ſit neceſſe pronuntiare ſuper quæſtione incidente expreſsè, põt tñ ꝓnuntiari, & pronũtiatũ valet & tenet, vt no. extrà de ordi. cogni. c. 1. per gl. ordi. & Hoſt. ꝙ recitat & ſequitur Io. Fabri, in allega. l. 1. C. de ordi. cogni.

5 Quæſtio emergens eſt quæ ordinatur, tendit, & proponitur ad impediẽdum proceſſum cauſæ principalis duntaxat. incidens verò eſt quæ ordinatur, tendit & proponitur ad impediẽdum iuſtitiam petitionis, & merita cauſæ principalis tantùm, vt no. C. de ordi. iudi. l. 1. per Iac. But. in 2. q. & etiam per Cy. & alios.

## 43 *De petitorio, & poſſeſſorio iudicio.*

1 IN interdictis retinendæ vel recuperandæ poſſeſsionis obtinere debet ille, qui de antiquiori poſſeſsione probat, quoniam ſecunda poſſeſsio præſumitur clandeſtina, niſi probetur contradictio prioris poſſeſſoris, ſi verò probetur contradictio prioris poſſeſſoris, ſecunda poſſeſsio præſumitur violenta, vt no. extrà de proba. c. licet cauſam. in gl. ſed nonne. per Inno. & per conſequẽs debet ſuccedere tã clãdeſtinus, quã violẽtus poſſeſſor. ff. vti poſſi. l. j. §. fi.

2 In interdicto vti poſſidetis. vbi probationes ſunt pares debet obtinere qui de titulo probat, vt eſt tex. in d. c. licet & etiam ibi no. per gl. ordi. & vbi probationes ſunt vtrobique pares, obtinere debet qui primò fuit ad iudicẽ euocatus, veluti reus actore non probante abſoluẽdus, vt no. in d. c. licet cauſam. per gl. ord. Ber.

3 Reus conuentus interdicto vnde vi, pro recuperatione quaſi poſſeſsionis iurium, non poteſt conuenire actorẽ actione negatoria, nec contra eum de quaſi proprietate excipere, cùm ante omnia ſit reſtituẽdus ſpoliatus. C. ad legẽ Iul. de vi pu. l. ſi quis ad ſe fundũ, & ita no. tit. de interdict. vnde vi, pro ſerui. §. cùm dictus actor. ver. item & ſuper. li bello, &c. per Per. Ia. in ſum. libellorum ſuorum. & probatur extrà de ordi. cogni. cap. fina. & facit de reſti. ſpolia. capi. in literis.

4 Agens interdicto vnde vi, pro recuperatione etiã quaſi poſſeſsionis iurium, non tenetur probare titulum nec bonam fidem, vt no. Inn. & Hoſt. in c. bone. extr. de poſtula. præla. & Io. Fab. C. de ſerui. l. 1. & no. etiam ff. de iti. actuque priua. l. 1. §. hoc interdicto. per Bar.

5 Si ſpoliatus patiatur ſe reconueniri de proprietate, in tantum quod pendente iudicio poſſeſſorio fuerit cognitũ de proprietate patiente ſpoliato, debet ſuper proprietate pronuntiari, vt no. Iac. But. C. ad l. Iul. de vi publ. l. ſi quis ad ſe fundum. in 1. q. pro quo facit tex. extrà de reſti. ſpoli. c. 1. & not. Cy. de interdict. l. incerti, & no. extrà, de reſti. ſpo. c. fi. lib. 6. per gl. ord. Io. And.

6 In poſſeſſoriis ſufficit allegare factũ, vt ẽ neceſſe allegare obligationem quæ iuris eſt vel exprimere cauſam petẽdi, quoniam poſſeſſoria in facto conſiſtunt. ff. ſi ſeru. vendi. l. 2. §. fi. & no. Inn. ext. de electio. c. querelam. gl. fi. & no. per. Ho. in ſum. tit. de cenſi. §. quis cenſus. ver. & cenſus aũt ignorantię. & ff. de officio. proconſul. l. ſolent. fi. per Bal.

7 In actionibus de quibus non conſtat, quòd competant, nullum interdictum poſſeſſoriũ locũ habet, qa nemo poſſidet actionem, niſi ille cui verè cõpetit, vt not. ext. de reſtitu. ſpolia. c. in literis. per Inn. & ita etiam tenet Oldrad. in cõſilij ſuis, conſilio quod incipit. Papa ordinauit.

8 Prælatus eccleſiæ, vel alius adminiſtrator, vtpotè tutor, vel curator, poteſt petere reſtitutionem poſſeſsionis occupatæ violenter licet proprius nunquam apprehendiſſet. in hærede vniuerſali ſit ſecus. ff. de acquir. poſſ. l. cùm hæredes. & ita not. ibi per Bart.

9 Agens ſimul petitorio & poſſeſſorio, vincere debet ſola poſſeſsione probata, niſi reus probet in proprietate, vel dominus præſumatur, vt no. extrà de poſtulatio. præla. capit. bonæ. per Inno.

10 Baptiſmare & crimare ſunt eiuſdem iuris. vnde qui eſt in poſſeſsione vnius, præſumitur eſſe in poſſeſsionẽ alterius, vt not. extrà de religio. do. c. 1. per Innocentium.

11 Depoſitarius vel cõmodatarius cui res depoſita, vel cõmodata aufertur, hẽt pro recuperõne rei cõditionẽ ex illo cano. 3. q. 1. reintegranda. & C. de prẽt. pig. l. fi. no. ti. de petitorio & poſſeſ. §. 1. verſi. ſed nũquid depoſitarius. in Spe.

12 Pro recuperatione rei notabilis ſubtractę competunt interdicta & remedia poſſeſſoria, quæ no. Bar. ff. de acqui. poſſ. l. rem quę nobis, &c. ibi vide.

13 Quis põt agere ſimul petitorio & etiã poſſeſsorio recuperandæ, vt no. gl. ord. Ber. extra de cau. poſ. & proprie ca. cũ dilectus. & etiã adipiſcendæ, vt eſt text. de vtroq; e. ti. c. paſtoralis. & no. ff. de acq. poſ. l. naturaliter. §. 1. ꝓ Bar.

14 Agens interdicto vti poſſidetis, ſi probet ſe aliàs poſſe diſſe, adhuc præſumitur poſſidere. vt not. C. ad ex. l. non ignorabit. ꝓ Cy. & maximè qñ ꝓbat fuiſſe de recẽti poſſeſſor, vt no. C. de ꝓba. l. ſiue poſſidetis. per Cyn. & doct.

15 Impedimẽtum rei iudicio poſſeſſorio conuenti, ſufficienter probatur per reſiſtentiam factam in litis conteſtatione per reum, & in diſcurſu proceſſus. vt no. ti. de actio. & peri. §. 4. ver. ſed nunquid habet. in Spe. pro quo facit tex. ſecundum lect. Dy. & gl. ff. de ope. no. nun. leg. ſi prius, in prin. vt ibi no. per Bar. in quinta oppoſitione.

16 Pendente lite ſuper proprietate annui cenſus petitor ſi fuerit in poſſeſsione exigendi non vi, non clàm, nõ precario, debet in ea tueri lite pẽdente. de cau. poſ. & proprie. ca. cùm eccleſia ſutrina. & 16. q. 4. c. volumus. & vt lite pẽden. ca. memoria. vt no. Inn. & Hoſt. extrà de cenſi. c. peruenit & no. latius Hen. Boich. in fi. ſuę diſtinct. ibi.

17 Reus qui eſt in quaſi poſſeſsione iuris incorporalis, debet lite pendente ſuper petitione interim gaudere poſſeſsione ſua. ff. de aqua quoti. & æſti. l. penul. extrà de elect. c. querelam, de reſti. in integ. c. 2. & ibi no. de prẽſcrip. c. ſi diligenti. vtrobique per Hen. Boich.

18 Poſſeſsio maximè in fructu cõſiſtit, vnde licet q arat, arãdo vadat, & laboret, qui ꝑcipit fructus, iſte efficaciter poſsidet. ar. ff. gb. mo. vſuffr. amit. l. Põponius. ita no. ff. de of. præto. l. Barbarius. in 12. oppoſitione. q. fi. per Bald.

19 Petitorium & poſſeſſorium retinẽdę poſſunt ſimul intentari & cumulari diuerſis reſpectibus. ff. de acquirend. poſſeſ. l. naturaliter. §. 1. & ibi no. ſecundum hanc lect. quæ eſt verior ſecundum Bar. vtpotè per illum qui poſsidet ciuiliter tantum, vel naturaliter, vel ſimul vtroque modo, & vult



& vbi vult agere rei vendi. pro re quam non decet, vtpote pro re, per eum depoſita, vel commodata. ff. cõmo. l. rei commodatæ. de rei vendi. l. officium. extrà de cauſa poſſ. & proprie. capi. cùm dilectus. per Hen. Boich.

20 Quis non perdit quaſi poſſeſsionem iuris incorporalis vtpote annui cenſus ſeu penſionis non petendo, nam talis quaſi poſſeſsio ſolo animo retinetur, nec videtur poſſeſſor habere animum dimittendi non petendo, vt no. extrà de elect. c. querelam. per Inn. in gl. dicunt quidam. ver. & not. & Hoſtien. & Compoſt. per eum, niſi tali poſſeſſori petenti facta fuerit per debitorem denegatio ſolutionis, quia ex hoc videtur petens ſpoliatus, vt patet in dic. cap. 1. ver. ſubtractam. & ibi no. per Inn. in gloſſ. dicitur autẽ in prin. & per Hoſtien. & Compoſt. per eum, & pari modo per Henric. Boich.

De materia huius rub. vide ſuprà. in verſi. iudicis officium. & in ver. lit. conteſt.

## 44 *Præſumptio, & fictio.*

1 COntra præſumptionẽ iuris & de iure admittitur probatio per cõfeſsionem partis aduerſæ, vt no. Cy. C. de dõ. propter nup. auth. ſed tã neceſſe. & Azo e. ti. in ſumma. & facit quod no. Inn. ext. ne cle. vel mona. c. quia plerique. gl. 1. ver. ſed quod dicitur. vide gl. in auth. de equa. do. §. circa medium. ſuper ver. ſciant & per Bal. C. de probatio. in rubrica. Adde Aluiſ. de Albert. ſing. 46.

2 Ille qui poſsidet feudum 30. annis, præſumitur in dubio inueſtitus, & iuſtè poſſediſſe in feu. ſi de feu. cõtrouer. fuerit. c. 4. §. ſi quis ꝑ 30. & hæc voluntaria inueſtitura neceſſaria inueſtitura præſumitur ex tempore decẽ annorũ. argu. infrà ex concluſione q̃ incipit, Ex diuturnitate &c. not. ff. de re. diui. l. ſumma. per Bald. verſi. & not. quòd ille.

3 Ille apud quẽ ſtetit inſtrumentũ, ꝑſumit ſcire cõtẽta in eodem, vt authen. qui ſemel. & ibi not. per Bart. C. de teſti.

4 Ille q̃ habuit acta penes ſe, ꝑſumit omnia ꝓcũctatus, extrà de teſti. c. cõſtitutus. & ꝙ no. Inn. eo. ti. c. vltra tertiã, ꝑ quo facit ff. de trãſac. l. non eſt ferendus. & ita not. ibi Bal.

5 Auditus dici à perſona fide digna, probabilem cauſam credulitatis inducit. ita no. Cyn. C. de ſeruitu. & aqua. l. 1. & ff. de ſal. l. Athaletus. per Bar. & etiam publica fama, vt no. per eum ff. de vſucap. l. Celſus.

6 Caſus incendij præſumitur ſemper contingere culpa eius qui rem debuit cuſtodire. ff. de offi. prẽfect. vigil. l. 3. §. 1. & ibi ita no. per Bald. & facit, quia conductor tenetur de incendio facto culpa famuli, vel alterius ſecum habitantis. ff. loca. l. videamus. in princ. & l. inſulam. §. fi. adde. infrà. rub. milta de criminib. nu. 28.

7 Furtum præſumitur factum culpa cuſtodis, niſi ſit factum, in loco qui bene cuſtodiri non poteſt, quia tunc per rerum naturam culpa probatur abeſſe. ff. de offi. præfect. vi. l. 2. §. eſtracturę. & ita ibi no. per Bald.

8 Tranſcurſus temporis de quo non conſtat in contrariũ memoria, habet titulum præſumptum pro ſuo, vt not. extrà de præſcript. c. ſi diligenti. in fi. lib. 6. per Archi. & hoc ſufficit probare ad obtinendum in rei vendicatione. vt no. infrà, in ver. probatio. vide c. 1. de præſcrip. lib. 6.

9 Si qs emat rẽ nomine vxoris, vel filij, & de ſui voluntate tradat eis, ꝑſumit donatio tacita. C. de don. inter vi. & vxo. l. ſi filij & ita no. Bar. & no. ff. de Fal. l. ſi tibi. §. ſi qs. ꝑ Bal. & ꝑ Pe. Ia. ſũma. libellorũ in ti. de actio. re. amo. in fi.

10 Præſumptio iuris tollitur per præſumptionem contrariam quia præſumptio vna aliam tollit. ff. de lega. 1. licet imperator. & de his qui ſunt ſuiꝝ vel alie. iu. l. filium.

11 In eo quod factum eſt publicè, præſumitur ſcientia. extrà de poſtu. præla. c. 1. & 16. q. quod dicatis, & melius 12. q. 1. qui diuinis in fi. & facit quod not. de conſt. ca. cognoſcentes. gl. fi. ita no. Archi. de ſen. excom. c. 1. lib. 6. Et facit l. ſed & ſi pupilli. §. præſcriptorum. ff. de inſt. actio. & not. extrà, de regu. iu. c. præſumitur. libro. 6. in gl. ordi. per Io. And. vide ſuper hoc Hen. Boich. extrà, de poſtu. c. 1.

12 Aſsignatio in dubio fieri præſumitur cauſa translationis dominij ar. ff. de iure do. l. dotis fructus. §. fi. in fi. cum l. ſeq. & ff. pro dote. l. 1. crica me. & ita no. ff. ſo. matrimo. l. ſi cõſtante. ꝑ articulo principali. ſecundò quæro. per Bar.

13 Mulier præſumitur dotem primi viri tacitè. in ſecundo matrimonio repetere, vt ff. de iur. do. l. quæ dotem. & l. diuus. & ſolut. matrimo. l. penultim. §. vxor. & quod no. C. de rei vxo. acti. authenti. ſed quamuis, & ita no. in cõſilio ſuo, ꝑ Bar. quod incipit, quod mulier habens agrum.

14 Concilium ciuitatis repreſentat vicem populi. glo. eſt ordina. C. quæ ſit long. conſue. in rubri.

15 Ille qui fuit in bello, nec reperitur poſtea viuus, mortuus præſumitur. ff. de his qui no. in fa. l. exhæredatum. & not. ibi per Bar. & Bal. res enim deperdita præſumitur, ſi facta diligenti perquiſitione non reperiatur. arg. ff. de acqui. poſ. l. peregrè. & no. ff. de eden. l. ſi quis ex argentarijs. §. fi. etiam per Bald.

16 Ex luctu propinquorum præſumitur quis mortuus. ff. de iis qui no. infa. l. vxores. cum l. ſeq. & ita etiam ibi notat Bald.

17 Si res ſimpliciter tradatur, videtur in dubio tradi cauſa cuſtodiæ. vt ff. de leg. 2. l. cum pater. §. pater pluribus. niſi præceſſerit cauſa habilis ad dominij tranſlationem, quia tunc præſumitur tradi ex vi præambulæ cauſę præcedente. vt ff. pro dote. l. 1. & ibi per Bartol. Vnde dicit doct. quòd verbum concedo, eſt commune tam ad tranſlationẽ iuris, quam ad ſimplicem conceſsionem facti, verùm accipitur, & intelligi debet ſecundum naturam contractus, cui adiicitur, vt no. gl. in c. 1. de vſur. libro. 6. & Bald. ff. de legi. l. non ambigitur.

18 Quicquid eſt in regno, vel cõitatu, præſumtur eſſe de iuriſdictione regis vel comitis, niſi contrarium oſtendatur. arg. 8. diſt. can. quo iure. & 23. quæſt. 7. ca. 1. & ita no. ti. de iuriſd. om. iud. ver. & ſcias. in Spec. vide extrà de præſcri. c. ſi deligenti. per Hen. Boich.

19 Pro libro nũmulariorum, & campſorum noſtri temporis, quandoque taliter præſumitur, quod attenta conditione perſonæ, & concurrentibus coniecturis, eis creditur cum dilatione iuramenti, vt not. tit. de inſtru. edi. §. 7. uer. licet autem. in Specie quo vide ff. de iureiurando. l. admonendi. per Bar.

20 Ex diuturnitate temporis, præſumitur interfuiſſe ſolẽnitas extrinſeca, quæ requirebatur in actu. vt ff. de acqui. hære. l. qui aliena. §. 1. & ibi no. per Bar. & facit etiã quod no. in Spe. tit. de inſtru. edi. §. oſtenſo. ver. ſed quid ſi poſt. & extrà de teſtibus. c. ſignificauit per Io. And.

21 Poſsidens præſumitur dominus, vbicunque dominiũ proponitur incidenter: vt no. C. quæ ſit lõg. conſuet. l. 2. ꝑ Cy. in 3. quæſtio. principali. & ff. de no. oper. nun. l. ſi priꝰ. per Bartol. verſic. venio ad tertiam particulam. in 2. oppoſitione. & de aqua plu. ar. l. apud Trebatium. §. finali.

22 Cõfeſsio criminoſi iudicialis ꝑſumit in dubio ſpõte facta: vt no. ff. ſi qs cautioni. l. ſed & ſi quis. §. quæſitũ ꝑ Bal.

23 Princeps præſumitur in dubio facere ea quæ facit ex iuſta & rationali cauſa, vt no. Iaco. de Are. & Cy. poſt eum. C. de preci. impe. offe. l. reſcripta.

24 Frater in dubio præſumitur velle dotare ſororem ſuã de bonis cum ea communibus, vt no. C. de dotis promiſſio. l. fi. & de rei vxo. actio. l. 1. §. fi. vtrobique per Cy.

25 Furioſus ꝑ dilucida interualla ꝑſumit omni tẽpore furioſus, qñ ꝓbatis extremis præſumitur medium, & ideo qui dicit eum aliquid feciſſe ſana mente, incumbit onus ꝓbãdi, vt not. 4. quæſt. 9. c. iudicatis. & extrà de ſucceſ. ab inteſt. c. fi. & ita not. C. de teſta. l. furioſum. per Oldra.

26 Venditio facta per patrem filio illegitimo, præſumitur facta in fraudem, & ideo nihil valet. ar. C. de nat. libe. l. 1. & etiam ita no. ibi per Ja. de Bel. & no. Spe. titu. de ſucce. ab inteſt. ver. ſed cùm dicatur. & verſi. ſequen. & etiam ff. de vul. & pup. l. is qui. per Bal.

27 Ille qui propoſuit turpem exceptionem, tenetur actione iniuriarum, niſi probet, quoniam eo in probatione deficiente, præſumitur etiã ſi lit propoſitus non velle in-

iuriari,quia daretur alias materia delinquẽdi in dubio nõ iniuriandi propoſuiſſe,vt no.C.de iureiuran.l. ſi modo cõmen.per Bart.de Salic.in fi.quæſt.& tit.de accuſa.ad fin.in addi.ad Spe.per Ioan.And.

28 Conceſſo officio tacitè ſequitur,& conſtituì præſumitur ſalarium conſuetum.C.loca.l.licet.& in eo.tit.l. excepto.& ibi no. per Cy.

29 Condemnatus præſumitur fuiſſe præſens in ſententia, licet hoc ibi non dicatur,niſi contrarium probaretur, vt no.ti.de ſententia.§.6.ver.& no.in Spe.

30 Alienatio ſeu donatio præſumitur fraudulo ſa,ſi alienator non deſinat poſſidere rem donatam,vt no.titu.de donа.ver.item pone.in Spe.

31 Propter verbum inueſtiuit, poſitum in inſtrumento, præſumitur ambarum partium præſentia,vt in conſi.incip.In inſtrumento.per Oldra.

32 Conceſſo caſtro villæ,vel ciuitatis,videtur concedi iuriſdictio,vt no.tit.de iuriſdi.om.iud.§.1.circa medium. ver.notandũ quoque.ver.tamen donauerit.in Spe.de quo vide per Pet.Ia.tit.de cõdi.ex moribus.ver.comes dedit.

33 Quilibet poſſeſſor præſumitur habere bonam fidem, niſi appareat alius antiquior poſſeſſor, quoniã ille poteſt dicere & allegare,quod tuum nõ eſt,ſcire debebas,ad aliũ ptinere.C.vnde vi.l.fi.quemadmodũ verò ad aliũ ꝓſumit bona fides,vt innuit gl.in l.ſi quis emptionis ſuper ver.C. de præſcrip.30.vel 40.anno.Et ita no.ff.de vſuc.l.Celſus. ver.requiritur etiam bona fides.per Bar.

34 Quis in dubio præſumitur habere poſſeſſionem vigore præcedentis tituli,vt no.ff.de vſuc.l.cum ſolus.per Bar. in fi.ſuæ diſtin.& no.glo.ord.ff.de rei vendi.l.quędam mulier.gl.fi.ad quod iunge ſupra,in concluſione ſi res &c.Et not.in Spe.tit.de loca.§.nunc aliqua.ver.63.

35 De materia fictionis vide plenè no.p Bart.ff. de vſuc.l. ſi is q pro emptore.in repetitione, de materia verò ꝓſumptionis,vide quod not.ſ.in verſi.iudex, & in ver.decret. & infra.ĩ verſ.,pbatio.& in ver.notarius.& in ver.expẽſæ.

36 Negligentia non præſumitur fuiſſe in iudice,niſi probetur requiſitus, vt no.ff. de dam.infect.l.damni.§.Sabini. ſententia.fi.quæſt.per Bar.

37 Res empta ex pecunia viri & vxoris, quaſi efficitur eorum cõis,ſed ſi pecunia non appareat vnde proceſſerit præſumitur eſſe viri,& ab eo proceſsiſſe,vt no.ti.de emp. & vendi.§.in loco verſi.hoc autem ſcias in Spe.

38 Propter tẽporis breuitatẽ quis præſumitur fuiſſe mortuus ex præcedẽtibus vulneribus alias non,extra,de cle.pcuſ.c.2.& ibi etiam no.gloſſ.de quo.ff.de ſica.l.fi.per Bart.

39 Res præſumuntur mariti,ſi in eius domo reperiantur, vt no.C.ne vxor.pro marito.l.2.per glo.ordin.

40 Præſumitur ignorantia,vbi ſcientia non probatur.ext. de re.iur.c.præſumitur.l.6.& ff.de proba.l.verius.& maximè propter abſentes.ff.de decre.ab ord.facien.l.fi. & not. gl.1.q.1.ſi qui à ſimoniacis.Et præſertim probatur ignorãtia per ſacramentum,vt no.gl.ordi.ff.de accuſa.l. ſi cui.§. 1.& in alleg.cap.præſumitur.per Ioan.And.

41 Vtrum præſumatur cauſa finalis,dic aut loquimur in contractibus, & tunc ſi eſſet vera aut importaret verum debitũ,& præſumitur finalis.ff.de condi.inde.l.dãnus.Aut non importaret verum debitũ,& præſumitur impulſiua, vt ibi not.& ff.de dona.l.1.§.fin. In vltima vero voluntate ſi cauſa etiam exiſtens vera importaret verum debitum, preſumitur impulſiua.ff.de li.leg.l.Aurelius.§.fi.& ita no. ff.de pact.l.iuriſgentium.§.ſed cum nulla.per Baldum.

42 Filius præſumitur eſſe in poteſtate patris, argum.ff.de ꝓb.l.circa. niſi ſit in quaſi poſſeſsione exiſtẽtiæ ſui iuris. ff.ſol.mat.l.Titia. & ibi innuit glo.1.& etiam ibi not.per Bart.in prima oppoſ.quod declara infra in concluſio.quæ incipit,filius qui,&c.

13 Regularis eſt traditio, ꝙ hæres præſumitur ſcire contenta in teſtamento.ff.de lib.leg.l.cum hæres.& ad Treb. l.quidam ita.§. ſi quis filium'. Sed contenta in codicillis præſumitur ignorare.ff.de tranſactio.l.non eſt ferendus & de ver.oblig.l.ſi ſeruum.§.de illo.quę limita,vt not.eo. tit.l.qui Romæ.§.duo fratres.per Bar.

44 Aliquid præſumitur factum ex eo, quia ſic ſolitum eſt fieri,argu.à ſolitis.ff.ne quid in loco pub.l.1.§.merito.& ſi cert.petat.l.certi condictio.§.ſi nũmos.& ita not.ff.de regul.iur.l.ſi librarius.per Bartol.

45 Valet venditio facta inter coniuges,nec præſumitur facta fraudulosè,niſi fraus probetur.ff.de donat.inter vir.& vxor.l.ſi ſponſus.§.circa.cum ibi not. per gl.ordin.

46 Vtrum conceſsio in dubio præſumatur realis vel perſonalis?diſtingue.ff.de ſer.leg.l.ſi pater filiæ. per Bar.

47 Filius, qui diu ſpatio 10. annorum fuit in quaſi poſſeſſione exiſtentię ſui iuris,præſumitur fuiſſe emancipatus: qñ allegatur emancipatio,& ad eam probandã adducitur longi temporis cõiectura.C.de pa.po.l.1.de adop.l. poſt mortem.& arg.ff.de vſur.l.cum de in rẽ verſo.Si vero non allegaretur emancipatio,ſed ſola quaſi poſſeſsio exiſtentię ſui iuris, tunc ad effectum præſcriptionis dictæ libertatis requiruntur.viginti anni.C.de præſcript.longi tempo.quæ pro liber.l.2.& ita no.alleg.l.poſt mortem.per Baldum.

### 45 *Notorium.& manifeſtum.*

1 IN facto notorio põt iudex de facto ſupplere nemine opponente,vt not.ff.de fer.l.1.& C.qui aduer.l.1.not. C,de accuſ.l.reos.per Cy.Et eſt ratio,quia in notorio iure ordinem non ſeruari eſt iuris ordinem obſeruari.extrà.de iureiur.ca.ad noſtram ſecundum Henri. Boich.qui etiam not.extra de poſtul.præla.c.bonæ.

2 Illud,quod probatur per teſtes decem, & illud ſeu cenſetur notorium,vt not.Cy.C.de accuſ.l.ea quidem.Nam decem homines faciunt populum, vt not.10.q.3.vnio.& no.Inno.extra.de accuſa.cap.1.intellige dũtamen illi decem homines faciãt maiorem partem populi vel viciniæ. vt infra concluſione quæ incipit,ad probationem.

3 Sententia iudicis inducit notorium, vt not.C. de euict. l.ſi cum quæſtio.per Cy.Quod intellige etiam de ſentẽtia interlocutoria, vt ff.qui ſatiſda.cogan.l.ſi verò.§. qui pro rei qualitate. Et ita etiam not.ibi per Bal.& eſt te. extra de ſen.excom.c.venerabilibus.ver.ſed ſi iudex.lib.6.

4 Et præconizatione publicè facta inducitur notoriũ facti,tranſeuntis,vt not.C.de accuſ.l.ea quidem. per Barth. de Sali.contra Iac.Bu.circa quod iunge quod no.ſ.in ver. præſumptio.in 11.conclu.

5 Quodlibet notorium indiget probatione,niſi ſit notorium facti permanentis,vt not.ff.qui ſatiſd.cogan.l.ſi vero.§.q pro rei qualitate per Bal.& ibi vide rõnes, vel niſi ſit facti̇ iudicialiter in iudicis conſpectu, vel niſi ſit notoriũ iudici in tota prouincia,in qua præeſt, vt not.C.de accu.l.ea quidem.per Barth.de Salic.in 7.q.3.j.& 3.dubijs.

6 Ad probationem notorij requiritur ꝙ teſtis deponat de aſſertione populi principaliter, & de qdditate vel eſſentia facti inclusiuè, dicendo ꝙ maior pars ſaltem populi vel viciniæ, ſi de notorietate viciniæ quęratur,aſſerit ita fuiſſe.& ita quilibet ipſorum aſſerit ſe vidiſſe vel audiuiſſe,& nullus aſſerit contrarium.vt no.C.de acc.l.ea quidem in tractatu de notorio,in 6.q.per Bar.de Salic.

7 Probata notorietate ſola nõ põt iudex ex ſolo notorio ferre ſentẽtiá,niſi cũ notorietate rei probetur etiá eſſentia & quiditas eius,vt no.vbi ſupra.per Bart. de Salic.in 8.q.

8 Probata notorietate ſola põt iudex procedere ſine figura ordinis iudicialis tãquã in notorio, ĩ quo nõ requiriẽ ordo iudicialis,extra de iureiur. ca.ad noſtrã vt colligitur ex not.vbi ſupra in dicta 8.q.per dictum Bartho.de Salice.

9 Super notorio exigiẽ interlocutoria, ſi de eo diſputeẽ per modũ qſtionis emergẽris reſpectu ꝓceſſus & ordinis procedẽdi,alias nõ,vt no.p Bar.de Salic.vbi ſupra in 8.q.

10 Vbi iudex procedit tanquam ſuper notorio, non monſtrato notorio,omnia agitata ſunt ipſo iure,vt not.ext.de coha.cler.& mul.c.tua nos.per Innoc.

De materia huius rubricę,vide ſuprà in ver.iudex.& in ver. exceptio.& infra,in ver.ſtylus & conſuetudo.

Probat



### 46 *Probatio.*

1 PEr ſolutionem mercedis probatur poſſeſsio.ff.de acq. poſſ.l.quamuis.§.1.& eod.titu.l.qui vniuerſas.§. quod per colonum.& ibi not.glo.& Bar.

2 Rogatiua ſolutio propoſita per tertium probari debet ꝑ proponentem,ſicut & affirmatiua, vt not.Inno. extrà de accuſa.c.ſuper his.Et modus erit per rimationem publicarum ſcripturarum,vt potè,quia ille non reperitur ſcript⁹ inter ſoluentes. vel reperitur ſcriptus inter non ſoluens. C.de exact.tribut.l.1.lib.10.& ita not.ff.de pact.l.inter debitorem.per Bal.

3 Duę imperfectæ ſpecies diuerſæ probationis faciunt perfectam & legitimam probationem in ciuilibus per ſe, & in criminalibus cum iudicijs,vt no.glo.ſingularis, quæ non eſt alibi.ff.de excuſa.tut.l.2.§.etas.quam ſic intelligũt ibi Cyn.Dyn.& Bal.ad idem gl.in ca.1.de appel. Adde ꝙ in contrarium facit.l.1.C.qui nu.tut.vbi nota.quod duæ diuerſæ ſpecies non integrant vnum totum.& ita no.Bal. in l.petens.in ſua repe.C.de pact.& per Ang.in §.actionũ. in 54.col.Inſti.de actio.Adde tamen pro prima opinione tex.in c.fi.cum ibi not.de ſucceſ.ab inteſt.& vide eundem Ang.in d.§.actionum.col.ſeq.

4 Sufficit per coniecturam.probare mortem,quando nõ poteſt liquidè per teſtes probari, vt not.C.ſol.ma.l.ſi quidã.p Cy.de cuius mortis probatione dic vt no.& latè diſtinguitur.ff.quemadmodũ teſtamẽ.aper.l.2.§.1.per Bart.

5 Bona vel mala fama poteſt de plano probari.ſcilicet ꝑ communem auditum,extrà de ſponſ.c.tua nos.Inno. extrà de accuſ.c.licet.

6 Probationes factæ in iudicio ciuili nõ faciunt pro acto re fidem contra reum in iudicio criminali delatæ. Sed ꝑ reo contra actorem faciunt fidem, probationes ſunt in vno iudicio ad defenſionem in alio.Ita not.Cyn.C.quan. ciuil.act.l.vna.fi.q.

7 Fama,cum vno teſte facit plenã probationem in cauſa ciuili.& ita etiam no.Spe.ti.de not.Cri.§.fama.verſi.fama autem.& ver.ſeq.& ita etiam vidit obtineri Cyn.vtipſe recitat C.de probat.l.proprietatis.& notatur extrà de prob. c.cùm cauſam.per Henric.Boich plenè.vide de hoc per Bar.d.l.admonendi.ff.de iureiur.

8 Quando ſunt probationes vtrinque pares, vincit ille, qui habet pro ſe aliquam præſumptionem.ff.de iureiuran. l.ſi duo patroni.vna cũ ſecunda gloſſ.ſecundum Bart.ibi.

9 Non ſufficit probare non intentatum.ff.de pet.hæred. l.ſi quis libertatem.§.fi.in fi.inquit enim gl.Decreti,quòd libellus ꝑ palatio & ſentẽtia debet eſſe inuicem cõformes & ita no.3.q.8.c.libellorum.in gl.poſita ſuper ver. diem.

10 Verba narratiua ſeu enunciatiua faciunt præiudicium illius qui operatur, ſi patitur illa inſeri in inſtrumento, vel in ipſo tranſierunt.C.de contrah.& commit.ſtipul.l. optimam.& ff.de proba.l.quidam.Itaque no.ff.de dona.l. ex hac ſcriptura.per Bar.vide in concluſione,quæ incipit Confeſsio. Et infrà in ver.inſtrumentum,in concluſione quæ incipit, Verba enunciatiua.

11 Error probatur per hunc modum, videlicet, quòd in tractatu.de faciendo contractum aliquid fuit expreſſum, quod poſteà fuit omiſſum, vel aliter fuit expreſſum.ſeu ſcripum, quam tractatum,ar..de hær.inſtit.l.quoties.§.1. & ita not.ibi per Bar.

12 Quando aliquis tenetur probare aliquid incontinenti, relinquitur arbitrio iudicis,& intelligitur fortè vſque ad octo dies,vt not.extrà de teſti.ċ.veniens.gl.ſuper ver.incontinenti.per Inno.vide quod not.infrà de ver.ſig.in cõcluſ.incip.mox.Et facit quod not.extrà de reſti.ſpol.c.literis.per Henr.Boich.in ſua diſtinct.verſi.aut eſt occultũ vbi dicit, quod adulterium reputatur notorium, de quo poteſt fieri fides intra octo dies,arg.extrà de teſti.cap.ex parte.de excep.c.pia.lib.6

13 Error ſeu ignorantia iuris probatur ex facti & perſonarum qualitate.ff.de adul.l.ſi adulterium cum inceſtu.§.fratres denique.& §.ſeq.vt not.ff.de legi.l.1.per Bal.

14 Crimen non poteſt directè probari per inſtrumentum, quia in cauſa criminali teſtes debent coram iudice exhiberi.C.de fid.inſtru.l.iudices.& auth.apud eloquentiſsimũ. Tum etiam quia in contractibus notarius non poteſt me non mandante,contra me recipere inſtrumentum.in aut.de tabel.ad fin.1.col.Igitur multo minus in criminalibus,ſed bene poteſt crimen indirectè per inſtrumentum probari,iuxta not.per gl.C.ad leg.Aquil.l.cõtra negantẽ. Itaque not.extrà ce reg.iur.lib.6.c.ſemel malus.in nouella per Inan. And.Quod eſt verum,ſi agatur criminaliter,ſecus verò ſi agatur ciuiliter de crimine,extrà de reſti.ſpol. c.cùm ad ſedes.ver.nõ in prioris.vbi dicitur quòd violentia poteſt probari per ſcripturam.& ita not.extrà de ma. & obe.c.cùm in eccl.per He.Boich.

15 Paupertas probatur per famã, vt no.gl.ord.ff.de excu. tut.l.paupertas.& præſertim vicinorum,vt C.quan.fiſ.vel prima.l.2.& ita recitat & tenet Bal.ff.qui ſatiſd.cog.l.ſi verò.§.qui pro rei.

16 Vbi actor non probat intentionem ſuam, non nocet reo non probare exceptionem ſuam,licet ſe adſtrinxerit ad onus ſuperfluæ probationis, &c. quia eligendo viam exceptionis non videtur renunciare viæ abſolutionis, vt not.gl.ordi.ff.de probat.l.circa.gl.magna,in fi.q.

17 Ille qui proponit ſeu allegat ætatem pro fundamẽto intẽtionis ſuæ ſiue maiorem ſiue minorem, ſiue agẽdo ſiue excipiẽdo,ſiue affirmatiuè,ſiue negatiuè,illã ,pbare teneẽ C.de mino.l.ſi minorẽ.& ff.e.l.de ætate.niſi inſpectio perſonæ reuelaret proponentẽ ab onere probandi.ff.eo.tit.l. minor 25.annis adito, itaque no.in alleg.l.de ætate.in 3.q. principali.ff.de excep.l.1.in fi.& vbique,per Bar.

18 Confeſsio incidẽter ꝑp aliqd emiſſa,nõ facit ,pbationẽ,vt ſcribaẽ epiſtola,in qua dicat,'chariſsima ſoror mea venias ad diuidẽdũ mecũ talẽ hereditatẽ.C.de ,pba.l.non epiſtolis.& nõ nudis.q̃ ſic intelliguntẽ pro quo.ff.de teſta. mili.l.nõ ex his verbis.melius facit ff.fa.er.c.l.qui familiæ. itaque no.extrà de cõfeſsis.c.ex parte.ꝑ Hen.Boich.quod intelligo de confeſsione emiſſa in abſentia partis.de quo loquuntur iura ſuprà alleg.

19 Ad obtinẽdum in rei vẽdi.ſufficit ,pbare poſſeſsionẽ ꝑ tẽpus,de quo nõ ſtat in contrarium hominũ memoria,qa dominiũ ꝑ dictũ tẽpus acquirit,quemadmodũ etiã amittit.ff.de acqr.re.domi.l.nũquã.§.theſaurus.& firmat Bal. in l.traditionibus.C.de pac.ver.ego dico,dũ dicit, acqrit ius directũ,loquẽdo de dominio.alle.l.hoc irre.§.ductus. ff.de aqua quoti.ſed in præſcriptionibus minoris temporis,ſi qdẽ verſatur in eis odium acqritur ſolũ ius vtile, ſed ſi verſaẽ ſolus fauor,vt in vſucapionibus ,acquirit ius directũ,qa fauorabilis acqſitio debet eſſe efficacior q̃ odioſa ſecundũ eũ,quinimò ſufficeret actori probare, ꝙ ipſe & eius ꝑdeceſſor poſſederunt tanquam domini 30.annis,& vltra,& ꝙ ꝑ talibus habiti fuerunt.ar.ff.de condi.inſti.l. qdã.& ita no.Inſt.de actio.§.1.ver.qd ſi nõ ,pbet, p Ioan. Fabri.& pro hoc facit quod tali poſſeſſori datur rei vẽdicatio vtilis.C.de præſc.30.vel 40.ann.l.ſi quis emptionis.

20 Vbicũque negatio ẽ cauſa intẽtionis agẽtis alicuius vel excipiẽtis,ei qui negat,incumbit onus probandi,niſi illud quod negat,ſibi debitum fuerit,vel aliàs, niſi alias ſit iuris præſumptio pro negante,vt not.ff.de verb.oblig.l.in illa ſtipulatione ſi Calend.per.Bar.

21 Relationi officialium creditur in officio ſibi cõmiſſo. C.de exac.trib.l.apparitores.& de fal.l.ſi quis decurio.ff. de off.præfec.vigil.l.1.§.cura carnis.& §.ſeq.& de rebus e. l.magis puto.§.ita tamen.& ita etiam no.ff.de regu.iur.l.ſi librarius.per Bar.

22 Si quæris an ſcriptura antiquorũ librorũ,vel inſtrumẽtorũ extractorũ ex archiuo publico, vel ſuprà poſita in alı quo lapide vel colũna ,pbẽt,dic ꝙ aut ſunt talia q̃ remanẽt ſub publica cuſtodia & fideli, & faciunt plenã fidẽ,extrà de in integ.reſtitu.c.ex literis.§.nos igit.ver.,pſpeximus. de ꝑſcrip.c.ad audien.de cle.non reſi.c.ex geſtis.ff.de ,p-

ba.l.census.C.de fide instrumen.authen.ad hæc. Si verò sic vt suprà,non remanserunt &c.illa adminiculum præstãt arbitrio iudicis, vt no.extrà de proba.c.cùm causam. per Hostien.& Hen.Boich.

23 Scientia probatur ex coniecturis,vtpote, quia erat vicinus proximus.extrà de præsum.c.quanto.vel quia erat publica fama,vt no.C.de pericu.tuto.l.5.per gl.ordi. & ff.de accu.l.si cui.§.1.per Barto.& iunge quod no.suprà in versi. præsumptio.in conclusione quæ incipit,In eo q̃ factũ est & infrà,in versi.testis.in cõclusione q̃ incipit, licet ratio.

24 Vera probatio vincit præsumptionem. extrà de renun.c.super hoc.& de præsump.c.fi.& ff.quod metus causa.l.non est verisimile. & not.de probatio. §. videndum. ver.not.in Specul.

25 Pactum a non valet quod aliquid non possit probari, a nisi per vnam speciem probationis,quia publicè interest, ne angustentur probationis vires.C. de hære.l.quoniam. ita not.ti.de proba.§.videndum.ver.sed pone.in Specul.

26 Vtrum credatur assertioni iudicis de suo processu?vide extrà de proba.c.qm̃ contra falsam.per Henric. Boich.

27 Creditor cui debitor obligauit omnia bona sua, & sic iura & actiones,& per consequens possessionem quæ est ius insistendi, potest agere hypothecaria vtili ad possessionem,per quam eam auocabit à tertio possessore,& tũc sufficit ibi probare solùm,quòd debitor possidebat rem, pro qua agitur tempore obligationis,vt not.extrà,de pig. capi.cùm contra.per Henri.Boich.2.distin. Et not.C.si aliena res pig.data sit.l.cùm res.per Cyn.

28 Vide plenè per gl.Bar.& doct.in l.rem alienã.ff.de pig. act.Et vult Bar.quòd pro sola possessione quam debitor habebat,non agatur hypothecaria,tamen ex mente doct. intelligo quòd possit agi restitutorio iudicio, si debitori competebat nõ in forma hypothecariq,sed ratione actionis obligatæ in generalitate bonorum. argu.l.nomen. C. quæ res pigno.oblig. possunt.

* De materia huius rubricæ, vide suprà,in ver.possessio.

ADDITIO.

a Pactum: Adde Roman.sing.204. incip. dubiũ est an valeat & quæ ibi dixi. Cepol.cautel.254.incip.dubitari.& no.q̃ licet nõ valeat pactũ huiusmodi, valeret tamen statutum siue cõsuetudo vt p Io.Ant.Trigo.sing.84.incip.statutũ.

## 45 *Notarius.*

1 SI notarius negetur esse notarius, sufficit probare quòd pro tali publice reputetur.argu.ff.de offic. pto. l. Barbarius.not.Innocentium extrà de fide instrumen.cap.1.

2 Notarius videtur tacitè rogatus,vt instrumentum conficiat in forma communi.C.de fideiuss.l.fin.not.Bal.ff.de statu.ho.l.Imperator.

3 Notarius debet ponere in instrumento,quod sibi iniungitur ponendum.no.quod videtur in auth.de tabellio.§. nos autem.ita not.extrà de fide instrumen.c.1.per. Inno.

4 Si plures notarij recipiant instrumẽtum,quorum vnus est inhabilis,vel officio priuatus,alius non,propter habilẽ remanentem valet perfecta scriptura. argum.ff. de edẽ.l. si quis ex argẽtarijs.§.cogentur.& ita ibi not.per. Bald.

5 Notarius excommunicatus nõ potest recipere instrumẽtum, si excommunicatio sit notoria,sed si occulta est secus.ita not.extrà de senten. excommu.c.decernimus. lib.6.per Ioan.Andræ.

6 Quilibet episcopus, vel ordinarius potest infrà suam diocœsim creare notarios,vt not.per Hostie.in summa, extrà ne cleri.vel monachi.§. quæ sunt.versi.quid igitur. & ver.consulimus & per Oldra.in̄ consiliis.

7 Notarius causarum secularium non potest in rebus spiritualibus vel ecclesiasticis recipere instrumentum,sed notarius creatus authoritate spirituali potest bene econtra facere,vt.not.in alle.§.quæ sunt.versi.sed potest.& ver.sequen.per Hostien.

8 Subscriptio quã facit notarius in fine instrumẽti,quòd constat de rasura,debet esse specialis, quoniam generalis subscriptio non porrigetur, ad ea de quibus dubitaretur, an rasura esset per subscribentem,ar.ff.de fal.l.diuus.§.itẽ senatus.& ita not.Bar.ibi.

9 Notarius non potest recipere instrumentum extrà pro uinciam constituentis,nisi de licentia,illius,ad cuius iurisdictionẽ declinat,vt no.extrà ne cler.vel mo.§.quæ sunt. ver.quid igitur.iuncto ver.sed pone,per Host.in summa, & C.de sum.trin.l.1.per Bar.

10 Notarius recipiens instrumentũm de contractu facto de nocte,potest dicere actum die tali.&c.habito respectu ad diem naturalem,vt not.extrà de offi.dele.c. consuluit. per Innocen.

11 Notarius,qui in exigendo salarium suum metas rationis excedit,committit crimen quasi concussionis,vt no. extrà de refcri.c.statutum.ver.notarium verò.libro.6.per Ioan.And.in glo.ordin.

12 Notarius condemnatus de falso potest grossare instrumenta, de quibus prius fuerat rogatus, quoniam delictũ suum alteri nocere non debet,quia eum posteà non adhibuit,vt no.ff.de testa.l.ad testium.per Bar.

13 Notarius põt recipere & conficere instrumentũ publicũ de testamẽto suo,vt no.ff.de stip.ser.l.2. p̃ Bar. in 3. q.

14 Iudex licet sit notarius,attamen non potest conficere instrumentum de actis iudicialibus coram ipso tanquam coram iudice factis, quoniam acta iudicialia concernunt ius partium,extrà de proba. ca. quoniã contra falsam.& no.in alleg.l.2.de stip.seruo.per Bar.

15 Notarius potest conficere instrumentum publicum de procuratione,quam alii confert,vt fidem faciat dictum in strumentum pro constituente,vt procurator vigore dicti instrumenti admittatur vt procurator constituentis, sed non facit fidem pro dicto constituente contra procuratorem ad agendum contra eum actione mandati pro negotio malè gesto,vt no.in d.l.2.in 1.q.per Bar.

16 In subscriptione & signo notarii stat pfectio instrumẽti,quæ non possunt per no arium delegari,vt not.ti.de instru.edit.§.obstante.ver.illud quoque.in Spec.& not.extrà de fide instru.c.cùm P.tabellio.per glo.Ber.

17 Notarius exemplans,aliquid si apponat signum suum in exemplo videtur tacitè confiteri,& ideo vigore illius põt efficaciter cõueniri,vt no. ff. quemadmodu test.aper. l.2.§.si dubitet.per Francis.de Are. & post eum per Bar.

18 Notarius debet incontinenti requiri,vt recipiat instrumentum,& ideo si posteà ex interuallo recipiatur,licet bene de omnibus recordetur,non tamen debet de præteritis instrumentum recipere,vt no.tit.de instrum.edi.§.breuiter.ver.pone.in Spec.

19 Si plures notarii rogentur recipere instrumentum,omnes debent subscribere & signare, aliàs instrumentum fidem non facit,argum.ff.de re iudic.l.duo ex tribus. Et q̃ no.extrà de p̃ba.c.quoniã contra falsam.per Innoc.& posteriores.& ita determinatur C.de trib.l.iurisiurandi .per Bal.pro quo facit ff.de arb.leg.item si vnus.§. item si plures.& q̃ nota.ff.de cõsul.l.1.& extrà de arbitr.cap.1.li.6.

20 Quamuis notarius fecerit falsum instrumentum,tamẽ valent instrumenta posteà per eum recepta,nisi fuerit priuatus suo officio,vel illud sibi interdictum,vt no. Specul. tit.de instru.edit.§.restat.versi.quid si tabellio.etiam instrumenta recepta per notarium, quamuis falsum alias commiserit,valent,donec in officio toleratur, propter publicam,vtilitatem,notatur.per eundem.in §.instrumentum. ver.item opponitur,quòd tabellio.

De materia huius rubricæ vide suprà,in verbo,recusatio, & infrà in verbo,instrumentum.

## 48 *Instrumentum, & scriptura.*

1 NOn creditur instrumento sine testium subscriptione,in auth.de hęr.& Fal.§.statuimus.præterquam in actis iudiciorum eorum,de proba.c. quoniam.ita no.e.ti. cap.post cessionem.per Inno.probatur & textualiter, C. de dona.l.in donationibus.

Scri

2 Scriptura manu publica facta,vel sigillo authentico sigillata, mortuis testibus fidem facit, nisi alias sit suspecta.in authen. de fide instru.§.si vero moriatur. & ita not.extra, de fide instru.c.scriptura.per Inno.

3 Si in aliquo instrumento vel priuilegio continetur ius meum & alterius.postquam fuero vsus eo,nõ possum renuntiare in præiudicium aduersarij, ita not.text.de restit. spo.c.ex conquestione.per Inno.

4 Libello censuali creditur,& facit probationem.ita not. extra de fide instru.c.ad audientiam.per Inno.

5 Scriptura iudicis dr̃ priuata scriptura,nec sibi creditur, nisi alias per testes, vel comparationẽ literarum comprobabitur,ita not.extra de testib.c.cum nobis. per Innocen.

6 Licet partes in exẽplificationẽ instrumenti consentiãt, sine iudice non valet,extra de fide instru.c.si instrumenta. & ibi not. Innocent.& gl.etiam.ff.de eden.l.1.§. editiones. glo.magna.in fin.

7 Instrumenta & litera authentica habilitantur per consuetudinem:extra de fide instru.c.cũ dilectus.in 2.respon. & etiam ibi not.per gl.ord.Bernar.& Inno.

8 Si in instrumento cõtineantur verba narratiua alterius instrumenti,vtputà,quod A.promisit decem in quibus sibi tenetur ex causa emptionis in tali instrumento contentæ,&c. tale instrumentum narratiuũ fidem facit in verbis dispositiuis,nec dicitur exemplum,sed originale nouum, vt not.Spe.tit.de instru.edi.§.restat.circa fi.

9 Si in instrumento aliquo cauetur,talis tutor,vel procurator,aut syndicus,non creditur verbis narratiuis,nisi narrata aliàs comprobentur,argu.ff.de re.eor.l.qui nec.& no. de procur.§.1.circa fi.in Spe.

10 Instrumentum sententiæ,quo narratur libellum oblatũ litẽ contestatã, & consimilia, non facit probationẽ de narratis,nisi de his, quæ eodem loco die, & hora fieri potuerunt,quia in cæteris instrumentũ est testimoniale, & non probatiuum secundum Inn.& Host.extra de probatio.ca. quoniam.& ita tenet Paul.post eos,eo.tit.in clemen.c.1.

11 Verba enuntiatiua in aliquo instrumento appositа, faciunt fidem contra partẽ aduersam patientẽ ea in instrumẽto inseri.C.de iure ha.fis.l.1.lib.10.& de contrahen.& cõmit.stipulatio.l.optimã.& ibi no.per doctos.& extra de officio deleg:c.cum in iure.per Innocẽ.vide supra in ver. probatio.in conclusione,quæ incipit,verba narratiua.

12 Licet oblatio instrumenti obligationis, vel alterius rei sit de actis causæ,non tamen est de actis tenor instrumenti,& ideo nisi alias publicetur,debet semper originale ostẽdi,vt not.extra de offi.& po.iud.deleg.c.cum in iure.in fi. per Inno.tenet Bart.C.de edict. diui Adria.tol.l. fina.ver. sed pone quod testamentum.

13 Ille,qui vult probare debitum ex vi instrumenti deperditi,debet tria probare.Primo, substãtialem tenorẽ instrumenti deperditi.Secundo,q̃ erat sine vitio visibili cancellationis vi vsurum,extra de priuil.c.cum olim.in princ.Et hæc duo debent deponere testes, qui talia sciant verisimiliter discernere.not.Cy.in auth.si quis in aliquo documento.Tertio,causam & amissionem instrumenti.& hoc sufficit per iuramentũ cum aliqua cognitione & præsumptione,arg.C.de fide instrumen.l.fina.& vnde vi.l.si quando.& ita not.gl.in alleg.c.cum olim.& etiam Inn.ibidem de quo latè extrà de conuer.coniuga.c.dudum.per Henric.Boich.

14 Si tabellio vel testis immiscet aliquid falsitatis in instrumẽto,vel depositione sua,caret robore firmitatis, si tñ falsitas illa tangat substantialia,vel circũstantias negotij,alias secus,vt not.extra de hære.ca.fraternitatis.glos.1.& not. per Inno.& not.C.de transactio.l.si ex falsis.p Cy.& no. Spec.tit.de teste.§.restat.versi.itẽ.quod aliquid de suo,&c.

15 Debitor facta solutione debiti potest implorare iudicis officium, vt creditor quondam suus compellatur sibi facere apodissam, vel instrumentum de soluto, vt not.tit. de instru.edit..§.postquam.ver.quid si solui.in Spe.

16 Instrumentum domesticum à filio,vel alia persona domestica factum,non facit fidem,vt no.de instru.edi.§. instrumentum.ver.item quod est domesticum.in Spe.

17 Instrumentum redargutum non facit fidem pro redarguente,licet fortè in eo contineatur aliquid faciens pro ipso redarguente, secundum Innocen.qui ita not. extra de censi.c.cum olim.quod refert & sequitur Ioan.Fabr.C.de transact.C.si ex falsis.

18 Vtrum ille,qui produxit aliquod instrumentum pro se, possit illud impugnare?distingue.ff.de his quibus vt indi. l.legatum.per Bar.& extra de test.c.præsentium.per Hen. Boich.in 3.dist.

19 Literis narratiuis à principe emanatis creditur verbis narratiuis, si super ipsis fundetur principis intentio principalis.extra de proba.c.1.in clemen.

20 Priuata scriptura facit plenã fidem,quando pars confitetur per scribentem.ff. depositi.l.publia.§.fi.Et etiã q̃n habet subscriptionem testium, & per ipsos cõprobatur.C. qui pot.in pig.hab.l.scripturas. vel q̃n probatur per cõparationem literarum.C. de fide instru. auth.at si contractus, vel q̃n ab ea scriptura sunt testes deponentes, q̃ viderunt eam scribi, alias vero si per solam subscriptionem testiũ, vel per solam cõparationem literarum comprobabitur,facit duntaxat semiplenam probationem,vt dicta authen.at si contractus,& ibi no.& in corpore vnde sumitur §. quia igitur. posset tamen esse tanta vis, q̃ iudex daret comparationi plenam fidem, vt in eo.titu.§.si vero.& ita not.ff. de iureiu.l.admonẽdi.p Barto.& vide ibi pulchrè p Ang.

21 Instrumentum confirmationis factæ per principẽ de donatione facta ab eius prędecessore,non facit fidem,nisi confirmatio ipsa facta fuerit ex certa scientia principis,& inserto in eo toto tenore donationis confirmatæ, ar.extra de confir.vtl.vel inuti.ca.1.Et ita no.titul.de instru.edi.§. nunc autem.versi.item pone.in Spec.de quo vide supra in ver.ratihabitio & confirmatio.& extra de fi.instrum.c.inter dilectos.in 2.dist.per Henr.Boich.

22 Instrumentum,in quo dicitur,vẽdidit tali pretio,& recipit, licet testes dicant non vidisse numerari, non est falsum, quia exponitur. i. confitetur recepisse, secundum Bal.in l.prædi.ff.de acquiren.possessio.arg.illius legis, vbi verificatur epistola illa in ficta traditione.Confessio autẽ est ficta solutio.Aug.tamen contrarium tenet, dicens, q̃ debuisset expressisse,& dixisse notarius,confitetur,per gl. in l.si ex cautione.C.de non nume.pec.& dicit Ang. illam l.prędia.loqui in epistola,nos in instrumento inter quę est magna differentia,&c.Imol.vult seruare Bar.in vno casu, vide in l.alleg.prædia.

De materia huius rubricæ, vide supra in ver. præsumptio. & in verbo,probatio.& infra in ver.conclusio.

## 49 *Sigillum, & proto colum.*

1 NOn creditur literis sigillo episcopi sigillatis sine testiũ subscriptione,nisi habeat hoc cõsuetudo, vt not. extra de elect.c.vt circa.per Cy.

2 Sigillum cuiusque iurisdictionem habentis, dicitur authentichum,dũtamen hoc habeat consuetudo,vt no. extra de elect.c.statutum.per Pau.de Leaza.

3 Crediẽ literis,& etiã sigillo cuiusq; de his,quę facere habet ratione officij sibi cõmissi,vt no.ext.de fide instru.ca. 1.& c.qm̃ cõtra falsam.de proba.per Inn.& Henr.Boich. in d.ca.qm̃.& tit.de probatio.§.videndum. ver.10.in Spec.

4 Sigillum propriũ facit fidẽ contra sigillantem, qm̃ constat q̃ ipse sigillauit per suam cõfessionẽ, vel alias.& ita intelligitur ff.de procur. l. si procurator. ẽm Oldr. Si vero dubitetur an sigillũ fuerit appositum de consensu illius, cuius est sigillum,facit in dubio semiplenam probationẽ: vt sit locus delationi iuramenti:argum.in authent.de fide Instrumen.§.si tamen.col.6.secundũ Per.Richar.de quo sigillo vide in princi.Instit.super rubri.per Ioan.Fab.

5 Literæ sigillo episcopi sigillatæ sunt authenticæ, & faciũt fidem de his quæ potest, vel debet facere ratione sui officij, vt est in excommunicationibus delegalibus causarum,& collatione beneficiorum,&c.In alijs vero negotijs aliarum

tijs aliarum personarum, si habeant testium inscriptionē, alias, vero secus, nisi aliud haberet contraria consuetudo, vt not. extra de probatio. c. post cessionē. per Henr. Boich.

6 Si litera contineat, ꝙ duo sigilla apponantur, & vnum tantum fuerit appositum authenticum. fidem facit, quia abundans cautela, &c. C. de testam. l. testamēta. ff. de bono rum possessio. contra tabul. l. cum tabulæ. & ita not. instit. de testa. §. possunt. per Ioan. Fabr. gloss. 1. versi. sed quid si litera, &c.

7 Literæ sigillatæ sigillo conuentus, faciunt fidem inter ipsos, non tamen alios, iuxta plenè not. in Specul. titul. de proba. §. fin. ver. 10. per literas sigillatas, &c. & etiam de fide instru. c. 1. per Innoc.

8 Nota seu abbreuiatura reperta in ꝓtocolis defuncti ta bellionis, pōt grossari in publicā formam authoritate iudi cis ordinarij, extra de fide instru. c cum P. tabellio. quod in tellige dum tamen reperiatur fuisse signata & subscripta per notarium, qui eam dicitur recepisse, argu. eorum quæ not. in Spec. tit. de instru. edi. §. instrumentum. ver. item ꝙ non est signata. ad quam quidē grossationē, seu publicationē faciendam debent vocari illi, quorum interest, qui eu ea lædi possent, vt not. vt not. in dicto c. cum P. tabellio, ꝙ Hosti. & cutra de testi. c. Albericus per Inno. in sua gl. posita super ver. publicatio. ver. sic. etiam fiet publicatio.

De materia huius rubricæ, vide supra in ver. probatio.

## 50 *Confessio.*

1 COnfessio de dote facta per maritum post contractas nuptias, non præiudicat creditoribus mariti etiam futuris, nisi cōstaret de ꝑcedenti cōstitutione dotis, putarem sufficere alteram. s. præcedentem constitutionem aut numerationem realem, si sanè attenditur illius te. in auth. in fra alleg. Bouerij. Et eius reali seu corporali solutione seu machinatione. & hoc propter præsumptionem fraudis, quæ aduersus creditores machinari & cōmitti posset, vt notatur & colligitur ex not. ꝙ Cy. C. de donatio. ꝓp nup. authen. sed iā necesse. & probabitur. C. de bon. proscrip. l. si quis. vbi est tex. secundum Bartho. de Sali. & ibi gl. ord.

2 Confessio, probat ciuilem & præsumptam traditionē, non veram vel corporalem, ar. l. si quis. de bon. proscri. & ita no. ibi per Bertho. de Sali.

3 Confessio probat contra confitentē, & non contra tertium, arg. C. de non nume. pecu. l. si cui. & ita not. C. de bo. proscrip. l. si quis. in secundo. per Bartholo de Salice. & facit̄ not. per Pet. Iaco. in summa libellorum, rubri. de rei vendi. quæ competit ratione directi dominij. versi. 10. ponit, &c. & not. glo. ordi. Bernar. extra de transact. c. veniēs. & facit quod not. Spe. titu. de loca. §. nunc aliqua. versi. 67.

4 Cōfessio criminis facta, extra iudiciū, inducit infamiā facti, vt not. extra de electio. ca. per inquisitionē. per Inn.

5 Confessio criminis facta extra iudicium, facit indiciū sufficiens ad torturam: gloss. est ordina. ff. ad legem Iul. de adulter. l. capite quinto. & facit argu. l. quæro. in fi. de ædil. edict. & quod not. quibus ex causis in pōsess. e. l. Fulcinius. §. 1. & ita in alleg. l. capite quinto. & l. final. de quæstio. per Bar. vtrobique.

6 Confessio criminis facta coram iudice incompetente facit iudicium sufficiens ad torturā, vt not. ff. de iurisd. om. iudi. l. magistratibus. per Bal. iunge infrà eo. tit. in conclusione, quæ incipit, confessio facta, &c.

7 Confessio vnius latronis contra aliū a facit præsumptio
a nem. C. de fur. l. prouinciarum. & no. extra de confes. c. 1. per Inno. vide latius ibi per Henr. Boich.

8 Clientulus potest intra triduum confessionem sui aduocati reuocare, & nō potest nisi probato errore. C. de erro. aduoca. l. 1. vt not. tit. de confes. §. videdum. versi. quid si ibi. in Spec. & tit. de proba. §. fi. circa prin. & no. extra de appel. c. cum causam. per Host. & Henr. Boich.

9 Per cōfessionem, qua quis se asserit nomine alieno possidere transfertur possessio sicut ꝑ precarium, vt no. gl. ff. de pact. l. ab emptione. quam possessionem singulariter commendat ibi Bal.

10 Ille, cui datus est terminus ad deliberatè respondendū, non potest confessionem prætextu erroris reuocare, vt not. gl. extra de diuor. c. ex literis. quod est verum.

11 In confessione propria domini, secus in confessione erronea procuratoris. ff. de cōfes. l. cœptum. §. si procurator ita not. ff. de procu. l. non solum. in prin. per Bal.

12 Aequè præiudicat parti confessio de credulitate, sicut & de veritate, quāuis aliud sit in dicto testiū, vt no. in Spe. tit. de positio. §. 6. ver. hoc tamen est. & etiā gl. ff. de interrog. act. l. 1. & vide suprà. super verbo, positio & articulus.

13 Confessio iudicialis, seu iudiciāliter facta inducit notorium iuris, textus est expressus extra de sen. excom. ca. venerabilibus. §. secus autem. lib. 6.

14 Confessio procuratoris constituti ad debita exigenda, asserentis se solutionem recepisse, non sufficit, nec nocet domino, nisi notarius in instrumento attestetur pecuniā in sui præsentia fuisse procuratori realiter numeratam. ar. ff. de noua. l. si debiterem. & ita not. ibi per Barto.

15 Promissio facta in iudicio hēt vim iudicialis cōfessionis & habet paratā executionē. ff. de pac. l. tale pactū. §. q ꝙuo cauit. & de in ius vocandū. l. eū proquo. & ibi not. per Bal.

16 Confessio iudicialis habet vim insinuationis, seu donationis insinuatæ, vt ff. de donatio. l. donari. §. quidam in iure. & ita etiam no. ibi per Bar.

17 Confessio tutoris, curatoris, vel alterius administratoris extra iudiciū non nocet domino, vt not. extra de confes. c. ex parte. per gl. ord. Ber. Nec etiā facta in iudicio per modum voluntariæ iurisdictionis. ff. de confes. l. certum. §. sed an & ipsos. Secus vero si facta fuerit per modum cōtentiosæ iurisdictionis, vt pura super interrogatorijs traditis ad litis præparationem, vel super positionibus ad veritatis indaginem, & litis decisionem. ff. de procurato. legi non solum. in princip. & ita etiam ibi notat per Baldu. & facit extra vt lite non contesta. c. 1. Nam administrator tenetur agnoscere bonam fidem. ff. de administratio. tuto. l. quoties. §. sicut. & ita no. & latius in d. c. ex parte. per Henr. Boich. in 3. distin.

18 Cōfessus in ius potest cōfessionem suam reuocare, probato errore directè vel indirectè, extra de testi. c. ex tenore. Et hoc ante negotium finitum per sententiā vel transactionem. C. de iuris & facti ign. l. error. de transl. l. sub prætextu. & extra de re iudi. c. inter monasteriū. & de in integ. restitu. c. 2. lib. 6. ver. idem tenet cardinalis si est. per c. audi tis extra de procur. de causa possessio. & proprieta. cap. patoralis. & C. de adulter. l. quamuis. in 1. vt recitat & sequitur Henr. Boich, extra de confes. c. ex parte. in 4. distinct.

19 Non valet confessio in criminibus ſpōte facta, nisi reus in ea perseuerauerit. C. de custod. reorū. l. si quis. & etiam ibi not. per gloss. ordi. Iacob. & Franc. ac contrarium not. extra de diuor. capitul. ex literis. per Henri. Boich, dicens quod confitens reuocare non potest talem confessionem semel factam.

20 Non valet confessio facta in tortura nō præcedentibus indicijs legitimis, etiam licet delatus in dicta confessione sua perseuerauerit ſponte. ff. de quæstio. l. vnius. §. in ea. & l. maritus. & in eo. tit. l. penul. secundum vnam lect. & etiā ita ibi no. per Bar.

21 Non valet confessio delati facta in tormentis etiam legitimis præcedentibus indicijs, nisi postea in ea ſpōte per seuerauerit. ff. de quæstio. l. 1. §. diuus. & C. de custo. reo. l. 2. & ibi not. gl. ordi. & est ratio, quia quæstio est res fragilis, & periculosa, & quam plurimū veritatis fallax. ff. de. quæstio. l. 1. §. ad quæstionem.

22 Confessus in iudicio crimen principaliter, pōt cōdemnari ex eadem instantia, licet processus sit nullus, & ita intelligitur quod no. Inn. extra de accusa. c. qualiter & quando. & probatur ff. de custod. reo. l. si confessus. secus verò si fuisset confessus incidēter, qm̄ tūc cōdēnari non posset sine noua instantia. Et ita intelligitur ꝙ no. gl. C. de liber.

causa



causa. l. si filium. & ita not. in alleg. l. si confessus. per Barto.

23 Valet confessio facta in iudicio informiter. i. sine adiectione causæ, vt not. ff. de interrogat. act. l. 1. per gl. ordina.

24 In iure confessus auditur appellans, quoniam in causa appellationis de errore facti. & multas exceptiones proponere potest, iudex tamen à quo non tenetur appellatio ni deferre, nisi in ea iusta causa exprimatur, vt not. extra de appel. ca. Romana. lib. 6. per Archid.

25 Interrogatus qui confitetur sub conditione, non probata confessionē, non est tanquā ex pura confessione condemnandus, vt not. extra de confes. c. 1. per Inno. pro quo vide quod not. C. de donat. propter nup. l. si præsidi. & de excep. l. si exceptionem. in q. per Cyn. Et est rō, quia dicta confessio continet vnum capitulum tantum, & idem esset, si contineret plura capitula connexa. Secus vero si essent capitula distincta, vt ibi, & not. latius extra de confes. præben. c. dudum. per Henr. Boich.

26 Confessio erronea facta in causa principali, potest reuocari prætextu erroris in instantia causę appellationis, vt not. extra de confes. ca. ex parte. per Ioan. And. & Henri. Boich. in fi. dist. & in Spe. eo. tit. §. fi. ver. pen.

27 Confessio facit contra causam habentem à confitente etiam titu. singulari. argu. ff. de iureiurand. l. nam postea. §. fi. pro quo facit ꝙ acta quæ faciunt fidem pro aliquo, vel contra aliquem, faciunt fidem pro eius successore singulari. arg. ff. famil. ercis. l. hæredum. §. item scribit. vt not. extra de testi. c. præsentata. per Hen. Boich.

28 Confessio facta in vno iudicio, facit fidem in alio iudicio. extra de elect. ca. per inquisitionē. quamuis aliud sit in alijs actis iudicialibus, vt not. tit. de confes. §. nunc videndum. ver. quid de confessione. in Spe. Et no. in d. c. per inquisitionem. per Compost. & Ioan. And. & de vita & honestate. cle. c. ex literis. per Hen. Boich. in prima dist. & etiam in d. c. per inquisitionem. per eundem, nisi dicta confessio facta fuerit coram iudice prohibito, quia tunc fidem non faceret in alio iudicio, vt extra de iud. c. at si clerici. ꝙ intelligē si facta fuerit per litigantem sponte, quia tunc fidem facit quantum ad probationem, in hoc quod quamuis iudex competens coram quo causa agitur, non possit condemnare confitentem ex confessione facta coram iudice prohibito, attamen interrogatus negare non poterit illud quod semel confessus est, vt no. in d. c. per inquisitionem. per Innoc. in glo. magna. ver. sed quomodo & quando, respondē. Nam dicta confessio non valet minus quam si facta fuisset extra iudiciū. quo casu valet, quo ad probationem. ff. depositi. l. publia. §. si igitur, &c. vt not. in d. c. per inquisitionem. per Henr. Boich.

De materia huius rubr. vide supra, in ver. actio. & in ver. præsumptio. & in ver. exceptio. & in ver. remissio.

ADDITIO.

a Contra alium. Adde Guido Pap. sing. 2.

## 51 *Testis.*

1 NOn facit fidem examinatio, in qua dicitur, quod iste testis deposuit, vt præcedens testis, vt not. tit. de testi. §. nunc tractandum. versic. cautum quoque. in Specul.

2 Nō valet depositio testis de his quæ stāt in iure, vt quę percipiuntur iudicio rationis, nisi fuerit iustificata per rationem causæ legitimè et iam posito quod testis non fuerit de causa interrogatus, vt not. extra de testib. capi. cum causam. 2. per Innoc. & Ioā. And. & per Salice. in l. solam. C. de test.

3 Testis astruens negatiuā simpliciter nō interrogaturus de causa scientiæ nihil probat, quia negatiua non cadit in sensu corporis, sed percipitur iudicio rōnis. igitur, &c. vt patet ex præcedenti conclusione, & ita etiam not. ff. de trā fact. c. cum his. §. in causa. per Bal.

4 Testis qui iurauit intra terminum datum ad probandū nō potest postea examinari, nisi pars solicitauerit fieri examinationem intra terminum, vt not. ff. de dam. infect. l. dā ni. §. Sabini. per Bar.

5 Qñ testes nō sunt examinati ſm interrogatoria iustificata, possunt iterato examinari, arg. eorū, quę not. in auth. de testi. §. quia vero sæpè. & ff. de testi. l. produci. & de quę stio. l. repeti. vt no. ff. de eden. l. si quis ex argentarijs. §. fin. per Guliel. de Cuneo, & Bald. & no. in Spec. tit. de testi. §. iam de interrogatorijs. versi. item cautè. & est ratio, quia talis examinatio est nulla, cum minus plenè factum non videatur factum &c. vt ibi per eundem.

6 Testis debet pro vtraque parte deponere, nisi super certo articulo sit receptus. C. de episc. & cler. auth. sed iud ex. 14. q. 5. non sanè. & not. in tit. de testib. §. iam de interrogatorijs. ver. in summa. in Spe.

7 Si testes simul examinentur, & simul deponāt, non valet nec fidem facit eorum depositio, vt not. tit. de testib. §. nunc tractandum. ver. sed pone. in Spe.

8 Omnis periurus repellitur à testimonio, vt notat. ff. de his, qui not. infa. l. Lucius. in gl. ord. mag. in fin.

9 Depositio testis dicētis ita sibi videri, seu visum fuisse, nihil valet, quia talis testis non deponit de scientia, sed de opinione iudicio rationis veluti dubius, dubia commemoratio non habetur pro memoria, sed est potius quoddam solum argumētum. ff. de probatio. l. si arbiter. vnde dubitās pro ignorāte habetur, vt not. Specul. titul. de testi. §. 1. versi. item ꝙ testes sunt varij. Et sic singulariter notatur & refertur ff. de legib. l. de quibus. per Bal. Idem tenet Bar. in tractatu suo, de test. §. testis super aliquo, &c.

10 Depositio testis titubātis seu dubitantis non valet, quia dubitans pro ignorante habetur, vt notatur titu. de test. §. 1. ver. item quod testes sunt varij. in Spe.

11 Iudex ex officio debet inquirere de cōditione testium, gl. est singularis. ff. de magistr. conuen. l. 1. quam notat singulariter Bal. ibi. §. præses.

12 Si vnus testis est infamis infamia facti, & alter fide est multum dignus, integra fides vnius supplet imperfectum alterius, sic ꝙ faciunt validam probationem, arg. ff. de edē. l. si quis ex argentarijs. in prin. & ibi no. Bal.

13 Licitum est instruere testem, vt aptè discedat, & à vero non discedat, vt not. post Ross. ff. de fer. l. fi. per Bal.

14 Post apertura seu publicationē testium iudex pōt, imo debet interrogare testes verbi ambigui ꝑ ipsos, plati, no. extra de probat. c. in plentia. super verbo, dubiū. per glos.

15 Verbū ambiguum testis debet interpretari contra producētem, & pro illo cōtra quem producitur, extra de probatio. c. in plentia. & ibi not. gl. & Inn. & est te. ff. de prēto. stipul. l. si. pōt tñ interrogare iudex ex officio hīscū ad declarationem verbi ambigui, extra de testi. ca. cum clamor. sed non ad partis instātiam, vt ibi not. per Henr. Boich, & doct. & not. eo. titu. c. per tua. glo. magna. in fi. Ber.

16 Si duo testes deponāt super vi, magis eis creditur, quā quatuor testibus deponētibus super ſpōtanea voluntate, ext. de renū. c. super hoc. & ibi not. Inn. quia testes deponētes super ſpontaneitate, deponūt de actu mentali, præsumpto & inuisibili. Alij vero deponentes de vi deponunt de actu extrinseco & visibili. Ex quo sequitur ꝙ instrumētū notarij, quod dicit ſponte non vi, &c. potest reprobari per duos, testes de violentia deponētes. vt infert Bal. ff. de offi. proconsu. l. proficisci in 14. q. & vide Bal. ff. de operis noui nuntia. l. de pupillo. §. si quis Spec.

17 Attestationes productæ per reum rei vendicatione cōuētum, qui postea vēdidit rem ante sententiam, proficiūt emptori postea rei vēdicatione cōuento, quemadmodum & sententia faceret. ff. de excepti. rei iudi. ca. l. si à te. & idē est in alijs casibus, in quibus sententia inter alios lata alijs prodest, ut notatur extra de testi. ca. causam per Innoc.

18 Publicatio testium facta sub uno articulo in uerbalibus & generalibus petitionibus, nō impedit testē iterū super alio articulo de nouo produci, qđ plus est, quia post sententiā in eis audiret. C. de iud. l. 2. ita no. ex. de testi. c. tā literis.

19 Si testes per quorum depositionem erat probata intētio producentis, repellantur propter excommunicationē, vel quodlibet aliud crimen, producens restituitur ad

producen

producendum alios teſtes, vel eoſdem, impedimento ceſſante, ex generali clauſula, Si qua iuſta. &c. de in integ. reſti. c. auditis. per Innoc. & Hoſt.

20 Si ſacerdos ſciat crimen alias quam per confeſsionem, poteſt teſtificari de eo, vt not. Inno. in c. omnis. in fine. extrà de pœni. & remiſ.

21 Si teſtis poſt depoſitionem aſſerat ſe depoſuiſſe falſum vel fuiſſe pecunia corruptum, talis teſtis aſſertio non preiudicat illi, pro quo iam depoſuit. & cui erat ex depoſitione ſua ius quæſitum, niſi de falſitate vel corruptione alias appareret: extra de teſti. ca. ſicut. & arg. ff. ad Sylla. l. ſi quis in graui. §. 1. & ibi not. Bar. Idem eſt in iudice poſt ſententiam ſic aſſerente, vt ibi etiam not. per Bar.

22 Si teſtis ſecundo reproductus dicat contrarium eius qđ primo depoſuerat, non valet eius depoſitio poſtrema, vt no. extra de teſtibus. c. cum cauſam. & c. veniens. & c. cum in tua. eodem tit. per gl. Ber. & de præſumpt. c. literas.

23 Iudex poteſt ex officio querere defenſiones criminoſi etiá nemine defendente, & producere teſtes à delato non productos. ff. de pœn. l. ſi non defendantur. & de quæſtio. l. 1. §. fi. & vtrobique not. per Bar.

24 Valet diſpoſitio teſtis nõ citati, dum tamen fuerit à parte productes, itaque gl. ff. de his qui. vt indig. l. qui ætati. §. 1. Bart. ibidem. ſecus ſi ſponte ſe offert: arg. l. quæ omnia. §. fi. de procur. ſecundum Bar. ibidém.

25 Publicatis atteſtationibus põt probari falſitas dictorũ teſtium indirectè, ſcilicet, per coarctationem loci & temporis, extra de teſti. c. ex tenore. & C. de contrahen. & cõmit. ſtipu. l. optimam.

26 Teſtis recipi ſeu iurare debet die non feriata, quia receptio teſtium eſt actus iudicialis, & de proceſſu, extra de proba. ca. quoniam contra. Sed deponere poteſt die feriato dum tamen die non feriata prius iurauerit, quia examinatio teſtis non eſt actus iudicialis, imò ſecrete fieri debet, Danielis exemplo, & ita not. ti. de fer. §. 2. ver. quid ſi tũc, in Spe. eſt gl. ſingularis in cle. infra, de offi. leg.

27 Publicatis atteſtationibus in cauſa principali non poſſunt, pduci teſtes ſuper ijſdem articulis, vel directo cõtra rijs etiam in cauſa appellationis, extra de teſti. c. fra ernita tis. & eo. titu. c. fi. in clemen.

28 Inimicitia a teſtis proueniens facto & culpa eius, contra a quem teſtis producitur, non repellit teſtem vt inimicum, quia circunſpectio, quæ ex inimicitia originem habuit cognitioni iudicis committitur, vt ff. de quæſt. l. 1. §. præterea. & §. cum quis. & ibi not. Bar.

29 Licet ratio & cauſa ſcientiæ aſsignata per teſtẽ debeat de neceſsitate concludere, arg. C. vnde legi. l. non hoc. ſufficit, tñ qp cõcludat præſumptiuè præſumptione iuris, vtpote ſi teſtis deponens ſuper fama, vel infamia alicuius, interrogatus de cauſa ſcientiæ dicat, qp eſt eius vicinus, ſufficit, quia vicini vicinorum conditiones de iure ſcire præſumuntur. vt ff. de mag. conue. l. 1. §. ſi præſes. & de fundo inſtru. l. ſi ita fuerit. & C. de nup. l. ſi vicinis. & ita not. ff. ſi cer. pet. l. 1. per Bar.

30 Iudex ex officio poteſt opponere teſti. infamiam, licet aduerſarius non opponat, vt not. Inn. extrà de teſtib. c. in timauit. iudex enim ex ſuo officio habet inquirere de cõditione teſtis, vt not. ff. de magiſt. conue. l. 1. per gloſ. ord.

31 Non valet depoſitio teſtis ad reddẽdã cãm inualidá ſeu congruam, vt not. titul. de teſtib. §. 1. verſ. item quod interrogatus. & verſi. item quid ſi cauſam inſeruit. ſed nulla. in Specu.

32 Non valet depoſitio teſtis non deponentis de credulitate. in authen. de here. & Falc. §. ſi verò abſunt. & ibi gl. ord. ſuper ver. & vidiſſe. quod eſt verũ, quando deponit de extrinſecis, ſecus vero ſi de intrinſecis concernentibus peritiam. ita not. in alleg. ſi vero. per Iaco. de Bel. & latius per Bar. in tractatu de teſt. §. teſtis dicit aliqua vera eſſe, qa ſic credit, &c. Et not. in Spe. titu. de teſti. §. 2. verſi. item quod depoſuit de credulitate.

Teſtis dicit, qp vidit pcipi decimas ſẽper cõpetẽtib. horis, ita debet intelligi dictum aduerbiũ, ſemper, prolatũ à teſte, vt not. tit. de teſti. §. poſtquã. ver. qd ſi plures. in Spec.

34 Officiarij non ſunt idonei teſtes de his, quæ non corã ipſis, ſed per ſe ipſos geſta ſunt rõne præſumptę affectionis, extra de arbit. ca. 2. cum ibi not. & ita not. Moderni in ſupplendo verba Iaco. de Are. C. de arbi. l. ne arbitris. §. fin autem. & ita no. C. de iniur. l. ſi nõ tñ. per Barthol. de Salic.

35 Si poſt publicationẽ teſtiũ perdant atteſtationes ſine culpa illius, qui teſtes, pduxerat poſſunt iterũ teſtes de nouo reproduci, vt no. tit. de teſtib. §. ſatis vtiliter. verſ. ſed quid ſi teſtibus. in Spec. & C. de probatio. authen. at qui ſemel. per Barto. ſecus verò ſi culpa fui, vt not. Specu. vbi ſupra.

36 Perempta inſtantia pereunt atteſtationes teſtium non publicatorum, vt not. ff. quæ in frau. cred. l. 1. per Barto.

37 Vbi teſtimoniũ eſt de ſubſtãtia actus, vtpote, quia requiritur certus, tũc inſpicitur conditio teſtis ſm tempus, quo teſtis fuit adhibitus, ſecus vero, ſi teſtimoniũ non ſit de ſubſtantia, quia tunc inſpicitur cõditio ſeu qualitas teſtiũ, ſm tempus depoſitionis, vt patet in impubere facto pubere, vt not. ff. de teſti. l. 3. §. penu. ſuper ver. impuberes, & c. de quo vide Bartol. ff. de Carbo. edict. l. 3. §. cauſæ.

38 Obiectus, ſeu crimina omiſsi opponi cõtra teſtes in cauſa principali, poſſunt opponi in cauſa appellationis, vt no. glo. ord. extra de except. c. 1. ſuper ver. ſententiam.

39 Cõſanguineus nõ põt eſſe teſtis conſanguineo in actione iniũriarũ, vt no. ff. de iniur. l. lex Cornelia. per Bartolũ.

40 Non pertinet teſti diſtinguere, an aliquid cum vel ſine ratione fiat, vt not. Inno. extra de ver. ſig. c. veniens. in glo. ſuper verbo, memoriá. ver. ſed quid ſi dicat.

41 Cauſa ſeu ratio aſsignata per teſtem, refertur ad dictũ, & ex natura relationis includit ſuum antecedẽs. arg. ff. de interroga. actio. l. ſi defenſor. §. primo. ita not. ff. de leg. l. de quibus. per Bald. verſi. 3. quæro an ſimilitud o.

42 Dicta teſtium non debeant calumniari, ſed potius coad iuuari, vt no. ff. ſi cer. pet. l. 1. per Bart.

43 Illa, quæ aguntur in capitulo propter raritatem probationis, poſſunt per capitulantes probari. qm extranei ad capitula non conſueuerunt admitti, extra de probatio. c. 3. loco. & ibi not. in gl. cum ſuis concordan. ibi poſitis.

44 Si teſtis dicat, qp vidit poſsidere à decem annis citra, nõ eſt probata continua poſſeſsio, niſi ſubiungat, & per dictũ tempus, vt no. ff. de vſucap. l. Celſus. §. penult. per Bartol.

Tutor non põt eſſe teſtis in cauſa principali, vt not. gl. ordi. ff. de teſtamen. l. qui teſtamẽ. in prin. qđ eſt verũ, ſi ipſemet agat cauſam. ſecus ſi cõtutor, extra de teſt. c. inſuper. & ita etiam not. C. e. tit. l. omnibus. per Ioan. Fab. & idem in procuratore. vt not. ff. de iure fiſci. l. deferre. per Bar.

46 In cauſa criminali poſt publicationẽ, poſſunt teſtes de nouo examinari ad offenſam. ar. ff. de quæſtio. l. vnius. §. 1. & ibi not. per Bar. quod eſt intelligẽdum ſuper nouis capitulis. non ſuper antiquis, vt not. C. de quæſtio. l. de tormẽtis, in penul. quæſtio. per Bartho. de Sali. ad defenſam vero poſſunt teſtes etiã ſuper antiquis articulis produci qñque ante ſententiã, vt alleg. l. vnius. §. cogniturum. quinimo & poſt ſententiam iudex põt de euidenti innocentia rei, pbationes recipere, & executionem differre, & principi reſcribere. ff. eo. tit. l. 1. in fi. & ita vbi ſuprà, per Bar. de Sali.

47 Denuntiator poteſt in teſtem recipi, ſi procedatur contra delatum non propter denuntiationem, ſed ſuper denuntiatione propter famam, extra de ſim on. capi. licet Heli. ſecus vero ſi procedatur ſuper denuntiatione principaliter propter eam, quia cum denuntiator debeat denuntiata tunc probare, non per ſe, ſed per idoneos teſtes ff. de cuſtod. reo. l. diuus. & ad Turpil. l. 4. §. nuntiatores. & ſi non probet, ſit puniendus, vt extra de calum. capitul. 2. per conſequens non eſt idoneus teſtis, ut not. C. de acà cuſa. l. ea quidem. per Barto. de Salicet. in tractatu de denuntiatione, in 13. quæſtio. &c. pro quo not. faciunt ſupra in verſi. accuſatio. 6. quæſtione. Alij dicunt, quod denuntianti poteſt ex ſua denuntiatione aliquod commodum deuenire, vt quia proſequitur ſuum intereſſe vel iniuriã, & tunc non poteſt eſſe teſtis, alias vero ſecus. vt no. extra de iudi. cap. nouit. glo. 1. per Inno. & de teſti. cap. in omni. per Henr. Boich.

48 Procurator inquiſitionis vel denũtiationis non põt in ea teſtificari, ſi eas fuerit proſecutus, vt not. titu. de teſte. §. 1. in penul. col. ver. & not. in Spe. & not. extra, de ſimo. c. licet Heli. per Hoſt. & Hen. Boich.

49 Si teſtis obſcurè deponens fuerit productus ſuper obſcuro capitulo, nihil probat, nec debet repeti, quicquid parti producenti imputetur. text. eſt notabilis extra de probatio. c. in præſentia. ſecundum Bal. qui ita not. ff. de his qui not. infa. l. Lucius.

50 Teſtis qui propter reuerentiam perſonæ examinari nõ debuit, examinatus non facit indicium. ff. de quæſtioni. l. maritus. & ibi vide diſtinctionem per Bar.

51 Vtrum aliæ inimicitiæ quæ non ſunt capitales repellẽt teſtes à teſtimonio, vel faciant eis minorẽ fidem adhiberi vel non, iudicis arbitrio relinquitur, vt in auth. de teſtibus. §. ſi vero dicatur, vt not. Inno. & Hoſti. & Io. And. & Hen. Boich. extra de accu. c. cum oporteat.

52 Poſt publicationem poſſunt teſtes produci in cauſa matrimoniali, extra de teſti. c. ſeries. de proba. c. iurauit. item vbicunque non obſtat exceptio rei iudicatæ. de fide inſtr. c. inter dilectos. item vbi propter ineptam petitionem ab ſoluitur reus. extra de iudi. c. examinata. item vbi ſuper capitulo aliquo omiſſum fuit interrogare teſtem, extra de teſt. c. per tuas. itẽ vbi inſcia vel inuita parte facta fuit publicatio. eo. titu. ca. conſtitutis. in 2. item vbi inter ealdem etiam perſonas variatur modus agendi. eodem titu. ca. veniens. 2. item vbi minor vel eccleſia reſtituitur ad aliquam probationem atteſtationibus publicatis, extra. de proba. c. licet. & ibi not. per Abb. & Io. And.

53 Si facta publicatione teſtium, aliqui ex ipſis dicãt ſe nõ dixiſſe quæ ſcripta ſunt, nihilominus ſtatur ſcripturæ tabellionis, ſi fuerit bonæ famæ, alias vero ſecus, vt no. Spec. titu. de inſtru. edit. §. reſtat. ver. quid ſi.

54 Quamuis teſtis deponat ext. articulata, ſi tamen depoſita per eum ſint ex dependentibus, ſeu cohærentibus articulo ſuper quo fuit productus, valet eius depoſitio, vt no. ff. de iureiurand. l. ſi duo patroni. §. item. in l. per Barto. & extra de teſtib. cap. de teſtibus. per Henri. Boich. in prima diſtin. & in Specu. titu. de teſt. §. 1. verſic. item quod depoſuit ſuper alio, &c.

55 Donator non põt eſſe teſtis pro donatario in cauſa rei donatæ, nec cedens pro ceſsionario in actione ceſsio. ratione prętumptæ actionis quam de eũctione non teneantur. vt not. C. ad legem Corn. de fal. l. & ſi non te. per Petr. & Cy. & extra de teſt. c. quoniam per Hen. Boich. in 2. diſtinct. Circa hoc vide quæſtionem in Spec. titu. de teſt. §. 1. ver. ſed pone mutuaui.

56 Ille qui fuit iudex vel arbiter in vna cauſa, põt eſſe teſtis in eadẽ, ſi tractatur coram alio aliter quam per appellationẽ, non poteſt eſſe teſtis de meritis cauſæ principalis. Sed bene põt eſſe teſtis de proceſſu corá ſe per partes, vt hoc not. extra de teſtib. ca. dilecto. per Henri. Boich. Sed non põt eſſe teſtis de proceſſu per ipſummet agitato, vt dictũ eſt ſupra e. verſi. in cõcluſione quæ incipit, officiarij, &c.

57 Nõ valet examinatio teſtiũ facta non citato procurato re qui litẽ fuerat conteſtatus, quamuis dominus cauſæ fuerit reuocatus, cum in his, quæ reſpiciunt litis ordinationẽ debeat inſpici perſona procuratoris. C. de ſentẽ. & interlocut. l. 1. vt not. extra. de teſt. c. 2. per Io. And. & Hen. Boich.

58 Ille cõtra quẽ ſunt examinãdi teſtes, debet citari ad eos iurare videndum ad eius propriá perſonã, nec ſufficit ad eius domum facta citatio, cum ſit neceſsaria vera contumacia & nõ præſumpta, vt not. C. de teſt. auth. ſi quis. per Dy. & Barth. de Sal. & ext. de reg. iuris. c. præſumitur. li. 6. per Ioan. And. in mercurialibus. vide extra de teſtib. capi. in nomine Domini. in prima diſtinctio. per Hen. Boich.

59 Teſtes ex parte actoris nõ debent recipi, ſeu examinari ante litis cõteſtatio. niſi veriſimiliter timeatur de eorum morte, vel abſentia diuturna, de quo veriſimili timore debet conſtare iudici. Sed tunc debet differri dictorũ teſtiũ publicatio, vſque poſt litis conteſt. intãtũ qp ſi actor aduerſariũ ſuum non cõuenerit intra annũ, ex quo eum potuit conuenire. vel ſaltem receptionem vel examinationẽ huiuſmodi teſtium ei non denuntiauerit, dictæ huiuſmodi atteſtationes non valent, ne fortè actor dictam examinationem procuraret in fraudem, vt exceptiones legitimè competentes reo ad repellendum teſtes, vel aliæ locũ habere non poſsint, extra vt lite non conteſta. c. qm̃ frequenter. ſed ex parte rei poſſunt ante litem conteſta. omnes teſtes examinari indiſtinctè, & etiã ſtatim publicari ad æternam rei memoriam. ff. ad legem Aquil. l. in lege Aquilia ſi deletum. & extra de teſti. c. ſignificauit. Et eſt ratio diuerſitatis, quia non eſt in poteſtate rei quando cõueniatur, ſed in poteſtate actoris eſt agere quando vult. Et ita not. per Docto. C. de teſtib. auth. ſi quis. & in dicto ca. ſignificauit. per Henric. Boich. & in dicto c. quoniam frequenter. per gloſſ. Ber. & eundem Boich.

60 Aſcendẽtes pro deſcendẽtibus non poſſunt teſtificari, nec econtra. C. de teſt. l. etiam. & 4. quæſt. 3. §. item in criminali. ver. item parentes. & ver. itẽ teſtis idoneus. Secus verò eſt in conſanguineis collateralibus, quia poſſunt vnus pro alio teſtificari in caſibus criminalibus & ciuilibus, vt not. c. cum oporteat. de accuſatio. per Hen. Boich. Et vide ſupra in cõcluſione, q incipit, cõſanguineus, &c.

De materia huius rubricę vide ſuprà, in ver. dilatio. & in verbo, confeſsio. & in uer. inſtrumentum.

ADDITIO.

a Inimicitia. Ad hoc facit optimè l. 2. in fi. ff. ſi quis cautio. l. penu. in fi. ff. de poſtu. Imo plus videtur, quod ille qui uſus eſt dicta malitia, ut contraheret inimicitiam, iura mea & probationes meas. ut not. Cy. in l. prouidendum. C. de teſtib. Ang. no. in l. ſatis. C. de falſ. gl. in c. cum cauſam. uerb. compelles. & ibi Anto. de But. de teſtib.

## 52 *Exceptio, & replicatio.*

1 PRoponens ineptam exceptionem ſuccumbere debet. ff. de petitio. hære. l. planè. & de flumini. l. 1. §. Labeo. & ita not. per Barto.

In exceptionibus non eſt concluſio neceſsaria, ſed ſufficit in eis facta proponere, ex quibus elici poſsit cõcluſio, vt no. ff. de excep. l. 1. per Bar.

2 Inepta exceptio, ſeu ineptè propoſita, non habilitatur ex probationibus aptis, quia iudex non poteſt in ea ſupplere ex probatis per excipientem, arg. d. §. Labeo. & extra de elect. cap. conſtitutionem. in cle. & not. gloſ. ff. de pactis. l. ſi vnus. §. pactus. gloſſ. quæ incipit, l. in excipiendo & ibi not. per Bald.

3 Vbi nõ deſideratur exceptio, vt potè, quia eſt exceptio nullitatis ſeu intẽtionis, put iudex ſuppleret ex probatis per excipientem, vt no. gl. C. de tranſact. l. vbi pactum. ita dicit Bal. ff. de iuriſdi. om. iudi. l. 1. nam exceptio nullitatis non eſt neceſſe quod opponatur apertè, ſed tantum probetur, vt no. gl. in d. §. pactus. & ibi per Bal.

4 Exceptio probata per confeſsionem actoris. licet non fuerit per reum oppoſita, debet per iudicem de facto ſupleri, quia ex tali confeſsione reſultat notorium iuris, & petitio inepta, & euidenti notorietate iniuſta pari paſſu ambulant, vt no. Innoc. extra de offic. vicar. c. 1. & in §. pactus ne peteret. prælleg. per Bar.

5 Crimine in modũ exceptionis probato, inducitur infamia facti. licet non inducat infamiam iuris, extra de elect. c. ſuper eo. & ibi not. per Inno.

6 Exceptio ordinis vt fideiuſſor non conueniatur ante reum principalem, diſcuſsio eſt dilatoria, vnde ſi non opponatur ante litem conteſta. valet, & tenet proceſſus contra fideiuſſorem factus. argu. C. de appellatio. l. 1. Et quod not. de appellatio. gloſ. ff. ſi certum pet. l. ſi quis. & ita not: ibi per Bartol.

7 Exceptio oppoſita in vim declinatoriæ ante lit. conteſta. non

sta.non probata,pōt nihilominus lite contest.in vim peremptoriæ opponi ad merita causæ principalis, quia tunc tendit ad alium finem, quā primo, vt videtur tenere Inn. extra de rescrip.c.super literis. in gl.veritate.& ita firmat & refert Archidia.extra de lit.contesta.c.1.lib.6.gl. hic loquitur. quod sequitur. Bal.ff. de procura. §. publicè.l.seruum quoque. & Bar.in extrauagan.ad reprimendam.super ver.summariè.10.colla.

8 Quis potest opponere de iure tertij, quod ipso iure excludit intentionē agentis, quia talis exceptio non est propriè exceptio, sed potius negatio iuris agendi, vt C.de ser. l.cū seruū.vtpotè,qñ ostendit reus actionē non competere actori:vt C.de rei vendi.l.fi.vbi,si reus doceat rem pertinere ad alium, & per consequens non esse actoris, debet absolui,& no.ff.vti possi.l.1.§.hoc interdictū.p Bar.in fi.

9 Vbicunque exceptio peremptoria est notoria,ita ꝙ negari non potest, litis contestationem impedit, quia in notorijs non requiritur iuris ordo, ext. de iureiuran.c.ad nostram.& ita notat Spec.secundum M.tit.de excep.§.dicto. ver. quod autem dicitur,in fin. & etiam no. extra de lit. contest.c.1.lib.6.per Archid.

10 Exceptio compensationis potest de nouo opponi in causa apppellationis, licèt omissa fuerit in causa ordinaria principali not.titul.de appellatio.§.nouissimè.versicu.sed quæro.in Specu.

11 Exceptio de reconuentione facienda coram eodem iudice, est exceptio dilatoria.& ideo si reus recōueniat actorem coram alio iudice,nisi actor ante litem excipiat de reconuentione coram eodem iudice facienda,valet & tenet processus,ita notat glo.ext.de rescrip.c.nonnulli.& etiam Inno.ibi.

12 Exceptio solutionis,& omnis alia exceptio intētionis, per quam concluditur actionē non competere actori, est exceptio litis finitæ.& impedit litis contestationem,quia nemo sine actione,&c. tñ si habeat promptam probationē.ar.ff.de iureiuran.l.nā posteà in prin.cum not.in gl.ibidē.& ita.ff.iudica.solui.l.cum quærebatur. fina.q.per Bar.

13 Contra maritum petentem dotem vxoris sibi adiudicari,vt propter commissum ipsius vxoris adulterium,potest ab vxore opponi exceptio de fornicatione mariti, iuxta not.Inno.extrà de adulte.c.intelleximus.per iniquum enim est,vt pudicitiā ab vxore exigat, quam ipse non exhibeat.ff.eo.titu.l.si vxor.§.iudex.

14 Licet statuto caueatur, ꝙ contra sententiam nulla exceptio opponatur, nihilominus tamē potest opponi exceptio nullitatis proueniens ex incompetentia effectu iurisdictionis:iuxta not.per Ioan.And.extra de sequestr.c.1.in cle.& faciunt not.per Innoc. extra de offi.deleg.c.cum in iure.& ita etiam notatur ff.quod quisque iuris.l.1.per Bal.

15 Licet reus sit simpliciter absolutus, tamen si probari p iudicem possit & consiliarijs, ꝙ absolutoria fuerit lata ꝑ ineptitudinem libelli, tñ actori de nouo aptam actionem proponere volenti non obstabit exceptio rei iudicatæ, vt not.tit.de offi.iudi.§.de seruitu.ver.quid sit reus.in Spec.

16 Exceptio competens ne conueniatur tempore ordinato ad confectionem inuentarij, est exceptio dilatoria,quę ab initio per heredem opposita impedit litis contestationem,& processum iudicis.C.de iure delibera.l.fi.§.donec tamen.& ita not.ibi Iaco.Bur.

17 Exceptio inuentarij competens hæredi, ne conueniatur vltra vires hæreditarias, opponi pōt post sententiā in executione iudicati,quia dicta exceptio nō redarguit sententiā de iniquitate, sed moderatur executionē,ita not.in alleg.l.fi.C.de iure deliberan.§.licētia.per Iacob. Butriga.

18 Exceptio de venia nō petita, est exceptio dilatoria,quę non potest opponi post litem cōtestatam, quoniam reus contestando litem videtur tacitè quasi volens ad iudiciū euocatus,arg.ff.de in ius vocand.l.quamuis.& ita not.per doct.Iaco.de Are.Pet.& Cy.ff.de actio.& obli.l.actiones. & C.de in ius voc.per eosdem.

19 Exceptio dilatoria solutionis impedit lit.cōte.Insti.de exceptio:§.hodie.& §.tēporales. & C.de plus peti.l.1.Et not.Inno.de plus peti.c.1. & de excep.c.pastoralis.& not. per Pau.de Cast.ff.de iurisdictio.omnium iud.l.fina.quod tamen intellige,duntamen opponitur in vim declinatorię & habeat probationem paratam, iuxta notata per Barto. ff.pro suo.l.fi.& de iureiuran.l.nam postea.in princ. & iud. solui.l.cum quærebatur.fi.q.

20 Debitor compulsus ad soluēdum alteri,quam vero creditori per curiam,habet exceptionem contra verum creditorem,licet compulsio fuerit iniusta, vt not.ff. de solut. l.creditor.per Dy.latius per Bar.

21 Exceptio iuris communis, vel municipalis impedit litis contestationē, quia non indiget probatione exteriori, secus in exceptione consuetudinis,quę cum sit facti requirit probationē exteriorē,vt no.extra de lit.cōtesta.c.1.li. 6.per Io.And.& ff.de statu hominum.l. Arethusa. per Bal.

22 Exceptio præscriptionis impedit litis contestationē. si opponitur in vim dilatoriæ ad impediendū processum iudicij, secus si in vim peremptoriæ ad merita causę principalis, vt notatur ff.pro suo.l.fina.per Barto. Et intellige, quod impedit litis contestationem demum si habeatur in promptu,iuxta not.ff.iudic.solui.l.cum quærebatur. in fine.per Bald.

23 Possessor rei emphyteuticę pōt opponere contra emphyteutam exceptionē canonis non soluti, si ipse possessor habeat causam à proprietario, quia ius excipiendi trāsit ad singularem successorem,vt notatur per Dy.ff.de dāno infect.l.fluminum.§.adijcitur. & de iureiuran.l. etiam si in rem.secus vero est, si non habuit causam ab ipso proprietario,vt no.ff.si ager vecti.vel emphy.pet.l.2. nam in potestate proprietarij est dissimulare commissum. in authent. de non alie.§.scire.C.de sacrosanct. eccle.authen. nec vsus.per Bal.

24 Illud, quod propositum est per modum exceptionis, non debet adiudicari, extra de ord.cog.c.2.& not.ti.de prę scrip.§.1.ver.& not.in Spec.

25 Exceptio opposita à tertia persona, cuius interest, obstat,& examinanda in iudicio venit.solu.matr.l. Titia. & ibi etiam ita not.in casu summario per Barto.

26 Exceptio, quod primo cognoscatur de causa spoliationis, est dilatoria,& per consequens nō potest opponi post litem contestatam, prout nec aliæ dilatoriæ exceptiones. C.de except.l.fina.& de probatio.l.excepti-onem. vt not. per Barto.ff.de acquirend.possessio.l.naturaliter.§.primo. in 4.combinatione.

27 Ius excipiendi trāsit ad singularem successorem actiuè. ff.de excep.rei iudi.l.si mater.§.item Iulianus.& l.si à te.§. fin.& etiam contra singularem successorem passiuè.ff. de iureiuran.l.etiam.& de excep.rei iudi.l.exceptio.ff. pro socio.l.denique.§.fi.& commu.diui.l.in hoc iudicio.§.si inter sacros. Et hoc quando exceptio est rei cohærens. Si verò cohærebat exceptio personæ, non potest opponi contra singularem successorem,nisi succedat titulo lucratiuo; secus si titulo oneroso,vt not.de except.do.l.apud.§.de authoris.& §.sequen.& ita latius not.ff.de aqua pluuia arcenda.l.si tertius.§.si quis prius.per Bart.in 5.& 6.q̄stionibus.

28 Quamuis caueatur in statuto, ꝙ contra instrumentum nō possint opponi nisi certæ exceptiones, nihilominus potest opponi exceptio, quod assertum instrumentū non est instrumentum.ar.ff.de re.iud.l.4.§.condemnatū. Item si reus habeat alias exceptiones legitimas,per quarum exclusionē actor locupletaretur cum alterius iactura,quamuis reus de vigore statuti sit exclusus eas opponere in vim exceptionis, attamen pōt iudicis officiū implorare ad impediēdū actorē, ne faciat indebitā exactionē.qa exclusus ab excipiēdo nō excluditur ab iudicis officiū implorando equitate suadente ff.de peti.hære.l.planè.l.fi.eo.tit. & ita not.ff.quod vi aut clam.l.1.§.hoc interdictū. per Bart.

29 Quamuis non possit agere ex titulo duplicato.C.de cōtrahen.empt.l.cum res.& extra de fide instrum.cap.inter dilectos in fin.& ff.de acquiren.possessio.l.possideri.§.ex plurimis.attamen ex titulo duplicato bene potest excipere,extra de concess.præben.c.post electionem & de relig.domib.cap.constitutus.& ita not.extrà de reg.iur.cap. nullus pluribus.libro.6.per Io.And.& in d.l.cùm res.per Io.Fab.& extrà de app.c.solicitudinem.per Henr.Boich. in 2.dist.in fi.

De materia huius rub.vide suprà,in ver.iudex.& in versic. lit.contestatio.& in ver.præsumptio.& in ver.executio.

## 53 *Præscriptio.*

1 SEruitutes habentes discontinuā causam præscribuntur decem annis cum titulo, vt no.C.de serui.& aqua. l.prima.per Ioann.Fabr.pro quo facit te.C.de præscri.longi tempo.l.fin.in fin.& gloss.in l.seruitutes.ff.de serui.& ibi no.Ang.

2 In seruitutibus habentibus discontinuam causam, præsumitur titulus ex patientia longi temporis, vt no.gl.ord. ff.de seruit.l.seruitutes.4.quam approbat & sequitur Bar. ff.de acquir.hæredi.l.qui aliena.§.1.& de vsur.l.cum de in rem verso.

3 Seruitutes habentes causam discontinuā,quæ debentur à re personæ, vt vsus & vsusfru. vel à ꝑsona personæ, vt redditus & seruitutes,& seruitia,præscribuntur 10.an. cum titulo,& sine titulo.30.annis.de agricol.& censi.c.ꝑuenit.& ibi per Henric.Boich.& de prescrip.c.si diligēti. Et ita notat & refert Io.Fab.in allega.l.1.C.de seruitu. verum quod est sine titulo,intelligo cum bona fide.

4 Exactionem vectigalis præscribit priuatus tēpore longissimo,si ipse p dictū tēpus vectigal exegerit,vt post lōgā disputationem finaliter.concludit Cy.C.de vectig.l.1.

5 Exactio vectigalis pertinentis priuato ex consuetudine vel priuilegio,præscribitur contra priuatum 10.annis, si priuatus tempore tanto vectigal exigere cessauerit, ar. ff.de nundin.l.1.Secus verò si vectigal ipsum pertineret fisco vel reipublicæ,quia tunc requireretur cessatio & præscriptio 30.vel 40.anno.C.de præscri.30.vel 40.anno.l. omnes.vt no.ff.de pub.vectig.& commiss.l.licitatio.§.earum rerum.per Bar.

6 Vendicatio rei ecclesiasticæ facta per prelatum sine cōsensu capituli,præbet iustum titulum præscribendi, si tamen emptor credebat capitulum prælato consensisse, quod in dubio credidisse præsumitur,vt ita no.extrà de rebus ecc.non alie.c.1.in cle.per Pau.de Leaz.

7 Licet emphyteuta cessaret mille annis in non soluendo canonem,non tamen præscriberet, nisi interuerteret possessionem dominij sibi contradicendo,vt no.ti.de emphyt.§.nunc aliqua.ver.44.in Spec.& C.de præscri.30.vel 40.an.l.incipit,Quis non perdit,&c.

8 Præscriptio non extenditur vltra illud, quod probetur possessum,cū sit odiosa,vt no.extrà de deci.ca.tua p Inn. ff.de itin.actūque priua.l.j.§.si qs in hoc.p gl.ordi.& Bar.

9 Defraudata gabella nō pōt quæri post quinquennium, quoniam per dictum tempus currit præscriptio.argu.C. de vectig.l.2.& no.ff.de rerum diuisio.in rubri.per Bald.

10 Si quis vendat quicquid iuris habet in fundo,& totum fundum tradat,procedit vsucapio,secus verò si vendat,& tradat generaliter quicquid habet in fundo.argumen.ff. de acquiren.poss.l.locus,vt no.ff.pro empt.l.emptor.per Bartolum.

11 Licet fines prædiorum præscribātur,extrà de præscri. c.indicante.41.q.4.volumus.& de probat.c.ex.literis.nō tamen præscribuntur fines prouinciarum vel diœcesis, vel ea quæ limitibus adhærent.de probatio.capi.cùm causam.& de paroch.c.super eo.Et tangitur ratio de deci.ca. cum sint homines.in fi.itaque no.ti.de præscri.§.qui no. in fi.per Hosti.in summa.

12 An diuisio prestet titulum prescribendi,& qualiter,& in qua parte.vide no.per.Bartol.ff.de vsucapion.l.si per errorem.& an trāsactio,vide ff.pro empto.l.finali.p eundē.

13 In præscriptione seruitutis requiritur vsus, scientia & patientia aduersarij.C.de seruit.& aqua.l.2.Et est ratio,qa præscriptio nō procedit sine possessione, vt ff.de vsuc.l.sine possessione.sed in seruitutibus quasi possessio nihil aliud est quàm patientia domini.ff.de seruit.l.antepenul. & l.quoties.§.fina.igitur,&c.& ita nota.ff.de aqua plu.arcen.l.1.§.denique.per Bart.& de iti.actuque priua.l.1.§. hoc interdi.per eundem.

14 Per prohibitionem aduersarij interrumpitur seruitus naturali interruptione,argu.ff.de vsuca.l.naturaliter.& ibi no.p Ba.& ita no.C.de ser.& aqua.l.2.p gl.ord.positā sup verbo,interdictus.Et hoc verum,si prohibitus obtemperet prohibitioni,Secus verò si non obtemperaret prohibitioni, sed postea continuaret vsum seruitutis.argu.ff.de vsufru.l.arboribus.§.fin.& quod ibi no.in gl.fin.& d.l.2. super dict.ver.interdictus.

15 Personalis seruitus hominis præscribitur 30. annis, si nō possit fieri fides de libertate originali.C.de agri.& cēs. l.cum satis.Si verò possit fieri fides de libertate originali nunquàm prescribitur seruitus contra hominis libertatē C.de præscri.longi tempo.quę pro liberta.in rubro.& l.fi.e.ti.vt no.extrà de Iude.c.præsenti,per Henrich.Boich. secundum Hosti.ibidem.

16 Licet suus in præscriptionibus non possit allegare titulum pro herede,potest allegare errorem instrumēti, dicēdo ꝙ pater possidebat tanquā dominus,& ꝙ ꝑ tali tenebatur.Qui quidē iustus error habetur pro ti.ff.de vsucap. l.Celsus.& etiam ibi no.per Bar.in prima oppositione.

17 Subditus non potest contra suum superiorē obedientiam præscribere,ext.de p̄scri.c.cùm nō deceat.& c.cū ex officij & de iudi.ca.nulla ratione.nec ea q̄ p subditum p̄stari debent superiori in signum subiectionis.C.de p̄scri. 30.vel 40.annorum.l.competit.& ibi no.per Cyn.& doct.

18 Debitor qui scit se teneri actione personali, nō dicitur malæ fidei possessor,vt impediatur præscribere, quando nihil abest creditori, vt est in actione iniuriarum,furti,& in similibus actionbus pœnalibus.Si verò creditori abest, siquidem debitor non habuit animum satisfaciendi, vtpote,quia quamuis fuerit interpellatus etiam extra iudiciū, & tamen non satisfecit.tunc noō potest præscribere, quia videtur in mala fide agere, igitur, &c.iuxta ca.fi.extrà de præscri.quod generaliter loquitur. Tū quia aut detinet debitum alterius cum aliena iactura,cùm actio personalis dicatur esse in bonis nostris. ff. de acquir.re domi.l.rem in bonis.& de regulis iur.l.qui actionem.vnde cum eadē sit ratio hæc,quæ est in præscriptione rerum, igitur, &c. Pro quo facit quod notatur per Dy.extrà de regu. iur.ca. locupletari.in fi.vbi dicit,ꝙ credit, qui recepit confessionē non numeratæ si pecuniæ, si pecunia non fuerit necessaria,non potest præscribere biennio exceptionem non numeratæ pecuniæ de æquitate canonica.Si verò debitor habuit animū satisfaciēdi,sed quia non fuit, interpellatus non soluit,potest p̄scribere,quia tunc non dicitur in mala fide,ex quo creditor passus,&c.& ita intelligitur quod notatur per Host.in summa,tit.de præscrip.§.quæ res.ver.1. & ff.de vsuca.l.sequitur.§.si viam.p Bar.& ita vt suprà notatur plene extrà de præscri.c.si diligenti.per Hen.Boich.

19 Iurisdictio prescribitur longo tempore annorum decē vel viginti cum titulo,ad instar aliarum seruitutum,ar.C. de præscri.longi temporis.l.fi.in fi.Sed sine titulo requiritur tantum tēpus,ꝙ non extet in contrarium hominum memoria.argu.ff.de aqua quotid.& ęsti.l.hoc iure.§.ductus aquæ.& de aqua plu.arc.l.1.§.fi.& ita no.per Pet.Iac. in tit.super iurisdictione.ver.decimò Ponit.Et nota.C.de emancip.liber.l.1.per Cy.& Bar.de Sali.& vna cum vsu iure requiritur etiam scientia & patientia illius, cōtra quē iurisdictio præscribitur,vt notatur ff.de aqua plu.arcen.l. 1.§.denique.per Bar.seu officiorum suorum.

De materia huius rubricæ, vide suprà, in verbo,citatio.& in verbo,litis contestatio.

54 *Stylus, & consuetudo.*

1 VAsalli hodie de consuetudine possunt sine consensu dominorũ dare in emphyteusim loca inculta & erema, vt no.tit.de cond.ex lege eadem.c.imperialem.§.calli dis.per Pe.Ia.in summa libellorum suorum.

2 In generali mandato veniunt ea, quæ sunt de consuetudine cõtractus seu actus, de quo agitur arg.ff.de aqua plu. arc.l.si prius.§.primo.& de ædilit.edict.l.quod si nolit.§.assiduа.itaque nota. ff. de his quæ in fraud. credi. l. fina. per Bartolum.

3 Stylus curiæ seruãdus est.C.de veteri iure enucle.l.1.§. sed & similitudinẽ.quoniam si infringatur,non valet quòd agitur.C.de diuer.rescri.l. sacri affatus & de di.offic.l.probatorum.lib.12.

4 Sed ad introductionem cuiusuis consuetudinis non requiritur scientia superioris, quicquid fuerit aliàs opinatum in contrarium ab aliquibus, vt est tex.expressus extrà de consue.c.1.lib.6

5 De generali cõsuetudine plati dant in emphyteusim res ecclesiæ indistinctè,cum consensu capituli,vt not.C. de sac.sanct.eccl.in fi.tit.per Azonem in summa.

6 Consuetudo,quę absorbet ius priuati,non valet,vt putà,quòd communitas vtatur lapidicinis Titij pretio non soluto,vel etiam soluto,si lapides sint sibi necessarij.ff.cõ. præd.l.venditor.§.si constat.& ita not.extrà de constit.c. cùm omnes.per Io.And.vide Inn.de consue.in rub.

7 Consuetudo semper debet per partem opponi & probari cùm in facto consistit,extrà de consti.c.1.libr.6.nisi esset notoria,quo casu iudex debet supplere,extrà de consuetu. c.cùm inter.in fi.& de testa.c.Raynaldus.& de relig.c.cõstituens pro quo facit q̃ no.per gloss.C. qui, & aduersus quos.l.1.& no.ff.de procur.l.filius fam.§.veteran.per Bal.

8 Consuetudo laicorum non ligat clericos nec ecclesiam vt no.extrà de consti.c.cum in ecclesiarum, vt no.Io. Fabri in dicto §.ex non scripto.ver.item consuetudo. Insti. de iure natur.genr.& ciuili.nisi fuerit tam inter clericos quã laicos communiter obseruata,quia tunc ligaret etiam clericos,vt no.de consti.c.quæ in ecclesiarũ.per Hẽ.Boic. in 1.distin.in fin.Et præsertim non ligat clericos quantũ ad personas,sed bene quo ad bona,vt no.per Pe.Ia.in ti.de condi.ex leg.pro legit.vide optimum text.in c.cùm venis sent extrà de eo qui mitt.in poss.causa rei seruan.

9 Ille qui simpliciter egit, videtur omne ius suum in iudicio deduxisse,siue,sibi competat de iure communi,siue de consuetudine,siue ex statuto minicipali, vt no.Inn.extrà de sepul c.significari.Et ita ad substantiam libellorũ,actor non habet necesse exprimere consuetudinem,sed sufficit allegare & exprimere ius ex ipsa consuetudine quæsitum, siue competens,licet postea debeat consuetudinem in articulis proponere & probare,vt no.C.de epis.& cleric.l.generaliter.per Pe.de Bella pertica,& Bal.

10 Consuetudo potest dicere tria,scilicet actum frequentatum.C.de epi.audi.l.2.& de iure fisci.l.facultas.lib.10.& habitum generatum. Insti.de rer.diui.l. pauonum.& ita quasi prædicta natura de qua consuetudine loquitur insti. de iure naturali.§.constat.& ff.de libe. & posthu.l.si quis posthumus. & etiam ius ex vtroque collectum. de quo loquitur C.quæ sit long.consue.per to.ti.

11 Consuetudo loci contractus seruanda est etiam quo ad forensem ibidem contrahentẽ.ff.de vsuris.l.1.de euictio. l.vt fundus.si tũ enormiter lædatur ex ignorantia ꝓbabili, põt petere restitutionem in integrum ex generali clausula si qua iusta,&c.vt no.Inn.extrà de consue.in rubrica,

12 Consuetudo cõtra legẽ vel canonẽ ꝓcipientẽ vel ꝓhibẽtẽ non valet,vt no.extrà de offi.ordi.inter cetera. & de treu.& pace ꝑ Ho.& extrà de consue.c.fi.per Hen.Boich.

13 Consuetudo non valet contra ius positiuum, si sit irrationalis,vt c.mala consuetudo.8.dist.& c.seq.& de consue. c.fi.in fi.Et etiam ita no.ibi per Hen.Boich. Et quæ dicatur rationabilis vel non arbitrio iudicis relinquitur,vt ibi per eundem.

14 Positiones ex quibus indicitur seu probatur consuetudo ex qualibet.Et primo,quod intra 10.annos fuit sic iudicatum saltem bis.

15 Secundò,quod intra decem annos libelli querimoniarũ fuerunt pluries repulsi saltem bis, vtpote pro portione priuatorum super viis publicis inde tollendis.

16 Tertiò,quòd intra 10.annos fuit iudicatum pro cõsuetudine,id est,consuetudinem de hoc fore,vel sententia ex allegata consuetudine causata,& per consequens fuit intra dictum tempus semel obtentum in contradictorio iudicio pro consuetudine,ff.de legi.l.cùm de consuetudine.

17 Quarto,quòd ita fuit frequentatum & vsitatum inter ciues longo tempore,etiam intra & extra iudicium,& per consequens præscriptum,quoniam isti populi actus extra iudiciales etiam sunt declaratorii taciti consensus populi. C.quæ sit long.consuetu.l.1.& no.extrà de consuet. super rubrica.& de verb.sig.c.abbate,per Inn.& Ho.vtrobique.

18 Quintò,quòd fuit actum & obtentum perpetuò inter ciues per tempus, de quo non stat in contrarium hominum memoria.

De materia huius rubricæ, vide infrà, in verbo, causæ cognitio.

55 *Et statutum.*

1 STatutum & cõsuetudo ciuitatis,vel regni porriguntur ad loca & territoria postea adiuncta.argu.C.de iure do. l.etiam.& ita no.ibi in additio.per Cyn.de quo dic vt not. C.quæ sit long.consue.l.2.37.quæstio.per Barto.

2 Statutum laicorum non ligat clericos.extrà de constit. ca.ecclesia sanctę Marię.& no.per Pet.Iacob.in titulo.de condi.ex l.pro leg.1.ver.replicat actor.

3 Nõ valet consuetudo, si fit contra publicam vtilitatem quemadmodum eiam non valet rescriptum principis cõtra publicam vtilitatem impetratum.C.si contra ius vel vtilita.pu.l.fi.nam talis consuetudo potest dici consuetudo mala,quæ per consequens derogat iuri.8.dist.c.mala autem consuetudo.& capitulo sequen.& ita nota.extrà de consue.c.fi.per Hen.Boich.

4 Legitima potest per statutum municipale diminui, & etiam in totum tolli,vt nota.per Pet.Iac.in titu.de condi. ex l.pro legit.filio debita versi.item ponit reus quod statutum.

5 Princeps ligatur cõsuetudine suorum subditorum. idẽ ea vti in illo territorio.ar.ff.quod vi aut clam.l.3.§.planè. & ad muni.l.Lucius.§ fin. & C.de serui.& aqua.l.fi r..agnate.vt no.Instit.de iur.na.§.ex non scripto.per Ioan.Fabri.

6 Statutum quo prohibentur victualia extrahi de aliquo districto non ligat eos qui per districtum illum transeuntes de alio loco alibi transferunt victualia.arg.C.de ædifi. prima.l.si quis post hanc.in fin.& ita not.ibi per Cynum.

7 Per consuetudinem.10.annorum acquiritur in populum quamuis iurisdictio habeat discõtinuam causam arg. ff.comm.præd.l.venditor.§.si constat,dum tamen populus sit talis,qui faciat vniuersitatem habentem syndicum & consules. Alius verò populus qui non potest facere legem non scriptam,seu statutum.non potest introducere consuetudinem,vt not. per Petr. Iacob. in suo libellario per ti.de confessoria in rem actione.in conclusione quæ quærit qualiter iurisdictio præscribatur, & titul.de fer.peco.pasc.circa fi.

8 Si specialibus personis præiudicet consuetudo,illorum consensum interuenire oportet,nec interuenire præsumitur,nisi manifesto iudicio cõprobetur,vtpotè quia recepit pretium,&c.vt no.extrà de consue.super rub.per Inn. vnde consuetudo quæ tollit ius priuati non valet, vtpote quia aliqua communitas vtatur lapidicinis Titii pretio non soluto,vel etiam soluto,si lapides sibi sunt necessarij. ff.commu.prædi.l.venditor.§.si cõstat.quæ sic debet intelligi,vt no.extrà de consti.c.cùm omnes. per Io. Andr.de quo vide per Pe.Ia.tit.de seruitute pecorum depascen.

Quamuis

9 Quamuis consuetudo in peccatis non valeat, extrà de consue.c.cum tanto.& in authen.vt nulli iud.§.1.attamen excusat à peccato,vt extrà de spõ.duo.c.fi.& de postu.prela.c.fi.lib.6.nisi tale peccatum sit directè contra naturam, vt peccatum sodomiæ,quia tunc non excusaret.32.q.7. flagitia.& extrà de postu,præla. cap.clerici.& ita no.extrà de tempo.ordi.ca.sanè.per Henr.Boich.

10 Valet consuetudo quòd credatur nũcius deputatus ad custodiam contra deprædationes fructuum, vel animalia in prædiis alienis immittentes.ar.C.de accus.l.ea quidem. vt no.tit.de accusa.§.1.in fi.in Spec.

56 *Expensæ, & fructus.*

1 IN condemnatione expensarum,quæ veniunt ex contumacia, non requiritur partis petitio.ff.si quis ius dicen. non obtẽpera.l.1.quoniam ad contumaciam propulsandã omnia remedia sunt parata,secundum Bald.ibidem.

2 Iudex potest citato super expectatione facere gratiam non tamen super expen.vt nota.Host.in summa, extrà de offi.dele.§.qui delegari.versi.breuiter.& Inno.extrà eod. tit.c.consuluit.

3 Iudex non tenetur cõdemnare victũ victori in expensis,nisi fuerint petitæ,licet hoc sine petitione facere possit si velit,vt no.ff.de dã.infect.l.4.§.hoc aũt iudiciũ.per Bar.

4 Iudex qui omisit debitam condemnationem expensarum apertè petitam, tenetur parti læsæ de propria bursa sua restituere & resarcire.C.de iudi.l.properandum.§.fin autem alteutra.& l.sancimus.habet tamen regressum cõtra illum quem debuit condemnare. C.de coacto.tribu.l. penul.ita no.in alleg.§.postremò.versi.illud etiam notandum.in Specul.

5 Propter cõtumaciã veniunt expensæ & etiam damna extrinseca,vt no.gl.ff.si quis ius dicen.non obtempe.l.1.§. 1.gl.hoc no.ver.item propter damna.& facit C.de iudi.l. sancimus.& de fruc.& litis expen.l.fi.ratione verò temeritatis vel victoriæ veniunt expen.tantummodo,& non dãna extrinseca l.properandum.§.finautem.C.de iudi.

Iudex non debet,nec potest condemnare in fructibus, damnis vel interesse quæ accessoriè veniũt, nisi expressè petantur,nisi in interdicto vnde vi ratione violentiæ,& in petitione hæreditatis ratione vniuersalis iudicij,vt no.extrà de resti.spol.c. grauis.per Inno.

6 Expensæ quæ debentur rõne contumacię,non possunt peti post annum,nec datur earum petitio contra heredem quia pœnale est ex parte contumacis iudicium.ff.si quis ius dicen.l.1.§.fi.secundum vnam lecturam.1.gl. quod verum intelligo,nisi essent in condemnatione deductæ,quia debentur tunc actione iudicati quæ est perpetua.

7 Expensis domini debet fieri aduersario copia procurationis.argu.ff.quib.ex cau.l.2.§.defendi.& ibi not.ꝑ Bart.

8 Si appellatus qui obtinuit in causa principali, postea in causa appellationis ex eisdem actis succũbat,debet in expen. veriusque causæ condemnari,quia tunc est in errore iuris,secus si ex nouis probationibus in causa appellationis succumbat, quia tunc est in errore facti, qui excusat. extrà de regu.iur.capi.ignorantia.libro.6.& ibi nota.glos. Ioan.Andr.in glossa.& idem not.C.de reb.credi.l.generaliter.per Barto.

9 In cõdemnatione expensarum patrocinium quod Iuaꝝ nisperitus adhibuit in causa propria,debet æstimari in tantum,quantum ipse in alium aduocatum pro patrocinio expendisset,vt ita not.Spec.tit.de expen.§.postremò.ver. quid si ab emptore.in Spe.

10 In condemnatione expensarum non debet æstimari patrocinium, quod victor habuit ab aduocato suo gratis, absque spe tamen remunerationis,aliàs verò secus, vt no. in alleg.§.postremò.ver.quid si victor.in Spe.

11 Libellus debet offerri expensis actoris.nam oblatio de sua propria significatione dicitur actus realis non verbalis.& probatur in auth.de exiben.reis.§.sancimus. ibi,suscepto libello,&c.& ibi,libellus datus,&c.& ita etiã not. per Pe.Ia.ti.constituta pecunia,in summa libellorum.

12 Arbiter potest cõdemnare in expensis, & fructibus,& alijs accessoriis,& tantum solutioni apponere, licet non fuerit dictum in compromisso,quia ita sunt compromisso contigua,vt not.extrà de arbi. c.ex parte.& Spe.co.ti. §.fi.versi.sed cum suprà.

13 Si procurator litis dominus effectus propter contumaciam suam condemnetur in expensis, debet de bursa sua expensas soluere no.Specu.ti. de senten.execu.§.sequitur. ver.sed quid si procurator.Circa quod vide nota.ff.de re iudicata.l.4.in princip. & de.leg.2.l.qui solidum.§. etiam. vtrobique per Bartolum.

14 Si quis appellauerit à sententia continente articulos iustos,& etiam iniustos,debet fieri compensatio expensarũ, quoniam debet iudex appellationis iustum articulum ab iniusto separare.extrà de testamen.c.Rayn.& ita not.de dolo & contuma.capi.sententiæ.per Innocentium.

15 Expensæ veniunt in criminalibus ratione victoriæ, vt not.C.de his qui accu.l.2.per Cyn.& Bartholum.de Salicet.& ff.ad Turp.l.per Bartolum.

16 Pactum de stando creditori super eius simplici verbo, vel iuramento,intelligi debet arbitrio boni viri.arg.ff.de oper.libe.l.si libertus.& de arb.l.pe.& C.de do.promissio l.postea.& quod ibi not.glossa.itaque etiam not.ff.de pœto.stipu.l.fi.per Bar.& ibidem latius vide Alberic.& argu. iusiurandum quod ex conuentione.in prin.ff.de iureiur. Io. Andræ.in capi.statutum.§.accessorum.extrà de rescri. libro.6.glossa.in clemen.

17 Iudex delegatus prius debet condemnare in expensis & interesse,quam pronuntiet literas suæ commissionis non valere,cum facta pronuntiatione desierit esse iudex. arg.extrà de offic.deleg.capi.in literis.& ita no.Speculum titu.de expensis.§.iuxta.versi.nono.& Ioã.An.de rescrip. cap.fi.quod intelligo ex interuallo.

18 Si iudex pronuntiet contrà excipientẽ propter inepti tudinem,vel probationum defectum,tacito de expensis nihilominus potest eodem durante iudicio excipientem condemnare in expen.omissis,vt not.in ca.pia.de excep. libro.6.per Archi.& tit.de except.§.2.versi.sed quid si iudex.in Speculum.

19 Si litigator cui per apertionem testium,vel productionem instrumentorum apparet non fouere bonam causam desistat à lite,euitabit condemnationem expensarum.ar. ff.de iudi.l.desistere.versi.planè.ff.depositi.l.si quis inficiatus.quod est verum in reo,vt ibi,secus in actore qui explorare,& certus esse debet antequam experiatur. ff.de re. iur.l.qui in alterius.& ita etiam ibi no.per Bar.& extrà e. titul.cap.cum in ius.per Io. Andræ.

20 Ille qui in causa principali omisit petere expensas,potest in causa appellationis eas petere tanquam ex nouo articulo.no.ti.de te.§.8.versi.illud autem.in fi.in Speculum.

21 Valet petitio fructuum, licet sit incerta, vtpote, peto fructus ex tali fundo perceptos.C.de senten.quę sine cer. quanti.l.2. quod intelligo si dicti fructus accessoriè veniant,seu petantur,quia quis non tenebitur ea primere in libello ea quæ accessoriè veniunt,siue sint accessoria iuris siue rei,siue actionis, vt not.extrà de excessi.præla.capitanta.per Innocentium.

22 Expensę factæ in curatione equi commodati, non repetuntur per commodatarium si sint paruæ,sicut nec alimenta,secus verò si fuerint expensæ magnę, vt not.ff.solu.mat.l.si fundum.§.fi.per Bar.

23 Procuratores fiscales,& alij officiarii principũ, vexantes calumniosè ex officio subditos,debẽt cõdẽnari in expẽsis,& eas soluere de proprio.ar.ff.de excu.tut.le.seueriter vt no.C.in quibus cau.tut.haben.l.non est per Ioa. Fab.

24 Quis præsumitur velle facere expen.in consanguineum de ipsius bonis,qñ eius bona & patrocinium administrat, vt no.ff.de nego.gest.l.Nesennius.& ibi nota. in glossa.ordi.ꝑ quo facit ff.de pet.hæreditatis.Secus verò si nõ administrat eius bona, quia tunc videretur velle facere ex-

penſas de ſuo proprio,& donare velle, vt C.de nego.geſt. leg.alimenta.

ADDITIO

d In condemnatione. Adde Guido.Pap.ſing.ccl.

*57 Et intereſſe.*

1 LIcet ad intereſſe ſufficiat petitio generalis,iuxta no.ff. ſi cer.pe.l.certi condictio.in prin.attamen in proceſſu cauſæ eſt neceſſaria ſpecialis ſpecificatio,& probatio ipſi⁹ intereſſe.Inſti.de actio.§.curare.& ibi p gl.& doct.& no. ff.de ver.ob.l.ſtipulationes nō diuidūtur.circa fi.per Bart. & in alle.l.certi condictio.per eundem.

2 Opinio gl.ordinariæ,vel vnius doctoris authentici.relet a condemnatione expenſarum,vt no.extrà de ſen.exc. c.ſacro.per Pe.de ſanxo.& per Hen.Boich.& ff.de bo.libe. l.qui cum maior.per Bart.& eſt ratio, quia doctor habet authoritatem à iure leges ſubtiliter interpretandi.C. de profeſ.qui in verb.Conſtan.l.1.lib.10.

3 Venditor tenetur emptori ad ſumptus litis rei vēditæ, ſiue vincat,ſiue ſuccumbat,vt no. Bal.poſt Bar. & Gul.de Cug.ff.de procu.l.qui abſentem,fi.quæſtione.

4 Fideiuſſor q ſuccubuit, poteſt à debitore principali re petere ſumptus litis p actionē mādati.C.manda.le.etiā.& ff.e.ti.l.ſi mādato meo.§.ſi fideiuſſor.poterit ēt ab eo pete re lite pēdēte, vt ſibi miniſtret pecuniā pro expenſis,quia eius negotium gerit.ff.manda.l.ſi verò non remunerandi. §.fi.ita not.ff.de fideiuſſor.l.exceptione. fi.quæſt.per Bar.

5 Quantitatem quam debitor ſoluere debebat certa die, ſi poſt idem offerat,nō tenetur creditor recipere ſine intereſſe ſuo.ff.de ſol.l.ſolidum.& ibi no.per Bar.& ſic per conſequens non inducitur purgatio moræ.&c.

6 Illud q̄ tātū ſemel percipit,nec renaſcit, nō debet eſſe fru.ff.ſol.matri.l.diuortio.§.ſi virī fundo,& vide ibi Bar.

7 An ſi definat intereſſe,definat actor petere, diſtinguit, vt no.ff.ſi quis cautio.l.qui autem.§.1.per Bal.

De materia totius huius rubricæ,& præceden. vide ſuprà,in ver.procurator.& in verb.ſequeſtratio. & infrà, in verb. conſultatio.& in verb.appellatio.

*58 Proceſſus. & acta.*

1 ACta iudicialia non poſſunt probari,niſi per ſcripturā. C.de app.l.à proconſulibus.& extra proba.c.quoniā, contra ſi tamen erratū fuerit in ſcribēdo,poterit error per teſtes probari,vt nō.in allega.c.quoniam. per Inno.& C. de teſta.l.error.per Cy.

2 Si per publicationem proceſſus criminalis appareat reū abſoluendum,debet ſtatim à carceribus liberari.C.de exhi.reis.l.2.quem tex.alleg.& ſingulariter ad hoc commendat Bal.ff.de in ius voc.l.ſed ex his.

3 Proceſſus factus contra exemptum, valet quòd ad punitionem contumaciæ,& ſic loquitur ff.de iudi.l.ſi quis ex aliena.& quod no.ff.ſi q̄s in ius voca.l.2.& extrà de reſcri. ad fi.niſi eſſet exemptio notoria,quia citatus notorie exēptus non tenetur comparere,vt no.Inn.extrà de ver.ſig.c. ex parte.in gl.ſed nonne.in fin.& no.extrà de iudi.c.2.per Henr.Boich.ſed non valet proceſſus quò ad cognitionē negotij principalis,etiam ſi ſit talis cauſa,in qua poſſit procedi lite non cōteſtata.Sed habet locū,quod ſentētia ab incompetente iudice lata nō tenet.C.ſi à nō cōpet. iudi.l.fi. & extrà de reg.iur.c.ſcienti.lib.6.in nouella.per Ioa.And.

*59 Renuntiatio.*

1 IN cauſa criminali nō pōt renūtiari defenſionibus, nec appellationi,vt no.gl.ff.de pact.l.pactū.& ibi no.per Bal.

2 Renuntiari non poteſt illis quæ ſunt de ſubſtantia ordinis iudiciorum,vt libelli oblationi,litis cōteſtationi,& q̄ ſententia feratur in ſcriptis.no.gl.2.in fin.extrà de offi.deleg.c.de cauſis.& ibi per Hen.Boich.latè.& Hoſti.in ſumma de renun.§.qui poſſunt.verſi.ius verò humanum &c. & in Spe.tit.de ſen.prola.§.iuxta. ver.quid ſi procurator, &c. hanc concluſionem quatenus libellum &c.concernit, limita iuxta not.ſupra in verbo,libellus.in concluſione quæ incipit,licet libellus.

3 Poſt renuntiationē & cōclusionē in cauſa poſſunt ꝓduci inſtrumeta de nouo reperta,vt no.gl.in l.adm onēdi.ff. de iureiuran.ſecūdum vnam lecturam. & ita not. ibi Bar.

4 Poſt concluſionē in cauſa arbitrij factam poteſt ſententia ferri in abſentia partis.argu.C. de adulte.l.quamuis.ita no.Cy.fm Ia.de Are.& Pe.C.de epiſ.audi.l.ſi q̄ ex cōſēſu.

5 Renuntiatio iuris præſentis non requirit præſentiā partis aduerſæ.arg.C.de pact.l.poſt quàm liti.& not.per Inn. Hoſt.& Io.And.ext.de renūn.cap.veniens.& ita intelligit gl.ff.de libera.lega.l.nō ſolùm.§.liberationis.verba,vt no. ff.ſi quis cautio.l.ſed & ſi quis.§.quæſitum per Bald.ſiue talis renuntiatio fiat in iudicio,ſiue extra.C.qui accuſa.nō poſſunt.leg.accuſationem. & ff.de acqui.hære.l.2.& l.is qui.& extrà de preſcri.cap.pen.& no.extrà de confe.c.ex parte.per Hen.Boich.

6 Si debitor renuntiauerit exceptioni declinatoriæ fori, fit remiſsio in contractibus, ſecus in delictis.ff. ſi quis in ius voc.l.1.& ibi glo.& ita etiam ibi no.per Bal.

7 Renuntiatio generalis filiæ de omni eo quod habet in hæreditate paterna dum maritatur &c.non nocet, niſi ſibi oſtendatur teſtamentum intelligibiliter.ff. de tranſact.le, de his.& ibi no.per Guli.de Cug.& Bal.poſt eum ibidem in ſibi relictis in teſtamento patris.

8 Quittatio ſeu renuntiatio non priuat quittātē à domi nio rei quittatæ.ff. de acqui.poſ.l.ſi quis.§.differentia.& C.de tranſac.l.ſi pro fundo.vt no.ff.de acqui.poſ.l.naturaliter.§.1.per Bar.ver.ſumus expediti.prima quæſt.niſi in quittatione poneretur verbum concedo,vel ęquipollens, vt no.ff.pro emp.l.1.per Bar.

9 Ille qui petit à iudice inducias ad ſoluēdū,vel aliàs corā ipſo ꝓcedit a quo appellauit,vel appellare potuit,videtur tacitè factum iudicis approbare,& appellationi renūtiare. C.de iudi.l.ad ſolutionem.& ita no.per gl.ordin.& no.extra de offi.iudic.delega.c.gratum.per Hen.Boich.

10 Renuntiatio bonorum paternorum facta contemplatione fratris,non nocet filiæ renuntianti alio inſtituto hērede quam fratre.arg.C.ad Vellei.l.iubemus.& ff.de pact. l.ius agnationis.& ibi no.Guli.de Cug.& Bal.poſt eum. & C.de col.bo.li.1.per eundem.

11 Renuntiatio ſucceſsionis paternæ facta per filiam,non nocet nepotibus ex ea natis,cum alijs nepotibus ſuccedere volentibus, quia veniunt ex ſua perſona, ſecus ſi velint ſuccedere cum patruis,quia tunc veniunt ex perſona matris.ita no.ff.de acqui.hære.l.quæ ſuperſtitis.per Bar.& C. de inoffi.teſta.l.ſi quis.per Io.Fab.

12 Ad valorem teſtamenti paterni nō eſt neceſſe filiæ quæ bonis paternis renuntiauit,aliquid relinquere iure inſtitutionis,vt no.ti.de condi.ex lege.tamen debeſ ſecundū numerum liberorum.ver.ſed nunquid per Pet.Ia.in libel.

13 Renuntiatio facta in cauſa principali non porrigitur ad cauſam appellationis,niſi expreſse fuerit dictum.no.in authon.at qui ſemel.C.de teſti.per Bar.

14 Renuntiari non poteſt legi prohibitiuæ,vt no.C.de dona.l.ſi quis pro redemptione.§.fi.per Cy.

15 Renuntiari non poteſt iuribus introducentibus formā in actibus hominum.ff.de leg.1.l.nemo poteſt,& no.ff.de dona l.Modeſtinus per Bar.

16 Renuntiatio generalis de omni iure competenti & cō petituro,valet ſpecificatis quibuſdam.C.quando mu.tu.l. fina.& authen.ibi poſita ita no.extrà de renun.§.2.verſic. quid ergo.in ſumma per Hoſti.

17 Ille qui promiſit ſtare ſententiæ qualiſcunque erit,videtur tacitè renuntiare appellationi,vt not.ff. de pact.l. tale pactum.§.qui prouocauit.per gl.& Bal.

18 Poſt renuntiationem & concluſionem poſſunt produci teſtes,vbi criminaliter agitur,vt no.C.de teſti.authen. at qui ſemel per Bar.

19 Renuntiatio hæreditatis futuræ facta metu, vel nimia reuerentia, non valet etiam in effectu cum iuramento, iuxta



iuxta no.per gl.ordin.& Bal.ff.quarum rerum actio.l.1.§. quæ onerādæ & ff.de pac.l.pacta.§.ſi ante aditam per Bal. quia ſup tali iuramento pōt peti diſpenſatio,vt no.p eum dē.C.de colla.l.pactū & no.p Pe.Ia.tit.de cōdi.ex lege, qā ſecundum numerum liberorum.verſi.ſed an ille filius.

20 Renuntiatio iuris futuri non valet.ff.de lega.2.leg.ſi ita ſcriptum.§.1.& quorum leg.l.1.§.quod ait.niſi tranſeat in pactum expreſſum.C.de pact.l.1.vel ſaltem tacitum.ff.de pac.l.tale pactum.vel niſi fiat iudicialiter.ff.de bo.dam.l. 1.vt no.in all.§.quæſitum.per Bal.

21 An verò talis renūtiatio cōfirmeē iuramentoē ſigna in repetitione auth.ſacramēta puberū,&c.C.ſi aduerſ.vend.

22 Renuntiatio filiæ facta de bonis paternis, non impedit eam capere fraterna bona,quæ quōdam fuerunt paterna, quia alia eſt hæreditas patris,alia fratris.argu.ff.de Carb. edi.l.3.§.ſi is qui.verſi.planè.& de hęre.vel act.l.3.§. illud poteſt.& ibi no.per doc.

23 Per renuntiationem futurę hæreditatis paternæ iuratā filia excluditur etiam à legitima & eius ſupplemento, vt no.Pet.ſac.ti.de condictio.ex lege quando ſeruus.verſic. ſed quid erit ſi filius.& ver.ſed an ille.

24 Exemptus priuilegio fori renuntiare non poteſt tacitè vel expreſsè ſine licentia Papæ,quoniam dictum priuilegium reſpicit etiā fauorē ſuperioris,q̄ eſt, ne ſuus ſubditus ab alio iudicetur facit ad Roma.14.c.& 2.q.1. moueri.&c.multi.& de iureiur.ca. nimis.& de arbit. cum tempore,,ꝑ quo facit q̄ Archiepiſcopus omiſſo appellationis articulo non cognoſcit de principali etiā cōſentientibus partibus,vt extrà de foro cōpe.c Romana.in prin.lib.6.& ibi no.extrà de reg.iur.c.ſcienti.in nouella.p Ioan. Andrę.

25 Renuntiatio filiæ facta vni ex fratribus præſenti & recipiēti.&c.,pficit alijs fratribus oībus.q̄ eſt verū, niſi appareat p̄ſumptio donationis in recipiēē collatæ.ff.de donat. l.in ędib⁹.ver.veluti.& C.de pac.l.ſi actionē.& l.creditori. in 2.gl.& ita no.C.de collatio.l.2.ver.octauò q̄ro.p Bald.

26 Si quis renuntiet,vel remittat omne ius quod habet vel habere ſperat,intelligitur,ſperat,ſcilicet,ex cauſa de præſenti,vel præterito,& non de futuro,de quo cogitare non potuit,vt no.ff.de ver.oblig.l.qui Romæ. §. duo fratres. & de adul.l.ſi vxor,§.diuus.per Bar.& pro hoc eſt glo.no. in l.quod ſeruus.in ver.item.ff.de condi.ob.cau.quam ad hoc notant ita Bar.& Ang.cùm dicit,ſed nos præſens tempus.ad hoc facit ſecundū Bar.l.1.& 2.ff.de ſta.lib.verſi.ſed quiliber poſsit ſperare libertatem,tamen non dicitur ſtatu liber niſi ſperet ex iure præſentialiter competente. facit ad hoc §.eſt autem.Inſtitu.qui.mo.tolli.obliga. & leg. Aquilia.ff.de tranſactionibus.

De materia huius rubricæ vide ſuprà,in verb.iuriſdictio. & in verbo appellatio.

*60 Concluſio,& allegationes.*

1 POſt concluſionem factam in cauſa,non poſſunt fieri allegationes iuris in actis curiæ redigendæ.ita nota.per Bal.ff.de fer.l.ſi.

2 Poſt concluſionem in cauſa criminali poſſunt ꝓduci teſtes ad innocentiam delati.arg.ff.de pœnis.l.diui fratres.& ibi no.per Bar.

3 Quid ſit concludere,& quid renuntiare,vide no.in ca. 2.extrà de in integ.reſti.lib.6.per Archi.

4 Poſt renuntiationem & cōcluſionem in cauſa poſſunt inſtrumenta produci,vbi ratio æquitatis ſubeſt mouens iudicium.argu.extrà de cauſa poſſ.& proprie.c. paſtoralis aliàs vero ſecus.extrà de fide inſtr.c.cùm dilectus.no.ti.de renun.§.1.ver.& ſcias. in Spe.

De materia huius rubricæ, vide ſuprà in verb. libellus. & in verb. renuntiatio.

*61 Conſultatio,& relatio.*

1 QVando iudex dubius in proceſſu remittit quæſtionem conſulendam. commiſsio fieri debet expenſis vtriuſque partis.Si verò ſit deliberatus pro vna parte, & pro alia conſilium petat,tunc commiſsio conſulendi fieri debet expen.ſolius partis petentis,q̄ ſola ꝑbet cauſam cōmiſsioni.ita no.ff.de adulter.l.ſi poſtulauerit.i pri.p Bart.

2 Iudex vſque ad prolationem ſententię debet vniuerſa diligenter rimari. extrà de fide inſtru.capi.cùm Ioannes Eremita.prope.fi.

*62 Remiſsio.*

1 REmiſsio ad locum delicti non debet fieri ad ſolam aſſertionē requirēdam, niſi de delicto conſtet ex informatione præcedente.ar.ff.de publ.& vecti.l.interdum.§. iidem autem eadem.ibi dum dicit,& aut vxorem corruppiſſe.& no.extrà de rap.cap.1.per Hen.Boich,in fi.ſuę diſtin.& ita etiam not.Oldr.in conſilio incipiente, nomine Regis Anglię,&c. & ſufficit quòd probentur coniecturæ ſufficientes ad capiendum,vt gl.ord.extrà de ſenten.& re iudi.c.paſtoralis.ſuper verb.de more.in fi.

2 Remiſsio ad locum delicti debet fieri, quando locus à quo,& locus ad quem poſtulatur,ſunt eiuſdē dominij & iuriſdictionis.& ita intelligitur quod no.C.vbi de cri.agi oportet.authen.qua in prouincia. Secus verò ſi dicta loca à quo & ad quem,ſunt diuerſæ iuriſdictionis & dominij.quoniam tunc non debet fieri remiſsio de vno ad aliū de iure,niſi hoc haberet contraria conſuetudo, extrà de ſen.& re.iud.c.paſtoralis.in cle.& ita not.ibi per doctō.& præſertim per Pau.de Leazaris.

3 Si iudex domicilii prxuenit iuriſdictionem inquirendo poteſt denegari remiſsio ad locum delicti,vt not.in ca.1. extrà de priui.lib.6. Gem.

4 Iudex domicilij,& etiam alius extraneus iudex poteſt denegare remiſsionē ad locū delicti,ſi delatus in loco domicilij fuerit ꝑuentus nūdendo inquęſtæ, qa vbi cœptum eſt iudiciū,&c. vt no.per Pet.Iac.ſuper arbo.ſucce. Regni Franc.§.eſt aliud.verſi.ſed quid erit ſeruientis principis.

5 Ex confeſsione facta coram officiali remittente, non poteſt quis condemnari ab eo cui facta fuit remiſsio, vt no.ff.de cuſto.reo.l.diuus.per Bar.

6 Pater poteſt remittere iniuriam filio ſuo factam,vt no. gl.ordi.ff.de pact.l.in perſonam. Et idem abbas iniuriam factam monacho ſuo,vt ibi no.per Bal.

7 De leuibus criminibus iudex domicilii non tenetur facere remiſsionem ad locum delicti,vt no.extrà de rapto. c.1.per Bar.Hoſti.Henric.Boich.

8 Remiſsio ad locum contractus non habet locum in ciuilibus regulariter.extrà de fo.compe.c. Roma.§.contrahen.lib.6.Nec etiam in delictis⁹, ſi de eis agatur ciuiliter. vt no.C.vbi de cri.agi oporteat.authent.qua in prouincia per Pe.& Cyn.& eſt ratio,qa talis eſt,quamuis deſcēdat ex crimine,attamen reputatur ciuilis, & ſapit naturam ciuilis extrà de procura.c.tuæ.& de teſti.capit.teſtimoniū §.ſi verò.vt no.extrà de raptori.c.1.per Hēricum Boich.

De materia huius rubricę,vide ſuprà in verbo,renuntiatio.

*63 Sententia.*

1 SEntētia ſimplex habet tacitam relationem ad libellum. ff.de pœ.l.ſi præſes.ſecundum Bal.ibidem

2 Sententia lata ſuper inepto libello eſt ipſo iure nulla, ac ſi eſſet ab incompetente iudice lata. de quo videtur gloſſ. magna in fi.inſti.de obli.in prin.& extrà de emp.& vendi. c.cùm dilecti.vt ita no.ff.de iuſti.& iu.l.ex hoc iure.verſi. ſecundo quærītur.& eo.ti.l.ius pluribus.per Bal.

3 Si iudex cuius eſt iuriſdictio reuocata,ſe pronuntiat iudicem competentem,valebit proceſſus coram eo poſtea factus,niſi fuerit appellatum,vt no.extra de reſcri.c.cæterùm.per Innocentium.

4 Si reus conuentus de ſuo iure probauerit,nedum abſolendus eſt,quinimò debet ſibi res petita adiudicari, ac ſi principaliter egiſſet.argumento.de iureiur.leg. ſed & ſi poſſeſſori.not.Inn.extrà de reſti.ſpol.c.1.9.quæſtione & etiam gloſſa.ff.de proba.l.circa.

5 Sententia quæ tranſit in rem iudicatam præſumitur ritè & ſolenniter prolata,& condemnatus fuiſſe præſens,

& debitè citatus, licet hoc non in ſententia expreſsit, ita not.tit.de ſenten.§.vt autem.verſi.& no.in Speculum.& §.fi.ver.in ſumma.& de fide inſtru.§.reſtat. ver.in ſumma.vide latè extrà de renũtia.capitu.in preſentia.per Henricum Boich.

6 Si actor petierit centũ, & probauerit de quinquaginta tantum, debet fieri cõdemnatio in illa ſumma que probatur, vt no.Cy.C.de litis conteſt.l.1.in fi.q.& in ſumma q̃ non probatur, debet fieri abſolutio, aliàs non valeret ſententia in aliquo.l.vt no.gl.ff.de except.doli.l.apud Celſum §.item quæritur.& ſic tenet Pet.Iac.in tit.de actio.in rem libellus conſuetudine approbatus.in ſumma libellorum ſuo.ver.item actio.circa.fi.

7 Iudex inferior poteſt ſemper grauamen, ſeu interlocutoriam ſuam reuocare, niſi per ſuperiorem ſibi fuerit inhibitum aliquid innouari, vel niſi ipſe iudex à quo detulit arg.extrà.de appel.c.cum appellationibus friuolis.libro.6. vel niſi debitè requiſitus diſtulerit apoſtolos, quia tunc habetur pro differente, & non valet proceſſus per eum poſtea factus extrà e.ti.c. quamuis in cle.ita no.C.ſen.reſcin. non poſſe.l.1.q.1.per.Io.Fab.

8 Vbicunque verba ſententię concipi poſſunt in perſonã procuratoris vel domini, non eſt vis in cuius perſonã proferatur ſententia, vt no. Inno.extrà de elect.c.querelam.& idem ibi Io.An.dicens q̃ parũ valet in hoc ſubtilitas legalis faciens an procurator fuerit litem conteſtatus, vel non. argument.extrà de probatio.c.licet.in fi.

9 Interlocutoria vel ex.eo dicitur, quia iudex tãquã inter partes loquendo eã ſine ſolennitate ſcripturæ pronuntiet, vt ita no.extrà de appel.ca.1.lib.6.& Io.And. de ſenten.& re iudi.cap.fi.eo.lib.in gl.ordi.per Archid.

10 Sententia lata incerta ſuper acceſſorio valet, vtpote ſuper frúctibus reſtituendis, vt extrà de dona.ca.inter dilectos.& ita no.Inn.extrà de exceſſi.pla.ca.tanta.& ti.de ſenten.§.qualiter.ver.Item debet eſſe certa, & c.in Specul.

11 Si iudex exprimat in ſententia vnam cauſam iuridicã, licet expreſſerit alias cauſas contrarias conſtitutionis, nihilominus valet ſententia, vt no.extrà de renunc. c.in præſentia.per Inno.

12 Sententia debet eſſe indiuidua, aliàs eſt nulla ipſo iure, ff.de except.doli.l.apud Celſum.§.item quæritur.quod declara per exemplum, vt no.in ſumma libellorum in rubrica, de rei vendica.libellus de conſue.approbatus.ver.Item actio.propoſi.per Pe.Ia.

13 Sententia diffinitiua lata ſine legitima citatione præcedente etiam pro abſente non citato, nulla eſt ipſo iure, vt no.ff.de re iudi.l.furioſo.per gloſſam ordinari.Sed quid de interlocutoria, vide in le.nec quicquam.§.vbi decretum. per Bal.ff.de offi.proconſ.

14 Sententia abſolutoria lata in iudicio ciuili parat exceptionẽ rei iudicatæ in criminali, ſi cauſata fuerit ſuper non commiſſo, ſecus verò ſi cauſata fuerit ſup crimine pacto rem non probato.vt no.C.ad leg.Aqui.l.2.per Iac.Butri.

15 Sententia diffinitiua debet in ſcriptis proferri, id eſt recitari, alias non valet etiam de conſenſu partium lata vt extrà de ſenten.& re iudic.capitulo.fina.libr.6.& ita not. per Ioan.And.

16 Sententia interlocutoria trãſit poſt decem dies in rem iudicatam quò ad partem, ſed non quò ad iudicem, quoniam iudex eodem durante iudicio cognoſcendo ſuum errorem, poſſet eam quandocunque contrario imperio ex officio ſuo reuocare.extrà de accu.capi.qualiter.1.& de appel.cum ceſſante.

17 Valent proceſſus & ſententia facti de nocte, vt latè diſputat, probat & concludit Hoſt.in ſum.titu.de fo.compe.§.qualiter.

18 Vbi non expectatur alia diffinitiua, interlocutoria habet vim diffinitiuæ, ſententiæ, vt not.in authen.at qui ſemel.C.quomo.& quan.iu.per Iac.Butriga.& argu.ff.qui ſatiſda.cogan.l.ab arbitrio.

10 Licet verbum adiudicare, propriè ſignificet ius ex ſententia conſtituere, attamen largè etiam adaptatur ad ſententiam declaratoriam.vt not.tit.de acto.& petit.§.4.ver. cæterum.in Spe.

20 Iudex eodem iudicio durante, poſt ſententiam interlocutoriam executioni demandatam contrario imperio reuocare ex rationabili cauſa: ff.de præto.ſtipula.l.1.§.fin.cũ gl.& ita no.ibi per Bar.& ff.de re iudica.l.quod iuſsit.

21 Quamuis poſt decem dies quis non poſsit appellare ab interlocutoria, vt ſuprà eod.in concluſione quæ incipit, ſententia interlocutoria, attamen ex rationabili cauſa poteſt iudicis officium implorare, vt dictam interlocutoriã reuocet, & ſi iudex non reuocat, poterit ab hoc nouo gravamine appellari, vt no.ſingulariter Compoſt.in c.irrefragabili, de offi.dele.vt no.plenè extrà de of. c.in literis. per Hen.Boich.in prima diſtin.

De materia huius rubricæ, vide ſuprà in ver.præſumptio.& in ver.notorium.& infrà, in ver.executio.

64 *Appellatio.*

1 APpellatio immutat naturam cauſę principalis. no.Inn. extrà de appel.ca.cum ſpeciali.

2 Iudex appellationum poteſt de nullitate ſententiæ directò & principaliter cognoſcere, licet non fuerit appellatum.vt no.ff.de appel.l.ſi expreſsim. per Bar. & not.per Pe.Iac.de condi.ex leg.quæ oritur ex oblig. lite.ver. octauus.& alle.C.de accu.l.abſentem.

3 Appellatio ab interlocutoria vel à grauamine non põt iuſtificari niſi ex cauſatis in ea ab initio inſertis, extrà de appel.c.appellanti.in clem.

4 In rebus eccleſię feudalibus ab epiſcopo appellatur ad Regẽ, quia epiſcopus in eis cognoſcit quaſi ciuilis iudex, niſi eſſet res de dote eccleſiæ, vt notatur extrà de maio.& obe.c.ſolitæ.per Inno.& per gloſſ.ordi.Ber.ſecundum primam opinionem.

5 Appellatio poteſt interponi die feriata, C.de feriis.l.1. no.ff.quando appellan.lit.l.1.§.dies.

6 Si appellatur ad papam, cùm delegatus proximus debeat appellari, tenet appellatio.extrà de ſen.& re iudi.cap. cùm Bertholdus.& ibi no.Inno.

7 Cõminatio iudicis de his quæ ptinẽt ad ei' iuriſdictionem, eſt iuſtus metus, & cauſa iuſta appellandi.no.Inn.extrà de app.ca.cũ ceſſante.de quo ibi latius p. Hen. Boich.

8 Si non poteſt haberi copia iudicis, ſufficit coram perſonis publicis, vel honeſtis appellare, & petendi ſunt ab eis apoſtoli teſtimoniales.no.Spec.tit.de app.§.ſequitur vide re.ver.hic etiam ſcias.& §.2.ver.alle.illud quoque.

9 Si Rex iudicat vt dux vel comes, appellat ad ſuperiorem ſibi in ducatu vel comitatu nõ inſpecta regia dignitate ar. C.de appella.l.ſi quando.& ita etiam not.ibi per Barto.

10 Si fiat cõdẽnatio in principali & expenſis, ſunt duę appellationes neceſſariæ, aliàs illa à qua nõ eſſet appellatũ, trã ſiret in rẽ iudicatã.ar.ff.de appel.l.cũ in vna.in prin.& ita no.Cy.C.ſi penden.appel.mors interue.l.3.2.quæſtio.

11 Quando iudex procedit duplici authoritate, ordinaria ſcilicet & delegata, attẽdi debet authoritas delegata, quæ maior eſt, vt ab ipſo appelletur ad delegantem, & non ad metropolitanum iudicẽ, quia minor authoritas cedit maiori.no.Inno.extrà de reſcri.c.cùm ex officio.

12 Iudex appellationũ nõ debet iniuſtè ab interlocutoria appellantẽ remittere iudici à quo, q̃ ab initio appellationi detulerat, qa p̃ delationem appellationis ſibi iuriſdictionẽ abdicauit.extrà de appel.c.cum appellationibus.lib.6.

13 Appellatus ab interlocutoria põt à iudice appellationũ petere, q̃ cauſa appellationis omiſſa, p̃cedat in prin.vt no. Inn.ex.de app.c.vt debit'.& de of.del.c.prudẽtiã. ſup quo vide c.Romana.i prin.de fo.cõpe.li.6.& q̃ ibi no.Io.An.

14 Quando appellatio eſt deſerta, non eſt neceſſe pronuntiare ipſam eſſe deſertam.no.C.de appe.l.eos.in prin.per gloſſa.ordi.

15 Pronũtiatio ſup deſertione appellationis eſt interlocutoria, vt no.in c.vlt.de ap.in cle.& C.de ap.l.litigatoribus ſi.q per fi.q.per Io.Fab.habet tamen vim diffinitiuæ quo ad litem intimandam.vt no.infrà in ver.deſertio.

16 Appellatio interpoſita à ſentẽtia vaſalli deuoluitur ad dominũ proprietatis rei feudalis, quia in dationẽ caſtri in feudum, videtur dominus ſupremã iuriſdictionẽ retinuiſſe & reſortũ, ſecus ſi dominus caſtrũ ſimpliciter vẽdidiſſet niſi ex quãtitate pretij ſumeret cõtraria cõiectura, vt no. ti.de cõdi.ex no.libellus.verſi.comes dederit. per Pet.Iac.

17 Vbi iudex aliquem grauauit interlocutoriè vel diffinitiue, ſi petitur poſt decem dies grauamen reparari, nõ põt appellari: Secus ſi iudex alias quã interlocutoriè grauauerit, quia tunc ſi lapſis decẽ diebus petatur reparari, ſi deneget, põt appellari: vt no.Io.And.extra de elect.c.cãm.§. q̃ ſi forſan.& tit.de appel.§.reſtat.ver.ſed quid dices. in Spe.

18 Iudex poteſt procedere in cauſa principali non citato vlterius eo, qui de iudicio receſsit ab interlocutoria appellans, extra de dolo & contu.c.2.li.6.& c.1.eo.tit.in cle.

19 Secundum communẽ opinionẽ à ſententia interlocutoria de torquendo, poteſt appellari viua voce, ex quo habet vim diffinitiuæ, pro quo ff.de mino.l.intra vtile.in princ. & extra de appel.c.peuenit.& ibi no.per Io. And.in nouella.& facit ff.de accuſa.l.Titia.cum ibi not.glo.Nec ob.extra de appel.ca.cordi.lib.6.quia intelligitur de interlocutorijs quæ vim diffinitiuæ non obtinent. Franc de ſuprabaretõ in conſilijs.

20 Appellans qui renũtiauit appellationi ſuæ tacitè vel expreſsè, non poteſt appellationẽ ſuam iterare, ſeu iterum appellare.argu.C.de reb.credi.l.ſi quis iuſurandum.& de condictione incerti.l.cum quidam.& extra de teſtibus.cum veniſſent.& not. extra de appellatio.cap.cum ſolicitudinem, per Innocent.& eodem titu.capi.directè. per Hoſtien.& Henr.Boich.

21 Per multiplicationem appellationũ quis nõ vĩ, ſeu præſumitur à prima appellatione recedere, extra de appel.cap. bonæ memoriæ.& extra de teſtib.c.cum tu.& not.in Spe. titu.de ſenten. prola.§.iuxta.verſi. quid ergo ſi appello.& not.in dicto c.bonæ.per Henricũ Boich.iunge infrà quod not.in cõcluſione quæ incipit, appellans à diffinitiua, &c.

22 Solutio quam ponit Bart.ff.de appel.reci.l.2.in 1. queſt. verſi.& poſſumus dicere ad leg.1.C. ſi de momen.poſ. di cens, q̃ ibi non dĩ quod à ſententia lata à mẽtanea poſſeſſione non poſsit appellari, ſed q̃ non obſtãte appellatione ſententia fortitur effectũ, nõ eſt vera, qũ fortiri effectũ propriè ſignificat trãſire in rem iudicatam, & taliter q̃ de eius iuſtitia vel iniuſtitia vlterius nõ quæratur.ar.ff.de re iudi.l.1.vt not.in dicta l.1.C.ſi de momen.po. per Barth. de Salic.vnde ibi in fi.nõ dicitur, quod vlterius cognoſcatur de appellatione reſpectu poſſeſsionis, ſed tantum de quæſtione proprietatis, igitur, &c.vnde hæc opinio etiam quia communis ſecundum Bar.glo.ordi.& doct. in dubio eſt ſequenda.arg.ff.de legi.l.minimè.

23 Si quis petat à iudice aliquid fieri, & ſi non faciat, dicit quod appellat, non valet appellatio, ſed eſt neceſſe iterum appellare, quia dicta appellatio nõ interponitur à præſenti vel præterito grauamine, ſed à futuro commutatorio, Secus vero ſi petat tale grauamen reuocari, quod ſi non feceritis, appello, &c.& notatur titu.de app.§.qualiter.verſicu. Item quod faciat, &c.in Spe.

24 Appellans non põt renũtiare appellationi in præiudiciũ appellati, quin liceat appellatio cauſam appellationis proſequi non obſtãte renuntiatione appellantis.arg.C.de tempor.appella.authen.ei qui. & ita nota.Cyn.C. eodem titu.l.per hanc.7.quæſtio.& ibi nota.Innocen.extra de appel.capitu. cordi.

25 Ille qui promiſit ſtare ſententiæ non quidem ſimpliciter, ſed qualiſcunque erit, videtur tacitè renuntiare futuræ appellationi, & ideo non poteſt appellare, vt no.ff.de pact.l.tale pactum.§.qui prouocauit.per gl.& Bal.

26 Appellationi interpoſitæ pro ſe & adhærere volẽtibus, debet adhærere infra tempus decem dierum, infra quod poterat principalis appellatio interponi.vt not. Archidia. extra de elect.c.vt circa libro 6.& Ioan.Fab.C.de appel.authen.hodie.

27 Appellari põt à ſententia arbitri ſumpti ſine pœna, vel etiam cum pœna, rato tñ manente pacto, cum ex ea lapſis decem diebus oriatur actio & exceptio, vt C.de arbitris.l. cũ antea. Secus vero ſi cum pœna fuerit arbiter aſſumptus quia cum tunc ex eius ſententia nõ oriatur actio vel exceptio, appellari nõ põt de iure ciuili, vt C.de arbi.l.1.que ſic intelligi debet, vt not.Bar.de leg.1.nemo põt. ſed de iure canonico iniqua ſententia arbitri põt reuocari per ſuperiorẽ. ſicut ſententia arbitratoris, intantum q̃ recurrens nec incidit in pœnã, nec incurrit periuriũ, vt extra de arbi. c.nõ ſine.& c.peruenit & c.expoſita.& in eis no.Bar.& ẽt Spe.in ti.de arbit.ver.ſinautẽ. Et ita refert, & etiã not.Bar. in tractatu de arb.& arbitrato, in prin.quælibet tamen determinatio in ſuo foro ſeruanda vĩ. Putarem verum, 'niſi eſſet euidẽs iniquitas, quia tunc tanquam continens pecca tum recurrendũ eſſet ad forum eccleſiæ.ca.nouit.de iudi.

28 Actor põt petere à iudice appellationum confirmationem ſententiæ quam obtinuit, licet ab ea nõ fuerit appellatum, vt not.extra de confirma.vtil.c.1.per Inno.& ff.de appel.ſi expreſsim.per Bal.in penul.quæſt.

29 Laicus condemnatus in cauſa decimarum appellare nõ poteſt.extra de deci.c.tua nobis.in te.

30 Appellans à diffinitiua primo viua voce, deinde in ſcriptis, tenẽ profequi appellationẽ primam viua voce interiectam. Secus vero ſi ab interlocutoria appellauerit primo viua voce, deinde in ſcriptis, quia tunc vltimam appellationẽ in ſcriptis interpoſitã proſequi tenetur. vt not.de operis noui nuntiatione.l. cum procurator. per Bartolũ.

31 De officiali foraneo appellatur ad epiſcopum, vt not. extra de reſcriptis. c. & ſi principalis.in cle. & ff.quis & à quo appel.l.1.in fi.q.per Bar.& C.qui pro ſua iuriſdi.iudi. dare poſ.l.1.per Ioan.Fab.

32 In appellatione ab interlocutoria, vel grauamine interpoſita, ad aliũ etiã quam ad Papã, requiritur inſertio cauſę, & etiã ſcriptura tã de iure canonico, vt extra de appellat.c. cordi.lib.6.cum ibi nota.per Archi. quam etiam de iure ciuili, vt not.ff.de appellatio.l.eius qui.per Barto.

33 Appellatio debet exhiberi coram iudice appellationũ, ſi appellatus hoc petat, vel neget appellatum fuiſſe, ſed nõ debet fieri copia parti appellatæ niſi poſt litẽ conteſtat. vt not.tit.de inſtru.edit.§.nunc dicamus.verſic.ſed pone. in Specu.& C.de appella.l.litigatoribus.per Io.Fabr.

34 Sicut appellatio deuoluit totam cauſam ad ſuperiorem vt poſsit ſententiam reformare ex noua cauſa, ita etiam deuoluit nullitas, vt ſententia poſsit per iudicem nullitatis reformari, vt no.ff.de app.l.ſi expreſsim.p Bar.ver.quæro coram quo iudice.in fi.& l.quidam.ff.fami.ercif.& l.ſi.ff. de iur.pa.quod limita, vt ſupra, & expreſsè per Ang.& nõ eſt verum in interlocutoria.

35 Si iudex committat notario cauſæ taxationem expenſarum, ab ipſo taxatore non debet appellari, ſed recurri p viam querelę, quia ab officiali deputato ſine iuriſdictione appellari non debet. Secus ſi iudex taxationẽ approbaret, quia tunc ab ipſa approbatione poſſet appellari.ff. qui ſatiſdare cogan.l.ab arbitrio, ſecundum tertiam lecturam. & not.ibi per Bar.

36 Ille qui appellauit ab interlocutoria vel grauamine, licet fuerit appellationi delatum, eidem tamen appellationi ſuæ renũtiare poteſt, & ad primum iudicem redire, ſalno tamen intereſſe appellati, de quo ſibi per prius ſatisfacere tenetur. iuxta not.per Ber.extra de appel.c.exhibita. §.denique.& latius de crimine fal.c.ſi.per Hoſt.Io.And.& Henr.Boich.& ita vide dict.

37 Per delationem appellationis factam cum præfinitione termini ad proſequendum, eo termino lapſo nõ remanet iuriſdictio abdicata.ff.qui. mo.pig.vel hypotheca ſol. l.ſicut re corporali.§.penul.& not.in conſilio incipiente, An procurator litem.per Oldra.

38 Delatio appellationis facta ob reuerentiam illius ad quem

quem appellatur,non abdicat iurisdictionem.argu.ff.quarũ re.actio non datur.l.1.§.quæ onerãdæ. & de furt.l.pen. & de fideicommissa.liber.l. cum vero.§.apparet. & tangitur per Inno.extra de app.c.cordi.itaque not. in ſupra proxi.alleg.conſilio per Oldra.

39 Vtrum contumax poſsit appellare, vide nota.ff. de appella.l.ex conſenſu.§.eum qui per Barto. vide plenè in alpha.domi.Bouerij.

40 Iudex appellationis põt poſt ſentẽtiã per eũ in cauſa appellationis latam attentata reuocare,qñ quantũ ad attenta non dicitur functus officio.ff.de adminiſtratio.tuto.l. chirographis.§.fin.ita not.ff.de infami.l.furti.§.1. per Bal.

41 An pendente appellatione à diffinitiua poſsit iudex à quo,taxare expenſas,in quibus cõdemnauerat appellantẽ? vide not.ſuper rubri.ff.nil noua.appel.pen.per Dy.vbi tenet quod non,ex eo quia taxatio requirit cauſæ cognitionem,& per cõſequẽs partis vocationẽ.C.de ferijs.l.à procedente.& ff.de minor.l.in cauſę.§.cauſa cognita.Et appellatio deuoluit ad ſuperiorẽ nõ ſolũ in principale negotiũ, ſed etiã oĩa acceſſoria, & totũ proceſſum.extra de appellatio.c.dilectis filijs decano,&c.per eũdẽ Hen.de Bouerio.

42 Licet iudex appellationũ pronuntiauerit malè ante diſſinitiuã ab aliquo ꝓtenſo grauamine fuiſſe appellatum, nihilominus tũ põt de cauſa principali cognoſcere,ſi voluerit appellatus,nec debet tũc facere remiſsionẽ ad primum iudicẽ.vt not.extra de appel.c.cordi.li.6.per Archid.& ff. de appel.recip.l.eius qui.fi.q.per Bar.& ibi vide rationem.

43 Vbi duæ ſententiæ proferuntur,quarum ſecunda eſt tũ quam executio alterius,non poteſt appellari à ſecunda,niſi ꝓferatur intra tempora,in quibus poſſet appellari à prima.de hoc eſt gl.no.in l.ſi cum exceptione.§. hæc autem actio.in gl.ſuper verb.datã.ibi, Item quod dico appellari. & etiam vidi. h. dic autem eſſe ſententia tanquam executionem primæ,vt in caſu illius §.& in his qui inficiatione crescunt.ff.quod metus cauſa.

44 Per appellationem interpoſitam à diffinitiua reuocari poteſt interlocutoria principali negotio præiudicans,alias non.extra de appel.c.fi.lib.6.

De materia huius rubr.vide ſupra.in verb.iudex.& in verb. carcer.& in verb.libellus.Et in verb.recuſatio.Et in verb. lit.conteſtatio.Et in ver.expenſas. Et in verſ.procurator. Et infra in ver.deſertio. & in ver. inhibitio. Et ſupra in ver.editio,& litis conteſtatio.Et infrà in verſi.proteſtatio & in ver.executio.& ſupra in verb.renuntiatio.

### 65 *Et apoſtoli.*

1 IN cauſa appellationis tenetur appellans probare, quod ſit licitè appellatum, videlicet intra decẽ dies,& qđ fuerint petiti apoſtoli.C.de tẽp.app.l.fi.§.pe. Quod vero fuerit rectè appellatũ, tenetur ꝓbare ille qui cãm appellationis ſol' ꝓſequit,ſi ſententiã ꝓ ſe voluerit obtinere.in auth. de his qui ingred.ad appel.§.illud.& C.de appel.l. amplio rẽ.in prin. vbi vero vtraque pars proſequitur, ille tenetur probare in cauſa appellationis qui tenebatur probare in cauſa in principali.C.de tempor.appella.l.per hanc.& ita not.ff.ſi tuto.vel cura.l.1.per Bart.de præmiſsis vide latius extra de renun.c.1.ir prin.per Henricum Boich.

2 Appellans temerariè debet puniri pœna iuris, ſi fuerit calumnioſus,ſecus vero ſi appellauerit bona fide, vt not. glo.ord.C.quorum appel.l.ab executore gl.fi.in fi.& in dubio non preſumitur calumnioſus,licet ſuccubuerit in cauſa appellationis,vt not.C.de appel.l.eos.§.non temerè.niſi appellatio ſua fuerit friuola manifeſtè.extra de dolo & cõtuma.cap.1.in clemen.& ita not.in allega.l.ab executore. per Ioan.Fab.

3 Sufficit appellanti offerre appellationem, libellum, & alia acta cauſæ corã tabellario ſeu curiali iudicis, maximè vbi copiã iudicis habere non põt.arg.C.de precib.impe. offe.authen.quæ ſupplicatio.& ita not.ibi per Baldum.

4 A ſententia lata in poſſeſſorio de iure ciuili non poteſt appellari,ſi fuerit interlocutoria, vtpotè ſi iudex mandauerit quod non fiat nouitas poſſeſſori, vt not.Innoc.extra de reſt.in integ.c.cum veniſſent.& idem ſi fuerit diffiniti ua, vt C.ſi de momen.poſſ.l.1.quæ eſt canonizata 2.q.6. §.ſunt quorũ.verſi.de poſſeſſ.niſi contineat tale grauamẽ, ꝙ non poſsit reparari in iudicio petitorio,vtpote ꝙ contineat ꝙ auferatur poſſeſsio illi, qui habet nudam detẽtationẽ.ff.de rei vend.l.ſi in area.nã quia perderet ius quod reparari non põt,ideo põt appellari,etiam de iure ciuili, vt not.de app.recip.l.2.per Bart.C.de epiſco.& cleri.l.2.pen. quæſtio.per Bald.latius.de quibus vide extra de reſtitutio ſpoliat.c.ad ſedem.per Henrium Boich.

5 Condemnatus in notorio crimine poteſt appellare indiſtinctè.extra de appel.c.Romana.§.tinautem.lib.6. & ita not.ibi per Io.And.ſed ſi iudex à quo vel ad quem non tenetur appellationem admittere, niſi appellans cauſam iuſtam expreſſerit grauaminis.vt no.extra de cohab. cle. & mulie.c.tua.per Henr.Boich,in 2.diſtin.

6 Si iudex à quo non recipit appellationem, ad officium iudicis appellationis pertinet cognitio,an appellatio ſit recipienda vel ne.ff.de admini.tuto.l.chirographis.§.fin.& ita etiam not.ibi per Bar.Et not.gl.ordi.ff.nil noua.appel. pen.l.1.quam ſequitur ibi Bar.

7 Iudex à quo,qui refutat appellationẽ, debet exprimere cauſam refutationis.ff.de app.recip.l.ſciendum.

8 Si fuerit ſententia lata in iudicio momentaneæ poſſeſſionis in principali & etiam ad intereſſe, ſicut non poteſt à ſententia lata in principali, etiam non poteſt appellari à dicta ſententia reſpectu intereſſe acceſſorij,vt no.Petrus Iacobinus de actione in factum ex interdicto vti poſſidetis.§.cum vtroque.verſi.& poteſt dici.

### 66 *Inhibitio,& præceptum.*

1 IN præcepto ſeu inhibitione iudicis requirit inſertio cauſę,vt not.Dy.ff.de leg.1.l.filius familias.§.diui.& ꝑ Cy. C.de fideicom.l.quoties.& per Bal.ff.de his qui notã. infa.l.1.§. ignominiæ. quod intelligo qñ inhibitio vel præceptum deuiant à iure cõi,vt quia iudex inhibet alicui alie nationẽ rei ſuę,& idem ſi ipſum perſonaliter citat in ciuili cauſa.arg.notatorum ſuprà.in verſicitatio.& ibi vide.

2 Præceptũ ſeu inhibitio iudicis facta ſine cauſæ cognitione, maximè cũ ad id non agitur,non valet, nec tranſit in rẽ iudicatã,etiã ſi nõ appelletur C.comminationes, vel epiſt.ol.penul.& fi.& extra de in integ. reſtit.c.2. niſi fiãt de his quæ pertinent ad officium iudicis.7.q.1.& quia. & not.de tempo.ord.c.ad aures. vel niſi iudex imponeret pœnitentiam pro manifeſto peccato,quod facere poteſt ſine ordine iudiciali.ff.de pœnis.l.ſi. & l.moris.& 2.q.7. Si quis ab ipſo. Et ita not.in alleg.c.2.per Inno. vide Bar.ff.de leg. 1.l.filius familias.§.diui.in fi.

3 Ante inhibitionẽ iudicis appellationum debet præcedere citatio.extra.de appel.c.Romana.§.ſi vero vocat.libr.6.

4 Omne præceptum iudicis faciens ad cauſam,excepta diffinitiua ſententia, dicitur eſſe interlocutoria,vt not.in authen.de litig.§.1.in gl.ordi.

5 Iudex põt ſubditis ſuis inhibere ne litigent corã alieno iudice;extrà de foro compe.c.ex tranſmiſſa.not.C.de offi.preſect.vig.l.1.in fi.& de epiſcaudi.l.ſi qui ex conſenſu. vtrobique per Io.Fab.

6 Præceptum non finitur morte præcipientis. in authẽ. de mãda.prin.§.ad hæc.& no.tit.de offi.deleg.§.reſtat.ver. item mortuo.& verſi.ſequen.in Spec.

De materia huius rubric.vide ſuprà in ver.ſequeſtratio.

### 67 *Deſertio.*

1 DEſerta appellatione,iudex appellationis deſinit in cauſa appellationis eſſe;iudex, & ideo ſi proferat ſententiam inhibitoriam primę,eius ſententia eſt ipſo iure nulla,vt not.extra de app.c.ſi appellationem.per Ioan.And.in glo.ordi.in clẽ.

2 Pronũtiatio ſuper deſertione appellationis habet vim diffinitiuæ quo ad litem decidendam, ſed vim interlocutoriæ quo ad executionem faciendam, quia propter eam non



non pertinet executio ad iudicem appellationum.C.quomodo & quando iud.l.ſi vt proponis.§.defertam. & not.in c.vlti.de appel.in cle.& not.ff.de pact.l.tale pactum.§.qui prouocauit.per Bald.

3 De hac materia vide infra, in verb.nullitas. & ſuprà in ver.appellatio.

### 68 *Proteſtatio.*

1 PRoteſtatio fieri ſolita appellanti, videlicet, quod per quamcunque comparitionem vel proceſſum non intẽdunt eorum renuntiare appellationi, conſeruat eis ius ex appellatione quæſitum.arg.ff.qui.mo.pig.vel hypoth. ſol ui.l.ſi debitor.§.1.& de religio.& ſump.fun.l. & ſi quis. §. quæſitum.& ita not.in conſi.2.per Oldr.

2 Proteſtatio per aduocatos fieri conſueta de onere ſuperfluæ probationis,&c.reſeruat proteſtanti vt nõ adſtrictus probare ſit,niſi tantum quod ſufficit, vt not.ff.de Iudic.l. diuus.in 1.q.circa fi.per Bar.

3 Proteſtatio ſaluo iure meo,&c.in inueſtitura apponi cõſueta,operatur reſeruationem prioris iuris directi,nec nõ etiam commiſsi,ſi contingat cecidiſſe in commiſſum, vt not.per Iacob.titu.de ſententiæ excommunic.§.Item poteſt.& 12.diſtinct.in fi.

4 Proteſtatio nihil operatur,vbi factum proteſtationi cõtradicit.extra de appel.c.ſolicitudinem.in fi.& de conſtit. c.cum M.Ferrarienſis.& ibi not.per Inno.& Ioan.And.& not.extra de reſcrip.c.gratiæ.in cle.in gl.ſuper ver.renuntiare.per dictum Ioan.And.

5 Vide per legiſtas de hac materia in l. pacta nouiſsima. & ibi Bald.C.de pact.per Barto. in l.non ſolum.§. morte. ff.de oper.noui nun.

### 69 *Nuntiatio.*

1 SI nuntiator noui operis offerat ſe probaturum de iure ſuo incõtinenti,vel ſaltem intra tres menſes,nõ admittitur ille cui facta eſt nũtiatio ad ędificandum,etiam cum cautione inuito denuntiatore,donec dictis tribus menſibus elapſis.C.de ędi.priua.l.quę ſic debet intelligi.ſm opi. Azo.ibi poſitam,quæ approbatur extra de noui oper. nũtia.c.penu.& nor.eo.ti.c.fi.per gl.ordi.Ber.ff.de noui ope. nun.l.prætor ait.§.ſi quis paratus.per Bar.

### 70 *Executio,& executor.*

1 OPpoſitio tertij prætendentis habere ius in re,nõ impedit executionem ſententiæ,quando ſit executio in re in condemnationem deducta,qñ ſententia demandatur executioni præſtita cautione de ſeruando reum indemnẽ aduerſus alium petitorem.ff.de rei vendi.l.is à quo.& ſeq. & de re iudi.l.fæpè.in fin.fiſcus ſi executio fieret in rebus non petitis,ſeu deductis in condẽnationẽ,quia tunc debet fieri,ſummaria cognitio, vt ff.de re iudica.l.à diuo Pio.§. ſi ſuper rebus.itaque not.extra de teſti.ca.veniẽs.& de ſenten.& re iudica.c.cum ſuper.vtrobique per Innoc.de quo vide latius in dicto §.ſi ſuper rebus.per Barto.

2 Contra executionem ſententiæ poteſt perpetuo opponi,quod fuit lata prętextu falſorum teſtium vel inſtrumẽtorum.C.ſi ex fal.inſtru.l.fi.& extra de proba.ca.licet cauſam.etiam licet aduerſus ſententiam non fuerit reſtitutio petita in integrum.ff.de re iudi.l.diuus.& ibi no.Barto.ex quo apparet vnus modus opponendi poſt ſententiam ſatis ſingularis contra teſtes.

3 In eo in quo quis excedit formam mandati iudicis,executor poteſt ſibi tanquam priuato reſiſtere,vt no.C.quorum appellatio.non recipi.l.ab executore. 1.quęſtio.principali,per Cyn.

4 Quacunq; via petatur executio ſententiæ,debet aduerſarius citari.arg.ff.de re iudi.l.de vnoquoque.not.Cy.in dicta l.ab executore.verſi.quia circa l.iſtam.quod eſt verum quando ſit pro pecunia,ſecus ſi fiat in re ſeu ſpecie in condemnationem deducta,vt not.in extrauagan.ad reprimendum.ver. executionem. per Bart.& in d.l.à diuo Pio.§.in venditione.per eundem.

5 Sententia per vnum iudicẽ lata, non poteſt per alium iudicem executioni demandari via officij iudicis, niſi per relationem illius iudicis, qui ſententiauit.C. de iudi.l. pro perandum.§.ſinautem reus.niſi per actionem iudicati ordinariè intentatam,vt no.tit.de execu.ſententiæ.§.nunc vi dendum.verſi.ſed pone iudex.in Spe.

6 Confeſsio facta coram vno iudice, non poteſt per alium iudicẽ executioni demandari, vt no.Cy:C.de confeſ.l.1. ver.10.quia.quod intellige per officium iudicis.ſed bene per actionem in factum quę oritur ex cõfeſsione iudiciali.ar.concluſionis ſupra proxi.

7 Sententia arbitratoris poteſt peti exequi iudicis officio ſi interuenerit iuramẽtũ,alias cõpetit actio ex ſtipulatu ſi interuenerit ſtipulatio, vel actio ex eo cõtractu,ſup quo arbitratũ eſt.not.in c.quintauallis.extra de iureiurã.p Inn.

8 Sententia vero arbitri põt eodem modo executioni demandari, ſi fuerit homologata à partibus expreſsè vel tacitè.C.de arb.l.cũ antea.C.de Iudęis.l.Iudęi.in fi.& ibi no.

9 Appellatio ab executore per modum executionis excedente, ipſam executionẽ non ſuſpẽdit in totum,ſed bene in eo in quo modus exceditur,vt no.tit.de execu.ſentẽtię.§.nunc dicendum.ver.ſed nunquid.in Spe.

10 Vbi debitor reperit poſt ſententiã condẽnatoriã inſtrumentũ ſolutionis, ſi quidẽ appellatur ꝙ facta fuerit ſolutio creditori met,impedietur ꝑ dolũ executio iudicati, ſecus ſi non fuerit in dolo,vtpote,quia opponitur ꝙ facta fuerit eius prędeceſſori,vt no.C.de cõdi.indeb.l.1.p Cy.

11 Si res aliena in qua fit executio,inuenta ſit penes debitorem, tertio prętendenti rẽ eſſe ſuã, incumbit onus probãdi, & ſufficit ſibi probare conractũ factũ cum debitore, vtpote rem debitã depoſitã, vel creditori commodatam per tertium,vt not.C.ne vxor pro marito.l.2.per Cyn.

12 Qũ iudex euidenter præſumit de malitia & contumacia,pòt ex officio exequẽdo ſententiam,vel præceptum ſibi ſub pœna præcipere,vt intra certum diẽ ſatisfaciat creditori,vt not.titu.de ſenten.§. ſpecies.ver.ſed nunquid &c. in Spe.quoniam ſententia poteſt mandari executioni per pœnarum impoſitionem,vt ibi.

13 Cõtra procuratorem in cauſa reconuentionis cõdẽna tũ ſit executio ſententiæ,non contra dominum.ff.iudi.ſolui.litarũ.§.in hac.& not.ff.de ꝓcura.l.ſi defunctus.ꝑ Bal.

14 Sententia diffinitiua nõ põt intra decem dies datos ad appellandum executioni demandari, licet in interlocutoria ſit ſecus,vt not.tit.de appel.§.reſtat.verſi.qđ ſi lata. in Spe.& probatur extra de app.c. nõ ſolũ.1.reſpõſo à cõtrario ſenſu.& no.ext.de offi.dele.c.ſignificaſti.ꝑ Hẽ.Boich.

15 Cõtra vxorẽ condemnatam poteſt fieri executio in do teſpectu proprietatis ſaluis fructibus rerũ dotaliũ marito,& contra maritum condemnatum poteſt fieri in fructibus rerum ſaluis alimentis vxoris & ſuorum liberorũ, pro quibus omnibus fit dotis cõſtitutio.C.ſolu.mat.l. proneribus.ar.ff.de dam.infect.l.ſi finita.§.ſi quæ ſint iura.& §.Item quęritur.& de adul.l.ſi poſtulauerit.§.iubet.& ita no.ff.de bo.dam.l.3.per doct.

16 Delegatus ab ordinario nõ põt exequi ſententiam diffinitiuã.ff.de re iud.l.à diuo Pio.in prin.ſed bene põt exequi ſententiam interlocutoriã.ita intelligũtur no.per Inn. ext.de offi deleg.c.cũ ab eccleſiarũ.vt no.in alleg.l.à diuo Pio in quæſtione quę incipit, quęro quando,&c.Secus vero eſt in delegato à principe, vt ibi in 2.q.de quo vide extra de offic.delega.c.ſignificanti per Henric.Boich.

17 Quando iudex non ſubditus iudici requirenti exequtionem fieri, ſcit, vel preſumit de iniuſtitia requirentis, poteſt executionem licitè recuſare,ſi iudex requirens extra iudicium proceſſerit.11.quæſtio.3.qui reſiſtit. & 10. diſtinctione capitulo penul.& fin.Sed non debet recuſare executionem ſententię per iudicem requirentis iudiciali ter prolatę,quia requiſitus debet in dubio pro ea preſumere, nec intereſt ſua de eius iuſtitia vel iniuſtitia inquirere. 20.queſtione.5.adminiſtratores & ita not.extra de offi.ordi.c.1.per Inno.

18 In executione ſententię quæ fit officio iudicis, & ſi per interpoſitionem expeditur non eſt iudicialis inſtantia.ff. de minor.l.minor 25.annis, cui fideicommiſſum. & not. ff.ſi quis ius dicen.l.1.per Bal.

19 Vbi agitur de beneficio authoritate apoſtolica obtinẽdo, pcedit executio ſine libello, qa litera apoſtolica habeẽ loco libelli, vt not.tñ.de libel.concept.§.4.verſi.6.in Spec.

20 Executio nullitatis ſententiæ quæ cõtra ex literis actis impedit ipſius executionẽ.ff.de ferijs.l.ſi feriatis. idem ſi habeat probationes in promptu.C.ſi ex fal.inſtr.l.fin.alias vero non, vt ibi nota.ff.de re iudi.l.4.§. condemnatum. per Bar.ff.de ferijs l.1.per Bal.

21 Non licet capere poſſeſsionem beneficij, vel rei corporalis, ſuper qua ſententia lata eſt, niſi authoritate executoris, alias priuatur capiens iure ſuo, vt not.extra de conceſ. præben.c.cum noſtris.per Innoc. & C.de execu.rei iud.l. ſi.per Io.Fab. Nam & victor qui condemnati bona authoritate ſua diſtraxit, furti & vi bonorũ raptorum tenetur.ff. de re iudi.l.miles.§.qui iudicati.

22 Iſta ſunt paria, excuſſum eſſe, ſeu exequi, ſeu executioni mãdari poſſe.arg.ff.qui ſatiſ.cogã.l.fideiuſſor.in pri.vna cũ gl.ibi, dum dicit Cattello. pro quo facit.C.de epiſco. & cleri.l.ſi quis in hoc genus. & in alleg.l.fideiuſſor.p Baldũ.

23 Sententia non debet executioni demandari ad inſtantiã hæredis victoris, vel contra hæredes condemnati per viã officij iudicis, quæ eſt extraordinaria: Sed debet exequi p actionem iudicati.ſ. oblato ſuper eo libello in via ordinaria. vt not.C.de executione rei iudi.l.ſi.& Inſtit. de interdict.§.retinendę. vtrobique per Io.Fab.& ti.de executione ſententiæ.§.breuiter.ver.ſi quæras.in Spec. & per Ioan. And.in additio.Spe.ibidem.

24 Cũ quæritur, vtrũ iudex ordinarius, vel appellationũ exequat ſniam, diſtingue, qa aut iudex appellationũ cõfirmauit expreſsè ſniã iudicis ordinarij, & tũc ipſe exequitur ſniam ſuam confirmatoriam, quia ex ea oritur actio iudicati, & officium iudicis.C.de epiſ.aud.&uth.ſi quis litigantium.& de app.l.fin.circa med. Contrariũ eſt verum, & ita etiã obſeruatur de conſuetudine ſm Pet. Iac.titu. de libel.in cauſa appella.& ibi vide intellectum huius dicti, in §.forma ſententiæ contra appellantem. Aut iudex appellationum confirmauit tacitè, vel quia pronũtiauit appellationem deſertam, & tunc iudex ordinarius exequitur.C.de temp.app. l.ſi.§.illud. Quandoque confirmatur ſententia iudicis ordinarij pacto, vel tranſactione condemnati, & tunc iudex appellationum exequitur ſententiam confirmatam tãquam confeſsionem factam coram eo.ff.de pact.l.tale pactum. §.qui prouocauit.& no.ibi per Bal.

25 Si actor egerit ſimul petitorio & poſſeſſorio, & obtinuerit in poſſeſſorio, & reus econtra in petitorio, à qua ſententia appellauerit actor & non reus, nõ differtur propter appellationem executio ſententiæ ſuper poſſeſſorio reintegrandæ, quia abiectus dominii tale poſſeſſorium non excludit. Secus vero eſſet in alijs duobus poſſeſſorijs, ſi in eis fuerit per ſententiam adiudicata reo poſſeſsio, quia ipſe probauit in proprietate, ſecus vero ſi fuerit reus abſolutus eo q̃ actor in proprietate non probauit, vt not.Spec.titu. de execu.ſententiæ.§.1.ver.ſed pone. & no.extra de cauſa poſſ.& proprie.c.paſtoralis.per Henr.Boich.

26 Vtrum imploratio reſtitutionis in integrum impediat executionem ſententiæ dic quod aut imploratur bona fide & impedit, ſeu ſuſpendit.C.de tranſact.l.ſi cauſa cognita.aut temerè, & tunc aut eſt temeritas euidens, & non ſuſpendit.ff.de mino.l.minor autem magiſtratus. Aut eſt vera temeritas, & tunc interim fit executio præſtita per victorem ſatiſdatione, iuxta auth.quæ ſupplicatio.C.de preci.impe.offe.& extra de reſti.in integ.c.auditis.ſm Innoc. extra de in integ.reſti.c.ſciſcitatus. ita not.in d.authẽ.quę ſupplicatio per Bal.vide gl.in l.ſi.C.ſi ex fal. inſtru. & vide ff.de autho.tu.l.defendentem.per Bar.

27 Sententia lata pro actore ſuper petitorio & poſſeſſorio ſimul, non differtur executio in poſſeſſorio reintegratio-

nis, propter pendentiam appellationis ſuper proprietate, quia abiectus dominij non impedit tale poſſeſſorium.C. de præſcrip.30.ann.l.ſi quis emptionis.§.penu.& extra de reſtitu.ſpol.c.ſolicitę. in poſſeſſorio vero adipiſcendę vel retinendæ differtur executio, ſi appellãs ſit in petitorio incontinenti probare paratus.arg.extra de cauſa poſſ.& proprie.c.cum dilectus.alias vero ſecus, vt not.eo.tit.c.paſtoralis.in 3.diſt.per Henr.Boich.

### 71 *Et brachij ſecularis imploratio.*

1 VTrum Iudex delegatus poſsit pro exequendo implorare auxilium ſecularis brachij ſine ſpeciali commiſsione? vide extra, de offi.delega.capit.ſignificaſti per Henric. Boich plenè.

2 Iudex appellationũ qui cõfirmauit ſententiã ordinarij, põt illã exequi ſi voluerit, quia ex ſua ſententia confirmatoria etiã oritur actio iudicati, & officiũ iudicis.C.de epiſ. audiend.authent.ſi quis litigantium.& de appell.l.fin.in fi. Et ita intelligo opinionem poſitam per Bald. ff. de pact.l. tale pactum.§.qui prouocauit.& ita not.Dy.in dicta auth. ſi quis.ſed etiam põt iudex ordinarius ſententiã ſuam condemnatoriam confirmatam exequi. quod de conſuetudine maximè obſeruatur.ſ. vt ipſe exequatur, vt nota.per Pet.Iaco. in tit.de libello in cauſa appel.rubrica, de forma ſententię contra appellantem.ita etiam not. per Bald.ff.de re iudi.l.à diuo Pio.in princi. Et ita concordandum puto contrarias opiniones ſupradictas.quoniam quando dictæ ſententię ſunt conformes, quilibet dictorum iudicum poteſt exequi, vt not. extra de officio deleg. cap. paſtoralis. §.prætereà.per Henr.Boich. concordando opi. doct. contrarias, &c. vbi vero ſententia iudicis appellationis eſt infirmatoria primæ ſententiæ, vt quia prima ſententia fuit abſolutoria, ſecunda vero eſt condemnatoria, tũc ſecũdus iudex ſolus exequitur, vt probat te.in d.§.præterea. & C. de app.l.præcipimus. ibi quando dicit ex ſequentibus iudicata, & in d.auth.ſi quis.ſupra alleg. ſm Henri.Boich. vbi ſupra.& ita etiam not.in alleg.authen.ſi quis litigantium.

3 Ille cui datus eſt executor per iudicem, non debet intrare poſſeſsionem authoritate ſua, ſed eius executoris.ff.de re iud.l.miles.§.penul. & arg.ff.de acqu.poſ.l.fundi. & ita not.ibi per Barto.

### 72 *Nullitas.*

1 SEntẽtia non põt pronuntiari nulla, ex alia noua cauſa in appellatione ab initio non cõprehenſa, niſi appellans ab initio propoſuiſſet generaliter ſententiam nullam, q̃m videretur tunc omne ius nullitatis ab initio in iudicio deduxiſſe. no.Hoſt.extra de off.dele.c.cum contingat in glo.ſuper verb.litigatis.in fin.& etiam Ioan. And.ibi in nouella. & not.ff.de appella.l.ſi eupreſsim.per Bartolum.

2 Si iudex finitis fatalibus in cauſa appellationis pronuntiet, ſentẽtia eſt ipſo iure nulla, q̃m finitis fatalibus prima ſententia remanet rata.C.de tẽp.app.auth. ei qui.quia perinde habetur ac ſi nunquã fuiſſet appellatũ.C. de tẽpor.appell.l.ſi.§.illud. Et ideo põt iudex hoc caſu de facto ſupplere, & ſententiam ferre ſuper deſertione appellationis, etiã parte de fatalibus non opponẽte.C.eo.ti.l.2.§.fi. & ibi no. gl.ordi.& eſt te.extra de appel.c.ſi appellationem. in cleum ibi not.per Ioan. And.in glo.ordi.

3 In libello ſuper nullitate ſententiæ debet cauſa nullitatis inſeri, vt not.Inno.extra de re iudi.c.cum Bertoldus.in vltima quæſtione gl.& Old.in conſilio 21.

4 Sentẽtia lata contra primam, ita demum nulla eſt, ſi de prima fuerit exceptum ante prolationem ſentẽtiæ, extra de ſen.& re iudi.c.inter monaſterium.circa fi.

5 Cauſa nullitatis nõ põt cõtra ſentẽtiã in iudicio momẽtaneę poſſeſsionis intẽtari incidẽter ſup appellatiõe de iure prohibita, ſed bene põt cõtra dictã ſententiã nullitatis principaliter per ſe intẽtari, vt not.p Pet. Iaco.tit.de actio. in fact.ex interdict.vti poſſidetis.§.cũ vtraque.in fi.& ibi vide rationẽ.de quo vide per eum in titu.de condi. ex leg. oritur ex literarum obligatione.verſi.ſed ſi appellatur.

De



De materia huius rubricæ, vide ſuprà in verb.exceptio.& in verb.appellatio.

### 73 *In integrum reſtitutio, & ſupplicatio.*

1 MInor qui non appellauit, nõ poteſt petere in integrũ reſtitutionem aduerſus omiſsionem appellationis, niſi ante probet ſe habere aliquid, per quod in cauſa appellationis vincere deberet.ff.de iureiur.l.nam poſtea.§.ſi minor.vna cum gl.& ita not.ibidem per Bar.

2 Poſt renuntiationem poſſunt produci teſtes per beneficium reſtitutionis in integrum, vt no.extra de cau.poſ.& proprieta.c.paſtoralis circa prin.per Inno.

3 Iuramentum nõ tollit eam beneficium reſtitutionis in integrum, vt no.extra de reſt.in integ.c.1.lib.6. per Io. And.in glo.ordi.

4 A præfectis prætorio duas ſententias priorum iudicum confirmantibus non licet ſupplicare.C.ne liceat in eadem cauſa tertio prouoca.l.1.

De materia huius rubricæ, vide ſupra in verbo, executio.

### 74 *Miſta de criminibus & culpa.*

1 ILle qui deprehenditur in furto, poteſt impunè à quolibet capi, & ad iudicem duci.ff.de fur.l.ſi quis in ſeruitute. Et idem in quolibet alio crimine, vt nota.extra de ſente.excom.c.vt famæ.per Inno.

2 Ille dicitur capi in furto, qui poſt furtum capitur in fugã.arg.ff.de adulte.l.quod ait lex.& ita not.ff.de infa.l.i.ctus. per Bald.

3 Non poteſt agi de crimine criminaliter vltra tempus, vltra quod agi non poterat ciuiliter. vt no.C.de fal.in querela, per Bartho.de Sali.poſt Iaco.But.

4 Ex dolo maleficium ex culpa quaſi maleficio.§.ſi.

5 Aduocatus velprocurator qui inſtrumenta partis ſuæ oſtendit aduerſæ parti, tenetur crimine falſi.ar.ff.de fal.l. 1.§.is qui depoſita.& ibi no.per Bar.

6 Dominus regulariter nõ tenetur de delicto famuli ſui, niſi deliquit in offic o commiſſo domino ſuo, vt no.ff.de publicc.& vect.l.1.§.familiæ.per Bar.

7 Ille qui rem alienam, vel alteri obligatam ſcienter alienat, vel hypothecat, tenetur crimine ſtellionatus.ff.de pigno.act.l.ſi quis in pignore.

8 Licet iniuria ſit remiſſa per partem, nihilominus poteſt iudex inquirere, vt imponat pœnam applicandam fiſco, vt not.ff.de iniur.l.1.§.1.per Dy.& Bar.

9 Qui deſtruxit domum vicini ſui, ſi iam ignis vſque ad domum deſtruentis peruenerat, non tenetur ad emẽdam deſtructionis, ſecus ſi ignis non peruenerat.ff.quod vi aut clam.l.ſi alius.§.eſt & alia.& ita not.ibi per Bar. Adde Gui. Pap.ſingu.145.

10 In publicis criminibus non poteſt heres conueniri ex delicto defuncti, etiam ſi mortuus fuerit poſt lit.contesta. niſi in certis caſibus exceptuatis, & numeratis per gloſ.magnam.C.ex delictis defunct.l.1.ver.in publicis autem, &c. Et idem eſt etiam in criminibus priuatis, ſi fuerit actum contra defunctum criminaliter, vt not.ff.de accu.l.ex iudiciorum.in gl.ſi & not.in alleg.l.1.in 2.oppo.per Iac. Butr. & idem ſeq.ibidem Franc. Accurſi. Si vero fuerit actũ ciuiliter, ſerua dictionem l.1.ſuper ius alleg.& tunc dicitur criminaliter agi ex delicto, ſi agatur ad pœnam etiã pecuniariam applicandum fiſco, vt not.gl.ordi.C.de ſepul. vio. l.1.& §. ff.de pœnis.l.aut damnum.gl.1.eo.

11 Subſtituẽs tenetur de culpa ſui ſubſtituti.ff.de nego.geſ. l.nam & Stichus.§.mandato.& ibi etiam not.per Bar.

12 Crimen læſæ maieſtatis committitur in principes etiã inferiores. vt not.extra de pœnis.cap.felicis.lib.6.per Arc.

13 Animal morti traditur non propter conſcientiam delicti, ſed propter memoriam facti.15.quæſtio.1.capi.ſacræ. & cap.mulier.

14 Delictum per ebrietatem factum minori pœna punitur.ea.q.c.ſanè.

15 Ille qui indebitè impedit alium in proſecutione ſui iuris, tenetur ſibi de iniuria, damni, & intereſſe, vt extra de immu.eccle.ca.quoniam.libr.6.in fine. iunge ſupra in ver. ſequeſtratio.

16 Hæc verba, tu mentiris, importãt iniuriam, licet fuerit dictum ſaluo honore tuo.arg.ff.de acqui.hęre.l. ſi quis.& ita not.ibi per Bar.& Dyn.

17 Quis poteſt emere ad vitam ſuam penſionem annuam ſine peccato vſurario ratione incertitudinis, habita tamẽ moderatione & ętate mentis.arg.C.de inoffi.teſta.l.ſi pater.& ita ibi not.per Cy.

18 Qui falſitatem committit in cauſa, perdit illam.ff. de iure fiſci.l.in fraudem.§.quoties.& ibi not.per gl.ord.& vide not.per Cy.in l.1.de aduo.diuer.iud.

19 Qui ſcribit literas nomine alterius ſine illius voluntate, committit crimen falſi, vt not.gloſſ.ord.Ber.extra de teſt. c.tam literis.in gl.ſi.in fi.

20 Cõtra furem poteſt procedi tot locis, quot locis fecit reſidentiam cum re furtiua.arg.ff.de furt.l.ſi dominiũ. & ita ibi not. per Bart.& intellige de reſidentia vnius diei ſaltem.arg.eo.titu.l.quod deſtinauerit, vt not.ff.de ſtatu homi.l.hõ liber.per Bal.credo communem opinionẽ contra ſm conſilium Bononien.determinantis cõtrarium, cuius princeps erat Richar.de Sali.de hinc Bartho.de Sali. in l.ſi abducta.C.de furt.de quo ibi per eum vide.

21 Etiã pro vno furto enormi fur poteſt ſuſpendi, tũ quia vnum magnum furtum æquipollet fæpè pluribus vel tribus paruis.argum.ff.de exculatio.tuto.l.ſi quis. Tum etiã, quia propter enormitatẽ delicti permiſſum eſt iudici trãſgredi pœnam legis, vt not.Inno.extra de conſtit.ca.1.& ff. de his qui nota.infami.l.quid ergo.§.pœna grauior. & ita not.C.de ſeruis fugiti.authen.ſed nouo iure.per Bald.

22 Si homo commiſceatur cum animali, debet comburi ſimul.15.q.2.c.mulier ad omne pecus.

23 Si liber pignoratus corrodatur à muribus penes creditorem, tenetur emendare debitori ratione culpæ.ff.locat. item quæritur §.ſi furto.

24 Licet quis percutiat filium fami. vel alium volentem, nihilominus acquiritur actio iniuriarum patri, & etiam reipublicæ ad vindictam, vt nota.ff.de pact.l.ſi vnus.§. pacta quæ turpem.& ibi not.per Gulie.de Cuneo.& poſt eum per Baldum.

25 Qui inuenit rem alienam ad euitandam pœnam furti, debet facere pręconizari eam &c. ff. de furt. l. falſus.§.qui alienam.& §.ſeq.& 5.q.1.quid malignì ſpiritus, & extra de clandeſti, deſpon.cap.cum inhibitio.& qui ma.accuſa.non poſſ.c.cum in tua.& ita not.extra de vſu.c.fin. ver. quid ſi nullus.per Hoſt.in ſumma.

26 A miſſum in ludo illicito poteſt repeti.ff.de alea.l.final. & de præſcriptis verbis.l.ſi gratuitam.§.fin.vbi dicit gloſſ. quod recipiens non poteſt obijcere turpitudinem repetẽtis, & durat repetitio quinquaginta annis.C.de religio.& ſumpt.funer.l.alearum vſus.& ita etiam not.extra de vita & honeſta.clerico.c.à crapula.per Hẽ.Boich.

28 Conductor tenetur de incendio facto culpa famuli, vel alterius ſecum habitantis.ff.loca.l. videamus.& l.inſulam. pro quo iunge quod not.ſupra, in verſicul.præſumptio. in concluſione quę incipit, caſus incendij.

29 Quis tenetur de damno per eius inimicos dato alteri. ff.locat.l.ſi merces.§.culpæ.& ſoluto matrimo.l.in his, in princip.& not.& vide per Bar.

30 Si queras, nunquid ſtipẽdiarij, vel alij iuuantes vel cõſulẽtes aliquẽ ad bellũ, excuſentur à crimine ſeu peccato? dic q̃ ſi dubiteſ an bellũ ſit licitũ vel ne, ſubditi illius mouentis bellũ excuſantur p̃ p̃ bonũ obedientię.23.q.1.quid culpatur. Alij vero nõ ſubditi nõ excuſantur. quia in dubio nemo debet ſe cõmittere diſcrimini, vt inueniat aliquem in præiudiciũ alterius, vt legitur 14.q.5.denique.in text.& not.

nota: extra de iureiurand. capitulo sicut. & infra per Henric.Boich.

76 *Mista de contractibus, & appendentijs eorundem & connexis.*

1 TRansactio facta per beneficium super iuribus bene ficij sui nocet sibi quandiu viuit, sed non nocet eius successori, nisi transactio ipsa fuerit authoritate sedis apostolicæ, vel episcopi confirmata, extra de transac. c. statuimus. & eodem titu. c. veniens. & ibi not. per gl. ord. & ca. de cætero. & ibi etiã not. p Inn. & etiã per gl. ord. Bernar.

2 Et quamuis non valeat transactio facta per Abbatem, vel priorem conuentualẽ super iuribus ecclesiæ sine consensu capituli, seu conuentus, extra de transactio. capitu. contingit. confirmatur tamen per præscriptionem quadraginta annorum. extra de iure patron. ca. cura. & ita not. in alleg. c. contingit. per Henr. Boich.

3 Si duo adinuicem dederint bona sua, videtur magis qua si quædam venditio quam donatio, ad instar illius qui dedit pactum Rechis. ff. de contrahen. emptio. l. nec emptio. & de actio. emp. l. emptorẽ. §. fi. vt not. C. de inoffi. donat. l. 1. per Ioan. Fab. in penul. q.

4 Vide, donationes mutuo factæ inter coniuges vicissim in casu, quo vnus alteri præcedebat, valent ratione incertitudinis, quia non sunt meræ, quia non liberaliter. arg. C. de inoffi. testa. l. si pater. & ibi not. per Cy. post Pet. de Bellapertica. arg. illius legis, quia tales donationes mutuæ non sunt propriè donationes, sed potius remunerationes reciprocæ, & ideo valẽt inter coniuges. ff. de donat. inter virũ & vxo. l. quod autẽ. §. si vir. quod est verum si sint æquales, alias vero vsque ad concurrentem quantitatem, vt ibi no. per Iaco. de Are.

5 Si emptor concessit duobus gratiam reachati, vnus nõ poterit reachatare sine alio inuito concessore, cum venditio facta fuerit vno pretio. arg. ff. de in diem adiect. l. cum autem. §. fin. l. sequen. itaque not. ff. de vsufruct. legat. l. qui vsumfructum. per Bart.

6 Si aliqua res promittatur nõ alienari, & sub pœna, & p pœna obligetur res ipsa, impedietur translatio dominij ipsius rei si alienetur, & hoc propter ius reale hypothecæ, vt not. ff. de verborum obliga. l. si quis ita promisit. §. ea, lege. per Bartol. & etiam in l. si is qui animo possessionem. de acquirend. possess. vbi etiam Barto. ponit vnum alium modum notabilem.

7 In promissione de expellẽdo colonum, intelligitur duplex tacita conditio, videlicet, si pensionibus paruerit, & si vt oportet, fundum colat. C. locat. l. edem. & ff. eo. tit. l. quæro. §. inter locatorem. Henri. de Bo.

8 Si famulus cœpit denariatas tanquam nuntius domini, non ipse, sed dominus obligatur, quia ex contractu nuntij directè dominus obligatur, & non nuntius, quia in eũ non fortitur obligatio, cum præstet nudum organum, vt no. C. si quis alte. vel sibi. l. multum interest. & ita not. ff. si quis caut. l. si tutor. in fi. per Bal.

9 Liberatio paterni debitoris facta per filium in vita patris ex causa gratuita, nõ nocet sibi, licet postea existat heres patris, vt not. ff. solu. mat. l. si filius. per Bar. An verò firmetur iuramẽto, signaui in repetione authen. sacramenta puberum. C. si aduer. vend.

10 Ad faciendum oblationem non sufficit ostendere bursam sigillatam, vt not. ff. de condi. & demon. l. cum filius in fi. per Bar.

11 Donatio facta per Regem, quæ cedit in deminutionem iuris regij, non valet, etiam vallata iuramento, extra de iureiuran. capitu. intellecto. Secus verò si non cederet in magnam deminutionem iuris legalis, vt not. extra de re iudi. c. Abbate sane. lib. 6. ita etiam not. ff. quod vi aut clam. l. prohibere. §. fina. per Barto.

12 Si creditor, cui debetur pecunia in præsenti, vel intra certum terminum, eam stipuletur sibi solui à debitore intra longiorem terminum, fit tacita nouatio, quæ dicitur ex coniecturis probari. ff. de prætor. stipu. l. Valerius, alias incip. si præses. & est l. penul. & ibi no. & etiam latius ff. de pact. l. rescriptum. §. fin. per Bald. per quem declaratur intellectus l. fi. C. de nouationibus.

13 Pater non potest emancipare filium quo ad vnum actũ tantum, quoniam patria potestas est individua, cum quis non possit esse in duplici statu inuicem contrario. C. de lati. libe. toll. l. 1. §. 1. itaq; no. C. de iure deliberand. l. seruum per Bald.

14 Moneta promissa vel legata debet solui secundum valorem, in quo est tẽpore quo petitur, & nõ tẽpore factæ promissionis vel legati, ar. ff. de auro & arg. leg. l. certum. nisi debitor fuerit in mora iuxta materiam l. vinum. ff. si cert. pet. vt not. in allega. l. certum. per Barto. Quod intellige, vt notatur ff. de solu. l. Paulus. per eundem Bar.

15 In soluendo monetam argenteam pro aurea, & ecõtra debet attẽdi consuetudo regionis, vt not. gl. ord. C. de dona. l. si quis argentum. in prin.

16 Et quis tenetur recipere monetã pro ea æstimatione, quæ taxata est à publico, vt C. de veter. numisma. potest. l. vltima. lib. 11. Et ita notatur ff. de fal. l. qui falsam. per Bart. dicentem, quod refutans debet puniri, vt not. d. l. vltima.

17 Si cursus monetæ sit reprobatus per principẽ, vel mutata eius forma, intantum quod moneta debita non reperiatur, vel diminutus sit eius valor, debet solui de moneta noua ad æstimationem antiquæ. arg. ff. de pig. act. l. elegan ter. §. qui reprobos. & extra de censi. c. olim causam. & ca. penul. itaque not. ff. de solu. l. Paulus. per Bar.

18 Licet moneta debita non sit mutata in forma, nec per principem reprobata, si tamen sit mutata in materia. s. ponderis vel æris, & sic in bonitate intrinseca, non potest solui creditori inuito, ar. ff. de cer. pet. cũ quid. & de iure dot. l. res in dotẽ. nisi suppleatur valor diminutus, arg. ff. de solu. Paulus. supra allegata. & ita not. extra de deci. cap. fina. in cle. per Pau. de Leaza.

19 Si moneta debita reperiatur eadem oĩno, vt quia non sit mutata in forma vel materia, nec per principẽ reprobata, licet diminutus sit eius valor respectu æstimationis, sufficit debitori eã soluere talem, qualis est tempore petitionis, nisi debitor fuisset in mora, iuxta materiam l. vinum. ff. si cer. pet. & ita intelligitur quod dicitur suprà in conclusione incip. moneta promissa.

20 Pro moneta aurea non põt solui argentea, nec pro pura argentea põt solui pecunia ære contaminata, vt gl. tãgit ali quantulum ff. si cer. pet. l. 2. & C. de donat. l. si quis argẽtum. itaque tamen tenet Io. Fab. Instit. qui. mo. tol. obli. in prin. quod intellige, & limita iuxta conclusionem supra positam, quæ incip. in soluendo, & sequuntur communiter doct. quo ad primum. Fulgo. tenet contrarium, nec gl. videtur illud dicere. & allegat Fulg. l. Titiæ. ff. de aur. & arg. leg. cum alle. in alleg. per gl. 5. nisi tñ dicit ipse Ful. eẽt promissum certum aurum, puta Anglicanum, & hoc dicit fuisse de mente fac. de Rauen. alleg. l. 1. C. de pondera lib. 10.

21 Ius seu authoritas fabricandi monetam pertinet soli principi. ff. de orig. iur. l. 1. §. cum ærarium. & C. de fal. mone. l. 1. & ideo est de iure regaliæ, vt in feudis, quę sunt regalia. c. 1. Et ideo nulli alteri competit, nisi sibi quęsitum fuerit ex priuilegio speciali vel consuetudine, vt notatur extra de iureiur. c. quanto. per Henr. Boich. in 2. dist.

22 Res emphyteuticaria non cadit in cõmissum propter venditionem, seu alienationem nullam seu inutilem. ar. ff. de operis lib. l. sicut. ver. finautem. & facit ille te. in arg. & ita not. in lib. meo, per doct. quod intellige inutilem, scilicet, alias quam propter defectum consensus domini directi. De Bouerio.

*Explicunt singularia Henrici de Bouerio.*

LAVS DEO.



*SINGVLARIA*

# DOMINI GVIDONIS PAPAE

## I. V. DOCTORIS CONSVMMATISSIMI,

NVNC PRIMVM ADDITIONIBVS ILLVSTRATA,

*Horum materia tam in ecclesiasticis, quam secularibus Curijs practicatur.*

SEQVVNTVR quædã Singularia dicta in iure per me Guidonem Papę legũ Doctorem & Consiliarium in curia Parlamenti Delphin. hinc inde in diuersis iuris Ciuilis & Canonici passibus reperta, & hic in scriptis redacta, tam de tempore, quod practicabã, quã postquam fui assumptus Consiliarius in dicta curia parlamenti, pro laboris mei alleuiatione in futurum.

Singulare primum.

I.

*1 Arrestum frangit, qui animo gaudendi immunitate intrat ecclesiam.*

1 Si quis intret ecclesiam animo gaudendi immunitate, dicitur arrestum frangere. l. absentem. ff. de ver. sig. & ibi no. iũcta l. qs sit fugitiuus. in pri. ibi, ea mẽte. ff. de ędil. edicto.

II.

*2 Latronis vnius confessio valet contra alium quo ad præsumptionem; sed non falsarij contra falsarium.*

1 Confessio† vnius latronis valet contra alium quo ad præsumptionem, sed falsarius contra falsarium non recipitur in testem, secundum Inn. in c. 1. de confess. & tetigide hoc in tractatu meo de præsumptionibus, in §. confessio. & vide de hoc infra singul. 278. & singul. 621. §. confessio in iudcio.

ADDITIO.

Adde Bouer. in sing. in verb. confessio. nu. 7.

III.

*3 Dotis collatio locum habet in successione materna si mater constituerit dotem.*

1 Collatio dotis etiam locum habet in successione materna, si mater constituerit dotem. in authen. de æqualitate dotium. §. illud. col. 7. & in l. vt liberis. C. de collatio.

IIII.

*4 Bonorum appellatione an contineantur iura & actiones.*

1 An appellatione† bonorum contineantur iura & actiones vide Bar. in l. Quintus Mutius. §. argento. ff. de aur. & arg. leg. & in l. 1. C. si aduersus trãsac. & de hoc vide plenius in fra, in §. in donatione, &c. & vide quę dixi in decisionibus parlamenti, q. 291. & q. 499.

V.

*5 Dictio alius, est relatiua duorum extremorum.*

1 An appellatione rerum mearũ contineantur iura & actiones, plenè dixi in decisionibus curiæ parlamenti. q. 584.

2 Alius, † alia, aliud, sunt dictiones cognotatiuæ seu relatiuę duorum extremorum, primióque extremi exclusiuę. in authen. de manda. princi. §. oportet igitur. glos. super verbo Alia. coll. 3. & in l. cætera. §. fin. ff. de leg. 1. & quod not. in l. non solum. §. quæritur. gl. super verbo, Cæteris. ff. de procuratoribus.

VI.

*6 Inuocatio brachij secularis.*

1 Brachij† secularis inuocatio fit, sicut tex. habetur in ca. de offi. ordi. & in c. vt officium. §. denique. de hæreticis. lib. 6. ponit Inno. Io. And. & Hen. Boich in c. significasti. de of. delega. in antiquis. in 1. distin. & Spe. in titu. de offi. iudicis deleg. §. constituitur. ver. sed nunquid potest, &c. & d. Zaba. in cle. 1. eo. ti.

VII.

*7 Effectus clausulæ ex certa scientia.*

*2 Princeps certa scientia æquiparatur clausulæ non obstante tali lege, nec quis auditur contra id quod princeps facit ex certa scientia. 3.*

1 Nota q† verbum, ex certa scientia, in rescripto appositũ idem operatur quod clausula, non obstante tali lege. l. idẽ Vulpianus. ff. de excu. tuto. & de re iud. l. quidam. & C. de nup. l. imperialis. ita dicit Bal. in procę. feudorum circa fin. primæ diuisionis, in quæstione quæ incipit, an rex possit suum filium regem constituere. & vide plenè in tractatu meo rescriptorum.

2 Plus† dicit Bal. vbi suprà, q† illa clausula, non obstante tali lege, non semper valet. 22. q. 2. in fina. & ibi in summa per Arch. in qua causa etiam idem Archi. tractat, de certa scitia principis, quæ æquiparatur dictæ clausulæ, non obstãte tali lege, & circa hoc dicit Bernar. in c. manda. extra de rescrip. q† dicta clausula quę apponitur de stylo, debet de ali quo operari, quod no. vt ibi dicit Bal.

3 Plus ibi dicit Bal. q† quis non debet audiri contra illud q† princeps facit ex certa scientia, imo debet repelli, & impo ni perpetuũ silentiũ. Nam dicit lex, Quis tantæ superbiæ est ferocibus manibus, vt regalem sensum regat? ita dicit & tenet idem Bal. in glo. quã ipse fecit super lege facta pro pace Constantiæ quæ incipit, Imperialis clementiæ man suetus, &c. quod no. quoniam est singulare.
De dictis verbis, ex certa scientia, habetur text. in cle. 1. de iudi. & de iureiur. in c. 1. in pen. col. & de istorum verborũ significatione habetur per Bernar. in c. pastoralis. §. præterea. extra de ostii. dele. & per eundem in ca. præterea. de cõfirmatione vtili vel inutili.

4 Et dicit† Io. And. in ca. venerabilis. extra de consir. vti. vel inuti. q† illa verba, ex certa scientia, sunt tantę virtutis, q† validãt gratiam, seu rescriptum, aut priuilegiũ, quod alias non valeret, ad quod facit c. 1. in fi. vt lite pendente. in cle. Spe. tangit in tit. de instru. edit. §. nunc autem videndum. versi. & scias, & plenè Albericus de Ro. in procę. ff. vbi plenè tangit & tractat hanc materiam.

VIII.

De materia rescriptorum & clausularum derogatoriarũ, non obstantiarum in ipsis rescriptis apponi solitarum, plenè dixi in tract. meo, qui intitulatur, Tractat. rescriptorũ & clausularum derogatoriarum non obstantiarum in rescriptis principum apponi solitarum.

IX.

*1 Intellectus l. falso asseueras. C. de diuers. rescrip. & c. plerunq; eodem titu.*

1 De materia † l. falso asseueras. C. de diuersis rescrip. ad d. l. oppone de c. plerunq;. in fi. extra de rescrip. vbi rescri. euacuatur anno. Ideo dic pro declaratione & solutione, q† vbi rescriptum impetratur ad agendum, tunc habet locũ præscriptio annalis, vt d. c. plerũque. sed vbi impetratur ad aliquid faciendum vel excipiendum, tunc non habet locum præscriptio annalis, sed habet prolixius tempus, vel perpetuum. l. j. ff. de nundi. & l. purè. §. fi. de excep. do. & facit d. l. falso asseueras.

2 Sed quãdo† habet locum dicta præscriptio annalis, à quo tempore incipiat currere annus? dic quod à tempore quo copia iudicis delegati potest haberi, intantum quod partem citari facere potuit l. 1. & l. 2. ff. de diuer. & temp. præscrip. 2. q. 6. biduũ. & est annus ab initio vtilis, sed postea cõtinuus: ista sunt verba Inn. in d. ca. plerunque. de rescri.

X.

*1 Minores res præsumuntur vendita cum decreto iudicis per lapsum decennij.*

1 Per lapsum † decennij res minorum præsumuntur fuisse venditæ cum decreto iudicis, etiã si de ipso decreto non appareat. Ang. de Per. in l. 6. ff. de acquir. hære.

XI.

*1 Appellatio ab executore sententiæ quando admittatur:*

1 Ab executore † sententiæ non appellatur, nisi inquãtum excederet modum in exequẽdo. l. ab executore. ff. de ap pel. Sed iuxta hoc quæro, qualiter & quando dicitur excedere, vide ibi glo. & in c. quod ad consultationem ext. de re iudi. & Bar. in l. ab executores. ff. de appellat. Sed an
2 † excutor qui excedit, teneatur parti de dolo vel actione iniuriæ? vide Dy. in c. quod quis. de regu. iur. lib. 6. iũcta l. si iniuriæ. ff. de iniur. Adde infra sing. 333. nu. 4.

XII.

*1 Sententia lata contra defunctum mandatur executioni.*

1 Sententia lata † contra defunctum debet mandari execu tioni, non obstante ꝙ hæres cum beneficio inuentarij ponat bona in declaratione. doct. ad hoc allegant tex. in l. post rem iudicatam. ff. de re iudi. nec requiritur alia ad iudicatio, post quam semel fuit iudicatum. Posset tamẽ dici, quòd licet non requiratur alia adiudicatio fienda in declaratione bonorum, ꝙ tamen ibi debeat compare re creditor, & producere suam sententiam, & petere se allocari in suo gradu, & eum teneri creditoribus.

XIII.

*1 Talliare quando possit superior suos subditos.*

1 Quod Imperator vel Rex non possit voluntariè talliare
a res suos a subditos ratione suæ coronationis, vel quia natus est sibi filius, vel qa vult eius filiã maritare? vel aliud simile, facit l. fi. in fi. ibi. Expensis proprijs statuam collocari præcipimus. C. de statu. & imagi. & facit C. de expe. Ludo. l. vna. li. 10. item quia si illud quod videtur magis ineſſe, & non ineſt, nec illud quod minus. Sed magis videret ꝙ imperator ratione guerræ vel belli, posset eos talliare, & tamen non potest. argu. C. de Iusti. Codice cõfirmando. l. 1. ibi, si nõ nouis expen. &c. & est expressum in authen. vt iud. sine quoquo suffrag. §. illud. ver. nos autem. ergo aliàs est §. colla. 2. Et hoc credo verum, si Imperator vel Rex habeat patrimonium sufficiẽs vel alias facultates de quib. possit sumptus facere impremissis alias. n. posset ratione suæ inopiæ, tunc enim subditi teneren tur eum adiuuare. Et sic possunt intelligi gloss. positæ C. de sac. san. eccle. l. placet. super ver. extraordinarium. & super ver. canonicum. super hoc vide quæ no. per Cyn. in l. neminem. C. de sacrosan. eccle. Et prædicta intellige nisi consuetudo allegaretur per Imperatorem vel Regẽ vt l. vna. C. de auro coro. li. 10. l. Iudæorum. C. de Iudæis vide Spe. in tit. de ho. & fide. §. 1. ver. & no. & melius quã alibi Pet. Iac. in ti. de causis, de quibus dominus debet amittere proprietatem. in 1. di. in fi. & dic vt ibi. Vide etiã Io. Ray. in tract. de muneribus in quæstione, quam mouet de habente iurisdictionem, vtrum possit suos subditos talliare. De hac materia etiam tetigi in decisionibus curiæ parlamenti, q. 57.

ADDITIO.

a Subditos. De hac materia quando dominus possit suos subditos talliare, & quibus casibus, latè per Nicol. Boer. decis. 126. & 127.

XIIII.

*1 Statuti verba admittunt interpretationem restrictiuam, ne quis damnum patiatur.*

1 Ne quis † damnum patiatur, verba statuti recipiunt interpretationem restrict uam, allegatur ad hoc l. 2. C. de noxal. & ponit Barto. in lege. omnes populi. ff. de iusti. & iu.

XV.

*1 Casus vel culpæ probatio cui incumbat.*

1 Ponet ꝙ est aliquis operarius in ecclesia vel sacristia, ad quem spectat custodia iocalium, calicum, & talium reli quiarum ecclesiæ. quòd talis per furtum perdidit vnum calicem, vtrum ipse debeat probare se perdidisse? videtur quòd nõ, arg. gl. in l. si creditor. in gl. magna ibi, secũ dum Ioan. & Hen. & Azo. nos contradicimus, &c. C. de pig. act. Sed ille, qui allegat culpam vel casum. Tu dicẽ trà, vt est casus in l. si quis. §. prohibet. ff. de edend. & ibi gl. mouet istam quæstionem & dic vt ibi plenè per Bar. vide quæ notãtur in l. 1. C. depos. & in l. si fundum. §. Imperator. ff. locati. & ibi no.

De materia dicti tituli de pigno. act. vide notabilia dicta, & plures quæstiones per Spe. in tit. de obli. & solu. in §. 1. ver. item quòd res. & ver. seque. & versi. sed pone cum seque. ver.

XVI.

*1 Astringere si ad casum fortuitum quis possit.*

1 Quis † potest se adstringere pacto speciali ad casum fortuitum, sed sub pacto generali non cõprehenditur casus fortuitus gl. hoc dicit in l. 1. in verbo suscepisse. C. cõmo. Circa hoc aduerte, quia si vnus casus fortuitus specialiter exprimatur, & posteà casus fortuiti generaliter exprimantur, hoc sufficit, vt probatur in cap. qui ad defendendum. de proc. lib. 6. & facit l. fi. §. fi. ff. de vino, tritico, & oleo leg. & vide glo. in c. licet. de off. ord. lib. 6.
2 Sed qualiter † probetur casus fortuitus? Vide Barto. in l. si quis ex argentarijs. ff. de eden. & quis teneatur eum probare, vide vbi suprà. Qui sunt casus fortuiti, aliqui, enumerantur in l. in ratione. ff. ad l. Fal.

XVII.

*1 Possessor bonorum seu administrator an possit pro absente domino nomine alterius conueniri in iudicio.*

1 Vtrum administrator † seu possessor bonorum nomine alterius possit pro absente domino cõueniri in iudicio? vide tex. cum glo. in l. 1. C. vbi in rem actio. Circa hoc tamen aduerte, quia secundum statuta Delphinalia si dominus se absentet, datur curator bonis, contra quẽ actiones diriguntur per creditores.

XVIII.

*1 Proponens aliquid in iudicio probet.*
*2 Negatiuæ probatio per confessionem partis.*

1 Quilibet † tenetur probare illud, quod proponit in iudicio, pro fundamento suæ intẽtionis, licet sit negatiua, in c. bonæ. cũ ibi not. extrà de elec. & no. Bar. in l. hoc iure. ff. de ver. ob. & no. Io. de Graf. actu legens Taurini, tẽporib. meis, in c. fi. extrà de præsum. & ita in recollectis meis, sub eo per me Guidonẽ Papæ reportatis, descripsi.
2 Sed qualiter † probabitur negatiua? dic per confessionẽ partis. vide gl. in l. pe. C. de erro. à duo & in l. 1. C. de fica.

XIX.

1 Actus iudiciarius † est fiendus expensis illius, qui talem actum fieri postulat. no. glo. in l. 2. in ver. deteriorem. ff. ex qui cau. in pos. eatur.

XX.

1 Verbum † dubium à teste prolatũ interpretatur pro reo, ita dicit gl. singularis in c. in præsentia. extrà de proba. & vide super hoc glo. in c. ex literis extrà de sponſ.

XXI.

*1 Mercãtia an debeant confiscari propter pedagiũ non solutũ.*

1 Si famulus † meus tranſit mercantias meas absq; soluendo pedagium, non propter hoc mercantiæ meæ debent dici confiscatæ, allegant doct. l. 1. C. de fer. exportand.

XXII.

1 Super † conclusione libelli in obligatione alternatiua, vide Bar. in l. 2. §. item si in facto. ff. de ver. obl.

XXIII.

1 Prorogatio † termini impedit pœnam committi, sed cõmissam nõn perimit. l. cum stipulatus. ff. de verb. obli.

XXIIII.

1 In actibus † in quibus requiritur certa forma, requiritur ꝙ vno contextu fiat, vt no. Io. And. in nouel. in c. vt circa. de elect. lib. 6.

XXV.



LXII.

*1 Matrimonio per verba de præsenti contracto, an papa possit dispensare vt contrahatur cum altera.*

1 Aliquis † contraxit matrimonium cum vna per verba de præsenti, sed eam non cognouit carnaliter, an Papa possit dispensare, ꝙ cum alia contrahat? Archid. in Rosario suo dicit, ꝙ sic, 27. q. 2. c. quia super. & refert Bald. in l. Deo nobis. C. de Epis. & cler. vide glo. in c. ex publico. super verbo, consummatum. de conuer. coniug.

XXVI.

1 Monachus † liberatur à patria potestate. 16. q. 1. c. non dicatis. per Archi.

XXVII.

1 Si quis † spoliauerit aduersarium suum lite pendente, vide tur eius appellationi renuntiare, vt notat Innoc. ext. de restit. spol. c. parte.

XXVIII.

1 Si peter † pepigit filium monasterio, obligat eum. gl. in l. colonus. C. de agric. & censi. lib. 11.

XXIX.

1 Absentans se, debet † dimittere aliquem, qui sibi denuntiet citationes, aliter dicitur fictus contumax, ita dicit Cy. singulariter in l. ab eo. C. quo. & quan. iu.

XXX.

1 Actus † nullus potest peti vt declaretur nullus per iudicem. in l. 1. C. quæ sen. sine appel. rescin.

XXXI.

*1 Rei alienatio quæ subiacet restitutioni, facta ab ignorante nõ retractatur: secus si à sciente.*

1 Alienatio † rei, quæ subiacet restitutioni, ab ignorante facta, non retractatur, vt est casus singularis secundum Dyn. qui alibi non reperitur, in l. fi. ff. de lega. 2. Secus si à sciente, vt in authen. res quæ. C. commu. deleg. Et vide quæ dixi de hac materia in decisionibus curiæ parlamẽti Delphin. quæstio. 11.

XXXII.

*8 Supplicare an oporteat intra decem dies, sicut appellare.*
*9 Sententiam an teneatur producere appellans.*
*12 Appellare post decẽ dies, vel à die notitiæ an possit dominus, si procurator non appellauit nu. 22.*
*13 Expensarum ab excessiua taxatione appellatur.*
*16 Appellantis malè pœnam quomodo quis euitabit, & an habeat locum de iure canonico.*
*17 Impedimentum probatur per iuramentum, quãdo appellans dicit se impeditum in primo fatali.*
*18 Fatale primum quando incipiat currere.*
*19 Appellationis iudicialis & extraiudicialis differentia, item appellationis & prouocationis. 27.*
*21 Sententiam suam exequitur iudex à quo, si appellatio sit deserta.*
*23 Appellationis iudex succedit in locũ iudicis causæ principali.*
*26 Sententia super executione sententiæ dicitur interlocutoria.*
*28 Appellatione à sententia per lapsum fatalium, vel aliter, de ferta, quis cognoscat de nullitate sententiæ.*

1 Appellatio † facta ab vno capitulo se extendit ad aliud capitulum, vide gl. in l. appellanti. C. de appel. Sed in actu iudiciali sic, secus si in extraiudiciali, no. Innoc. in c. cum à nobis. extrà de appel.
2 Appellatio † debet recipi ab amicis condemnati in causa criminali, aliàs iudex punitur. l. j. ff. ad l. Iul. de vi publ. Fallit, vbi condemnatus perseuerat in contumacia. & no. glo. in c. Romana. extrà de appel.
3 Appellatio † hoc modo concepta, Appello ad iudicem cõpetentem, valet & tenet. gl. in l. cùm proponas. C. de bon. auth. iudi. poſ.
4 Appellatio † tenet ab omni immoderatione dilationis. Innoc. in ca. 1. de dilat. & Bal. in l. 2. C. de epis. aud.
5 Appellatio † præcludit ius innouandi, non solum in cõtentioso actu, sed etiam in voluntario. gl. in l. 1. C. de bon. poſ. secun. tab.
6 Appellans † dolo malo ab interlocutoria non est amplius citandus ad diffinitiuam sententiam. hoc tenet Innocẽ. in c. ad petitionem. de accus.
7 Appellari non † potest ante grauamen illatũ, dicendo, Domine iudex, peto vt ita faciatis, & si non feceritis, ex nunc appello notat Spe. in tit. de excep. in §. viso. in versi. quidã autem nouitius, &c.
8 Differẽia † inter appellationem & supplicationem, & an sit necesse supplicare intra decem dies, sicut in appellatione, vide gloss. & doct. in c. ex literis. extra de rest. in integ.
9 Vtrum appellans † teneatur producere sententiam, vide Spe. in titu. de instrumentorum edit. §. nunc dicamus. ver. sed pone peto. vide etiam Io. And. in nouella, in c. Romana. de appel. lib. 6.
10 An positus † in arresto personali appellans possit impunè recedere, vide Spe. tit. de appel. §. 1. in prin. & per doc. in cap. constitutus de appel.
11 Appellans † si non est prosequutus appellationem, non habet quadrimestre tempus. no. gloss. in l. 2. C. de temp. appe.
12 Dominus † potest appellare post decem dies, si eius procurator non appellauerit, si tamen procurator non est soluendo, super quo vide l. 1. §. fi. ff. quando appel. fir.
13 Appellari † potest ab excessiua taxatione expensarũ, Innoc. in c. super eo. extra quod me. cau.
14 Confessus † in iudicio non appellat, nisi probet errorem suum. istud est dictum Io. And. in c. Romana. de app. libr. 6. vide Bar. in l. 1. C. de litis contesta.
15 Condemnatus † qui appellauit à pluribus capitulis, si vicit in vno, & in alio succubuit, debet in expensis condemnari. hoc ponit Inno. in c. fi. de do. & contu.
16 Quomodo † poterit fieri, ꝙ quis euitet pœnam malè appellantis, de qua in l. si clericus. C. de epis. aud. Dicit Nicolaus Matarelli, ꝙ debet dicere, Appello quantum de iure possum: arg. l. libertas testamento. ff. de manu. testa. Et cõsilium istud potest valere ad multa, secundum eum. Contrarium tñ tenet Bal. in d. l. si clericus. quia dicit ipse, aduersarius trahitur in causam de facto, & pœna dictæ legis cõmittitur propter nudum factum, vnde non iuuat protestatio in contrarium in pœnalibus. Ita dicit ibi Bal. & hęc opinio Baldi seruatur in curia parlamenti Delphin. vt vidi seruari. Sed an dicta pœna malè appellantis, de qua in d. l. si clericus. habeat locum de iure canonico, Bald. ibidem dicit, ꝙ fuit determinatum quod non, per gloss. in l. 1. ff. à qui. appella. non licet. & ideo in terris ecclesiæ non seruatur dicta lex, si clericus, vt ibi dicit Baldus.
17 Si appellans † se dicat impeditum fuisse in primo fatali, qualiter probabit impedimentum? dic quod per iuramẽtum, vt not. Spe. in tit. de appellationibus. §. nunc breuiter. versi. quid ergo. & Archi. in c. 1. de dolo. lib. 6. Iac. de Are. ff. de excu. tutor. l. scire. §. sufficit. Et de hac materia plenè etiam scripsi in decisionibus curiæ parlamenti quæstione.
18 Se qñ incipiat currere primum fatale, an à tẽpore sententiæ, vel à tempore appellationis, vel introductionis? dic quod à tempore appellationis. ita no. Ioan. And. in c. ex ratione. de appellationibus. quod hodie approbatur in cle. si cut. eo. tit. Et hoc verum, quando non est terminus ab homine assignatus, quia tunc à fine termini. ita not. glo. in casæpè. de appel. & placet Spe. in tit. de appel. §. qualiter. versi. annus. sed Host. cõtrà, quòd vſ placere, Io. An. in d. c. sæpe.
19 Differentiam † inter appellationem iudicialem & extraiudicialem, vide de elec. c. cùm nobis olim. & c. cum inter canonicos. & per Inno. & per Archid. in c. romana. de appellationibus. lib. 6.
20 Si quis † compareat coram iudice à quo, & protestetur quòd eius appellatio sit semper sibi salua, valet protestatio. ita dicit Innoc. in c. quæstionem. extrà de appellationibus.
21 Iudex † potest exequi sententiam suam, si appellatio sit deserta, etiam si super desertione non fuerit pronuntiatum. secundum Innoc. in c. ex ratione. extra de appella. & in capitulo si duobus. super verbo, in casibus. extrà eodem titulo.

22 Si procurator† meus non appellauit, an posim appellare à die notitiæ? dic quod si procurator est pauper, vel colluserit cum parte, quòd possum appellare. l. 1. in fi. iuncta gl. ff. quando app. sit. & facit quod ibi no. Bart. vide de hoc infrà sing. 358. in §. decem dies, &c.

23 Iudex† appellationum succedit in locũ iudicis causæ principalis. l. tutor. in prin. ff. de vsur. in c. Raynutius. in fi. ext. de testa. ita dicit Spe. in tit. de expensis. in §. nunc videndũ ver. & not. quod expensæ, &c. vide infrà singu. 482.

24 Appellari† potest à citatione, si citatur non citandus. Bald. tangit in l. 2. C. de epi. audi.

25 Quandiu† cognoscit iudex appellationum, an appellatio sit recipienda, vel ne, non debet inhibere in causa, secundum Inn. in c. dilectus. extrà de rescrip. facit c. romana. de appellatio. lib. 6.
Casus in quibus appellatur ab interlocutoria posui in decisionibus curiæ parlamenti, q. 75. Et ponit alios casus Spec. in titul. de comparitione in termino, in §. vnico. in fin.

26 Omnis† pronuntiatio, siue sententia in exequutione sententiæ lata, dicitur interloquutoria. Bar. in l. 2. de appel. recipiendis. istud facit ad multa, quia per hoc deberet appellari in scriptis à literis presciſæ missionis in possessionem bonorum inquantatorum, aliter appellatio est inualida, & censeri debet deserta.

27 Differentia† est inter appellationem & prouocationem, quia appellatio fit in iudicio, prouocatio extra iudicium. Inno. in c. cùm sit romana. de appel.

18 Franciscus† de Zabarel. in cle. si appellationem. dicit, Ibi. quintò quæro. Si appellatio à sententia per lapsum fataliũ, vel aliter fiat deserta, an iudex ad quem possit cognoscere de nullitate sñæ? vr̃ quod non, quia appellans videtur renuntiasse prosecutioni nullitatis, cũ veniat accessoriè ad causam appellationis, vt C. qñ prouo. nõ est nece. l. 1. in fi. sublata ergo appellatione, q̃ est principalis, debet esse sublata nullitas, vt accessoria. ff. de reg. iu. l. cùm principalis. & c. accessorium. de reg. iu. lib. 6. Stephanus dixit contrarium, quia desertio appellationis non potest tollere deuolutionẽ potestatis cognoscendi de nullitate facta iudici ad quẽ. Sunt enim diuersi modi agendi de nullitate vel de appellatione, & vno sublato non tollitur aliud. Et secundum eum nullitas non accedit propriæ appellationi, sed de vtroque principaliter cognoscit iudex ad quem. Dic primũ verius, quia de nullitate cognosci debet coram ordinario, si non sit appellatum, in c. dilecto. de app. & in cle. 1. de re iudic. vbi dixi in 1. q. sed ex vi appellationis cognoscit iudex ad quem. De nullitate ergo sublata appellatione, cognoscit solus ordinarius, de hoc scripsi in decisionibus curiæ parlamenti, q. 436. in ver. 88. vide Cy. in dicta l. 1. C. quando ꝓuo. non est necesse. & Bar. in l. si expressim. ff. de appella. Opinionem Domini Franc. de Zabarellis tenent Domini de Rota, in titulo de appellationibus. quęstione 150.

XXXIII.

1 An bastardus† possit substitui legitimo? vide plenius Barto. in l. quod conditionis. ff. de dona. causa mortis.

XXXIIII.

*1 Notarius alicuius principis extra territorium ipsius non recipit instrumenta:*

1 Tabelliones† a Regis Franciæ, vel Domini Ducis Sabaudiæ. & similium principum, non possunt recipere instrumenta extra territoria talium principum. not. Barto. in l. apud Consulem. ff. de manu. vindicta. eorum tamen instrumenta intra eorum territoria recepta, fidem faciunt extrà eorum territoria.

ADDITIO.

a Tabellio. Adde Bouer. in sing. in verb. notarius. nu. 7. & 9. per alleg. no. per Bar. in l. 1. C. de sum. trinit. & per Host. in sum. ne clerici vel monachi. §. quę sunt. ver. quid igitur.

XXXV.

*1 Dispositio testis refertur ad tempus iuramenti.*

1 Si datus† est terminus ad probandum, sufficit quòd testes iurent intra terminum, licet post examinentur, quia depositioni refertur ad tempus iuramenti. no. Bar. in l. damni. §. Sabini sententia. ff. de dam. infe.

XXXVI.

*1 Pace cũ defuncto facta, an & cũ hærede facta esse cẽseatur.*

1 Si fuerit facta† pax cum defuncto, an videatur esse facta cum hærede? & de hac materia vide plenè per Barto. in d. §. Sabini sententia.

XXXVII.

De Dictione item, vide Bar. in l. 1. aliàs incipit, pretor ait. ff. de Publicanis & vectig. & in l. item. ff. de leg. 3.

XXXVIII.

*1 Possidens ciuiliter an rei vendicatione conueniri possit:*

1 An ciuiliter† possidens possit rei vendicatione cõueniri? vide Bar. in l. Pompon. refert. §. in dotem quoque. ff. de acqui. pos. & gl. in l. 2. C. vbi in rem actio.

XXXIX.

1 Qualiter† probetur res esse in nullius bonis, no. Bart. in l. rem quæ nobis. ff. de acqui. pos.

XL.

1 An lex, † sicut. & l. cum notissimi. C. de prescriptio. 30. annorum. sint hodie correctæ, per c. malæ fidei possessor. extra, de reg. iur. vide Bart. in l. sequitur. §. seruus pro herede & §. si viã. ff. de vsucapio. & de hoc plenius tetigi in decisionibus Curiæ parlamenti, q. 199.

XLI.

De materia interruptionis præscriptionum, vide plenè Bat. in l. naturaliter. ff. de vsuca. & in decisionibus parlamẽti, q. 416. circa medium.

XLII.

1 Vtrum† iuri offerendi possit præscribi, vide plenè Bart. in l. pignori rem. ff. de vsucap.

XLIII.

1 Quis† sit error iniustus quis iniustissimus. & quis iustus, & quis iustissimus? vide Bar. in l. Celsus. ff. de vsuca.

XLIIII.

*1 Dominium an transferatur in emptorem, si quis vẽdat rem creditori obligatam.*

1 Si quis† obligat omnia bona sua creditori suo, an posteà aliquam rem ex obligatis vendendo, transferat dominiũ in emptorem? vide Bar. in d. l. Celsus. de vsucap.

XLV.

*1 Mala fides qualiter probetur in eo qui possidet cum titulo.*

1 Qualiter † probetur mala fides in eo qui possidet cum titulo? vide Bar. in d. l. Celsus. & ratio dubitandi, quia ex titulo presumitur bona fides.

2 Qualiter † debeat articulari super præscriptione ratione temporis. Bar. docet in d. l. Celsus. circa fi. & tetigi in apparatu meo, quem feci glossando statutum, Si quis per literas. super verbo, Testes.

XLVI.

v Vtrum excommunicatus possit hæres institui, vide Hos. in summa de testa. §. quid sit effectus. ver. & prodest hoc notare.

XLVII.

*1 Iuramentum per legem ciuilem remitti.*

1 Lex ciuilis potest remittere iuramentum ex causa, sicut Papa, vt nota. in l. adigere. §. final. ff. de iure patronat. vbi gloss. dicit, Nota legem vim apostolici obtinere, vt iuramentum remittat. hoc dicit Bald. in l. nec patronus. C. de oper. lib.

XLVIII.

*3 Domestici ad probandum facta domestica idonei testes, itẽ familiares, & confratres, 4. 5,*

1 Tres testes† examinantur, duo deponunt pro, tertius contra, quid iuris? vide Bar. in l. 1. de ventre inspic.

Licitum



2 Licitum† est arguere de teste ad tabellionem, & ecõtrà, in l. hac consultissima. §. fi. C. qui test. fac. possunt.

3 Testes† domestici sunt idonei ad probãdum facta domestica, vt vxor, & similes, vt no. in l. 2. C. quã. & quib. quar. pars deb. lib. 10.

4 Et familiares† perpetui vel temporales, vt C. de repudijs l. consensu. §. seruis.

5 Et confratres† vt in auth. de monachis. §. cogitandum. & exr. de test. c. veniens in fi. Ita dicit Bal. in l. scimus. C. de iure delibe. circa fi. Et vide in recollectis meis, quæ dicit Io. de Grassis, in d. c. veniens.

XLIX.

*1 Fauendum libello vt in dubio admittatur:*

1 Licet iure† ciuili libellus sit ineptus propter ineptam actionem intẽtatam, vt l. 1. §. 1. ff. si men. fals. mod. dix. Tamen æquitate canonica procedit talis libellus. Nam & si nulla actio esset intẽtata, talis libellus procederet, ita dicit Bal. in l. fi. C. de edicto diui Adria. tol. circa prin. Vide Bar. in l. insulam. ff. de præscri. ver. & Inno. in c. examinata de iudi. vide Bar. in l. 2. C. de formul. sublatis. Et dicit Inno. in d. c. examinata, quòd fauere debemus libello, vt admittatur in dubio.

L.

*1 Indiciorum solennitas, & ipsa iudicia sunt publici iuris:*

1 Iuramentum† non legitimat personam minoris in iudicio, secundum Bald. in l. 1. C. de confel. ratio secundùm eum, quia solennitas iudiciorum, & ipsa iudicia sunt publici iuris. contrarium tenet gl. in auth. sacramenta puberum. C. si aduersus venditio.
Sed quid in iudicando seruetur, plenius dixi in decisionibus curiæ parlamenti Delphin. quæstione.

LI.

1 Separatorum † separata esse debet ratio l. si maritus. C. de dona. inter vir. & vxo. Adde. infra. sing. 759.

LII.

*1 Productio non mutat naturam editionis.*

1 Pone, instrumentum† testamenti est productum iudici, & aduersario, registratum in actis, & aliquo casu est perditum, an fiat missio in possessionem ex edicto, & c. dic, quòd sic, quia transumptiuè testamentum est in actis. ff. tab. testam. nullæ extab. l. 1. de re iudi. l. gest. C. de testam. l. publicatis. Sed Inno. dicit, quod non est de actis instrumentum, sed eius productio. de probatio. c. quoniã contra falsam. de offi. dele. c. cum in iure peritus. per Inn. Sed illud intellige quo ad editionẽ diei, quia productio non mutat naturam editionis, sed quo ad vim probationis totum est de actis, quia est insinuatum, ita dicit Bal. in l. fi. C. de edicto diui Adria. tol.

LIII.

1 Fortiora sunt iura suorum, quam extraneorum. ff. de fal sis. l. si quis legatum. §. fi.

LIIII.

*1 Probandi onus in aduersarium transfert quasi possessionem.*

1 Quasi possessio † transfert onus probandi in aduersarium. l. non ignorat. C. qui accus. non pos.

LV.

*1 Instrumentum feudi tenetur ostendere feudatarius.*

1 Feudatarius† tenetur ostendere instrumentum feudi, notat gl. in l. 2. C. quibus & quando quarta pars li. 10. & no. Bal. in l. instrumenta. C. de fideic.

LVI.

1 Qui † agit publiciana, sufficit ei probare de quasi dominio. ff. de pignorib. l. si ab eo.

LVII.

Regula est, quòd excipiens non se subscribit ad pœnam talionis in cap. super extra de accusat. & Bald. in l. fina. C. si cui.

LVIII.

1 Dictio, Mea, † est dominij significatiua l. Quintus. §. argento. ff. de auro & arg. leg. & not. Bal. in l. fina. ff. de edic. diui Adria. tol.

LIX.

2 Quòd† potest lex, potest pactum notatur in gl. de decretis decurionum li. 10.

LX.

*1 ab Expensis releuatur propter doctorum dubiam opinionem.*

1 Propter dubiam† opinionem doctorum quis releuatur ab expensis. no. Bal. in l. generali C. de epis. & cler. Et dicit Inn. in c. si. de do. & cont. ꝙ quãdo quis habet opinionem doctoris pro se, etiam excusatur ab expẽsis, ita etiã dicit Host. in c. calumniam. extra de pœnis & glo. in l. 1. C. de legib. vide de hac materia quæ dixi in decisionib. curiæ parlamenti, q. 277.

LXI.

*1 Relicta in testamento filij facto de consensu patris, an trahantur ad donationem causa mortis.*

*2 Clausulæ si nõ valet iure testamẽti, valeat iure codicillorũ vis.*

*3 Iuramentum in supplementum non defertur in causis vltimarum voluntatũ, quãdo deficit in probatione vnus testis.*

*Iuramentum in defectum probationis tunc defertur, quando iudex certus est deberi quod petitur.*

1 Filius fecit † testamentum de consensu patris, & adiecit, Quòd si non valet iure testamenti, ꝙ valeat iure codicillorum, & iure cuiuslibet alterius vltimæ voluntatis. Mõ quæritur, vtrũ relicta in dicto testamento trahantur ad donationẽ causa mortis? Dinus dicit ꝙ non, duab. rõnib. Prima quia donatio causa mortis magis accedit contractui, q̃ vltimæ voluntati, vt notatur in l. 2. ff. de dote præleg. idq; apparet, quia contrahitur per modum contract⁹. s. pactione vel traditione, vt. ff. de donatio. causa mortis. Secunda quia non cõtinetur, nisi specialiter nominetur, vt. ff. de donatio. l. filius. ver. sed. n. & hæc est veritas, ſm Bal. Sed Gul. de Cuneo dixit, ꝙ si pater erat præsens, ꝙ valet vt donatio causa mortis, quę perficitur nudo pacto, vt notatur in l. cum pater. §. nemo. ff. de leg. 2. tu dic ꝙ non est donatio, sed quędã pollicitatio vel dictum, vt ff. de ædi. edic. l. sciendum. §. dictum & C. de pact. l. licet Et dictũ Gulielmi tunc esset verum, qñ expreſsè dixisset, Dono, vel promitto causa mortis, & in donatario apparerent aliqua signa consensus, alias non esset contractus, ut notatur C. de sacrosan. ecclesijs in l. illud. Et facit
2 ad p̃dicta, quia† clausula supradicta operatur, vbi ẽ defectus solennitatis, secus vbi est defectus personæ, vt notatur in auth. ex causa. C. de libe. præte. Et adde quod notatur. ff. de testam. l. hæredes palam. §. fi. per gl. & Dy. Predicta dicit Bal. in l. hac consultissima. C. qui testam face. poss. vide Cy. in l. seruum. C. e. tit.
3 Nunquid in causis vltimarum† voluntatum, & in donatione causa mortis, si est semiplenè probatum, & nõ deficit in probatione nisi vnus testis, poterit actori deferri iuramentum in supplemẽtum probationis? & videtur ꝙ sic, quia loco vnius testis habetur iuramẽtum l. in bonæ fidei C. de rebus credi. & iureiu. tu dic cõtra, quia vbi numerus testium est de substantia actus, & de forma probationis, omissio substantialis formę vitiat, vt C. de testamentis. l. si vnus, & patet expreſsè Insti. de fideicom. hære. §. fi. Præterea tunc defertur sacramentum ex inopia probationis, quando iudex credit deberi, sed hic iudex certus est non deberi, ergo nõ potest deferri & maxime in testamento, vbi debent esse testes rogati super hoc vide latius Bal. in l. bonorum in fine. C. de bonorum poſſes. secundum tab.

LXII.

1 Peritura † dicitur res, quæ seruando seruari non potest, tex. in l. 1. §. fuit quæsitum. ff. ad Tertul.

LXIII.

1 Pensio† remittitur propter guerram, gl. in l. 3. C. loca. & non alibi.

LXIIII.

1 Processus† factus corã iudice excõicato est ipso iure nullus gl. in l. 1 C. de iu. & facti igno. circa fi. Adde. Dy. sin. 9.

Et ibi in d.l.1. C. de iuris & facti ignor.est gloss.singularis, quæ enumerat multos casus, in quibus exceptio peremptoria potest opponi potest sententiam.

LXV.

1 Promissio iocosè facta non obligat gloss.in l.dolo malo .ff.de seruo corrupto.

LXVI.

*1 Dominium non probatur ex perceptione decimarum.*

1 Ad probationem †dominij non sufficit quem percipere decimas vel esse in possessione percipiendi l. si pater.C. de act.emp.& l.neque natales.C.de probatio.& l.approbatio.e.ti.facit l.Herennius.ff.de decurionib.

LXVII.

*1 Testimonium non potest ferre clericus coram iudice seculari absque sui episcopi licentia.*

1 Clericus non potest ferre testimonium coram iudice seculari sine licentia sui episcopi tenet Inn.in c.1.de iur.calum.vide tamen quæ plenius dixi in decisionibus curiæ parlamenti,q.75.

LXVIII.

Dictio, Donec, inducit conditionem glos.in l.quarta.ff.de seruit.

LXIX.

1 Doctor † non debet detineri in carceribus, sicut nec mu
a lier, ª vide glossam C. de professoribus & medicis.l.medicos, hodie tamen seruatur contrarium.

ADDITIO.

a Sicut nec mulier. Quod dicitur de muliere limita vt non procedat in muliere quæ gessit tutelam, quia tùc poterit carcerari secundum Bar.in auth.matri & auiæ. C.quando mul.tut.offi.fung.pot.& in l.si quis sub conditione.ff. de test.tutel.Roma.in l.alia.§.elegãter.ff.fol.ma.Mathes. sing.108.& in tantum est verum, q̃ mulier in causa administrationis tutelæ poterit detineri in carceribus, vt etiã bona illius qui accepit in vxorem eam quæ fuit tutrix filiorum suorum, si non reddidit administrationem ante quam contrahat matrimonium, sint tacitè obligata pro dicta administratione, vt est tex.singula.in l.si mater.C. in quib.cau.pig.tacit.contrahit,& ibi Bal.multum exclamat illum tex.Item mulier recusans redire cum viro, potest personaliter capi,& cogi redire cum viro secũdum Abba.in c.literas, in vlt.quæst.de rest.spol.

LXX.

1 Exceptio †non numeratæ pecuniæ non habet locum in confessione facta in testamento gl.est in l.1.C.de sal.causa adiec.leg.& non alibi, secundum.Bal.

LXXI.

1 Fama †probat dominum, glo.est singularis in l.at qui natura.de neg.gest.

LXXII.

1 Falsificans † acta perdit causam glos.in l.in fraudem.§. quoties.ff.de iure fisci.

LXXIII.

1 Confessio †facta coram tabellione, non nocet gloss.in l. iubemus.C.de lib.causa.

2 Confessio †facta quãdo processus est nullus, in causa criminali, non est sufficiens ad faciendum reum condemnari.gl.est in l.si filius.C.de libe.causa.Inno.in c.qualiter & quando, ext.de accusatio.vide Barto. in l.si confessus .ff. de custodia reorum, & plenius hunc articulum declaraui in decisionibus curiæ parlamenti, quæstione 120.& 216.

3 Confessio † facta in tormentis facit semiplenam probationem gl.in l.si quis in eadem.ff.de custod.reor.

4 Confessio facta † die feriato ob honorem Dei, valet, secundum Inno.in c.vltra tertiam.extra de testibus.

5 Confessio infamat, sicut,& sententia, ita dicit glos.singularis, quæ alibi non reperitur, in l.sed & si possessoris.§.si cum de hæreditate.ff.de iureiur.

LXXIIII.

1 Contractus †potest fieri in ecclesia.glossa est in l.3.C.de sacrosan.eccle.

LXXV.

1 Condictio ex lege habet locum in donatione causa mor. gl.& in l.cum pater.§.Mæuius.ff.de leg.2.

LXXVI.

Consuetudo indiget facti probatione cap.Romana de.consuet.libr.6.

LXXVII.

1 Concubina † succedit amasio ab intestato, sicut vxor vi-
a ro, ª in authentic.de trien.& semisse.§.consideremus.circa finem.

ADDITIO.

a Concubina. Item nota q̃ concubina præsumitur dives facta ex bonis amasij. Bald.singu.no.in l.1.circa med.C. de natural. liber. & idem repetit in l.cum oportet col.3. C.de bo. quæ libe.vbi idẽ putat in vxore adultera.Intellige tamen nisi mulier publicè negotiaretur, vt firmat idem Bal.in l.si vxorem.col.penul.versi. cæterum. C. de condi.insert.Cotta.verb.concubina.

LXXVIII.

1 Consanguineus † vxoris præfertur in successione mariti, sicut ipsa vxor, vt no.Institut.de nup.§.mariti.

LXXIX.

1 Quis † potest sibi esse contrarius in diuersa instantia, casus singularis est in l.pen.C.de ingen.& manu.& inõ alibi secundum doct.

LXXX.

1 Compensatio † dicitur reconuentio, casus est vnicus in l. neque.C.de compensationibus.

LXXXI.

1 Confessio sola † non attenditur in causa criminali, nisi præcedant aliqua indicia.gloss.est in l.fin.ff.custod.reorum.

LXXXII.

*1 Citandus si personaliter non reperiatur, citatio potest fieri ad domum.*

*2 Processus redditur nullus per citationem incongruam.*

*7 Nobilis citandus est in scriptis.*

*8 Citationis simplicis vim habent literæ iudiciales concessæ cum appositione diei.*

1 C itatio † potest fieri ad domum, in qua habitat quãdo nõ reperitur personaliter ille qui debet citari gl.in c.fin. de eo qui mittitur in possessio.cau.rei seruandæ. clarius tamen & plenius declaraui hunc articulum, in decisionib. Curiæ parlamenti, quæst.255.

2 Citatio † incongrua reddit processum nullum de re iudicata c. pastoralis, in clemen.& est gl.in l.si.ff.de duobus reis.

3 Citatio † semper intelligitur cum aduerbio legitimè. gl. in l.si minor.ff.de bo.autho.iudi.poss.

4 Citatio † specialis non requiritur ad taxationem expensarum, sed sufficit quod citetur ad diffinitiuam sententiam audiendam, nec est opus alia citatione.extr.de procur.querelam.

5 Citatio † debet fieri de mandato iudicis gl.in l.si vt proponis.C.quomodo & quando iudex, vnde infra, singul. 464.num.3.

6 Citatio † est necessaria, quoties tractatur de præiudicio alterius.gloss.in l.3.§.si cognita.ff.de bon.pos.facit l.nam ita diuus.ff.de adoptionib.

7 Citatio † debet fieri in scriptis, quando citatur nobilis persona, in l.quoties.C.de dignitatib.lib.12.

8 Literæ † iudiciales concessæ cum diei appositione habẽt vim simplicis citationis.Bar.& Iacob.Butrig.in l.actione.C.de transact.& Ioan.Fab.in.§.omnium.Insti.de pœteme.liti.

LXXXIII.

*1 Alimentis legatis an in pecunia, an in speciebus solui debeant.*

1 Aliquis legauit † mihi alimenta, hæres vult soluere panẽ & vinum, legatarius vult habere pecuniam, quid iuris?

Guiliel



Guliel.de Cun.fecit distinctionem, si reliquatur diuiti vel pauperi si diuiti, tunc soluatur pecunia, si pauperi, tũc in speciebus. Albertus de Rosate in l.cum hi. §. si in anno. ff.de trãsactio.tenet indistinctè, q̃ debet solui species & non pecunia, per l.nulli.C.de erog.mili.anno.lib.11.

LXXXIIII.

*1 Dictum testis scribendum ad longum.*

In lege instrumentorum.C.de precibus Imperatori offe.fa
1 cit d.l.in argumentum, † q̃ si notarius examinet testes, & reperiat plures in vnum concordantes, quòd põt dicere & scribere, Talis testis deposuit sicut precedens.ita ibi tenet Albericus de Rosate, pro quo l.si reus.ff.de cõdi.indeb.& l.arboribus.in fi.ff.de contrahen.empt.consultius tamen est, quòd scribat ad longum dictum testis, vt tenet Specu.in titu.de teste.§.nunc tractandum.versi. cautum quoque,&c.

LXXXV.

1 Citatio † ad sententiam audiendam potest fieri in domo habitationis eius, qui est in carcere, glo.not.in l.2. C.ex quibus causis maio.

LXXXVI.

1 Cedens † iura sua alicui, an possit testis esse pro eo? certè sic, si cessit iure donationis gloss.in l.nullus.ff. de testi.vide plenè in 73. consiliorum meorum. Adde infra singul. 829.nu.2.& singu.834.nu.1.& seq.

LXXXVII.

1 Conclusio † non est necessaria in libello criminali 3.quæstio 4.c.cum præsulatus.& vide Bart.in l.i.libellorum. ff. de accusationibus.

LXXXVIII.

*1 Peremptoria exceptio quæ excludit personam debet ante litẽ contestatam opponi, secus si excludat debitum.*

1 Exceptio † peremptoria quæ excludit personam, debet ante litem contestatam opponi, secus si excludat debitum.ita not.Bar.in l.cum mulier.ff.solu.matri.

LXXXIX.

*1 Hominis verus actus & voluntas requiritur in repudianda hæreditate, sicut in acquirenda:*
*Negligentia hominis in adeunda hæreditate repudiationem non inducit.*

*2 Petitio hæreditatis & iudicium familiæ erciscundæ longo tempore non tolluntur.*

*3 Sequentia declarantur ex præcedentibus.*

*4 Tacens 30. annis an sit exclusus à iure immiscendi vel adeũdi hæreditatem.*

Duo erant fratres à patre hæredes instituti, vnus ipsorũ altero sciente & patiente, in solidum possedit omnia bona paterna, & fructus percepit lõgo tẽpore, putà, 10. vel 20. annis, modo alter vult adire hæreditatem paternã, quæritur, an possit, & videtur, q̃ non, quia qui tam longo tẽpore patitur, consentire videtur, vt notatur in l.penulti. C.communi diuid.& de rei vendica.l.solennibus. Præterea nedum per lapsum longi temporis, sed etiam per lapsum anni videtur induci tacita repudiatio, vt ff.ad Carbo.l.si impubes.§.fina.& ff.ad Trebellian.l. facta.§.si qs bonorum. Prętereà ex longa negligentia videtur causari omissio & admissio.ff.de vsucapio.l.furtum.§. 1. cum l. sequen. Prætereà hoc videtur probari ex personarũ coniunctione, nam inter coniunctas personas faciliter p̃sumitur remissio.ff.de probationi.l.Procula.nempe quod & fortius est, præsumitur donatio.ff.de donat. inter virũ
1 & vxorem.l.si seruus communis. In cõtrarium † videtur q̃ in repudianda hæreditate requiritur verus hominis actus & voluntas, sicut in acquirenda, in le.potuit. C. de iure deliberã.nam contrariorum eadem est regula, seu disciplina sed in negligente non apparet verus actus hominis, quia negligentia non est verus animus volendi, vel nolendi,& ideo in negligente reperitur media iuris via & dispositio, nec additionem inducens, nec repudiationem inferens, ergo &c. Prætereà si hoc esset, quòd vi
2 deretur † repudiasse & liberasse fratrẽ, sequeretur quod petitio hæreditatis,& iudicium familiæ erciscundæ tollerentur longo tempore, quod est falsum.l.1.§.ad hæc. C.de annal excep.Prætereà hoc probatur per regulã generalẽ.Quia quædã sunt, in quibus requiritur expressus hoīs actus,& in istis patientia nõ habet inducere vel priuare.ff.de verb.obli.l.1.Quædam sunt, in quibus requiritur verus actus hominis, licet non expressus,& idẽ q̃ patientia est tertium adiacens nullum extremorum pro priè amplectẽs, vt ff.de tribut.l.1.§.sciẽtia. Quædã sunt in quibus sufficit p̃sumptiuus hominis actus,& tunc aut ex alio actu precedenti potest præsumi,& p̃sumitur sicut actus precedens ordinatur.C.de acqui.pos.l.2.& ff.si
3 seruit.vend.l.à te. Nam † priora, & maximè habentia permodum causæ, declarant ea, quę tacitè sequunt ex ipsis, & ista appellatur declaratio à priori, ar.ff. locati.quæ ad certum, aut patientia non habet aliquam dispositionem precedentem, secundum quam reguletur ad aliquod extremorum,& tunc talis patientia nil noui inducit, sed rẽ dimittit in media iuris dispositione, ergo in ꝓposito cũ scientia & patientia istius fratris sit silentium quoddam ab omni actu repudiationis abstractum seu remotum, sequitur quòd non videtur repudiare,& ista est veritas, vt dicit Bald.qui ita vt suprà, dicit & tenet in l.licet.C.de iure deliberandi.

4 Sed quid si ipse frater † tacuit spatio 30. annorum nunquid est exclusus à iure immiscendi vel adeundi hæreditatẽ? Bal.in d.l.licet.post multa concludit quòd sic, post gloss. aduertendum tamen dicit ipse, quòd ignorans exclusus à iure ciuili adhuc potest petere bonorum possessionẽ intra vtile tempus, quod non currit à tempore scientiæ .ff.quis ordo in bo.pos.fer.l.2.& ibi per Dy.& Bal.

XC.

Expẽsa facta in causa principiali, in qua reus obtinuit, compensatur cũ expensa facta in causa appellationis, in qua succubuit.glo.est in l.generaliter.C.de iureiur.

ADDITIO.

Adde Pau.de Cast.singu.1.

XCI.

*1 Transactio per litigantes facta super debito, intelligitur etiã facta super expensis, nisi aliud sit dictum.*

1 Si fiat per † partes litigantium cõcordia super debito, intelligitur etiam facta super expensis, si aliter non fuerit dictum.argumento l.2.& l.non exigimus.in prin.ff.si qs cautio contrarium tenet Ioan.And.in nouel. de eo qui mitti.in pos.cau.rei seruandæ.lib.6.super rubri. De hac materia vide quæ plenius dixi in decisionibus curiæ parlamenti, quæstione 55.

XCII.

*1 In diuisione rei communis præfertur iunior.*

1 In Diuisione † rei communis, siue inter fratres, siue inter alios fiat, præfertur in electione iunior.l.3.in prin. C de his qui veni.æta.impetra.& l.fi.ff.fami.ercis.& c.de paro chijs.de hoc etiam tetigi in decisionibus curię parlamẽti, quæstione 298.

XCIII.

Sæpè, accipitur pro duabus vel tribus vicibus.gl. est in aut. de testi.§.quia verò sæpè.vide infra singu.359.& singular.667.

XCIIII.

Solennitas omissa, etiam circa præparatoria iudicij, habet vitiare processum, istud est dictum Petri de Bella perti-ca, in authen.generaliter.C.de episco.& cleri.

XCV.

*1 Minor cui iudicis authoritate soluitur, non restituitur in integrum.*

Solutio facta minori iussu iudicis, & operatur q̃ aduersus solutionẽ minor nõ poterit petere se restitui in integrũ, tex.est singularis in l.ait prętor.§.p̃mittit. ff. de minorib.

XCVI.

Homicidium debet opponi contra testẽ in specie, & non sufficeret in genere.c.si homicidium.extrà de testi.

XCVII.

XCVII.

1 *Excommunicatus non repellitur à testimonio, nisi sit declaratus excommunicatus per sententiam.*

Testis excõmunicatus non repellitur à testimonio, nisi sit per sententiam declaratus excommunicatus.no. Innoc.in c.pia.de exceptio.idem in notario.

XCVIII.

Iudex potest abbreuiare terminum datum reo, vel in totum tollere, si dubitet de fuga.not. Cyril.in leg. siue. C. de dilat.

XCIX.

Subtrahẽs rationes partis aduersæ cadit à iure suo. l. pe. C.de postul.

C.

1 Mandatum † probatur per traditionem instrũmenti debiti principalis.C.de pactis conuentis.in l.fina.in gl. 2.facit l.1.C.de donatio.

CI.

1 Sententia † lata à principe in criminali contra absentem valet. casus in c.pastoralis. de re iudi.

2 Sententia † debet ferri contra illum qui suscepit defensionem causę, vt not.Inno.in c.causa qui filii sint legiti. vide Bar.in l.liberto.ff.de nego.gest.

3 Sẽtentia † lata hoc modo, Pronuntio non fuisse probatum, est inter locutoria,& non diffinitiua gl.in l.fi.C. de senten.quæ sine certa quanti.prose.& non alibi.

4 Sententia † hoc modo lata, Impono tibi silentium, est diffinitiua sententia.textus in l.Aurelius. §. certum.ff.de liber.lega.

CII.

1 Non † valet denuntiatio ab eo, qui non habet ius denuntiandi.tex.cum gl.in l.si maior.C.de rescin.ven.

CIII.

1 Aestimatio † est fienda secundum reditus.tex.cum gl. in l.dolus.C.de rescin.vend.

CIIII.

1 Instrumentum † scriptum per notarium nõ facit fidem, nisi sit subscriptum aliàs.§.fi.C.de nouo Codice componendo.versi.ipso etiam text.&c.

CV.

1 *Executione facta in bonis, an poterit postea persona detineri vel contrà.*

1 Si aliquis † captus est ad instantiam creditoris, & postea creditor velit conuolare ad bona debitoris, vel econtrà conuolauit ad bona,& postea vult recurrere ad personam debitoris, an possit? Ange.de Aretio tenet, quòd sic, in l.4.§.si ex conuentione.ff.de re iudicata, & ad hoc induxit illum §.

CVI.

1 Missio in possessionem † ex primo decreto in vna re debitoris, potest fieri in alia re ex secundo decreto, secundum Iaco.de But.& Bar.vt refert Ang.de Aret.qui idem tenet in d.§.si ex conuentione.

CVII.

1 *Præscriptio quando incipiat in seruitutibus.*

1 In seruitutibus † qui incipit possidere, seu quasi, & præscribere à tempore prohibitionis, si propter prohitionẽ aduersarius cessauerit, vt no.in l.1.C.de fer.& aqua.& ff.de serui.vrba.præd.l.qui luminibus not.Pet.Iac.in tit. super furto libellus, in positionibus actoris ibi, effectus quia &c.

CVIII.

1 *Articuli admittuntur saluo iure impertinentium & non admittendorum, vbi est dubium de pertinentia vel impertinentia eorum.*

2 *Clem.fin. de testib. an procedat in foro laicorum.*

4 *Testes noui examiminari possunt post didicita testificata a su per nouis articulis non directo contrarijs primis.*

5 *Noui articuli quando & quatenus admittendi. 6. 7.*

1 Vbi est dubium † de pertinentia vel impertinentia articulorum, debet admitti saluo iure impertinentium, & non admittẽdorũ, vt dicit Bal.in l.si duo patroni.§. idem Iulianus scribit.ff.de iureiuran.& Albe.in l.si duo patroni.C.de iuramen.calum. Cum demum super eis factis & probationibus restet facultas libera disputandi de eorũ pertinentia vel impertinentia,de quo per gl.in c. constitutionẽ.in fi.extra de ele.in clem.Ita ẽt disponunt statuta Delphinalia omnia admitti saluo iure pertinentium,&c.

2 Conclusio doctorum Legistarum † est in l.per hãc. C.de tempo.appel. videlicet Iaco.de Rauen. Dy. Butrig. Ray. Barto. Bal.& plurium, qui sunt eorum sequaces, q̃ clemen.fi.de testi.non procedat in foro laicorũ,& vbi non agitur inter clericos, vt quando agitur in terra ecclesiæ non subiecta.& respondent ad rationem de timore sub ornationis testium, de qua in eadem clemen.vt ibi videtur per eos.Et non solum est hæc opinio doctorum, sed etiam glossæ ordinariæ,in auten.qui semel.C.de probatio.quam dicit in practica seruari,ergo ab ea non est recedendum,cum minimè sint mutãda, quæ semper,&c.l. minimè.cum not.de legib.Pe.de Anch.& multi alij Canon.sequuntur hanc opinionem, q̃ dicta cle.fi. seruetur in foro ecclesiæ,& in foro ciuili,sequamur ius ciuile, allegat dictam l.per hanc.& notata ibi, sicut in simili videmus in c.Abbate sanè.in fi.de re iudi.lib.6.

3 Item † dicta clemen. fi. de testibus. suprà proximè allegata,intelligitur, q̃ post didicita testificata, non admittuntur noui articuli de directo contrarij, sed si contineãt quandam indirectam contrarietatem, vel alia, quæ omnino contrarietatem non inducunt, debent admitti, vt not.per gl.& doct.in dicta cle.fi.

4 Quòd † super articulis nouis, non de directo contrarijs primis, possint saltem noui testes examinari, etiam post didicita testificata, vt not.per docto.in cap.fraternitatis. extrà de testibus.

5 Et quòd † articuli non continentes etiam indirectam cõtrarietatem debeant admitti, non obstante publicatione aliorum testium, probat bene dicta clementina fi. de testibus.

6 Speculator, † quem sequitur Io. And.in addit.Spe.in tit. de teste.§. satis vtiliter. ver.& breuiter. tenet, quod si est renuntiatum testi, vel attestationes sunt publicatæ, quæ sunt paria, vt in c.cum venissent.§.quæstiones. extrà de testibus.super nouis articulis in causa appellationis depẽ dentibus ex prioribus possunt noui & antiqui testes produci, dummodo deponant iurati, vt d.c.fraternitatis, & in authen.fi.de testib.§.quia verò sæpè.

7 Noui articuli † etiam de directo contrarii sunt admittẽ di ad probandum per instrumenta vel confessionẽ, partis, licet didicita sint testificata. Ratio, quia sic per tales probationes cessat timor subordinationis, ideo cessare debet dispositio dictæ cle.fi.de test.vt ibi per doctores.

CIX.

1 *Attestationum sola publicatio non impedit alios testes examinari.*

1 Sola publicatio † attestationũ nõ impedit, q̃n alii testes super eisd. articulis vel directò contrariis examinentur, nisi pars didicerit testificata, vt no.in c.cõstitutus. extrà de testib.& Io. And.& de Zabarel.i dicta cle.fi. de testib.

2 In dicta materia conclusio † Legistarum est, q̃ publica
a tis attestationibus in causa principali,& didicitis testificatis, possunt alii testes examinari, etiã super eisdẽ articulis, vel directo contrariis, in causa appellationis, & hoc etiam tenent glo.Hug.Ioan.Ma.Azo.in authent. at qui semel.C.de probatio.per l.cos.in §.si quis aũt.C. de tempo.appella.respondent ad §.quia verò.in authen.de his, qui ingrediuntur ad appellandum. q̃ loquitur de testibus producendis in causa principali. Ita tenent Bal.& Sali.post gl.& Cy.in dicta authen.at qui semel.& est ista communis opinio Legistarũ. Sed Canonistę habent contrarium per dispositionẽ dictæ cle.fin.de testibus. tamẽ dicti doctores Legistæ dicunt q̃ Canonistæ dictam clemen.seruant in foro ecclesiastico, & Legistæ contrariũ seruabunt in foro ciuili. Sed super hoc facto est decisio, q̃ d.cle.fin.seruetur etiam in foro temporali, prout ego scripsi in decis.curiæ Delphi.quæstio.14.& scripsi infrà singu. 752.in §.testes.

Casus speciales,&c.vt infra singu.116.

ADDITIO.

a Publicatis attestationib. Testes communiter post didicita testificata produci non debent.authen. atqui semel.C.de testib.clemen.fi.de testi.Sed est remedium ad euitandum dicta iura, nam pars quæ cupit testes examinari, debet eos notificare iudici,& postea se absentare, quo casu iudex parte absente potest ex officio illos testes examinare,& eorũ depositiones recipere,& valebit eorum testimonium, secundum Bal.in l.ampliorem.in prin.col.fi.versi.ex prædictis inferas.C.de appell.pro singulari refert Cæpol. caute. 166.sequitur Ale.in l.4.§.hoc autem iudicium.ff.de dam. infect. Adde Feli.in c.fraternitatis.de testib. vbi alias fallẽtias ponit.& Soc.latè regu.403.in 29.& vlti.fallent.& hoc etiam nota ad materiam l.per hanc.C.de temp.appel. tenẽdo opi.illam q̃ super eisdem articulis, vel directò contrarijs etiam in causa appellationis nõ admittantur testes, vt videtur firmare Feli.in dicto ca.fraternitatis.col.2.&.3. Si autem testis examinaretur propter rescriptum principis, qui dispensauit vt testis admitteretur etiam post didicita testificata, nihilominus redderetur suspectus, nec iudex teneretur ei credere, vt consuluit Corn.consi.10.lib.1. Accedat & Innoc. dictum in dicto c.fraternitatis. vbi cõcludit, q̃ vbi publicatus est processus, testes neque in causa principali, neque in causa appellationis possunt examinari super nouis capitulis etiam dependentibus à primis, quãdo testes iurauerunt dicere veritatem super tota causa. Item not. q̃ iudex etiam publicatis attestationibus põt se informare de qualitate testis, scilicet quod sit optimæ conditionis, vel omni exceptione maior.glo.in l.3.in verb. inimicitię.ff.de testib. firmat Alciat. in tracta.præsumpt. regu.3. præsumpt.2.& est notabile ad declarationem eorum quę habentur in l.vnica.C.vt quæ desunt aduoca.part.

CX.

1 Si † Papa aliquem recipiat in sua protectione, non eximit eum propterea à iurisdictione sui Episcopi, vt notatur extra de confir.vtil.c.fi.plenius de hac materia tetigi in decisionibus curiæ parlamenti quæstione.

CXI.

1 *Hæredes viri de cuius bonis vxor alitur intra annum luctus lucrantur fructus dotis illo anno.*

2 *Vestes lugubres debent remanere vxori.*

1 Vxor debet † tali post mortem viri de bonis viri intra annũ. glo.in l.sicut.ff.de operis libe.hęredes tamen viri lucrãtur fructus dotis illo anno.not.Bart. De hac materia etiam tetigi in decisionibus curię parlamen.q.296. & infra singul. 754.§.& ibi dicit Bart.

2 Vxorĩ † debent remanere vestes lugubres, vt dicit Bar.in l. decreto.C.de his qui not.infam. de istis vestibus etiam tetigi infra sing.398.§.vestes lugubres,&c.

CXII

1 *Litis contestatio denegatur ei, cui denegatur actio.*

1 Cui denegatur † actio, denegatur & litis contestatio. Bart. in l.nam postea.in princi.ff.de iureiuran. & text.in capitu. 1.de litis conte.li.6. vide Bart.in l.cũ q̃rebatur.ff.iudi.solui.

CXIII.

1 *Instrumenti amissio probatur per iuramentum illius qui dicit amississe.*

1 Probatur † amissio instrumẽti per iuramentum illius, qui dicit se perdidisse, vt not.Spe.in titu.de instrum. edit.in §. postquam.vers.illud quoque notandum.& ita seruatur de consuetudine, vt dicit Spec.

Sed si impedimentum probetur per iuramẽtum, plenè tetigi in decisi.curiæ parla.q.205.& q.614.

CXIIII.

1 *Procurator videtur constitutus si dominus in iudicio cum illo compareat.*

1 Si dominus † cõpareat in iudicio cum falso procuratore, an videatur eum procuratorem constituisse? Innocent.tenet quod sic.in capitu.ex parte decani.extra de rescrip.plenius tamen dixi, & scripsi de hac materia in decisionibus curię parlamenti quęstione.

CXV.

1 *Legis & hominis prohibitio si simul concurrant, hominis prohibitio, sic intelligenda est.vt casus exceptos & à iure permissos comprehendat.*

*Fundus dotalis si conueniat ne alienetur, etiam in casu permisso non poterit alienari.*

1 Exceptio† excommunicationis obstat agenti interdicto vnde vi.ita tenet Spe. in ti.de petitorio & possessorio.§.fi. Et ibi ponit 26.casus, qui obstant agenti interdicto, vnde vi.nec obst.c.item si quis.extra de relti.spo. quia ibi crimẽ enorme & notorium non opponebatur, & vide Ang.in l. momentaneæ.C.vnde vi.

2 Vtrum clericus possit cogi deponere in causa criminali? vide l.idem puto.§.certã.ff.de bon.libertorum.

CCLXIX.

1 *Substituti portio mortui ante hæredem, an accrescat consubstituto.*

2 *Substitutionum gradus quando interrumpitur, an sequens in gradu admittatur.*

1 De duobus† substitutis, quorũ vnus moriẽ ante hæredẽ, vtrũ portio sua remaneat hęredi, vel ptineat suo cõsubstituto, vide in l.si ex pluribus.ff.de suis & legi.her.

2 Et de alia† quæstione quando interrumpitur gradus substitutionum, an sequens in gradu admittatur, vide quę dixi in decisionib.curię parlamenti,q.550.

CCLXX.

1 *Iurisdictionem non prorogat procurator sine speciali mãdato.*

1 Non põt† procurator prorogare iurisdictionem sine speciali mandato, vt dicit Inn.in ca.de causis. extra of.dele.& Pau.de Castr.in l.1.de iudi.in sua repetitione circa fin.

2 Si† quis compareat coram iudice à quo ipse appellauit, & protestetur q̃ eius appellatio sit sibi salua, valet protestatio, ita dicit Inno.in c.quæstioni.extra de appellatio.

CCLXXI.

1 *Possessor bonæfidei quis dicatur*

1 Quis† dicatur bonæfidei possessor, & qualiter probetur bona fides, vide Bar.in l. Celsus.ff.de vsuca.vide l.bonæfidei emptor.in prin.ff.de acqui.rer.domi.

CCLXXII.

1 *Processus & sententia non valent lite non contestata. & ordine iudiciario non seruato.*

1 Iudex † de voluntate partium volentium, ꝙ tãtum valeat proceſſus, ac ſi lis legitimè fuiſſet conteſtata, & ordo iudiciarius ſeruatus, procedit in cauſa, & profert ſententiam, vtrum valeant proceſſus & ſententiæ dic ꝙ non, vt tenet expreſsè Spec. in tit. de ſententia. §. iuxta propoſitionis ſeriem. verſicu. quid ſi de partium voluntate, &c. Idem Inn. & Hoſti. in c. referente. extra de pręben. & facit quod no. Arc. in c. ſi delegatus extra de reſcrip. lib. 6. ſuper verbo, cõmittatur, & facit quod not. Inno. in cap. cum cauſam. extra de teſtibus. & vide quæ ſcripſi in deciſionibus curiæ parlamenti, quæſtione.

CCLXXIII.

1 Procurator † conſtitutus in contractu, ſicut communiter ſit in Auinione non poteſt reuocari, quia eſt pars contractus. facit l fundi partem. & ibi Bal. ff. de contrahen. emp. & vendi. idẽ tenet Old. in ſuis quæſtionibus quæſt. 316. quę incipit: Pone quod Titius, &c.

2 Laicus † quidam emit ſeu attentauit fructus alicuius eccleſiæ, an gaudere debeat eodẽ priuilegio circa tales reditus, ſicut talis eccleſia, ad hoc ꝙ non teneatur ſoluere collectã vel vectigal? Spe. mouet iſtam quæſtionem de immunitate eccleſiarum in fin. & videtur dicere ꝙ non gaudeat pro hoc facit l. habitatio. §. fi. ff. de publi. & vectig. vide Arch. in c. quanquam. de cenſib. De hoc etiam tetigi infra ſingu. 287. §. firmarij.

CCLXXIIII.

2 *Legis ratio non minus attendenda quam ipſa lex.*

1 Carruatæ † debent fieri ſumptibus hominum. tex. in propria materia, in l. ſi victu. ff. de oper. libe rtorum. niſi cõſuetudo aliter ſe habeat quæ attendi debet. l. ſi fundus. ff. de euicti. & de hoc ſcripſi in deciſionibus parlamenti, quæſtione.

2 Ratio legis † non minus eſt attendenda, quam ipſa lex. ita tenet gl. in l. 1. circa fin. C. quæ ſit longa conſue. vide infra ſing. 475. nu. 3. & j. ſing. 511.

CCLXXV.

1 *Sententiæ executionem non poteſt petere excommunicatus.*
2 *Miſsio in poſſeſsionem debet probari per inſtrumentum & non ſufficit per teſtes.*

1 Excommunicatus † non poteſt petere executionem ſententiæ, ſecundum Inno. & Hoſtie. in c. venerabilem. extra de excе. vt refert Archi. qui ita videtur tenere in ca. ſicut. 2. q. 1. & eſt tex. in c. pia. in fi. de excepti.

2 Aliquis poſsidet, & dicit ſe miſſum fuiſſe in poſſeſsionem authoritate literarũ iudicialium, quod probat ita eſſe per teſtes, vtrũ ſufficiet? dic ꝙ nõ, imo debet probare per inſtrumentũ. ita videt dicere te. in l. fi. C. de edic. diui Adria. tollend. ſicut cętera acta debent probari per ſcripturã. ca. qm̃ contra falſam. extra de probatio. & l. ne in arbitris. C. de arbitr. ita dicit Bar. in d. l. fin. in queſtio. fin.

3 In quibus † ceſſat prętcriptio. vide gl. notabilem in c. cum non liceat certa. de prętcrip.

CCLXXVI.

Spoliatus poſſeſsione, vel quia agit interdictio vnde vi, cõtra Titium qui opponit rem ad ſpoliatum non pertinere, ſed ad Gaium, qui Gaius aſſiſtit Titio ſpoliãti, & proponit rem ad ſe pertinere iure dominij, vtrum iſto caſu habeat locum regula dolo petis, adeo quod ſpoliatus repellatur? Dic quod hic. ita tenent ſinguliter Cyn. & Bar. in l. ſi quis. C. locati. & Henri. Boich. in ca. cum veniſſent. in vlti. diſtin. in fi. extra de inſtitutio. facit quod no. Bar. in l. bona fides. ff. depoſiti.

CCLXXVII.

1 Aliqua ſententia † reperitur lata centũ anni ſunt elapſi contra habitatores alicuius caſtri vel loci, nunc dominus modernus vult ſe iuuare de tali ſnĩa contra habitatores modernos, qui dicunt, quod non ſunt hęredes prędeceſſorũ, nec in eorum bonis ſucceſſerunt, ideo, ꝙ talis ſentẽtia eis obeſſe non debet, tanquam res inter alios iudicata l. 1. 2. & fi. C. quibus res iud. non nocet. contrarium credo ego Guido, quia licet prædeceſſores deceſſerint, ſucceſſores repręſentant defunctos, & faciunt eundem populum, ſic quod Moderni cenſentur idem populus. text. eſt notabilis in l. proponebatur. circa medium. ff. de iudi.

CCLXXVIII.

1 *Interfecti aſſertio non probat contra occiſorem.*
2 *Sententiæ verba ſtrictè intelligenda.*
3 *Arbitri ſententia non mandatur executioni, vbi eſt pœna: aliàs ſic. & quis cum mandabit executioni. 4.*

1 Aſſertio interfecti † non probat contra occiſorem. Bart. in l. ſi quis in graui. §. ſi quis moriens. ff. ad Sillan. Et vltra ibi dicit Bar. quod ſi notarius dicat inſtrumentum per eũ receptum eſſe falſum, quod non præiudicat parti & vide de hoc ſuprà ſing. 2.

2 Verba ſnĩę † debẽt ſtrictè intelligi. l. 1. C. ſi plures vna ſenten. & l. fi. à te. ff. de excep. rei iudic. dicit Bar. in l. ſi expreſ ſim. ff. de appel.

3 Oldradus dicit, quod † ſententia arbitri non mandatur executioni, vbi eſt pœna, quia agitur ad pœnam, alias ſic. in l. Iudęi. C. de Iudęis. & ff. de re ind. l. à Diuo Pio. in princ. licet ſint gl. contrarię in l. ait prętor. ff. de re iudi. & extra de arbi. in c. per tuas.

4 Sed quis † mandabit executioni ſententiam arbitri? vide Bar. & doct. in d. l. Iudæi. C. de Iudęis. vide infra ſing. 447.

CCLXXIX.

1 *Contra teſtes teſtamentarios opponi poteſt quod ſint criminoſi.*
2 *Patri non poteſt ſolui debitum filij.*

1 Si fiat † teſtamentum coram ſeptem teſtibus, & teſtes poſtea examinentur, poteſt contra eorum perſonas opponi ꝙ ſunt criminoſi vel alias, vt tenet glo. & Bart. in l. cum lege. ff. de eſtam. & Spe. in titu. de inſtru. edi. in §. inſtrumentum publicum. ver. item quod teſtes inſcripti.

2 Debitum † filij non poteſt ſolui patri, vel alteri qui ſine mãdato poteſt agere, & ſi fiat, non liberatur ſoluens, vt videtur tex. in l. 2. ff. vt le. vel fideic. nomine caue. & facit l. qui hominem. §. ſi gener. ff. de ſol. idem gl. & Bar. in l. vero procuratori. ff. de ſolutio. vide infra ſingul. 31. numero 1.

CCLXXX.

1 *Teſtamentum non debet lacerare notarius etiam de voluntate teſtatoris.*

1 Notarius † non debet lacerare teſtamẽtum, & etiam de voluntate teſtatoris. ita dicit Bar. in l. tabularum. §. ſi plura. ff. quemadmodum teſta. aperiantur. Et idem crederem de alio inſtrumento.

2 Caſus in † quibus requiritur ſcriptura, glo. enumerat 28. caſus in c. 1. de cenſi. lib. 6.

3 An † regeſtum notę faciat fidem, vide Inno. in c. 1. de procuratoribus.

CCLXXXI.

2 *Præſentia donatarij requiritur in donatione cauſa mortis.*

1 Si pater † ſecundo maritet filiam ſuam, & ſibi dotem conſtituat non facta mentione de prima dote, filia non poterit petere niſi dotem ſecundo loco conſtitutam in ſecundo contractu matrimonij, per text. in l. dotem. ff. de iure dotium, & tenet Cyn. in authentic. ſed quamuis. C. de rei vxo. actio.

2 In † donatione cauſa mortis requiritur pręſentia donatarij. in l. inter mortis. ff. de donatio. cau. mor. tenet Bart. in l. 1. ff. eod. titu. & Ioan. Fabr. in §. 1. Inſtitu. de donatio. & ſcripſi de hoc in deciſi. cur. parla. quęſt.

CCLXXXII.

1 *Talliarum à ſolutione exemptus, non ſe excuſat in præiudicium aliorum habitantium.*
3 *Hæreditas non adita qualiter tranſmittatur.*

1 Exemptus † non poteſt ſe excuſare à ſolutione talliarum in præiudicium aliorum habitãtium, vt tenet Hen. Bohic. in capit. peruenit. de immu. eccle.

2 An † inſtantia tranſeat ad hęredem? vide Bart. in l. cum hominem. ff. de fideiuſ.

De tranſ-

3 De tranſmiſſione † hæreditatis non aditæ, & qualiter fiat, vide Cy. qui dat ſingularem theoricam in l. ſi fratris. C. de iure deliberan. & Bar. in l. ſi infanti. eo. tit. & vide in deciſ. parlamenti quæſtio. 232. & infra ſingular. 538. nume. 1.

CCLXXXIII.

2 *Emptor an poſſit retinere prætium mota quæſtione euictionis.*
3 *Proprietario non nocet ſententia lata contra colonum.*

1 Si quis deprehendatur † in via, antequam perueniat ad locum in quo introire poteſt, obſtante vetito. an poſsit dici confiſcata. vide in l. fi. C. de nauti. fenore. & in l. ſi fugitiui. iuncta glo. C. de ſer. fugit. & nota quia faciunt pro edicto de bladis non extrahendis à pręſenti patria Delph. de hoc etiam ſcripſi in deciſionib. curiæ parla. quæſt.

2 Mota † quæſtione euictionis, an emptor poſsit retinere pretium, vide docto. in l. 1. §. ſtipulatio duplæ. ff. de prætſtipulatio.

3 Sententia lata contra † colonum non præiudicat domino proprietatis. Bar. in l. officium. ff. de rei vendi.

CCLXXXIIII.

1 *Iuriſdictionem etiam ſpiritualem dat conſuetudo.*
2 *Procuratorem an citare ſufficiat in principio cauſæ.*

1 Conſuetudo † dat iuriſdictionem etiam ſpiritualem ſecũdum Innoc. in c. nouit. extrà de iudic. & in capit. 1. de apoſtat. eſt tex. in cap. 1. extrà de offic. ordin. lib. 6. & in ca. cùm contingat. extrà de foro compe. & in cap. 2. de conſue. no. glo. & Ioan. Andr. in c. Romana. ſuper verbo, conſuetudine. de foro competen. lib. 6. & Per. & Iac. in titu. de iuriſdict. & eſt tex. in l. viros. C. de diuerſis. §. debitor. lib. 12. & Cy. in l. 1. C. de emancip. libero.

2 Vtrum † ſufficiat citare procuratorem in principio cauſę? vide Barto. in l. eum qui. C. de procur. & l. meminerint. C. vnde vi & glo. in c. cauſam quæ. extrà de dolo.

3 An ſufficiat † citatio ad domum? vide Bart. in l. 1. in princ. ff. de libe. agnoſcen. vide infrà ſing. 354. num. 2. & ſin. 579. nume. 8.

CCLXXXV.

1 *Ædificare in ſuo fundo an quis poſſit caſtrum.*
3 *Dominium ſine poſſeſsione tranſfert conſuetudo.*

1 An quis † poſſit in ſuo fundo caſtrum ædificare? vide in l. prouincias. C. de ædifi. priua. & in l. 2. C. de fund. limitrop. lib. 11. & Petrum Iac. in titu. de ſucceſsio. regni Franciæ, in §. ſuperius eſt facta mentio, &c.

2 An clericus † ſuccedens patri teneatur contribuere in collectis, & talis. vide Bart. in l. Paulus reſpondit per procuratorem. in 1. q. ff. de acq. hære. & Hen. Boich. in c. ſtatutũ. de cenſib. & ibi ponit ſi miſerabiles perſonæ teneantur in ipſis contribuere. de hoc etiam ſcripſi in deciſionib. curię parlam. Delphi. quæſtione.

3 Conſuetudo † transfert dominium ſine poſſeſsione, ſecundum quod not. Inno. in c. 2. de cõſuc. & hoc ſcripſi in apparatu, quem feci ſuper ſtatuto, Si quis per literas, &c. in glo. ſuper verbo, poſſeſ.

CCLXXXVI.

2 *Vaſis aureis legatis, ſi omnia ſint argentea, vt aurea debeantur.*

1 Edictum † diui Adriani competit etiam poſſeſſori, non vt ſibi tradatur poſſeſsio, ſed vt ſibi confirmetur talis poſſeſsio. l. j. ſecundum vnum intellectum, C. de Carbo. edic. & l. 3. §. miſſum. ff. eo. tit. & ita ibi tenet Bar.

2 Legatis † vaſis aureis, & ſi nulla ſint aurea, ſed ſolùm argẽtea, an argentea debebuntur? textus cum gl. videtur dicere quòd ſic. in l. Seiæ dulciſsimè. ff. de auro & arg. leg. quod ẽ ſingulare, vide infrà ſing. 382. nu. 1.

3 De ſententia lata ex falſa cauſa, vide plenè per Bart. in l. ſi is ad quem. ff. de acqui. hęre. & plenè per Inno. in c. in præſentia. extrà de renun. in fin.

CCLXXXVII.

1 *Priuilegio fiſci non gaudent firmarij curiarum Delphinalių in exigendis eorum debitis.*
2 *Priuilegium mutatur ex mutatione perſonæ.*

1 Firmarij † curiarum Delphinalium non debent gaudere priuilegio fiſci in exigendis eorum debitis ad cauſam firmarum, quia ex mutatione perſonæ mutatur priuilegiũ: notat Bar. in l. Paulus reſpondit per procuratorem. in fin. ff. de acqui. hære. & ſuper hoc vide etiam quæ ſuprà ſcripſi in ſing. 273. §. lai cus quidam, &c. & in deciſione parlamenti, quæſtio.

2 An † quis poſsit iurare per procuratorẽ ſit minor vel alius, vide Henric. de Boucrio in authe. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vendi. in ſua repetione.

CCLXXXVIII.

1 *Rebellis aut bannitus occiſus à clientibus curiæ eum capere volentibus, non teneantur.*

Allegatur l. ſi ſeruus. C. de his qui ad eccle. confugiunt. ꝙ

1 ſi bannitus vel rebellis ſit occiſus à clientibus curiæ, cum eum capere vellent, quod non teneantur.

Lex denuntiamus. C. de his qui ad eccle. confug. allegatur

2 quod ſi quis dubitet offendi, poteſt adire iudicem, & petere ſecuritatem ſibi præſtari.

CCLXXXIX.

1 *Reorum debendi inſolidum obligatorum ſi vnus ſoluat partem ſibi contingentem an, & quando liberetur.*
2 *Differre & detractare parificatur.*

Iuxta materiam l. ſi creditores. C. de pactis. dic, cum ſunt

1 † plures rei debendi inſolidum obligati, ſi vnus ſoluit partem ſibi contingentem, aut ſoluit ita vt liberetur pro parte ſua, aut vt extenuet totum debitũ, aut eſt dubium. Primo caſu liberatur in totum ſolutione ſuæ partis, vt ff. de fideiuſ. l. quoties pro parte enim ſua liberatur ſolutione, in reſiduo vero per tacitum pactum, per dictam l. ſi creditores. in alijs verò duobus caſibus remanet obligatus, ſicut ante, vt. ff. de fideiuſſ. l. inter eos. Si autem vnus conueniatur pro parte, aut ſit per electionem, aut per diuiſionem, ſi eligendo, & conſtat, non præiudicat creditor, Sed qualiter cognoſcetur diuiſio & electio in dubio, dic qđ. ſi omnes pro parte creditor cõuenerit, cenſetur diuiſio, alias cẽ ſetur electio. C. de fideiuſſor. l. liberũ. Oldra. de Lau. in d. l. ſi creditores.

2 Parificantur † detractare & differre, in l. fin. circa prin. ibi, ſed ſi hoc facere detrectat vel differat, &c. C. de his qui ad eccle. confug. Quod facit ad queſtionem, Ego conueni tibi vendere dominũ in eum caſum, in quo vellem eam vẽdere, contingit quod volo vendere, tibi denuntiaui, tu dicis quod tu es contentus emere, ſed tu differs eam emere, certè poſſum alij vendere non obſtante dicta conuentione. argu. dictæ l. fina.

CCXC.

2 *Facta à iudice ex abrupto non valent.*
5 *Procuratoris falſi geſta an poſsint ratificari poſt ſententiam.*

1 Sententia † lata contra defunctum, &c. vt ſuprà ſing. 12.

2 Quæ † fiunt à iudice ex abrupto non valent. notat Innoc. in cap. 2. de in integ. reſti.

3 Qualiter † puniatur vtẽs officio magiſtratus, plenè ſcripſi in deciſionibus curiæ parlamen. quæſtio. 424.

4 An initium † ſit inſpiciendum, vide Cy. in l. 3. C. ad Mace. ad Bar. in l. ſi filius. ff. de verbo. obli.

5 An geſta † per falſum procuratorem poſsint ratificari poſt ſententiam, vide Bar. & doct. in l. ſi. C. ad Maced. & in l. licet. ff. de iudi. & ibi reportata.

CCXCI.

1 *Opinio communis ſequenda in iudicando.*

1 Secundũ † cõem opinionẽ eſt iudicandũ. l. ſcire oporte. §. illud. cũ §. ſequẽ. ff. de excu. tuto. & in cle. 1. in fi. de ſum. tri. & fide catho. idẽ tenet Pet. Iac. in tit. de cõpen. ſubſti. circa fi. idem Io. Fab. in procemio Inſtitu. in fi. ibi, hic orior, idẽ Cy. in l. 1. de actio. & obli. vide infra ſing. 512. dico tamen circa hoc, quod ſi gl. teneat vnã opinionem, & habeat tres vel quatuor doct. famoſos ſibi adhærentes, ꝙ ſecundum opi. gl. & ſequacium eſſet iudicandum potius quam cõtra opi. glo. vt plenè ſcripſi in deciſi. curiæ parla. q. 134.

CCXCII.

1 *Compenſans petit.*

Excom-

1 Excommunicatus† qui non poteſt agere in iudicio ſi conueniatur, non poterit etiam opponere compenſationem, vt videtur tex. in l. amplius non peti. ff. rem ratam habe. qa qui compenſat, petit. pro hoc facit l. qm̃ Alexandrum. C. ad legem Iul. de adulterijs. & ita tenent Oldra. & Iaco. de Are. in dicta l. amplius. & Innoce. & Bernar. in ca. inter. extra de exceptio. ita dicit Bart. in dicta l. amplius. idem dico & à fortiori, quod ipſe non poterit reconuenire.

CCXCIII

1 Nota qꝙ in quantitatibus licet ſint diuerſi generis, habet locum cõpenſatio, videlicet de argento ad frumentum, vinum, & ſimilia, & econtra. & de hoc eſt glo. in l. neque ſcriptura. in glo. fina. circa finem. C. de compenſa. pro quo l. ſi propter. C. eodem titu. licet glo. videatur tenere cõtrariũ in l. diuortio. §. ob donationes. ff. ſoluto matrimo. & dic vt ibi dicit Barto. & ibi tenet Bart. ſecundam partẽ dictæ glo. in dicta l. neque ſcriptum. ita quod gloſſ. in dicto §. ob donationes. remanet firma, & vera ſecundum Iaco. de Aret. vt dicit Bart. conclude ergo, quod de pecunia ad frumentum, & econtra fit compenſatio. quod nota.

2 Compenſatio† poteſt opponi poſt ſententiam, quia cum duret actio, ergo & exceptio. ita ponit Inno. in cap. ſuper extra de ordi. cogn. ſecus tamen eſt in exceptionibus, quæ non habent fomentum actionis. ff. de compenſatio. l. ſi tamen. §. 1. & l. 2. eo. titu. Bal. in repert. Inno.

CCXCIIII.

1 *Vinum, granum aut oleum promittens ſine adiectione bonitatis, quodlibet dando liberatur.*
2 *Ius ſubſtitutionis non tranſmittit ſubſtitutus ad hæredem.*
3 *Dotem eſſe ſolutam licet in inſtrumento deſcribatur, poteſt tamen opponi exceptio dotis non numeratæ.*

1 Qui ſine adiectione† bonitatis promittunt granum, vinũ vel oleum quodlibet dando liberantur. ff. mandati. l. fideiuſſor. ff. de leg. 3. l. numis. ſecus in auro qđ purgari debet. ff. de auro & argento lega. l. ſi aurum. Et ſecus in mutuo, in quo bonum debetur eiuſdem generis. ff. ſi certum petatur. l. mutuum. vbi vero debetur ſpecies exigitur medio cris. l. de ædil. edict. præmiſſa ſunt verba Ioannis Andreæ in capitu. nauiganti circa princ. extra de vſuris.

2 Subſtitutus† non tranſmittit ius ſubſtitutionis ad hęredẽ facit te. in l. in cauſę. 2. §. Põponius. ff. de minor. de hoc ſcripſi in deciſio. curiæ parlamenti, q. 232. & plenius in 122. conſiliorum meorum.

3 Licet in inſtrumẽto† deſcribatur dotem eſſe ſolutam, poteſt nihilominus opponi exceptio non numeratę dotis, & aduerſarius habet probare fuiſſe numeratam, vt probat gl. in l. fin. C. de dote cauta & non numerata. in gl. 1. in fin. facit l. aſſeueratio. & l. ſi ex cautione. C. de non numera. pecu. & ibi Bar.

CCXCV.

1 *Donare non poſſunt milites ſuis focarijs, item nec presbyteri & religioſi.*

1 Milites† non poſſunt donare ſuis focarijs. l. 2. C. de dona. inter virum & vxo. Sed quid de presbyteris, canonicis, religioſis, nunquid poſſunt donare ſuis focarijs ſeu meretricibus? dic quod non, per d. l. 2. cum ipſi ſint milites cœleſtis militiæ. l. miles. ff. de re iudi. ſecundum Richar. Malũbræ, qui hanc quæſtionem diſputauit.

2 Sententia† quæ continet apertam iniquitatem, non tranſit in rem iudicatam. not. Anto. de Butr. in cap. ſuper. extra de pœnis.

CCXCVI.

1 *Statutum contra libertatem eccleſiæ quando fieri dicatur.*
2 *Mobiles res quando cenſeantur immobiles.*

1 Quotuplex dicatur† eccleſia, & quãdo dicatur fieri ſtatutũ contra libertatem eccleſię, & ſi fiat ſtatutum contra vnam eccleſiam ſolum, an dicatur fieri contra libertatem eccleſię? vide Inno. in c. nouit. extra de ſen. excom. & Bal. in repertorio ſuper Inno.

2 Nota gloſ. † notabilem, qꝙ quando actio competit pro rebus mobilibus annuatim præſtandis, quod cenſentur immobiles. in l. iubemus. ſuper verbo Annonas. C. de ſacro ſanct. eccle.

3 Quod non ſit bona† argumentatio à cõtrario ſenſu in materia ſtatutorum, not. de Zabarel. in clemen. vna. de vſur. ibi, 22. quæro. circa prin.

CCXCVII.

1 *Actiones licet cõpetant contra quęlibet pro portionibus hæreditarijs cũ ſint plures hæredes, fallit tamẽ in quinq; caſibus.*
2 *Bona ſua præſentia & futura quis poteſt vendere.*

1 Licet regulariter cum ſint† plures hæredes, actiones competant contra quemlibet pro portionibus hæreditarijs, l. 1. & 2. C. de actio. hæred. fallit tamen in quinque caſibus. Primo, ſi aliquid indiuiduum eſt in obligatione, tunc quilibet ipſorum tenetur in ſolidum. ff. de verb. obli. l. in executione. §. 2. Secundus, ſi res, quæ debet reſtitui ab vno inſolidũ poſsideatur. C. de acquirend. hæred. ff. commodati. ſed mihi. §. hæres. Tertius, in alimentis legatis, quæ pro volũtate defuncti vel iudicis, vel ab vno inſolidum, vel à pluribus pro partibus deſignatis petuntur. ff. de alimen. leg. l. 3. Quartus, ſi teſtator ab vno hærede legauerit creditori animo compẽſandi tunc. n. ille hæres vſq; ad quantitatẽ legati onus debiti illius ſuſtinebit. ff. de leg. 2. l. cum ab vno. Quintus, in expenſa funeris vxoris quæ non tantum a ſtrinxit hæredes pro hæreditarijs portionibus, ſed etiam virum pro portione, quę peruenit ad eum de dote vxoris ſuę, vt puta ad eum peruenerunt centum, & in hæreditate ſunt 200. ipſe vir tenetur pro tertia, & hę redes pro duab' partibus. ff. de relig. & ſumpti. funer. l. quoties. & leg. veluti. iſta ponit frater Raymundus in ſumma ſua de caſibus in titu. de rectoribus. §. de hæredibus autem raptorum, &c.

2 Quis poteſt vendere † omnia bona ſua præſenttia & futura. rex. in l. ſi in emptione. §. 1. ff. de contrahen. empt. & vendi. Et ſimiliter obligare poteſt omnia bona ſua præſentia & futura. l. ſi. C. quę res pig. oblig. poſſ.

CCXCVIII.

2 *Vectigalium in ſolutione an debeat attendi conſuetudo.*

1 Verbum, † videtur, à lege prolatum, eſt merè deciſiuum, in l. creditores. C. de pigno. & in l. ſi eo tempore. C. de remiſſione pign. licet videatur contra in l. naturaliter. ff. de acqui. poſſ. vbi verbum videtur, ibi nõ ſtat merè deciſiuè. Sed in teſte verbum, Videtur, nõ ſtat deciſiuè, vt vide quę ſcripſi infrà in §.

2 An in ſolutione † vectigalium debeat attendi conſuetudo? vide gloſſ. in l. pręcipimus. C. de canone largit. titu. lib. 10.

CCXCIX.

2 *Peremptorij vim habet citatio facta in perſonam citandi.*
3 *Petitorium & poſſeſſorium intelligitur commiſſum cauſa ſimpliciter commiſſa.*

1 Appellari poteſt à iudice, † qui ſe pronuntiat iudicem, vel non iudicem competentem. Bald. in l. 2. C. de epiſcopali audientia.

2 Citatio† facta in propriam perſonam citandi, habet vim peremptorij. not. Inno. in c. ad petitionem. extra de accuſa. vide infra ſing. 419. nu. 3. & ſing. 579. nu. 5.

3 Quando† cauſa committitur ſimpliciter, intelligitur commiſſum petitorium & poſſeſſorium, ſecus ſi alterum tantum committatur, vt dicit Inno. in c. 1. de ſequeſtr. poſſ. & fruct. vide infra ſing. 424. nu. 4.

CCC.

1 *Delinquentem ab officiarijs auferens, an in crimen læſæ maieſtatis incidat.*

1 An incidat† in crimen læſæ maieſtatis ille, qui tollit delinquentem de manu officiariorum? vide Bart. qui diſtinguit in l. cuiuſque. §. fi. ff. ad leg. Iul. maieſt. & dixi de hoc in de ciſio. curię parlamen. quæſtio. vide infra ſingu. 438. numero. 3.

4 De illo† qui promiſit nulli vendere niſi mihi, not. in l. ſi eũ qui. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio. Baldus. vero in feudis, in titul. per quos fiat inueſtitura. in §. ſed & res cuius alienatio. diſtinguit, & dicit, aut illa verba apponuntur ſuper faculate, & non inducunt obligationem, aut ſuper obligatione, & tunc inducunt neceſsitatem, vt notatur per Cyn. in l. actione. C. de tranſact. de hac materia vide in l. ea lege. C. de condi. ob cauſam. & tetigi de hac materia in deciſio. curiæ parla. quæſtio.

CCCI.

1 *Authen. res quæ. C. commu. de lega. intellectus.*

1 Authentica, res quæ. C. communia de lega. non habet† locum in re feudali, aut aliàs prohibita alienari per teſtatorem, vel contrahentem. ita dicit Bald. in feu. in tit. qualiter poterat olim fieri alienatio. in §. donare autem.

2 Conſuetudo † eſt de iure ciuili. in §. ex non ſcripto. Inſtitu. de iure natu.

3 In pœnalibus † ſtatutis & conſuetudinibus proceditur de ſimilibus ad ſimilia. not. Bal. in feudis, in tit. quæ ſit prima cauſa beneſi. amitten. in §. porrò ſi domino. & ibi dicit eſſe textum.

CCCII.

1 *Furum pœna.*
2 *Authent. & qui iurat. C. de bon. autho. iud. poſſid. intellectus.*

1 Qui ſunt † furca ſuſpendendi, & de pœnis furibus imponendis, vide multa per Bald. in feud. in titu. de pace iuramen. fir. conſeruanda. de hoc etiam tetigi in deciſio. curię parlamen. quæſt. 589.

2 Angelus† in auth. de exhibendis & introducendis reis. ponit vnam pulchram limitationem ad auth. & qui iurat. C. de bon. author. iudi. poſsid. qꝙ d. auth. & qui iurat. habet verũ indiſtinctè, niſi bona debitoris ſint creditori hypothecata, quia tunc in oĩbus bonis fiet miſsio, etiam vltra mensurã debiti declarati. Et ſic hodie d. auth. non habet locũ. & rõ, quia in oĩbus inſtrumẽtis obligantur oĩa bona, &c.

CCCIII.

1 De materia † duelli vide glo. & Bald. in feud. de pace tenẽda, & eius violatoribus. in 6. col. & ibi etiam habetur de bannito, & quare quis banniatur. Et de hac materia duelli, vide plenè per Iaco. Rebuffi in l. vna. C. de gladiatorib. lib. 10. & plenè dixi in deciſio. parlam. quæſt. 617.

2 Vtrum † conſuetudo excuſet à pacto inter aliquos inito? vide Inn. in c. 1. de treug. & pace. & ponit Bald. in reperto. ſuper Innocen.

CCCIIII.

1 *Pretium in bladis vendendis in publico iudex ex officio poteſt ponere.*
2 *Excommunicatum quis videtur ſe fateri petendo ſimpliciter ſe abſolui.*

1 Iudex ex officio ſuo poteſt ponere pretium in bladis vendendis in foro publico. tex. in feu. in titu. de pace tenen. & eius violatoribus. in §. ſimiles aduerſus militem.

2 Quis† petendo ſe abſolui ſimpliciter, confitetur ſe excõmunicatum. in cap. venerabilem. in §. ſunt enim. extrà de elect. Sed quando petitur abſolui ad cautelam, quis non fatetur ſe excommunicatum, vt in ca. ad præſentiam. extrà de appel. & vide de hoc per Spec. in titu. de proba. in §. nunc dicendum. ver. ſed nunquid probatur quis excommunicatus, &c. vbi præmiſſa ponit.

CCCV.

1 *Delegati à principe ſubdelegatus an poſsit committere vnum articulum.*
2 *Delegatus non impeditur procedere licet delegans excommunicetur, ſecus in officiali & vicario epiſcopi.*

1 An ſubdelegatus † delegati à principe poſsit committere vnum articulum. Specu. in titu. de delegato. in §. 2. in verſ. ſed nunquid ſubdelegatus. dicit, quòd de iure non, ſed dicit quòd de conſuetudine ſeruatur contrarium. vide ſuper hoc Archid.

2 Quando delegans † excommunicatur, delegatus non impeditur procedere, ſecus in officiali & vicario Epiſcopi, vt not. Specu. in titu. de delegato. in §. reſtat videre. verſic. quid ſi ſuper duobus. in fi.

3 De materia † irregularitatis vide plenè per Specu. in titu. de diſpenſat. §. iuxta.

CCCVI.

1 *Hypothecaria quando poſsit agi contra debitorem debitoris.*
2 *Teſtis pro debitore an poſsit eſſe fideiuſſor.*

1 Poteſt † agi hypothecaria contra debitorem debitoris, vbi nomina ſunt obligata, etiam non diſcuſſo debitore principali, vt ponit Spe. in tit. de procuratore. §. ſequitur. verſi. quid ſi mihi obligaſti. & hæc eſt vna limitatio ad authenticam, hoc ſi debitor. C. de pigno.

2 Fideiuſſor† an poſsit eſſe teſtis pro debitore. Spe. dicit, aut eſt ſoluẽdo fideiuſſor, & tunc põt, aut non, & tũc non põt, ita videt ſentire in tit. de teſte. §. 1. verſ. quid de fideiuſſore.

3 Si cedens† poſsit eſſe teſtis pro ceſſionario, venditor vel proxeneta, vide in 74. conſiliorum meorum Guido.

CCCVII.

1 *Teſtes valetudinarios debet cõſtare prius quàm procedatur ad examinationem ad perpetuam rei memoriam.*
2 *Bona teſtatoris non poteſt vendere executor pro ſua executione, niſi hæreditate adita.*
3 *Poſſeſſionem quibus caſibus propria authoritate quis apprehendat.*

1 Antequàm iudex † procedere debeat ad examinationem teſtium, ad perpetuam rei memoriam teſtium valitudinariorum, debet priùs cognoſcere ſummariè, & ſibi conſtare, qꝙ teſtes ſint valetudinarij, vel abſuturi. ita dicit Spe. in tit. de officio oĩum iudicũ. in §. poſtremò. in verſi. Item ſi teſtes petũtur. Sed an iudex debeat etiam primò ſic hoc interloqui, vide Bartol. in l. in lege Aquil. ſi deletum. ff. ad legem Aquil.

2 Executor† nõ põt de bonis teſtatoris pro ſua executione fienda vẽdere aut exequi, niſi hæreditate adita ex teſtamẽto vel ab inteſtato. ita tenet Bar. in l. alio hærede. ff. de alimen. & ciba. lega. in 2. q. Vide ſuper hoc Speculatorem in titu. de inſtru. edit. in §. nunc verò aliqua. in ver. ſed pone, quòd ex teſtamento, &c.

3 Nota† caſus in quibus ſua authoritate quis poteſt poſſeſſionem apprehendere. vide Specu. in titu. de actore. in §. j. ver. item qui vult propria authoritate, &c.

CCCVIII.

1 *Interpretatio quando plena aut plenior, aut pleniſſima fiẽda.*

1 Vbi verba† clara ſunt, nõ eſt fienda interpretatio, l. ille aut ille. ff. de lega. 3. Sed vbi de verborũ ambiguorũ interpretatione agitur, in non gratuitis pro accipiente plena in cõtractibus, in vltimis voluntatibus plenior, & in donationibus, largitionibus & beneficijs principum pleniſsima. vt extrà de donat. c. cùm dilectus. facit ff. de reb. dub. l. ſi. extrà de verb. ſign. c. abbate ſanè. Pro ſecunda l. qui penũ. §. fin. ff. de pen. leg. l. 3. ff. de vin. triti. & de annuis lega. l. 3. de conſti. princip. l. beneficiũ. & 2. q. 3. præuaricator. in fi. extrà de verb. ſign. olim. facit in non gratuitis quæ veniant. l. qui fundum. §. in lege. & l. fiſtulas. ff. de contrah. emptio. In vltimis voluntatibus veniũt, vt in l. vxorẽ. §. legauerat. & l. prædijs. §. 1. ff. de legat. 3. & in l. teſtatrix. §. fin. ſi ſeruit. vend. facit l. ſi quando. C. de bon. vacant. libr. 10. de offi. præfect. vrb. l. 1. §. cum vrbem. extrà de priuileg. c. quia.

CCCIX.

1 *Dictionis &, effectus. 2. 4.*
3 *Dictionum ac ſi, & ſi, vis.*

1 Dictio &, † poſita inter perſonas, denotat diuiſionem & diſtributionem per partes. ff. de verb. obliga. l. eum qui. in princi. & authenti. ſi quando. C. de conſtitu. pecunia. De hac dictione &, plenè tetigi in deciſionibus curiæ parlamen. quæſt. 527.

2 Copula, &, † habet partes ſingulas aſsignare non inſolidũ, vt l. 1. & auth. ibi poſita. C. de conſti. pecu.

3 Dictiones ac ſi, † & ſi, denotant diuerſitatem in facto, ſed nõ in iure. Io. And. in cap. ꝑ tuas. ſuper verbo, acti, de arbi.

4 Dictio, &, † coniungit complexus nominum. l. triplici. ff. de verbo. ſignifica. Et proprietatem præcedentium attribuit ſequentibus. ff. de fundo inſtructo. l. Scia. §. Caio. Et iungit diuerſa in ſubſtantia. l. quintum. §. ſi quis fundum

ff. de.

ff.de fundo inſtructo.& ita not. Archid. de præben.cap.ſi pauper.in prima gloſſ.

5 Dictio† vel, diſiungit ea inter quæ ponitur, & facit diuerſitatem in ſubſtantia.ff.de cond.& demonſt.l.cum pupi.§. diſiunctio.de condi.inſti.l.5.

6 De dictione† de, vide quæ ſcripſi in deciſionib. curiæ parla.q.631.Et ibi etiam vide de dictione cum.
De dictionibus cum,& vt, vide ff.de teſtamen.manumiſſ. in lib.meo.

7 Dictiones, †quandocunque,† quomodocunque, & qua-
a litercunque, ſunt vniuerſales omnia complectentes. ff. de penu lega.l.fina. de vſufruct. earum rerum.l.1.de his, quæ in fraudem creditorum. l.1.§. fina. extrà de maiorita. & obedien.cap.ſolitæ.

8 De verbis† quacunque de cauſa, vide quæ dixi in deciſionibus curiæ parlamenti,q.229.

9 Dictio† alia, eſt relatiuum diuerſitatis ſubſtantiæ, & habet partim ea quæ ſunt diuerſa numero & ſubſtantia, vt ſupponat diuerſitatem in ſuppoſito.ita no. Ioan. Mona.de regu.iur.c.in generali.

10 De dictione† duntaxat, vide per Archid.de reſcript.c.ſtatutum.in §.in nullo.& de regu.iur.c.1.ſuper verbo,duntaxat.libr.6. Et hoc facit pro ſtatuto Delphina. in quo admittuntur duntaxat certæ exceptiones aduerſus inſtrumentum. De hoc plenè dixi in tractatu quem feci ſuper dicto ſtatuto.
De dictione ſiue, vide infra ſing. 324.§.dictio ſiue,&c.

11 De dictione† pro, ſi inducat conditionem, dic quòd ſic, vt ſcripſi in deciſio.curiæ parla.q.632.& infrà ſingula.372. nu.2.& ſing.463.nu.2.
De dictione ex, vide Bald.in l.non dubium.in princip.C de legibus.

12 Dictio† cuilibet, attribuit inſolidum.l.ſi ex toto.ff.de lega.1.ita not.Iaco.de But.ff.de procur.l.pluribus.

13 De† dictione, quandiu, vide in l.ſi cùm fideicommiſſa.§. Ariſto.ff.qui & à quibus ma.lib.
Quibus modis pdaſ priuilegiũ, &c. vt ſuprà ſingular. 233.

ADDITIO.

a Quandocunque. Adde q̃ verbum quandocunque, eſt verbũ generale aptum importare infinitatem, ſecũdũ Bar.in l.q bona.§.fi.ff. de dã.infe.contra Ang.tamen reſtringitur ꝑm naturã actus cui attribuitur.argu.l.ſi vno.cum ſimi.ff. locat.Bal.conſi.67.quia ex facto.lib.3. Corne.conſi.199. in præſenti.li.2.Et ideo Sali.in l.commiſſoriæ.C.de pact. inter empt.& vendit.dicit ſingul.quod dictio quandocũque,adiecta pacto in hanc ſentẽtiam, vt liceret conducto rirecedere à contractu poſt menſem quandocunque voluerit, niſi fuerit ſibi ſeruata fides, intelligitur, niſi poſt mẽſem fecerit actũ, p quẽ videat abilla facultate receſsiſſe, puta ſi petierit ſibi promiſſa adimpleri. q̃ dictũ ꝑ aureo cõmendat Feli.in c.ſedes.ver.facit.extrà de reſcrip.Itẽ q̃ ſit apta cõprendere i infinitatem, tenet Ale.conſi.145.libr.2.

CCCX.

2 *Excommunicationis ſententia non poteſt ſuſpendi.*

1 Si in libello peto talem rem,& ſi non extat,peto æſtimationem,debet intelligi in eo caſu,in quo poteſt venire in petitione,qa non ſemp põt venire.l.ſeruum.§.fi.ff.de verborũ obligatio.Facit l.1.ff.de acceptila.vbi peto rẽ vel intereſſe,ita ponit Bart.in l.1.§.quis autem.ff.quorum lega.

2 Sententia[a] excommunicationis non poteſt ſuſpendi, ſed interdictum ſic ad certum tempus, vt not.in cap.ad hæc quoniam.gloſſa.ſuper verbo interdictum.extrà de appel.

CCCXI.

1 *Donare in vltimis volũtatibus poſſunt epiſcopi & alij ꝓlati.*

1 Valet conſuetudo, †quòd Epiſcopi, vel alij prælati, aut viri eccleſiaſtici beneficiati in eorum vltimis voluntatibus poſsint donare, vel legare de eorum bonis mobilibus eorum ſeruitoribus & cõſanguineis pro modo meriti, licet de iure non poſsint.in cap.cæterum.in §.licet.extrà de teſtamen. Sed an aliter poſsint de eorũ bonis immobilibus teſtari, vel diſponere, vide quæ plene ſcripſi in deciſio.curiæ parla. Delphi.q.110.

2 Quia† prælati qui de iure, vel de conſuetudine poſſunt facere viſitationes in eccleſiis ſuorum ſubditorum, faciunt quandoque multas extorſiones, & excedunt modum in exigendo pro eorũ viſitationibus, ideo Papa Benedictus 12.fecit ad euitandum tales extorſiones quandam extrauagantem quæ incipit, Vas electionis &c.

CCCXII.

1 *Indicium ad torturam an faciat vnus teſtis.*

1 Vtrum† vnus teſtis faciat iudicium ad torturam.gl. quòd ſic,in l.3.C.ad legem Iul.maieſt.Cy.ibi tenet cõtrariũ. vide de hoc in l.maritus.ff.de quæſtionib. Bar.in d.gl.l.3.C. ad leg.Iu.maieſt.dicit, q̃ ſufficit vnum indiciũ ad ponẽdũ quem in tortura, licet leges dicãt, præcedentibus iudiciis.

2 Iudex† poteſt dare fiduciam delato ad cum veniendi, quæ tamen fiducia eſt ſibi ſeruanda, vt tenent Oldr.& Bar.in l. is qui reus.circa finem.ibi, vlterius quidam determinant, &c.ff.de publi. iudi.

CCCXIII

1 Et de materia† ſecuritatis, q̃ ſecuritas vocatur cõmuniter ſaluuſcõductus inter armigeros, vide plenè ꝑ Bar.in l.1.ff. ad legem Iul.maieſta. vide infrà ſingular.811.nume.2.

2 Ius exigendi† habet cauſam continuam.ita dicit Barto.in l.iuſto.§.non murat.ff.de vſucap.

3 Mendacium† reddit hominem ſuſpectum, adeò quòd locus eſt quæſtioni.in c.literas.extrà de præſumpt.& ponit hoc Bar.in l.fi.ff.de quæſtion.adde infrà ſing.467.

CCCXIIII.

2 *ab Executione incipiendum in præſtationibus publicis.*
4 *Indicium non facit teſtis qui non debuit examinari.*

1 Vtrum† debitum filij &c.vt ſuprà ſing.279.nu.2.

2 In præſtationibus† publicis ſtatim incipimus ab executione, per l.2.C.de apparit.præfecti annonæ.lib.12. Et ita videmus quotidie ſeruari in debitis fiſcalibus. Quia debitor fiſcalis poteſt capi pro debito. Barto.in leg.ſacrilgi capite. §.cum eo.ff.ad legem Iul.pecul.in 2.notab. Et non poteſt cedere bonis, vt ibi Bar.

3 Qualiter† quis dicatur ſe defendere †cũ moderamine in-
a culpatæ tutelę, vide gloſſ.& Bartol.in l.1.ff.ad legem Cornel.de ſicar.

4 Teſtis examinatus† qui nõ debuit examinari, nõ facit indicium. Bartol.in l.1.ff.de quæſtionibus.in §.item Seuerus.

ADDITIO.

a Se defendere. Defenſio vnicuique eſt licita.l.vt vim.ff.de iuſtitia & iure.alium etiam offendẽdo, dummodo fiat cũ moderamine inculpatæ tutelę.l.1.vbi gl.ordina.C.vnde vi. & in notabili queſt.conſuluit Bal.conſi.237.ad euidentiã præmittendum.in ſecundo dubio.lib.2.& conſi.91.de iſta quæſtionẽ.lib.3.Imò etiam ſi excederet modum, licet deberet puniri, tamẽ puniretur minori pœna, quia exceſſus defenſionis in rixa non punitur pro toto, ſed pro tãto.ita ſingula.Bal.in c.vnic.§.1.ad finem.de pace iuramen.firmã. nã metus inſtantis periculi & nimius dolor tollunt cõſil. l.Gracchus.C.ad legẽ Iul.de adulter.& homo intenſo dolore ꝑ motus nõ eſt ſani intellectus.l.quicqd calore.ff.de regul.iur.& c.ſi quis iratus 2.quæſti.3. & hãc diſtinctionem Bal.cõmendat Alex.cõſi.109.vitis, & vt oportet cõſiderantis.col.3.ver.& no.Bal.ibi.li.1.& Aret.cõſi.8.c.ſicut decet. ad finem.& pro ſingulari refert & commendat Felin.in c. ſignificaſti.2.in penul. colum. verſic.tertia[a] concluſio. de homcid.Roma.ſin.3.an ſi qs exceſſerit.& ibi in addit

CCCXV.

1 *L.quiſquis.C.ad leg.Iul.maieſta.†intellectus.*
2 *Criminalibus in cauſis teſtes poſſunt repeti poſt publicationem, & concluſionem in cauſa.*

1 L.quiſquis.C.ad legem Iul.maieſta.† loquitur de conſiliarijs principis eidem à latere ſtantibus, ideo credo quòd illa lex non habet locum in conſiliarijs curiæ parlamen.
Delphi

Delphi.Grationop.reſidentis, per ea quæ dicit ibi Salice. ibi, Tertiò quero.

2 In cauſis criminalibus† [a] poſſunt teſtes repeti, etiam poſt
a publicationem teſtium, & poſt concluſionem in cauſa. Barto.in l.diui fratres.ff.de pœnis.ſecus in ciuilibus, etiã ex officio iudicis. Bald.in l.presbyteri.C.de epiſc.& cler.

ADDITIO.

a In cauſis criminalibus. Adde Bouer.ſing.52.nu.46.

CCCXVI.

1 *ad Torturam antequam procedatur conſtare oportet crimẽ fuiſſet commiſſum.*
2 *Abſolutus poteſt condemnatus in criminalibus ſi poſteà reperiatur innocens.*
4 *Conſenſus omnium an requiratur in inducenda collecta.*

1 Antequam† poſsit ad torturam procedi, debet conſtare crimen fuiſſe commiſſum. ita dicit Bartol.in l.1.ff.de quæſtionibus.ibi, ſed oppono, quando ſit inquiſitio generalis quomodo poteſt fieri tortura.&c.

2 Condemnatus† poteſt abſolui in criminalibus, ſi poſteà reperiatur innocens. Bar.in dicta l.diui fratres.ff.de pœnis.

3 Clericus† captus in curia temporali non tenetur eius literam clericatus oſtendere, dummodo ſit in habitu & tonſura, ſecundum Bar.in l.adminiſtrantes res.ff.de excuſat. tuto.idem Iacob.de Butr.in l.ſi qua per calumniam.C.de epiſcopis & clericis.

4 Si indicatur† collecta, vel tallia, an requiratur cõſenſus omnium, vel ſufficiat conſenſus maioris partis? dic vt no.per gloſſ.& Bart.in l.2.in §.ex his.ff.de verb.obli.& melius in l.quod maior.ff.ad municip.& per Dyn.in c.quod omnes tangit.de regu.iur.lib.6.

CCCXVII.

1 Vtrum† valeat confeſsio emiſſa in teſtamẽto in fauorem vxoris, vide ff.de leg.3.l.cum quis decedens.§. Titia.& ibi ſi interueniat iuramentum, vide ibi Bar.

2 Si & quando regula, †dolo petis quod reſtituturus es, habeat locum in interdicto recuperandæ, vide Bartol.in l.ſi quis conductionis.C.loca.

CCCXVIII.

1 *Dotẽ ſi vir lucretur ex ſtatuto, an habeat locũ dote nõ ſoluta. Donatio ꝓpter nuptias an debeatur dote non ſoluta.*
3 *Diuiſionis exceptio quæreis debendi competit, eſt dilatoria.*

1 Si ſtatuto caueatur† quòd mortua vxore vir lucretur dotẽ, an habeat locum dote non ſoluta? vide Bartol.in l.iubemus.C.de ſacroſanct.eccle. Et an de iure augmentum vel donatio propter nuptias debeantur dote non ſoluta, vide quæ plenè ſcripſi in deciſion.curiæ parlamenti, quæſtio. 545.& q.274.

2 In cauſa† criminali debet reſponderi titulis per verbum confitetur, vel negat,& non ſufficit reſpondere per verbũ credit, vel non credit. ita dicit Bartol.in l.inter omnes.circa finem.de furtis.

3 Exceptio† diuiſionis quæ reis debendi competit, eſt dilatoria, vt dicit Bartol.in l.ſi dubitetur.de fideiuſſ. ideò debet opponi ante litis conteſta. De certis alijs exceptionibus dilatorijs plenè ſcripſi in deciſionibus curię parlamenti Delphi.q.96.

CCCXIX.

1 Excommunicatus † a canone aut per ſententiam habetur perinde ac ſi nominatim & publicè eſſet excommunicatus, ſecundum Inno.& Io.And.in c.veritatis.extrà de dolo & contu.iuncto cap.fin.extrà de exceſs.præla.

2 Item videtur† velle gl.Io.And.in c.1.de confeſ.lib.6.dum dicit, quòd excommunicatus à canone, qui clericum percuſsit, repellitur ab agendo

3 Excommunicatus† maiori excommunicatione à quibus actibus repelllatur, vide gloſſ.in ca.decernimus. ſuper verbo, teſtificando.extrà de ſen.excom.& per Archi.in capi. pia.extrà de excep.lib.6.

4 Excommunicatus † repellitur à iudicio ſeculari, etiam de iure ciuili, vt dicunt Cyn.& docto.in l.placet.C.de ſacro ſanct.eccle.

5 Vtrum procurator excommunicatus poſsit alium ſubſtituere? vide gloſſ.& Ioan.Andr.in cap.religioſus in fine.de procuratoribus.in clemen.& in cap.poſt ceſsionem.extrà de probationibus.

CCCXX.

1 *Sententiæ executio an poſsit fieri contra tertium poſſeſſorem qui non fuit condemnatus.*
2 *Sententiam quando vitiet falſa cauſa.*

1 An fieri† poſsit executio ſententiæ contra tertium poſſeſſorem, qui non fuit condemnatus? vide Ioan.Fab.Inſti tu.de act.in §.omnium.in 6.quæſtio.& in §.præterea.verſicul.pro euidentia,&c.de hac materia vide in 212.conſiliorum meorum.

2 Quando† falſa cauſa vitiet ſententiam, vide Bartolũ.in l. 3.& in l.demonſtratio.& in l.Mutianę.ff.de conditio.& demonſtratio.Et ibi etiam loquitur de falſa cauſa, an vitiet contractum.idem Bartol.in l.ſi is ad quem.ff.de acquirenda hęredita.

3 Falſificans† actum perdit cauſam ſuam.Bartol.in l.in fraudem.§.quod apud.ff.de iure fiſci.vide infrà ſingula.390. numero.3.

4 Vtrum† fama releues quẽ à probatione? vide Bart.in l.1.C. qui & aduerſus quos.& ibi ſi vna fama tollatur per aliam.

CCCXXI.

3 *Donans fundum ad vſum vel alimenta, videtur donare pro prietatem.*

1 Familiaris proprie dicitur, qui viuit expenſis alicuius.in c.ſi.de verbo.ſigni.lib.6.l.ſi chorus.ff.de lega.3.l.2.§.familiæ.ff. de verborum ſignificatio.

2 Qua actione petuntur donata cauſa mortis? vide Bartol. in l.1.ff.de dona.cauſa mor.

3 Si aliquis† donat fundum ad vſum, vel ad alimenta, videtur proprietatem dediſſe. Bart.reputat te.in l.donationes. §.ſpecies.ff.de donatio.vide quę dixi circa hæc infrà ſin. 442.§.ſi vxor hæres,&c.

4 An pater† teneatur filiam nuptam dotare, vide Bartol.in authen.res quæ.C.communia de legatis.

CCCXXII.

3 *Opem præſtans an teneatur eadem pœna.*
4 *Interficientis ſeipſum bona cui applicentur.*

1 Qualiter † inter ligatur communis vſus loquẽdi? vide Bar. in l.Labeo.ff.de ſupellect.leg.& Bart.in l.1.C. de dignitatibus.libro.12.vide infrà.ſing.428.

2 Quis† debeat reficere bialeriam molendini, vide docto. in l.1.C.de aquæ ductu,libro.11.& bene facit l.refectionis in §.1.& ibi bonus text.ff.communia prædiorum.vide infrà ſing.394.nu.4.

3 An præſtantes† opem teneantur eadem pœna, vide diſtinctionem Bartol in l.is qui opem.ff.de furt.

4 Si quando,† & cui applicentur bona illius, qui ſeipſum interfecit, vide gloſſ.Cy.& doct.in l.2.C.qui teſta.face.poſ.

CCCXXIII.

2 *Inſtrumentum notarius poteſt cõficere, quo ſe obliget alteri.*
3 *Defendere promitens de iure & de facto rem quam vendidit an ſi emptor ſpolietur, debeat defendere.*

1 De materia† l.2.C.de reſcin.ven.vide per Bart.in l.ſi quis cum aliter.ff.de verbo.obliga.& ibi eſt quæſtio, ſi in venditione interueniat donatio de pluris valentia, & an poſsit renuntiari illi legi.

2 Notarius† poteſt conficere inſtrumentum, in quo ſe obliget alteri. Bartol.in l.impuberem in fine.ff.de falſis. ſed quid de procuratore, vide quæ ſcripſi in deciſionibus curiæ parlamenti, quæſt.318.

3 De illo† qui promittit defendere de iure,& de facto rem quam vendidit,& ipſe emptor ſpolietur de facto, an debeat eum defendere? vide plenè per Bartol.in l.ſtipulatio iſta habere.ibi, quæro aliquis vendens,&c.ff.de verb.obli.

CCCXXIIII.

1 De verb.† vſque ad beneplacitum, vel donec reuocauero, vide plenè per Bart.in l.centeſimis.ff.de verb.obli.ibi, vltimo

timò formo vnam quæstionem difficilem,&c.
2 Dictio† siue,est disiunctiua.Barto.in l.si quis ita.ff.de verborum obligatio.
De dictione,&,& de certis alijs,vide quæ scripsi suprà singu.309.§.dictio.& in sex.§§.ibi sequentibus,& in decisionibus curiæ parlamenti,quæst.527.

CCCXXV.

*1 Testis verba ambigua pro quo interpretanda.*
*2 Materia prorogationis terminorum.*
1 Verba† ambigua testis an debeant interpretari pro actore,vel pro reo?vide plenè per Bar.in l.inter stipulantem.in §.si Stichum stipulatus.ff.de verb.obli.ibi, quæro, an debeat interpretari,&c.
2 De materia† prorogationis terminorum fiendæ per iudicem,arbitrum,vel partem,& an non soluens in termino sit periurus,vide Bart.in l.cùm ita stipulatus.ibi, contra istud quòd ipso iure,&c.ff.de verb.obli.
3 Eo ipso† quòd quis est homo meus, ego censeor esse iudex suus.l.quisquis.C.de episc.& cler.& in anthen.de quęstore.§.si verò forsan.colla.6.tenet Specul.in titu.de homagio & fide.§.1.ver.17.quæritur.

CCCXXVI.

*1 Posidenti homagium debet fieri,quando sunt duo contendentes de vno castro.*
*2 Priuilegio suo abutentes,illud perdunt.*
1 Si sint† duo contendẽtes de vno castro,debet fieri homagium illi qui posidet.in authen.de manda.princi.§.oporte..facit l.cuiuscunque fundi.§.si.ff.de vsufructu.facit ad hoc quod dicitur de iure patronatus,quia possessor beneficij debet beneficia conferre, quæ sunt in collatione talis beneficij contentiosi.in c.ad consultationem.extrà de iure patronatus.vide infrà sing.481.nu.4.
2 Abutentes† suo priuilegio debent illud perdere.in c.priuilegia.de priuilegijs.quod facit contra illos qui abutuntur eorum libertatibus in patria Delphi.

CCCXXVII.

*1 Xenia data sponsæ cuius esse debeant.*
1 Iocalia† seu extrenæ quæ dantur sponsæ per amicos filiarum,vel maritorum,cuius esse debeant?vide Bar.in l.1.§.nec castrense.ff.de colla.bonorum.
2 An clericus sortiatur forum in actione reali? Pet.Iaco.quòd non.in tit.de duello,super rubrica, vi bonorum raptorum.& in tit.de act.in rem.Et vide quæ scripsi in decisio.curiæ parla.q.78.circa finem.

CCCXXVIII.

1 De libra† auri sunt tex.in l.Quintus Mutius.2.ff.de auro & argen.lega.& in l.vna.C.de monopoliis.lib.10.& in l.duos.C.de susceptoribus & archariis.lib.10.& in auhenti.de armis.
2 Septuagintaduo† solidi faciunt librã auri.l.quoties.& ibi gl.q hoc dicit expressè.C.de susceptorib⁹ & archariis li.x.
3 Et quingenti† solidi de quibus in l.si quis pro redemptione.in fine.C.de donatio.accipiuntur pro aureis, quorum 72.solidi faciunt libram auri,per no.in d.l.quoties.de suscepto & archa.;& no.in l.quicunque.C.de ser.fug.& faciunt no.per gl.Insti.de pœna teme.litigan.in §.fi.ita dicit Cy.in d.l.si quis pro redemptione.
4 De libra† argenti habetur in leg.si clericus.C.de episc.audien.Et pro singulis libris argenti quinque solidi inferuntur.in lege.1.C.de argenti pretio,quod thesauris infertur lib.10.Circa tamen solutionem istarum librarum,& solidorum,debet consuetudo regionis attendi.l.circa.C.locati.& facit glossa.in l.si quis argentum.C.de donatio.Et nõ potest peti aurum pro libris vel solidum argenti,sicut dicit Bar.in l.Paulus.ff.de solutionibus.quia in hoc non consistit obligatio.
De hac materia plenè in apparatu statuti,si quis per literas.in gl.super verbo,Marchis argenti.
Pet.Iac.in tit.de actione in factum ex re iudicata.dicit q 50.libræ argenti valent quingentos aureos,quod facit pro insinuationibus donationis.

CCCXXIX.

*1 Domesticos testes non possum producere pro me,sed aduersarius contra me potest:& cogentur contra me deponere.*
*2 Pignora ad incãtũ emẽs perĩde habẽt acsi à domino emisset.*
2 Testes† domesticos non possum producere in testes pro me,sed aduersarius meus potest ipsos producere, & cogẽtur contra me deponere.vide Spe.in tit.de teste.in §.1.versic.sed quid de vxore & viro.nisi in patre,vt dicit Spe.in d.§.in prin.Sed an procurator meus posit in eadem causa contra me produci per partem meam aduersam?vide quæ scripsi in decisio.curiæ parla.q.45.
2 Ille† qui emit pignora ad incantum habetur ac si à domino emisset.tex.in l.non est mirum.ff.de pig.act.

CCCXXX.

*1 Inimicitiarum actione non tenetur qui dixit parti, quòd testes subornauit.&c.*
*2 Infamis non est condemnatus ex inquisitione.*
*3 Infamis non est notarius condemnatus ex forma statuti.*
1 Licitum† est dicere parti,vel eius aduocato,tu produxisti viles,& ribaldos testes,vel quòd eos subornasti, seu falsè instruxisti,& non tenetur actione iniuriarum, vt vult gl.in l.si quis vult esse causidicus.super verbo,vtilitates, &c.C.de postulando.facit l.delator.ff.de iure fisci.
2 Cõdemnatus† ex inquisitione nõ est infamis.ff.de suspec.tuto.l.3.§.prætereà.& ita ibi tenet Dy.idẽ not.gl.in l.1.C.de suspec.tut.& Cy.idem tenet.& dicit q notarius potest instrumenta conficere.& idẽ no.in l.1.C.de modo mulctar.& Spec.in titu.de sententia.§.1.versicu.quid de istis.
3 An notarius† qui fuit condemnatus ex forma statuti, sit excusatus ab infamia?Dyn.& alij communiter tenent q sic,quòd non sit infamis,quia condemnatus condictione ex lege,igitur,&c.l.cessat.ff.de actio.& oblig.
4 Sententia lata† de falso contra notarium eò absente ex forma statuti,excusatur ab infamia,vt tenet Specu.in titu.de sententia.§.1.versicul.quid de istis.ad quod facit.l.fina.C.de requiren.reis.
a An valeant[a] instrumenta† recepta per notarium post sen-
5 tentiam contra eum de falso latam,posito quòd non posset recipere,glossa tenet quòd sic,in corpore de tabellio.§.penult.in gloss.magna quæ incipit:Hic est argu.&c.in si.& Specu.in titu.de instrument.editio.§.restat.versi.quid si tabellio perdit offic.

ADDITIO.

a An valeant.Adde Guido.infra sing.780.§.notarius.

CCCXXXI

*1 Succedere non potest legitimatus à papa.*
*4 Solutionis particularis incommoda.*
1 Legitimatus à Papa† non potest succedere ex testamento vel ab intestato, quia legitimatio à Papa facta non trahitur ad temporalia quæ sunt in territorio imperij, in capi.per venerabilem extra qui filii sint leg.& ponit Bart.in sua repet.l.cunctos populos.C.de sum.trini.
2 Militia† nobilitat,ita dicit Bartol.in l.2.§.filii.ff.de decur.
3 Relictum† pro alimentis dicitur relictum ad pius causas.Bar.in sua repetitione l.alio hærede.ff.de alimen.& ciba.leg.in prima opposi.
4 Particularis solutio multa affert incommoda.l.planè.ff.famil.ercilcun.

CCCXXXII.

*1 Impeditus vno die in appellatione habet secundum fatale.*
1 In materia† appellationis impeditus vno die habet secundum fatale,videlicet secundum annum,sed impeditus aliquo tempore in secundo fatali, non habet annum integrum,sed restituitur ad tempus impedimẽtorum.Inno.in capi.si duobus.extrà de appellatio.circa finem.ibi, & videtur quòd si tantum per vnum diem,&c.Et vide quæ circa hoc pleniùs scripsi infra singu.615.in §.item quia primum fatale,&c.
2 Non† sufficit proponere falsi suggestionem, nisi specialiter & specificè declaretur.not.Innocen.in capit.meminimus.extra de appellationibus.circa fi.
3 An iudex† à quo semel appellatur, sit in alijs causis suspectus?vide Inno.in c.cum sit Romana.de appel.

CCCXXXIII.

*1 Sententia in cuius personam feratur non interest de iure canonico.*
*4 Appellari nõ potest ab executore nisi excedat modum.& supra singu.11.*
1 De iure† canonico non curatur in cuius personam feratur sententia, an in dominum litis, vel in personam domini instantiæ,siue causæ,ita dicit gl.in c.sciscitata.in glo.1.extra de in inte.resti.quod secus est de iure ciuili.de hoc tangit gl.in c.querelam.de elect.
2 De natura† verbi,cum potero, vide Inn.in c.accedens.de concessione præbend.in prin.
3 Ille† qui habet sententiam pro se, non debet ingredi propria authoritate.Inno.in c.cum nostris.ext.de conces.præben.& vr casus in l.fundi venditor.ff.de acquir.possessio.
a Ab executore[a]† propter defectum ordinis iudiciarij non
1 appellatur,nisi excedat modum,vel nimis festinet.Innoc.in c.proposuit.extra de concessio.præb.in gl.magna ibi, ab executore enim,&c.

ADDITIO.

a Ab executore.Adde supra sing.11.

CCCXXXIIII.

*1 Dictio ita tamen,est limitatiua & modificatiua.*
*2 Obscuram exceptionem proponens succumbit.*
*3 Dotem an extraneus repetat.*
1 Dictio† ita tamen,est limitatiua & modificatiua præcedentium.l.Lucius.§.qui habebat.ff.ad Trebel.l.libertis.§.1.ff.de manumis.testam.ita dicit Sali.in l.vbi adhuc.in versic.ita tamen.C.de iure dot.
2 Qui† exceptionẽ obscurã[a] proponit, succũbit in ea; sicut
a qui actionẽ obscurã proponit.Bar.in l.Titio.ff.de lega.1.
3 Si extraneus† cõstituat dotem an soluto matrimonio eam posit talis extraneus repetere? vide in l.si cum Cornelio.in gl.fi.in fi.& ibi Doct.ff.de solutionib.

ADDITIO.

a Obscuram.Idem si proponeret exceptionem ineptam.l.1.§.Labeo.ff.de fluminib.not.per Spe.ti.de excep.§.viso.circa prin.& quod not.Cyn.in l.domum.C.de rei vendi.Bar.in l.1.ff.de exce.item & actor proponens actionem ineptã succumbit.l.1.§.1.ff.si mens.fals.mod.dixer.Adde eũdem Guid.Pap.infra sing.737.

CCCXXXV.

*2 Authoritas superioris an interuenire debeat in creatione syndici.*
1 De consuetudine,quod proximior agnatus retractet venditionem,vide in l.pe.C.de contrah.emp.& vendi.& scripsi de hoc in decisionibus curiæ parlamen.q.257.
2 In† creatione syndici vniuersitatis oportet interuenire authoritatem superiorum.ita dicit gl.in l.nulli.ff.quod cuiusque vniuersita is.allegat l.1.C.de seruis reipub.manumittendis.vide j.sing.572.nu.2.
3 Si nomina† dentur in dotem, debent exigi sumptibus viri,& nõ vxoris.ita dicit gl.1.ff.de impensis in reb.do.fac.ad hoc l.1.C.de bon.mater.ibi,sumptus ex fructibus impigrè facere,&c.

CCCXXXVI.

*1 Effractorum carcerum pœna.*
*2 Notarij libro statur quando est varietas inter instrumentũ datum parti & librum notarij.*
1 Incarcerati frangẽtes† carceres, vltimo supplicio puniuntur.l.1.in princ.ff.de effractoribus,& expilat.Sed hoc intellige verum, si propter tale crimen, propter quod erat incarceratus,debebat vltimo supplicio puniri, alias nõ,vt no.per doct.in l.milites §.eius fugam.ff.de re militari.
2 Quãdo† est varietas inter instrumentum datum parti, & librum notarij, potius statur libro notarij. Bartol.in l.si quis ex argentarijs.§.prætor.ff.de edend.quia potius probat protocollum.Sali.in l.contractus.C.de fide instrumẽ.ibi,quæro sexto an protocollum,&c.

CCCXXXVII.

*1 Iudicio inter duos pendente si fiat noua lex,secundum illam est iudicandum.*
1 Si pendente† iudicio inter duos fiat noua lex debet illam causam secũdum dictam nouam legem determinare.allegatur tex.in l.contractus.§.1.vbi,nondum autem absoluta,&c.C.de fide instru.& l.iubemus.in fin.C.ad Vellia.& idẽ dicerem in statuto.
2 Filius† qui est in quasi possessione sui iuris,præsumitur sui iuris,& incumbit patri onus probandi.tex.& gl.singularis in l.Titia.ff.solu.matr.tex.videtur in contrarium,in l.emãcipatione facta.C.de fide instrumen.facit.l.nemo.de seruis export.vide j.sing.498.nu.2.
3 Plus est facto ostendere,quam verbo declarare.in ca.dilecti.extra de ap; e la.

CCCXXXVIII.

*2 Confessio duo continens an posit per aduersarium diuidi.*
1 Vbi† confessio est coarctata vel limitata, in totum est recipienda, hoc est cum sua coarctatione,qualitate vel limitatione,aut in totum refutanda,ne probet contra confitẽtem,& est ratio,quia quod quis recipit pro se, censetur recipere contra se,vbi est vna confessio, & ex eadem causa procedens emanauit.l.si quis testibus.C.de testib.& ca.si quis.4.q.3.& ibi no.& in ca.cum olim.extra de censibus.& in c.si Romanorum.19.distin.& ibi gl.super verbo,Suffragari.Non.n.dici potest confitentem qualificatione vel coarctatione simpliciter confiteri, seu de simplici confessione sentire.l.si ex testamento.ff.de exce.rei iud.pro hoc gl.in l.si quidem.C.de excep.facit gl.in l.2.C.de dona.ante nupt.& hæc est opinio quasi communis Modernorum scilicet Alberici & Salic.post Cyn.in.l.1.de confessis,in d.l.si quidem.& Archid.in c.1.de confessis lib.6.
2 An† confessio duo continens,vnum contra confitentem, aliud pro confitente, posit per aduersarium diuidi? vide Ioan.Ferrarij in forma petendi copiam instrumenti, in glo.cum anno.

CCCXXXIX.

*1 Hæres non potest dicere donationem reuocatam,si hæres in vita non declarauit quod velit eam reuocatam.*
*2 Actiones non transeunt in fideicommissarium,si hæres restituat ante conditionis euentum.*
1 Dispositio † legis si vnquã.C.de reuocan.donatio.residet in arbitrio donatoris.ibi, dum dicit,in arbitrio. Sed quid si ipse donator non declarauerit in vita sua eius animum, quod velit eius donationem esse reuocatam,an eius hęres posit dicere donationem reuocatam? dic quod non.pro quo bonus tex.in l.fi.versi.nulla.C.de reuocan.donat.glo.tamen super verbo,reuersum.dicit ipso iure,& sic vendicari potest.& istud tenent Iacob.Butrigarius,Cyn.Bar.& Sal.de hac materia dictę legis vide etiam j.sing.551.§.iuxta legem,si vnquam.&c.
2 Si hæres† rogatus sub conditione vt restituat hęreditatẽ, ante conditionis euentum non transeunt actiones in fideicommissarium, ita dicit Cynus post Iacobum de Rauenna,& Petrum de bella pertica.in l.post mortem.C.de fideicom.& Bar.in l.apud Iulianũ.in §.antistia.ff.ad Trebel.& gl.ordinaria in l.1.§.de illo.ff.ad Trebe.& in l.pe.C.eod.tit.& ibi Butrigarius.& facit ad hoc l.sed si ante.ff.ad Trebellia.

CCCXL.

*3 Verba, si non valet iure testamenti,&c.magis apponuntur ex consuetudine notariorum quam alias.*
1 Manifesta † voluntas est etiam illa, de qua ex coniecturis apparet.l.cum proponebatur.ff.de leg.2.
2 Testis† debet deponere de facto, & non de iure.l.stipulatio.§.hæc quoque.ff.de verb.obli.
3 Illa verba,† si nõ valet iure testamenti,valeat iure codicillorum,solent apponi magis ex consuetudine notariorum quam alias.Bar.in l.1.ff.de iure codicillorum.
4 Testis† debet deponere de sensu.vide Bar.in l.sciendũ.ff.

de verbo.obliga.

3 De confessione tin vltima voluntate, vide quæ dicit Cy. in l.generali.C.de non numerata pecunia.ibi septimò, videamus.

6 Beneficium tlegis nō debet esse delusorium.in l.si prætor. ff.de iudi.

7 Quit omne dicit, nihil excludit.glos.in l.à procuratorio. C.manda.

8 Malæ fidei tnamque possessorem esse nullus ambiget, qui aliquid contra legis interdicta mercatur.tex.in l.quemadmodum.C.de agricol.& cen.lib.11.

CCCXLI.

1 *Donationis insinuatio ad quid inuēta.5. & coram quocunq; iudice fieri potest.2.& qualiter fiat 3.*

4 *Iuramento firmatur donatio sine insinuatione.*
*Alienatio rei minoris non seruata solennitate valet ratione iuramenti.*

6 *Insinuatio an p̄sumatur ex oppositione decreti in donatione:*

1 Insinuatio tdonationis fuit inuenta, ne donationes fiāt clā, vt homines non fraudentur.l.data.C.de don.ita dicit Bart. in l.Modestinus.ff.de donatio.

2 Insinuatio tdonationis potest fieri coram quocunque iudice, etiam si non sit iudex partium, vel rei, vel loci.per d. l.data.& per l.in hac.C. de dona.pro quo tex.in authen.vt fratrum filij.§.illud.ibi dum dicitur, nec apud quos omni no talia documenta confici possunt, &c.ita dicit Ioan. Andræ.in addition.Specul.in titu.de instru.edit. in §.porro. & de hoc plenius tetigi in decisionibus cur.parla.q.325.

3 Qualiter tfiat insinuatio donationis? Ioan. And.in d.§.porro.dicit, q̄ subscribatur donatio, & publicetur coram iudice, nec alia scriptura requiritur fieri.& ista opinio Io.And. videtur communis, & communiter seruatur, vt dicit ipse Io.And.in d.§.porro.in versi.donatio. & illam videtur sequi Azo in sum.in tit.de donationi.& similiter Goffredus & Bar.in d.l.Modestinus. vbi dicunt, quod insinuatio est, quādo donatio fit in scriptis coram iudice.Nec requiritur decretum secundum eum, quia hoc non videntur requirere iura.sed qđ fiat in p̄sentia iudicis, licet Guliemus de Cuneo aliter dixerit, in l.illud.C.de sacrosan.eccl. per gl.in corpore in authen.vt non fiant pignorationes.§.fi.fed male & de hoc te.secundum Bal.in l.fi.de p̄dijs curialium, libr.10. in verbo ibi, sine decreto.vbi aperte in donatione loquitur.

4 Donatio tsine insinuatione firmatur iuramento, ita tenet Io.And.in additionibus Spe.in tit.de instru.editione in §. porro.& hāc opinionem secutus est Io.de Imo. in c.cum cōtingat.ex. de iureiur.in lectura, & in sua repeti.licet Bartol.Bald.& Cyn.teneant cōtrarium.Sed Ioannes de Imol. vbi supra, respondet rationibus Bar.to.& aliorum tenentiū contrarium. Primò quando Bart.& eius sequaces dicunt, quod videtur esse contra publicam vtilitatem, quia illud non reperitur iure cautum, sed bene dicitur quod fuit introducta insinuatio, vt tollatur occasio procurandi donationes fieri per metum, vel fraudem, seu clandestinè, vt d. l.data.& licet dicatur interesse reipublicæ, ne quis malè sua re vtatur, istud non sufficit ad infringendum sacramētum, quia est vtilitas secūdaria, vt patet in simili in muliere alienante rem dotalem, nam licet intersit reipublicæ mulieres non esse indotatas.l.1.ff.sol.mat. tamen firmatur contractus donationis rei dotalis per iuramentum, vt patet in c. cum contingat.de iureiur. Item non obstat q̄ non videtur posse renuntiari legibus inducentibus solennitatē in actibus hominū, iuxta legem, nemo potest.ff.de leg.1.quia illud est verum, qñ non interuenit iuramentū, secus quando interuenit, vt in minorem, nam licet lex dicat, & det solennitatem certam seruari debere in alienatione rei minoris, videlicet, q̄ fiat de authoritate tutoris, & cum decreto iudicis, & causa cognita.l.magis.§.ne pasim.ff.de reb.eo.tamen si alienetur sine dicta solennitate cum sacramento, tenet alienatio, vt in authē.sacramenta.cum ibi notatis.C.si aduersus vendi. Item nō obst. si dicatur q̄ inductum fuit in insinuationē fieri non fauore donantis, sed in odium illorū, qui procurabāt fraudulēter & clādestinè illas fieri.l. donatio.& l.data.C.de dona.& sic videtur q̄ nō possit renūtiari per no.in l.tametsi.ff.ad Macedonianū. Quia pōt respōderi dupliciter, dicit dictus do.Io.de Imol.Primo, q̄a licet sine iuramento non possit renuntiari, tamen ex oēs iuramentum ligat.in c.significante.in fi.extra de pigno.& not. Barto.in l.si quis pro eo.ff.de fideiuss.Item secundo potest dici, q̄ inductum fuit insinuationē fieri principaliter in fauorem donantis, ne ex sua liberalitate periclitetur, & secundario in odium procurātium clam & occultè illas fieri vt tollatur talis occasio, saltem cum iuramento, per l.pen. C.de pac.& plures alias respōsiones ponit ibi Io.de Imol. in d.cap.cum contingat.quæ ibi videantur, sed istas rōnes hic posui, quia multi non habent lecturam suam. Aduerte tamen, quia sup tali iuramēto est dispēlandū, vt tenet Hē. de Bouēco, tauth.sacramēta.in causa fi.C.si aduer.vēdi. De hac materia ēt scripsi in decisionibus curiæ parla.q.350.& q.610. Vide etiam infra sing.375.in §.an rōne iuramenti.

6 Si iudex t interponat decretum in donatione, an videatur seu p̄sumatur facta insinuatio? Bal. in quodam suo consilio, quod incipit, in Christi nomine amen. Certum est q̄ filia in bonis patris, &c. dicit q̄ si causę fuerint expositę coram iudice nominatim, videlicet, quia pars iudici dixit, q̄ donabat, & donare intendebat, ita q̄ iudici quid agatur, & quid contrahatur innotescat, tunc per appositionē decreti dē facta insinuatio.C.de p̄dijs curialiū, l.1. præsumendum est.n.de iudicis mēte, q̄ nihil intendat iniquè facere, quia hoc iura.l.fin.C.ad l.Iul.repet.de materia insinuationis, vide infrà sing.373.in §.donatio.vsque ad §.in l.sciendum:

7 Donatio tinofficiosa licet sit revocanda, per totum titulū de inoffi.dona.non tñ est nulla ipso iure, sed tenet, & si venit revocanda, non revocatur, nisi vsque ad bonorum subsidium, quando est facta vni de liberis, in l.si quæat.C.de inoffi.dona.& ista est cōclusio doctorū, videlicet Bart.in l.Titia.§.imperator.ff.de lega.2.Bal.Cyn.& Iacob.& alio rum, in l.1.C.de inoffic.donat.ideo opus est querela.

8 Donatio, t q̄ sit absenti, non valet, nisi interueniant nūtius, vel epistola, & si quis non vt nūtius, sed motu suo proprio notificet donatario, & adhuc non sufficit.ita notat gl. in l.cōsensu.ff.de actio.& obli.in l.nec ambigi.C.de donatio. & in l.1.ff.de cōtrahē.emp. & vēdi.in fi.& hæc est cōis doctorum sententia, sed quid si interueniat iuramētum? vide Henri.de Bouenco in auth.sacramēta.C.si aduersus vē. in sua repetitione.vide q̄ dixi in decisionib. cur.parla.q.222. Si fiat donatio absenti per nuntium vel epistolā, an donās possit eam reuocare medio tempore, quo donatarius deliberat, an approbet, vel refutet? dic quod non, per ca.si tibi absenti.de præb.lib.6.

CCCXLII.

1 *Renūtiatio iuris futuri iudicij calore facta valet, secus si fiat non coram iudice.*

2 *Actio ex pacto nudo iuramento vallato, valet.*

3 *Hæreditas per pactum potest post mortem dari.*

1 Pactum t nudum in iudicio factum eius calore intelligitur vestitum, ita refert Bal.in sua repetitione §.qui prouocauit.l.tale.ff.de pact.audiuisse dicit à domino Bar. per l.cū ostendimus.§.fi.ff.de fideiuss.tutor.& pro hoc adduco ego Guido Papæ plura vltra Bar.& Bal.& primo, quia iudicij calor facit, quod renuntiatio iuris futuri in eo facta valida est, vt no.gl.in l.pater.C.de curat.bonis dando.& in l.si plurium.ff.de acqui.hære. Licet si non coram iudice fiat, ius futurum simplici renuntiatione tolli non possit.l.si ita.§.si sub conditione.ff.de leg.2.& in l.1.§.quod ait prætor.2.ff. quorum leg.ergo à paritate rationis in pacto nudo supplere debet vestimentum aliquod iudicis præsentia. Item pro eis facit gloss.in l.eum pro quo.ff.de in ius vocand. volens ex pacto iudicis vtilem actionem acquiri parti, in cuius fauorem fit.

2 Ex pacto t nudo vallato iuramēto oritur actio, quia ipsum iuramentum vestit tale pactum nudū, ita tenet Antonius de But.in c.cum contingat de iureiu.

3 Per pactum hæreditas t post mortem dari potest, in l.1.C. vt actiones ab hærede & contra hæredes.de quo vide in l. licet.C.de pac.per gl.in l.fin.C.de pact.& vide quæ dixi in 301.consiliorum meorum, in primo dubio.

CCCXLIII.

1 *Donatio causa mortis per iuramentum fit irreuocabilis.*

2 *Substitutionis spes non transmittitur ad suos.*

1 Contractus t innominatus sui natura reuocabilis, propter iuramentum est irreuocabilis.no.gl.in l.si pecuniam.ff.de condi.ob causam.& ibi not.gl.q̄ iuramentum facit quem teneri præcisè ad factum. Et ex hoc dico, quod si in donatione causa mortis quæ sui natura est reuocabilis.l.Marcellus.§.fin.& l.si debitor.in fi.ff.de donatio.causa mortis. & l.fi.C.eo.tit.iuramentum interueniat, erit irreuocabilis.facit l.vbi ita donatur.ff.de dona.causa mortis.

2 Spes substitutionis t non trāsmittitur ad suos, in l.si ex pluribus.ff.de suis & legitimis hæredibus. & in l.substitutio. ff.de acquirendo rerum dominio.

3 Conditio t debet impleri in forma specifica, & prout po-
a nitur, vt dicit gl.in l.1.C.de conditio.insert.pro quo l. qui hæredi.in prin.& l.Mæuius.ff.de cond.& demon.

4 In vltimis t voluntatibus potius inspicitur voluntas, quam verba.l.in conditionibus.ff.de condi.& demon.

5 Cum alios vocet t, alios videor excludere.l.sicut certi.C.de testamen.milit.& leg.si patronus testamento.in prin.ff.de oper.liber.

ADDITIO.

a Debet impleri. Adde quod conditio potestatiua habetur pro impleta, si nō stat per implere debentē.l.quæ sub conditione.§.quoties.ff.de condi.instit.& ideo contra institutū sub tali conditione non currit præscriptio.vt tradit Bal. in l.2.C.si omissa caut.testa.fallit tamen ista regula, nisi testator dispositisset, quod verè impleretur & non per fictionem.ita Bal.in l.si patri.in 3.q.C.de insti.& substit.refert.

CCCXLIIII.

1 *Filij hæredis ex præsumpta voluntate excludunt substitutū.*

1 Testator dicendo, & si filius, vel hæres meus, in extraneo hærede, decedat sine liberis, talem substituo, liberi hæredis excludunt substitutum, quia ex præsumpta voluntate testatoris ipse videtur eos præferre voluisse substitutis. in l.Lucius.2.ff.de hære.insti. Licet sit inter doct. difficultas, si ipsi liberi veniant ad bona testatoris ex testamento, vel ab intestato, de quo dic vt ibi per gl.& Bar.& plenè scripsi in decisio.curiæ parla.q.309.

CCCXLV.

1 *Extensio non fit in odiosis.*

1 Odia t sunt restringenda, & non trahenda ad consequentiā, etiā in casu, vbi est eadē ratio, iuxta l.quod non rōne. ff.de leg.& not.per gl.in auth.quas actions.C.de sac.sanct. ecc.pro quo l.præcipimus.in fi.C.de app.

2 In odiosis t non fit extensio, sed semper interpretationes & extensiones fieri debent, vt ius commune non lædatur quātum fieri potest, & quod ad ius commune reducatur. l.ex facto.ff.de vulg.& pup.substi.

3 Iuramentum, non transit in hæredem quo ad periculum animæ, vt not.Inn.& Host.in c.veritatis. extra de iureiur.

CCCXLVI.

2 *Dispensatio iuramenti petitur propter periculum animæ.*

4 *Contractus iuramento firmatur etiam iure canonico.*
*Actio ex contractu iurato oritur contra iurantem & eius hæredes.*

1 Henric.de Bouenco in sua repeti.authen. sacramenta puberum.C.si aduersus ven. in §.superest videre de causa finali, &c.versi.secundo dicitur.loquitur ibidem de alienatione feudi dotalis, & dicit quod in tali alienatione potest super iuramento dispensari aliquibus concurrentibus do li præsumpti coniecturis. Et in versicul. 5.dicitur, &c.ibi, puta tamen, dicit ipse de Bouenco, odio donatarij donationem sibi fieri instigantis, & promouentis, si verè vel ex probabilibus coniecturis dicta prouocatio, vel instigatio probaretur, q̄ deberet supervenire iuramēto dispensari.no. etiā Petr.Iaco.in titu.de condit.ex lege.vericul.quando.

2 An hæres t iurantis debeat petere dispensationem iuramē ti? dic q̄ non, quia dispensatio petitur, & fit propter periculum animæ, sec.in hęredem iurantis non transit iuramētum quo ad periculum animæ, vt no. Inn.& Host.in d.c. veritatis.de iureiur.igitur &c. De materia dispensationis iuramenti plenè scripsi in decisionibus curiæ parlamenti. q.140.& quæstio.126.

3 De dispensatione t iuramenti, & quando & quantum sit dispensandum, ponit Henri.de Bouenco in auth. sacramēta.in fua repeti.in causa finali.C.si aduer. vendit.

4 Licet dictum c.cum contingat.de iureiurand. t non dicat contractum confirmari, sed tantum modo dicat iuramentum seruandum, tamen dominus de Bouenco in dicta sua repetitione authen.sacramenta, tenet q̄ contractus iuramento confirmatur etiam iure canonico, & ex tali contractu iurato oritur actio contra iurantē, & eius hæredes, argumento in l.nam postea.§.fina.& l.ait prætor.§.fi.cum l.seq.ff.de iurando.

CCCXLVII.

2 *Tempus contractus inspiciendum.*

1 Mulier t etiam soluto matrimonio potest agere ad revocationem alienationis rei dotalis per eam factæ constante matrimonio.in authen.vt immobil.ante nupt.donationis.col.5.

2 In contractibus t inspiciendum est tempus contractus.l. non omne.§.primo.ff.de regulis iuris.l.si filius.in princip. ff.de verborum obligat.& l.fina.ff.de ltipu. seruo. & vide plenè per Henri. Boich in c.dudum.extra de electio.in 2. distinctio.

3 Actus t iudicatur validus vel inualidus iuxta tempus, in quod eius effectus confertur.l.quod sponsæ.ff. de donat. ante nuptias.l.in tempus.ff.de hęredib.instit.

CCCXLVIII.

1 *Verborum à propria significatione receditur, vt mens contrahentium seruetur.*

1 Discreditur à t propria significatione verbum, vt mens contrahentis seruetur.l.3.C.de liber.præteritis, vel exhęredatis.& l.sed & si lege.§.de eo.ff.de peti.hęredi.

2 In his t quę sunt magni præiudicij, non statur relationi notarij.not.glos.in c.quoniā cōtra falsam.de probationibus.

CCCXLIX.

1 *Expensarum taxationem non impedit appellatio.*

1 Appellatio t non impedit taxationem expensarum, neque fructuū, imo potest iudex à quo taxare non obstante appellatione, quia taxatio non est noua condēnatio, sed prior um duntaxat declaratio, quę declaratio fieri potest non obstante appellatione.argum.l.hęredes palam.§. sed si notam.ff.de testam.& ista est decisio Rotæ, in tit.de appell. & ad hoc faciunt bene notata per Inno.& Io.And.in c.sollicitudinem.extra de appel.

Et ex proximè dictis attende & nota, quod iudex à quo, potest suam sententiam declarare, non obstante quod ab ipsa fuerit appellatum.

CCCL.

1 *Ecclesiæ res immobiles quinque casibus alienantur.*

2 *Ecclesia recuperat rem alienatam si damnum sit enorme.*

1 In quinque t casibus res immobiles ecclesię possunt alienari. Primo, ex causa necessitatis, quando debitum vrget. 10.q.2.c.hoc ius porrectū. Secundo, causa pietatis pro captiuis redimendis, vel alimentis pauperum tempore famis. 12.q.2.c.aurū.& ca.gloria.16.q.1.qñ quicquid. Tertio, causa vtilitatis. 12.q.2. sine exceptione. Quarto causa æquitatis, & ista de causa possunt concedi in perpetuum in emphyteusim terræ illæ quæ arabiles factæ sunt.cap.ad aures.extra, de rebus eccl.non alie. Quinto, causa incommoditatis vel minoris vtilitatis. 12.quæstio.2.capit.terrulas. vel damni vitationis, vt in rebus quę seruando seruari non

ri non possunt ipsos casus ponit Ioannes, in summa. 12.q. 2. Henric. Boich. in c. nulli liceat. de rebus eccles. non alienand. de hac materia tetigi in decisionibus curiæ parlamẽti quæstio. 149.

2 Si sit damnum enorme ecclesia recuperat rem alienatam, soluto tamen pretio, & fructibus pro labore retentis textus optimus in capitul. ad nostram. de rebus ecclesiæ non alienand.

3 Actus agentium & eorum intentionem colligimus ab effectu. arg. in l. reprehendenda. C. de institutio. & substitu. & in l. cum hi. §. fina. ff. de transactio.

CCCLI.

1 *Contractus rei ecclesiastice valet si cõsensus capituli assit.*
3 *Scriptura standum quando dubitatur de contractu.*

1 Ex quo consensus capituli adfuit, & credebant vtiliter cõtrahere, valet contractus, licet ecclesia sit decepta, in c. cũ dilecti extra de emptione & venditione. Sed potest restitui, si læsa sit ecclesia enormiter. in c. 1. de in integr. restitutio. Sed si decepta esset vltra dimidiam iusti pretij, subueniretur ei iure communi, iuxta l. 2. C. de rescin. ven. & in dicto c. cum dilecti.

2 Qui quis in integrũ restituitur, neuter debet remanere in damno. l. 1. C. de reputa. & l. si minor. §. restitutio. ff. de minor. & ponit gl. in d. c. ad nostrã. de rebus ecc. nõ alienadis.

3 Quando dubium est de contractu, standum est scripturæ. l. 1. §. si is qui nauem. ff. de exercitoria actione.

4 Quod quis concesserit † tanquam canonicus, potest postea reuocare tanquam Episcopus, etiam si iurauerit. 12. q. non liceat, quia quasi ante aditam hæreditatem concessit. ff. quorum legatorum. l. 1. §. quod ait prætor. 3. Nã quidam facit aliquis tanquam alius, de electio. c. quod sicut. l. si pater. §. qui duos. ff. de adopt.

CCCLII.

3 *Venditio rei alienæ facta per procuratorem fisci propter debitum non solutum quando reuocetur.*

1 De alienationibus factis per regem Vngariæ in præiudicium regni sui, & contra regis honorem, & quę iurauit nõ reuocare, quod hoc non obstante potest reuocare, in c. intellecto. extra de iureiurando.

2 Ille idem † qui iurauit nõ reuocare alienata, potest reuocare, & tenetur ex debito officij sibi commissi, & iuramenti prius præstiti. ita ponit gl. in d. c. intellecto.

3 Vbi procurator † fisci vendiderit aliquam rem alienam propter debitum non solutum, & venditio non fuerit solenniter facta circa subhastationes, & facta fuerit nimis exiguo pretio, q̃ venditio q̃cunque retractatur restituto prætio in l. fi. C. si aduersus fiscum. tamẽ ibi nihil dẽ de fructibus.

4 Quæ solennitates † requirantur, quando venditur res priuati pro debito fisci, notatur in l. si quod. C. de rescin. vendit. de hoc etiã tetigi in decisio. cur. parla. quęstione. 149.

CCCLIII.

1 *Legitimare natum ex damnato coitu quando possit Imperator.*
2 *Inuentarij conficiendi tempus.*

1 Imperator † potest legitimare etiam natum ex damnato coitu, dummodo Imperator dicat, non obstante authentica ex complexu. C. de incestis nup. ita ibi dicit Salic. de legitimatione, quam potest papa facere. vide in c. per venerabilem. extra qui filij sint legitimi.

2 Tempus conficiendi inuentarium, de quo in l. sancimus. C. de iure deliberand. non currit pupillo, cum tutor possit conficere durante pupillari ætate. in auth. de hæredibus & falcidia. §. pupillus. colla. 1.

CCCLIIII.

1 *Hæredis appellatione veniunt sui hæredes licet ab hæreditate abstineant.*

1 Appellatione † hæredis continentur etiam sui heredes, licet ab hæreditate abstineant. l. cum quasi. §. sed & si quis. ff. de fideic. libertati. & l. & si ex modica. §. fin. ff. de bon. libertorum. & hęres institutus qui potest adire & non vult, facit cessare conditionem, vt tenet gl. in d. §. fin.

2 De citatione † an sufficiat fieri ad domum, & quando sufficiat, & qñ nõ, vide plenè Innoc. extra de eo qui mittitur in possessionem causa rei seruandę. in c. si aduersarius.

ADDITIO.

a De citatione ad domum, vide Henric. Bouer. fing. verb. citatio. nu. 13. 14. & 15.

CCCLV.

1 *Nepotes non comprehenduntur sub verbis, de proprio corpore procreatis. fallit. nu. 2.*
*De, causam immediatam significat.*

1 Sub verbis, de suo & proprio corpore procreatis, non cõprehenduntur nepotes, quia dictio, de, signat causam siue processionem immediatam. l. 1. §. nunc videamus. ff. de cõiungen. cum emãcipat. liberis. ibi, hoc enim de bonis auij &c. facit l. eo tempore. §. fi. in fi. ff. de peculio. verba etiam, suo & proprio corpore, & c. alienum corpus secludunt. argumento in l. cum suæ. ff. de lega. 3. & l. quintus. §. argẽto. ff. de auro & argento legatis. facit l. pater. §. quindecim. ff. de legatis. 3. & l. si fuerit. §. fina. eo. titu. Prętera non aliter à significatione verborum recedi oportet, quam cum manifestum est aliud sensisse testatorem, l. non aliter. ff. de lega. 3. prętera per illa verba, monasteriũ, quod tñ habetur loco liberorum, secluditur, vt ponunt legistę in auth. nisi rogati. C. ad Trebel. & ibi Salic. & canonistæ in c. in presentia. de proba. & in c. Raynutius. & ibi Henr. Boic. de testa.

2 Et præmissa vera ex stricta significatione dictorum verborum, sed largo sumpto vocabulo, sub illis verbis comprehenduntur nepotes ex filio prędefuncto, quia nepos mortuo patre, incipit teneri primum gradum suitatis respectu auꝰ. l. Gallus. §. nunc de lege Velleia. ff. de liber. & posthum. & ita tenet Bartolus in l. liberorum. ff. de verb. signifi. ibi, quęro si in aliqua dispositione sit mentio de filijs ex se natis, &c. vtrum comprehendantur nepotes. allegat l. Lucius. 2. ff. de hęredibus instituẽdis. & Bal. in l. 1. C. de conditionibus insertis. ibi, quęro, an nepos ex filia dicatur ex suo corpore natus. & dicit sic, quia in nepote est sanguis continuatus, vnde immediatè dicitur, quicquid per rerum naturam continuatiuè est vnum & idem. vt l. cum acutissimi. C. de fideicommiss.

De hac materia plenius scripsi in decisionibus parlamenti, quęstio. 353.

CCCLVI.

1 *Appellatur quandoque à sententia lata super simplici possessorio, nu. 3. regulariter tamen secus, & quæ sit ratio. nu. 4.*

1 De iure † ciuili à sententia super simplici possessorio lata non appellatur, per l. 1. C. si de momentanea possessione fuerit appellatum. Et intelligitur de quolibet possessorio nisi per illud pręiudicium generaretur in petitorio, quia tunc posset appellari, vt quando agitur l. si quis in tantam. C. vnde vi. & ita est communis sententia gl. & doct. But. Bar. Bald. Sal. & Cyn. quamuis gl. aliter sentire videatur in c. cum ad sedem. de restitu. spoli. quod non habeat locũ in restitutorio. Sed limitatur quando intentatur l. si quis in tantam, vel aliud possessorium, vbi tangitur petitorium, secundum Cy. & Henricum Boich. nam vbicunq; in possessorio est necesse deducere petitorium, sicut est de itinere actuque priuato, & in interdictis, quę de locis sacris, vel religiosis inferuntur, quę quasi proprietatis causam continent, veluti de mortuo inferendo, sepulchro ędificando, & sic de alijs, de quibus habetur in l. 2. in princ. & §. quædam. iuncta l. 3. §. ait prætor. & §. fieri autem potest. ff. de itinere actuque priuato. Nam si quis prætendãt habere seruitutem eundi & accedendi per iter priuatum, prætor vetat vim fieri, quo minus ita vtatur, vt vsus fuit, nec inquirit prætor habeatur seruitutem impositam. vel ne, sed an illo anno vsus fuerit, sed si voluerit reficere dictum iter, hoc sibi non licebit, nisi ostendat se habere ius seruitutis, vt dicto §. fieri autem. Vnde quando mistum est possessorium, non habet locum dicta lex, vt tenet Cynus. in eadem leg. j. si de mo. possef. fuer. appellatum quem



quem sequitur Hosti. in d. c. cum ad sedem. & Bald. idem videtur sentire in ea. l. ibi, cum dicit: & maximè in possessione beneficij, quia ibi oportet allegare titulum, vt in ca. 1. de reg. iur. vnde illud possessorium fundatur in iure, & non sufficeret exercitium aliquorum actuum, & ideo mistum est possessorium.

2 Sententia † super momentanea possessione est diffinitiua. vt plenè per Sal. in l. post sententiam. in princ. C. de sent. & interloc. om. iud.

3 De iure † autẽ canonico potest à possessorio appellari, per dictum c. cum ad sedem. extra de resti. spo. & de testibus. c. significauerũt, in cle. 1. de sequestra. 2. q. 6. c. de possessione. & ista est communis opinio canonistarũ, licet Archid. contra, sed glo. Inno. Host. Io. An. in addi. Specu. de appel. Bart. & communiter omnes tenent, quod à possessorio de iure canonico appellatur. & vide in d. cle.

4 Quæ † est ratio, quare de iure ciuili non appellatur à sentẽtia super possessorio lata? Henr. Boich dicit, quia iura nolunt q̃ lites protrahantur, sed abbreuientur. Bal. dicit, ne partes veniant ad arma. Bar. dicit, q̃ lex non dicit, vt nõ appelletur, sed q̃ non obstante appellatione sentẽtia exequatur. Alia ratio est, quia posteà plenius omnia tractari poterunt in causa petitorij, quam post se expectat.

5 Negatiua † quæ est indeterminata, probatur eo ipso q̃ contrarium non probatur, vt ponit gl. in l. 2. & ibi Iaco. But. C. de erro. aduo. facit l. super seruis. C. qui milit. non possunt.

CCCLVII.

1 Si quis † veniat ad defensionem causæ alterius, potest talis defensor condemnari. Pet. Iac. in tit. de constituta pecunia libellus. ibi, si autem prædictus Titius veniſſet ad defensionem, &c.

2 Procurator † iurat in animam sui magistri. Petr. Iacob. vbi suprà.

3 Formam † degradationis clerici vel presbyteri, aut Episcopi ponit Spe. in tit. de accusatore. in §. 1.

CCCLVIII.

1 *Appellari potest eodem die viua voce dummodo reperiatur iudex in figura iudicij si non appelletur viua voce tempore latæ sententiæ.*
2 *Appellari debet coràm iudice à quo si eius copia habeatur in publico.*
4 *Iudicis à quo si non possit haberi copia, neq; iudicis ad quem, appellari debet coram honestis personis.*
5 *Decendium datum ad appellandum quod currat.*
7 *Appellans potest dicere sententiã nullã in sua appellatione.*
8 *Appellans si dicat sententiam iniquã non tenetur iniuriarũ actione: secus si liceret sententiam latam per pecuniã. &c.*
9 *Appellatio non est deserta si appelletur ad superiorem omisso medio.*

1 Si non appelletur † viua voce tempore latæ sententiæ, potest eodem die viua voce appellari, dummodo reperiatur iudex in figura iudicij. ff. de appel. l. 2. & l. à sententia. §. fi. ita dicit Pet. Ia. in tit. de constituta pecunia libellus. vbi materiam appellationis tractat.

2 Debet appellari coram iudice à quo, si eius copia habeatur in publico, alias coràm iudice ad quem appellatur, si eius copia haberi possit, alias non valet appellatio. ff. quando appellandum sit. l. 1. §. dies. & §. si quis ipsius. ita dicit Pet. Iac. vbi supra.

3 Vbi appellatur † ab Episcopo in temporalibus, appellatur ad Archiepiscopum, tenet Spe. in tit. de appel. §. nunc tractemus. verb. illud autem.

4 Sed si nõ possit † haberi copia iudicis à quo, neque iudicis ad quẽ, dico q̃ debet, & sufficit appellari corã honestis & publicis personis, iuxta cle. licet causam. de electio.

5 Decem † dies qui dantur ad appellandum, computantur à die sentẽtię. vt dicit Pe. Iac. vbi suprà, nisi fuerit lata in pręsentia procuratoris condemnati, quia tũc illi 10. dies computantur à die sententiæ latæ. Cyn. in auth. hodie. C. de appel. vide de hoc suprà sing. 302. in §. si procurator meus. vbi vide intellectum.

6 Si quis non possit † appellare nisi restitutione in integrum obtenta. tunc à die sententiæ latæ super in integrum restitutione computantur illi decẽ dies, qui dantur ad appellandum, vt dicit Pe. Ia. vbi supra. idem dicit ipse in 30. diebus, qui dantur ad apostolos petendos.

7 Rectè dicit appellãs † in sua appellatione sententiam nullam, quia sentẽtia põt esse nulla, & ab ea appellari, licet im propriè. ff. de iure patrona. l. fin. & de appel. l. si expressim. Et tamen licet illud non esset dictum in appellatione, nihilominus iudex appellationis potest incidenter de nullitate cognoscere, vt ibi. & C. qũ prouo. non est necesse. l. 1.

8 Iudex à quo, non † debet reputare ad iniuriam, si appellans dicat in sua appellatione, sententiam iniquam, quia illa verba de consuetudine non important iniuriam, vt dicit Pet. Iac. vbi suprà, de consti. pecu. secus credit ipse Pe. Ia. si appellans diceret sententiã latã fuisse per pecuniã, & sic de similibus iniurijs, quia tũc si illud non probetur in causa appellationis, s. corruptio prędicta, fortè iudex posset agere actione iniuriarum, non tamen aget ante sententiã in causa appellationis latam, vel appellationem desertam. Pet. Iac. vbi supra, de consti. pecu. in versi. Item rectè dicetur ad dominum locum tenentem, & c. dicit † q̃ si per errorem non appelletur omisso medio ad superiorem, appellatio non est deserta, sed debet remitti ad iudicem mediatũ, qui de illa cognoscet. per l. imperatores. in princ. ff. de appel. si autem per errorẽ appellaretur ad minorem iudicem, vel ad parem, tunc non valeret appellatio, vt ff. de appel. l. 1. §. ista sunt verba sua effectualiter, sed quid si non per errorẽ appelletur ad superiorem? omisso medio, an valeat appellatio? credo quod non, à contrario sensu.

10 Sufficit dicere appello, siue † appelletur in scriptis, siue viua voce, nec est necesse nominare iudicem ad quem appellatur. ita dicit Pe. Ia. in eo. ti. de consti. pecu. in versi. Item tacito de nomine, &c. facit l. 2. ff. de appel. vbi si appelletur viua voce, sufficit dicere, appello.

11 Sufficit de iure † petere apostolos infra 30. dies à die latæ sentẽtię. in l. iudicibus. C. de appel. sed statuta Delph. illud tempus abbreuiant. Et si non petatur infra illud tempus, appellatio est deserta. l. quoniam. in fine. C. eodem titu.

CCCLIX.

1 *Dictiones sæpe, & sæpius quot actibus verificentur.*
3 *Pactum de non appellando qui fecit, non poterit appellare.*
4 *Nuntio dicenti se citasse, creditur, secus si dicat se verberatum.*

1 Verbum † sæpius, præsupponit verbum sæpe, suum positiuum. Et sæpe ad minus importat duas vices, & sæpius ad minus importat tres vices. ista sunt verba Pe. Iac. vbi suprà vide s. sing. 93. & y. sing. 666.

Verba geminata aliquid plus denotant. argumento C. de veteranis. l. 1. lib. 12. ibi, dum dicit, magis. Pet. Iac. eo. tit. de cõsti. pecu. circa fi. ibi, itẽ si iudici videatur, &c. dicit † q̃ prohibetur appellare ille qui fecit pactum de appellando, vel qui lata sententia renuntiauit iuri appellandi, & ille qui est verus cõtumax. Et quis dicatur verus vel fictus contumax, ibi plenè tractat ipse Pet. Iacob.

4 Petr. Iacob. vbi supra, dicit † q̃ de consuetudine creditur nuntio dicenti se citasse, sicut etiam creditur de consuetudine curato dicenti se citasse eius parœcianum, sed admittitur probatio in contrarium etiam per iuramentũ, considerata qualitate personarum seruientium & citati, & pensata qualitate negotij. Sed non creditur tali nuntio, si dicat se verberatum vel iniuriatum per citandum. ita dicit ipse.

CCCLX.

1 *Appellare impeditus qualiter debeat restitui in integrum.*
2 *Appellare ab omissione condemnationis expensarum an potest qui obtinuit principale.*
5 *Victus victori debet condemnari in expensis in causa appellationis.*
7 *de Nullitate sententiæ quis iudex cognoscat. nu. 9.*

1 Qualiter impeditus appellare debeat restitui in integrū ad decē dies, qui dātur ad appellandum, plenè ibi ponit Pet. Iaco. in tit. præallegato, in §. sed infra quod tempus, &c.

2 Vtrum ferit licitum illi, qui obtinuit principale, appellare ab omissione condemnationis expensarum, ibi dicit Petr. Iac. in tit. de constit. pecu. libellus. quod sic vide ibi plenè in §. sed nunquid victori, &c.
Pet. Ia. dicit sequentia in tit. in causa appellationis libellus, qui titulus est incontinenti post dictum titulum de constituta pecunia.

3 Dicit Petr. Iac. vbi supra in versi. item est notandum, &c. quod si iudex causæ principalis ex minus sufficienti causa motus tulit sententiam, iudex causæ appellationis nihilominus alia bona sufficiēti causa motus, ex eisdem actis potest eandum sententiam confirmare. allegat ff. quod cum eod. l. fin.

4 Eo ipso quod iudex pronuntiat bene vel male appellatū, vē absoluere, vel condēnare illum quem prior iudex absoluerat, vel condemnauerat, vt dicit Petr. Iacob. vbi suprà.

5 Henric. Boich in c. finem, de dolo & cōtu. tenet q̄ in causa appellationis victus victori debet in expensis condemnari, & reprobat gl. in l. generaliter. C. de reb. cred. & iure. iur. & allegat Inno. in d. c. finem. & Spe. in tit. de expensis. & Cy. & Pet. in d. l. generaliter. de hac materia qualiter fieri debeat condēnatio expensarū in causa appellationis, plenè scripsi in decisionibus parlamenti, quæstio. 137.

6 Si iudex appellationum profert simpliciter suam sententiam quę transiuit in rem iudicatam, & nullam mentionē fecerit de nullitate primæ sententiæ, & exequatur sententiam iudicis appellationū, an pars poterit opponere de nullitate primæ sententiæ, vide Pet. Iac. qui plenè hanc materiā tractat in dicto titulo de libello in causa appellationis, plenè scripsi in decisionibus parlamenti, quæstio. 137.

7 Superior videlicet iudex appellationum, non pōt de nullitate sententiæ principaliter cognoscere, nisi causa per appellationem fuerit ad eum deuoluta, secundum Inn. in ca. dilecto. de appel. vt refert & tenet Pe. Ia. in tit. de const. pecu. in fi. super forma nullitatis sentētiæ. ibi item rectè pronuntiat appellationem, &c.

8 Iudex appellationum non exequitur sententiam, sed iudex à quo. Pe. Iac. vbi supra, ibi, sed an iudex appel.

9 Nota quod nedum ille idem qui sententiam protulit, potest de nullitate sententiæ cognoscere, & coram eo agi, imo & superior. quod est verum de superiore, qui potest de nullitate cognoscere, nedum incidenter, imo & principaliter quando negotium ad superiorē est per appellationem deuolutum, non alias, vt no. per Innocen. in ca. dilecto. extra de appella. tunc iudex superior ferret alio modo sententiā iuxta libellum pronuntiando, & declarando sententiam in causa principali p̄ iudicē Mōtis Pessulani latā esse nullā. nec eā eē aliquatenus executioni demādādā. Sed ē notādū quod in prędictis duabus sententijs, iudex superior fortè de iure potest immiscere, & iudicare super principali. l. super decem libras, si processus fuerit ritè habitus coram eo, & si liquidum sibi fuerit ex actis prædictis 10. libras deberi, vel non deberi, & si etiam requisitus fuerit super illis decem libris sententiam ferre, & valebunt tales sententiæ, qa nō est prohibitū. & qa ad officiū iudicis ptinet lites dirimere. & facit. ff. de iudi. l. de qua re. & de execu. rei iudi. l. fi. à te. §. 1. & hoc pōt colligi C. de accu. l. fi accusatorib⁹. in gl super verbo, eundem. & l. absentis. l. fi. ista sunt verba Petr. Iac. in dicto libello in causa appellationis libellus, ibi, & no. q̄ nedum ille idem qui sentētiam, &c. idem tenet ipse Pe. Iac. in tit. de condi. ex lege, quæ oritur ex literarum obligatione, circa finem. ibi, item est notādum quod si iudex superior proximus ad quem appellatur, &c. Et ita seruant iudices appellationum, vt vidi.
Et istud facit pro causa mea quam habeo contra dominū Germanum, videlicet quod iudex Buxi, ad quem dictus dominus Germanus recurrerat, petendo, quod ipse iudex faceret æstimari bona sua pro pignore capra ad instā tiam bastardi Valent. & ibi incantata, & plus offerēnti liberata. quod ipse iudex etiam potuit cognoscere de facto principali, videlicet concedere literas missionis in possessionem dictorum bonorum incantatorum æstima prorum, hoc peteretur, & constaret ex actis de incantationibus & libratis.

10 De materia appellationum secundum Pe. Ia. vide quę plenè dixi infra singula. 612. in §. quando in iure loquimur de sententia, &c. & in 33. §§. ibi sequentibus. vbi sunt multa singularia.

11 Casus in quibus iudex pōt supplere de facto, ponit Spec. in tit. de disputatione aduocatorum. in §. fi.

## CCCLXI.

*1 Testamentarius executor potest exigere debita testatoris.*
*3 Calumniæ pœna.*

1 Executor testamentarius ad exequendum fore facta, videtur executor ad exequendum, & solui faciendum debita testatoris, quorum solutiones erant effluxæ tempore mortis testatoris. ita tenet Spe. in titu. de instru. edit. in §. nunc vero aliqua. versi. de hoc autem quæritur, &c. & ibi dicit, q̄ retinendo debitum post terminum solutionis in non soluendo termino statuto fit iniuria creditori. quod fecit pro bullis executorum priuilegiorū monasterij Cluniacēsis, & aliorum monasteriorum, qui vigore suorum priuilegiorum trahunt debitores suos coram conseruatoribus suorum priuilegiorum, textu verborum generalium suarum bullarum, ibi iniuriantes, &c. De hoc etiam tetigi in decisio. curiæ parla. q. 18.

2 Si testes sunt arbitratoriè recepti & publicati, nisi inter partes fuerit aliud actum, tales attestationes probant coram ordinario iudice, nisi aduersarius petat repeti, saltu tamen exceptione in persona, vt l. pen. C. de arbi.

3 Pœna calumnię est similitudo supplicij in his, quæ habēt pœnam ordinariam. ita tenet gl. quam sequitur Bar. in l. 1. §. 1. ff. ad Turpil.

## CCCLXII.

*1 Accusatores supponentes, & instigatores incidunt in Turpilianum.*

1 Nedum calumniosè accusantes incidunt in pœnam Turpilliani, sed etiam supponētes accusatores, & pariter instigantes seu instigatores, vt d. l. 1. §. incidit in hoc senatusco sultū & qui accusatorē submittit, aut qui instigat, aut qui mandat alicui, & instruit eum ad accusationem capitalem dando probationes, allegando accusationes, &c. ff. ad Turpil. ad hoc etiam bene facit l. in senatusconsultum. §. an ad eos, qui hodie de publicis iudicijs cognoscunt, dicit gl. id est, cognosci postulant, senatusconsultum pertineat quęri tur. ff. eo. titu. & dicit ibi te. quod sic. & ideo concludit ibi Bar. per dictum te. q̄ instigator tenetur pœna Turpilliani.

2 Et dicitur instigator, qui parat accusari probationes, vt d. l. in senatusconsultum. in prin.

## CCCLXIII.

*1 Falsi testis pœna.*

1 De pœna falsi testis mēdacium deponentibus, reperitur scriptum Deuteron. 19. Si steterit testis mendax contra hominem, accusans eum præuaricationis, stabunt ambo, quorum causa est ante dominum in conspectu sacerdotū & iudicum, qui fuerint in diebus illis. Cumque diligentissimè perscrutantes inuenerint falsum testem dixisse contra fratrem suam mendacium, reddent ei sicut fratri suo facere cogitauerat, & auferes malū de medio tui. De hac materia plenius scripsi in decisionibus curię parlamenti quæst. 44.

2 Quod dicitur de famoso libello, idem de alia scriptura famosa. l. lex Cornelia. §. fi quis librū. & l. item apud Labeonem. §. generaliter. ff. de iniurijs. & ita tenet Sal. in l. vnica. C. de famosis libellis. & ex pœna capitalis, de qua ibi loquitur similitudo supplicij, vt intelligit ibidem gloss. & Sal cet.

CCCLXIIII.



## CCCLXIIII.

*1 Hæredis verbo in substitutione qui veniant.*

1 Quando testator substituit hæredes alicuius, non intelligitur nisi de hærede existente in primo gradu tempore quo euenit substitutio. in l. qui liberis. & l. sed & si plures. in prin. ff. de vulgari. ponit gl. in l. qui per successionem. ff. de reg. iur. vide l. antiquitas. C. de vsufructu.

## CCCLXV.

1 Licet iure ciuili natus ex viro coniugato & muliere soluta non dicatur ex damnato coitu, sic quòd in eo locū non habeat authentica, ex complexu. C. de incestis nup. secundum quod ibi tenet Salicetus per gloss. in l. 1. C. de adulter. de iure tamen canonico est expresè decisum, in ca. tanta est. extrà qui filij sint legitimi. quòd talis est spurius, & sic ab hæreditate paterna repellendus, iuxta dictam authenticā ex cōplexu. & authēti. licet. in fine. C. de natu. liberis.

2 Alij naturales de quibus in dicta authent. licet. C. de nat. liber. non possunt instituī, nisi vna vncia de duodecim vncijs, vt in auth. de trien. & semisse. §. consideremus. vnde sumitur dicta authen. licet. colla. 3.
De legitimatione facta à Papa suprà scripsi fin. 331. in §. legitimatus à Papa, &c.

3 Legitimatio est quædam species restitutionis. in authen. quibus mod. natur. efficiantur legi. §. si quis ergo. & §. licebit. colla. 6.

4 Restitutus non recuperat locum per alium occupatum. l. 1. ff. de decur. l. si fine. §. sed quid. ff. de minor.

## CCCLXVI.

*1 Possidere pacificè qs dicatur. & infrà sing. pximo nu. 2. & 3.*
*2 Vsufructuarius vsufructu finito non potest à quasi possessione expelli, sed debet contra eum agi.*

1 Pacificè dicitur possidere, qui possessionem sine controuersia iuris vel facti iudiciali vel extra iudicali habet. ita dicit Pau. de Leazaris in clemen. gratiæ. de rescript. facit. C. de acquiren. possess. l. nemo. Et vide quæ dixi infrà singu. 367. in §. qui patitur, &c.

2 Possessor non debet remoueri à sua possessione, etiam in beneficialibus, licet possessio sit vitiosa, sine causæ cognitione, ex quo titulo possidet licet iniusto. Ita dicit Archi. in c. licet Episcopus. de præbendi. libro 6. facit. c. cum nostris. extrà de concess. præbend. in antiquis. hinc est quòd vsufructuarius vsufructu finito, non potest à quasi possessione expelli, imò contra eum agi oportet, in l. 1. ff. vsufr. quemadmodum cauētia sunt verba Archi. vbi suprà.

## CCCLXVII.

*1 Agi prius debet de violēta electione q̄ canonica institutione.*
*2 Conertrosta in iudicio q. patitur, nō dicitur possidere pacificè.*

1 Prius de violenta electione quàm canonica institutione agi debet. in capitu. in literis. de restitutione spoliato. quia prædo etiam secundum rigorem iuris est restituendus. vnde ille qui non habet canonicam institutionem restituitur. in capitu. cùm super. & ibi text. de causa possessionis & proprietatis.

2 Qui patitur controuersiam in iudicio, non dicitur pacificè possidere. gloss. in cap. commissa. de elect. gloss. super verbo, pacificam, ibi, quid si postquam nactus est possessionem, mota est sibi controuersia? dicit Dy. quòd si incōtinenti in ipsa possessione lis sibi mouetur, & in possessorio continuè turbatur, promoueri non tenetur, quia quæ incontinenti fiunt, &c. Et non videtur pacifica fuisse, quæ non durauit, & litis euentus dubius est. l. quod debetur. de peculio. ita dicit ibi glossa & Archidiaco. dicit sic, tamen si in ipsa inuestitura & possessionis apprehensione incontinenti moueatur quæstio super ipso beneficio, non videtur habere possessionem pacificam. argumento. C. de euictio. l. post perfectam.

3 Ille qui litigat etiam super petitorio in beneficialibus etiam non dicitur pacificus possessor, patet, quia si ipse possideret pacificè, ipse præscriberet, quod tamen non facit, quum per simplicem citationem præscriptio interrūpatur, l. fina. ff. de eo per quem factum est. & in glo. l. sicut. C. de prescrip. 30. annorum.

## CCCLXVIII.

1 Per assecutionem secundi beneficij pacificam de facto, & si non de iure, vacant priora beneficia. in c. si quis translatus. 22. q. 2. ita tenent etiam Innocentius. & Host. vt refert Ioan. And. in c. constitutis. de appella. ibi tamen ponit Io. And. quandam modificationem Hen. Boic. in c. de multa. extrà de præben. facta narratione dictarum opinionum Inno. & Host. ibi, quod est verum etiam si prouisio sibi facta de secundo iure non teneat, secundum Inno. in d. c. de multa. quod intellige fore verum, si huiusmodi recipens hoc sciat vel ignoret ignorātia iuris, vt no. Io. And. in d. ca. eum qui. super verbo, Scienter, de præben. libro. 6.

## CCCLXIX.

*1 Sēntiā suam executioni demādat delegatus à principe, nisi princeps sibi eam reseruauerit, & quid in delegato ab ordinario. numero. 2.*

1 Si quis promittat ſoluere † quolibet anno, vtrum perinde habeatur, ac ſi diceretur ſingulis annis? videtur quod ſic, quia dictio quolibet, eſt diſtributiua & multiplicatiua. l. ù à pluribus. ff. de lega. 2. & ibi tenet gloſſ. & l. ne diſtinguemus. §. cum plures. ff. de arbitr. ita tenet Bart. in l. hoc articulo. ff. de hęredib. inſtit. Et ſicut quando ſit relictum, vel promiſsio per verba multiplicatiua, debet fieri ſolutio in principio anni, ſicut tenet & probat Bart. in l. qui hoc anno. ff. de verb. oblig. ita & per cõſequens quando ſit dictione quolibet, adiecta, vt probant dicta iura. & allegatur te. in l. ſi communis ſeruus. §. cum ſeruus. ff. de ſtipulatio. ſeruorum. & ponitur ibi ratio, quam ponit Cyn. in l. 1. C. qñ dies lega. ced. In contrarium reperio gloſſam, in §. qui hoc anno. Inſtit. de inutili. ſtipu. vbi pariſicat dicere hoc anno, vel quolibet anno. Circa hoc tamen quod quando aliquid ex parte illius, cui ſit ꝓmiſsio, debet impleri, in fine anni ſolutio, d. l. ſi communis ſeruus. §. cum ſeruus. allega. iuncta l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empt. qui §. limitat totã materiam, quam ponit Barto. in d. l. qui hoc anno. ſicut ipſe dicit ſuper d. §. & fuit opinio Pet. quam poſuit Cyn. in l. ędem. C. locat. in fine diſtinctionis ibidem poſitæ & ibi tractat, quando penſio domus debeat ſolui, vbi ponit gloſſ. & poſt eam Iacob. de Rauenna, cui Petrus eſt contrarius reſpondeo rationibus ſuis. quod facit ad deciſionem talis quæſtionis. Quidam locauit domum ſuam Titio, die 13. menſis Decembris 1456. ad 4. annos, die natalis Domini tunc proximo inchoandos, ſub certa mercede anno quolibet in dicto feſto ſoluenda, vtrum in principio vel in fine anni debeat ſolui? credo quod in principio anni, quia ita habet conuentio, quæ in tali contractu dominatur l. legem. C. locati. & lege, ſi merces. §. conductor. ff. eodem titulo. cum in quolibet anno non ſit niſi vnum tale feſtum, qui annus incipit ſtatim poſt mediam noctem

diei vigesimæquartæ finitæ.l. more Romano.ff. de ferijs. l.Lucius.§. si Titius.ff.de lib.& posth.& dictum festũ est in princip.anni & non in fine. Annus.n.secundum commu nem obseruantiã incipit à die natalis Domini, sicut dicit Bart.in l.libellorum.ff.de accus. in q. quæro, aliquis percus fit.vbi refert Iacob.de Butr. sic tenere, Licet annus legalis qui ex trecentum sexaginta quinque diebus consistit,l.cũ hæres.§. cum Stichus.ff.de fideicommis. liber. & 6.horis ex quibus causatur bissextus,l.cum bissextus.ff.de verbo.si gnifi.incipit die crastina vel sequenti,quando contrahentibus placet,l.in conuentionalibus.ff.de verbo.signifi. De quo anno loquitur l.nemo.& auth.ei qui.C.de temp.appe. & in authen.vt cum de appella.cog.§.1.co.5.

## CCCXC.

1 In opia† excusat ab excommunitatione,secundum Inn.in c.suspitionis.c.cum P.& G.extra de offi.deleg.
2 Qui sunt† excommunicati ipso facto,vide Inn.in ca.super eo.extra de senten.excom.& Spec. in repertorio suo in ti. de excommunicatis.
3 De falsificante† facta qualiter debeat puniri? vide c.cũ olim magist.extra de offi.deleg.vide s.singu.320.nu.3. Et titigi hac de materia, & de materia actoris in decisionib.parla. q.616.& qualiter puniatur falsificans literas principum,vi de quæ dixi in decisio. q.455.
4 Argumentatio† ab absurdo est valida in iure.ita dicit Ioan. Andræ.in c.dudum.gloss.super verbo Absurdum. de præ bend.libro.6.allega.capitulo.cum inter priorem. extra de exceptio.

## CCCXCI.

1 *Testes saluare,& iuuare cuicunque licet.*
2 *Emptio facta à parentibus bastardorum nomine,an valeat.*
1 De articulis † saluatorijs & approbatorijs testiũ, vtrũ sint admissibiles?dic quod sic,quia licitum est testes saluare & & iuuare.in c.præsentium.de testib.lib.6.& ibi per Arch. & no.in q.3.C.de iud.gl.posita super verb. Cõfirmandos. ibi dum dicit, vel potest confirmare illorum testimonia qui probati sunt criminosi,&c.
2 Si bastardi† possint succedere parẽtibus suis,tetigi in decisio. curiæ parlamen. quæstio. 580. & si parentes emant nomine bastardorũ,an valeat emptio? dixi infra sing.607.§. de emptione.
3 De† materia Belli & de diffidamento,quod quandoque faciunt inter se magnates & nobiles, vide quę plenè dixi in decisio.curiæ parla.quæst.191.& ibi vide quandam legem per Imperatorem conditam. Et de materia duelli dixi quæstio.137.

## CCCXCII.

1 *Deportato an æquiparetur bannitus.*
3 *Contractus aut conditionis initium an spectandum.*
5 *Arcus non venit ballista nomine.*
6 *Compensationis exceptio an possit apponi post sententiam.*
1 Vtrum† bannitus æquiparetur deportato? vide quæ dixi in decisio.curiæ parlamen.quæstio.422.
2 Si debeat† inspici quod euenire potest, vide Bart.in l.inter stipulantem,§.sacram.ff.de ver.obli.
3 Si initium † contractus vel conditionis existentię debeat attendi,vide Bar.in l.si filius.ff.de ver.obli.
4 Vtrum† iudex tẽporalis possit cognoscere de spoliatione vel manutentione beneficij, plenè dixi in decision. curiæ parlamen.q.1.
5 Appellatione† ballistę non continetur arcus, vt dicit Bart. in l.quibusdam.ff.de iure immuni.
6 Vtrum† exceptio compensationis possit opponi post sententiam,vide Inno.& Hostien.in cap.super.extra de ordine cognitio.

## CCCXCIII.

2 Quid † dicatur bona fides,& qualiter probetur,vide Bart. in l.Celsus.ff.de vsuca.super quo dicit Spec.in titu.de præsump.circa prin.versi.item licet laicus,&c. quod bona fides probatur eo ipso, quod contrarium non probatur.l. bonę fidei.ff.de verbo.signi.l. verus.ff. de proba. & l.si superis.C.qui mili.non poss.libro.12. Et de hac materia etiam plenè tetigi in tract. de præsumptio. per me compilato.
2 De baiulo† habetur in text.in capitu.final.extra ne cleric. vel monach.negot.secula. se immisceat. & de iltis baiulis vtimur in hac patria Delphin. & illi habentur loco castellanorum.
3 Bos† capitur pro vacca,ita exponit gl.in l.si aliena res.§.si. ff.de vsucap.

## CCCXCIIII.

1 Barra† non potest imponi in ciuitate aliqua,quando agitur de vtilitate ipsius ciuitatis duntaxat,Sed si agatur de vtilitate locorum,& prouinciarum circunuicinarum,bene potest imponi,maximè quando ciuitas & ciues sunt tenues, in qua ciuitas est situata,arg.l.non solum.in prin.ff.de noui oper.nuntia.& de damno infect.l.qui bona.§.interdum l.1.§.denuntiare.ff. de ventre inspic.iuncta l.1.C.noua vectigalia imponi non posse.
2 Vtrum† rescripta impetrata per excommunicatos teneãt ad iudicia? vide in c.dilecti.extra de rescri.& c. consulti.extra de procura.
3 Qualiter† puniatur ille,qui alicui tollit barbam, vel crines sine forcipibus,c.1.vide de pace tenẽda & eius viola. §.2.in feudis.
4 Quis debeat† purgare bialeriam &c.vt supra, singul.322. numer.2.
2 De verbo,† burgensis, habetur in ca.2. extra de his quę vi me.cau.fiunt.de verbo burgus, dixi infra singul. 527. in §. burgus,&c.
6 Beneplacitum† durat vsque ad mortem.capitu.si gratioseę. extra de rescri.lib.6.

## CCCXCV.

2 *Absolui an possit excommunicatus cum reincidentia.*
3 *Procuratorem non potest constituere excommunicatus.*
1 Quid dicatur† benemeritũ,& cuius respectu dici debeant benemeriti,& afferenti aliquem benemeruisse.vtrum credi debeat? vide Odo.in l.iubemus nulli.C. de Episcop. & cleri.glo.super verbo permissam. Et scripti de hac materia in decisio.curię parla. Delphina.q.95.
2 Vtrum excommunicatus† possit absolui cum reincidẽtia, vel an requiratur absolutio pura,vide Io.And.in c.veniẽs. 2.extra de testib.
3 Excommunicatus† non potest esse procurator.c. post cessionem.extra de proba.Nec excommunicatus potest facere procuratorem,in cap.finali.de procur.& capitu.licet.de testib.

## CCCXCVI.

2 *Creditori an præiudicet confessio emanata extra iudicium in fauorem debitoris.*
3 *Procuratoris confessio in iudicio facta an domino præiudicet.*
1 Vtrum† confessio extra ius facta valeat, vide gloss.in l.1. in fine.ff.de confessis.& in l.quoniam.de infami.& in l. cũ fallsã.C.de iuris & fac.igno.vide plenè Cy.in l.generaliter C.de non numerata pecun.in tertia quarta, & quinta quæstionibus.
2 Vtrum† confessio emanata extra iudicium in fauorem debitoris præiudicet creditori? dic vt in authen.rogati.C. de testibus.vide Cynum in dicta authen.generaliter.
3 An confessio† procuratoris in iudicio facta præiudicet domino, & an confessio prælati præiudicet ecclesiæ seu c.vi de per gl.& Oldra.in l.si defensor.ff.de interro.actio.
4 Vtrum† ex confessione facta in processu qui nullus reperitur,possit confitens cõdemnari? vide per Bartolum in l. si confessus.ff.de custodia reorum. & scripsi super hoc in decisionibus curię parlamen.quæstio.216.
5 Vtrum† constitutio liget eum qui dilucidè suam probat ignorantiam, dicit Innocent.quod non, in capitulo secundo,extra de constitut. facit cap.cum in tua. extra qui ma. accus.poss.

CCCXCVII.



## CCCXCVII.

1 *Sententia est nulla,vbi citatio est nulla.*
2 *Par non citat par em.*
1 Vbi citatio† est nulla, ibi sententia etiam est nulla, secundũ Inno.in c.præsenti.extra de rescri. & de materia citationis vide plenè per Bal.in c.1.de mili.vasallo qui contu. est.in feudis. & ibi ponit aliqua singularia. De materia citationis etiam tetigi in dictis decisionibus,quæstio.
2 Citatio† quæ non est iudicialis,non requirit peremptoriũ. & par non citat parem,sed requirit, secundũ Inno.& Host. in c.cum inter vniuersas.extra de electio.

## CCCXCVIII.

1 *Vxori non debentur vestes lugubres ab hæredibus viri, nisi consuetudo loci aliter se habeat.*
3 *Subdelegare potest delegatus à principe in causis meri & misti imperij.*
1 Vestes lugubres† non debentur vxori ab hæredibus viri, nisi cõsuetudo loci hoc habeat. Ita dicit Ang.in l.decreto. C.ex quibus causis infa.irrogatur,vel nisi testator hoc disponat. De alimentis anni luctus,& vestibus lugubribus,tetigi etiam in decisionibus cur.parla.q.296. De testibus traditis vxori constante matrimonio, an remanere debeant hæredibus.viri, vide quandam postillam secundum Dyn. ff.de don.inter vir.& vxor.in lib.meo.
2 Quid sit† causa incidens,& quid causa emergens,vide plenè per Bar.in l.1.C.de ordi.iudicio.& ibi vide si super incidenti sit pronuntiandum.
3 An delegatus † à principe in causis meri & misti imperij possit subdelegare.Bar.quod sic,in l.in causarũ.C. qui pro sua iurisdi. & vide quę dixi in decisionibus curiæ parlamenti,q.624.

## CCCXCIX.

1 *Expensarum compensatio per iudicem potest fieri, quando vtraque pars habet iustam causam litigandi.*
2 *Operas suas in perpetuum an possit locare homo liber.*
1 Potest† fieri compensatio expensarum per iudicem,quando vtraque pars habet iustam causam litigandi,vel quãdo quælibet pars obtinuit partem eius quod petebat,ita dicit Bart.in authẽ.nouo iure.C.de iudic. de materia ista tetigi in decisi.cur.par.quæstio.
2 In pœnis legalibus† est locus pœnitentiæ vsque ad sententiã, vt dicit Bart.in l.in criminali.C.de iurisdi.om.iudi. & de materia pœnitentiæ vide quæ pleuè dixi in tracta. per me Guidonem compilato, qui intitulatur: Tractatus in quibus casibus de iure sit locus pœnitentiæ, & in quibus nõ, & qualiter & quando admitti debeat.
3 An liber† homo possit locare operas suas in perpetuum,vide Bar.in l.antiquitas.C.de vsufructu.

## CCCC.

1 An relicta† filio videantur relicta contemplatione filij,vide plenè per Bart.in l.si.C.de vsufruc. & in l.si filiofamilias.2.ff.de don.causa mor.
2 Angelus† in l.simile.C.de iure.dot.in fi.dicit, Vltimo videtur hic casus per locum à speciali, quod si fiant donationes vicissim inter dũos, quod quælibet eget insinuatione.facit oprimè C.de donatio.ante nupt.l. vltim. quod credo verum,dicit Angelus, nisi vna donatio sit causa alterius, puta si dico dono tibi librum,eo quod dones mihi centum., & tu dicis dono tibi centum,eo quod tũ dones mihi librum.Ita ibi dicit formaliter Angelus.

## CCCCI.

1 *Degradari debet clericus conspirans contra principem.*
1 Clericus† qui conspirat contra principem,debet degradari, & tradi iudici seculari, vt vltimo supplicio damnetur. 12.quæstio.2.c.si quis sacerdotum. Et qualiter puniatur. qui verberat,vel insequitur cardinalem,dic vt in c.felicis. extra de pœnis.li.6. Et de his qui verberant vel occidunt eorum Episcopum,dic vt in clemen. 1.de pœnis, quæ est canonizata. 5.quæst. 1.cap.verum. Vide de istis casibus per Salicetum,in l.quis.C.ad legem Iuliam maiestatis.

## CCCCII.

1 *Conspiratio quid,& eam committentis pœna.*
1 Quid dicatur† conspiratio, vide glo.in l.in eos.in fi.glo.primæ.ff.de custodi.reorum.Et est grauissimum crimen, 11. q.1.cap.conspirationibus. Et committens conspirationẽ meretur depositionem, vt ibidem habetur. Et & alia pœna in l.1.§.cum patronus.ff.de offi. præsidis. & vide gl. in ca.exhibita.de iudi.

## CCCCIII.

1 *Filiorum prima causa in successione.*
*Ascendentes quis non tenetur instituere quoties sunt descendentes.*
2 *Filius præteritus à matre, potest dicere testamentum nullũ.*
3 *Inuentarium si non conficiat mater tutrix testamentaria priuatur hæreditate filiorum decedentium in pupillari ætate.*
4 *Auia non priuatur hæreditate propter tutorem nõ petitum.*
1 Vtrum † testamentũ in quo mater est præterita nulla causa inferta,& filius est hæres institutus,sit nullum? ad quod testamentum ex tali causa non rumpitur, quia habebat filios quos instituit quorum filiorum prima cã est in successione.C.de suis & legi.authen.in successione. Et non tenetur quis instituere ascendentes, donec sunt descendentes. ff.de iniusto rupt. & irri.testa.l.si quis filio exhæredato.in prin.& de inoffic.testa.l.pater filium. Insti.de succesi. liber.§.sed nostra.istud reperi in quodam cons.do.Bar.
2 Si mater† prætereat filium, ipse potest dicere testamentũ nullum.idem etiam filius ex filia, si auia eum prætererit, dicet testamentum nullum.plene vide Io.de ferarijs in ti. forma libelli,in quo petitur hæreditas ex testamento,super verbo,Ac realiter,&c.
3 Nunquid mater† quę est data in testamento tutrix,quę nõ fecit inuentarium, nec fecit sibi administrationem decerni,nec alias tutorem petiit,perdat hæreditatem filiorum decedentium in ætate pupillari? ad hoc dicendum est sine dubio quod sic.leg.2.§.si mater.ff.ad Tertulianum.& ibi no.in gl.super verbo legitima.Instit.eodem.§.fina.l.sciant. C.de legitimis hęredi.ita reperi in quodam consilio domini Barto.
4 Vtrum matre† exclusa excludatur auia seu auiæ,quæ similiter neglexerunt petere tutorem lapso anno,intra quem debebant petere? ad quod respondetur, quod omnes illę leges, quæ excludunt à successione propter tutorem non petitum, non loquuntur in his quorum proxima spes successionis est scientes,quia possunt succedere,si volunt,nõ tamen puniuntur si non petierint.C.qui petant tutores.l. penul.& ibi no.per gl.& sic concluditur, quod auia paterna & materna veniunt ad successionem,secundum Bar.in dicto consilio,vt ibi reperi.
5 Vtrum† auia paterna præferatur in bonis paternis, & auia materna in maternis? quod videtur, per l.de emancipatis in fi.ff.de legitimis hęre.& quod ibi no.per gloss. Sed illæ leges loquuntur de fratribus consanguineis & vterinis. Sed de auo paterno & materno est casus singularis C. de bo.quę libe.l.quod scitis.versi.finatutẽ.secũdũ quod doct. ibi ponunt casum,vbi est expressum,quod in bonis paternis præfertur auus paternus. Et sic in proposito dicam, q̃ in bonis paternis præferatur auia paterna, quę filius moriens habuit à patre,non autem in illis quę habuit à fratre suo defuncto,quia in illis succedũt dictę auię pariter,quia talis filius defunctus erat eis coniũctus pariter per lineam paternam & maternam. Ista sunt verba Bartoli in quodã suo consilio.

## CCCCIIII.

1 *Collectam pro puteo reficiendo an possint facere vicini.*
2 *Possessionem ipso iure transfert consuetudo absque reali apprehensione.*
3 *Opem,auxilium & fauorem præstare quis dicatur.*
1 Vtrum† vicini possint facere collectam pro puteo reficiẽ a do? & vtrũ collectã facere sit permissum,dixi in decisio-

nibus cúriæ parlamen.q.344.

2 Consuetudo † transfert possessionē ipso iure absque reali apprehensione, idem potest facere statutum, & vocatur ciuilissima possessio, de qua nō fit mētio, nisi in vno loco in c.ex literis.extra de consuetudine.& ita ibi not.Inno.Plus dicit alibi Inn.in c.cum nostris.extra de concessione præbend.quod licētia data vtendi re, habetur pro quasi possessione, & quæritur possessio ex titulo.ita refert Bal.in l.vt inter diuinum.C.de sac.san.eccle.Inno. etiam dicit in d.c. ex literis.in fi.quod licet inuestitura non tranferat possessionem sine reali apprehensione, tamen illa inuestitura dat authoritatem intrandi possessionem propria authoritate.

3 Quis † dicatur prestare opem, auxilium & fauorem, vide Br.in l.cuiusque.§.1.ff.ad l.Iul.maiest.& in l.furti.§.oper.ff. de fur.tetigi in decisionibus curię parlamenti Delphi.quæstion.423.

ADDITIO.

1 Puteo reficiēdo.Adde quod puteus qui seruit viciniæ, vel alio modo cōis est, debet cōmunibus impensis refici, alias reficienti competunt remedia, quæ te.dicit in l.cum duobus.alias l.si fratres.§. itē respondit socius qui cessantis.ff. pro soc.Sed pone, quidā ex vicinis volens euitare expensam collectæ, vult renuntiare vsui vel commodo illius putei, an possit? Spe.ponit in tit.de censib.§.1.versi.item pone, quedam vicinia.vbi plenè.Alberic.de Rosat.in prima parte statut.capit.35.& Flor.in l.cum fructuarius. de vsufruct.tenent indist.q̄ non possit renuntiare, per l.ad refectionem.C.de aquæduct.lib.10.& l.ad portus.C. de oper. pub.& l.ad instructionē.C.de sac.san.eccl.Item quia onus imponitur domui non personę.ar.l.fi.ff.de via pub. Tñ putarē distinguendū, aut puteus indiget reparatione rōne tēporis prēteriti, aut futuri. Primo casu indistinctè tenetur contribuere, nec pō renuntiare in damnum viciniæ, quia iam vtilitatē ex vsu accepit sicut alij vicini, vnde sicut sentit commodum debet sentire incommodum leg. secundum naturam.de reg.iur.c.qui sentit auus.eo.tit.in 6.Secūdo casu, quando rōne futuri temporis, & tunc aut vult stare in vicinia, & isto casu poterit cogi ad refectionem velit nolit, cum sit onus impositum domui, non personæ.arg. d.l.fi.de via publ.Item quia puteus est communis vniuersitatis nō singulorum, quo casu attenditur voluntas maioris partis.l.quod maior.ff.ad munic.cum similib.Aut non vult amplius stare in vicinia, vel in cōmunitate, & sic vult renuntiare nedum vsui putei, sed etiam viciniæ & cōmunitatis, & tunc teneo quod non teneatur contribuere ratione futuri tēporis, quia quis potest renuntiare iuri suo: licet quis in conscribendo.C.de pact.cum similib.item prætor.l.prætor..§.fi.& quod ibi no.ff.de dam.infect.

CCCCV.

1 *Vxorum suarum interfectores qualiter puniantur.*

1 Dicitur † de pertinentijs domus meæ id quod est prope domum meam, per 5.pedes, ita dicit Bar.in l.item apud Labeonem.§. conuitium.ff.de iniurijs.de hoc tetigi intra sing.520.& supra.218.in §.quid contineatur.

2 Qualiter † puniantur interfectores suarum vxorum, vide 33.q.2.ca.interfectores suarum coniugum.

3 Casus † reseruatos Episcopo in foro conscientiæ seu pœnitentiæ.vide per Io.And.in gl.in c.2.de pœni.& remissio. libr.6.

CCCCVI.

2 *Baldum si quis tenetur maiore alicui pro certa pēsione, qui decessit pluribus hæredibus relictis, non tenebitur plus molere dicti hæredibus quam defuncto.*

1 Si quis teneatur † molere bladum alicui pro certa pensione & debens pensionē moriatur relictis pluribus hæredibus non tenetur plus molere hæredibus quam defuncto,& ad hoc inducunt doc.in argu.l.etiam hæredibus.ff. si familia furtum fecisse dicatur.& facit l.fi. eodem tit. Et facit.ff.de verb.obl.l.2.§.ex his.& ff.de reg.iu.l.ex his officijs.§.1.& ff.de condi.& demonstr.l.cui fundus.

2 Iudex † ex suo officio, &c. vt supra.sing.304.nu.1.

CCCCVII.

1 Notarij † debent scire leges, ne facientes illicitos contractus pœnas subeant, vt C.de sacrosc.eccle.l.iubemus.2. in §.œconomus.in fin. Et de enuchis, l.fi. hoc not.per.gl.in l. generali.C.de tabularijs lib.10.vide quæ circa hoc dixi in decisionibus curiæ parla.q.433.

2 Statutum † debet strictè intelligi, vt no.Iac.de But.in l.1. C.de com.infer.

ADDITIO.

a Scire leges. Adde quæ plenè dixi de notariorum imperitia, & quam sit periculosa, ad Roma.sing.52.

CCCCVIII.

1 *Excommunicatus appellatione pendente, an quis sit.*
3 *Pœna eximentis aliquem à carceribus.*
4 *Sententia in executione non requiritur causæ cognitio.*

1 Ant pendēte appellatione quis sit excommunicatus, vide glo.& Iac.de But.latè in l.fi.C.si à non compe.iudi.

2 Vtrum † & quando masculinum concipiat fœmininum, vide plenè per Iacob.de Butr. in l.si quis in tantam.C.vnde vi.& ibi etiam per Bartolum.

3 Aliquis † homo ingreditur carceres, & reum de aliquo crimine vinctum, seu alias compeditatum soluit, & liberat, qualiter veniat puniendus? dic quod capite, nam tenetur crimine læsæ maiestatis, vt est casus in l.cuius.§. item qui confessum.ff.ad l.Iu.maiestatis.& ibi Bar.

4 In executione sniæ nō requiritur causæ cognitio, si fiat in rebus adiudicatis, alias sic, vt ponit Arch. in c.sicut.2.q.1.

5 Qui † facit aliquē sibi obligari p vim, incidit ī crimē legis Iuliæ de vi publica.l.5.in prin.ff.ad legē Iuliā de vi public.

6 Retia † ad venādū prohibētur teneri in domibus, vt in feudis in ti.de pace tenēda & eius violatorib.in §.nemo retia

CCCCIX.

1 *L.ad instructionem.C. de sacr.sanc.eccle. quatenus correcta per authen.item nulla communitas.C.eo.tit.*

1 Vtrū † l.ad instructionē.C.de sacrosan.eccl.sit hodie correcta per authē.item nulla communitas.eo.tit.dic ꝑm Bart. quando refectio est onus reale, quia quilibet debet reficere viam ante domum suam.l.fi. de via publica reparanda, & pertinet ad ecclesiam, vt d.l.ad instructionem.& tūc nō est correcta. Quandoque onus imponitur personis pro rebus, vt pro reficienda via, vel ponte, & non potest imponi ecclesijs, vt d.authent.item nulla communitas. & hoc casu est correcta d.l.ad instructionem. vnde etiam nō debet soluere, nisi prædia essent tributaria, iuxta l.placet.C. eo.tit.Sed d.auth.itē nulla cōmunitas.malè seruatur, quia ciues huius ciuitatis.Grationopolis faciunt cōtribuere capitulum beatæ Marię Gratio.ad contribuendum in reparatione pontis huius ciuitatis Grationopolis, quæ reparatio pontis fit hoc anno currente domini 1461. de hac materia etiam scripsi in decisio.quæstio.

2 Argumētatio † facta ab absurdo est valida in iure, ita dicit Io.And.in c.dudum, in gl. super verbo, absurdum.de ꝓb. lib.6.allegat c.cum inter priorem extra.de exceptio.

CCCCX.

2 *Laicorum consuetudines an ligent clericos.*

1 De materia fauth.cassa & irrita.C.de sacrosa.ecc.vide Spe. de immunitate eccle.vbi notabiliter ponit.& Pe.Ia.in tit. de successione regni Frāciæ, circa mediū.in ver. & ē notā.

2 Item an consuetudines † laicorū ligent clericos? vide Spe. vbi s.& Cy.in l.2.C.quę sit longa consue.& Bart.in l.1.C. de sum.trini.& fide catholic.in 5.q.

3 De materia fauth.ingressi monasteria.C.de sac.san.eccle. vide plenè & notabiliter per Inn.extra de proba.c. in præsentia.Et an res feudales & emphyteuticarię transeant in monasterium, vide ibidem.

CCCCXI.

1 *Fisci loco an succedat emōs rē quæ vēditur pro fiscali debito.*
2 *Fiscus nulla specialitate gaudet nisi quatenus iure cautum reperitur.*
3 *Fiscalis rei in venditione quis ordo seruandus.*

Vtrum

1 Vtrum † emens rem quæ pro fiscali debito venditur, succedat loco fisci? vide Bar.in l.cum ratio.§.fi.ff.de bonis dā natorum.& l.si tertius.§.si quis prius.in 3.quæst.ff.de aqua pluuia arcen.& tetigi in decisio.parlamenti.quæstio.

2 Nulla † specialitas debet esse plus in fisco, quam in priuato, nisi quatenus in iure cautum reperitur, vt dicit Cy.in l.de hæredi.vel actio.ven.quid dicatur fiscus, dixi in decisio.curiæ parla.q.259.

3 Quis ordo † debet seruari in venditione rei fiscalis vide gl.in l.1.C.de fide instru.& iure hastæ fiscal.lib.10.

4 Fiscus † potest petere cogi partem, &c. vt s. sing.254.

CCCCXII.

1 *Manum leuans pro percutiēdo aliquem quatenus teneatur.*

1 Leuando † manum pro percutiendo aliquem punitur, licet non percutiat, & pro hoc secundum Bar.est tex.singu. l.item apud Labeonem.§.si quis pulsatus.ff.de iniurijs. ita dicit Ange.de Are.in suo tract.de malefi.sup.verbo, Admenauit,&c.quod credo verum, si per eū non stetit, quominus percusserit.arg.l.is qui cum telo.C.de sica. Si autē in ipso actu leuationis manus pœnituerit, retrahendo manum cum intentione non percutiendi, dicerem eum non fore puniendum.argum.l.qui falsam.ff.de fall. & faciunt not.per Bar.in l.diuus.ff.de sica.

CCCCXIII.

1 *Manifesti, & notorij differentia, & quid notorium.2.*

1 Differenia † est inter notorium & manifestum, quia notoriū non probatur, manifestum sic, ita dicit glo. in l.ciues. C.de appel.

2 Sed quid † dicatur notorium, & quando, vide But. in l.emptorem.in prin.ff.de act.empt. Et Spe.in tit.de notorio.& plenè Io.Fab.in procemio Inſtit. Et vide c.nostra. extra de coha.cleri.& mulierū, & plenè in apparatu meo super statuto, si quis per literas iudicis.in glo. super versi. notoriè.

3 Debent † singula singulis referri, no.gl.in l.quoniam.de appel.& Inst.de contrahen.emp.§.fi.iunct.gl.

CCCCXIIII.

1 Casus † in quibus res inter alios acta alijs nocet, vide per Goffre.in c.inter dilectos.extra de fide instru.

2 Debitor † cui datum est quinquennium ad soluendum debita sua, debet cauere de ipsis soluendis, per l.vpiuersa.C. de precibus Imperat.offe.secundum Oldra.

3 Illud † dicitur fieri secundum ius, quod fit secundum consuetudinem.Inn.in c.cum venissent.extra de eo qui mit.in pos.causa rei seruand.

CCCCXV.

1 *Sententia & confessio valent in alio iudicio inter easdem personas.*
2 *Obligationem non inducit confessio extra iudicium sine causa facta, secus in confessione iudiciali. 3.*
4 *Matrimonium non potest dirimere confessio.*

1 Confessio † & sententia valent in alio iudicio inter easdē personas, vt dicit Innō.in c.bonæ.extra de elect.

2 Confessio † extra iudicium sine causa facta non inducit obligationem casus est in l.cum in debito.§.fi.ibi, sin autem cautio.ff.de proba.hoc idem tenet gl.in l.1.in gl.fin.ibi, vt ergo hoc videas plenius, &c.ff.de interro.act.idem tenet Cy.in l.generaliter.in 1.2.& 3.q.C.de non numera.pecu. idem Bart.in d.l.cum de indebito.§.fi.ibi dum dicit, no.q̄ confessio sine causa nor prejudicat confitenti, &c. & maximè si fiat in partis absentia.in c.fina.ibi.in Abbatis absentia, &c.extra de succes.ab intesta.facit l.certum.§.quis absent.ff.de confes.

3 Secus tamen est in confessione iudicialiter facta, quæ ēt valet sine causa, sicut ponunt Bar.& Cy.in locis supra allegatis, subiungentes ibidem rationē diuersitatis. Nec etiā valet promissio sine causa facta, vt tenet gl.in d.l.1.in fin. ff.de interro.actio.etiam si stipulatio interueniat obstante exceptione doli, quæ potest opponi.l.2.§.circa.ff. de exceptio.doli.Et de hac materia vide plene per Henri.Boich, in capit.fina.extra de confes.& scripsi in decisio.curiæ parmenti.quæstio.176.

4 Confessio † non potest dirimere matrimonium, vt dicit Inno.in c.cum causam.extra de offi.delega.

5 Confessio † mandatur executioni in ciuili, sed non in criminali, sed expectatur sententia, secundum Inno.in c.quærenti.extra de offi.deleg.

6 Confessio † simpliciter facta videtur toto esse facta, secundum Innoc.in c.si pro debilitate.de offic.delega.super verbo, Vices.& in c.venerabili.eo.tit.

7 Verbum † concedo, significat dispositionem, secundum Inno.in c.quoniam.extra de maio.& obedi.

CCCCXVI.

1 Vtrum † cōsuetudo excusat à peccato inter aliquos inito? vide Inn.in c.1.de treuga & pace. quod ponit Bal.in tit.de maio.& obed.in repertorio super Inno.

2 Consuetudo † dat iurisdictionem, &c. vt s. singu.284.

CCCCXVII.

1 Citatus † non tenetur comparere, quando citatio euidēter peccat in forma, vel in materia, secundum Inn.in ca. prętea.extra de dila.Vbi etiam dicit, quod quis tenetur comparere coram delegato, nisi, in citatione mittat copiam.rescripti.idem ibidem Hosti.& vide quod ibi ponit Bald.in suo repertorio.

2 An citatus † ad diem feriatam teneatur comparere die sequenti non feriata? vide Cy.in l.fi.C.de ferijs.

CCCCXVIII.

1 *Iudicis nulla sunt partes nisi in pronuntiando, vbi conclusum est in causa.*
2 *Conclusio in criminali an sit necessaria.*
4 *Citari vbi debeat vagabundus.*
5 *Citationis terminus.*

1 Vbi in causa † conclusum est, nullæ sunt ptes iudicis nisi in pronuntiādo, & est clausus processus, adeo q̄ nulla allegatio deinceps fieri debet, nec in iure nec in facto, secundū Inn.in c.pastoralis. extra de causa poss.& proprie.quod tene menti, & vide quę ibidem dicit Bal.in repertorio super

2 Inn. Sed an † in causa criminali debeat concludi? vide Bald. in dict.suo repertor.& infra sing.489.in §.in criminalibus non debet, &c.

3 Vtrum † conclusio sit pars iudicij sic, q̄ vna pars aliam possit agere ad concludendum in causa? vide Bal.in feud.in ti. si de inuestitura inter do.& vasalis oriatur.

4 Vbi † citari debeat vagabundus, vide Inno.in c. si aduersarius.extra de eo qui mittitur in poss.

5 Terminus † citationis debet esse decē dierum ad minus.l. ad peremptorium.& l.per interuallum.ff.de iudi.

6 In prima † citatione non debet poni peremptoriè.l.consentaneum.C.quo.& quan.iudex.

CCCCXIX.

1 *Citationis copia debet affigi in domo si citandus non reperitur.*
5 *Expensarum sententia potest ferri, licet quis non sit citatus, si sit contumax.*

1 Si quis † mādetur citari ad domum.& nemo ibi reperiatur cedula seu copia citationis debet affigi in domo, secundū Innoc.in c.si aduersarius. extra de eo qui mit.in pos.causa rei seruan.

2 Vtrum in publicatione † & exemplatione solenni, nec non in publicatione & examinatione testium requiratur partis citatio, vel præsentia partis aduersæ, vide Inno.in c.fin. extra de fide instr.& ibidem Bal.in repertorio.

3 An in notorio † requiratur citatio. Innoc. dicit quod sic, in c.ad nostram.extra de iureiur.

4 In citatione † ad audiendum sententiam debet dici peremptoriè, aliter non valeret citatio, nisi esset citatus personaliter, quæ citatio personalis habet vim peremptorij, secundum Innocen.in ca.ad petitionem.extra de accusa. vide s. sing.219.

5 Licet † quis non sit citatus, potest sententia expensarū ferri si est contumax.c.calumniam.extra de pœn.secundum Innoc.quia citatus in principali videtur citatus in accessorio, secundum Bal.ibidem in repert.

### CCCCXX.

1 *Confessionem defuncti non potest interpretari hæres.*
2 *Compensare videtur qui hæreditatem adit.*
1 Hæres† non potest interpretari confessionē defuncti. Inno.in c.dilectus.extra de success.ab intesta.
2 Ille† qui hæreditatem adit, compensare videtur.l.quæ dotis.ff.solu.matr.
3 De caluacatis† quæ per vasallos vel a'ios fiunt, seu debentur, vide textum in ca.1.firmetur.in feu.de prohibita feu.alie.per Fede.

### CCCCXXI.

2 *Curator ad litem potest dari maritus vxori suæ.*
3 *Actio ex contractu præcedenti inhabili datur propter sequentem contractum habilem.*
1 Curator datus† ad litem potest eodem modo reuocari, sicut procurator.l.si quis eum.§.Iulianus ait.ff.procura.ita dicit ibi Bartol. Curator tamen simpliciter datus non potest reuocari, nec alius sibi adiungi.l.curatores.C.qui da.tut.posse.
2 Licet† maritus non possit esse curator vxoris suę, l.maritus C.qui da.tut.pos.tamen bene potest curator ad litem sibi dari, vt l.si quis eum.§.Iulianus ait.ff.de procura.& ibi dicit Bar.
3 Nota quod cōtractus† inhabilis præcedens propter sequētem contractū habilem habilitatur, & ex eo datur actio.l.1.C.si seruus extero se emi manda.& contractus pręcedens contractum inhabilem sequentem habet validare.l.l.Triticum.ff.de ver.obli.quod sing.
4 Nota casum† in quo quis sentit commodum & non onus in l.de illo.ff.pro soc.& l.1.in fi.C.de legi.tuto.

### CCCCXXII.

1 *Iurisdictionem habent consules ciuitatum.*
2 *Baro quilibet an possit constituere consulatum in terra sua.*
3 *Sententiæ executionem non potest petere excommunicatus.*
4 *Consulum vnus, an sine alio agere possit.*
1 Consules† ciuitatum habent iurisdictionem.in l.si cuius libertas.ff.de condi.& demon.& est glo.in l.3.§.fi.ff.de arbi. An in citatione consulum debeat apponi decretum iudicis, gl.quod non, in l.actor.ff.rem ra.hab.contraria gl.est.C.de decre.déc.lib.10.super rub.
2 Vtrum† quilibet prælatus vel Baro possit constituere consulatum in terra sua, dic vt no.per Petr.Ia.in tit.de succes.regni Fran.& Pet.Ray.in tit.de mu.& hono.
3 Executionē sententię† nō pōt petere excomunicatus sm Inno.& Host.in cap.venerabilem.extra de excep.vt refert Archi.qui ita videtur tenere, in c.sicut.2.q.1.
4 Si sint† plures consules, nunquid vnus sine alio agere possit? dic quod sic, vt tenet gl.in l.1.C.si vnus ex pluribus tutoribus.idem Spe.in tit.de procu.§.ratione.versic.quid si plures sunt consules, &c.

### CCCCXXIII.

1 Si quis† in suo testamento, vel in sua donatione, aut aliquo alio contractu dicat, conditionibus, retentionibus infrà scriptis, saluis & retentis, nec postea adijcit aliquam conditionem, vtrum dispositio vel donatio reddatur inualida, vel pura, vel conditionalis, vide l.pen.C.de insti.sub condi.factis.& l.quoties.§.tantundem.ff.de hęred.instit.& vide Cyn.in dicta l.pen.vbi sunt text.habui de facto ego Guido Papæ.
2 Nota q† qui vult consequens, vult & omne illud quod antecedit, sine quo consequens esse non potest.l.pro herede.§.pe.de acqui.hær.Licet contrarium habeatur in l.si quis à liberis.§.meminisse.ff.de libe.agnosc.tamen dic vt ibi no.

### CCCCXXIIII.

1 *Procuratoris per citationem an causa initium sumat.*
1 Vtrum† possit causa sumere initium per citationem procuratoris tantūmodo. dic, vt in l.3.C.de procur.& ibi per Bart.& in l.meminerint.C.vnde vi.
2 Vtrum† tantum faciat consuetudo quantum pactum, & econtra, vide glossa.in l.domini prædiorum.C.de agri.& censi.lib.11.
3 Si aliquis† confessus fuerit debere Titio centum coram iudice procedente, vel domi suæ existente, an sit talis confessio idonea? vide Bar.in l.1.C.de confes.
4 Si causa† aliqua simpliciter committatur, &c.vt supra singul.299.num.3.

### CCCCXXV.

1 *Comparere an debeat citatus coram non suo iudice.*
2 *Rerum coniunctio facit videri vnum ea quæ sunt diuersa.*
3 *Immunitas violata videtur per compeditationem in ecclesia factam.*
4 *Mors an ex consuetudine possit infligi.*
5 *Notarij consuetudo an attendenda.*
1 An citatus† coram non suo iudice debeat comparere? vide per Bart.in l.extra territorium.ff.de iuris.om.iud.& in l.si quis ex aliena, &c.
2 Coniunctio† rerum facit videri vnum illa quæ sunt diuersa.in l.tria.ff.de excus.tut.
3 Compeditatio † in ecclesia facta facit videri violatam immunitatem.allegant doct.ad hoc tex.in l.1.§.non autem.in fi.ff.de vi & vi arm.facit etiam l.Fulcinius.§.illud.ff.ex quib.caus.in pos.ea, Sed istud non seruatur, & pluries vidi compeditari in ecclesijs.
4 Vtrum† ex consuetudine possit mors infligi, vide l.saccularij.§.sunt quidam.ff.de extraordi.crimini.
5 Vtrum† consuetudo notarij debeat attendi? vide Bar.in §.1.super verbo,&c.ff.de libe.& post.l.Gallus.
6 Vbi† valet pactum, valet & consuetudo.gl.in ca.vt litigantes.extra de offi.ordin.& l.domini prædiorum.C.de agri.& cen.lib.11.

### CCCCXXVI.

2 *pro Confesso an habeatur, & perdat causam suam cōtumax.in iurando de calumnia.*
1 Clerici† quas negationes possunt exercere, vide Spe.in tit.de bigamis.
2 Vtrum† contumax in iurādo de calumnia perdat causam suam, & habeatur pro confesso? vide per Innoce.extra de iuramento calum.in capitul.final.& ibi per Baldum in repertorio.

### CCCCXXVII.

2 *Partis citatio non requiritur in confirmatione.*
3 *Iuratoria cautio.*
1 Vtrū† quilibet possit facere castrum in re sua, & sine principis authoritate? vide Inn.in c.Pisanis.extra de resti.spo.& per glo.in l.per prouincias.C.de ædi.priua.& vide Spe.in titu.de successione regni Francię.§.superius facta est mentio.
2 In confirmatione† non requiritur citatio partis. Inn.in c.cum olim.extra de dolo & cōtu.quamuis habeat vim sententiæ, vt ibi dicit Bar.
3 De cautione† iuratoria an sufficiat? vide Inno.in ca.actor.extra de dol.& contu.& Bar.in l.aut generaliter.C.de epi.& cleric.

### CCCCXXVIII.

1 *Contractus simpliciter prolatum verbū qualiter intelligatur.*
2 *Bonis cedens debitor, an prosit fideiussoribus.*
3 *Collecta si fiat pro solido & libra, qualiter quis teneatur eam soluere.*
1 Contractus, † hoc verbum si à lege, vel statuto, aut priuilegio proferatur, qualiter intelligatur, dic vt in l.Labeo.2.ff.de ver.sig.licet quatuor species in & sub se cōprehendat.Insti.de ver.obli.§.fi.in fi.
2 Si debitor† cedit bonis, an prosit fideiussoribus, vide quę dixi in decisio.cur.parla.Delphinalis,q.211.
Si quis detinet debitorē,&c.vt s.sing.267.§.si qs detinet.
Communis modus loquendi. Vide s.sing.322.
3 Si fiat collecta † pro solido & libera, vtrum pro re quam tenetur restituere, teneatur collectā soluere? dic quod non.l.nemo.ff.de in integ.restit.& ibi no.per Bart.& est ratio, quia non videtur talē habere.l.3.hoc edicto.ff.de negot.gest.l.Lucius.§.idem respondit.ff.ad municipales.

ADDI

### ADDITIO

Detinet.Adde suprà sing.267.

### CCCCXXIX.

1 *Deprehensi in crimine confessio, an valeat.*
2 *Executio in rebus dotalibus constante matrimonio, an possit fieri muliere condemnata super actione personali.*
3 *Crimen confessatum dicitur notorium per confessionem.*
1 An† confessio deprehensi in crimine, qui statim post deprehēsionem confitetur crimen, valeat, dic quòd non, vt est glossa.ordin.in l.quis ea.C.de custodia & exhibitione reorum.
2 Vtrum muliere conuenta† & condemnata super actione personali cōstante matrimonio possit fieri executio in rebus dotalibus ipso matrimonio constante? vide gloss.in l.quinque legibus.ff.de bon.damnator.& allegatur casus secundum Dyn.in l.fin.§.si à socero.ver.aut certè.ff.de his, quę in fraudem cre.l.cùm post.§.patrona.ff.de iure dotiū. Sed quo remedio subueniatur creditori? dic quòd præstita cautione ab ipsa muliere de satisfaciendò sibi soluto matrimonio, vt dicto versicu.aut certè.vide quæ dixi in decisio.parla.quæstione.
3 Per confessionem dicitur† crimen confessatum notoriū.ca.nostra.de cohabi.cleri.& ibi notatur in gloss.& ponit Bar.in l.si confessus.ff.de custo.& exhibi.reorum.

### CCCCXLXXX.

1 Coniectura.† quid dicatur coniectura? dic vt not.p gl.in l.apud antiquos.gl.super verbo, coniectura.C.de furtis.& de hoc verbo fit mentio in l.3.C.de inoffi.testa.Sed ex q̄bus colligatur coniectura, vide infra sing.434.§.ex quibus colligatur coniectura.
2 Et euidenter† dicitur apparere, quod ex legitimis coniecturis apparet.l.licet.& ibi tex.& Bart.ff.de leg.1.de coniecturis, vide infrà sing.434.

### CCCCXXXI.

1 *Maritus vtrum lucretur dotem propter adulterium mulieris: & qualiter debet agere.*
2 *Hæres mariti non poterit accusare de adulterio si maritus vxorem non accusauit.*
3 *Sētentiam suam an poterit corrigere iudex: & quid de principe num.4.*
1 Si mulier† committat adulteriū, vtrum maritus debeat lucrari dotē, & qualiter debet agere? vide l.si.§.inter culpas.C.de ritu nup.& in auhē.de nup.§.hos itaq;.& in auth.vt nulli iudicū.§.qa verò plurimas.& in c.plerūque.extra de dona.& vide Azo.in sum.in l.consensu.C.de repud.
Si maritus† non accusauerit vxorem de adulterio, nunqd hæres poterit accusare, vel si cōueniatur pro dotis restitutione, poterit de adulterio commisso excipere? dic quòd non.l.si.C.de re.donat.& l.omnimodò.C.de inoffic.testa.ita dicit Bar.in l.rei iudicatæ.§.1.ff.solut.matri.& Spec.in tit.de donat.§.fi.ver.quid si mulier.
3 Si iudex† possit corrigere suam sententiam, vide gl.& do.in c.qualiter & quando.extrà de accusa.
4 Princeps tamen† potest corrigere & mutare suam sentētiā 35.quæstione.9.c.apostolicæ.

### CCCCXXXII.

4 *Diœcesis appellatione continetur ciuitas.*
5 *Bona dotalia an debeant talliari, si fiat collecta.*
1 Qualiter† mors probetur, vide Hen.Bohic.in c.in præsentia.extrà de sponsa.& Bar.in l.si quidem.ff.solut.matri.& in l.2.§.si dubitetur.ff.quemadmodūm testamnenta aperiantur.& vide auth.hodie.C.de repudijs.
2 Delatus† non debet remitti in loco delicti, si ibi habeat iudices suspectos.ff.de legatio.l.sciendum.§.si accusatio.
3 Compromissum† nō est propriè sententia, sed transactio.ita no.gl.super verbo, conuentum.in auth.vt differentes iudi.§.si verò contigerit.vide suprá sing.253.
4 Ciuitas† continetur appellatione diœcesis.probatur per l.primam.C.de priua.carcerib.& ibi no.Bar.& econtrà, super quo vide c.1.& c.significauit.de offi.ordi.
5 Si fiat† collecta, an bona dotalia debeant talliari. vide in l.si constante.ff.solut.matrim.
6 De materia confessoriæ, vide per Bartol.in l.si quis.ff.de noui oper.nunt.

### CCCCXXXIII.

1 *Instrumenti nota fidem per se non facit.*
2 *Officium conseruatorum ad quæ extendatur, & quanto tempore duret.*
1 Nota† alicuius instrumenti per se non facit fidem, per te.in l.nemo.ibi, & si verbo consiliarij signum quod solitum est chartis.C.de offi.assesso.idem tenet Cyn.in l.contractus.C.de fid.instru.& vide gl.in c.post.cessionem.ibi dū dicitur, alij quòd non creditur chartæ, &c.extrà de prob.& dixi in deci.curiæ parla.q.19.
2 Officium† conseruatorum ad quæ extendatur? vide in ca.1.ext.de offi.deleg.lib.6.Et quanto tempore duret? vide.c.fin.§.officium.eo.lib.Et de hac materia vide plenius infrà sing.435.in §.an commissio, &c.

### CCCCXXXIIII.

1 *Credulitatis iusta est causa q dicitur à personis fide dignis.*
Ex quibus colligatur coniectura? dic quod ex sequentibus videlicet ex conditione personarum, vt l.si seruus pluriū.§.fi.ff.de leg.1.& l.cum auus.ff.de condi.& demon.& vide plenius per Bar.in l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori.ff.de no.oper.nūt.Item ex onere vel honore iniuncto.l.fin.C.de inst.& subst.sub condi.fa.Item ex vicinitate scripturæ.ff.de leg.3.l.nummis.Item ex vi verborum, iuxta not.per Doct.in l.1.ff.de vulg.& pup.Itē ex naturali affectione.l.Aurelius.§.Titius.ff.de libe.lega.Item ex natura rei de qua agitur.l.sed & si susceperit.§.1.ff.de iud.Item alios modos sume ex l.vxorem.§.codicillis.ff.de legat.3.& l.si quis ita.ff.de hæred.instit.& ponit Bar.in l.quidam testamento.ff.de vulg.& pup.Item etiam ex onere.l.denique.§.interdum.ff.de pecul.leg.& not.in l.alio.ff.de alimen.& ciba.leg.& l.Proculus.ff.de vsufruct.& l.si ita stipulatio.in prin.ff.de operis libertorum.& quod not.per Bar.in l.Centurio.in q̄stione, quæro, si testator dicit, si filius meus,
1 &c. Item ex dictis personarum notabilium, qui quod dicitur à personis fide dignis, est iusta causa credulitatis, secundum Cyn.in l.1.C.de serui.& ponit Bar.in l.de pupillo.§.si quis ipsi.ff.de oper.nou.nū.Et de hac materia tetigi suprà sing.430.in §.coniectura, &c.

### CCCCXXXV.

1 *Condemnari non potest defunctus.*
2 *Delegantis morte non expirat commissio.*
3 *Conseruator quis dicatur, & eius potestas.*
4 *Officialis potest esse conseruator.*
1 Defunctus† an possit condemnari? dic q nō.l.penul.ff.q̄ sent.sine appel.rescind.l.2.C.si reus vel accus.mortuus fuerit.& ibi not.p Bar.& Henri.Boic, in c.parochianus.de sepultur.& per Cyn.in l.1.C.ne ex delictis defunctorum.
2 An commissio† expiret morte delegantis? vide c.si super gratia.de offi.deleg.lib.6.& Bar.in l.fundi.ff.de acqui.pos.Et dic q non, vt ibi habetur.Sed quid de conseruatoribus apostolicis, vtrum moriente Papa expiret potestas talibus data? dic quod sic quò ad negotia nondum cœpta.casus est in capi.quæstione.de offic.dele.lib.6.ibi dum dicitur, officium, &c.Et istorū potestas consistit quasi in mero imperio, sicut dicit Inno.in c.statuimus.extrà de offi.deleg.
3 Quis dicatur† conseruator, & ad quid constituatur conseruator & quam potestatem habeat, & vtrū ipse habeat iurisdictionem? vide c.1.de offic.& potesta.iudic.deleg.& Inn.in c.statutum.e.ti.quod posuit in lectura sua in fina.tit.de offi.deleg.
4 An officialis† possit esse conseruator, vel subconseruator? gl.videtur dicere quod sic, in clem.2.de rescrip.& ita seruat consuetudo generalis.
Quæ differentia† sit inter communem opinionem, & famam publicam? vide Specu.in tit.de notorio crimine.§.sequitur de manifesto.in fi.

### CCCCXXXVI.

1 *Dictio circa, quid importet,*

De di-

1 De dictione circa, quid importet, vide per Bart. in l. Celsus. ff. de vsuca. & in l. furti. ff. de in lit. iuran. & vide l. Rutilia. ff. de contrahen. empt. & vend. & ibi de verbo circa. Et comprehendit tempus sex mentium, & infrà. c. attestationes gl. super verbo circa fi. ext. de despon. impu. & in c. cupientes. §. pen. de elec. lib. 6. Et illud facit, quia si quis inducat testem ad probandum præscriptionem, & testis dicat, ipse possedit. 30. ann. vel circa, non videbitur probata præscriptio completa, quia deficiunt sex menses per p̃dicta. De clamis dispensandis & qualiter iudices possunt dispensare, vide Bar. in l. d uus P. de bonis damnatorum.

CCCCXXXVII.

1 *Incarceratus censetur, & in vinculis detentus, qui fideiussores dedit de non recedendo ab aliquo loco.*
2 *in Vinculis aut in custodia esse qui accipiendi.*
3 *Clamor factus propter insultum.*

1 Si quis dedit † fideiussores de tenẽdo arrestum, vel non recedendo ab aliquo loco, aut iurauit non recedere, an censeatur incarceratus, & in vinculis detentus? dic quod sic, vt est tex. notabilis iuncta gl. fi. in l. in eadem. §. in vinculis & l. nec non. ff. ex quib. cau. maio.

2 In vinculis † autem etiam eos accipimus, qui ita alligati sunt, vt sine dedecore in publico apparere non possunt, licet detur facultas abeundi, vel alias, quia iurauit, vel sub fideiussoribus sunt. & ista sunt singularia dicta. Quando quis dicatur esse in custodia, ponit Inno. in c. nuper. extrà de sent. excom. Vide infrà singu. 840 §. item si quis nec in. & in decisio. curiæ parlam. quæstio. 253.

3 De clamore † qui fit propter insultum, dicendo, *à l'ayde, à l'ayde Dauphin.* Et quis sit, vide Bart. in l. prohibitum. C. de iure fisci. lib. 10. & plenè per Alberic. de Rosa. in suo repertorio super verbo, clamor. & videtur tex. in l. capitalium. §. solent. ff. de pœnis.

CCCCXXXVIII.

2 *Sententia ab excommunicato lata, an valeat.*
5 *Captum ab officiarijs amouentes qua pœna puniuntur.*

1 Concutere † est aliquid contra debitum per cerationem officij alicuius. 23. q. 4. c. quid culpatur. Et dicitur cõcutere, qui per oppressionem & minas extorquet pecuniam. l. 1. & 2. ff. de concussionibus. Ita dicit glos. ord. 23. quæst. 1. cap. paratus. in fi. De hac materia plenius scripsi infrà. singula. 487. in §. si notarius. & in decision. curiæ parla. quæstio. 334.

2 Vtrum † excommunicatus possit esse iudex, & an sententia per eum lata valeat? dic. vt no. Bar. in l. 1. C. de test. & in l. 2. C. de sentẽn. & interlo. om. iudi.

3 Aliquis ducitur † captus per officiarios, quem ciues, vel
a amici remouent officiarijs & eum faciunt fugere, qualiter puniantur? dic quod in crimen læsæ maiestatis incidit l. cunctque. §. fi. ff. ad leg. Iuliam maiest. dic vt ibi plenius distinguit Bar. vide supra sing. 300.

4 In pœnis † indicendis proceditur de similibus ad similia, vbi lex non statuit pœnam. vide Bald. in l. si quis id quod. ff. de iurisd. omnium iudi.

ADDITIO.

a Remouent officiarijs. Adde Hippolyt. sing. 273. num. 15. vbi limitat procedere in Cardinali.

CCCCXXXIX.

1 *Falsi pœna tenetur removens literas citatorias executori.*
2 *Credentiales literæ an præiudicent mittenti.*

1 Ille † qui remouet literas citatorias à manu executoris, tenetur pœna falsi. ita dicit Bald. in d. l. si quis id quod. & tenet gl. in de. i onib. curiæ parla. quæst. 579.

2 De literis † credentiæ si præiudicent mittenti, vide plenè Barto. in l. Lucius. & in l. mortuo. ff. de fideiusso. & tex. in l. fin. C. quod cum eo qui in alia potestate. ubi, familiares epistolas, &c.

CCCCXL.

2 *Appellationis in causa potest opponi compensatio.*

1 Capellani † dicuntur esse de vniuersitate alicuius loci Bal. ponit in ca. 1. de milite vasallo qui arma belli depositit. in feudis. & vide Bar. in l. 1. ff. ad Muncipales.

2 Compensatio † potest opponi in causa appellationis. l. 1. §. fi. ff. quæ sent. sin. app. rescin. renet Spec. in tit. de appel. §. de officio eius ad quem appellatum. versi. sed nunquid in causa appellatio. &c.

CCCCXLI.

1 *Fiscus aut alius potentior nõ debet admitti ad defensionem causæ contra alium mota.*
2 *Verbum habere, idem quod dare.*

1 Quando † & qualiter quis possit causam contra alium motam defendere, & defensioni assistere, vide plenè Bartol. in l. si perlusorio. ff. de appella. & l. si suspecta. ff. de offic. testa. & Ioann. Fab. Insti. de satisdationibus. circa medium. Fiscus vel potentior, aut magnus litigator non debet admitti, vt ibi dicit Ioann. Fab. & plenè per Bartol. in d. l. si perlusorio.

2 Verbum † habere, idem est, quod dare. l. si hæres iussus. de legat. 1. & ibi Bar.

CCCCXLII.

1 *Domus tutissimum debet esse refugium.*
2 *Fundum vxori donans ad vsum vel alimenta, videtur proprietatem donare.*

1 Hospes † tenetur defendere hospitem suum, ita tenet glo. ordi. in c. offerebat. 32. quæst. 7. Et maximè in domo sua, quia ibi debet esse tutissimum refugium. l. plerunque. ff. de in ius vocan. l. qui domum. ff. de iniurijs.

2 Si vxor hæres † instituatur, vel sibi aliquid legetur ad eius vitam duntaxat, vel quandiu ab linebit à secundis nuptijs, & hoc pro suis alimentis, vel pro statu suo tenendo, vtrũ ipsa censeatur proprietaria vel usufructuaria, vide glossa. posita in l. si mulier. ff. de dona. int. vir. & vxo. & alibi dicit Bartol. quòd si quis donat fundum ad vsum, vel ad alimenta, quòd videtur proprietatem dedisse. all leg. l. donationes. §. species. ff. de dona. Et nota. quod est singulare, & quotidie occurrit in practica, & multi aduocati in consuleudo errant.

3 Appellationem hæreditatis legata & fideicommissa non continentur. l. si Titius. ff. de leg. 2. quod facit ad multa.

ADDITIO.

a Donat. Adde suprà sing. 321. §. si aliquis donat.

CCCCXLIII.

1 *Clericus tribus casibus subijcitur iudici seculari.*
4 *Iudex propter imperitiam an teneatur.*
5 *Contractus quis sit, si dicatur in eo, dedit in feudum et emphyteusim.*

1 Iudex † secularis in tribus casibus habet potestatem in clericos, & in bonis suis spiritualibus, quos ponit glos. in cautua. infrà de decimis.

2 De † iocalibus † feu † trennis, &c. vt suprà sing. 327.

3 Iudex † ad tempus datus † potest procedere tempore feriato propter messes vel vindemias, si sua iurisdictio sit extincta, secundum Doct. vt refert Archid. in cap. sicut. fine iudicio. 2. q. 1.

4 Vtrum † iudex † propter imperitiam teneatur, vide Bartol. in l. de eo. C. de pœna iudi. qui male iudi. Itẽ quid de aduocato imperito vtrum parti suę teneatur, vide in l. si quis fundum. §. Celsus. ff. locati.

5 Si in instrumento † dicatur, talis dedit in feudum & emphyteusim, quis dicatur talis contractus, vide in l. insulam. ff. locati.

6 De † dictione in, vide Bar. & plenius Pe. de Muris, in l. Gallus. §. ille casus indifficilis. ff. de lib. & posthu.

CCCCXLIIII.

1 *Iurisdictione vtens, respectu vnius actus, an censeatur vbi respectu omnium actuum.*
2 *Decreti in appositione, an iudex possit de iure pecuniam recipere.*

1 Vtrum † quis vtendo iurisdictione respectu vnius actus censeatur vti respectu omnium actuum, adeò quòd sibi non obstet præscriptio? vide Spec. in tit. de iurisdi. omn. iud. circa fi. ver. illud etiam, &c. & in tit. de præscrip. verb.

sed



Sed pone, miles quidam habebat castrum, & vide Doct. in l. vulgaris. ff. de furtis. & Ioan. Fab. Insti. de actio. §. curare. & quæ scripsi in decisi. cur. parla. Delphina. quæstio. 631.

2 Vtrum iudex † in appositione decreti possit de iure pecuniam recipere, vide in auth. de defensoribus ciuitat. in §. quia verò.

CCCCXLV.

1 *Interrogatoria testibus fienda an parti aduersæ debeant exiberi.*
2 *Notarius præsumitur quis ex actu antiquissimo, nec exibenti instrumentum antiquissimum incumbit probatio notarium fuisse qui recipit.*

1 De † interrogatorijs † testibus fiendis, quando, & qualiter, & vtrum parti aduersæ debeat exiberi de specificatione ipsorum ac relecatione ipsorum, vide gloss. Io. And. super verbo, Interrogatoria. & super verbo, Et specificationem. in c. præsenti. de testi. lib. 6.

2 Vtrum † in instrumentis antiquissimis expediat probare, quod ille qui recepit, esset notarius, vel in quasi possessione notariatus. Dic quòd non, quia ex ipso actu ita antiquo oritur præsumptio. ita not. Innocẽ. in c. veniens. extrà de verb. signific. ita etiam ponit, & tenet Bald. in auth. quas actiones. circa fin. ibi, quòd in instrumentis, & c. C. de sac. san. eccl. Et de instrumento seu antiqua charta, vide Spec. in tit. de loca. §. nunc. aliqua. ver. l. 7.

3 Seruiens † curię falsum refers, qualiter puniatur, vide Spe. in tit. de executore. §. 1. versi. sed qualiter.

CCCCXLVI.

1 *Iuramentum qui mihi non seruat, nec ei teneor seruare.*
2 *Lite non contestata procedi potest in causa inquisitionali.*
4 *Iudicium ex tribus personis consistit.*
5 *Dictio inconcesse, id est, sine interruptione.*

1 Si quis † non seruet mihi iuramentum, nec debeo etiam sibi seruare, ex eodẽ contractu. Inno. in cap. peruenit. extrà de iureiur.

2 Potest † procedi in causa inquisitionali etiam lit. non contestat. dicit Inn. in c. si aduersarius. extrà de eo qui mitt. in pos. causa rei ser.

3 De intimatione † fienda parti vel iudici, vide cap. causam. in princ. iuncto fine eiusdem, ex trà de electio.

4 Iudicium † ex tribus personis consistit, iudice, actore & reo. in c. forus. extrà de verb. sign.

5 In concesse, id est, sine interruptione, vt in cap. illud. extrà de præscrip. & ita ibi exponitur per Goffredum.

CCCCXLVII.

1 *Sententiam suam interpretari quis iudex possit, & quando.*
2 *Ignorantia per iuramentum probatur.*
3 *Officialis clericum potest eximere de immunitate ecclesiæ.*

1 Vtrum † & quando iudex, & quis iudex possit sententiã suam interpretari? vide gl. & plenè Bar. in l. ab executore. in pin. & ibi tex. ff. de app. tãgit gl. in l. actorũ. ff. de re iudi. & Bar. in l. 2. C. de sen. ex per. rec. Istud postea iteratò scripsi infrà sing. 486. §. vtrum & quando. quia non recordabar hic scripsisse. & vide suprà sing. 373. num 3.

2 Innocentia † vel ignorantia possunt per iuramentum probari, tex. in cap. nulli. in fi. de elect. lib. 6. & not. per glossa. in cap. significasti. de homicid. in antiq.

3 Vtrum officialis † possit extrahere clericum de immunitate ecclesiæ. Ioan. Fab. tenet quòd sic, Instit. de his qui sunt sui vel alieni iuris. vide de hac materia in decisio. parlamẽ. quæst. 121.
Quis debeat mandare sententiam arbitri, &c. vt suprà sin. 278. num. 4.

CCCCXLVIII.

1 *Dictio iuxta, an importet conditionem.*
4 *Castri pars censentur esse fossata.*

1 De † dictione † iuxta, vide in l. qui bona. §. si quis iuxta sepulchrum. ff. de dam. infect. & l. fi. ff. finium regundorum. Et vtrum faciat conditionem? vide quæ not. per gloss. c. Abbate. extrà de verbo. sign. Et videtur de se exclusionem adiuncti importare, sicut probant dicta iura. Attamen potest dici circa ea quæ dicuntur in dictione, vsque, de qua vide per Bar. in l. patronus. §. fi. ff. de leg. 3.

2 De inhibitione † facta, vel præcepta per iudicem, si contrarium fiat, non valet, & quatenus de facto processum est, reuocatur. l. fi. ff. ne quid in loco pu. l. qui vetante. ff. de reg. iur. & c. 1. de matri. contracto contra interdictum eccle. iuncto. c. non solùm. §. 1. de appell. lib. 6.

2 Quis † sit effectu inopię, vide Inn. in cap. P. & G. extrà de offic. deleg.

4 Vtrum † fossata censeantur esse partes castri vel fundi, dic quod fic. l. prædia. §. penult. ff. de fundo instru. & instru. legat. & l. Iulianus. §. fi. ff. de actio. empti.

CCCCXLIX.

1 *Agi qualiter potest de fide mentita.*

1 De † fide menita qualiter agi possit, vide in Spe. in titu. de sponsa. §. restat videre. Quod facit ad quæst. de istis nobilibus, qui dant sibi ad inuicem fidem, & postea ipsam non tenent, qualiter agi potest de fide mentita. Alibi dicitur, quòd fides est etiam seruanda hosti. 33. q. 1. noli. ita dicit gl. in c. offerebat. 32. q. 7. Et vtrum frangenti fidem. fides eidem debeat seruari, vide Henr. Boic, in c. peruenit. 2. de iureiur. & c. dilectus. extrà de simo.

2 Vtrum † fideiussor per clericum datus coram iudice securi possit conueniri? Dic quod sic secundum Specul. in titul. de competenti iudic. aditio. §. 1. versicul. sed pone clericus, &c.

CCCCL.

1 *Feudales constitutiones faciunt ius apud omnes.*
2 *Pater & filius in his quæ sunt facti nõ cẽsentur vna persona.*
3 *Stipulari potest filio nascendo post mortem.*
4 *Procuratorem ad agendum non potest constituere filius familias secus ad defendendum.*

1 Constitutiones † feudales faciunt ius apud omnes, vt dicit Ia. de Bello visu, in feudis, qui feudum dare posi. c. 1, circa fi. idem Mar. Silimagni, Cy. & Butr. in auth. ingressi. C. de sac. sanct. eccles. in antepe. q. idem Inno. in c. ex transmissi. & ca. verũ. de for. compe. & plenius in c. cæterùm. de iudi. Et de hoc scripsi in deci. cur. parla. q.

2 Nota, † quòd in his quæ sunt † facti, pater & filius cadẽ persona non reputantur, ita quòd pater stipulando pro filio nec sibi, nec ei, quæritur. l. quod dicitur, 2. de verborum obligationib.

3 Filio † concipiendo & nascendo post mortem potest stipulari. l. Paulus. §. pen. ff. de bon. lib. ita tenet Bar. in l. quod dicitur. 2. ff. de verb. oblig. vide infrà sing. 500. nu. 2.

2 De † filiosam. † vtrum constituere possit procuratorem ad agendum, cùm exercitium suarum actionum ad patrem pertineat? Dic quòd non leg. 1. in fine. C. de ann. excep. nisi in certis casibus. ff. de proc. l. filiusfa. Qui casus no. per Spec. in tit. de actore. ver. sed filiusfam. & tit. de procu. §. nonne. ver. item quod constituens. Ad defendendum autẽ semper potest. l. seruum quoquè. 1. respondo. ff. de pocura:

CCCCLI.

1 *Prata & pascua non continentur appellatione fundi.*
3 *Matrimonium non probatur per dotale instrumentum.*

1 Vtrum appellatione † fundi prata & pascua contineantur. Dic quòd non, l. Seiæ. §. Tiranæ sorori. ff. de fund. instruct. & instrumen. lega. Quod facit ad quæst. an legatis fundis veniant & comprehendantur prata vel pascua. & in d. §. quòd est sing. vide infrà sing. 527. nu. 10.

2 In dote † sunt 24. priuilegia, quæ ponit Spec. in titu. de donat. int. vir. & vxo. §. pe.

3 Dotale instrumentum † non probat matrimonium, maximã in alterius præiudicium, secundum Inno. in c. illud. de præsumat.

CCCCLII.

2 *Aetas legitima quando dicatur.*
3 *Loci non tuti excepto vtrum admissibilis.*

1 De domino duce Borbonij? quomodo potest succedere in regno Franciæ, vide Bald. in capi. 1. de feudo marchię ducatu & cõmitatu. In quo c. habet, quòd ducatus, comitatus

tatus,& marchiæ ſunt dignitates.

2 Quando†quis dicatur eſſe in ætate legitima quid in contractibus,quid in iudicijs,dic quòd in contractibus dicitur legitima ætas,in 14.anno in maſculo,in femella,in 12. In iudicijs verò legitima ætas dicitur de 25.ann.iſta comprobatur in l.curatorem.C.in quib.cau.in integ.reſt.non eſt necel.& in l.quæ ætate.ff.de teſta.iunct.l.1.& 2.C.qui legi.perſo.ſtand.in iudic.hab.

3 Vtrum†exceptio de loco non tuto ſit admiſsibilis,& in quo loco ſit probanda,ſvide Goffr.in capi.interpoſita.extrà de appel.

CCCCLIII.

*1 Succeſsione in dignus ex teſtamẽto non propterea eſt indignus ab inteſtato.*

*2 Dictio extunc,qualiter ſumatur.*

1 Nota†quòd vbi pater iuſtè exhæredat filium ſuum in teſtamento,& hæres inſtitutus non vult adire hæreditatem cui nullus datus eſt ſubſtitutus,quòd talis filius exhæredatus non repellitur volens ab inteſtato ſuccedere. Et ſic nota,quòd vbi quis eſt indignus ſucceſsione ex teſtamẽto,non propterea indignus eſt ab inteſtato. caſus videtur ſecundum Doct.in l.liberis.ff.de excep.doli.& l.filium. §.ſed cùm exhæredatos.ff.de contra tab.Quod tene menti,quia alibi non reperies.dicunt Doct.

2 De dictione†extunc,qualiter ſumatur,vide gl.in c.ex parte.extrà de cleri.non reſiden.per Goffre.& in l.lecta.ff.ſi cert.peta.& per Bald.in ca.1.de milit.vaſal.qui contu.eſt. Sed de dictione exnunc,vide infrà in proxi.verſic.

CCCCLIIII.

*1 Dictionis exnunc,effectus.*

Pone,clericus confeſſus eſt debitum,officialis mandat ſibi quod ſoluat intra 10.dies,& adiecit,quòd ſi non ſolueris,exnunc te excommunico,vtrum valeat iſta excommunicatio?exnunc† ſignificat tempus continuum,vt in c.cupientes.§.cæterum.de elect.lib.6.& not.in ca.cum in cunctis.de elect.in nouel.& patet ff.de ver.obl.huiuſmodi ſtipulatio.Item patet grammaticaliter,quia eſt verbum præſentis temporis.l.1.§.nunc tractemus.de tut.& rat.diſtra.Sed impoſsibile eſt,quòd pœna præueniat delictum, vel quòd excommunicatio præueniat contumaciam, cũ ſit ordo præpoſterus.in c.ſacro.de ſent.excom.ſignificat enim præſentem verbi actum, ſed futurum effectum.vt l.lecta.ff.ſi cert.per.Plus dico,quòd ſi iudex vteretur verbo præteriti temporis,quia diceret,exnunc excommunicatus ſis. tamen iſta verba deberẽt intelligi ſanè. no.Inn. extrà de dam.c.præterea requiſiuiſti.vbi videas.Et ex hoc etiam patet qualiter debent intelligi verba quæ ſæpè ponuntur in ſcripturis,videlicet exnunc prout extunc,quia nunc ſignifiat actum verbi prolati,tunc ſignificat effectũ verbi conſumati.l.5.§.1.ff.de condi.& demon.Et ſic non eſt aliqua perplexitas in iſtis ſermonibus.iſta ſunt verba Bal.in feu.in c.1.de mili.vaſ.qui cont.eſt.De iſta clauſula exnunc,prout extunc,vide in capit.ex parte.extrà de cle. non reſi.per B.

CCCCLV.

*1 Pedagiũ emẽs à Rege,& emiſſe pœnas tranſgreſſorũ videtur.*

*2 Hæredis verbum de quo hærede intelligatur.*

1 Pone,ſi aliquis emit,ſeu aſſenſauit pedagium à Rege, vel domino noſtro Delphino,nunquid videatur emiſſe pœnas tranſgreſſorum? Dic quod ſic,vt l.creditor.in princip. C.de actio.empt.& ibi per Cy.in additio.ita tenet Bald. in c.1.extrà de feud.cognit.

2 In materia†feudali verbum ſine hærede,intelligitur de filio maſculo,in alijs verbò diſpõnibus verbũ ſine hærede, ponit ꝓ quolibet deſcẽdẽte.ita habetur per Bald.in capi. ſi clientulus.de alienat.feud.verſiculo.& ſi clientulus.

CCCCLVI.

*2 Decimarum exactio quò ad preſcriptionem habet cauſam continuam.*

*3 Compenſatio in decimis an locum habeat.*

*4 Appellari an poſsit ſuper decimis.*

1 Decimę†ſunt introductę à iure diuino,vt dicit gl.in ver. pontifex.in l.munerum.§.patrimoniorum.ff.de mun.& hon.Sed qualiter probetur,quòd de iure diuino debeantur? vide Inn.ſuper rubri.de decimis.& not.in l.ſi à patre. §.fin.ff.de peti.hered.

2 Exactio†decimæ in preſcribẽdo habet cauſam continuã, quia quotidie poſsunt,& debent exigi & recipi, & non ſolùm prædiales,ſed etiam perſonales.ita dicit Inno.in c.de quarta.extrà de preſcri.

3 Vtrum†in decimis locum habeat compenſatio,vide gl.in c.cum homines.extrà de deci.

4 An ſuper† decimis poſsit appellari, vide in ſum.domin. Goffr.in tit.de appel.§.item in cauſa.

5 Quid iuris,† quando parochianus vult ſoluere decimam, & requirit ſacerdotem,quòd recipiat,& ipſe non vult,& poſtea talis ſacerdos vult recipere,vide Bernard.in c.cum homines.in gl.quæ incipit,quòd citius.extrà de deci.

6 Sed†in quo loco debeant ſolui decimæ, Dic vt not.in ca. reuertimini.16.q.1.& q.6.c.decimas.& vide Spec.in tit.de decimis.in fin.

7 In decimis†ſoluendis & exigendis debet attẽdi conſuetudo loci.in c.aliqb⁹.& ibi Inn.& c.Apoſtolicę.de deci.Io. And.in c.1.de dec.lib.6.& ibi plenè.& 13.q.1.c.eccleſias.

CCCCLVII.

*1 Donatio inter viuos,vel cauſa mortis quando præſumatur.*

*2 Donatio cauſa mortis facta per filiumfamil.vt valeat,quatuor requiruntur.*

1 Si quis dicat, †do vel dono, in dubio præſumitur donatio inter viuos. Sed ſi dicat,relinquo,tunc præſumitur donatio cauſa mortis,l.1.§.fi.ff.de tabu.exh.& not.per Dy. in l.1.C.de reuoc.dona.

2 Nota†quatuor regri ad hoc vt valeat donatio cauſa mortis facta per filiumfamil.vt colligitur ex dictis Barto.in l. tamen.§.1.ff.de do.cauſa mor.De hac materia vide infrà ſing.459.§.vtrum in donatione cauſa mortis,&c.

CCCCLVIII.

*1 Appellatione expenſarum veniunt tam ſolutæ quam ſoluendæ,& an damna.num.2.*

1 Appellatione†expenſarum continentur tam ſolutæ, quã ſoluendæ.gl.eſt notabilis,in l.quibus dieb.§.1.ff. de condi. & demon.

2 Vtrum appellatione† expenſarum contineantur damna, vel contrà,dic quòd non,vt probatur in c.in noſtra.extrà de iniurijs & damno dato.

CCCCLIX.

*1 Diſpoſitum in ſecundis nuptijs,vt mulier non nubat intra annum,an locum habeat in diuortio.*

*2 Fideicommiſſum tacitum inducitur per verbum,dono.*

*3 Hæreditatis aditio an requiratur in donatione cauſa mortis.*

1 Si mulier†mittat diuortium,ipſa non debet nubere intra annum.quòd eſt ſingulare,in authent.de nupt.§.ſi verò rationabiliter.Et facit ad quæſtionem,vtrum id quod dicitur in materia ſecundarum nuptiarum vendicet ſibi locũ in muliere diuortium ſibi mittente.

2 Per verbum†dono,inducitur tacitum fideicommiſſum.l. miles.in prin.ff.de leg.2.

3 Vtrum in donatione cauſa† mortis requiratur aditio hæreditatis?vide Bartol.in l.in mortis.ff.de don.cauſa mor. &de hac materia donationis,dixi ſuprà ſing.457.verſic.ſi quis dicat,&c.

CCCCLX.

*1 Dolo quem deſiſſe poſsidere qualiter probetur.*

*2 Teſtamentarius executor poteſt cogi vt ſit executor.*

*3 Subſcribere ſe vtrum quis teneatur excipiendo contra inſtrumentum.*

1 Si quis aſſerat†dolo deſiiſſe poſsidere, qualiter probetur? vide Cy.in c.pro poſſeſſore.de reg.iur.li.6.& Bar.in l.qui petitorio.ff.de rei vendi.

2 Executor†datus in teſtamento poteſt cogi ad eſſendum executor,etiam ſi nihil fuerit ſibi relictum.ita dicit Bart. in l.



in l.1.ff.de legat.2.Et de materia executorũ vide ibi plenè.

3 Vtrum†quis excipiendo de falſo contra inſtrumentum teneatur ſe ſubſcribere,& præſtare iuramentum?de quo habetur in l.fin.C.de fide inſtru.dicit Dy.quod ſic.& reputat caſum in d.l.fina.iuncta glo.poſita ſuper verbo, Quaſi falſum.

CCCCLXI.

*1 Eligendi ius non tranſit in hæredem.*

1 Vtrum ius eligendi† tranſeat in hæredem,quod facit ad q. Teſtator filiæ ſuæ iam dotatæ in teſtamento electionem dedit habendi,& petendi dotem conſtitutam,vel eius legitimam,ipſa antequam elegerit,deceſsit,vtrum eius hæres poſsit eligere,credo quòd non,ex eo quòd tale ius eſt voluntatis declaratiuum,quod non tranſit ad hæredem.l. idem Pomponius ſcribit,ſi frumentum.§.ſi.ff.de rei ven. l.inter ſtipulantem.§.1.glo.ſuper verb.actori.ff.de verb. obli.& facit bene.l.fideicommiſſa.§.ſic fideicommiſſum. in fi.ff.de le.3.& multominus poſſet eligere, vbi talis iam de dote aliquid exegiſſet.l.huiuſmodi.§.ſcitum.ff.deleg. 1.& l.apud Auſidium.ff.de optio.leg.iuncto.c.mutare.extrà de reg.iur.ita conſului.

CCCCLXII.

*2 Cognitio ad quem ſpectet ſi duo ſe verberent in fine alicuius territorij.*

1 Si quis†conueniatur ſuper reintegratione poſſeſsionis,vtrum ipſe cõtrà ſpoliatum agere poſsit negatoria actione, vel eum reconuenire de negatoria, aut de dominio vel alio iure excipere?dic quòd nõ,vt eſt caſus in c.ſuper ſpoliatione.extrà de ordine cogn.& in l.ſi quis ad ſe ſundum. C.ad legem Iuliam de vi.& ita tenet Bar.qui hoc mirabiliter tractat ibidem,& alibi non reperi tactum.

2 De verberantibus†ſe in fine territorij alicuius, vt ingrediantur illud territorium,ad quem ſpectabit cognitio? vide Albert.de Gandino,in titulo de homicidio & pœnis. in quæſtione quæ incipit,quid ſi duo inceperunt.

CCCCLXIII.

*1 Vidua ſtuprum intra annum luctus committens perdit legatum & augmentum dotis.*

1 Si mulier vidua†committat ſtuprum intra annum luctus perdit legatum & augmentum dotis.tex.in authen.de restit.& ea quæ parit in 11.menſe.§.ſi.authen.iiſdem.C.de ſecundis nuptijs,iuncta gl.ſuper verbo,parit.& per gloſſ. & Bar.in l.fideicommiſſum.C.de fideicommiſsis.

2 An,dictio,faciat†condictionem vide Bartol.in l.cùm tali §.Titius.ff.de conditio.& demon.& de dictione pro,vide in l.ſi Titio.§.Titio.ff.eodem titu.

CCCCLXIIII.

1 Vaſallus†vaſalli mei non eſt homo meus.l.Modeſtinus.iuncta glo.ff.de verbo.ſigni.niſi eſſet ex eadem re, ſeu cauſa vaſallus,quia tunc eſſet homo meus.in c.1.§.illud.de prohibita feudi alienatione per Fede.

2 Quid operetur†legitimatio,vide Bart.in l.qui in prouincia.§.1.ff.de ritu nupti.& ibi,dicit Bart.quòd legitimatio eſt natalium reſtitutio.

3 Sed quid†de legitimatis à Papa,vtrum legitimati cenſeantur ad temporalia? vide c.per venerabilem.extrà, qui filij ſint legitimi.& ibi Inn.Hoſt.& gloſſ.tangit Bart.in l.cunctos populos.C.de ſum.trin.& fide catholica.De materia legitimationis ſcripſi infrà,in §.an valeat legitimatio. ſingu.592.

CCCCLXV.

1 Ex remiſsione†vel ceſsione quę fit inter ſocios,non debetur laudimium.Bar.in l.ſiue.circa finem.ff.de condi.furtiua.& vide latius infrà fin.110.

2 Sunt duo†domini directi,vnus vult retinere emptorem, alius non,ſed vult retinere iure prælationis,certè quilibet vtetur iure ſuo.allega.l.1.in §.ſi alter.ff.quorum leg.licet contrarium videatur, ſi.de in diem adiectione.in l.quòd ſi vno.§.ſi.

3 Libellus†poteſt concipi contra procuratorem. tenet Inn. in c.interdilectos.de fide inſtru.ſuper verbo, procurator

4 Si fiat†legatum Epiſcopo,fit tranſmiſsio ad ſucceſſorem, ſecus ſi fiat vicario,quia non tranſmittitur ad vicarium ita dicit Bart.in l.quod principi.ff.de leg.2.& quæ ſit ratio. differentiæ ibi ponitur.

CCCCXLVI.

*1 Concluſio reſtringit narrata ad ea quæ in ea petuntur.*

*4 Amicorum aſsiſtentia facit ceſſare metum:*

1 In libello†non narratio,ſed concluſio attenditur,quia cõcluſio reſtringit narrata ad ea,quæ in concluſione petuntur,quia in concluſione ſtat modus agendi.no.glo.4.q.5. c.hoc quippe.& in c.ſuper literis.per Innoc.de reſcrip.in gloſſ.nam ſecunda regula in communi forma,&c.& vide infrà ſingul,889.§.libellus.& ſing.943.§.concluſio.

2 De verbo†liberorum,vtrum cadat in homine idiota,vide gl.in l.quid ſi nepotes.ff.de teſta.tute.

3 Non†poteſt pecunia pro pecunia,nec e contra, niſi ad id quod eſt in obligatione.Barto.in l.Paulus reſpondit.ff. de ſolutio.

4 Metum†ceſſare facit aſsiſtentia amicorum & parentum l.tranſactio.C.de tranſact.& ibi Salicetus.

CCCCLXVII.

*2 Mortalitatis effectus in præſcriptione.*

*3 Mortalagiorum cauſa ſunt fori eccleſiaſtici.*

*4 Dictio poſtquam,facit conditionem.*

1 Mendacium†reddit quem ſuſpectum,&c.vt ſuprà,ſingu. 313.num.3.

2 De mortalitate†quem effectum habeat in materia præſcriptionis,vide Bar.in l.recuſare.ff.ad Trebellianum.

3 Cauſę†mortalagiorum ad forum eccleſię pertinent Ioan. And.& Hoſt.in c.ex ſuſcepto.extrà de ſo.compe.

4 Dictio†poſtquam,importat,& facit conditionem.l.inter illam.& ibi caſus,ff.de verb.ſig.tenet gl.in l.ſi ita.2.dum exponit vbi,id eſt poſtquam,ff.de leg.2.idem tenet Bart. expreſsè in l.quibus diebus.§.ſi.ff.de condi.& demon.

CCCCLXVIII.

*1 Conditionis ante euentum facta habentur pro non factis.*

*2 Mandatum morte exprimat in perſonis eccleſiaſticis.*

*3 Inſtrumento dotali non probatur matrimonium.*

*4 Mandatum ſpeciale quibus caſibus requiratur.*

1 Ante†conditionis euentum ſeu complementum facta, pro non factis habentur.l.1.§.ſinautem.C.de cadu. tollẽ. l.3.§.ſed ſub conditione.ff.quando dies lega.cedat.

2 In perſonis†eccleſiaſticis expirat mandatum per mortẽ, etiam poſt lit.cõte.in cle.fi.de procuratoribus, vide Cy. in l.mandatum.C.mandati.ex quibus l.ſi defunctus.ff.de procurato.recipit limitationem.

3 Matrimonium†non probatur per inſtrumentum dotale, maximè in præiudicium alterius.tenet Inn.in c.illud.extrà de præſumptio.nec etiam probatur per poſſeſsionem longam & famam.nec etiam inſtitutio beneficij, vt d.c.illud.no.in l.cùm res.C.de probationibus.& in l.eum qui. §.qui publico.ff.de publi.

4 Caſus in quibus†requiritur ſpeciale mandatum, vide per Spe.in tit.de procuratoribus.& per glo.in c.qui ad agendum.de procu.lib.6.

CCCCLXIX.

*1 Mobiliũ legato an veniãt debita,animalia,aurũ,libri, &c.*

*4 Obuentionum appellatione quid contineatur.*

1 Teſtator†legauit mobile,vtrum veniant debita,animalia aurum,libri,& ſimilia?dic vt plenè ponit Spec.in titu.de fructibus & intereſſe.§.1.verſ.ſed pone.cum ſeq.Et Pet. Iac.in tit.de actione ex teſtamento.

2 Vtrum†notificatio fieri poſsit ſine citatione? vide Inn.in c.paſtoralis.de reſcrip.

3 In obligatione†non eſt intelligenda alia perſona,quã ibi nominata.tex.in l.ſiita ſtipulatus fuero.§. Chriſogonus ff.de verb.oblig.Et no.hoc,quia facit pro priuilegijs ſi debeat extendi ad alias perſonas quam ibi nominatas.

4 Quid contineatur†appellatione obuẽtionum,vide Bald. in ca.

in c.quidam capitaneus.de capitaneo qui curiam vendidit in q.quæ incipit,formatur etiam,&c.

CCCCLXX.

1 *Bellum cũ præiudicio subditorum non debet facere princeps.*
2 *Clausula generalis & specialis ad quæ debeat referri.*
3 *In actis causæ si aliquod producatur non intelligibile, pro non producto habetur.*

1 Princeps† non debet facere guerram cum præiudicio subditorum. Sed prius debet expẽdere aurum suum,& in defectu eiusdem potest à subditis accipere,& postea eis restituere,vt dicit Cyn.in l.neminem.C.de sacr.san.eccle. Sed istud hodie non seruant principes nostri tẽporis,& malè.
2 De clausula †generali & speciali ad quæ debeat referri, & quomodo debeat intelligi,vide Bart.in l.si libertis.ff.de alimentis & ciba.legat.
3 Si aliquid producatur† in actis causæ quod non est intelligibile, vel per quod pars nõ potest instrui,quantum eam tangit,habetur pro non producto.in c.cùm in multis.de rescriptis.lib.6.& in c.1.de postu.& in c.vt quis duas.de elec.& in auth.litigiosa.C.de litigiosis,ita not.de Zabarellis in cle.2.vt lite pendente nihil innouetur, post Guliel. de monte Laudũno.

CCCCLXXI.

1 *Substitutio locum habebit,licet rogatus restituere ingrediatur monasterium.*
2 *Equum suum an liceat alicui immittere in pascuis prati mei.*

1 Titius† rogatus est restituere hæreditatem Caio post eius mortem. An si Titius ingrediatur monasterium habebit locum substitutio? dic quòd sic.ita dicit Bartol.in l.Statius §.fina.ff.de iure fisci.& facit l.cùm pater.§.hæreditatem. ff.de leg.2.
2 Vtrum† sit licitum alicui immittere equum suum in pascuis prati mei,vide c.1.§.si.de clerico viola.pacis.in feud. & C.de pascu.publi.l.1.& si.li.10.& l.fi.ff.ad legem Aquil. vide infrà sing.519. num.2.

CCCCLXXII.

1 *Instrumentum & protocollum si producantur, cui stabitur.*
2 *Instrumenti protocollum debet exiberi si instrumentum redarguatur de falso.*
4 *Hæredes notariorum debent habere protocolla.*

1 Si† protocollum a & instrumentum glossatum producan-
a tur,cui stãdum erit? Dic quòd protocollo.l.Sempronius. ff.de leg.2.Scripsi etiam de hac materia in decision.curiæ parla.quæst.19.& vide infrà sing.515.nu.1.
2 Protocollum† instrumenti debet exiberi, si instrumentũ de falso redarguatur,ita dicit Bart.in l.fi.C.de fide instru. & in l.vbi.C.de fal.iuncto.§.illud autem,in auth. de tabellionibus.vide infrà sing.515.
3 De protocollo† scripto & non recitato,vide l.11.§.1.ff.de legat.3.& laco.de bello visu in authen.de tabellionib.
4 Protocolla† debent remanere penes hæredes notariorum in authen.de defensoribus ciuitat.§.quæ verò.& est §.2.
5 De procemio† priuilegiorum quid significet,vide Bar.in l.fin.ff.de hæredib.instit.& ibi text.

ADDITIO

a Si protocollum.Si duo instrumenta ab eodem tabellione sint confecta eodem die,illud prius confectum præsumitur,quod in ordine protocollorum primum reperitur.ita Barto.in proprijs terminis notat in 1.constit. C.nu.18. Cui adde Bald.ibid.§.quibus.in 7.notat.Ias.l.1.col.1.solut.matrim.Cott.in verb.actus ita.

CCCCLXXIII.

1 *Sententia qualiter ferenda si intentatum est petitorium & possessorium & probatum solum possessorium.*
2 *Metu æquiparantur preces importunæ.*
3 *Verbum pertinet,dominium vel quasi importat.*
4 *Verba plenum ius,vel pleno iure,dominium denotant.*

1 Si† ab vno & eodem intentetur petitorium & possessoriũ, & probetur in possessorio,& nõ in petitorio, qualiter sententia sit ferenda,vide textum notabilem in c.cùm ecclesia sutrina.extrà de caus.possess.& propriet.& ibi casus.Et vide quæ ponit Cyn.in l.certi,C.de interdict. vide infrà singulari 516.
2 Preces† importunę metui æquiparantur.c.petitio.extrà de iureiur.secundum Innoc.
3 Verbum† pertinet dominium vel quasi,importat.l.sciendum.§.fin.ff.de verb.sig.licet magis latè sumatur, in l.verbum illud pertinere.eo.tit.& in l.prætor. §.pertinere.ff. de edend.Et alibi dicitur ꝙ est verbum directũ, in l.licet. C.de pact.& ponit Bar.in l.Centurio.ff.de vulgari.
4 Ista† verba plenum ius,vel pleno iure,important proprietatem cum vsufructu.l. feminæ.§.fina.C.de secund.nupt.

CCCCLXXIIII.

3 *Parricidium habet locum in filio spurio.*

1 Illud† dicitur ad aliquem peruenire,quòd ad eum peruenit deductis oneribus.l.cogi.§.sed & si quis.ff.de leg.3.& in l.in fideicommissariam.ff.ad Trebellia.
2 Per arrestensia† probatur per iuramentum.in c.statutum. de rescrip.libr.6. Et potest procurator super hoc iurare absque speciali mandato vt videtur ibi tenere Arch.& in c.nulli.extrà de electio.Sed hodie secundum pragmaticã sanctionem debet probari per testes.
3 Parricidium† habet etiam locum in filio spurio, quia natura est communis.l.hos accusare.§.omnibus.ff.de accus. ita tenet Bald.in capitu. naturales. si de feudo controuer. fuer.in feudis.

CCCCLXXV.

2 *Quantitas non solũ refertur ad pecuniã,sed & ad alias res.*

1 Pactum,† quòd soluto matrimonio mulier teneat aliquas res,donec sit sibi de dote solutũ,fructibus in sortem do-tis non computatis,an valeat? Hosti.videtur dicere,quòd sic,in c.salubriter.extrà de vsur.& vide ibi Henric.Bohic. idem tenet gloss.in l.1.C.de distract.pig.De similibus pactis vide infrà sing.477.in §.quæro mutuasti, &c.& sing. 502.§.si debitor,&c.
2 Quantitas† non refertur solùm ad pecunias, sed etiam ad alia.l.quisquis.in prin.ff.de leg.3.Sed quid de verbo summa,vide infrà sing.479.§.verbum summa,&c.
3 Legis† ratio non minus,&c.vt suprà sin.274. nu.2.

CCCCLXXVI.

1 *Reditus emere non est aliquid vsurarium.*
3 *Pœna promittentis aliquem exibere & repræsentare, si non exhibeat.*

1 Circa† reditus annuos cadit commercium,sicut in alijs rebus.c.in ciuitate.& ibi Inn.de vsu.Et reditus emere non est quid vsurarium.ita ponit Bald.in c.negot.si de feu.vas. ab aliquo interpella.& dominus eum defendere noluerit.
2 Quando† quis dicatur absens,& quot modis quis dicatur absens,vide in auth.de fideius.§.1.in glossa. super verbo, præsenti.
3 Quando† aliquis promittit aliquem,vt fideiussor, repræsentare,& exhibere certa die, & non exibet,qualiter contra eum procedatur,& qualiter puniri debeat,vide Spe.in tit.de accu.§.sequitur.versi.sed si dedit fideius.&c. Et super hoc dicit gl.super verbo,arietes,&c.24.q.5.cap. cùm homo sit.certè illud nullo iure inuenitur,ꝙ fideiussor possit occidi,si nõ exibeat illum pro quo fideiusit, licet fide iusserit pro reo criminis. Sed si fideiussor reum criminis non exibet pecuniariter punitur. Vel si dolo eum non exhibet,punitur arbitrio iudicis.ff.de exhi.reis.l. si quis reũ & C.ad Turpil.l.secunda.quòd no.qa alibi sic nõ reperies.

CCCCLXXVII.

1 *Legis commissoriæ pactum iuramento confirmatur de iure canonico.*
3 *Pactum legis commissoriæ appositum non in contractu pignoris,sed diu postea,an valeat.*
4 *Contractus ex multis præsumitur vsurarius.*
*Pacta insolita arguunt cõtractũ esse simulatũ & vsurarium.*
5 *Creditor an possit vti iurisdictione si pignoretur castrum.*

1 Licet† pactum legis commissoriæ iure ciuili improbetur in l.3.C.de pact.pig.in prin.tamen iure canonico iuramento confirmatur.in c.significante.extra de pig. & vide Bar.in l.si quis propter.ff.de fideius.& scripsi super hoc in decisio.cur.parla.q.6.& plenius in tractatu de vsu. per me Guid.compilato.in §.iuxta hanc materiam.
2 Quęro,† mutuasti mihi 10.nullo piguore constituto hoc pacto,quę si non soluero infra mensem,ꝙ talis domus sit tua pro illis 10.an valeat tale pactum? dic ꝙ sic, quia non est pactum pignoris.vt l.fi.ff.de contrahen.empt. & ven.
3 vbi est textus notabilis.Item pone,ꝙ† pactum legis commissoriæ fuit appositum, non tamen in ipso contractu pignoris,sed diu postea, vtrum valeat? dic ꝙ sic, vt ff.de pignoratitia actione.l.cuius. Vel vbi interuenit pactum rogatu debitoris,& eius gratia,non voragine creditoris. Et dicunt ꝙ ex interuallo valet ad excipiendum, non ad agẽdum, vt refert Bart.in l.Calipodius.ff.de pign.
Nunc quæro de quibusdam pactis,quæ fiunt cum fœnera-
4 toribus.Pone, fœnerator reuera† mutuauit mihi centum, pro quibus ego facio chartam venditionis cuiusdam meę domus,hoc pacto, ꝙ ego promitto reemere dictam domum post quinquennium,& non ante,pro eodem pretio dic ꝙ si non possit probari de mutuo, tamen ex consuetudine vsurariorum præsumã contractũ esse vsurarium. Itẽ quia est contra naturam contractus venditionis,vt in c.ad nostram.extra de contrah.emp.& vendi. & de pigno.ca.illo vos. alij econtra dicunt, ꝙ nulla lex, neque decretalis sunt de hoc,& ex forma sui iste contractus non est vsurarius.Item emptio & venditio potest fieri ad certum tempus.l.2.C.de pactis inter empto.& ven. Isti dicunt melius secundum Bal.sed vide quæ super hoc plenius scripsi, in trac.de vsuris per me Guidonem compilato, in §. pone, circa hoc,&c. Nisi probetur qđ sit solitus fœnerari, & in fraudem vsurarũ simulata instrumenta conficere, vt in regula iuris,semel.& ibi per Dy.& conclude ꝙ alteratio cõtractus & pacta insolita,& ꝙ est vsurarius,faciunt contra ipsum præsumi simile.not.in l.6.ff.de condi.insti. cui præsumptioni statur. Et idem est de similibus pactis insolitis, quæ vidẽtur contra naturam meræ venditionis. & facit ff. de proba.l.qui testamentum.,vbi propter legis interdictũ præsumitur fraudis simulatio. & facit l.cum tacitum.ff.e.
5 tit.& l.1.C.de natu.liberis.& l.si quis.ff.de legi.Sed† pone, pignoratur castrũ,an creditor possit vti iurisdictione, vt alijs iuribus incorporalibus? dic vt extra de re iud.in ca.cũ Bertholdus.& arg.l.elegãter.§.fin.ff. de pignoratitia actione.ista sunt verba Baldi in feudis,in c.1.de feudo dato in vicem leg. commisso. De hac materia vide quæ dixi suprà singu.475.in §.pactum quod soluto,&c.& infra sing.502. §.si debitor.

CCCCLXXVIII.

1 *Scripturæ regesti an faciant fidem.*
2 *Possessio non probatur ex recognitione per aliquem facta,nec etiam dominium.*

1 Quid sit† regestum,& an scripturæ regesti faciant fidem, vide Inno.in c.1.extra de procuratoribus.
2 Ex recognitione † per aliquem facta non probatur possessio,nec saisina,nec proprietas acquiritur illi,ad cuius opus est facta,vt tenet Io.Fab.Instit.de act.§.æquè.in 9.col.in q. 3.quæritur.& vide plenè Inno.in capi.dilectus.de capellis mon.Nec etiam ex recognitioue probatur dominum, secundum Pe.Ia.in suo primo libello.
3 Debent† referri singula singulis,vt Insti.de contr.emp. & ven.§.fi.iuncta gl.
4 Sunt 26.casus† in quibus spoliatus nõ debet restitui, quod ponit Spe.in tit.de causa.pos.& proprie.in §.fi.

CCCCLXXIX.

1 *Sororem inopem tenetur dotare frater ex eodem patre,secus si ex alio patre existat.*
*Dotare filiam officium est paternum.*
4 *Verbum summa denotat quantitatem, & non speciem, vel corpus.*

1 Frater† tenetur dotare sororem suam ex eodem patre inopem.l.cum plures.§.cum tutor.& ibi gl.ff.de admi.tuto. Secus si ex alio patre existat,vt ibi est text.Item etiã alere. l.qui filium.ff.vbi pup.edu.debeat. Item dotare filiam est officium paternum non maternũ.gl.in l.à filiæ.ff.ad Treb.
2 Qualiter fieri† debeat denuntiatio debitori in materia l.3. C.de noua.vide cle.causam.de elect.& Barto. in l.non solum.§.morte.in q.quæ incipit, Secundo principaliter est videndum,&c.ff.de no.ope.nun.
3 Verba† sententiæ &c.vt s.sing.278.§.verba.
4 Verbum summa, † denotat quantitatem,& non speciem, vel corpus.l.planè.1.§.sed si non corpus.ff.de leg.1.& l.in actionibus.ff.ad exhi.& l.hæc adiectio.ff.de ver.sig. Licet quandoque sumatur pro vno vniuersali seu totali relatiuo,sicut habet in l.in summa.in pri.ff.de aqua plu.arcẽ.Sed quid de verb. Quãtitas,dixi suprà sing.475.§.quãtitas,&c.

CCCCLXXX.

1 *Antiquæ scripturæ,& libri antiqui an fidem faciant.*
2 *Arrendare an sit vendere vel locare.*

1 An scripturæ† antiquæ,& libri antiqui faciant fidem? vide c.cum causam.extra de prob.& c.ad audientiam. de præscriptio.& ibi te.iuncta glos.ponit Spec.in tit.de locato.§. nunc aliqua.ver.57.quæritur,&c.
2 An arrendare† sit vendere vel locare.vide Bar.in l. conten. §.si.ff.de publica.& in l. Sabinus.ff.de contrahen.empt.& ven.& vide reportata per dominum Petrum Papę in lib. meo.ff.de contrahen.empt.

CCCCLXXXI.

1 *Donatio vno mortuo an sortiatur effectũ in persona vtriusque,si vir & vxor donent omnia bona sua post eorum mortem.*
2 *Donatione omnium bonorum præsentium & futurorum non veniunt nomina seu debita.*

1 Si vir† & vxor donẽt omnia bona sua prædicatoribus post eorum mortem, vtrum vno mortuo donatio sortiatur suũ effectũ,sic ꝙ fratres debeãt habere bona vtriusq;? vide in l.qui cõcubinã.§.si Stichus ff.de leg.3.& ponit Bar.in l.Luci⁹.ff.ad Treb. & Cy.in l.pe.C.de impu.& alijs substi.
2 In donatione † omnium bonorum pręsentium & futurorũ nomina,siue debita non cõprehendũtur in tali donatione.ita dicit Bar.in l.prima.C.si aduersus trãsact. & in l. Cẽturio.in 3.q.prin.ff.de vulg.& pupillari.Et Spe.in ti.de fructibus & interesse.§.1.ver.sed pone.& Pet.Ia.in ti.de acti. ex test.Et ex hac rõne posset fortificari opinio illorũ, qui tenent,ꝙ donatio oĩum bonorum præsentium & futurorũ valet, de qua donatione omnium bonorum pręsentiũ & futurorum plenè per Barto.in l.stipulatio hoc mõ concepta.ff.de ver. obl. De materia etiam tetigi in decisionibus curiæ parlamenti.q.291.& infra singu.854.
3 Frater† hęreditatem sororis non agnitam non transiuit ti. l.1.§.in nouissimo.C.de cad.tol.& vide Cy.plenè in l.si fratris.C.de iure deliberandi.
4 Vbi† duo contendunt de vno castro,&c.vt s.sing.327.

CCCCLXXXII.

1 *Appellari non potest à sententia iudicis,qui est arbitratus vt bonus vir.*
Iudex appellationum,&c.vt s.sing.32.nu.23.
2 Pone,† recurritur ad iudicem tanquam bonum virũ, ipse arbitratur vt bonus vir,an ab eius sententia possit appellari? dic ꝙ non,vt tenet Inn.in c.pręsenti.extra de rescriptis & Bar.in l.1.in fi.quæst.ff.de leg.2.
2 De hac† materia appellationũ vide in decisionibus curię parlamenti Delphi.q.436.& ibi plenissimè tractaui materiã appellationum per centum quęstiones & vltra.

CCCCLXXXIII.

1 *in Laicum compromitti non potest de re spirituali.*
2 *Iurisdictionis prorogationem non inducit cautio præstita coram iudice de iudicio sisti.*
3 *Feuda redacta ad instar patrimonij.*

1 De re† spirituali non potest compromitti in laicum a in ca.
a contingit.extra de arbitris. Sed si compromittatur in laicum & clericum de re spirituali, an valeat? dic quod

sic,si fiat authoritate Epiſcopi, vel Archiepiſcopi. in c.per tuas.extra de arbi.
Et in compromittendo requiritur ſpeciale mandatum,vt in dicto c.per tuas.

2 Cautio pręſtita†coram iudice de iudicio ſiſti, non inducit prorogationem iuriſdictionis ſecundum Inno.in ca.inter monaſterium.extra de ſententia & re iudi.

3 Feuda†ſunt redacta ad inſtar patrimonij,ſecundum Io.Fa. Inſti.de rerum diuiſione.in prin.& per eundem in auth.in greſſi.C.de ſacroſan.eccle.

ADDITIO.

a Compromitti in laicum. Adde Bouer.ſing.6.in verb.com promiſſum.nu.22.qui diſtinguit vt ibi per eum.

CCCCLXXXIIII.

*1 Teſtes qualiter deponunt ſuper probatione domini.*
*2 Religioſus debet iurare ad ſancta euangelia.*
*3 Teſtis idoneus non eſt impubes in maleficijs, bene tamen poteſt examinari ad indicia.*

1 De modo† probandi dominium,& qualiter teſtes debent deponere ſuper probatione dominij,vide Spec.in tit.de teſte.§.nunc tractandum.ver.ergo ſi quis petit fundum &c. Et melius in titu. de iure emphy.§.nunc aliqua.ver.56. vide infrà ſing.546.nu.3.

2 Non ſufficit†quod religioſus iuret ad pectus,ſed debet iurare ad ſancta dei euangelia,alias non valet eius depoſitio, in c.nuper.extra de teſta.licet contrarium ſeruetur,vt dixi in deciſio.cur.parla.q.

3 Licet†impubes non ſit idoneus teſtis in maleficij.l. quæ teſtimonium.ff.de teſti.hoc eſt verum ad plenam probationem . Sed bene quo ad indicia poteſt examinari . pro quo allegatur gloſſ.ſecundum Barto.in l.talibus.C.de his quibus vt indig.

CCCCLXXXV.

*2 Dotis proſolutione poſſunt dari fideiuſſores ſed non pro eius reſtitutione.*
*3 Dotem conſtante matrimonio ſoluendo vxori an liberetur maritus.*
*4 Informationes debent præcedere incarcerationem.*
*5 Citari ſine mandato iudicis an quis poſſit.*
*6 Forma iuramenti præſtandi per commentatorienſem.*

1 Depoſitum†habet paratam executionem ſicut res iudicata.l.ſi quis.C.depoſiti.& ita ibi dicit Bar.

2 Licet pro dote freſtituenda non poſſint dari fideiuſſores. in l.1.C.ne fideiuſſores dotium dentur. tamē pro dote ſoluenda bene poſſunt dari.l.4.§.ſi pater.ff.de iure dot.ibi cauſus quod ſic,ibi etiam tenet Bar.

3 An maritus † liberetur ſoluendo dotem vxori conſtante matrimonio, vide text.& Cy.in l.vna.C.ſi conſtante matrimonio dos ſoluta fuerit.

4 Nota quod†quis non debet incarcerari,niſi precedente informatione, vt probat text.in leg.1.C.de exhiben.& tranſmit.reis.Quod intellige in leui crimine,ſecus in graui, vt ibi gloſſ.

5 De materia†an quis poſsit citari ſine mandato iudicis?vide plenè Bar.in l.ſi.C.de exhi.& tranſ.reis.

6 Formam iuramenti†quam debet præſtare commentarienſis ſecundum receptionem officij,vide in clem.1.§.porro. de hæreticis.

CCCCLXXXVI.

*2 Nobilitatem confert infeudatio.*

1 Vtrum†& quando iudex,&c.vt ſupra ſing.447.

2 Infeudatio†confert nobilitatem. Ita tenet An.Yſernia in feudis.in titu.per quos fiat inueſtitura.ibi, dum dicit, feudatio confert nobilitatem,&c. & facit quod per eum etiā no.in c.1.quis dicatur Dux.

CCCCLXXXVII.

*1 Confeſsio notarij in tormentis non nocet parti.*
*2 Concuſsionis pœna tenetur notarius plus exigēs de ſcripturis ſuis quam debeat.*

1 Licet notarius†confiteatur in tortura,vel alias,falſum inſtrumentum fabricaſſe,non nocet parti.leg.ſi quis in gra-

ui.§.ſi quis moriens.& ibi Bar.ff.ad Sylleianum.

2 Si notarius†exigat plus de ſcripturis ſuis potentia ſui offi cij,quam debeat,vt quia eſt firmarius curiæ, ipſe tenetur a pęna concuſsionis.a l.1.& ibi glo.ff.de concuſsionibus.idē tenet Io.An. in c.ſtatutum.§.aſſeſſorem.glo.ſuper verbo, metas.extra de reſcriptis libr.6.Etiam ſi plus exiget à ſoluentibus ſponte.ita dicit gloſſ.in l.1.C. de ſalgamo milit. non præſtan.libr.12.& debet talis notarius expelli ab eius officio.l.ſi quis. C. de officio præfecti præto. De materia concuſsionis etiam tetigi ſupra ſingula.438.in §.concutere,&c.

ADDITIO.

a Pœna concuſsionis. Adde Bouer.in ſing.in verb. notarius. nu.11.& de verbo,concutere vide ſupra ſingul.438.

CCCCLXXXVIII.

*1 Teſtis dictum debet interpretari contra producentem.*
*2 Vniuerſitatis in cauſa ſingulares an poſſint eſſe teſtes.*
*4 Productio teſtium facta per priuatum non prodeſt, neque nocet fiſco.*
*6 Vaſallus an poſsit teſtificari pro domino.*

1 Dictum † teſtis debet interpretari contra producentem, ſecus in verbis libelli.ita dicit Barto.in l.2.§.fina.ff.de duobus reis.

2 Vtrum ſingulares†poſsint eſſe teſtes in cauſa vniuerſitatis?vide Cyn.& doc.in l.parentes.C.de teſti.& in l.conſenſu.C.de repu.& ff.de re. diui.l.intantum.§. vniuerſitatis. & Specul.in titul.de teſte.§.opponitur.in ver.ſequitur . in addi.Spec.& vide quæ ego dixi in deciſio.curiæ parla.Delphi.q.193.

3 Teſtes†non publicati non probant gl.& Bar. in l.ſolam.C. de teſti.& idem Bar.in l. cum mota.ff.de iudi.ſolui.

4 Vtrum† teſtes in cauſa inquiſitionali producti per partē priuatam profint parti fiſcali,quę eos non produxit? & videtur quod non,per l.ſi quando.circa ſi.ibi,quæ eos produxit,&c.C.de teſtibus.facit bene c.2.extra eo.ti.ſicut.n.res inter alios iudicata alijs non prodeſt , neq; nocet, etiam in conſimili negotio.l.2.& fin.C. quibus res iudi.non nocet. ſic nec productio per partem priuatam facta prodeſt , neque nocet parti fiſcali, vt d.l.2. ſic no. per Inn.in ca.conſtitutus . extra de teſti.vbi dicit, q; teſtes producti reſpectu vnius perſonæ non valent reſpectu alterius . & facit bene quod no.per Barto.in l.1.§.fina.ff.de quæſtionibus. & in l. denuntiaſſe.§.ff.ff.ad leg.Iul.de adult. De hac materia tetigi in deciſio.cur.parla.q.343.

5 Qualiter ſit fienda†commiſsio pro teſtibus examinandis an in eodem territorio vel alieno?vide Bart.in l.1.ff.quem admo.teſta.aperiantur.

6 Vtrum ſubditus†ſeu vaſallus poſsit teſtificari pro domino?vide Cy.in l.parentes.C.de teſtib.& Spe.in ti. de teſt.§. opponitur.ver.quid ſi dubitetur.

CCCCLXXXIX.

*1 Iuramento executorum ſtādum,an totum quod relictum eſt pauperibus,ſit diſtributum necne.*
*2 Concluſio in cauſa non debet fieri in criminalibus.*

1 Si aliquid†relinquatur diſtribuendum pauperibus per executores,& oriatur dubitatio,an totum diſtributum ſit, ſtādum eſt eorū iuramento,per te.ſecundum Bar.in l.ſi quis pro redemptione.C.de dona.

2 In criminalibus†non debet fieri renuntiatio & concluſio in cauſa,quia quocunque tempore ante ſententiam ſi quis ſe velit defendere,debet audiri.caſus in l. vnus. §. cognitum.ff. de quæſtionibus.& ita tenet Bart. in extrauaganti, ad reprimendum.in gl.ſequenti , &c.

CCCCXC.

*2 ad Quæſtionem ſufficit vnum indicium.*

1 De tortura † quæ ſit cum fiduculis,i.chordis ſeu funibus, qui ponuntur delatis in capite,vel alijs membris, vide te. in l.nullus.ibi,fiduciatis tormenta.C.ad leg. Iul. maie. Et ibi probatur q; illud operatur torturam ſiue quæſtionem.

2 Ad procedendum†ad quæſtionem ſiue torturam ſufficit vnum indicium.l.ſi quis.C.ad l.Iul.maie.ſuper verbo,cōuicti-

uictus,&c.licet leges communiter loquantur in numero plurali,& dicunt præcedentibus indicijs,de quo vide per Bar.in l.vlt.ff.de quæſtionibus.

CCCCXCI.

1 Quando quis eſt †vulneratus,ſi ex tali vulnere moriatur, non inſpicitur quibus diebus poſt vulnerum illationē vixerit.per te.in l.vna.C.de emenda.propinquorum. quod intellige verum,niſi ipſe vulneratus fuerit in culpa ſui mali regiminis.argu.l.pecuniam.C.de condi.ob cauſam.facit l.qui occidit.§.fin.ff.ad l. Aquil.ideo ſis cautus , quod vulnere illato facias inſpici per medicos,an vulnus ſit lethale, vel non,iuxta l.ſemel.C.de re mili.libr.12. facit quod not. Bar.in l.1.§.1.ff.de ventre inſpi.& cap.ſignificaſti.extra de homicidio.

2 In iuramento† ſunt nouem tacitæ conditiones ſecundum Bar.in l.fin.C.de non nume.pecu.& ſecundum Inno.ſunt quinque tacitæ conditiones,quas ponit in ca.quemadmodum.extra de iureiur.

3 An per† cōſuetudinem poſſet acquiri vectigal?dic vt notatur per Bartol. in l.ſi publicanus.§. finali.ff.de public. & vectigal.

CCCCXCII.

1 Concordia†quandoque accipitur pro diffinitione.16. quęſtione.6.cap.inter cætera.in vltima glo.& vide, quæ ponit Albericus de Roſate in ſuo repertorio,ſuper verbo, concordare.quod facit pro cauſa mea contra baſtardum Valētinenſem,qui concordauit cum domino ſancti Valerij an te diffinitionem ſuę cauſę.

2 Si quis † fuerit oblitus facere interrogationem ante lit.cō teſta.poteſt eam facere poſt , ſecundum gloſſ.in l. qui petitorio.ff.de rei vendica.& tenet Bart.in l.1.ff.de interrog. action.

CCCCXCIII.

*1 Actor an reus dicatur qui venit ad reſcindendam ſententiā contra ſe latam.*
*2 Diſpenſare in quibus poteſt princeps.*

1 De illo†qui venit ad reſcindendam ſententiam contra ſe latam,an dicatur actor vel reus? vide Bart. in l.de pupillo. §.ſi procurator.ff. de noui operis nuntiatio. Quod facit pro excommunicato,ſi agat vt ſoluatur,an debeat repelli.

2 In quibus† princeps poteſt diſpenſare,ponit Spec.in tit. de diſpen.§.ſiue quoque.ver.item princeps,&c.

CCCCXCIIII.

*1 Inſtrumentum totum debet produci , nec ſufficit producere clauſulum.*
*2 Tranſire & extrahere differunt.*
*3 Clauſula,computatis & incluſis omnibus ſolutionibus &c. in quittantijs apponi ſolitis.*
*4 Inſtrumentum falſum ſcienter diſtans tenetur pœna falſi.*

1 Non† ſufficit producere clauſulam , ſed debet totum inſtrumentum produci,ſecundum Bart.in rubrica in 1.& 2. quæſtionibus.ff.de no.oper.nun.& Cy.in l.fina.C. de precibus imperatori offe.

2 Quæ ſit†differentia inter tranſire & extrahere,vide bonū te.in l.ſi quis poſt hanc.C.de ædif.priuatis.& ibi gl.& Bar. & in l.cætera.§.ſi quis.ff.de leg.1.& Arch.in ca.ſicut.17.q. 4.vide ĩ.ſing.518.nu.3.

3 De clauſula,† computatis & incluſis omnibus alijs ſolutionibus factis,&c. quæ conſueuerit apponi in inſtrumentis quitantiarum,vide l.plenè.§.ſi eadem.& ibi te.ff. de lega.2. & alibi non reperies.

4 Illē qui,† dictat ſcienter falſum inſtrumentum , punitur pœna falſi,ſecundum Bar.in l.iubemus.in ſi.in quæſtione, vltimo quæro,&c.C.de fac.ſanc.eccle.

CCCCCXCV.

*1 Filia ſecundo dotata a patre non poteſt petere niſi dotem ſecundo conſtitutam.*
*2 Excipiens de falſo contra inſtrumēt ē,tenetur ſe ſubſcribere.*

1 Pater†dotauit filiam ſuam nubendo de centum florenis, maritus moritur,pater iterato eam collocat in matrimonio,& dotat de centum vel plus, nulla mentione facta de

prima dote ſoluta, vel non ſoluta,vtrum filia vtrūque habere debeat dic,quod non,ſed ſolum dotem ſecundo conſtitutam l.dotem.ff.de iure dotium.tenet Cy. in authē.ſed quamuis.C. de rei vxori. actio.vide Bartolum in leg.huiuſmodi.§. cum pater.ff. de lega.1.& l.filiam . cum gloſſa.C. de leg.

2 Vtrum†quis expiciendo de falſo contra inſtrumentum teneatur ſe ſubſcribere,& præſtare iuramentum , de quo habetur in l.fina.C.de fide inſtru.Cyn.dicit quod ſic, qui reputat caſum in dicta l.fin.iuncta gloſſa.ſuper verbo, quod falſum.

CCCCXCVI.

*1 Sententiæ,vel alterius mandati iudicis executor nō tenetur ſeruare ordinem iudiciorum in citationibus,&c.*
*2 Fructus futuros incertos an liceat emere ſoluendo pretium tempore contractus.*

1 Executor ſententiæ†, vel alterius iudicis mandati,non tenetur ſeruare ordinem iudiciorum in citationibus & ſimilibus,ſecundum Innocen.in cap.ex ratione.extra de appel.& ibi vide Bald.in repertorio.Et ſubiungitur ibidem, quod executori nullus ordo iudiciarius præfigitur,nec vitiatur , quod ſit ab executore ratione ordinis non ſeruati, ſecundum Inno.ibidem , & ideo non habet neceſſe citare partes,vt ibidem dicit Inno. Attamen quo ad citationem contrarium videtur in cap.licet Epiſcopus. extra de præbend.lib.6.

2 Vtrum ſit licitum†emere fructus futuros incertos ſoluendo pretium tempore contractus?vide Inno.in ca.in ciuitate.extra de vſuris.& Fra.de Zabarellis in clemen.frequēs. de exceſsibus prælato. & plenè dixi in tractatu de contractibus,qui ſapiunt vſuram,&c.

CCCCXCVII.

*2 Laudimium debetur pro integro pretio , quando fundus venditur cum fructibus vno pretio,ſecus ſi fundus vno pretio & fructus alio venderentur.*

1 Exemptiſ†icut ſunt mendicantes,& monachi non debēt capi per Epiſcopos,& ſi contrarium faciant, ſunt excommunicati,ita dicit Pau.de Leaza.in c.ſi clericos. de ſenten. excom.libro 6.ibidem Zenzelinus. facit clem.frequens.in prin.de exceſsibus præla. vbi idem tenet de Zabarellis,in verſi.nonnulli.in 6.notabili.

2 Si venditur†fundus cū fructibus vno pretio, an debeātur laudimia pro toto prætio,vel ſolum pro valore fundi? dic quod pro integro pretio,ſecundum Iaco. de Aret.in l.qui concubinam.ff.de lega.3. ſecus ſi fundus venderetur vno pretio,& fructus alio pretio.l. ſi ex duobus.§.ſi. cum ſeq. ff.de in diem adiec.vide l.fina.§.penul.ff.de his quę in fra. creditor.

CCCCXCVIII.

*1 Pretium rei emptæ non tenetur ſoluere emptor quando imminet euictio rei venditæ in limine contractus.*

1 Quando†euictio rei venditæ eminet in limine cōtractus ante ſolutum pretium , vtrum emptor teneatur ſoluere pretium rei emptæ , an vero ſibi competat exceptio?vide leg.cum poſt.C.de euictio. & l.pater.§.ex quadrante.ff.de exceptio.doli.& ibi Bartol.in l.1.§.ſtipulatio.ff.de prætor. ſtipulatio.

2 Filius†qui eſt in quaſi poſſeſsione,&c.vt ĩ.ſingul.337.numero 2.
De materia præſumptionum iuris & de iure , vide multa ſingularia in tractatu de præſumptionibus, per me Guido.compilato.

CCCCXCIX.

*2 Fructus rerum paraphernalium an maritus faciat ſuos.*

1 Exceptio†ſemel oppoſita ad elidendum reſcriptum principis,& reiecta,ſi ex eodem reſcripto ad aliud agatur , nō iterato opponi illa exceptio,quod eſt notabile ſecundum Innocen.in capitulo.cum dilectus , extra de purga. cano. & vide ibidem Bald.in ſuo repertorio. De materia reſcriptorum & clauſularum derogatoriarum in reſcriptis principum apponi ſolitarum , vide multa ſingularia

quæ posui in tractatu rescriptorum per me compilato.

2 An maritus†facit fructus suos rerum paraphernaliũ? Bal. mouet istam quæstionem, & distinguit in l.pen.ff. ad leg. Falci.& plenè scripsi in decisionibus parla.q.

CCCCC.

*1 Mercatoris factor ad quid potest cõpelli mortuo mercatore.*

1 Factor†alicuius mercatoris mortuo mercatore, potest ip se factor compelli ad restituendum libros rationum, & si milia.& ad indicandum & instruendum debita & credita apothecæ,casus est singularis in l.si purè.§.fi.ff.de fideicõ missa.liber.in l.1.§.officio.ff.de tute. & rationibus distra. & ibi per Bar.& in l.si cui.ff.de condi.& demon.

2 Filio†nascendo &c.vt supra sing.450.nu.3.

3 Qui negat†feudum &c.vt supra sing.265.nu.2.

CCCCCI.

*2 Debita prædecessoris contracta pro necessitate ecclesia tenetur soluere succedens in beneficio.*

1 De his † de quibus habet cognitionem executor mistus, vide Henric.Boich in capitul.de cætero. extra de re iudi. Et terigi plenè in decisionibus curiæ parlamenti, quæstio ne 574.

2 Succedens†in beneficio tenetur soluere debita sui prædecessoris pro necessitate ecclesiæ contracta. probatur in ca. præsenti.de offi.ord.lib.6.iuncta gl.super ver.debitis.& vi de c.1.de solutio.in antiquis.

3 Quæ†veniant in fideicommisso vniuersali, vide quæ plenè dixi in decisio.cur.parla.q.303.

CCCCCII.

*1 Pactum quod creditor lucretur fructus rei hypothecatæ, va let.*

*2 Feudum non potest acquiri nisi cum inuestitura.*

1 Si debitor†faciat pactũ creditori ꝙ lucretur, & faciat fructus suos rei hypothecatæ,nunquid valet pactum?glos.ꝙ sic,in l.1.C.de distractione pig. De hoc plenius tractaui in tracta. de vsur.idem tenet expressè Hostie.in c.salubri ter. de vsur.& vide te. in l.inter cohæredes.§. vsufructu.ff. fami.erc. & faciunt no.per Bar.in l.si constante. in quarto membro prin.ff.fol.ma.de materia pactorũ in talibus licitorum vel illicitorum,scripsi ple.supra sing.477.in §.quæro,mutuasti mihi, &c.

2 Feudum†non potest acquiri, nisi cum inuestitura aut successione.in c.2.de feudi cogni.in feudis.

CCCCCIII.

*1 Negotia grauiora vel maiora quæ dicantur.*

*2 Defuncti ex delicto hæres tenetur sicut ex contractu.*

*3 Priuilegium suum perdendi,modi.*

1 Quæ dicantur†grauiora vel maiora negotia?dic quod grauiora sunt illa,in quibus agitur.de fama.6.q.1.c.ex merito & c.deteriores.vel si de beneficio agatur.in c.quærela, extra de ꝓcuratoribus.vel de spiritualibus,vel libertate, vel crimine,extra de transact.capitulo pe.vel propter scandalũ quod contingere posset. & ita ponit Specul.in titul.de rescript. præsentatione.§. ratione autem causæ, &c. versiculo. item quæritur, quæ dicantur maiora vel grauiora,&c.

2 Hæres†tenetur ex delicto defuncti de iure canonico sicut ex contractu.no.12.q.2.ca.Episcopus.& videtur tex.in l. iubemus.§.sanè,circa fin.C.de sac.san.eccle.& ibi ita tenet Bal.in ver.vltimo quæro?&c.

3 Decem†modis quis perdit suum priuilegium,quos ponit Spe.in ti.de instrumentorum edit.§.inter autem videndũ. in ver.item oppone.

CCCCCIIII.

*2 Libera persona pro debito ciuili de iure in carcerem detrudi tur,fallit in casibus.*

*3 Reuelare tibi nõ teneor quod alius vult te interficere, nec ob hoc punior, nisi alias essem conscius criminum.*

1 Si non † introducatur appellatio coram iudice ad quem termino præfixo à iudice,vel termino præfixo à iure, vel statuto,appellatio est deserta,ita dicit Innoc.in capi.personas,de appel.idem tenet Hostien.in c.seq.& Bald.in reper torio Innocent.

2 Nota casum† singularem secundum Dy. in quo persona li bera capitur, & in carcerem detruditur pro debito ciuili, in l.fi.§.fi.ff.de his quæ in fraudem credi. Est & alius C.qui bo.cedere pos.l.1.& ff.ad legẽ Iul.peculatus.l. Labeo.alias §.sub l.sacrilegij. In contrarium est ius commune, vt not. C.de actio.& obl.in l.obest.& C.de exactori.tributorum l.nemo.libr.10.& de hoc est tex.in authen.vt nulli iudi.§. si vero.

3 Quid si sciam,quod alius†vult te interficere, nunquid teneor hoc tibi reuelare?dic quod non, nec punior, dum tamen aliàs non essem conscius, vel particeps, vt ff.ad lege. Pom.de par.l.1.in fine.& l.si sciente. secundum Guliel. de Cuneo.& de hoc consueuit notari in l.vt vim.ff. de iustitia & iure.

CCCCCV.

*1 Præscribere non potest excommunicatus.*

*2 Sententiam suam iudex an possit interpretari vel corrigere post eam latam.*

*4 Viarum ad refectionem quis teneatur.*

1 Excommunicatus†non potest præscribere.tenet Hostiẽ. in c.cum non liceat. extra de prescrip.,quia est quasi mortuus & ibi in d.ca.glo.ponit duodecim casus,in quibus cessat præscriptio.

2 Vtrum†iudex post latam sententiam possit eam interpretari,vel eam emendare,supplere vel corrigere? vide glos. & Bar.in l.ab executore.ff.de appel.& in l.2.C.de sen.ex periculo recitandis.

3 Creditor præfertur † pœnis fiscalibus:te.in l.in summa.ff. de iu.fis.

4 Quis teneatur†ad refectionem viarum?vide plenè Cy.in l.omnes prouinciarum.C.de operi.pũbli.

CCCCCVI.

*1 Operis noui nuntio,an & quando possit sperni.*

*2 Debitor cessione facta,an possit opponere cedenti quod debiti cessionem fecit.*

*3 Quittantia instrumentum an facere creditor cogi possit.*

1 Vtrum†nuntiatio noui operis possit sperni.Bart.ꝙ sic, in l.1.in prin.ff.de noui operis nuntia.quando est certum denuntiantem ius non habere, ita ibi dicit post Rofredũ circa oppositionem quam ipse facit de leg.2.ff. ne quis eum qui in ius voca.est vi eximat.
Circa mareriam legis tertiæ, C.de nouationibus, pone ꝙ

2 †facta cessione cedens agit cõtra debitorem, vtrum debitor possit opponere istam exceptionẽ, videlicet quod ipse cessionem debiti fecit, & sic cessionarius habet vtilem, quę prefertur directę? vide Barto.in l.facta.§.si heres.ff.ad Trebel.vbi determinat iltam quæstionem. vbi ponit plura nobilia & singularia in hac materia.vide j.singul.593.nu mero 2.

3 Vtrum†creditor possit cogi facere instrumentum quittãtię.Cyn.quod sic,in lege,obsignatio.C.de solutionibus.& Bart.in l.si finita.§.eleganter.ff.de damno infecto.

CCCCCVII.

1 *Testes in iudicialibus non est necesse apponere.*

2 *Vniuersitatis nomine potest accusare syndicus,& an vniuersitas possit delinquere.*

3 *Cleri in vxorem potestas.*

1 In his†quæ in iudicio fiunt, non est necesse apponere testes,per text.in l.in donationibus.in prin.C.de dona.vide Inno.in c.post cessionem.extra de proba.& Bald.in reper. Inno.vide j.sing.539.

2 Syndicus†nomine vniuersitatis potest aliquem accusare, vt dicit Bar.in l.1.ff.de accus.in quęstione fi.Sed an vniuersitas possit delinquere, vide infra sing.788.§.impossibile & sing.848.§.collegium.

3 Iure†canonico,si vxor alicuius clerici primæ tonsurę adulterium committat, ipse habet potestatem præter necẽ eam custodiendi, & ligandi in domo sua ad ieiunia solitaria,non tamen mortiferè.ita ponit textus. 33.q.2.capi. placuit.

CCCCCVIII.



CCCCCVIII.

*1 Monetam falsam expendentis pœna, item falsificantis aliã monetam quam principis.nu.2.*

1 De illo † qui expendit falsam monetam.a qualiter puniatur?vide Bar.in l.lege Cornelia.in princ.ff.ad l.Corneliam de falsis.

2 Sed qua†pœna punietur falsificans aliam monetam,quam principis?vide Bart.in l.quicunque.ff.de falsis.

ADDITIO.

a Falsam monetam.Adde Pet.Rauen.sing.318.

CCCCCIX.

*1 Tractus futuri temporis an pertineat ad iudicem.*

*2 Præscriptione interrupta contra principalem,an censeatur interrupta contra fideiussorem.*

1 Vtrum†tractus futuri temporis pertineant ad iudicem, vide Arc.in c.Romana.super verbo,In futuris. de sent.excom.libr.6. & ibi plenè est scriptum manu recolendę memoriæ patrui mei domini Petri Papæ,leg.doct.in quadam sua apostil.in meo Archi.

2 Vtrum†interrupta præscriptione contra principalem, censeatur interrupta contra fideiussorem? vide Barto.in l.cum quis.§. si quis pro reo.ff.de solu.

CCCCCX.

*1 Factum contra inhibitionem vel præceptum iudicis non valet.*

*2 Pœna iudicis extorquentis indebitè pecunias à subditis.*

1 De inhibitione†facta per iudicem,vel præcepto,si cõtrarium fiat, non valet, & quatenus de facto:processum est, reuocatur.l.fi.ff.ne quid in loco publico.& in l.qui vetante.ff.de re.iu.& in cap.1.de matrimonio contracto contra interdictũ ecclesiæ.iuncto c.non solum.§.1.de appel.li.6.

2 Qualiter debeat†puniri iudex,qui extorquet pecunias iu debitè à subditis,vel eos opprimit? vide l.3.cum gl.ff.ad legem Iuliam repe.& l.2.C.de pœna iudicis qui malè iudic. cum gl.& inter cętera debet ab officio destitui,& nunquã admitti.l.iudices.C.de dignitatib.libr.12.

CCCCCXI.

1 Legitima†non põt detrahi de regno vel ducatu,dicit Pet. Iac.in ti.de succes.regni Franciæ, circa princ.in q.sed quid dum decessit ille Karolus,in ver.nec quarta est debita. allegatur c.licet.de voto & voti redemptione.& ibi glo.ord. & scripsi in deci.cu.par.q.476.

2 Ratio legis†non minus est attendenda,&c.vt supra singu. 274.num.3.

3 Quis ordo†debet seruari in venditione,&c. vt suprà sing. 411.num.3.

CCCCCXII.

1 Communis†opinio in iudicando,&c.vt s.sing.291.

2 Quomodo†poterit fieri probatio centum annorum, vide Bal.in auth.quas actiones.C.de sacr.san.eccle.& dixi in de ci.cur.parla.q.357.

CCCCCXIII.

*2 Testis an possit puniri de his quæ testificando confessus est.*

1 An processus†factus coram inquisitore fidem faciat corã iudice seculari? vide Bar.in l. magistratibus.ff.de iurisd. omiudic.

2 Vtrum testis†possit puniri de confessatis per eum in testificando? vide Inno.in c.cum super.de confes.

CCCCCXIIII.

*1 Ambiguitas seu obscuritas in multis reperitur.*

*2 Ambiguum seu obscurum verbum quando in dispositione reperitur,illud debet accipi vt res potius valeat quã pereat.*

1 Obscuritas† seu ambiguitas quandoque reperitur in contractibus, quãdoq; in confessione,quandoque in iudicio, quandoque in sententia,quandoque in stipulatione prætoria, quandoque in priuilegijs, quandoque in verbis à lege prolatis, quandoque in vltima voluntate, prout ilta deducit magistraliter Dy.in c.contra eum.de regu.iu.li.6.& tãgit Bartol.in l.si quis intentione ambigua.ff. de iudic.

2 De obscuro†& ambiguo verbo,quando potest ad diuersa adaptari,illud debet accipi, vt res potius valeat quam pereat.l.quoties in stipulationibus.ff.de verb.obli.l.cũ quæritur.ff.de reb.dub.Inde dicit Iurisconsultus Paulus. quoties idem sermo duas sententias exprimit,i.ad duas sententias potest referri,ea potiśimè accipit,quæ rei gerendæ,i. gestæ aptior est.leg.quoties.ff.de verb.sig.& pro hoc bene faciunt no.per gl.& Bar.in l.post mortem.ff.quando ex facto tutoris.& per eundem Bartol.in l.si ita stipulatus.§. Chrisogonus.ff.de ver.ob.& quæ etiam no.per.gl.& Bar. in l.ex facto.super verbo,Sententia.ff.ad Trebellia.& l.cũ in testamento.ff.de auro & argento leg.& ilta sunt singularia & notanda.

CCCCCXV.

Si protocollum & instrumentum,&c.vt supra.singu.472. Debet exhiberi protocollum,&c.vt supra sing.472.§.protocollum.

CCCCCVI.

*1 Legitimæ supplementum locum habet in patre & matre.*

1 Si intentatur†simul petitorium & possessorium,&c. vt supra,singu.473.

2 Supplementum†legitimæ locum habet in patre & matre vt est tex.in l.omnimodo.iuncta gl.super verbo,Personis ibi dum dicitur,vel dic parentibus,&c.C.de inoffic.testa. Nec in legitima eis relicta potest aliquod grauamen impo ni.ita sentit glos.in l.quoniam in prioribus. super verbo, Sanctionibus,&c.C.eod.titu.

CCCCCVII.

*1 Effectus sigilli.*

*3 Verba vsu suo,qualiter accipienda.*

1 De sigillo†quem effectum habet? vide Bald.in l. quam ipse Bal.glossauit,quę incipit, Imperialis clementiæ,&c.circa princip.super verbo:Sigillo.

2 Vtrum†contra pupillum currat triennium,ex quo causatur commissum? Et quid in adulto, vide quæ plenè dixi in decisionibus curiæ parlamenti,quæstione.

3 Concessum†est aliquibus quod possint ducere sine solutione potanagij vel gabellæ, de bonis proprijs pro vsibus suis,qualiter hoc intelligatur? vide textu.in l.in lege censoria.ff.de verbo.significa.

CCCCCVIII.

*1 Dispositio testis examinati in turma,non valet.*

*4 Testamentum testatore viuente non debet glossare notarius nisi testator eum requirat.*

1 Depositio†testis examinati in turma non valet,tenet Specul.in titul.de teste.§.nunc tractandum.versicul.sed pone & in principio dicti §.

2 Tranlactio†facta† inter duos priores, censetur personalis & non realis, & hinc sequitur quod non transit ad successorem,& si confirmetur à Papa,efficitur realis.text. est notabilis,in c.veniens.extra de transactio.

3 Quæ sit†differentia inter transire, &c.vt supra singu.494. numero.2.

4 Notarius†non debet glossare testamentum viuente testatore,nisi testator eum requirat,ita tenet Bal.in l. tabularũ. §.si dubitetur.ff.quemadmodum testamenta aperiantur.

CCCCCXIX.

*1 Naturalis obligatio oritur ex testamento nullo.*

1 Naturalis†obligatio oritur ex testamento nullo,quæ impedit repetitionem,si res sine vitio peruenerit ad legatarũ. leg.nemo potest.ff.de legat.1.circa medium.

2 Vtrum sit licitum†equum, &c.vt supra singula.476. numero 2.

CCCCCXX.

*1 Appellatione pertinentiarum quid contineatur.*

1 Quid contineatur†appellatione pertinentiarum,& si petatur castrum cum pertinentijs, vel ecclesia, quę veniant, & comprehendantur in tali petitione,vide Innocen.in c. cum ad sedem de restit.spo.& Bart.in l.item apud Labeonem,§.conuitium ff.de iniurijs.

ADDITIO.

* Adde suprà sing.218.& sing.405.

CCCCCXXI.

*1 Donatio in contractu matrimonij hoc modo facta, videlicet. Do filio primogenito tale castrum, vel alteri ex tali matrimonio nascituro, si maluero, nulla facta alia declaratione valet in persona primogeniti insolidũ, secus si simpliciter dictum fuisset, primogenito, seu alteri nascituro, non adiectis verbis, si maluero. nu. 2.*

1 Maritus facit pactum in contractu dotali, quod dabit primogenito filio suo tale castrum, seu alteri ex tali matrimonio nascituro, si maluerit, constante matrimonio nati sunt duo vel tres liberi masculi, deinde moritur pater nulla alia facta suæ voluntatis declaratione, insurgit dubium, vtrum primogenitus insolidũ admittetur ad illud castrũ, vel vtrum omnes pariter admittentur? Et licet dicendum videretur quod omnes æqualiter admitti debeant, argumen. leg. cum quidam. in princip. l. cum pater. §. penu. ff. de leg. 2. & quod habetur in leg. vtrum. §. cum quidam. ff. de rebus dub. attamen credo primogenitum admitti insolidum, supponendo tamen tale pactum fuisse stipulatione, & iuramẽto vallatum, iuxta ea quæ scribam, infra sing. 523. §. pactum, &c. Et est ratio, quia donatio respectu primogeniti fuit pura, & respectu alterius liberorum, qui inde esset nasciturus, fuit conditionalis, videlicet si plus mallet, tamen conditio non euenit ex eo, q̃ pater non declarauit alium habere malle quod donauit primogenito, igitur remansit dicta donatio insolidũ penes primogenitũ, cui purè fuit facta, qui etiam pendente conditione in secundo genito adiecta totum habuit. Et quia deficit conditio, nunquam venit nec cessit dies obligationis respectu secundo geniti. l. cedere diem. ff. de ver. sig. ideo tota donatio pertinuit ad primogenitũ. l. 2. & l. qui liberis. cũ ibi not. ff. si pars hære. pe. & quod no. per gl. & Bar. in l. si quis. ff. de hære. in sti. & l. planè. §. si coniunctam. ff. de lega. 1. constat. n. q̃ donatio respectu secundo geniti facta, censetur facta sub hac conditione, si maluerit, & ita donatio primogenito facta reperitur adiecta sub conditione, & concessa sub contraria argu. l. si legatum. ff. de adi. leg. facit l. pecuniam. & quod ibi no. per gl. & doct. ff. si cert. peta. & cum talis conditio non euenerit, quia nulla fuit volũtas declarata, quæ declaratio cessauit per mortem. l. q. ff. locati. & l. mandatum. C. mandati. restat dicere talem donationẽ nunquã sibi locũ vendi casse in persona secũdogeniti. ar. l. 1. §. finaũt. C. de cad. to. l. & quod ibi no. ff. de condi. & demonstr. Vbi autem hæc

2 †Verba, si maluerit, non fuissent adiecta, sed simpliciter dictum fuisset, primogenito, seu alij ex dicto matrimonio nasciturо, tunc isto casu primo & secundogenitus simul concurrent. l. cum quidam. C. de ver. sign. l. cum quidam. & l. vtrũ. suprà alle. quibus per hoc apparet esse responsum. Et si dicatur donatio facta primogenito fuit conditionalis tacita, videlicet si nasceretur ipse, tũ nato primogenito statim fuit purificata. l. interdum. in prin. ff. de ver. ob. quæ tũ non impedit ortum obligationis, vt ibi no. Et respectu secundogeniti fuit duplex conditio, videlicet vna tacita, si nasceretur, & alia expressa, si pater magis de ipso vellet, quam de primogenito, quæ expressa tũ cum non euenerit ipsa habuit impedire tam ortũ obligationis, l. cædere diũ. alle. quã etiã totã ipsam donationẽ infringere. l. 1. §. finaũt C. de cad. tol. considerato q̃ talis conditio erat meræ & libere volũtatis ipsius donatoria, si mallet, vel maluerit aliũ nasciturum quam primogenitum habiturũ. l. centesimis. §. si. ff. de ver. ob. Ita consului, & est singulare.

CCCCCXXII.

*1 Donatio in contractu matrimonij hoc modo facta. Dono primo nato vltra portionem suam, vnam domum tortem, si primo nascatur filia, deinde filius, valebit in persona filij, & non filiæ, & quæ sit ratio, nu. 2. & 3.*

*2 Masculinum non porrigitur ad fœmininum, si de contrario apparet.*

*3 Proximus est quem nemo præcedit.*

1 In cõtractu† matrimonij maritus donauit primo nato vltra portionem suam, & in auantagium, vnã domum tortem, ex quo matrimonio primo fuit nata vna filia Peroneta nuncupata; secundo vnus filius Ludouicus nuncupatus: Tertio & quarto gradatim plures filij & filiæ, inter quos est qũ, vtrum Peroneta primo nata appellatione eorum verborum, primo nato, comprehẽdatur? Et videtur q̃ sic. l. illa verba. §. pueri. l. patroni. & l. liberti. ff. de ver. sig. & est rõ, quia sexus masculinus etiã sexũ fœmineum continet. l. qui duos mũlos. vbi ista rõ ponitur ff. de leg. 3. Attamen credo contrarium in casu isto, in quo donator cẽsetur intellexisse de filio masculo primo nato, & non de filia primo nata & potest† assignari ratio, quia filiabus talia non cõsueuerunt in auantagium & vltra portiones suas donari. argu. c. 1. in prin. & §. 1. de succes. feudi. in feud. ideo dicit Turisconsultus Paulus, q̃ pronuntiatio sermonis in sexu masculino ad vtrunque sexũ plerunque porrigitur. l. pronuntiatio. in prin. ff. de ver. sig. & notanter dicit plerunque quia si appareat de contrario, tunc pronuntiatio sermonis in masculino sexu non porrigitur ad fœmininũ. l. Lucius. §. quæsitũ. ff. de leg. 2. istud probari potest ex cõsuetudine, talium nobilium, qui tales masculis & non femellis facere cõsueuerunt donationes. Aut etiã ex charitate, i. affectione, quã habẽt pl' erga masculos quã femellas, sicut hic habetur, l. si seruus plurium. §. fi. ff. de leg. 1. l. si fuerit. ff. de reb. dub. in his. n. scrutari debet voluntas donantis, in qua præsumptione sunt hi, qui tales faciunt donationes, vtrum de masculis vel femellis intelligere voluerunt, ac etiã modus cõis loquendi & intelligendi ipsorum. l. liberorum. §. q̃ tũ Cassius. ff. de lega. 3. & l. cum delanionis. §. finam. ff. de fundo instr. & instr. leg. l. Labeo. & ibi per Bar. ff. de supell. leg. ita etiam dicit Ia. de Arc. in d. l. Lucius. §. quæsitũ, & ita sequitur dici debere Ludouicũ primo natum, cum nullus masculus eũ præcesserit. l. proximo. & l. proximi. ff. de ver.

3 sig. quia† proximus est quem nemo præcedit, vt ibi habetur. Et primo natus dicitur respectu secundo vel tertio nati. l. fuerit. in fi. & ibi te. de reb. dub. & no. in auth. de hære. & Falcid. §. in ordinatũ. iuncta gl. licet q̃nque primo natus vel secũdo genitus etiã dr, vbi nullus alius reperitur natus in c. Ioseph, extra de ver. sig. & ibi bonus te. Nõ obstãt iura in cõrariũ alle. & q̃ ponit Bart. in l. 1. ff. de verb. sig. quia ipsa militant, vbi de contraria voluntate non appareret, sicut hic apparet ex præmissis coniecturis. & ita consului.

CCCCCXXIII.

*1 Pactum factum & iuratum præsenti & stipulanti, quod eo casu quo decederet sine liberis, voluit castrum suum remanere dicto stipulanti importat donationem. & de ratione, num. 2. & seq.*

*2 Verbum remaneat, importat donationem.*

*3 Voluntas contrahentium plus quam verba spectatur in conuentionibus.*

*4 Donatio pacto nudo hodie fieri potest.*

*Iuramentum validat pactum alias inualidum.*

*5 Hæreditas non nisi in testamento datur.*

*7 L. vsus fructus. ff. de stipul. seruor. intellectus.*

1 Factũ est† pactum, ac iuratũ per Aynardũ bastardũ domino Vigniaci presenti & stipulanti, q̃ eo casu quo ipse bastardus decederet sine liberis, voluit, ac cõcessit, q̃ castrũ suũ Vatillieni sit, ac remaneat exnunc in anteà, ac in perpetuum domino Vigniaci, & suis heredibus & successoribus in castro Vigniaci, vtrum ex hoc cẽseatur donatio facta? &

2 videtur quod sic, quia† verbũ remaneat, tm̃ importat sicut si dixisset, donat vel legat. l. cũ quis decedens. §. nuptura. ff. de lega. 3. hoc etiam probatur in l. si cum ante nuptias. iuncta gl. C. de dona. ante nup. vbi promissio per verbũ remanere, tantum operatur ac si facta fuisset per verbum dare. & est ratio, quia in talibus plus sensum quam verba inspicimus, & plus quod est actum quam dictum, lege, tertia. §. conditio. ff. de adimendis legatis. lege, sed Celsus. ff. de contrahenda emptione & venditione. In conuentioni-

3 bus† enim voluntatem contrahentium potius quam verba



verba spectari placuit. l. in conuentionibus. ff. de verborũ significationib. quę voluntas si consideretur, negari non potest, quin tale pactum operetur. & facit donationem inter viuos factam cum testamentum esse non possit, cùm septem testes non existant. neque codicillus aut donatio causa mortis, cùm quinque testes non existant rogati, qui requiruntur. l. hac consultissima. §. 1. & §. per nuncupatio. & §. codicillis. C. de testa. & l. fi. C. de codicil. Aut vltima voluntas de qua in l. 1. C. de sac. san. eccle. mentio habetur, pro eo, quòd tunc in mortis articulo non existebat, sicut requiritur antequam d. lex locum habeat, igitur erit donatio, cùm alium titulum importare non possit, attento q̃

4 nullo cogente, tale pactum fuerit factum sicut dicimus in l. donari. ff. de dona. Et attento† quòd hodie nudo pacto fieri potest donatio, l. si quis argẽtum. §. sed & si quis. versi. verò. & hoc prætermisso fuerit, & c. C. de dona. & pro hoc bene facit iuramentum interpositum, quo validatur dictum pactum, vbi alias foret inualidum, & ad effectum donationis facit operam. l. cum pater. §. filius matrẽ. ff. de leg. 2. Facit ad idẽ stipulatio interposita, per quam validatur ipsum pactũ, si alias foret inualidũ. in l. prima. C. vt actiones ab hæred. & contra hæredes incipiant. notauit gl. in l. hæreditas. C. de pactis conuent. super dote, ibi, sinautem à muliere bona eius post mortem suam aliquis stipuletur, valet, &c. Nõ obstat l. licet. C. de pact. quia ibi agebatur de

5 hæreditate danda, quæ† dari non potest, nisi in testamẽto. l. prima. §. fin. ff. de condition. institutio. §. codicillis. ideò non potuit valere vt donatio causa mortis, in qua etiã hæreditas dari non potest sicut nec in codicillis, vt dicto. §. codicillis, ita etiam dicit Bar. in dicta l. licet. hic verò agebatur de re singulari danda, vt quia de vno castro, quòd bene extra testamentum dari potest, vt in toto titu. de dona. ff. & C. Eodem modo potest responderi ad l. hæreditas. suprà allega. ita voluit dicere Bart. in d. l. licet, hoc probat clarè. d. l. licet. & l. hæreditas, ita scripsi & consului, dum in facto occurrit mihi.

6 Pactum† factum† est in contractu matrimonij, q̃ primus filius masculus nascitur' succedat in tali domo forti, seu castro, vel ipsum habeat præcipuum stipulatione per ipsum patrẽ futurum, vel notarium nomine ipsius interposita, Vtrum ex tali pacto sic stipulatione vallato, sibi quæratur ius? Dic quòd sic, vt videtur tex. expressè in l. diui. §. pactum. C. de natura. lib. l. si inter. ff. de pact. dota. hoc magis comprobatur, quia per pactum validum vel stipulatio potest quæri filio nato, l. si quis operas. ff. de operis liberto rum. l. Paulus respondit. ff. de bon. libertorum. & d. l. diui. §. pactis. l. nõ aliter. ff. de a lo. l. Gaius. ff. de vsuris. & l. si pu

7 pillus. ff. rẽ pu. sal. fo. Nõ obstat† l. vsus fructus. ff. de stipul. seruorum. quia loquitur de valore substantiæ stipulationis, q̃ non potest esse in pẽdẽti, an valeat, vel nõ valeat. Sed bene põt esse in pẽdẽti cui acquiratur ipsa stipulatio, & deductum in ea, vt in casu isto. Non enim fuit valor & substantia stipulationis in pendẽti, ga interposita per notariũ qui fuit stipulatus, ideo fuit valida per dictas leges, nõ aliter, & l. Caius. Idẽ esset in ecclesia nondũ ædificata, si adhiberetur notarius vel alia persona habilis ad stipulandum, vt ipsa ædificata eidem soluere teneretur, ita nor. Bart. in l. seruos ad custodiam. ff. de alim. leg. Nec obstat c. ad audiẽtiam. 2. de ecclesijs ædifi. quia licet ecclesiæ, quæ nondum est, vel capitulo priuilegium non possit concedi vt statim sit priuilegiata, verum tamẽ cũ erit ædificata, vel cùm erit capitulum, licut seruitus, potest† constitui ædificio futuro, & in futura aqua nõ vt statim sit seruitus, sed obligabitur constituens ad eam constituendam, cùm fuerit ædificiũ. l. si seruitus. §. fi. & c. ad audientiã. suprà alleg. & Bar. in l. seruos. suprà alle. Sic in ꝓpolito valet stipulatio ꝓ notarium interposita ad opus filij nascituri. quod no. quia singulare.

CCCCCXXIIII.

*1 Verba quicquid iuris, quid importent. 3.*

1 De verbis† quicquid iuris, vide l. Titius Sempronij. ff. de act. empt. & l. locus. ff. de acqui. pos. Et facta donatione aut legato, vel venditione sub prædictis verbis, qualiter procedat, & formari debeat libellus, vide Ioan. Fab. Instit. de acti. in. §. curare. Et quid importent dicta verba, vide Bar. in l. si fit. §. fin. ff. de leg. 1.

2 De verbis, †omne, quicquid, est textus in l. Lucius. 2. ff. de legatis 2.

3 Quicquid† iuris, est quæstio generalis. & cõplectitur omnia. leius qui. in princip. ff. si cert. pet. & l. quid tamen. §. fi. arbiter. ff. de arbitris. Et quid importet, ponit Bald. in cap. 2. de controuersia inuestituræ. Et vide l. si is qui quadringẽta. ff. ad legem falci.

CCCCCXXV.

*2 Monasterij ingressu non finitur vsus fructus.*

1 Licet† vasallus possit facere alium vasallum, non tamen ipse secundus vasallus debet seruire primo domino, vt tenet. gl. in c. 1. §. similiter. de leg. Coradi. in feudis.

2 Si vsufructuarius† ingrediatur monasterium, non finitur vsus fructus. not. glo. in auth. idem est. C. de bonis quæ liberis. & vide plenius quæ dixi in decisionibus curiæ parla. Delphinalis, quæstione 595.

CCCCCXXVI.

*1 Verbum terra, est verbum iuris, & quid cõprehẽdat, & nu. 2.*

1 Nota† quod verbum Terra, est verbum iuris, adeò quòd appellatione terræ, non solum regnũ vel prouincia continentur, sed etiam castrum vel villa. casus est singularis in c. cùm in partibus, extrà. de verb. signi.

De terra supposita ecclesiastico interdicto, quæ veniant, & comprehendantur, vide Ioannem Calderinum in suo tracta. & ibi de leg.

2 Terra† proprie est vniuersitas locorum, castrorum, villarum & agrorum, sicut dicimus de prouincia, vel regione aliqua, quæ vniuersitatem de se importat, ac denotat. l. 2. circa principium ibi, sancimus itaque, &c. C. de officio pfecti prætor. Aphri. & l. 1. 3. & 4. ff. de offic. præsi. hoc voluit dicere gloss. in verb. contu. in l. pupillus. §. incola. ff. de verborũ signification. ibi, dũ dicitur, vnde Iac. accolla fuit in terra Cham, &c. idest, in illa prouincia seu regione. Et à terra inde dicitur territorium, in d. l. pupillus. §. territoriũ. Licet verbum terra, quandoque sumatur magis strictè, videlicet pro terra quę aratur, cultiuatur, & seminatur, sicut sunt terræ in quibus blada seminantur. de quibus in l. 2. §. pro limitaneis. ibi dũ dicitur, limites defendere & terras colere, &c. C. de offic. prefe. pretorio Aphri.

Territorium à terra dictum est, vt in d. §. territorium. & facit l. extra territorium. ff. de iur. om. iud.

DXXVII.

1 Villa† dicitur locus, q̃ est exr. muros ciuitatis. l. j. C. ne rustica. ad vllũ obse. deuo. li. 11. ita dicit Bar. in l. 1. §. si qs ędificiũ. & ibi te. de villa, dũ dicit in villis, &c. ff. de ope. no. nu.

2 Prouincia† dicitur vna patria seu regio, in qua constituit, & debet cõstitui vnus Dux, seu Præses, pro tuitione imperij, ita ponit tex. in l. 2. circa prin. ibi, sancimus itaque, &c. C. de offic. præfecti prętorio Aphricæ, vbi enumerantur multę prouincię, præsertim Galliæ seu Francorum. Et est verum, quòd prouincia secundum temporalia constituit secundũ præsidatus. l. si eandem. ff. de offi. alleſſo. Et secundum spiritualia secundũ episcopatus. l. 1. C. de metro. Berito. li. 11. ita etiã no. per doc. in l. fi. C. de præscriptione. 10. vel. 20. anno. gl. super verbo, Prouincia. Et no. qa singula.

3 Ciuitas† est quę muris circundatur, quæ vt plurimũ vrbs appellatur. l. 2. & l. pupillus. §. vrbs. l. bona ciuitatis. & l. seq. ff. de verb. signi. c. li ciuitas. defen. excom. lib. 6. Licet quãdoque ciuitas accipiatur pro municipio. l. antepen. gl. super verbo, Municipes. ff. de re. diui. Et quandoque pro oppido, vt in prœmio ff. orum. §. hęc autem. 1. ita dicit gl. in l. 1. ff. ad municipales. super verbo, Proprię.

4 Castrum† autem dicitur à custodia, & allegat Barto. in l. 1. §. li quis ędificium. de noui oper. nun. l. quicunque castellanorum. C. de fund. limitro. lib. 11. Est tamen tex. magis expressus in d. l. 2. §. pro limitaneis. ibi, milites qui per castra

ſtra,&c.de offic.præf.præt.Afr.

5 Vicus†propriè dicit̃ ſecundum Hugutium, qui vijs non muris clauditur, vel qui nulla ciuitatis dignitate honoratur.l.ſi hæres iuſſus.§.1.& ibi gloſ.ff.de leg.1.& l.qui ex vico.ff.ad municipales.

6 Opidum†dicitur ab ope, quia eius rei cauſa mœnia ſunt conſtructa.l pupillus.§.opidum.ff.de verborum.ſignificationib.l.1.§.ſiue autẽ intra oppida.ff.de noui oper.nũtiat.

7 Burgus,†de hoc eſt tex.in l.2.§.in Sardinia.ibi, & clauſuris & burgis,&c.C.de offi.præfe.præto.Aphri.& in l.eum qui.C.de fund.rei priua.lib.10. De verbo Burgenſis,habetur in cap.2.extrà de his quę vi metusve cauſa fiunt.vide ſuprà ſing.394.nu.5.

8 Regio†de hoc eſt text.in l.pupillus.§.inco'a.ff.de verbo. ſignific.

9 Fundus†eſt generale ad omne ædificium, & omnẽ agrũ, quia appellatione fundi,omne ædificium & omnis ager continetur.l.fundi appellatione.ff.de verborum ſignificationibus.

10 Vtrum†appellatione fundi,&c.vt ſuprà ſingula.451.numero.1.

11 Ager†eſt locus ſiue villa,ita ponit tex.in l.ager.ff.de verb. ſign.facit d.l.fundi.in §.locus.Et eſt ſpecies fundi.l.quæſtio.eod.titu.

12 Prædium†in ſe continet proprietatem & poſſeſsionem.l. quęſtio.§.prędium.aliàs eſt ver.de verb.ſigni.

CCCCCXXVIII.

*1 Proprietas quid.*
*2 Poſſeſsionis acceptio,& eius diuiſio.*
*3 Pupilli à ſucceſsione non repellitur ſe excuſans à tutela teſtamentaria.*

1 Proprietas„† de hoc eſt text.l. Et quid ſit proprietas.in l. quęſtio.ff.de verb.ſign.Et eſt generale ad agrum & poſſeſsionem,quia ipſius appellatione continetur,vt ibidem dicitur in fine.

2 Poſſeſsio†quandoque ſumitur pro re poſſeſſa, vt pro domo,terra,prato,aut vinea,quę poſsidentur.ita c.text.in l. quicunque.& in l.hi quibus.C.de fund.patri.lib.11.& l.interdum.ff.de verborum ſignificationib.quandoque ſumitur pro vſu vel iure,vt l.queſtio.ff.de verborum ſign.inde dicimus quòd poſſeſsio eſt pedum poſitio.in l.1.in prin. ff.de acqui.poſſ.Et talis poſſeſsio eſt duplex, quia alia ciuilis,alia naturalis,de qua per gl.& Bar.in d.l.1.

3 Area†eſt locus in villa vel ciuitate ſine ędificio.l.fundi.§. locus.ff.de verborum ſignificationib.& l.locus.ff.de acquir.poſ.

4 Qui ſe†excuſat à tutela teſtamentaria, nõ repellitur à ſucceſsione pupilli.l.amiciſsimis.ff.de excuſa.tut.ponit Bar. in l.poſt legatum.§.amittere.ff.de his quibus vt indig.

CCCCCXXIX.

1 De vicario†perpetuo,& quis dicatur vicarius perpetuus, vide Inn.& Hoſti..in c.G.perpetuus.extrà de fide inſtru.

2 De vicario†Chriſti & quare dimiſit eum nobis in terris. Et quare Epiſcopi & cæteri prælati vicarios conſtituunt, vide Inn.in c.apoſtolicæ.de ſen.& re iudica.

CCCCCXXX.

1 Vnio,†quibus modis fiat,ac fieri poteſt vnio,vide quę.no. per Inn.in c.1.ne ſe.va.aliquid immutetur.

2 De viſitatore,†& vtrum habebat iuriſdictionem,vide Inn. in c.in ſingulis.de ſtatu monach.

3 Vtenſile,quid†propriè dicatur vtenſile, vide l.queſitum. §.ſed ſi fundus.ff.de fundo inſtructo & inſtru.ubi dum dicitur,& ſi quid aliud vtenſiliũ,&c.Et appellatione vtenſilis,cõtinet quicquid vſus cauſa paratum eſt, vbi habet.

CCCCCXXXI.

*2 Supellectilis appellatione quid contineatur.*
*3 Locus vacans quis dicatur.*
*4 Stylus.*

1 Quid autem†ſit garnimentum,dic vt ponit Bart.in l.1.ff. de ſupellecti.legat.nam hoc verbum ſe habet ſecundum idioma patriæ.

2 De ſupellectili,†& quid appellatione ſuppellectilis contineatur,dic vt per totum titulum.ff.de ſupellectili legat.

3 Vacans†quis dicatur locus vacans, vide Inſti.de vſucapi. §.quod autem.2.per gloſ.in l.furtum.§.1.ff.eo.l.de eo.§.1. ff.de acqui.poſſ.& ibi per Bartol.plenius per Io.Fab.in d. §.quod autem.

4 De verbo†ſtylus.habetur in l.1.C.de ſac.ſan.eccle.

CCCCCXXXII.

*1 Pars an ſit vocanda in viſitatione loci.*

1 Vtrum†in viſitatione loci debeat pars vocari? vide Bar.in l.Theopompus.ff.de dote præle.

2 Vſufructus†non poteſt per vſufructuarium dari, vendi vel alienari.Inſti.de vſufru.§.item ſinitur.ibi, nam extraneo,&c.imo dando,vel alienando perditur.

CCCCCXXXIII.

*1 Dictiones ſcilicet & videlicet declarationis vim obtinent; idem de dictione veluti.nu.2.*
*3 Dictio vbi conditionem denotat.*
*4 Dictio vel,quandoque reſoluitur in coniunctam quandoque ſtat propriè in ſua natura.*

1 Videlicet,†& ſcilicet,de iſtis dictionibus dic, quod ſunt declaratoriæ & exemplificatiuæ actuum,in quibus ponũtur.l.videlicet.ff.ex quib.cau.ma.& l.fi.C.de leg.& l.ſcilicet.ff.ad leg.Aquil.

2 Veluti,†dic idem quod in præcedentibus dictionibus probat,in l.veluti.ff.de ſerui.ruſti.prędio.& l.veluti.ff.ꝑ ſocio.

3 Dictio†vbi,facit condictionem ſecundum Bart.o.qui alleget tex.in l.ſi ita ſcriptum.§.ſi pater.ff.de leg.2.& vide l. vbi.C.de tranſact.

4 Vel,hæc †diſiunctiua poſitã inter perſonas honoratas,reſoluitur in coniunctam.l.cùm quidam.C.de verb.ſig.vbi verò ponitur inter perſonas oneratas,tunc ſtat propriè in ſua natura.l.ſi ex toto.§.1.de leg.1.& hæc vera, niſi appareret de voluntate teſtantis contrarium, quia tunc in ſua remaneret natura,licet eſſet poſita inter perſonas honoratas.l.ſi Titio aut Seio.ff.de leg.2.ita dicunt Cyn.& Iac.de Bu.in d.l.cùm quidam.

CCCCCXXXIIII.

*1 Alimentari extrà domum mariti debet vxor quæ fugit propter verba ei à marito illata.*
*2 Portantes bladum,vel alias mercancias per viam tranſuerſam,præſumuntur contra vetitum portare extra.*

1 Si vir†verberet vxorem,licitum eſt vxori fugere, & debet alimentari extra domum mariti, ſecundum Dyn. & Cyn.in l.quod in vxorem.C.de neg.geſ.ſecus tamen ſi recedat ſua culpa.vt not.extrà de diuor.c.ſigni.ita ponit Bal. in l.quamuis.C.de leg.

2 Si reperiantur portantes†bladũ,vel alias mercantias contra vetitum factum per viam tranſuerſam,præſumptio eſt contra eos,quòd voluerint portare extrà, contra prohibitionem.vide Bartol.in l.qui fiſcales.§.de nauicularijs.li.11.

CCCCCXXXV.

*1 Iniuriarum tenetur dilanians ſcienter imaginem meæ perſonæ,vel arma mea.*
*2 Inquiſitionali in cauſa teſtes poſſunt recipi ante litis conteſtationem.*
*3 Executioni contra emptorem an poſsit mandari ſententia lata contra venditorem,qui defenſionem cauſæ ſuſcepit.*

1 Si quis ſcienter†dilaniat imaginem perſonæ meæ, poſsũ contra eum agere actione iniuriarum,vt videtur caſus in l.ſi ſtatua.ff.de iniurijs.facit l.1.§.quoties.& l.item apud Labeonem.§.hoc edictum.ff.de iniurijs.& not.quia idem dicerem, ſi quis arma in eccleſia, vel alibi depicta dilaniaret.

2 Teſtium†receptio in cauſa inquiſitionali,etiam ante litis conteſtationem.valet,vt ponit Inno.in cap.veritatis.de dolo & contu.quòd eſt ſingulare.Sed curia parlamenti aliter ſeruat, & aliæ curiæ præſentis patriæ Delphi.quia teſtes repetuntur poſt lit.conteſt.

Vtrum

3 Vtrum†ſententia lata contra venditorem,qui defenſionẽ cauſę ſuſcepit pro emptore,poſsit mandari executioni cõtra emptorem?vide in l.ſi rem.§.1.ff.de euictionibus. De hac materia vide q̃ dixi infrà ſing.539.in §.de illo,&c.

DXXXVI.

*1 Iniuriarum an agant teſtes,ſi obiectus contra eos propoſiti probati non fuerint.*
*2 Teſtatus vel inteſtatus quis deceſſerit quomodo ſciri poteſt.*

1 Si dentur†obiectus contra teſtes,qui non probentur, an ipſi teſtes poſsint agere actione iniuriarum?vide in l.1.§.1. ff.de ventre inſpi.

2 Qualiter†ſciri poteſt quòd quis fecerit teſtamentum,vel quòd deceſſerit ab inteſtato,vide Bart.in l.is poteſt.in ver. qui incipiat, quinto dicit gl.ff.de acqui.hæredi.

3 Vtrum†quis præſumatur deceſſiſſe teſtatus vel inteſtatus; dic vt in d.l.is poteſt.per Bar.

4 De tranſmiſsione†hereditatis,&c.vt ſuprà ſingularis.282. numero.3.

DXXXVII.

*2 Sumptus litis debeo miniſtrare parti meæ aduerſæ ſi non habet vnde litiget,& ego poſſideam bona de quibus agitur.*

1 Vtrum†pobatio per ſimilitudinem facta ſit valida, & ſufficiens de iure,vt quia probatur quòd talis eſt ſimilis tali, viro,qui dicitur eſſe pater,vel tali mulieri quæ dicitur eſſe eius mater?dic quod non.l.ſi.§.penul,& ibi notabilis text: ff.ad municipales.& facit quod no.gl.in l.quæret aliquis ff.de verb.ſigni.

2 Si pars†mea aduerſa non habet vnde mihi litiget[a],& ego

a poſsideam bona,de quibus agitur, debeo ſibi miniſtrare ſumptus litis,& alimoniæ.l.ſi.§.1.ibi,ita vt ex iiſdem, &c. C.de ordine cogni.& plenè ſcripſi in deciſi.parla.quæſtione.& dixi etiam infrà ſing.573.nu.3.

ADDITIO.

a Litiget.Adde quòd ſi pars eſt adeo pauper, vt non habeat vnde ſe defendere poſsit, iudex debet ſibi ꝓuidere de aduocato & procuratore gratis.arg.l.fin.ibi,tantum & litis ſumptus &c.C.de ordin.cognit.

DXXXVIII.

*2 Valor rei qualiter probetur.*

1 Fideicommiſſum†non agnitum non tranſmittitur, ſicut nec hæreditas non adita.Bartol.in l.à teſtatore.ff.de condi. & demon.in fine.De tranſmiſsione hæreditatis non adite,vide plenè Barto.in l.ſi inſanti.C.de iure delib.vide quę dixi in 122.conſiliorum meorum.& ſuprà ſingularis. 282. numero.3.

2 De probatione†valoris alicuius rei,vide plenè per Bar.in l.pretia rerum.ff.ad legem Falcid.

DXXXIX.

*1 Reus debitor liberatur ſi alius voluntate creditoris cauſam ſuſcepit.*
*3 Probationes in cauſa criminali an fidem faciant in ciuili, & contra.*

1 De illo†qui ſuſcepit in ſe cauſam nomine rei.an ipſe reus liberetur?dic quòd ſi fiat de voluntate creditoris,reus debitor liberatur,aliàs non,vide Bart.in l.ſolutionem.ff.de ſolutio.De defenſore cauſæ tetigi ſuprà ſing.325.in §.vtrum ſententia lata contra venditorem,&c.

2 Quomodo†quis ex ſubſcriptione obligatur,vide notabiliter in l.cum lite.§.item ſenatus.ff.iudi.ſolui.

3 An probationes†in cauſa criminali fidem faciant in ciuili, & econtra?vide plenè Bar.in l.ſi quis ad ſe fundum. C.ad legem Iuliam,de vi publica.

DXL.

*1 Interdictum recuperandæ cõpetit ſpoliatori ab alio ſpoliato.*
*2 ex Refectione eccleſiæ non acquiritur ius patronatus.*

1 Spoliator†ab alio ſpoliatus reſtituitur,& competit ſibi interdictum recuperandæ.in l.1.§.qui à me vi poſſidebat.ff.de vi & armat.& in c.in literis.de reſtitut.ſpoliator. De hoc vide in l.ſi quis ad ſe fundum.C.ad legem Iuliam, de vi publica.

2 Ex refectione†eccleſiæ non acquiritur ius patronatus.ar. in l.1.§.vicinales.ibi,non vtique priuata eſt,&c.ff.ne quid in loc.publi.de quo dic.vt in c.quoniam.extrà. de iure patronatus.

DXLI.

*2 Fama cum iuramento officiarij facit fidem.*
*3 Mortẽ viri qualiter mulier probare debeat antequã nubat.*

1 Conuerſi†non dicuntur religioſi, & poſſunt contrahere matrimonium,& habere proprium,vt dicit Bart.in auth. ingreſsi.ibi,expeditus de contrarijs.C.de ſacroſanct.eccleſijs.

2 Fama†cum iuramento officiarij facit fidem.Ita not.Bar. in l.hodie verò.C.de repudijs.

3 Qualiter†mulier debeat probare mortẽ viri ſui antequã nubat.& de probatione mortis,vide Cyn.Bar.& Doct.in l.ſiquidem.C.ſolut.matrim.

DXLII.

*1 Eccleſia an reſtituatur aduerſus præſcriptionem & intra quod tempus.*
*2 Vendicare nõ poſſum hic mulum meum quem mulio per hãc ciuitatem tranſiens ducit: debet tamen ſatiſdare.*
*3 Authoritas patris non ſufficit in criminalibus,ſed curator ad illam litem debet dari filio.& infrà ſing.546.*
*4 Verbum omnes,eſt vniuerſale.*

1 An eccleſia†reſtituatur contra præſcriptionem, & intra quod tempus,& quid ſi eccleſia ſuccedat priuato,vide plenè diſtinctionem Bart.in auth.quas actiones.C.de ſacroſanct.eccleſ.

2 Si quis†mulio tranſiens per hanc ciuitatem Grationopolis,ducat aliquem mulum ad me pertinentem, non poſſum in hac ciuitate vendicare,quia hic non dicitur eſſe, cùm non ſit niſi tranſitus,ita dicit Bartol.in l.actor.C.vbi in rem actio.& ibi Cyn.& vide Spec.in tit.de competentis iudicis aditione.in §.1.verſ.quid ſi aliquis.1.vbi iſtam ponit quæſtionem,ſubiungit tamen quòd ductor muli debet ſatiſdare.

3 In criminalibus†authoritas patris non ſufficit, ſed debet filio dari curator ad illam litem.ita dicit Bart.in l.ſi infanti.C.de iure deli.vide plenè infrà ſingula.546.in §.quidam ſunt caſus,&c.

4 Verbum†omnes,eſt vniuerſale.l.à procuratore.C.mandati.

DXLIII.

*1 Plebeiatus ſines an probentur per inſtrumenta.*
*2 Mercantiæ licitæ portari confiſcantur propter illicitas.*
*4 Inſtrumenti tenor an poſsit probari per teſtes.*

1 Vtrum†confines plebeiatus probentur per inſtrumenta, puta,per inſtrumentum quod facit mẽtionem de finibus, ſic,factum in domo talis circa fines talis plebeiatus.dic q̃ talia inſtrumenta inter alios confecta non probãt, ſed inter eaſdem partes ſic.argu.l.cùm aliquis.C.de iure delib. & ibi gl.& Bar.& facit l.optimam C.de contrahẽda & cõmittenda ſtipulatione.& l.prædijs.§.Titio.ff.de leg.3.illa ſunt verba Bar.in d.l.cùm aliquis.De hac materia plenè tetigi in deciſio.cur.parl.q.193.

2 De illo†qui non tranſit per iter conſuetum cauſa fraudandi vectigal, vide Bartolum in l.penulti.C.de nautico fœnore.
Et ibi Bartol.inducit dicta l.penult.C.de nautico fœnore ad vnum aliud ſingulare dictum, videlicet, quòd ſi quis portet mercantias illicitas cum licitis,licitæ, propter illicitas confiſcantur,de quo etiam tangit ipſe Bartol.in l.cotem ferro.§.dominus.ff.de publica.& vecti.

3 Si perdito†inſtrumento eius tenor poſsit per teſtes probari, vide plenè Bar.in l.ſicut.de fide inſtru.

DXLIIII.

*1 Denũtiatio vel proteſtatio poteſt per iuramentum probari.*
*2 Vectigal,decimam ius exigendi,item exercendi turi dictionẽ habet cauſam continuam.*

1 Proteſtatio†vel denũtiatio per aliquem facta,poteſt per iuramentum probari,vt videtur per Barto.in l.ſi quis vel pecunia.C.depoſiti.

De epi-

2 De episcopo†,qui non visitauit spatio 20.annorum,an priuetur iure visitandi?vide Bart.qui dicit quòd sic,in l.fi.C. de serui.& aqua.

3 Ista tria,ius exigendi†vectigal,& ius exigendi decimam, & ius exercendi iurisdictionem, habent causam continuam,quia animo retinentur,ita tenet Innoc.in c.de quarta.extra de præscri.& Bar.in l.iusto.§.non mutat.ff. de vsuca.quod not.quia singulare.De habentibus causam continuam vel discontinuam,vide Bartol.in l.si aquam.C.de serui.& aqua.

DXLV.

*1 Expensa modica probatur iuramento petentis.*

1 Si testis†deponat per verbum Credit,nõ est sufficiẽs probatio.in ca.cùm causam.extra de testi. secus in positionibus,de qua responsione per verbum Credit, in positionibus.

2 De clausula†codicillari,vide Bar.in auth.ex causa.C. de libe.præteritis vel exhære.

3 Vbi agitur†de modica expensa, statur iuramento petentis.Cyn.in l.si quis pro redemptione.C.de dona.

DXLVI.

1 Quidam sunt†casus,in quibus filius merè obligatur,& authoritas patris non sufficit.& ideò in causis criminalibus pater non potest præstare authoritatem filio minori,quia eius authoritas non est sufficiens ad obligandum, sed erit necesse quòd curator detur ad litem.ita dicit Bartol.in l.si infanti.C.de iure deli. vide suprà singulari 542.nume.3.

2 Quando†reus in parte condemnatur,& in parte absoluitur,qualiter fiet de expensis?vide Petr.Iac.in tit.de act.ex locato.

3 Qualiter†testes debent deponere,&c.vt suprà singularis. 484.num.1.

DXLVII.

1 Canonici†spreti possunt collationem in eorum absentia factam petere irritari conditione ex canone.c.cùm in ecclesiis.de preben.lib.6.& ex decretali, quod sicut.de electiõn.in antiquis,& vsque ad 30.annos cum conditione sunt tanto tempore duratura.

2 Fama†inducit iustam causam credendi,& sic inducit titulum putatiuum, qui sufficit ad prescriptionem.ita dicit Bar.in l.proprietas.C.de proba.

3 Non debet†torqueri habens dignitatem.nota.in l.1.C.de aduo.diuerso.iudi.& facit text.in l.milites.C.de quæstionibus.

DXLVIII.

*1 Pars non citanda,visura iurare testes, qui eximantur ad perpetuam rei memoriam.*

*2 Indiciorum copia dari debet parti.*

*3 Iudex potest procedere super accusatione non obstante partium concordia.*

1 De materia†testium examinandorum ad perpetuam rei memoriam,vide text.& Bart.in l.si quis ab aliquo.C.de testi.& plenè in l.lege Aquilia,si deletum.ff.ad leg.Aquil. Sed an pars debeat citari,visura testes iurare?dic quòd nõ vt nota.gloss.in l.laudabilem.C.de aduo.diuer.iu.& Hostien.in cap.bonæ. extrà de elect.tamen reseruatur parti contra quam producuntur,quòd potest dicere, & opponere contra ipsos testes,in ca.quoniam frequenter.extrà vt lit.non contest.

2 Debet†tradi parti copia indiciorum,Saly.in l.de tormentis.C.de quęstionibus.& ibi vide per eum quę sint legitima indicia,quod tamen remittitur arbitrio iudicis,vt ibi dicit Sali.& qualiter indicia probentur, vide ibi per Salicetum.

3 Si partes†concordent pendente accusatione,iudex potest nihilominus super accusatione procedere, ne delicta remaneant impunita.ita dicit Sali.in l.abolitio.C.de abolitionibus.

DXLIX.

1 In actibus†qui fiunt in iudicio,&c.vt suprà singula.507. numero.1.

2 Si fideicommissum†ante conditionis euentum possit alteri remitti,vide l.mulier.§.ex asse.de iur.dot.& per Bart. in§l.à testatore.ff.de cond.& demonst.& vide quæ dixi in dec.curiæ parla.Delphi.q.231.

3 Scripturæ†in lapide monumentorum licet plenam fidem non faciant,tamen faciunt rem notoriam. ita dicit Bald. in l.monumentorum .C.de relig.& sumptibus funerum, & de aleatoribus.

DL.

*1 Insinuatio in donatione causa mortis quinque testibus vallata non requiritur.*

*2 Delegatus iudex quando citat,debet mittere copiam suæ delegationis.*

1 Donatio†causa mortis licet olim ad instar donationis inter viuos erat generaliter insinuanda.vt C.de dona.l.donatio.hodie tamen si quinque testibus extitit vallata, non requiritur insinuatio,vt est hodie expeditum.C.de donat. caus.mortis.l.fi.& no.gl.in l. si quis pro redemptione.C. de dona.& Spe.in ti.de instrum.edit.§.porrò.

2 Quando iudex†delegatus citat,debet mittere copiam suæ delegationis cum citatione,alias non tenetur citatus cõparere,vt dicit Bart.in l.ex quacunque causa.ff.si quis in ius voc.non ierit.& dicunt Inno.& Hostiẽ.in c.prætereà. extrà de dila.

DLI.

*1 Infames sunt, & à testimonio repellendi qui faciunt ludos periculosos per plateas.*

*2 Actione quã agatur,an & quãdo debeat declarari in libello.*

*3 Aditio an inducatur excomminatione de petenda portione.*

1 Hi qui†faciũt ludos periculosos per plateas sunt infames, vt dicit Bart.in l.1.§.bestias.ff. de postulando.Et ex hoc sequitur quod sunt à testimonio repellendi.

2 An sit†necesse declarare in libello qua actione agatur, an directa vel vtili.Bar.in l.actio.ff.de neg.gest.dicit,quòd si tendunt ad eundem effectum.non est necesse declarare, aliter si tendunt ad diuersos debet declarari & exprimi.

3 Si filia minata fuerit†fratribus suis,de petẽda portione hæreditatis,vtrum ex hac comminatione inducatur aditio, vt sic transeat ad hæredes suos petitio? videtur quòd sic, per l.quemadmodum,quæ est lex post l. posthumus.ff.de inoffi.test.in argumentum dico,non determino. ita dicit Bald.in dict.l.

DLII.

*1 Agi potest rei vendicatione etiam nõ facta restitutione fideicommissi pro rebus alienatis.*

1 Potest†agi rei vendicatione pro rebus alienatis,etiam nõ facta restitutione fideicommissi. Bar.in l.vna.§. sin autem sub conditione.C.communia de leg.Idem tenet ipse Bar. in l.Marcellus.§.res quæ.ff.ad Trebe.Quod facit ad limitationem l.facta.in prin.ff.ad Treb.

DLIII.

*1 Actionum translatio ipso iure fit à primo fideicommissario in secundum.*

*2 Causa pluribus delegata an alij sine alijs possunt procedere.*

*4 Deceptio vltra dimidiam iusti pretij non potest allegari cum res minoris venditur cum subhastatione.*

1 A primo†fideicomissario in secundum ipso iure sine aliquali ministerio,& restitutione fit translatio actionum.l. sancimus in fi.& ibi casus ad literam.C.ad Trebel.& in d. l.ponuntur aliqui casus speciales,in quibus non est necessaria restitutio,&c.

2 Si delegetur†causa pluribus,an aliqui ex eis possunt procedere alijs non vocatis,vide Bart.in l.hęredes mei.§.peto.ff.ad Trebel.

3 De mõstris† armorum,& qualiter quis armatus se tenere videatur.vide Bart.in l.si non furtem.§.liberus.ff.de condi.indebit.

4 Si res†minoris vel alterius vendatur cum subhastatione, non potest allegari deceptio vltra dimidiam iusti pretij. in l.1.de prædi.curialium lib.10.

5 Verbũ†pertinet,importat,&c.vt suprà sing.473.§.verbũ.

DLIIII.



DLIIII.

*1 Abutentes priuilegio illud perdunt.*

*2 Moræ purgationem impedit iuramentum.*

1 Abutentes†priuilegio ipsum debent perdere.in c. priuilegia.extrà de priuileg.quòd facit ad quæstionem,quòd abutentes libertatibus eis non debent iuuari.

2 Iuramentum†impedit purgationem moræ, ita dicit Salice.in l.pacto quo pœnam.C.de pact.& Bar.in l.si insulam. ff.de verbo.obliga.

DLV.

*2 Intellectus authen.res quæ.C.commu.de lega.*

1 Testator potest disponere,&c.vt suprà sing.128.

2 Authẽ.res quæ.C.communia de leg.quæ disponit,†quòd filius rogatus possit alienare pro dote & donatione propter nuptias,intelligitur,quòd eidem filio imputabuntur in legitimam & Trebellianicam alienata per eum,quia in hoc potest ipsam legitimam & Trebellia.eligere, nec reuocabuntur per fideicommissariam etiam respectu eorũ quæ subiacebunt restitutioni.ita dicit Bald.in l.filium quẽ habentem.C.fami.ercis.in 23. col. ibi, item non obstat l. diuortio,&c.in ver.nam si est speciale pro dote.& vide in decisio.curiæ parla.q.611.

DLVI.

*1 Monasterium an habeatur loco filij.*

*3 Falcidia an de singulis rebus detrahenda.*

1 An monasterium†habeatur loco filij,vt hæres intrãs monasterium faciat deficere fideicommissum.Ludo. Roma. dicit,quòd sic,in l.ex facto.ff.ad Trebellia.per authen.de sanctissi.episco.§.sed & hoc in præsenti.& in authen.nisi rogati.C.eodem tit.

2 De alia†quæstione si testator dicat,si sine liberis ex corpore suo procreatis,vide Ludo.Ro.in d.l.ex facto.

3 An in singulis†rebus debeat fieri detractio Falcidiæ,vide Bartol.in l.in quartam.ff.ad legem Falcidiam.& in l. 2.C. eodem.

DLVII.

*1 Trebellianicam an hæres possit detrahere inuito fideicommissario in re quam maluerit.*

*2 Vendere maiorem partem habenti debet ille qui habet minorem partem in re communi.*

*3 Hospitalia gaudent eodem priuilegio quo ecclesiæ.*

1 An inuito†fideicommissario hæres rogatus possit detrahere Trebellianicam in re,quam maluerit alienare. vide plenè Sali.& Bald.in l.filium quem habentem.C.fa.ercis.

2 In re communi ille †qui habet minorem partem, debet vendere alteri,qui habet maiorem partem.l.sancimus.§. ne autem C.de donatio.& not.Ludo.Roma.in l.Marcellus.§.res quæ.ff.ad Trebel.& facit.l.si quæ sint cautiones. ff.famil.ercifcun.

3 Res hospitalium†gaudent eodem priuilegio,quo res ecclesiæ.l.omnia priuilegia.in fine.C.de episco.& cler.& ibi reputat casum Bartol.

DLVIII.

*1 Executorum testamentorum potestas quanto tempore duret quæ tamen non valet nisi hæreditate adita.3.*

*2 Annus de quo in l.nulli.§.cum autem.C.de episco.& cleric. quando incipiat currere.*

*4 Fiscus an possit agere reuocatoria ad ea quæ alienata sunt in fraudem delicti.*

*5 Dominij quæstionem an possit quis referre illi à quo causam habet.*

1 Quanto †tempore duret potestas executorum,vide tex. in l.nulli.§.cùm autem.C. de episco.& cleric.quòd ponit Specu.in titu.de instrumen.edi.in §.nunc verò. versic.illud etiam.& ponit Bald.in l.id quod pauperibus.C.eo.tit.

2 Sed à quo†tempore incipiat currere annus,de quo in dicta l.nulli.§.cùm autem?Dic,quòd à tempore admonitionis factæ executori per Episcopum.in c.nos.quidem.& c.tua extrà de testamen.Ita tenent communiter Doct.& specialiter Bald.in dicta l.id quod pauperibus.in versi.Venio ad tertium,&c.vbi ita dicit,& ponit formaliter.ꝙ no. Et sic patet ꝙ si executores non adimpleuerint voluntatẽ defuncti respectu piorũ relictorũ infrà annum à tempore notificationis, quod Episcopus potest ipsa pia delegata adimpleri facere,per præmissa.Circa hoc nota,ꝙ potestas†data

3 executoribus,nõ valet nisi hęreditete adita.in l.2.ff.de fideicommissarijs liberta.& not.Bar.in sua repetitione in l.alio hærede.ff.de ali.& cib.leg.

4 De illo qui alienauit in fraudem delicti,si fiscus possit agere reuocatoria,vide Io.Fab.Insti.de actio.§.item si quis in fraudem.in quęstio.quęrunt Doct.&c.

5 An quis possit†referre quæstionem dominij illi à quo causam habet vide plenè Io.Fab.Insti. de actio.§.omnium.in 7.col.in versi.item not.quòd quamuis rei vendicatio,&c. vide l.si quis conductionis.C.locati.

DLIX.

*2 Appellationem an tenetur prosequi procurator.*

1 Detrectare†vel differre æquiparãtur.te.in l.pręsenti.ver. sed si hoc facere Detrectet,&c.C.de his qui ad eccle. confug.quod facit ad quęstionem,Si quis mihi conuenerit rẽ suã vẽdere & dũ vẽdere vellet,denuntiauerit mihi,sed differo emere,ꝙ ipse põt alteri vẽdere.vide in dec.par.q.549

2 An procurator†teneatur prosequi appellationẽ?vide Bar. in l.cùm procurator.ff.de noui operis nũtiatio. Et de materia appellationis, vide ibi multa singularia. Et si appelletur primò viua voce, & posteà in scriptis, quæ appellatio debeat prosequi,vide ibi plenè Bar.

3 Nundinæ† perduntur per non vsum decennij.l. 1.ff.de nundinis.ponit Ioan.And.in c.nauiganti.de vsuris, super hoc verbo,Nundinas.

4 Quando†error est expressus in sentẽtia,vide extrà de pur. vul.in c.2.in fine.

DLX.

*1 Iurisdictio officialis expirat mortuo episcopo.*

*3 Appellare secundò non licet ab eodem grauamine.*

1 Mortuo Episcopo†expirat iurisdictio officialis. cap.1.de offi.vicar.ꝯm Archi.ibidẽ.nisi ca.quod succedit in iurisdictione,eum confirmet post motem Episcopi.

2 Licet completa†præscriptione probetur mala fides pscribẽtis,nihilominùs põt talis res retineri in foro cõsciẽtiæ, ꝯm Inn.in c.cura pastoralis.extrà de iure patrona.in fi.

3 Non est licitum secũdò†appellare ab eodẽ grauamine etiã infra decem dies,& si fiat, videtur renuntiatum primæ appellationi & grauamini,vt dicit no.Inno.in c.solicitudinẽ de appella.super verbo,contra Episcopum,&c.in fine. Et hoc verum,nisi appellans protestetur, quòd non intendit renuntiare primæ appellationi,sed ꝙ facit secundã adhærendo primę.ita videtur velle sentire Inno.vbi suprà.

DLXI.

*1 Executioni an possit mandari sententia contra illum qui habet causam ab illo qui dolo desiit possidere.*

1 Vtrum sententia†possit mandari executioni contra illũ, qui habet causam ab illo,q dolo desijt possidere?vide Bar. in l.is cui.§.qui in possessione.ff.vt in posses.lega.vel fidei comiss.Et circa hanc materiam hic duxi inferenda verba formalia Cy.in l.vna.C.de alie.mutandi iudi.causa fa.quæstio.7.ibi, Iuxta præmissa quęro,dixi in superiori quęstione,quando post litem contest.superuenit causa vel materialis vel formalis,quid iuris sit.Sed pone quando ante litẽ cõtestatam erat causa,posteà desijt, verbi gratia,quia reus desijt possidere,vel actor desijt habere dominium, quid iuris erit? nũquid procedet iudicium. Et primò ad primũ scilicet quãdo reus desijt possidere. Respondeo,quòd est casus legis,quòd aut desijt possidere dolo, aut sine dolo, si sine dolo,absoluitur,si dolo mediante,tũc habetur pro possessore iuris interpretatione.ff.de rei vendi.l.si autem. §.possidere.Sed si deficiat causa ex parte agentis, &c.ista sunt verba Cy.in dicta l.vna.C.de alie.mutãdi iudicii causa.Et sequuntur verba formalia domini Angeli vbi suprà, circa hanc materiam,qui dicit vt sequitur.Secundò no.ꝙ facta alienatione causa mutandi iudicii,ille cuius est res, potest agere tam contra alienãtem,quàm contra possidentem

tem potest intentare directam actionem in rem. Contra alienantem potest intentare vtilem in rem,quia dolo desiit possidere.l.qui dolo. ff. de regu.iur.cum simi.ac eram intentabit cõtra eum actionem in factum descendentem ex illo edicto,& ad suum interesse.l.3.§.vlti.ff.eodẽ. Plus dicit ibi Ange,quòd antequam competat actio in factum descendens ex illo edicto,&c.tria requiruntur. Primò q̃ alienatio sit facta animo & intentione mutandi futurum iudicium.Secundò quòd inde sit durior aduersarius constitutus.Tertiò,quod mea interfit in aliquo alienationem factam nõ esse.Et si quid istorũ deficiat, cessat dicta actio in factũ ad interesse.Ista sunt ibi verba Angeli.Angel. bi, in fi.refert Cyn.dixisse,quòd contra tertium possessorem causam habentem ab illo qui dolo desijt possidere, poterit fieri sententiæ executio.sed Bar.in hoc tenet oppositũ & bene in l.3.C.de pignori.& in repe.l.cunctos populos. de sum.tri.& fide catho.ista sunt verba Angeli in d.l.vna. C.de alie.mu.iu.sed videatur super hac materia Hen.Bo. in c.1.in 1.dist.extrà de alienatione iudicij mutãdi causa facta.videaſ et Bar.in l.à diuo Pio.§.si sup reb.ff.de re iu.

2 De verbis,† quòd filius vel filia nihil aliud in bonis paternis petere possit,&c.vide Bartol.in l.si liberti,ff.de oper.libert.vide Petrum helye,in l.si vnquam.C.de reuoc.dona. in fua repetione,in fi.

## DLXII.

1 An dicatur† moueri controuersia ex aliqua turbatione extra iudicium facta? vide Bart.in l.Meuius.§.tres hæredes. ff.ad Trebellia.& Doct.in l.amplius non peti.ff.rem rat. habe.& an possit pœnitere & quando, vide Pet. Iacob.in tit.de rei vend.

2 Volens† adhærere appellationi,debet eidem adhærere infra tempus quod posset appellare. Archid.in cap.vt circa. de electio.lib.6.

3 Si Episcopus† cõmittat causam, an appellabitur ad ipsum Episcopum delegantem,vel ad Archiepiscopum metropolitanum? Io.Mona.dicit quòd non debet appellari ad metropolitanum,sed ad Episcopum delegantem.in c.Romana.de appella.libr.6.in princip.super verbo,& idem.

## DLXIII.

1 *Agi criminaliter vel ciuiliter an dicatur,quando agitur ad pœnam fisco applicandam.*
2 *Obligare se quis potest sub pœna amissionis causæ.*
3 *Mitti in possessionem rei petitæ in odium mendacij an possit petere, qui prius petijt se admitti ad probandum.*
4 *Cautionem præstari p hæredem rogatũ põt petere substitutus.*

1 Quando† agitur ad pœnam applicandam fisco,an dicatur agi ciuiliter vel criminaliter? vide Salic.in l.1.C.de sepulc. viol.& plenè dixi in apparatu statuti,iquis per libertas.in gl.super verbo,fisci.

2 Quis potest† se obligare sub pœna amissionis causæ.vt dicit Ioan.And.in nouel.in c.pen.extrà de testi.sicut potest quis stare relationi partis aduersæ,vel stare depositioni testium non iuratorum.

3 Circa l.fi.de rei vendi.quæro,† pars non petijt sibi prouideri iuxta remedium dictæ legis,sed petijt se ad probandum admitti,an possit redire ad prouisionem dictæ l.fi.dic q̃ nõ.& super hoc vide quæ scripsit recolẽdæ memorię.do. Petrus Papæ in margine libri sui nouellæ Io.And.sup sexto.quẽ librũ ab eodem do.Pet.habui. De hac materia plenè scripsi infrà ling.609.in §.circa materiã l.fi.ff.de rei vẽ.

4 Substituturus† potest petere cautionem sibi præstari per hęredem rogatum.in l.Archimedorum.C.vt in pos.leg.

## DLXIIII.

1 *Compensatio potest opponi contra cessionarium.*
2 *Muros castri vel villa reficere pertinet ad incolas eorum expensis.*
4 *ab Officio debet repelli iudex propter nimiam seueritatẽ. L.*

1 Compensatio† potest opponi contra cessionarium, ita tenet Pet.Iaco.in titu. de rei vendi. quæ competit ex cessione idem Bartõ.in l.procurator ad exiben.§. final.ff.rem ratã habe.idem Ioan.Fab.in §.in bonæ fidei.Instit.de actio.li-

cet Dyn. videatur velle contrarium in dicto §.in bonæ fidei.in qstione,sed quæro nunquid plato perẽti pecuniã.

2 Ad incolas† pertinet reficere muros castri, vel villæ eorum expensis pro viribus singulorum,in l.omnes prouinciarum rectores.C.de oper.publi.licet habitent extrà muros dũmodò habitent infra territorium vel mandamentum talis castri.vt no.Ioannes Andreas in additio. Speculum. in titu.de censibus.§.nunc dicendum.ibi,erat alia quæstio de castro vel villa.

3 Citatio† non debet fieri,nisi mandato iudicis.Ioan.Fab. alleg.text.in §.quadrupli.Institu.de actio.vide suprà ling. 82.nume.5.

4 Iudex † propter nimiam seueritatem debet ob officio repelli,secundum Bart.argu.l.de iure.in fi.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.& ibi ponit Bar.

5 Quòd filius familiàs† si efficiatur sacerdos,liberetur à patria potestate,videtur per cap.in quorum. extrà de ætate & qualita.ita dicit Bartol.in l.patre furioso.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.

## DLXV.

1 *Procurator si fuerit verus contumax,dominus nihilominus poterit appellare.*
2 *Processus contra patrem vel patronum quatenus valeat.*
3 *Iudex an possit cogere aliquem ad suspendendum damnatũ ad mortem.*

1 Vtrum† si procurator fuerit verus contumax, dominus propterea† repellatur ab appellando? certè non,quia constat contumaciam ab ipso principio esse delictũ, nisi dominus fuerit sciens & negligens.hoc tenet Inno.in c.1.extrà vt lit.non contest.ista sunt verba Bart.in l.1.§.si procurator.ff.si quis ius dic.non obtempe.

2 Vtrum† processus factus contra patrem,vel patronum,filio vel liberto instante,non petita & obtẽta venia,valeat? dicit Guli.de Cun.quòd sic.vt l.quamuis.in fin.ff.de in ius voc.Quod verum intellige,si pater vel patronus comparuerit,& prosecutus fuit causam,vt in dicta l.debuit enim à principio opponere,aliàs videtur consentire,vt l.fi.C.de exceptio.secus si processus erat factus contra cõtumacem vel inuitũ,vel si patronus in ius vocatus non veniat, vt in fine dictę legis.ista sunt verba Bar.in dicta l.quamus.

3 Vtrum† quis possit cogi à iudice ad hominem damnatum ad suspendium,suspendendum in furcis? videtur quòd nõ vt C.ne libertus aut ingredi.l.1.& in libro 11.& ne opere à colla.exi.per totum.Breuiter Doctores determinant,q̃ sic,vt refert Bar.in l.fina.§.fin.ff. de pignorati. actio.

## DLXVI.

1 *Pupilli bona si creditor vendat,non requiritur solennitas illa quæ requireretur,si pupillus venderet.*
2 *Testes super articulis diuersis,non autem super contrarijs poterunt examinari.*
3 *Rerum mearum appellatione, an iura & actiones veniant.*

1 Pone,creditor† vult vendere bona pupilli sibi obligata,an requiratur illa solennitas,quæ requiritur si pupillus venderet. Respondeo non,vt l.si pupillorum.§.1.ff.de rebus eorum.non enim vendit nomine pupilli,sed vendit iure suo rem pupilli.ista sunt verba Bart.in l. Papinianus.§.sed nec impubes.ff.de inoffi.testa.

2 Pone,testes fuerũt† examinati super articulo continente, quòd res valet centum, si post publicationem fiat articulus,quod res valet cẽtũ & quinquaginta,vtrum testes poterũt examinari,dic q̃ sic,qa articuli nõ sunt cõtrarii sed diuersi.ista sunt verba Bar.in l.cũ furti.ff.de in litẽ iuran.

2 Vtrũ si tibi† dono res meas,contineantur iura & actiones quas habeo cõtra Titiũ gl. in l.omne ius.ff.de statu homi. videt velle q̃ sic. Guliel.de Cun.ibidẽ tenet,qa gl. p̃cedit qñ donarẽtur res.In qstione p̃posita dicit dono res meas, & meas denotat meũ,vt l.suos.in prin.ff.de leg.3.& l.solũ §.meũ.de rei vẽdica.q̃ non potest in actionibus verificari quę non dicuntur,vt l.rei.in princip.ff.de legatis.3.& hoc tenet Guliel. & nota. in l.si legati.§. si bona.ff.ad Trebellia.



bellial.& ibi dixi.& in l.rei.ff.dẽ ver.sig.& de bo.po.l.1. & dic vt ibi nota.in gl.& ista sunt verba Bar.in d.l.omne ius.

## DLXVII.

1 *Dignitas vacans fungitur vice defuncti,non eius qui successurus est.*
2 *Iurisdictio no est apud populum,vel aliquam vniuersitatem.*

1 Nota quod† propter negligentiam magistratus recurritur ad populum istius terræ,qui iustitiam ministrabit,& iurisdictionem exercebit.& est argu.quod si vacat iudex appellationum,debeat appellari ad populum,non ad successorem,& est ratio quia dignitas vacans sicut hæreditas iacens non fungitur vice eius,qui successurus est,sed hæreditas fungitur loco defuncti..l.nã & Seruius.§.1.ff.de negg.gest.& l.morteo.ff.de fideiuſ.si igitur appellaretur ad futurum successorem,appellaretur ineptè, sed ad populum debet appellari , quia licet vacet dignitas magistratus, non tamen vacat iurisdictio , sed est apud ipsum populum,& hoc in iurisdictione contentiosa.idem in voluntaria quando periculum est in mora,vt in dandis tutoribus. ff.de tuto.& cur.dat.ab his.l.vbi.nec traho illam legem ad actus merè voluntarios,sicut est adoptio & emancipatio.

2 C.de adoptio.l.2.& dicit Inno.quòd† nulla iurisdictio est apud populum,vel aliquam vniuersitatem,quia isti debẽt eligere magistratus,non autem officium magistratus exercere,quem oportet à superiori confirmari in authen.de defensi.ciui.in §.iterim compellant.ita ponit Bald. in ca.1. si de inuesti.in.dom.& vasalis oriat Aduerte,quòd per illa supradicta apparet,quod ineptè appellant illi,qu appellant in curia romana ad futurum concilium.

3 Vtrum† sententia lata testibus non publicatis sit ipso iure nulla? vide Bal.in feudis,in tit.si de inuesti.int.domi.& vasallis oriat.in §.1.& terigi in decisio.cur.parla.q.

4 Vtrum† vasalli possint prorogare iurisdictionem in alium quàm in dominum? vide Bal.de prohi.feud.alic.per Fede. in §.præterea.ibi,sed quæro vtrum vasali,&c.

## DLXVIII.

2 *Extraneus dotans mulierem potest incontinenti sibi stipulari,pater vero non,& quare.*
4 *Pater non tenetur dotare filiam quæ propter adulterium dotem perdidit, sed cogitur eam alere.*
5 *Filia alimentis sibi à parte præstandis non potest renuntiare etiam cum iuramento.*
6 *Pater pui soluit legitimam fisco pro redemptione filij non cogitur eam relinquere filio in testamento.*
7 *Maritus quatenus lucretur dotem propter adulterium.*
8 *Mulier dotem viro adiudicatam propter adulterium, non repetit,licet p̃betur post eà inter eos nõ fuisse matrimoniũ.*
9 *Donatio in dubio non præsumitur inter coniuges.*
10 *Maritus percipiens fructus rerum dotalium, tenetur collectas pro illis soluere.*

1 Nota,pactum† super dote à quocunque dante dotem interponit ante nuptias,vel incontinenti post, & qualecũq; valet,ex interuallo in præiudicium mulieris ẽt ea consentiente non valet.ff. de pac.dotal.l. ob res.§. si extraneus.l. quoties.ff.solu.ma.l. auia.C. de iur.dot.idẽ dico in patre, quando pacisci tur sibi vel suis,quia nec in ipso contractu potest pacisci in præiudicium mulieris,nisi ea interueniẽre,vel ei succedente,imò nec ea consentiente, vbi absorberetur dos in toto,vel in partẽ.l.2.& l.cum dos.& l.si ita & l.aliud.ff.de pact.dotal.l.quamuis.& l.parer.C.eo. Ratio autem quare† extraneus incontinenti potest sibi stipulari,pater verò non,est,quia lex voluit prouidere extraneo, vtpote exercenti liberalitatem meram,& nè à liberalitate se retardet.arg.l.2.C.de bon.quæ lib.quod non fuit necesse in patre,quia cogitur filiam dotare,etiam si habet aliũ dẽ vnde se dotet.l.fi.C.de dot.promisso.l.cognouimus.l. qui liberos.ff.de ritu nuptiarum. & nota.in d.l.auia.

3 Et per† præmissa dicunt Doctores,quòd pactum factum per patrem,vt propter adulterium filiæ dos non cedat lucro viri,sed ad eum reuertatur,valet,vt notatur in l.si dotem.C.de iure do.in l.consensu.§.vir quoq;.C.de repudijs & in Speculatore in titulo de donationibus inter virũ & vxorem.§.fi.verſiculo,sed nunquid.quòd non credo verũ si tale pactum fieret inter coniuges,vt d.l.consensu.in fin. Et quia vxor in tali pacto inuitaretur ad delinquendum, quod esse non debet l.conuenire.ff.de pact. dotalibus.l.si vnus.§.illud-ff.de pactis.Circa.hæc† quæro,an pater teneatur iterum dotare filiam,quæ propter adulterium dotem perdidit? Dico quòd non.& est ratio,quia quod pater dotet filiam,fuit in priuilegium filiæ,& propter delictũ quis perdit suum priuilegium.l.etiam.§.licet. ff. soluto matri. l.verum.§.tẽpus.ff.pro socio. Et videtur esse casus à contrario sensu in authente, quod locum.ibi,filiæ imputari. C.de collatio.& ibi per Bartol.& Bald.& in l.si dotem.§. si post solutum.ff.soluto mat. Sed an cogatur saltem eam alere? Dic quòd sic, quia filius ingratum patrem cogitur alere.l.Imperator.ff.ad Treb.& in authen.de incest.nupt. in §.1.multo magis pater filiam,cum pater plus diligat filiam,quàm se.l.isti quidem.ff.quòd met.caus.& quia iure naturali pater tenetur alere filiam. Insti.de iur.na.gen.& cui.in prin.& non econtra.vt l.si quis à liberis.§.à filio milite.§.parens.ff.de agnos.lib.idem tenet Specul.in titu.qui fil.sint legiti.ver.quid si filia.

5 Plus dico,† quòd si filia cum iuramento renuntiasset alimentis,non valeret renuntiatio,vtpotè,quia cõtra bonos mores.l.alia.§.1.ff.solu.matrimo.quia contra ius naturale, quod est immutabile.in §.fi.Insti.de iure natur.gẽ.& ciuil. facit c.finale,extrà de consuetudine.Nec iuramẽto firmatur,quia non posset seruari sine interitu salutis æternæ,cũ aliàs cogeretur meretricari,vel aliud delictum committere,in c.pactum.extrà de pact.lib.6.& c.cùm contingat. extrà de iureiurand.& ita tenet Bal.in l.pactum.C.de colla. in 19.quæsito.

6 Vlterius quæro† quid in patre qui soluit legitimam pro redẽptione filij fisco ex forma statuti,vtrum cogatur illam sibi in testamento relinquere? Dico quod non.& ratio patet per præmissa,& quia solutione eius quod debetur,tollitur omnis obligatio.Insti.quib.mod.tol.obli.in princ.& facit l.si ex noxali.ff.de pecu. & l.si cùm dotem.§.si post solutum.ff.solut.mat.

7 Quòd autem† dos debeat per maritum lucrari propter adulteriũ,intelligo si maritus fuerit in vita sua cõquestus nisi in 7.casibus no.per Roffre.in ti.de libel.sup. matrim. contract.circa fin.nota.in l.si vxor.§.final.ff.de adulter.& in capitul.intelleximus.de adulterijs.per gl.& Innoc.post mortẽ verò viri hæredes non possunt conqueri,vt est tex. in l.rei iudicatę.§.1.ff.sol.matr.ẽm Dy.& Bar.licet Spec. dubitet ĩti.de dona.ĩter vir.& vx.§.fi.ver.sed qd si mulier.

8 Vnde dubitatur,si propter† adulterium dote adiudicatata viro postèa fuit probatum inter ipsos nõ fuisse matrimonium propter affinitatem,an mulier possit dotem repetere? dico q̃ non.& est rõ p̃ authoritatẽ rei iudicatæ,& qa in talibus non consideratur exitus.ita tenet gl.& Inn.in c. plerunque.extrà de donatio.inter virũ & vxorem. Circa præmissa non omitto vnum singulare,quòd nunquam in

9 dubio præsumitur† donatio inter coniuges,imò statur in strumento cuiuslibet cõtractus initi inter eos,donec donatio proberur. casus in l.q̃ aũt.§.fi maritus.ff.de dona.inter virum & vxorẽ.& gl.in l.vtrum.ff.eodem.& Bar.in l.q̃ dotis.ff.soluto matrimon. Item circa hoc est aduertẽdum, quia cùm maritus lucretur fructus dotis , non valet pactum in contrarium factum.l.si conuenerit.ff.de pactis dotalibus.

10 Et ex quo† maritus facit fructus suos bonorum dotalium tenetur soluere collectas & tributa pro illis bonis.l.neque. de impen.in reb.dota.fact.in l.hactenus.ff.de vsufru.& l. quæro.ff.de vsufru.leg.

## D LXIX.

1 *Virginũ aut aliarum mulierũ raptores qua pœna puniãtur.*
2 *Dominium an transferatur ex assignatione dotis.*
3 *Notarius condemnatus de falso an possit dispensari per iudicem vt conficiat instrumenta.*

1 Cùm quæritur†qualiter raptores virginum vel aliarum mulierum puniantur?sic distingue,aut erat virgo, aut nõ. Si erat virgo,aut est honestè viuens, & tunc aut est nolẽs ab initio,& ex post facto.aut nolẽs ab initio, tamẽ ex post facto volens,aut semper volens.primo casu punitur pœna l.raptores.C.de episco.& cleri.& legis vnicæ.C.de rapt. virgi.Si autem ab initio nolens,tamen ex postfacto volẽs punitur vt in fi.dictæ l.raptores.& C.de raptu virgi.l.vnica.& est ratio,quia initiũ spectatur in talibus.ff.ad l.Cornel.de sicar.l.diuus.Si verò sit semper volens,aut est Deo consecrata,aut non,primo casu punitur capitaliter, vt in auth.de sanct.Episcopis.§.si quis autem raptores.& l.si quis nõ dicam rapere.C.de episco.& cleri.Si nõ erat Deo consecrata,tunc punitur pœna statuta Insti.de pub.iud.§. Iulia.ver.sed eadem.Si autem non erat virgo,aut erat maritata,aut non.Si maritata punitur capitaliter.l.quamuis in secundo.C.de adulter.Si nõ erat maritata,sed talis quæ faciebat gratiam sui corporis,aut est nolens,aut volens.Si nolens,punitur arbitrio iudicis,quia cùm lex dicat aliquẽ puniendum non statuendo pœnam.punitur arbitrio iudicis.l.sanctio legum.ff.de pœnis.Si volens,non punitur, qa princeps propter earum vtilitatem nõ vult eas legum laqueis innodari.C.de adulte.l.adulterium do.

2 An ex†assignatione dotis quæ fit mulieri transferatur dominium?vide l. Titia.ff.de solutionib.& ibi Doct.

3 An iudex†posit dispensare cum notario condemnato de falso,quòd posit cõficere instrumenta,vide Bar.in l.siquis in principio testa.ff.de leg.3.

DLX.

*1 Effectus duodecim oblationis facta cum consignatione & depositione.*

1 Nota quòd oblatio†quando fit cum consignatione & depositione, habet duodecim effectus.Primus, quia tribuit liberationem.C.mand.l.qui mutuam.& de minori.l.ait pꝛtor.§.1.Secundò facit cessare cursum vsurarũ.C.de vsur. l.acceptam.Tertiò impedit pœnæ legalis commissionem l.2.C.de iure emphyteutico.Quartò transfert rei periculum in creditorem.vt l.qui decẽ.in prin.ff.de solu.Quintò tollit pignorum obligationem, vt d.l.acceptam. Sextò inducit pignoratitiam actionẽ.ff.de pig.act.l.si rẽ.§.fi. Septimò acquirit rei oblatæ creditori persecutionem,vt d.l.acceptam.§.fi. Octauò facit conditionem haberi pro impleta.ff.de condi.& demon.l.iure ciuili.& C.de condi.insert.l.fi.Nonò confirmat rei emptæ persecutionem.ff.de act.emp.l.Iulianus.§.offerri.Decimò inducit moræ purgationem.ff.de condict.furtiua.l.parui refert.& C.de fur. l.subtractum. Vndecimò inducit dominij recuperationẽ. ff.de cap.l.in bello.§.si quis seruum. Duodecimò actionẽ priuilegiatã tollit,vt d.l.q decẽ.in prin.Cætera vide plenè per Cy.in d.l.acceptam.& aliqui ponũt in d.l.qui decem.

DLXXI.

*Donatio an reuocetur per susceptionẽ nepotũ aut naturaliũ.*
*Liberorũ appellatione continentur nepotes & filij naturales.*

Iuxta l.si vnquam.C.de reuocan.don.dum dicit liberos,
1 fortè posset dici,quòd per †susceptionem nepotum & filiorum naturalium fieret reuocatio donationis.nam text. in prin.d.l.ponit filios.posteà in fi.dicit,susceperit liberos non reepilogãdo filios,sed liberos, volens innuere quòd per susceptionem nepotum & filiorum naturaliũ, fieret reuocatio,cùm appellatione liberorum contineãtur tam nepotes quã filij naturales.de nepotibus est casus in l.liberorũ.ff.de ver.sig.de naturalibus in l.cognoscere.§.liberorũ.iũcta gl.ff.de ver.sig.ꝓtereà qñ in dispositione aliqua ꝓfertur verbũ Liberi,q̃ inspicit odiũ alterius,resultat tñ ab alia parte fauor,verbũ Liberi,efficitur extensiuum ad naturales.l.hæredibus.§.fina. & l.ex facto.§.si quis rogatus ff.ad Trebel.sed sic est,q̃ in d.l.si vnquã.ponitur verbũ liberi, Cuius legis decisio inspicit odiũ donatarij,resultat tñ inde fauor ꝓꝓ quartã liberorũ,dicamus verbũ Liberi,extendi ad naturales,posito tñ non concesso,quòd ex sui ꝓpria significatione non cõtineret.Item quò ad nepotes eadem ratione patet,nam verbum,Filij,non comprehendit nepotes.l.quid si nepotes.de testa.tut.& tamen si ponatur in actu inspiciente odium alterius,ex quo tamen resultat fauor,verbum Filij, amplectitur nepotes.l.filium habeo. ff.ad Macedonia.Et per istas rationes videretur quòd d.l. si vnquam.debet extendi ad nepotes & filios naturales.At tamen posset responderi ad dictas rationes sic. primò ad primam rationem,quòd ita fuit voluntas cedentis,non tamen volens designare iuris ministerium,& vide circa hoc Pet.He.in sua repe.super ver.filios & liberos.Ad.2.nõ ob. quoniam ibi constabat de mente testatoris,vt ibid.no.videtur.Ad 3.de l.filium habeo.dic quòd hoc verum est, quia reperitur extensio facta per legem, vt ibi patet.secus est hic & sic remanet hæc q̃stio ꝓ vtraque parte dubia.cogita ergo & not.ista,quia alibi istam quæstionem non reperies motam.De materia d.l.si vnquam.scripsi etiam suprà sin. 389.in §.dispositio legis,&c.

DLXXII.

*2 Pretium potest imponere iudex arbitrio suo cum inter partes de eo est discordia.*
*3 Debitor an præsumatur liberatus si instrumentum debiti penes eum reperiatur.*
*4 Procurator inhabilis an posit habilem substituere.*

1 Paria†sunt rogare venientes ab intestato,vel dicere, si nõ valet iure testamẽti,valeat iure codicillorum, vt tenet gl. & Cy.in l.si iure.C.de testa.manu.

3 Cùm inter†partes est discordia de pretio,iudex potest imponere arbitrio suo.l.1.C.de communi seruo ma. secũdũ Bart.& facit l.fina.in fin.C.de iure do.impe.& vide quæ no.Bart.in l.rem maioris pretij,&c. In creatione syndici requiritur authoritas superioris, secundum Bartol.in l.1. C.de seruis reipublicæ manu.& ibi videtur casus. Et ideò vniuersitates & alia loca præsentis patriȩ Delphinalis,quȩ de antiqua consuetudine non consueuerunt creare syndicos,consueuerunt licentiã petere creandi syndicos à curia parla.Delphin.vide suprà sing.385.nu.2.

3 Si instrumentum†debiti penes debitorẽ reperiatur, vtrũ præsumatur liberatus,vide gl.Cyn.& Barto.in l.1.similique modo.C.de lati.liber.tollend.& vide Bar.in l.fullo.§. qui tabulas.ff.de furtis.& vide Specul.in titul.de instrum. edit.§.postquàm.versi.quid si debitor.& versic.porrò.& vide in l.Labeo.ff.de pact.vide suprà sing.169.

4 An procucator†inhabilis constitutus posit alium habilẽ substituere facit in argumen.quòd non.l.si minor.C.qui manumittere non possunt.super quo vide Bart.in l.1.§.ꝑ eum.ff.de acquiren.posses.& gl.in clemen.religiosus.de procura.& vide Cyn.in l.quod quis.C.de procuratorib.

5 De materia† l.diffamari.C.de inge.manumis.vide Innoc. in c.dilecto.de præben.& qualiter in materia dictæ legis debeat sententia formari, vide Pet.Iac.in titu.de condi.sine causa.circa fin.

DLXXIII.

*3 Iudex parti pauperi prouidet de aduocato & procuratore gratis.*
*4 Maritus posidet res dotales.*

1 Nota†mirabilem tex.in l.interrogata.C.de liberali causa. pro cautela quam quidam sibi assumunt,qui vt clerici conueniuntur,& in veritate sunt clerici,quod possunt negare se clericos,& si posteà per curiam temporalem conueniãtur ratione eorum confessionis, q̃ si probent se esse clericos,non poterunt ibi in curia temporali conueniri, nam talis confessio non potest veritati præiudicare.

2 Confessio†facta coram iudice non in figura iudicij, sed coram notario causæ,non prȩiudicat,vt dicit gl.in l.iubemus.circa fi.C.de liber.cau.

3 Si pars sit†adeò pauper,vt non habeat vnde se posit de-
a fendere,iudex debet sibi prouidere a de aduocato & procuratore gratis.facit tex.in fi.ibi,tantum & litis sumptus, &c.C.de ord.cogni.& plenè circa hanc materiam scripsi in decisio.cur.parla.q.& vide suprà sing.537.nu.2.

Maritus

4 Maritus†posidet res dotales.l.1.ff.pro dote.quia si nõ possideret non vsucaperet,prout tamen vsucapit, vt in d.l.1. Et ideò formari debet libellus in rei vendicatione contra maritum,aliàs libellus est ineptus.

ADDITIO.

a Prouidere. Nota tamen quòd si posideam bona de quibus quæstio,debet ipsi parti ministrare sumptus vt litiget mecum.d.l.fi.ibi,ita vt ex iisdem &c.

DLXXIIII.

*1 Sententia non valet quam citatio ligitima non præcessit.*
*2 Præscriptionem an impediat mala fides superueniens.*
*3 Intellectus l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his qui no.infam.*

1 Nota quòd†sententia non valet,vbi legitima citatio non præcessit,per gl.in l.fi.pater.C.ne de statu defunctorum. in gl.fi.ibi,nota hic.facit l.cùm nulla.ff.de re iudica.& iudi. solu.l.vir bonus.hoc tenet Innocen.in c.querelam.in fin. de procurator.imò dicit alibi Innocent. quòd vbi citatio est nulla,sententia etiam est nulla, in capit.præsenti.extrà de rescrip.

2 Vtrum†mala fides superueniens impediat prȩscriptionẽ, quid de iure ciuili,& quid de iure canonico?vide Doct.in l.vna.C.de vsucap.transformanda.& Bart.in l.naturaliter ff.eo.& Inno.in c.fi.de præscri.

3 In l.quid ergo.†§.pœna grauior.ff.de his qui notã.infamia. in ver.quamuis.dicit Bartolus,quæro si fuit actum ciuiliter ad pœnam dupli vel quadrupli,quomodo potuit imponere corporalẽ contra ius partis.l.id quod nostrum.ff.de regu.iur.Gulielmus intelligit dictam l.quando fuit imposita pœna pecuniaria & corporalis,vt l.interdum.§.qui furem.ff.de furtis, vel pone exemplum in l.medicos.ff.de varijs & extra or.cog.& de calum.l.penul. istud exemplũ non placet, quia in dictis legibus imposita est pœna ciuilis & criminalis,eo casu quo vtraque potest imponi, & si pœna non dicitur aucta vel minuta,vt habuistis not.in l.1. gloss.sed solùm potest reus dicere se grauatum,quia iudex fecit ex officio suo,tamen de hoc nouum processum facio Nota ex istis verbis,quod si agatur furti ciuiliter, videtur, quòd ex eisdem actis,& ex eodem iudicio possum eum criminaliter punire.Sed grauamen q̃ fit circa processum nõ inducit dispensationem in infamia, vt l.ictus fustiũ.ff. de his qui no.infa.sed solum grauamen,quod fit circa pœnam corporalem,vt hic. Vnde alij ponunt exemplum, quando imponitur pœna pecuniaria pro corporali in defectum,quia soluere non potest, vt leg.fina.ff.de in ius voc.Istud exemplum videtur contra casum dictæ l. ictus fustium.secundum secundam lect.Et ideò aduertendum,quandò pro pœna pecuniaria applicanda fisco imponitur corporalis,& tunc est dispensatum cum infamia, vt prin.§.quandoque imponitur pœna pecuniaria applicanda parti,tunc quandoque iudex imponit vtranque pœnam pecuniariam & criminalem, isto casu, si est de casibus in quibus ciuilis pœna concurrit cum criminali, vt quando non agitur ad vindictam,facit quod videtur dispensatum cum infamia,quia imposita pœna grauior vltra legem.Et põt intelligi ste ver.quamuis,nõ referendũ ꝓcedẽtẽ.Sed si est de casibus in quibus pœna ciuilis concurrit cum criminali,vt quando agitur ad vindictam, tunc non aggrauat partem,nisi ad processum, & ideò non videtur dispensatum cum infamia,vt suprà dixi,nisi poneres pœnam corporalem grauiorem delicto,quia tũc dispensatur ꝑ principem.Quandoque imponit corporali,& ommittit pecuniariam, & hoc quandoque facit post sententiam latam in pœnam pecuniariam,quia non potest soluere, punitur in corpore,vt l.fi.de in ius voc.cum si.tunc non videtur dispensatum cum infamia,quæ per sententiam fuerit confirmata & per executionẽ,quia iudex postea dispẽsare nõ potest,quia solum hoc potest iudex & statim.vt ff.de postul.leg.1.§.de qua re.& hic est casus,& l.ictus fustium.secundum primam lectu.Sed si iudex hoc fecerit in ipsa sententia condemnando corporalem, cum peteretur pecuniaria, videtur cum infamia dispensare, vt l.in seruorum. in fi.ff.de pœn.Et si dicis,quomodo potest iudex auferre ius partis?Respondeo,potest ex causa.primò si videt reum laborare infamia,tunc non videtur grauare partem, quia inanis est actio,&c.Et in hoc casu aduerte,quod si reperiatur,quòd ille commisisset delictum istud,præest, quia pœnam pecuniariã soluere non potest,imponetur pœna corporalis.Et prosequere verba Bar.in d.§.pœna grauior.

DLXXV.

*1 Tertius possessor quatenus præscribat actionẽ hypothecariã.*
*3 Intellectus auth.malæfidei.C.de præscrip.lon.temp.*
*4 Possessionem continuatam allegans eam probet.*
*5 Præscriptionis exceptio an impediat litis contestationem.*

Licet†tertius possessor prȩscribat hypothecariam actionem cum bona fide & iusto titulo.l.1.C.si aduer.credi.hoc verum credo in priuato,secus autem crederẽ in ecclesia vel minore,per auth.quas actiones.C.de sac.san.ecc.iuncta l. fi.C.in quib.cau.in integ.resti.non est neces.

2 Excommunicatus†non præscribit.ita tenet Hosti.in c.cũ nõ liceat.extrà de ꝑscri.& ibi gl.enumerat.12.casus,& vltrà ĩ q̃b⁹ cessat ꝑscriptio.& no.dict.gl.qa alibi nõ reperies.

3 Circa†auth.malæ fidei possessore alienãte.C.de præscr.lõ. tem.10.vel.20.an.intellige illud authen.locum habere in re immobili.Item in primo emptore.Item quãdo præscribitur eo ignorante, quoniam secus censetur in re mobili, quando in eis nihil est immutatum,ergo iuri antiquo standum.l.sancimus.C.de testa.l.prȩcipimus.de appel.Item secus,si dño sciente res posideretur,qñ in his nihil est immutatum,vt ibi patet,& tenet Azo in sum.in d.auth.malæfidei.& sic d.auth.malæfidei.& in corpore vnde sumit, istam materiam declarant & limitant, & non corrigunt, ita tenet Bar.in l.Pomponius.§.cum quis vtitur adminiculo.ff.de acqui.pos.& no.quoniam singu.

4 Ille qui possessionem † continuam allegat, debet eam probare.casus est in l.emptor.C.de præscri.long.tempo. quia non præsumitur continuata,nisi probetur,vt ibi.

5 Vtrum†exceptio præscriptionis impediat litis contesta. vide Bar.plenè in l.emptor.C.de prȩscri.long.temp.

DLXXVI.

1 Nunquid ius†vsusfructus posit præscribi?vide Bartol.& Docto.in l.fin.in fin.C.de præscri.long.temp.Et quid de iurisdictione,dic vt ibi.Et quid de iure exigendi vectigal, dic vt ibi.

6 Creditor†tenetur facere debitori instrumentum contractationis debiti soluti, per auth.de non alie.reb.eccle.§. emptoribus.2.colla.§.pro secundo.

DLXXVII.

*1 Præscriptio an aliquo casu dormiat.*
*2 Præscriptio interrupta contra principalem an interrumpatur contra fideiussorem,&c.*

1 Vtrum†quis posit tenere rem francham quam non teneat ab aliquo? videtur quòd sic.per tex.in l.bene à Zenone.in princi.ibi,& ad dominium & hypothecam, &c.C. de qua.ꝑscri.si tenuerit 30.an.in natiuitate recognoscẽdo. facit auth.si verò.C.de hȩreticis.Sed Galli abutũt dicẽtes, q̃ omnia mouentur de fundo vel emphy.Regis Franciȩ, pro quibus facit ff.de offi.præfect.vrb.l.1.§.cum vrbem.

2 Vtrum†iuramentum impediat currere prȩscriptionem respectu debitoris iurantis debitum soluere vide plenè quæ scripsi in decisi.cur.parla.q.

3 In l.sicut.de prȩscri.long.temp.in glo.super verbo, Militia.circa d.gl.quæritur, an præscriptio aliquo casu dormiat?certè de præscriptione dormiẽte non habemus expressum de iure ciuili.nisi in illa præscriptione 30.an.vt in d.l. sicut.tamen de iure canonico videtur,quòd talis præscriptio dormiat tempore hostilitatis & exercitus,si tantus exercitus esset,quòd iura in ciuitate non redderentur extrà de præscrip.c.ex transmissa.tamen Inn.ibi dicit, quòd illud etiam est verum de iure ciuili,sed ipse nihil allegat. Sed quòd posit esse verum in l.final.C.de fund.limi.libro 11.habemus hodie expeditum in extràuagante Imperatoris Federici de pace Constant.Et aduerte,quòd licet in


alijs

alijs casibus quis impediatur agere, præscriptio tamen currit contra eum, sed restituitur, vt in ti. ex qui. cau. maior. p totum, maximè in l. sed si per emptorem. §. si fortè. tamè in isto casu, id est, in ista præscri. 30. an. ipso iure non currit sed dormit, quod est notabile. Item etiam præscriptio dormit contra ecclesiam vacantem, in c. 1. & 3. eo. ti. & ita no. per Bar. in l. naturaliter. ff. eo. & idem Bar. in l. fi. C. in quibus caus. in integrum restitu. non est necef.

4 Vtrum interruptio† præscriptionis contra principalē censeatur interrupta contra fideiussorē, aut cōtra correū, vel cōtutorē? vide Bar. in l. cū qs. §. si quis pro reo. ff. de solutio.

DLXXVIII.

*1 L. comperit. C. de præscri. 30. vel 40. annor. intellectus.*
*2 Actionem personalem 40. annis facit durare litis cōtestatio.*
*3 Tertius possessor ignorās rē esse emphyteuticariā, ea dscribit.*

1 In l. comperit. † C. de prescri. 30. vel 40 an. attēde & nota. q d. l. loquitur in tributario faciēte functionē fisco ratione alicuius rei se tributariū recognoscente seu confitente, hoc videtur dicere gl. in l. cùm notissimi. in §. fi. in fi. C. eo. iunct. gl. fi. dictę l. comperit. quæ parificare videtur quòd ad præscriptionem emphyteutam & tributarium. ex quo intellectū potest inferri, quòd vbi quis nullam functionē, seu ciuilem canonem facit pro aliqua re, quæ emphyteuticaria aut tributaria prætenditur, ipse talem rem præscribere potest. Item potest intelligi d. l. comperit & magis generaliter, quòd d. l. loquitur in casu respiciēte vt fiscū, & hoc apparet, ex tenore ipsius l. cōperit. Vbi verò ageretur de aliqua re, quæ respiceret Regem, vel dominum nostrum Delphinum, non vt fiscum, sed vt priuatum, vt potè domi num feudi, haberet locum præscriptio. hoc videtur senti re domin. Cyn. in d. l. competit. quod not.

2 Litis contestatio† actionem personalem facit durare 40. anno. vt in l. fi. ibi, sed licet personalis actio, &c. C. de præscrip. 30. vel 40. anno. facit l. 1. circa medium. C. de annal. excep. quòd intellige dum tamen lis fuerit contestata coram competenti iudice. in l. si pater. C. nē de stat. defunct. tenet gloss. in c. vt debitus. extrà de appel. in c. illud. extrà de præscrip.

3 Nota† gl, mirabilem. l. cùm notissimi. C. de prescri. 30. vel 40. ann. in gloss. fi. in §. quę videtur velle, quòd tertius possessor ignorās rem emphyteuticariam, eam rectè potest præscribere. Item etiam in d. gl. ponuntur duo alij casus, in quibus res emphyteuticaria potest præscribi, attamen dic primum, hodie fore correctum per c. malæ fidei. extrà de reg. iur. lib. 6.

DLXXIX.

*1 Reo qui succurratur contra quem est interpositum primum decretum.*
*2 Processus ex libello incerto valet si fuerit admissus.*
*3 Iudex qui assignauit partibus diem certum ad audiendum sententiam, potest ill am proferre altera partium absente.*

1 Qualiter† succurratur reo contra quem est interpositum primum decretum? vide tex. & Docto. in l. si quis emptionis. §. fi. C. de præscri. 30. vel 40. anno. & Bartol. in l. si priusquam. ff. de no. oper. nun. & per eundem Bart. in l. si finita. ff. de dam. infect.

2 Libellus† incertus si fuerit admissus, nihilominus valet processus, vt videtur gl. in l. si ex multis. in gl. 1. in fi. de annal. exceptio. & Io. Fab. Inst. de actio. §. curare.

3 Licet† peremptorium requiratur ad audiendum sententiā iuxta l. cessante. C. quo. & quan. iud. tamen vbi iudex assignat partibus psentibus certum diem ad audiēdum sentētiam, ipse potest eam illa die proferre altera parte absente, per d. l. cessante. & ita no. per Pe. Ia. in ti. de consti. pec. circa fi. tu no. quòd omnes termini de sui natura intelliguntur peremptorij, licet non exprimat in citatione, ita no. gl. in c. 1. de except. in cle. & in c. consuluit. extr. de offi. dele. & ibi Inn. & vide q no. in l. si finita. §. Iulian°. ff. de dā. infe.

4 Nota q cōmunatio† quæ fit in peremptorijs, videlicet, q si non venerit, in eius contumaciam procedetur contra eum secundum actoris petitionem, vt probatur in l. consentaneum. ibi, si in eadem contumacia perseuerauerint psentes, &c. Vel £m q fuerit rationis &c. in fi. Et isto vltimo mō hodie de bēt fieri citationes, vt hic īfi. le. £m Bar.

5 Inno. † dicit vnum notabile, quòd citatio, &c. vt suprà singu. 299. nu. 2.

6 Vtrum† citatio sufficiat fieri ad domum? vide Bar. & Do. in auth. qui semel. C. quo. & quan. iud.

ADDITIO.

a Add domum. Adde. ś. singula. 284. nu. 3. & sing. 354. nu. 2.

DLXXX.

*1 Interlocutoria necessariò non debet ferri in scriptis.*
*2 Principis sententia est ferenda in scriptis.*
*3 Iudex malè iudicans tenetur parti inquantum eam læsit.*
*4 Iudex post sententiam latam, an possit ei addere, vel eam corrigere aut emendare.*
*5 Actio fit transitoria ad hæredes per litis contestationem.*

1 Non est necesse, † quòd sententia interlocutoria feratur in scriptis, vt no. gl. in l. 2. C. de app. reci. tamen securius est vt feratur in scriptis.

2 An sententia† principis debeat ferri in scriptis? dic quòd sic, vt no. gl. in auth. in medio litis non fieri sacras for.

3 Etiam† in causa matrimoniali non est necesse sententiam ferre in scriptis, secundum Inno. in ca. Albericus. extrà de testi. Regulariter contrà, in l. 2. C. de sen. ex peric. reci.

4 Libellus† in quo reus non petitur condemnari, est ineptus & debet reijci. ita dicit Bar. in l. si cum nulla. ff. de re iudi.

5 Iudex† quando malè interloquitur, tenetur parti, in quantum eam læsit, ita dicit Bar. in l. quod iussit. ff. de re iudic. Item si totam causam diffiniendo malè per imperitiam iudicet, tenetur parti, secundum Bar. in l. fi. C. de pœna in dicis qui malè iu. vide infrà sing. 613. nu. 14.

6 Vtrum iudex† post sententiam latam possit eam interpretari, vel emendare, supplere aut corrigere, vel eidē addere, vide per gl. & Bar. in l. ab executore. ff. de appel. & in l. 2. C. de sen. ex peric. reci. & in l. actorem. ff. de re iud. docto. in l. sæpè. ff. de re iudic.

7 Nota, quòd† per litis contesta. fit actio transitoria ad hæredes. l. 2. in fi. C. de fructi. & lit. expens. quod verum intelige, nisi à lite consensu partium fit recessum, iuxta no. per gl. & Bar. in l. cùm mota. C. de transact. quod no.

8 Iudex† delegatus extrà suam delegationem excōmunicari non potest. Inn. in c. cùm olim. extrà de offic. delega.

DLXXXI.

*2 Appellari an possit à sententia absolutionis.*
*3 Appellari an possit si pars non citetur in executione sentētiæ.*
*Sententia contra hæredem non debet exequi nisi eo citato.*
*4 Sententia nulla an confirmetur per appellationem.*

1 Gloss. in l. fi. C. si à non competenti iudice. dicit, † quòd appellans ab excommunicatione non est excommunicatus. Sed dic contrà. quia est casus in c. pastoralis. de appel. & ibi hoc tenet Bernar.

2 Sed an à sententia† ab solutionis possit appellari dic q non, vt no. in c. ab excōmunicato. extrà de rescriptis. per Inn.

3 Vtrum† in executione sententiæ sit pars citanda, & si non citetur, an possit appellari vide Bart. in l. ab executore. C. quorum appel. nō recipi. & per Inn. in c. ex ratione. de appel. & plenius Bart. in l. à diuo Pio. §. 1. ff. de re iudi. Attamen dicit Inn. in c. quia 5. de iudicijs, q uòd sententia contra hæredem nō debet exequi, nisi ipso citato. De materia executionis rei iudicatę plenè vide per Specu. in ti. de exe cutio. rei iudicata. in §. postremò. & ibi ponūtur 17. casus.

4 Vtrum† per appellationem sententia nulla confirmetur, vide gloss. in l. 2. C. si ex falsis instrumentis. super quo aut sententia est nulla defectu consensus, & tūc appellatione confirmatur, vt l. 3. §. fi. in d. gl. Quandoque sententia est nulla per alium defectum, & tunc non confirmatur per appellationem. l. si expressim. ff. de appellationibus. Et ita dicit Bartol. in l. 2. C. si ex falsis instrum. & in l. 2. quando provo. non est necef.

Exceptio.



DLXXXII.

*1 Exceptio quæ opponitur contra executionem sententiæ quatenus impediat executionem fieri.*

1 An sentētia† ex falsa causa lata valeat, vide plenè distinctionem Bart. in l. fi. is ad quem. ff. de acqui. hære. & ponunt aliqui in l. falsam. C. si ex falsis instrumentis. vide supra singu. 286. num. 3.

2 Exceptio† quæ opponitur contra executionem sentētię, impedit executionem fieri. l. fin. C. si ex falsis instru. Quod verum intellige, si probationes essent in prōptu, & essent plenę, vt in d. l. fi. ibi, manifestis probationibus, &c. Si autē requireret altiorem indaginem, tunc non impediretur executio. Secus si exceptio reseruaretur præstita cautione de reddendo, quod exigitur, vt C. de falsis l. 2. & l. fi. C. de ordi. cogni. & in auth. quæ supplicatio. C. de precibus Impe. offe. & extra de in integr. resti. in c. suscitata. & Bart. plenè ponit in extrauag. ad reprimendum, quæ est sua extrauag.

3 Si cui committitur† causa cognoscenda, vtrum ipse poterit recipere nouas probationes? dic quod non. l. 1. C. de rela. & ibi tex. secundum Bar.

DLXXXIII.

1 Si ex falsa, † vel iniqua causa iudex Titium cōdemnat, qui tamen alias per processum erat condemnandus, iudex appellationum debet sententiam confirmare, & veram causam in sententia sua exprimere. de hoc est casus aureus in l. fi. ff. quod cum eo. & ibi gl. & Guliel. de Cun. quod tenemenți, quia alibi non reperies.

2 Si iudex† aliquid innouet pendente appellatione, qualiter debet puniri? dic quod lege Iulia de vi publi. & est casus in l. lege Iulia. ad legem Iuliā de vi publi. quod intellige verū, quādo est† appellatum à diffinitiua, secus si appellaretur ab interlocutoria. Nam appellatione interposita ab interlocutoria, iudex potest procedere donec fit inhibitum, & interim acta valent. vt in c. non solum. de appella. lib. 6. quod tene menti, quia quotidie contingit in facto. De materia attentatorum pleniùs tetigi infrà sing. 609.

3 Quis debeat† probare sententiam bene latam, aut malè latam in causa appellationis? vide Bar. in l. hi qui. C. de appel. & ibi latè per Spe. in tit. de prolatione sententię, in §. fin. & dixi in decis. curiæ parla. q.

DLXXXIIII.

*1 Iniuriam inferre contra iudicem à quo non debet appellans.*
*2 ad Executionem sententiæ quando possit procedere iudex nō obstante appellatione.*

1 Appellans† non debet iniuriam inferre contra iudicem à quo. gl. in l. & in maioribus. C. de appel. in fi. gl.

2 Vtrum & quando † iudex nō obstante appellatione possit procedere ad executionem suæ sententiæ? vide Inno. in c. pastoralis. extra de offi. deleg. & ibi ponit sex casus in quibus potest procedi ad executionem non obstante appellatione, videlicet quando appellationi non est delatum.

3 De incarcerato † appellante vtrum debeat per iudicem à quo custodiri vel remitti iudici ad quem, plenè hanc materiam tractat Fran. de Zabare. in c. frequens. de excef. præla. in clem. in 6. q.

DLXXXV.

*1 Iudicum mandata an & quando transeunt in rē iudicatam.*
*2 à Grauamine futuro potest appellari.*
*2 Appellatio infra quod tempus intimanda, & cui.*
*4 Princeps solus potest releuare partem negligētē in appellādo.*
*6 Appellationem prosequi sufficit tali tēpore quod infra annū possit diffiniri, nisi iudex à quo statuerit breuius tempus.*

1 Vtrum† mandata iudicum transeant in rem iudicatam? Innocen. in ca. cum venissent. extra de appella. dicit quod nō, nisi emanauerint cum causæ cognitione. & not. quia sæpè contingit in istis præconizationibus quæ fiunt ad mandatum iudicis.

2 A futuro† grauamine potest appellari. l. & in multis. C. de appel. vide in auth. de collā. §. si quis autem.

3 De appellatione† intimanda infra quod tempus. & cui, vide cle. licet causam. extr. de ele. & dixi infra sing. 595. §. appellatione interposita, &c.

4 De eleuamento† temporis an & à quo debeat dari, si pars fuerit negligens in appellatione interponenda, introducē da, aut prosequenda? die quod princeps hoc potest facere, per tex. in l. 2. §. quod si ita contigerit. ibi, à nostro numine reparationē peti præcipimus, &c. debet esse. C. de tempo. appel. & ibi dicit Azo, quod ita seruatur in curia Franciæ, quod vbi quis non fuerit prosecutus appellationem infra tres menses, q petitur releuamentum à Rege.

5 Multa† alia singularia in materia appellationis, vide q plenè dixi in decisio. curiæ parla. q. 435.

6 Sufficit† appellanti incipere prosequi eius appellationē tali tempore, quod infra annum ipse possit petere diffiniri. ita dicit Inno. in c. ex ratione. extra de appel. Sed hoc intelige, nisi iudex à quo statuerit appellāti tempus breuius ad introducendum eius appellationem, quo tempore si non introducat, appellatio est deserta, secundum Inno. in c. per sonas. extra de appel.

7 Si quis † non potest soluere, per quantum tempus debeat stare in carcere, vide glo. in l. fin. circa fin. C. qui bon. cede re possunt.

DLXXXVI.

*1 Debitor fiscalis si sit contumax in soluēdo, non habet locum ritu qui bonis ceder. poss.*
*2 Executioni mandari contra fideiussorem sine nouo processu potest sententia lata contra principalem.*

1 Vtrum in† debito fiscali habeat locum ille titulus, qui bonis cedere poss. dic quod non, si debitor sit contumax in soluendo. l. nemo. C. de exac. tributorum. lib. 10. & tenet Bar. in l. sacrilegi. §. cum eo. ff. ad l. Iul. pecu.

2 Sentētia lata cōtra principalē pōt mādari executioni ē fideiussorē sine nouo processu. gl. sing. in l. fi. C. de vsur. rei iud. in gl. pe. in fi. vide tn sp hoc Bar. īl. i stipulatio ne. ff. iud. sol.

DLXXXVII.

*1 Actione peculatus tenētur perforantes muros ciuitatis, vel de illis aliquid auferentes.*

1 Vtrum† liceat aliquid facere? perforare, vel auferre de muris, seu mœnijs ciuitatis, vel alicuius villæ? dic quod non, & talia facientes tenentur actione peculatus. in l. qui perforauerit. ff. ad l. Iul. pecu. & vide l. ædificia. C. de ædifi. publi. & ideo priuato non est licitum in muris villæ, vel ciuitatis aliquid facere, aut construere sine licentia domini, se cus est in vniuersitate, quę hoc potest facere, vt tenet gl. in l. lacra. §. muros. ff. de re. diui. & l. opus nouum. ff. de operi. publi. vbi dicit Bart. quod ille glossæ communiter tenētur & gl. posita in l. omnes prouinciarum. C. eod. tit. de operi. publ. quod no. ista faciunt contra vnū ex hominibus meis qui in villa mea sancti Albani in baronis construi fecit quandam fenestram in mœnijs dictę villę sine mei, aut officiariorum meorum licentia.

2 Iudex† ordinarius, & non alius potest citare realiter, hoc est personaliter. in auth. ei qui iurat. C. de bo. autho. iudic. possi. secundum Bar.

ADDITIO.

a Facere. Adde Ange. Are. & ibi dixi, in §. sanctæ quoque res Insti. de rer. diuil.

DLXXXVIII.

*1 Possidens rem meam si ab alio deijciatur sine mei voluntate debet reintegrari.*
*2 Habitantes extra muros villæ vel ciuitatis tenetur ad refectionem murorum.*
*4 Obligatione generali an veniant lecti, & alia supellectilia.*

1 Si quis † probet se possidere rem meam, quam prætendo possidere, & ab alio deijciatur sine mei voluntate aut mā dato, nunquid debeat reintegrari? dic quod sic, per l. memi nerint. in fi. ibi, sed illico quidem possessio ei à quo est ablata, reddatur. C. vnde vi. iuncta glo.

2 Vtrū habitantes† extra muros villæ vel ciuitatis tenēatur contribuere in refectione eorundem? vide l. ad portus. &

ibi Doctor.C.de operibus publicis.
3 Si via† publica aut fossata possint præscribi, vide l.præscriptio.C.de operib.public.
4 An in obligatione† generali veniant lecti, panni & alia supellectilia? glo. in l.1.C.quæ res pig.obli.pos.super verbo, rationis est, videtur velle quod non, quia in generali obligatione non veniunt ea, quæ quis verisimiliter non esset obligaturus.vt in d.l.1.
5 Si quis obliget† bona sua præsentia & futura duobus diuersis temporibus, an prior erit potior in postea quæsitis, vel an concurrant simul? vide Doc.& Bar.in l.licet.C.qui potio.in pigno.habean.

DLXXXIX.

*1 Matrimonio constante creditores viri eius bona nō poterunt occupare offerendo dotem vxori.*

*2 L.assiduis.C.qui pot.in pigno.an habeat locum in dote confessata.*

1 Nunquid† constante matrimonio creditores viri poterūt occupare bona mariti offerēdo dotem vxori? certè non, quia adhuc actio de dote non competit. Nec est casus in quo constante matrimonio dos debeat solui, tamen soluto matrimonio hoc bene posset fieri, vt l.si cum tibi.C. qui potio.in pig.secundum Iac.de Aret. quod tene menti secundum Bart.

Vtrum l.assiduis.C. qui potior in pigno.habeant. habeat
2 locum in dote confessata? gloss.in d.l.super verbo, Dote, dicit quod non, tamen contrarium seruatur, vt ibi Bartol. plenè.

DXC.

*1 Pactum quod creditor lucretur fructus rei hypothecatæ, valet.*

*3 Pignorum in venditione debet citari debitor.*

1 Si debitor† faciat pactum creditori, quod ipse lucretur fructus rei hypothecatæ, valet pactum, vt dicit gloss.in l.1.C. de distract.pigno.
2 Nota† quod facit iudex, facere videntur partes. inducitur ad hoc l.1.C.si in causam iudi.pig.captum sit.in fina.secundum Barto.
3 Debitor† debet citari in venditione pignorum.tex. videtur in l.creditor.C.de distract.pignor.& ita vidi seruari in Auinione, sed non ita seruatur in hac patria Delphin.quia facta pignoratione bona in incantibus venduntur non vocato debitore.& ita seruat stylus huius patriæ Delphi.

DXCI.

*1 Ordinis exceptio vt prius conueniatur principalis quam fideiussor, an sit dilatoria.*

1 De exceptione† ordinis vt prius conueniatur principalis, quam fideiussor, an sit dilatoria vel anomala? vide Barto.in in l.3.ff.de exceptio.& Cy.in l.exceptionem.C.de proba. & vide in decis.q.171.
2 Quando† inter aliquos est controuersia, debet deputari auditor eorum computatorum: per l.si præsidium.C.de distract.pig.& ita seruat curia parlamen. Delphi.pro abbreuiatione causarum. Et vide l.si cui libertus.ff.de condi.& demonstra.
3 Si quis† deprehendatur cum aliqua muliere, & dicat se eā iurasse, pro veritate accipitur.glos.in l.penul.in glos.1.in fi. C.de fideius.

DXCII.

*1 Denuntiatio, de qua in l.3.C. de nouat. qualiter debeat fieri debitori.*

*2 Scientia in materia l.3.C.de nouat. non sufficit. sed requiritur denuntiatio.*

1 Denūtiatio† qualiter debeat fieri debitori facta delegatione, de qua denūtiatione habetur ī l.3.C.de noua. circa hoc dic, qđ in denuntiatione debet exhiberi debitori, & declarari delegatio, iuxta c.causam quæ.de elect.in clem.& facit quod ponit Bart.in l.non solum.§.morte. in q. quæ incipit, Secundo principaliter est videndum, &c.ibi, quandoque fit ex causa iusta, &c.ff.de no.ope.nun.& bene facit l.nomē.C.quę res pig.obli.pos.ibi, nōdū certior à te, &c.

ita dicit Bar.in d.§.morte.& vide eundem Barto.in l.facta. §.si hæres.1.ff.ad Trebel.vbi ponit multa notabilia in materia d.l.3.C.de noua.& vide Sali.in sua repe.l.si ex legati. in q.quæ incipit, ex prædictis collige, &c.ff.de ver.ob. qui idem tenet.
2 In hac† materia l.3.C.de noua.non sufficit scientia, sed requiritur denuntiatio, tenet Pe.Ia.in ti.de rei ven.quę compe.ex cessione.in §. item est notandum, quod dominus qui cessit, &c.
3 An valeat† legitimatio de infante, vide Bart.in l.iubemus. C.de emancipat.libero. De materia legitimationis scripsi suprà §.quid operetur legitimatio.& §.sequen.singul.464.

DXCIII.

*4 Pater quod soluit pro filio capto ab hostibus, non computatur filio in legitima mortuo patre.*

*3 Fideiussor potest interuenire pro eo qui neque ciuiliter neque naturaliter tenetur.*

1 Si pater† soluit pro filio capto ab hostibus centum, vtrum mortuo patre fratres possint ei cōputare in legitima sua seu portione sua.text.quod non, secundum Bart.in l.liberi.C.de capti.
2 Pone† ꝙ facta cessione, &c.vt s.sing.506.nu.2.
3 Pro illo† qui nō tenetur naturaliter neque ciuiliter, potest fideiussor interuenire.Bart.in l.Marcellus.ff.de fideius.
4 Si quis† mihi teneatur in centum ex mutuo soluendis in festo paschæ, & medio tempore moneta mutetur, in qua moneta debeat fieri solutio? vide Bart.in l.Paulus.ff.de solutio.& plenè tetigi in deci.curiæ parlament.q.

DXCIIII.

*1 Consuetudo dominatur in contractibus fundalibus & emphyteuticarijs.*

1 Nota, & est bonum† dictū, ꝙ in cōtractibus feudalibus & emphyteuticarijs cōsuetudo maximè dominatur. De feudalibus est te.in c.Obertus de Orto.cū ibi not.de feud.cognit.quod no.gl.in l. de quibus.super verbo, Vtimur.ff.de legi. De emphyteuticarijs est tex.in l.1.& 2.C.de iur. emphyte.
2 Quando† liber videlicet, Codex, vel.ff. vetus traditur licētiato, quando doctoratur, videtur ei tradi tota scientia iuris ciuilis.ita dicit Bart.in l.1.C.de donatio.

DXCV.

*1 Causæ cognitio, & decretum iudicis an requirantur in donatione.*

1 Vtrum in† insinuatione requiratur causæ cognitio, item vtrum decretum iudicis requiratur in insinuatione, item an in donatione quæ incipit à traditione, & an insinuatio possit fieri post donationem? de istis quæstionibus vide plenè per Bar.in l.data.C.de dona.
2 Appellatio interposita† in partis vel iudicis absentia, intimari debet infra mensem, vel prius quam cito fieri potest parti aduersæ, alias appellatio efficitur inualida.in ca.licet causam.de elect.in cle.& vide ibi Fran.de Zabar.

DXCVI.

*1 de Meritis debet constare aliter quam ex verbis descriptis in donatione.*

1 Nota ꝙ Guli.de Cun.in l.illud.C.de epis.& cleri.dicit,† ꝙ in donationibus factis ꝑ merita, requiritur ꝙ de meritis ipsis cōstet aliter quā ex verbis assertis & descriptis in donatione, alias leue foret fingere cās in fraudē legis insinuationē requirētis: & nō ē admittēdū.ar.ff.de trāfac.l.cū hi.§. sed cū his.ꝙ de proba.l.qui testamentū.& ibi no.& de leg. 3.l.cū quis decedēs.§.1 itia honestissima.de castrē.pec.l.si fortè.& l.castrēse.& C.e.ti.l.1.& no.gl.in simili.C. de do. per Bar.in l.Seius & Augerius.ff.ad l.Fal.Inuēta.n.fuit insinuatio, ne fraus cōmittatur, ita ꝙ leges insinuationem requirētes illud statuerūt ꝑ cautela ad tollēdū talia fictitia merita, sic ꝙ ꝑpterea aliqua sibi cōtraria nō sint admittēda, ne verbis & nō rebus reperiret lex imposita, ꝙ esse nō debet.l.nā.ff.de ꝑscrip.verb. Ad ꝙ spāliter inducit idē Guli.de Cun.d.l.illud.cū sua gl.dum ibi dr, ꝙ amico facto nō pōt donari cā pietatis, nō igitur ꝯm eū valent tales donationes aliquo modo, imo oportet, quòd donatarius illas causas probet fore veras.C.de sac.sanc.eccl.l.iubemus.§.pe.& auth.hoc ius porrectum.& ita per eum ibi nota.ad plenum. Et si dicatur, quod huiusmodi donatores præterita fuisse merita confitentes erant tempore donationis maiores, & tales qui confitendo poterant sibi preiudicare meritò eorum confessio saltem plenariam inducit huiusmodi meritorum probationem, quamuis non inducat dispositionem.ff.depositi.l.publia.§.fi. Et legitur in simili per Cy.in l.cum falsa.C.de iuris & fact.igno.ad quod pulchrè & eleganter respōdet Bal. in d.l. distinguendo, quia aut in instrumento fit mentio certorum meritorum in specie, & tūc standum est instrumento.l. Aquilius.ff.de don. quasi in confessione speciali insurgat donatio.l.publia.§. fi.suprà alleg.& quod no.in d.l.cum falsa. Aut fit mentio meritorum in genere, tunc per talia instrumenta non probantur merita, quia ista generalis obscuritatem generat.ad quod facit quod notatur in l.si donatione.C.de colla.& in authen.vnde si parens.C.de inoffic.testa.& isto modo limitantur iura de hac materia loquentia. Licet, Bart.aliter militet, in l.si forte.suprà alleg. Sed mihi non multum, videtur vrgere dicta distinctio dom.Bal.quia in vtroque casu dictæ suæ distinctionis, siue in specie declarentur merita, siue in genere, semper subest occasio fraudandi legem quia vt donatio non indigeat insinuatione, posset quis in instrumento donationis specificè declarare aliqua merita quę tamen non essent vera, quod non esset tolerandū.arg. l.conuenire.ff. de pact.dota.& in d.l. qui testamentū. cum ibi no.ff.de probatio. De probatione meritorū, vide quæ dicit Ioā. de Aremone in sua repeti.l.pactum.C.de colla.

DXCVII.

1 Illa verba† quæ quotidie ponuntur in instrumentis, videlicet & volo tot esse donationes, quot possunt consistere inter legitimam summam, &c.nullius sunt effectus, secūdū Cyn.in l.sancimus.§.si quis autem.C.de donatio.quē ibi sequit Bar.& facit ꝑ hoc, qa nō pōt renūtiari insinuationi. Francis.de Zabarel.in clemen.1.de appel.in 24.quæsti.quæ
2 rit†, Si iudex à quo assignauit terminum appellanti ad sepsentandum coram iudice ad quem, & alium terminum ad fidem faciēdam iudici à quo, quòd se præsentauit coram iudice ad quem. Si appellans fidem non fecerit, an appellatio sit deserta? dicit Lapus, quòd licet ex hoc veniat puniēdus, quia non paruit, non tñ appellatio debet conseri deserta, cùm hoc non sit in iure expressum.facit de sentent.excommu.c.is qui.primo responso.lib.6. idem tenet Feder. de Sen.consi.127.dicit tamen Lapus, quòd si iudex cōminatus fuisset, quòd nisi in termino sibi assignato fidem de dicta pręsentatiōe fecisset, haberetur appellatio pro deserta, tunc secus. Pet.de Anchar.dicit, quòd iudex à quo, non potest pronūtiare appellationem desertā esse hoc vltimo casu, quia hic comminatio cōfertur in tēpus quo futurus est non iudex, cùm sit transitura iurisdictio in iudicem ad quem.ar.de offi.delega.in c.præsenti.lib.6.dictum hoc placet dixit de Zabarel.sed ratio non vrget, quòd si appellatio est frustratoria, nec iudex detulit, non est in superiorē trāsfusa iurisdictio.eo.ti.in c.cum appellatio.lib.6.Sed verior est ratio, quia beneficium appellationis pēdet in congnitione superioris, non potest ergo iudex à quo in parte ipsam tollere, nisi vbi reperiretur ei à iure concessum.facit de cōfirmatio.vtili vel inutili.c.1.lib.6.tamen tutum est appellanti, ꝙ fidem faciat, ne se ingerat in diuersitatē opinionū.
3 Quid si iudex† non detulerit appellationi, an possit terminum præfigere appellanti ad introducendam appellationem? Inn.in c.vlti.de accu.dicit, quòd non.contrarium tenet.Specu.de appellatio.in quarta parte.§.sequitur. Francisc.de Zabarel.in clement.prima.de appellationib. tenet opinio.Specul.

DXCVIII.

1 Sacramento† executoris testamenti dicentis se adimpleuisse ordinata in testamento, debet eidem credi, per text. secundum Bar.in l.pe.§.fi.C.de dona.
2 Ad quantum valeant† quingenti solidi, de quibus in dicta l.penult.§.fina.C.de donatio.quidam stultus, vt refert Rofredus, intelligebat de solido vulgari, sed certe planū est, quòd de solido legali debet intelligi de ęquiualenti vno aureo, quorum septuagintaduo faciunt libram, vt.C.de susceptis.& archa.l.quoties.& no.C.de ser.fugit.l.quicunque. illud idem videtur dicere gl.in §.fi.Insti.de pœn.teme.liti. ita dicit Cy.in d.l.pen.§.fi.C.de dona.& tetigit idem. Cy. in l.illud.C.de sacrosan.eccle.

DXCIX.

*1 Iuramentum an validet donationem excedentem quingentos aureos si non fuerit insinuata.*

*2 Donatio causa mortis facta per filium de consensu patris, an sine eius consensu possit reuocari.*

1 Vtrum† donatio excedens 500. aureos validetur iuramento si non fuerit insinuata. Bald.tenet quòd non, in l.illud. C.de sacros.eccle.contrarium tenet Bar.in l.si quis pro eo. ff.de fideiuss.plenius dixi in decisio.curię.par. Delphi.q. 350.& latius scripsi suprà sing.342.in §.donatio sine insinuatione, &c.
2 An donatio† causa mortis facta per filium de consensu patris possit reuocari sine consensu patris. Et videtur ꝙ nō, quia nihil tam naturale, &c.ff.de regulis iur.l.nihil. Quidā contra per l.do.ff.de donat.inter virum & vxo.facit l.nec fratris.C.de dona.causa mortis.& ff.de pecu.l.nō statim. est ar.ff.de adop.l.adoptiuam. Alij dicunt quod non potest in authen.de defensorib.ciui.§.& not.in authē, contra si filij.C.de repud.& ff.de rei vendic.l.si id quod.§.1.ver.ꝙ si.

DC.

*1 Sententia quæ in rem transiuit iudicatam potest retractari si æquitas suadeat.*

*2 Executioni sententiam non mandat ille cuius iurisdictio est prorogata.*

1 Sententia† quæ in rem transiuit iudicatam bene potest retractari, si æquitas suadeat, vel erronea probetur.c.cum inter cętera.extrà de re iud.in antiquis.& ita tenere videtur Spe.in ti.de sententia.§.fi.ver.vel sit lata contra ius litigatoris, &c.& pro hoc vide ꝙ dicit Bar.in l.illicitas.ff.de off. ꝑsid.facit l.planè.circa medium.ff.de peti.hæredi.& quod no.Bar.in l.1.§.hoc interdictum.ff.quod vi aut clam.
2 Ille cuius† est iurisdictio prorogata, non mandat sententiam executioni, quia ipse non est iudex, nisi vsque ad sententiam.no.gl.in l.2.ff.si quis.in ius voc.nō ierit facit.l.episcopale.in fi.C.de episco.audi.

DCI.

1 Si medici† huius ciuitatis Grationop.aliquid faciant ad requisitionem consulum, quod concernat vtilitatem publicam, videlicet, visitare leprosos, vel simile, solutio spectat ad fiscum.allegatur, tex.in l.mulier in opus.iuncta gloss.ff. de capti.& postli.reuer.
2 Seruiens† non potest quem citare sine iussu iudicis.in l.cū clericus.C.de episco.& cler. vide Bart.in l.final.de requirendis reis.

DCII.

*1 Verborum, recusare, renuere, & renuntiare effectus.2.3.*

1 De verbis† recusare, renuere, & renuntiare, verba ista præsertim renuntiare, & renuere, sunt animi declaratiua, vnā resistentiam seu contradictionem verbi aut facti de non faciendo, vel adimplendo aliquem actum, vel onus iniunctum, importantia.de hoc est tex. in l.recusare. in prin.& l.qa poterat.circa mediū.ff.ad Trebel.l.recusari.ff. de acq. hære.l.si non solus.§.1.ff.si quis omis.cau.testa.facit.actione.§.renuntiare.ff.ꝑ socio.ꝙ facit ad qōnē, si instituti. Titiū, & ordinaui ꝙ faciat fieri vnā capellā, vel vnā donā salis, & si facere renuerit, & præmissa attēdere recusauerit in eum casum sibi substituto Caium. Certe si ipse requisitus non fuerit de faciēdo ꝑmissa, & ita nō recusauerit facere ꝑ vnā resistentiā facti aut verbi, credo non esse locū substituto. & hoc importat significatio dictorū verborū.

De verbo-

2 De verbo recusat, vide te. in l. 1. C. de his qui ante apertas tab. Et dicitur proprie recusare, quando aliquis requisitus contradicit facere sine causa rationabili id de quo faciendo est oneratus. in auth. vt exactio. inst. do. §. illud. colla. 7.

2 De verbo renuere, est tex. in c. 1. §. hic finitur lex Fe. & in cipiunt constitutiones regni. in feu.

DCIII.

*1 Principi supplicare lite pendente non licet.*

1 Non est licitum supplicare principi lite pendente. l. 2. C. vt lite pendente, vel post prouocationem, aut diffinitiua sententia nulli licet Imperatori supplicare. Et hoc verum nisi in certis casibus, de quibus per Specu. in titu. de suppli catione. in §. 1.

DCIIII.

1 Qualiter debeat formari libellus, quando agitur contra vnum ex correis, & qualiter. in eo debeat concludi ad hoc vt valeat? dic quod debet poni in conclusione libelli, & reiicitur, ita tenet & ponit. Bar. in l. si pluribus. ff. de leg. 2. & idem quando sunt plures fideiussores quilibet in solidū, & ita plures practicaui & consului.

2 Pone quòd ego fideiussi, p Titio, & obligani me vt principalis in instrumento, nunquid nihilominus habebo exceptionem ordinis, scilicet vt principalis post conueniatur quàm fideiussor? dic quod sic, vt in authen. de fideiussoribus. in §. 1. & ibi gl. no.

DCV.

*1 Princeps semper præsumitur motus iusta causa.*

1 Causa iusta & legitima semper in principe præsumitur. l. relegati. in gl. fin. ff. de pœnis. quæ est notabilis, idem ponit Iac. de Butr. in procemio Digestorum. & plenius ibidem Alberic. tangit Cyn. in l. rescripta. C. de precibus Imperatori offer. & Ioan. Fab. Instit. de iure natura. gent. & ciuili. §. sed & naturalia. quod facit pro rescriptis, quæ à Rege cõceduntur, quia in dubio ex causa iusta cõcessa p̃sumuntur. & de hoc etiam tetigi in tractatu meo de præsumptio.

2 Quando, & qualiter, & per quem causa possit aduocari, vide l. iudicium soluitur. & ibi Bar. ff. de iudi.

DCVI.

*1 Actionis cessio vi facta an possit alteri fieri.*

*2 Iudicis officium potest cedi.*

1 Vtrum cessio actionis vi facta possit alteri fieri? dicit Bar tol. quòd non, in l. non quocunque. §. fina. ff. de legatis. 1. & in l. re coniuncti. ff. de lega. 3. & de vsufructu accrescendo l. 2. in princip.

2 Officium iudicis potest credi. vide Bart. in l. 1. §. vsusfructu. in 1. & 2. quæstionibus. ff. de noui ope. nu.

DCVII.

*1 Bastardorum nomine facta emptio an valeat.*

*2 Articulus negatiuus probandus per instrumentum, debet admitti, & qualiter probetur. nu. 3.*

*4 Iudex à quo semel appellatū est, an sit in alijs causis suspectus.*

*5 Iudex à quo sententiam suam absque citatione partis mãdat executioni per lapsum primi fatalis.*

1 De emptione nomine bastardorum per patres suos facta vtrum & quando valeat, vide Cyn. & Bartol. in l. filia cuius C. fami. ercisc. Et de successione bastardorum dixi suprà sing. 391. §. li bastardi.

2 Articulus negatiuus probandus per instrumentum est admissibilis. tenet gl. 1. & Bar. in l. fi. C. de rebus cre. & iure iurando. & in l. Titiæ textores. ff. de leg. 1.

3 Et probatur talis articulus negatiuus eo ipso, quòd contrarium non probatur. in l. qui sub conditione. ff. de condi tio. & demonstratio.

4 An iudex à quo semel appellat, sit in alijs causis suspect? vide Inn. in c. cùm sit Romana. circa medium de appellatio.

5 Per lapsum anni, videlicet primi fatalis, iudex à quo sine citatione potest mandare sententiam suam executioni absque citando partem appellantem. ita tenet Inno. in ca. ex ratione. de appellatio.

6 Vno die impeditus habet secundum fatale, videlicet vnū annum integrum. Sed impeditus aliquo tempore in secũdo fatali non habet annum integrum, sed restituitur dun taxat ad tempus quo fuit impeditus. ita dicit Inno. in d. ca. si duobus in gloss. penul. ibi, & videtur quod si tantum per vnum diem, &c.

DCVIII.

*1 Appellationis & prouocationis differentia.*

*2 Iudici deneganti facere iustitiam bellum potest moueri.*

1 Differentia est inter appellare & prouocare. quia appellatio proprie & stricto modo loquendo dicitur illa, quæ fit in iudicio, prouocatio verò dicitur illa, quæ fit extra iudicium. Ita dicit Innocen. in c. cùm sit Romana. circa princ. extrà de appella.

2 Si ille qui subditus est iurisdictioni meæ iniuriam ab aliquo patitur, si iudex iniuriantis non faciat satisfieri de iniuria homini meo, ego possum sibi iudici deneganti iustitiã bellum mouere. ita expressè dicit Innocen. in cap. dilecti filij. super verbo, ciuitatis. circa medium ibi, de hoc autẽ non est dubium, &c. extrà de appella. & hoc facit pro materia marchæ de qua plenè scripsi in decisionibus curiæ parla. quæstione.

DCIX.

*1 Actor in odium mendacij mittitur in possessionem rei petitæ. Via ordinaria semel electa non potest rediri ad extraordinariam.*

*2 Attentata post appellationem ab interlocutoria non reuocantur nisi prius cognitum sit de causa appellationis.*

*4 Iudicis nullæ sunt partes nisi in pronuntiando postquam est conclusum in causa.*

1 Circa materiam l. fina. ff. de rei vend. vbi habetur, quòd si reus neget rem possidere. & probetur contrarium, quòd actor mittitur in possessionem rei in odium mẽdacij. Sed iuxta hoc quero, actor tradit in iudicio suam petitionem in rei vendicatione, & petit suæ petitioni responderi, & si negetur, le ad probandum admitti, cui petitioni reus respondit litem contestando, negando etiam se possidere, actor petijt se admitti ad probandum, & factis ac publicatis attestationibus actor vider, quod probauit reum possidere. Actor hoc videns vult redire ad remedium dictæ l. fina. petendo se mitti in possessionem rei petitæ in odiũ mendacij, quia reus negauit se possidere, quæro an ad hoc debeat actor admitti? credo quòd non. pro quo adduco in simili, quæstionem motam per Archidiaconum in capit. non solùm. de appellat. lib. 6. ibi dum dicit & notat, quòd si facta est petitio, qua petitur sententiam tanquam iniustam reuocari, & attentata post appellationem emissam retractari. & super ea fiat litis contestatio, si postea peto attentata ex officio reuocari, audiri non debeo, vt no. in Specu. in titu. de appella. in §. penulti. versicul. sed pone petij vbi dicit se obtinuisse. Sed Ioan. And. in nouella in dicto cap. non solùm, dicit contrarium, videlicet, quòd etiam lite contestata super attentatis debent nihilominus attentata reuocari ante sententiam diffinitiuam. ita sequitur Bal. in l. 3. C. de appellatio. quem sequitur Salicetus. idem tenet Ange. de Are. in l. vna. ff. nil noui appellatio. pen. & Rapha. vt ibi refert de Aret. Et inter alias rationes Speculator ponit rationem, quia contestando litem videor elegisse viam ordinariam, ideò illa est sequenda, vnde nil debet ex officio reuocari, nisi in causa ordine iudiciario fuerit hoc probatum. argu. in ca. significante. de appellatio. Ad propositum, quia dictus actor legit viam ordinariam, dãdo libellum in rei vendicatione, & petendo se admitti, ad probandum negata per reum, videtur elegisse viam ordinariam, ideò non potest posteà ipse actor ad viam extraordinariam regredi, per præmissa. De hoc etiam tetigi suprà sing. 563. in §. circa l. fi. ff. de rei vẽdi. &c. Partis aduersæ faciunt rationes sequentes. Primò, qa licet non solùm innouata post appellationem à diffinitiua sententia debeãt reuocari, imò ea etiã q̃ medio tẽpore cõtigerit innouari, vt in c. nõ solũ. de appellatio. li. 6. tã ibi in tex. excipiuntur casus in quibus iura prohibent appellare. hoc etiã dicit gl. ibidẽ, super verbo, Casibus. Sed de iure à iudice qui pronuntiat



nuntiat super executione sententiæ, cum talis pronuntiatio sit pars executionis, à tali pronuntiatione non põt appellari, vt post Spec. in tit. de executione sententiæ. in §. breuiter. vers. sed ẽm eum queritur, &c. q̃ sic est in casu, de quo in hac causa agitur, quia dict. domi. Germa. appellauit à concessione literarum missionis in possessionẽ bonorum inquantatorum captorum in executionem sententiæ, quæ appellatio prohibetur, vt ibi per Spec. & per consequens nec attentata debent reuocari, vt in dicto c. nõ solum. ibi, exceptis casibus in quibus, &c.

2 Prætereà quæ nõ appellatur à diffinitiua, seu ab interlocutoria, vt in casu isto, attentata post talem appellationẽ ab interlocutoria nõ reuocantur, donec cognito de causa appellationis, nisi foret attentatum post inhibitionem. text. est ad literam, in dicto c. nõ solum. ibi, illa vero quę post, &c. de appel. lib. 6. sed constat ex productis in causa, q̃ dictus do. Germa. non appellauit, neque supplicauit à sententijs diffinitiuis, de quarum executionibus agitur, sed tantummodò appellauit à pronuntiatione iudicis Buxi, qui pronuntiauit super executione ipsarum, quæ pronuntiatio est quædam interlocutoria. Itẽ, & posito q̃ fuisset appellatum à diffinitiua, prout non fuit adhuc, non deberẽt attentata, si qua essent, reuocari. pro quo facit q̃ notabiliter ponit Inn. in c. pastoralis. super verbo, suspendatur. ibi, sed si non est dubium, sed certum appellationẽ iniustam, exequãtur sententiam iudices, &c. extra de offic. delegat. hoc idẽ etiã not. ff. nil noua. app. pendẽ. in glo. 3. ibi, Itẽ si pa tenter appareat, &c. quam gloss. ibi sequitur Bart. Sed ex actis præsentis causæ apparet euidenter dictã appellationẽ domi. Germa. esse iniustã, & ipsum sine grauamine appellasse. igitur nõ debent attentata si qua essent reuocari. Facit etiam ad hoc, quod tenet Io. Mona. in c. cupientes. in
3 §. pen. de electio. lib. 6. vbi dicit, q̃ postq̃ est appellatũ à diffinitiua, & non est inhibitũ, q̃ executio sententię non reuocatur per iudicẽ appellationis, q̃ constat appellationẽ nullam vel iniustam. ita dicit ipse Ioan. Mona. & ideo cũ non fuerit inhibitum in hac causa, & constet ex actis dictã appellationem do. Germa. esse iniustã, & sine grauamine interpositã, merito dicendũ est attentata non fore reuocãda. & in hoc resident Inno. & Io. Mona. vbi suprà. ac glos. & Bart. etiã in locis suprà alleg. De materia attentatorum dixi suprà sing. 583. in §. si iudex aliquid innouet, &c. & in decisio. curiæ parla. q. 213. Præterea hoc idem fuit determinatũ, vbi constat ex actis de desertione appellationis, per decisionẽ Rotæ, per regulã dolo petit, &c. & p l. si is à quo ff. vt in posses. lega. hodie agatur, de re iudi. c. cũ olim. de restitu. spolia. c. literas. Præterea etiã vt legitur in actis dictæ causæ dictus do. Germa. durante processu ipsius causæ appellationis non petijt attentata reuocari, sed tantũmodo suã petitionẽ in causa fecit petendo pronuntiari malè iudicatum, & bene fuisse appellatum, super qua petitione dictus do. Guido litẽ fuit cõtestatus. Et in ipsa causa vsque ad conclusionẽ, & renuntiationẽ, & assignationem ad diffiniendum iuclusiuè fuit processum, vt põt videri in processu dictæ causæ appellationis. fo. 118. vers. Ex quo infertur, q̃ cum ipse dom. Germa. elegerit viam ordinariã, petẽdo cognosci super negotio principali, non põt post assignationẽ factã ad diffiniendum recurrere ad viã extraordinariã, nec aliquid debet reuocari ex officio iudicis, donec de meritis causæ principalis fuerit cognitum. Et ita se obtinuisse dicit Spec. in titu. de app. in §. pen. ver. sed pone petij, &c. quem sequitur Archi. in dicto c. non solum. ibi, & not. q̃ si facta est petitio, qua petitur sententiam tanquam iniustam reuocari, &c. Et sic circa hæc prætensa attentata non debet ipse do. Germa. audiri, attento maximè, q̃ fuit in dicta causa appellationis renuntiatũ & conclusum, iuxta c. cũ dilectus. extra de fide instrum. in princ.
4 Et alibi dicit Innoc. q̃ vbi in causa est conclusum, nullæ sunt partes iudicis, nisi in pronuntiãdo sententiam, & est clausus processus, adeo q̃ nulla allegatio deinceps fieri debet, nec in iure, nec in facto, secundum Inno. in c. pastoralis. extra de accusa. & de materia attẽtatorũ vide quæ scripsi in decisio. curię parla. quæsti. 213. In quo rescripto mãdatur dicta attentata reuocari. Tum primo, quia tacuit ipse impetrans in dicto suo rescripto, q̃ in dicta causa appellationis elegerit viã ordinariã, prout fecit, vt suprà declaratur. Tũ etiã, quia ipse ibi tacuit, q̃ fuerit renuntiatũ & cõclusum in ipsa causa appellationis tempore impetrationis dicti rescripti, qua pendente nõ petijt attentata reuocari, sed longè post renũtiationem & conclusionem in ipsa causa appellationis factã, quod facere nõ potuit, cum elegerit viã ordinariã, vt supra fuit declaratum. & sic dictum rescriptum contra ius elicitum, & tacita veritate impetratũ, nõ venit obseruandum, in l. 2. & l. penu. C. si cõtra ius vel vtil. publi. Tum quia dictum rescriptũ do. Germa. non debet sortiri effectum, cũ domi. noster tunc Delphi. & Rex Delphin. modernus postea declarauerit animum suũ, q̃ dictũ rescriptũ concesserat dicto do. Germa. per inaduertentiã, vt patet in rescripto dicto domi. Guido. cõcesso Grationopoli, die 19. mẽsis Septẽb. anno do. 1453. Et sic cũ principes nõ ex certa scientia, sed erroneè p̃ inaduertẽtiã dictũ rescriptũ dicto do. Germ. cõcesserit, sequif ipsum nõ fore obseruandum, quia in errante non est consensus, vt dicunt iura. Tum quia ipse domi. Germa. tacuit, quod ipse dedisset, & remisisset dicta bona eius filio, vt infra dicetur. Prętera ann. 1454. & die 24. mensis Martij prędicto processu donauit, cessit & remisit nobili Gerardo Adhemarij eius filio, tũc prẽsenti, & stipulãti, omnia bona mobilia & immobilia, iura, res, actiones & rationes, quæ & quas, & quicquid iuris vel actionis habere prætendebat in dictis loco, & mandamento sancti Albani, de eisdem bonis donatis se deuestiẽdo, & dictum eius filium donatarium, & cessionarium inuestiendo, nihil iuris aut actionis sibi retinendo, sed penitus in ipsum cessionarium tranferendo cũ iuramẽto & retentione vsusfructus pro vna die, vt latius cõstat instrumẽto in processu producto & inserto, singu. prout hæc fuerunt opposita cõtra dictum do. Germa. per dictũ do. Guido. Papę in suis articulis incipientibus, Vt appareat vobis venerabili, &c. maximè. in 33. 34. & 35. ipsorum articulorum. Ex quibus propterea infertur, q̃ cũ ipse alteri cesserit iura, & actiones, quę sibi competere prætendebat in dictis bonis sancti Albani, de quibus in hac causa agitur, debet ipse domi. Germa. repelli à petitone per eum in hac causa facta. Rõ secũdum Bar. & Doct. quia d. cessio facta fuit in commodum dicti cessionarij, & cessionarius habet vtilem actionẽ. quæ prefertur directæ. ita notabiliter ponit & tenet Bar. post Iac. de Are. & Old. in l. facta. §. si hæres. ibi, quæro de q. notabili, & c. ff. ad Trebel.

5 In materia cessionis actionis vide plures quæstiones per Bar. in d. l. facta. ff. ad Trebel.

DCX.

*1 Substituere procuratorem in causa appellationis non potest procurator causæ principalis.*

1 An procurator † qui litem est contestatus in causa principali, possit ex virtute dictę contestationis procuratorẽ substituere in causa appellationis à diffinitiua? credo quod non, quia ideo procurator post litem contestatam procuratorem substituit, quia per contestationem efficitur dominus. C. de procuratoribus. l. procuratoribus. & l. nulla. dominus quidem non rei sed litis, id est instantię. ff. de except. doli. l. si procurator. & ibi not. sed sunt diuersę instantię. s. principalis & appellationis. patet, quia in eisdem statuuntur diuersa tempora. C. de iud. l. properandum. C. de temp. appella. auth. ei qui. ideo diuerso iure censeri debeat. & per consequens, quod non possit in causa appellationis procuratorem substituere. pro quo facit etiã quia videmus, quod procurator non cogitur causam appellationis prosequi, in l. inuitus. C. de procur. & not. ff. an per alium cau. appel. in l. fi.

DCXI.

*1 Obligatus solũ naturaliter, si postea dicat, soluã vobis, tenebi*

tur

*tur actione de constituta pecunia.*

2 *Constituens se pro alio soluturum, non conuenietur ante decẽ dies, nec nisi prius discusso principali nu. 3.*

3 *Iuramentum regulatur secundum naturam contractus.*

Pet. Iaco. in tit. de constitu. pecu. libellus. circa princ. ibi, ex

1 prædictis apparet, &c. dixit, ꝙ sit quis esset naturaliter obligatus, fortè ex minus solenni voluntate, & sic nõ posset agi contra eum actione ex testamento, si solum ille diceret, benè soluam vobis, postea posset agi contra eum actione de de constituta pecunia, licet ante nulla actione posset agi.

2 Item plus vbi suprà, dicit ipse Petr. Iac. ꝙ quis constituit se soluturũ pro alio, non põt ante decem dies conueniri actione de cõstituta, vt ff. de constituta pecunia. leg. promissor.

3 Item nec etiam posteat† potest constitutor conueniri, nisi prius discusso principali, cum pro alio sit constitutum, vt in authen. de fideiusso. §. 1. ita dicit Petr. Iaco. vbi supra. De hoc plenius scripsi in decisio curiæ parlam. q. 94. Sed quid si constitutor iuret soluere, an teneatur seruare iuramentum, etiam non discusso principali? videtur ꝙ sic, per capi. cum contingat. extra. de iureiuran. In cõtrarium videtur, quia iuramentum regulatur secundum naturam contractus, in l. secunda. C. de non numera. pecunia. Item si quis constituat se soluturum plus, quam sit debitum non tenetur constituens in eo, quod plus est. ff. de constitut. pecunia. leg. hactenus. in finali. Fideiussor autem in nihil teneretur, ff. de fideiussor. leg. græcè. §. illud, . Vterque tamen si esset sciens, videretur donare. ff. de oper. liber. l. Campanus. De fideiussore tamen contrarium notatur. ff. de fideiussoribus. l. fiã reo. §. fi à furioso.

## DCXXII.

2 *Sententia nomine inielligitur de diffinitiua.*

3 *Sententia super executione sententia lata est interlocutoria.*

5 *Appellari ab interlocutoria quibus casibus possit de iure ciuili.*

1 Sententia† nõ potest ferri sine lite contestatione, nisi in causis. in quibus lis nõ contestatur, puta in causa appella. in causa in integr. restit. & in priuatis delictis. ita dicit Per. Iac. vbi suprà de consti. pecu.

2 Quando in iure† loquimur de sententia, intelligimus de diffinitiua, & nõ interlocutoria. gl. in l. 1. §. biduũ. super verb. latè. & §. quod in sententijs. ff. quando appel. sit. verbum. n. simpliciter prolatum, debet intelligi in sua propria natura & rudi materia. l. quæstum. §. illud. ff. de leg. 2. & l. legatis seruis. in prin. ff. de leg. 2. idẽ in dominio, vt ff. si ager. vect. vel emphy. peta. l. 1. §. quod in perpetuum.

3 Omnis† pronuntiatio siue sententia in executione sententiæ diffinitiuæ lata, dicitur interlocutoria. Bartol. in l. 2. ff. de appella. recipiend. vide Bald. in l. 2. C. de episco. aud. vide quæ scripsi infrà singular. 617. & supra singul. 32. num. 26.

4 Sententia lata hoc modo, † pronuntio non fuisse probatum, est interlocutoria, & non diffinitiua. glos. in l. h. C. de sen. quæ sine cer. quanti. profer. & non est alibi.

5 Casus† de iure ciuili appellatur ab interlocutoria, posui in decisio. curiæ parl. q. 75. & ponit alios casus Spe. in tit. de primo & secundo decreto.

6 Sententia lata † in confessum est interlocutoria, vt suprà scripsi singularia. 124. in §. valet sententia lata in confessum, &c.

## DCXXIII.

1 Si iudex† interlòquendo. &c. vt suprà sing. 125.

2 A sententia† interlocutoria oritur actio in factum, sicut à diffinitiua. Bart. in l. licet. ff. de pecul. ibi, Item quæro, &c. Et quę alia remedia & auxilia competant ex sententia interlocutoria? vide Spec. in tit. de sententiæ executio. in §. breuiter. in fin.

3 An sententia† lata super nullitate ptocessus sit interlocutoria, vel diffinitiua, vide quæ dixi in decisioni. curiæ parlamẽti, quæstio. 120.

4 An sententia† lata super desertione appellationis sit interlocutoria? vide quæ scripsi in decisio. curię parlamenti. q. 12. & vide quæ scripsi infrà proximè in §. sententia super desertione. &c.

5 Si iudex† pronuntiet se iudicem competentẽ, vel non competentem, an talis pronũtiatio sit interlocutoria? vide quę scripsi in deci. curiæ parla. q. 10.

6 An debeat† appellari in scriptis ab interlocutoria quæ habet vim diffinituę, vide quæ scripsi in decisioni. curię parlamen. quęstio. 12.

7 Sententia† lata per iudicem appellationum, in qua pronũtiat per iudicem à quo nulliter fuisse iudicatum, est interlocutoria, vt vide in decisionibus curię parlamen. q. 16.

8 Sentẽtia† super desertione appellationis lata est interlocutoria. in ca. fua nobis. ext. de app. cũ dicit, interlocutus fuerit illos non potuisse de iure tertij appellare, &c. facit c. dilecto. e. tit. & c. cũ dilectus. in fi. extra de electio. Et ꝙ sententia super desertione lata sit interlocutoria, tenet Bal. in l. si præses. C. quomodo & quando iudex. & Pet. Iaco. in ti. de cõstituta pecunia, circa finẽ. super libello, in causa appellationis. & in decisionibus. Tholosanis, decisione 280. habet tamen vim diffinitiuæ sententię, vt tenent doct. prędicti, & vide quę scripsi in decisionibus curiæ parla. q. 11.

9 Item sententia lata † super exceptione peremptoria est interlocutoria, vt probãt docto. in dicto ca. cum dilectus. de elect. & probat clemen. cum à repulsione. de appellat. vbi est bona glos. & allegat rationes, & fuit decisum in capell. Tholosana.

10 Item si fuerit † appellatum ab interlocutoria & iudex ad quem pronuntiet benè vel malè appellatum, ista est interlocutoria, secundum Henri. Boich in c. in literis. extra de offi. deleg. in prima diftin. & erit appellandum inscriptis, iuxta c. cordi. appel. lib. 6.

11 Si iudex† pronuntiet partem non potuisse appellare, est in terlocutoria. Francisc. de Zabarel. in clemen. cum à repulsione. de appellationibus. Etiam pro modico grauamine appellatur ab interlocutoria, vt dicit Zabarellis, in d. clem.

12 Omnis† pronuntiatio super dilatoria vel peremptaria exceptione, & etiam quando pronuntiatur aliquem non potuisse appellare propter aliquam causam, vel exceptionẽ peremptoriam. quæ obstabit, est interlocutoria, vt probatur in c. cum dilectus. ad fi. de elec. & c. ista sunt verba Arc. in c. cupientes. de elec. lib. 6.

13 Omne præceptum † quod facit iudex ad causam, est interlocutoria. gl. in authen. de litigio. in princi. super verbo, Interlocutionibus.

14 Iudex quit malè interloquitur, &c. vt supra singulari 580.

## DCXIIII.

1 *Appellari in scriptis debet à sententia super possessorio lata*

3 *Appellari quibus casibus possit ab interlocutoria.*

5 *Appellare etiam post decem dies põssum, si peto interlocutoriam reuocari, & iudex non reuocet.*

6 *Appellari non debet, antequam iudex interloquatur, vel cõminetur.*

8 *Interlocutoria necessario non est referenda in scriptis.*

9 *Interlocutoriæ vim habet terminus peremptorius datus reo ad proponendum omnes suas exceptiones.*

10 *Appellari quibus casibus possit a futuro grauamine.*

1 Licet sententia† super possessorio lata sit diffinitiua, tamẽ ab ea debet appellari in scriptis, sicut ab interlocutoria, vt plenè dixi in deci. curiæ parla. q. 37. in fi.

2 In statuto, si quis per literas iudex† appellationũ debet ꝙ cedere ad instar interlocutoriæ, vt scripsi in decisionibus curię parlame. q. 37. & plenè dixi in apparatu meo, quem feci super statuto, si quis per literas, in gloss. super verbo.

3 An hodie† appelletur ab interlocutoria, & casus in quibus de iure ciuili appellatur ab interlocutoria, vide quæ scripsi in decisi. curiæ parla. q. 75.

4 Appellans† à simplici interlocutoria nõ põt de nullitate corã ipso iudice apppellationũ agere. in ca. dilectus. extra de appel. hoc ponit Inn. in c. dilecto filio. extra eod. tit. sed credẽ cõtrariũ in interlocutoria habẽte vim diffinitiuę.

Si ab



5 Si ab interlocutoria† non appello, sed eam peto contrario imperio reuocari, & iudex non reuocet, possum etiã post 10. dies à tali grauamine appellare, & totã causam possum introducere coram iudice ad quem, secundum Innocent. in capi. fina. extra. de operis nun. & vide in 89. consiliorum meorum.

6 Non debet† appellari antequam iudex interloquatur, vel commineturin c. 1. gl. fi. in fi. extra de appella. vnde reprobatur practica quorundam aduocatorum, qui petunt admitti exceptiones, vel reuocari grauamina, & non expectata interlocutoria, vel ordinatione conditionaliter appellant dicendo, Si verò prædicta facere recusaueritis, appello, quia debent expectare interloqui, vel ordinari antequam appellent, nam appellari non potest, nisi ab illato grauamine, vel comminato, vt supra in ca. dilecto filio. extra de appellat. & c. cum causam. eod. titu.

7 Ordinatio† facta per iudicem de citando, est interlocutoria. l. cum clerici. cum ibi notatis. C. de episco. & cleri.

8 Non est necesse,† quod sententia interlocutoria feratur in scriptis. gl. in l. 2. C. de appel. recipiend. tamen securius est quod feratur in scriptis.

9 Terminus† peremptorius datus reo ad proponendũ omnes suas exceptiones, vel aliud, habet ille terminus peremptorius vim interlocutoriæ. ita dicit Specul. in titu. de dila. in §. nunc videamus. ver. & sunt hęc in argumentum, &c.

10 In quibus† tamen casibus à futuro grauamine, vel commi natione possit appellari? vide Specul. in titul. de appella. §. 2. ver. 37. & in §. qualiter. ver. deesse. & vide Inn. in c. signi ficauerũt. in gl. super verbo, Interlocutoria, ext. de testibu.

## DCXV.

1 *Fatale primum computatur à die inter positæ appellationis.*

2 *Appellationis causam infra annum tempus inchoandi arbitrio iudicis relinquitur.*

3 *Annus secundus datur appellanti impedito finire causam in primo anno, probato tamen impedimento.*

4 *Causæ iustæ concedendi secundum fatale.*

5 *Appellanti tertius annus non datur à lege, sed per officiũ iudicis per restitutionem in integrũ ex clausula generali si qua mihi iusta causa, & ad quantum tempus detur. num. 6.*

1 Primũ† fatale computatur à die interpositæ appellationis & non à tempore sententiæ, per tex. in auth. ei qui appellat. C. de temporibus appellationum. dum ibi dicit, ei qui appellat, &c. & erit appellatio deserta, nisi intra annũ primi fatalis fuerit appellatio diffinita, per dictam authent. ei qui appellat. ita dicit Pet. Iac. in titulo, forma libelli super nullitate sententiæ, in §. nunc est notandum, &c. quì titulus est post titulum, de constituta pecunia.

2 Sed quo† tempore infra annum teneatur appellãs causam appellationis inchoare, vt sic appellatio non videatur deserta, si postea contingat causam appellationis non esse finitã intra annũ, non est iure cautum, ergo arbitrio iudicis relinquendum est. argu. ff. de iure delibe. l. 1. & in fi. & de verborum obligatio. leg. continuus. §. cum ita. Et sufficiet venire coram iudice appellationum tali tempore, ꝙ supersit tantum de anno ꝙ sit verisimile causam finiri posse intra annum. ar. ff. si quis cautionibus. l. 2. §. si quis. ista sunt verba Petr. Iaco. in dicto titu. forma libelli super nullitate sententiæ. in §. nunc est notandum, &c.

3 Item si appellans† fuerit impeditus in illo primo anno finire causam, datur ei alius annus, vt in dicta auth. ei qui appellat. & datur à lege ex iusta causa. iudex ergo non dat secundum annum, sed causa impedimenti sibi probata, declarat eum sibi competere. Per quod apparet, ꝙ iudex nõ potest infra annum declarare eum, quia nondum est datus à lege, quod autem non est, declarari non põt esse. ar. ff. de iniust. rup. & irrit. testa. l. nam & si. §. post defectum. Item quia tractus futuri temporis non spectat ad iudicem. ff. de vsufruct. l. 1. §. 1. sed finito illo primo anno appellans debebit probare causam impedimenti, qua probata si iusta sit, iudex declarabit secundum annum à lege datum competere. ista sunt verba formalia Petr. Iacob. vbi supra.

4 Sed quia vt conceadatur† secundũ fatale debet subesse iusta & inuitabilis causa, vt dicta auth. ei qui. Quæro, quæ sunt illæ iustæ & inuitabiles causæ? Dic fm Pe. Iac. vbi supra, videlicet. Immensitas ventorum, nec licuit nauigare propter cõtrarietatẽ ventorum, nec per terram potuit appellans venire, fortè p. p. inopiam. Item acerbitas tempestatum, vel languor inuitabilis. Et sic de pluribus, quãdo appellantes per talem quandã fortunæ circunuentionẽ lędũtur, vt vbi habetur. Sed si sufficiens procurator mitti potuit, nõ credo ꝙ excusatio sibi prodesset. ita dicit Pet. Iac. vbi supra. Item iusta causa est, si testes in primo anno sibi necessarios, vel instrumenta habere non potuit, iuxta illud dictum, quod per me non stat, &c. Idem erit si appella tus tam longas, & tot dilationes habuit ꝙ finitus fuit primus annus. Itẽ si probata iusta causa impediměti primi anni appellator, non currat, vel nõ veniat in secũdo anno vt deberet, vel venit, sed relinquit examinationem causæ in medio certaminis. ista sunt verba Pet. Iac. vbi supra.

5 Hodie sunt† tantum duo fatales termini causæ appellationis. s. primus annus & secũdus. Nec lex dedit vlterius aliud tempus ad causam appellationis finiendã, fortè ne lites essent immortales. Attamen si appellans fuerit impeditus in secundo anno, ipse poterit habere tertium annum per restitutionem in integrũ, non à lege, sed per officium iudicis ex clausula generali, si qua mihi iusta causa, &c. vt ff. ex quibus causis maio. l. 1. in fin. & not. in dicta authen. ei qui appellat. nec tunc tertius annus competit, nisi in integrum restitutione obtenta, quia qñ ad agendum vel excipiendũ datur restitutio in integrum, actio vel exceptio non habet locum nec effectum, nisi in integrum restitutione obtenta. ff. ex quib. cau. maio. l. necnon. §. exemplo. & de iureiur. l. nã postea. §. si minor. Ista sunt verba Pet. Iaco. vbi suprà.

6 Item, quia† primum fatale est primus annus integer, & secundus annus est annus integer, ideo si appellans fuerit impeditus in secundo anno solũ per vnum diem, sic ꝙ causa non poterit finiri, debet sibi dari tertius annus integer p in integ. restit. & sic de alijs annis, & ita videtur notari in auth. ei qui appellat. supra allegat. ibi, dum dicit gl. & ita primus & secundus annus dantur à lege, & alij per restitutionem in integrũ, &c. Ex gl. alla credunt multi prędicta esse vera. s. ꝙ tertius annus semper debeat dari integer per restitutionẽ in integrũ, & fortè non malè, si in aliquo tex. legis iacerent illa verba, in d. gloss. posita. Sed non sunt ita in aliqua lege. Est ergo dicendum, quod appellanti datur primus annus integer ad causam finiendam. Et si iusto impedimento interueniẽte causa nõ fuit finita, etiam si impedimẽtum fuerit vnius diei, datur ei à lege secũdus annus integer. Et si tunc in secũdo anno causa non fuerit finita, siue appellãs habuit iustam causam impedimenti, siue non, attamen lex non dat ei ylterius aliquod tẽpus, sed appellatio est deserta & sentẽtia à qua fuit appellatum debet mãdari executioni, ne lites sint immortales, attamẽ de æquitate prætoria restituitur in integrum solum ad tantũ tempus, per quãtum probatũ fuerit ipsum habuisse iustũ impedimentum. Et sic læsio anni integri sit vnus annus integer, restituetur ei qui poterit† dici tertius annus, & sic poterit intelligi illa gl. in dicta auth. ei qui appellat. Sed si læsio fuerit tãtum de vna die, vel vno mense dicti secũdi anni, tunc vna sola dies, vel vnus mẽsis restituitur ei, vt ff. ex quibus cau. maior. l. sed & si §. sed cum fortè, & §. quoties. ista sunt verba formalia Pet. Iaco. vbi supra.

7 Et si fuerit† negligens appellans in petenda dicta in integrum restitutione, cum ingressus fuerit tertium annũ, tũc tempus negligẽtiæ compẽsabitur sibi cum tempore lęsionis pro rata temporis, vt ff. ex quibus causis. l. ab hostibus. §. sed ꝙ simpliciter. hęc sunt verba Petr. Iacob. vt suprà.

8 Item circa prędicta multi deficiunt† credẽtes, ꝙ postquã cõclusit in causa, & petijt sententiam ferri, ꝙ propter hoc se posuerit in tuto, & ꝙ fatales termini sibi non currant, nec sit curãdum an postea iustum impedimentum habeat vel non, sed non est verum, causam. n. tunc est finita, imo

erit

erit quærẽdum,an iustum habuerit impedimentum, quare non fuit post conclusionem lata sententia.ista sunt verba formalia Pet.Iac.vbi supra.

9 Sed quid†erit si steterit per iudicẽ appellationis? videtur, quod currit tempus fatale.sed quod debeat tunc dari restitutio,& ita not.C.de tempo.appel.authe.item si. & in corpore.vt sponsalitia largit.§.hęc quorum.& de his qui ingrediuntur ad appellationem.§. 1.currit.n.tempus, si per iudicẽ steterit,vt notatur in distinctione Placentini in summa sua de tempore appellationis.Sed econtra, q̃ tẽpus fatale non currat, si steterit per iudicẽ,facit in corpore,vt sponsa.larg.§.hoc quoque.& nor. in corpore de his qui ingrediad appellationem.§.quia.n.vir.& in auth.de appel.& intra quæ tempora.§.ad hæc sancimus. Et idem notat do. Azo in summa,& extra de appel.ex ratione. Sed in hac quæstione videntur tempora esse distinguenda, vt si in primo anno steterit per iudicẽ,quare causa appellationis non fuit finita,quod tunc currit tempus, non tñ indigebit appellãs aliqua restitutione,quia lex dat ei secundum annum integrum,vt videtur expressum in corpore, de his qui ingrediuntur ad appellationẽ.§. 1.vbi dicit dari ẽm annũ siue p̃pter occasionẽ iudicis appellatio prolongatur,aut per aliã quamlibet causam. Si aũt stet per iudicẽ in secundo anno, aut stetit per eum ante finẽ illius secundi anni,seu ante vltimã dilationẽ,seu ante vltimos dies, sic q̃ causa non possit finiri,& tunc etiã currit tempus sed appellans, cum ingressus fuerit tertium annũ,habebit petere restitutionem in integrũ,nec alias succurreretur ei, & sic habet locũ prima opinio suprà posita domi. Placentin i.Si aũt stetit per iudicem in vltimis diffinitiuis secundi anni,tunc ipso iure non currit tẽpus fatale,& sic loquitur in corpore, vt spõ,larg.§.hoc quoque. Et sic potest intelligi dicta secũda opido. Azo.ista sunt verba Petr.Iac.in tit.præalleg.

10 Item est notandũ,†q̃ in dobus casibus tempus fatale non currit appellanti. Primus est, si lis speratur inferri in cõsistorio principis,vt in authen.de appell.& intra quę tempora.§.ad hęc.Secundus casus est,si partes veniãt ad arbitros quia quandiu causa tractatur coram arbitris,non currit tẽpus fatale.vt in authen.de appella. & in clem.quandiu. de appellatio.

11 De materia †appellationum,secundum Petr.Iac.etiam suprà tetigi sing.358.§.si non appelletur viua voce, &c.& in 20.§§.ibi sequen.

DCXVI.

*1 Excusatio constituti in mortis articulo,vel existentis in patibulo,an prosit ei quem prius accusauerat.*
*2 Acta falsificans vel corrumpens cadit causa.*
*3 Præconisationes fieri facieus contra consuetudinem ecclesiæ est excommunicatus.*

1 Aliquis in mortis†articulo constitutus, dicit per Deũ verum,vel cum est in patibulo dicit,per ilum Deum,qui potest me saluare.ego excuso illum quem ego accusaui, dein de moritur,nũquid illa excusatio valet,& prodest illi quẽ primo accusauerat?& videt prodesse,vt l. si quis in graui. §. 1.ff.ad Sillanianum.& l.3.§.fina.& l.diuus.ff. eodem tit.

2 Si duo†inter se litigãtes,& alter acta inter se habita corruperit,vel falsificauerit,ille talis cadit à causa,in l. in fraudẽ. §.quoties.de iure fisci.ita notat Petr.Iaco.in tit.de actio.in factum ex iureiurando,ibi,item est notandum,&c.

3 Facientes† fieri præconisationes contra consuetudinem & iurisdictionem ecclesiæ.sunt ipso iure excommunicati in c.pe.de immu.eccle.lib.6.ita dicit Pet.Iac.in tit.de feu. in additione,Philippus.

DCXVII.

1 Suprà dixi,in sing.312.nu.26.& singul.612.§.omnis pronũtiatio,siue sententia, &c. quod pronuntiatio & sententia lata in executione sententiæ diffinitiuæ est interlocutoria allegaui Bar.qui hoc videtur innuere, in l.2.ff.de appel.recip.Adde dictum Pet.Iac. in tit.de act.in fact. ex re iudi.in §.sed quid erit præses,vel alter iudex mixtum,&c.in fi.ibi licet secus sit,cum appellatur à diffinitiua, &c.vbi clarè videtur dicere.quod pronuntiatio super executione sententiæ est interlocutoria.

DCXVIII.

2 Nemo debet † expelli à sua possessione, etiã si iniusta sit, nisi parte vocata,& si iudex hoc fieri præcipiat,debet reuocare.Et si pars priuata etiam hoc faciat. debet spoliatus restitui in sua possessione etiã si sit iniusta.Ista ponit plenissimè Bald.in l.2.C.si propter publicas pensitationes vendi.cele.fuerit.& faciunt quę leguntur & no.in ca.licet Episcopus.de prębend.lib.6.& ibi plene Archi.Et ponit Ang. de Are.in l.à diuo Pio.§.si super rebus.in 3.col.ibi,tu addas &c.ff.de re iud. vbi dicit, quod quilibet etiam iniustus est citandus,antequam priuetur sua detentione,sicut quilibet alius possessor.alleg. dictum c.licet Episcopus. facit l.1.§. si vi à me.ff.de vi & vi armat.De hoc etiam tetigi in apparatu meo statuti,si quis per literas.in gl.super verbo,absq; violenti euocatione.

3 An percutiens † clericum intonsuratum sit excommunicatus † dic vt no.C.de epis.& cle.l.si qua per calumniam.

Et quis

4 Et quis † debet probare ignorantiam, dic vt in c.si verò.2. de sentent.excommuni.& in capi.audientia.& ibi not.per docto.

5 De iudice † siue officiali qui fecit litem suam,facit mẽtionẽ Spe.in tit.de compet.iudi.aditio.in §.videamus.in ver. & no.&c.& de hoc vide supra sing.580.

DCCXLVII.

1 Sententia † lata præcipitanter dicitur nulla.per te.in l.2.C. de sen.ex peric.recit.ibi, non subditas, sed deliberatione habita,&c.& facit ca.Deus.2.q.1.& faciunt.not. per Inno. in c.2.de in integ.resti..

2 Iudex † procedendo ad vlteriora causæ admittendo proposita partis,vel alias,videtur pronuntiare super competentia iudicij, vt dicit gl.in l.2.§.sed si dubitet.sup verbo, tueri.ff.de iudicijs.pro quo est casus in l.quod in diẽ.§.si ratio nẽ.ff.de compensati.facit c.ex parte.extra de appel.Ad idẽ si Episcopus, vel ab eo delegatus inuestiat aliquem de beneficio,videtur eum instituisse.glos. in ca.autem. extra de institutio.in antiquis.& Henric.Boich.in capitulo.ex transmissa.de electio. Ex quibus consulendo,alias dixi, quod fortè si pars petat expensas adiudicari & taxari, q̃ index ordinando taxari, videtur ipsas expensas adiudicasse.& pẽ det super hoc causa in curia Grayſinodani. pro hac parte facit l.ad rem petendam. cum ibi not.& in l.ad legatum.ff. de procur.

DCCXLVIII.

*1 Amicus pro amico an & quando admittatur in testem.*

1 Intimus † amicus partis producentis repellitur à testimonio.in l.3.circa princ.ibi vel amicus,&c.ff.de testib.nam si amicus pro amico producatur in testem,tantam fidẽ non facit sicut alius. ita tenent.Petr.& Cyn.in l.eos.C. de testi. Imo alibi dicitur,quod amicus magna amicitia testis esse non põt.4.q.2.ver.si testes.& ver.testium fides.& hoc, videlicet q̃ quis propter amicitiam repellatur à testimonio legitur expresse in c.quoties.extra de testib.& de testi.cogen.c.cæterum.ista sunt verba Spe.in tit.de teste.§.1.ibi dũ dicitur amicus etiam &c.ibi ego dico.

2 Arbitri non possunt † causam audire, nec partes citare extra locum, in quo fuit receptum cõpromissum, nisi aliud fuerit in ipso compromisso actum. textus nota.ff.de arbi. l.si cum dies.§.si arbiter.

DCCXLIX.

*1 Procuratoris generalis constitutio non comprehendit lites futuras.*

1 Constitutio † generalis procuratoris non comprehẽdis futuras lites.l.omnium.& quod ibi not.ff.de procur.& l.nam Seruius.§.si viuo.ff. de neg.gest.l.damni.§.si is.ff. de dãno infect.not.in cle.1.de procura. & faciunt not.in ca.non iuste.extra de procurat.in antiquis. & in leg.si de certa.C.de transact.

2 De dictione † vel,ad quæ referatur, videtur text.in l.hæredes mei.§.si.ff.ad Trebel.

3 Testamentum † non potest conuentione,&c.vt supra singu.677.§.2.

DCCL.

1 Omnis † periurus repellitur à testimonio.gloss.in l.2.§.miles.ff. de his qui notan.infa.super verbo,Sacramento.& vide plenè in consilijs meis consil.228. Et ibi plenè an periurus sit infamis, & de materia leg.si quis maior.C. de transact.

2 Consuetudo † ciuitatis se extendit ad loca & castra adiacẽtia.gl.in l.ex ea.gl.si.ff.de postu. Et ibi vide an consuetudo generalis patriæ vel ciuitatis liget clericos.& ibi dicitur q̃ sic,non vt consuetudo laicorum, sed vt consuetudo clericorum.vide ibi reportata in ff.meo.

DCCLI.

1 Non dicitur † posse fieri,quod commodè fieri non potest. no.Odof.in auth.generaliter.C.de epis.& cler.arg.in l.nepos Proculo.ff.de ver.signi.

2 Ille cui petitur † q̃ caueat de expensis refundendis, sufficit quod iuret quod non credit posse reperire fideiussores, nec requiritur quod iuret se non posse dare, seu reperire. ita dicit Odofred. in authenti.generaliter.C. de episcop. & cleric.

3 Petito debet † continere certam quantitatem, vel rem petitam, alias non est admittenda. vide plenè per Odofr.in auth.generaliter.C.de epis.& cleric.

DCCLII.

1 Testes † possunt examinari post publicationem testiũ super alijs diuersis articulis.ita dicit Odofr.in auth.at qui semel.de proba.qui allegat l.pen.C.eo.idem dicit Bart.quando articuli non sunt contrarij,sed diuersi,in l.cum furti.ff. de in lit.iuran. Et de hac materia plenè scripsi suprà singu. 109.§.2.

2 De illo † qui dicit, omnia bona mea sunt vestra, an possit prætendi donatio.Bar.quod non,in l.si non remunerandi. ff.mandati.

DCCLIII.

*1 Gabella non debetur pro annulo qui portatur indigito, vel pro vestibus pretiosis.*

*3 Fundus traditus mulieri in solutionem dotis marito vergente ad inopiam,dicitur dotalis,nec poterit alienari.*

1 Pro annulo † qui portatur in digito, vel q̃ vestibus pretiosis quæ portantur,non debetur gabella.Barto.in l.1.ff.ad le. Rhodiam de iactu.

2 Differentias † inter pignus prætorium & conuentionale, vide per Bart.in l.1.ff.de pig.acti.& ibi ponit Barto. de diction prætor.

3 Si marito † vergente ad inopiam tradatur fundus mulieri in solutionem dotis,an ipsum prædium dicetur dotale, vt non possit alienari.Bart.quod sic,in l.ita constante.ff.de iure dotium.

DCCLIIII.

1 Si hæres † mariti tradat prędia vxori pro dote tenenda, an computabit sibi fructus in sortem mulieris?Barto. q̃ sic in d.l.dotis fructus.ff.de iure dot.& ibi dicit Barto.quod hæredes viri tenentur alere vxorem anno luctus, vide etiam supra singu.111.

DCCLV.

1 Si quis au fugiat † furore familiæ,& postea citatus compareat, non videtur fuga quæ contra eum præsumptionem inducat.Bar.in l.1.ff.de ædi.edict.

DCCLVI.

1 Protestatio † non prodest, vbi ipse protestans facit actum contrarium protestationi,in c.solicitudinem. extra de appel.& in cap.solicitudinem.extra de appel.& in cap.cum M.Ferrari.de constitu.& not. in l.in mentis.C. de contrahen.emp.

2 Mẽdacium † non vitiat rescriptum,si tale vitium est,quod si expressum fuisset, non impediuisset eius impetrationẽ. l.2.C.si contra ius vel vtilitatem publicam.

DCCLVII.

1 Restitutio † dotis est fauorabilis,sicut constitutio.Odofr. hoc dicit in auth.quę res quę.C.com.de lega.

2 Rescriptum † interpretatur, & debet intelligi secũdum voluntatem concedentis.idem de priuilegio.vt dicit gl.in c. dilecti filij.extra de decimis.

3 Vtens † falso instrumento perdit causam suam.tex. in l.in fraudem.§.quoties.& ibi Bar.ff.de iure fisci.& in l.1.& ibi Bar.ff.de his quæ in testamento delentur.

DCCLVIII.

1 De iocalibus † datis à viro vxori & vestibus,vide in l. quæ adipiscenda.ff.de dona.inter vi.& vxo. cum reportatis ibi per d.Pet.Papæ,& Bar.in l.in his.ff.fol.ma.& Bald.in l.sed si plures.§.in arrogato.ff.de vulga. & pupilla.Bald. reprehendit Bar. in hoc, vt plenè dixi in m.consi.meorũ.Gui.

DCCLIX.

1 An sententia † inter alios iudicata alijs noceat, videl. sæpè. ff.de re iudi.vide extra de testi.c.veniens,& c.P. de re iud.

& per Arch.in c.qui ad agendum.de procur.lib.6.vide Inno.in c.cum super de re iudi.vide quæ not.in c.quãuis.extra de re iudi.vide Hosti.in sum.in titu. de sententia & re iudi.§.quibus noceat.versi.hæc tamen regula,&c.vide Inno.in c.inter dilectos.extra de fi.instru.in gl.sed nonne.vide ff.de exceptione rei iudicatæ.in l.1.& sequen.

2 Separatorum † separata esse debet ratio.l.tutorẽ.ff. de his quibus vt indignis. & l.final.de calumnia. Vide suprà singula.51.

3 Verba† præsentis temporis non comprehendunt futurũ, l.si à colono.ff.de verb.oblig.

DCCLX.

1 An illa† regula, non oppositum opponam,&c.locum habeat in obiectionibus contra testes?vide in ca.1.extra de excep.& de hoc plenè scripsi in deci.parla.q.500.

2 De dictione† item, vide ff.de leg.3.in l.in repetendis.vbi dicit Bar.per dictam l.q vbi est identitas personarum vel rerum,dictio item,inducit repetitionem præcedentis qualitatis, vide Bartol.in leg.Gallus.§.idem credendum.ff.de libe.& posthu.

DCCLXI.

1 Si iudex† recusatus procedat vltra non obstante recusatione,an processus sit nullus vel nullandus?vide Bar.in l. quia poterat.ff.ad Treb.ibi quæro,&c.

2 Contrarius† folet à iudiciorum limine repelli.7.C.de furtis.vide plenè Io.Fer.in tit. forma excipiendi contra positiones.in gl.super verbis,sibi ipsis contrariæ.vide quæ dixi ẽ.sing.706.§.allegans contraria.

DCCLXII.

1 *Sequestrum potest fieri voluntate partium,& per illud transit possessio.*

2 *Præscribi non potest res litigiosa.*

1 Sequestrum† potest fieri de voluntate partium.l.si soluturus.ff.de solut. & l.sequester.ff.de verb.sign. & per tale voluntarium sequestrum trãsit possessio in illum, cui res tradit ur.l.interesse puto.ff.de acquir.pos.in ca.examinata. de re iudi.& ibi per doct.vide Guil.de Mõ.lau.in cle.vna.de seq.pos.& fru.& finita causa sequestri competit domino rei vtilis sequestraria ad rem repetendam à possessore.l.ei apud quem.§.n sequestrum.& in l.si in Asia.§.cum seque stro.ff.depo.& in l.si oleum.ff.de dolo.

2 Res litigiosa† non potest præscribi.l.fi.& l.cum notissimi. C.de præscriptione 30. vel 40.annorum,& facit.l. si duobus.cum aut.ibi posita.C.de fideicommis.

DCCLXIII.

1 *Dos,& donatio propter nuptias, & donatio facta emancipato computantur in quartam debitam iure naturæ,& quid de donatione facta per patrem filio inter vivos?*

2 *Donatio inter vivos facta per patrem filio an confundatur per additionem hereditatis.*

3 *Intellectus l.debitori.C.de pact.*

1 Donatio† facta per patrem filio inter viuos tãquam bene
a merito,[a] non computatur filio in quartam debitã iure naturæ, nisi hoc fuerit expressum per donantem, vel per testatorem. Dos autem & donatio propter nuptias,& etiam donatio facta emancipato,bene computantur in quartam l.si quando.§.& generaliter.& l.quoniam nouella. & l.omnimodo.l.fi.C.de inof.testa.nisi donatio inter viuos haberet vim relicti,quia tunc bene computaretur, secundum q ponit Cy.in d.l.si quando,& pro præmissis faciunt no. per Hen.Boich,in c.Raynutius.in 5.diltin.de testa.& per Collecta.in c.relatum.eo.tit.Bart.tamen in d.l.si quando. §.& generaliter.dicit q si pater dicit filio, do tibi pro parte tua,licet sit donatio inter viuos, computatur in legitimã,quia tunc habet vim relicti.Cũ aũt† quæritur, an talis donatio sit cõfusa per aditionem hereditatis, si talis filius instituatur hæres per patrem donantem?& videtur q nõ, quia tãquam æs alienum remanet in obligatione, & ideo obligatio non est confusa. propter quod dicit Bart.in l.debitori.C.de pactis.q qñ debitor hæres transfert hereditatem ad aliũ absque dolo vel culpa,quod tunc durat debitũ
l.indignum.& l.heredem.ff. de his quibus vt indig. & etiã ponunt gl.& doct.q si reus succedat reo promittendi, vel reo stipulandi, q tunc non extinguuntur actiones vel stipulationes,maximè quando hæres facit inuentarium, vt l. sancimus.§.si vero. & §.in computatione.C. de iur. deli.

3 Nec obst.l.debitori. † quia loquitur quando creditori succedit debitori vel econtra, sed quãdo hæres succedit donãti,tunc donatio remanet vt æs alienum.

ADDITIO.

a Benemerito. Adde q donatio facta filio in potestate pp merita, vel, dummodo merita non sunt infra dimidiã rei donatæ,vt singulariter voluit Bal.in auth. ex testamento. col.2.versi.sed contra hoc facit.C.de colla.ar.l.2.versic.sed contra hoc facit.C.de colla.arg.l.2.cum simil.C.de rescin. vendi.& pro singu. & notab.citat Ias.in l.ex hoc iure.ff.de instit.& iur.vbi tamen non putat verum.& in l.perẽs.col. penul.versi.3.nota.C.de pact.& in l.frater à fratre.versi.circa istam secundã fallentiã.ff.de condict.indeb.licet contrarium teneat.& contra Bald.in hoc etiam tenuit Ale.in l.si donatione. versi.iuxta prædicta quæritur.C. de colla.quia requiritur q benemerita æquipolleat donationi in totũ, alias esset profectitia & non aduentitia, vt consuluit Cor. consi.289.circa primum.lib.4.& Soc.tradit consi.22. visa prædicta.libr.4. Sed an merita sint in specie probanda per donatarium, an vero stetur confessioni donantis?& Bald. sing.in l.vlti.ff.de exercit.act. tenuit sufficere talẽ confessionem,& ei standum esse contra se,inter personas nõ prohibitas à legibus donare, quod dictum pro singu.citat Ias. licet non sit ausus firmare in dicta l.ex hoc iure. versi.tamẽ collige.post Ale.qui latè contrarium tenet in d.l. si donatione.versi.item & secundo limitatur. & in effectu etiã dãnat Corn.d.consi.289.col.vlt.lib.4.& q tetur generali assertioni meritorum consuluit Dec.consilio.20.in causa illorum fratrum.vbi multis fundamentis respondet, quę in contrarium facere videntur.

DCCLXIIII.

1 *Trebellianica semel de hæreditate detracta,amplius non detrahitur.*

1 Vbi hæres† semel detraxit quartã Trebellianicã de hereditate, vlterius fideicommissarius non detrahit,nec vltra tenetur per Bar.in l.i.§.denique,& §.idẽ Neratius.ff.ad Trebel. licet Dyn.ibi distinguat,aut hæres nõ detraxit, ideo quia non potuit,aut quia noluit, aut quia de eo non cogitauit; sed per errorem totum restituit.

2 Inducta† ad augmentum non debent operari diminutionem.l.falsa.§.1.ff.de condi.& demo.Item inducta ad vnũ effectum non operari contrarium .l.2.in fi.C. de iura.cal. l.cum tale.§.falsam.ff.de condi.& dem.

DCCLXV.

1 *Intellectus auth.hoc si debitor.C.de pignor.*

2 *Curiæ stylus habet vim consuetudinis.*

1 In materia† auth. hoc si debitor.C de pig.attende, quia,si prima discussio bonorum hęredis nou videatur plenè vel benè facta,potest iterato alia discussio fieri,& stabitur secundę discussioni.& not.Bal.in l.si quis.in fi.C. de bonãda.

2 na.Et ibi dicit ipse Bal.quod stylus† curię habet vim consuetudinis.idem etiam dicit Cyn.in l.2.C.quę sit long.cõsuet.Et modo probandi stylum, vide quę dixi in 24.consi. meorum ibi, vlterius si attendatur,&c.

DCCLXVI.

1 Si princeps† restituat bannitũ ad patriã,& bona alienata.an ea per principẽ videantur restituta?vide Barto.in l.Gallus. §.& quid si tantum.ff.de lib.& posthu.& gl.& Fran.Zaba rel.in c.quia diligentia,extra de electio.in antiq.

2 Si quis† promittat non contrafacere in aliquo contractu.intelligitur q non cõtrafaciet de iure nec de facto gl. & ibi Bal.in l.ic quod pauperibus.C.de episcop.& cleric.

DCCLXVII.

1 Conditio † appositа in testamento non extenditur ad codicillos: dicillos,pro quo facit tex.in l.si circa me.ibi, repetitam non videri.ff.de fideicom.libertatib.

2 Res venditа† non cadit in commissum, nisi tradatur.alle. in arg.l.Arethusa.ff.de statu homi.

DCCLXVIII.

1 Precarium in alium transfert naturalem possessionem, nisi aliud fit actum.gl.hoc probat in l.& habet æquitatem super verbo,possessione.ff.de precario.idem tenet Cyn. in l.malè agitur.C.de præscri.30.ann.

2 Exceptio,† quod causa sit iuramento finita, impedit litis contest.sicut quælibet alia exceptio litis finitę not.& tenet Panormit.in c.& si Christus.extrà de iureiur.ibi, no. quartò,&c.

3 An recipere† pecunias pro sacramentis ecclesiæ sit simoniacum,vide plenè Panormita.c.& si Christus. circa fin. de iureiuran.

DCCLXIX.

1 *Concubinarius repellitur à testimonio.*

1 Laicus† concubinarius repellitur à testimonio, vt dicit Panor.per verbum fortè, in capit.testimonium. extra de testib.in princip.& alleg.text. notabilem in capit.nemo sibi blandiatur.32.quæ.3. Idem in clerico concubinario, vt dicit ipse. Et ibi vide, quæ infamia repellat à testimonio,& vide Bartol.in l.cunctos populos.C.de sum.trinit. & fid.cathol.

2 De materia† degradationis vide plenè fac.de Butriga.in l. presbyter.C.de fac.san.eccle.

3 Valet citatio facta in ecclesia, vt dicit Cyn.in l.præsenti.C. de his qui ad eccle.confug.

DCCLXX.

1 Condemnatus† ex præsumptione iuris & de iure non potest appellare. nota. Baldus.in authentic.si quis ei.C.de adulteriis.

2 Episcopus† nullam sententiam potest mandare executioni.l.Episcopale.C.de epi.aud.& in auth.de sanc.episc.§.si quis contra aliquem clericum.

3 Consuetudo† non introducitur nisi ex certa scientia.nota. ff.de iniur.in l.iniuriarum.§.fi.super verbo, vsurpatum.& ibi,an consuetudo debeat esse generalis apud omnes, vel an possit introduci inter singulares personas.

DCCLXXI.

1 Appellatio† extinguit iudicatum,& omnia reducit ad pristinum statum.tex.in l.1.§.fina.ff.ad Turpil.& in l.3.C.de appella.

2 Iuramentum† calumniæ etiam in causa criminali præstatur.gl.ff.ad Turpil.in l.si quis repetere.in §.fin.super verbo vel iniuriarum.

DCCLXXII.

1 *Attentatorum materia non habet locum in appellatione extraiudiciali.*

2 *Sapiens qui corrigit instrumentum non potest mutare mentem contrahentium.*

3 *Declarans nihil de nouo ponit.*

*Possessionem primam cõtinuans nihil de nouo facere dicitur.*

1 In appellatione† extraiudiciali non habet locum materia attentatorum, vide reportata in libro meo.ff.ad Turpil. in l.1.in fi.& quę dixi in apparatu statuti,si quis per literas in gl.super verbis,appellatione cessante.in fi.

2 Si partes† voluerint,quòd instrumentum corrigatur dicta mine sapientis,sapiens potest mutare verba,sed non mentem contrahentium. Iac.de But.in 1.constitutione.C. vide Bar.in l.illa institutio.ff.de hære.instit.
Et ibi vide de dictione imò,& de dictionibus copulatiuis & ampliatiuis.

3 Qui declarat† non dicitur de nouo ponere.not.Bald.in 1. constitutione C.in §.quibus specialiter.& not.etiam Ioã. And.& Docto.in prœmio text, super verbo, filioque procedit.Et qui continuat suã primã possessionẽ, nõ dicitur de nouo facere.Inn.& Doct.in cap.primo,extra vt lit. penden.& no.Io.And.& Io.Mon.in c.cupientes.§.q si † p
20.dies.de elec.lib.6.vide infra sing.782.§.qui continuat.

DCCLXXIII.

1 De causa† nullitatis sententiæ coram quo debeat agi,an coram eodem iudice vel coram superiore,vide gloss.& Docto.in l.si acculatoribus.C.de accusatio.

DCCLXXIIII.

1 Septuagintaduo solidi† faciunt libram auri,& libra auri valet duas marchas auri,& sic in moneta de hoc anno currẽte domini,1466.cursum habente in hac patria Delphinã, dicti quingenti aurei valent mille & quingentos florenos, & vide quę circa hæc latius dixi in apparatu statuti, si qs per literas.in glo.super verbis,marchis argenti.

DCCLXXV.

2 *Filius præteritus quanto tempore possit dicere testamentum nullum.*

1 Viuo filio† præterito,alij fratres nõ præteriti possunt statim venire ab intest.l.1.§.fi.ff.si tab.test.nul.extab.ergo ẽ im nõ est aliqđ testamẽtũ, qa quãdiu ẽlocus testamẽtario succedi oni nõ ẽ locus ab intesta.l.quẽdiu.ff.de acqui.hære. not. Bart.in l.filio præterito.ff.de iniust.rupt.& irrit testamen. & Cy.in C.de posthu.hæred.institu.tamen gl.in d.l.filio præterito.dicit quòd leges quę dicunt filio præterito testamentum esse nullum,debent intelligi filio volente dicere nullum,vel si semper taceat.Sed domin.Ioã. Agalionis in

2 quodam suo consilio dicit,quòd illa† glo.semper intelligitur per Doctor.quando tacuit per tantum tempus, quòd excluſus esset præscriptione à iure adeundi vel immiscendi,puta 30.ann.iuxta l.2.§.expectandi.ff de bono.possess. secund.tab.& in l.si impubes.§.fi.ff.de Carb.edict.secus si tacuit minori tempore,& sic mortuus est, quia remanet testamentum nullum,vt l.prima.§.fin.ff.si tabu.testa.nul. extab.Vide quæ scripsi in decisio.parla.quæst.426.

DCCLXXVI.

1 *Testamentum patris est nullum si non relinquatur filijs iure institutionis.*

2 *Testamentum præteritione quatenus nullum.*

3 *Filij omnes æqualiter succedunt patri ab intestato testamento per præteritionem nullo.*

1 Si non relinquatur† filio vel filiæ iure institutionis, testamentum patris est nullum.in auth.vt cum de app.cog.§. aliud quoque capitulum. Sed quid si pater substituit vniuersaliter hæredi suo filium cui non relinquitur iure institutionis,an videatur institutus vt valeat testamentum,an tale testamentum sit nullum?dic quòd sic.nam lex vult vt iure institutionis relinquatur aliquid filijs vt testamentũ valeat,nec sufficit hodie relinquere iure substitutionis fideicommissarię vniuersalis.vt est tex.in d.auth.vt cum de appel.cog.in §.aliud quoque capitulum.ibi dum dicit tex. nec si per quamlibet donationem,legatum, vel fideicommissum,vel quemcunque alium modum,&c.& sic excludit fideicommissum vniuersale,& quemcunque modum relinquendi,quam institutionis directæ.& hoc no.gl.in l. sancimus.§.cum autem.C.de inof.testa.nec obst.§.restituta. Insti.de fideic.hære.per d.§.aliud.qui excludit fideicõmissum,& quemcunque alium modum,& sic vult se referre ad solam directam institutionem.

2 Per præteritionem† hodie testamentum est nullum,quantum ad institutiones,alia verò relicta in testamento firma remanent. vt in auth.ex causa.C.de lib.præte.vel exhære. Et sic fideicommissum vniuersale remanet validum,vt in corpore vnde sumitur d.auth.ex causa.in §.si tamen contigerit.maximè quando testator scit se habere talem filium quem præterit,iuxta.not.per Bar.in d.l.filio præterito.Et quod conferuetur fideicommissum vniuersale,tenet Bar. in d.auth.ex causa.& in l.ita tamen.§.quoties.ff.ad Trebel. & ibi textus pro hoc.Attamẽ licet relicta aliis personis cõseruentur,relictũ tñ filio præterito,vel filiæ præteritæ, ex cuius persona testamentũ rũpitur,non conseruatur tali filio præterito.ar.l.si non solus.§.1.ff.si quis omis.cau.testa. & hoc tenet Bal.in d.l.filio præterito.& hanc opi.sequitur Martinus Silima.vt refert Cy.in d.aut.ex causa.licet ipse Cy.ibi videatur tenere contrarium,& de hoc no.per glo.

in l.maximum vitium.C.de libe.prete.
3 Ex testamento † nullo ex causa præteritionis, vt suprà dictum est, omnes liberi succedunt æqualiter patriab intestato.in auth.vt cùm de appel.cog.§.finautem hæc obseruata,non fuerint.
4 Filius præteritus † licet moriatur non adita hæreditate patris,cùm sit suus hæres patri,transmittit portionem hereditatis paternæ sibi delatam,etiam non aditam, ad matrẽ & fratres,& sorores æqualiter,nam eam transmisit ad quoscunque hæredes.l.apud hostes.C.de suis & legiti.hæredi. l.ventre.ff.de acqui.hære.& l.ex militari.§.fi.cum l.seq.ff. de testa.mil.no.per Bar.in d.l.vẽtre.& per Cy.in.d.l.apud.

DCCLXXVII.

2 *Substitutio pupillaris facta filio præterito,est nulla.*
1 Licet verba † in substitutione adiecta per verba,deueniãt, reuertantur,&c.sint obliqua,tamen propter verba,omnia vniuersa,&c. videtur testator voluisse quod operentur effectum directæ substitutionis pupillaris infra tempora ætatis pupillorum,quia qui omne dicit,non excludit aliquid.l.hoc articulo.ff.de hæredi.insti.& non potest substitutus omnia habere,nisi ex vigore pupillaris directæ,aliàs detraheretur legitima,igitur est ibi pupillaris ex præsumta voluntate testatoris,hoc nota Bartol.in leg.Centurio.ff. de vulga.licet pupillaris substitutio facta instituto vel exhæredato filio,per auth.ex causa,secundum opin.Bartol. positam in l.1.§.fi.ff.de vulg,licet Dyn.teneat contrarium & Cyn.sub dubio relinquit in dicta authen.ex causa,tamẽ
2 † substitutio pupillaris facta filio præterito non valet,quia requiritur de substantia pupillaris substitutio, quod ille cui fit,sit institutus vel exhæredatus, aliàs nulla est leg. moribus.verficul.sed si is.ff.de vulgar.& pupill.& ibi per gl.& Bartol.
3 Portio legitimæ † filiæ quæ quitauit bonis paternis cum iuramento,remanet alijs liberis, qui non quittauerunt. Petrus Iacob.in in titu.de cundi.ex lege omnino ex testa. col.in q.1.
4 Vxor † conuolans ad secunda vota, priuatur bonis sibi à viro relictis.authen. cui relictum.C.de indicta.viduitat. tollend.

DCCLXXVIII.

2 *Substituto non nocet præscriptio viuente instituto.*
1 Inter coniunctos † re & verbis,non habet locum materia caduci,quia vno premoriente etiam ante conditionis euẽtum,portio præmorientis deuenit ad alium sibi coniunctum.l.vnic.§.finautem sub conditione.C.de caduc.tol. per ius accrescendi,vel saltem non decrescendi,per l.1.C. quando non petentium part.pe.accref.& l.1.§.his ita.C.de cadu.tol.& l.re coniuncti.ff.de leg.3.
2 Præscriptio † viuente instituto non deberet nocere substituto.argu.in l.fin.§.finautem.C.communia de leg.& l.1. C.de annali excep.& l.cùm notissimi.§.illud.C.de præscri.triginta vel quadra.annor.tamen ex abundanti institutus & substitutus possent constituere procuratores ad interrumpendam præscriptionem in actionibus personalibus contra debitores,per not.per Specul.in simili in titul. de syndico.§.1.verficul.illud etiam quæritur.Et ad hoc faciendum potest cogi institutus per substitutum, cum sibi non noceat, & alteri profit.leg.in creditores.ff.de euictionibus.

DCCLXXIX.

1 Bona quęsita † per fratres durante communione, sunt acquirentis,cuius nomine sunt quęsita,nec veniunt in communione.l.si patroni.C.communia vtriusque iudi.Sed si ex pecunia communi sunt quæsita,vnus contra alium acquirentem habet actionem ad partem pecuniæ,sed agenti incumbit onus probandi illam pecuniam fuisse quæsitã ex communibus bonis,per l.multum interest C.si quis alteri vel sibi,cum ibi notat.per doctores.facit ff.de furtis. l.qui vas.§.fi.faciunt not.per Bar.ff.de adminis.tut.l.Titium & Męuium.§.altero.& ibi plenè per eum.Et res empte durante communione per alterum fratrum nõ præsumuntur emptæ de pecunijs proprijs,nisi probaretur arg. in l.si defunctus.C.arb.tut.
2 Filia † præterita,q̃ quittauit bonis paternis,nõ pot̃ dicere testamentum nullum. Nam filia quę iurauit non succedere, cogitur iuramentum seruare omnino.in c.quamuis.de pactis.lib.6.& ibi dicit text.omnino seruari debere.

DCCLXXX.

1 *Communis rei in emptione socius quatenus præferendus.*
2 *Instrumenta non potest cõficere notarius cõdẽnatus de falso.*
1 In emptione † rei communis de æquitate socius prę terri debet.in l.officium.ff.communi.diui.& l.si nemo.in prin. ff.de testa.tu.dummodo tantum det quantum ab alijs reperitur,vt dictis legibus,& argum.l.si in emptione.ff.de minoribus.& l.necesse cũ ibi no.ff.de in diem adiectioue.secus de rigore iuris.l.dudum.C.de contrahen.empt.& vendi.nisi in licitatione alios superaret.l.3.C.de ve.& cõmis.
2 Notarius † condemnatus de falso [a], non potest instrumenta conficere,tamen si conficiat,probant,vt tenet glos.in corpore de tabellionibus.§.pe.in glos.magna, quæ incipit,hic est argumentum,&c.in fi.gl.& in Spe.de instrumẽto.edit.§.restat.ver.quid si tabellio perdit officium,& vide Bar.in l.eadem.§.hac lege ff.ad leg.Iul.repetund. Tamen quia condemnatus de falso,est infamis,quæro si ea ratione poterit conficere instrumenta?& dic quòd non.& probatur per.l.si aliquid.C.de suscepto.& Archa.lib.10.vbi dicit text.quod non potest exercere officium illud in quo deliquit aliud autem officium exercere con reperitur ꝓhibitum. Vide quæ scripsi in apparatu ttatuti,si quis per literas.in gl.super verbo,communi ęstimatione fide digna.

ADDITIO.

a Condemnatus de falso. Adde eundem Guido.suprà sing. 689.nu.1.& Anto. Corset.sing.369.in verb.tabellio.1.incip.si notarius.& Hippo.de Marsi.singu.593.vbi limitat numero.2.

DCCLXXXI.

1 *Debitum iustè recusat recipere creditor,si totum non offeratur,item si non offeratur interesse creditoris.*
1 Creditor † iustè recusat debitum recipere,si totum nõ offeratur.ff.de vsuris.l.tutor.§.Lucius.& si certum peta.l.quidam æstimauerunt.cum materia,& l.planè.ff.familercisc. Et idem si totum offeratur,sed non interesse creditoris. & no.gl.menti tenenda,in l.Item illa.gloss.2.de consti.pe. idem not.in l.qui Romæ.in prin.ff.de verb.oblig.idem si res oblata non esset.Hoc facit contra illos,qui capiunt pecunias mutuo pro redimendo bona vendita sub reacheto offerentis.ff.mand.l.si pro te.& de nego.gest.l.soluendo. Præmissa ponit Ricardus Salic.in l.si ex legati causa.ff.de verborum obli.circa prin.in sua repetione,vbi ponit multos alios,casus in quibus creditor iustè recusat debitum recipere.In hac l.tractat Sal.plenè materiam moræ.
2 Curia temporalis † non debet se intromittere de interdicto.adipiscendæ possessionis in beneficialibus, sed bene de interdicto recuperandę,vt scripsi in decisionibus parlamenti,quæstione.1.
3 Item in interdicto † recuperandæ in beneficialibus sufficit titulus coloratus,qui dicitur coloratus,quando processit ab habente potestatem conferendi,nec exigitur, quòd alias ordinetur validitas tituli,nisi quo ad formam extrinsecam,nec admittitur quęstio de validitate,vel inualiditate tituli,ex quo prima facie se validum ostendit, ita tenẽt canonistę in cap.super literis.de restitut.spoliato.id quod ponit Ioan.Andræ.in addi.Specul.titul.de restitu.spolia.& gl.in cle.1.de causa pos.& propri.imò secundum Innocẽ. & Ioan.Andræ.sufficeret probare se authoritate superioris inductum fuisse in possessionem ad obtinendum restitutionem.

DCCLXXXII.

1 Vbi apparet † manifestè de non iure petentis restitutionem in beneficialibus, vt quia confessus est se ius non habere, vel alias legitimè, tunc non est restituendus, quia beneficium ecclesiasticum, & Ita tenet Ioan.Andr.vbi suprà.& post eum Inno.in cap.in literis.de restitutio.spoli. Nam peius est quando constet de titulo infecto, quam quando de nullo constet,vt dicit Innocen.in c.dudum. de decimis.
2 In vi turbatiua † quam intentant aduocati Franciæ, vt ponit Ioan.Fab.Instit.de interdictis,in §.consequens. ei debet possessio adiudicari,qui potiora iura ostendit. vt l.edicto.C.de edict.diui Adriani tollendo.& vide glos. in ca.licet.extra de probation.

DCCLXXXIII.

1 In causis † beneficialibus inter cõtendentes attenditur titulus iustior,iuxta not.in c.cum venissent.de in integrum restitutio.& in c.ex insinuatione. de procurator.& in c.in literis.suprà alleg.& faciunt nota.in l.si duo.ff.vti possid. & in l.1.C.eodem titu.faciunt quæ ponit Bart.in quoties.C. de rei vendi.& Salicet.ibidem.& Io.Andr.in regu.iur. qui prior.faciunt c.ei qui.de rescriptis li.6.& cap.ei qui.de pręben.eo.lib.
2 Coniuncta † persona pro cõiuncto non admittitur,nisi cũ cautione de rato.ff.de procurato.l.Pomponius.§.fi.& not. Spec.in tit.de coniuncta persona,circa prin.faciunt not.per gl.extrà de procur.c.1.

DCCLXXXIIII.

1 In actione † de pauperie concluditur alternatiuè ad duo,s. aut ad æstimationem noxæ datæ, aut animalis quod nocuit pro noxa traditionem,vt habetur in l.1.in princip.ff.si quadru.paupe.fecisse dicatur.& ita format Spec.& alij practicantes.
2 Religiosus † non põt constitui procurator sine licentia sui superioris.clem.religiosis.de procur.

DCCLXXXV.

1 Nobilitas † est antiqua virtus,& antiquæ diuitiæ, vt inquit Philo.in 3.politicorum in fi.vt refert Barbat. in l.si certis annis.C.de pact.
2 De interpellatione † extraiudiciali an constituat quem in mera, vt committatur pœna, vide Barba. & doc.in l.in pacto quo pœnam.C.pact.circa fi.

DCCLXXXVI.

1 *Appellans ab interlocutoria, videtur renuntiare appellatio ni comparendo coram iudice à quo.*
4 *Petitio generalis in realibus admittitur,secus in ꝑsonalibus.*
1 Si appelletur † ab interlocutoria, & appellans compareat coram iudice à quo,videtur renuntiare tuę appellationi.in c.gratum.de offi.delega.in cap.cum venissent.de testib. in ca.si à iudice. de appellat.lib.6.quod est verum,si ille actus impugnetur à parte aduersa,vel à iudice à quo. glos. final. in c.cum venissent.extra de eo qui mitti.in posse. causa rei seruandæ.
2 Si iudex † concedat apostolos simpliciter,videtur cõcessisse reuerentiales,& non refutatorios,ita dicit Abb.& doct. in c.dilectus.de appel.
3 Licet rigor † iuris aliquid disponit, tamen equitate suadente contra rigorem toleratur equitas.in ca. Abbate.§.1.de re iudica.lib.6.
4 Petitio † generalis in realibus admittitur,secus in personalibus,vt plenè per Archi.in c.Abbate sanè extra de re iudi.lib.6.hinc dicit Archid.quod sententia est nulla, si iudicetur super alio,quam super quo lis est contestata. & hoc facit pro libellis, qui quotidiè fiunt in rei vendicatione,in quibus etiam de stylo curiarum non declaratur causa dominij,vel quia narratur in genere res pertinere actori iure dominij vel quasi.
5 De irregularitate † plenè tractat Arch.in c.1.de re iud.li.6. & tetigi in de cisi.parlamen.q.558.

DCCLXXXVII.

1 An posit † sententia ferri pro actione ex causa sibi superuenienti post litis contest.vide plenè per Arch.in d.c. Abbate.de re iudi.lib.6.super verbo,interfit.
2 An ille † qui venit ad rescindendum sententiam contra se latam,dicatur reus vel actor? vide Bart.o.in l.de pupillo.§.fi procurator.ff.de noui.ope.nun.quod facit ad materiam illam in qua dicitur, quod actor originarius debet in causa appellationis acta producere.
3 Qui continuat † suam possessionem &c.vt supra singula. 772.num.3.

DCCLXXXVIII.

1 *Expensarum condemnationẽ an possit sibi reseruare iudex.*
2 *Delinquere vniuersitas non potest.*
1 An iudex † possit sibi reseruare condemnationem expensarum in interlocutoria,& quid in diffinitiua.vide Io. And. in ca.1.de sequestratio.possessio.& fructuum. vide de hoc supra singular.125. Et ibi tangit etiam de materia protestationis.
2 Impossibile † est, ꝙ vniuersitas delinquat? vt not.Arc.in c. Romana.circa finẽ.super verbo vniuersitatẽ.de sen.excõ. li.6.ꝙ facit ꝙ vniuersitas Grationo. non potuerit inquæstari,ꝙ gueyto,&c.vide supra sing.507.§.syndicus,& infra sing.848.§.collegium.

DCCLXXXIX.

1 Beneficium † l.edicto.C.de edic.diui Adria.tol. non habet locum,nisi in hęrede scripto,vt ibi apparet tex.
2 Non potest esse † quis legitimus contradictor in materia dictæ legis, nisi qui possidet, licet ius habeat in re, tamen potest opponi agenti,ꝙ ipse non habet actionem in re, & quod agit sine actione.
3 Ille est legitimus † cõtradictor, qui allegat iustum titulum, etiam dissimilem testamento, ante mortem defuncti in re sibi competẽte, quem titulum paratus sit probare incõtinenti,vt not.per Cy.in d.l.edicto.versi.3.loco principali ter quæritur.Et incontinenti remittitur arbitrio iudicis, vt dicit Pet.lac.in tit.de edic.diui Adria.tol.in secundo libello. Qui exhibet vltimum testamentum, & possidet, est legitimus contradictor,vt in dicta l.fina.C.de edict.diui Adrian.tollen. & per Petr.Iaco.in titul.de actio. est testament.

DCCXC.

1 *L.fina.C.de edict.diui Adria.tollen. beneficium quando & quibus competat & nu.2.3.4.5.*
1 Beneficium † dictę l.edicto.C.de edict.diui Adria.toll.est possessionis adipiscendæ. vt tenet Azo in summa,eodem tit.& Petr.Iac.in summa sua de nouationibus,& in eo.tit. C.de edict.diui Adria.tol.
2 Dicit † Bal.ꝙ si fideicommissum debeatur ex clausula in testamento appositа à testatore,vel à lege, licet habet locum remedium dictę legis.
3 Instituto † in re particulari qui habetur loco legatarij,non competit beneficium dictæ legis.
4 Officium iudicis † competit ad obtinẽdum in dicto beneficio l.edicto.vt dicunt Doct.in dicta l.& Petr. Iaco.in tit. de edicto,&c.
Materiã dictę l.edicto.tractat Io.Ferra.in tit.forma libelli,quo petitur hęreditas ex testamento.
5 Vt quis † mittatur in possessionem testamento,ex beneficio dictæ l.edicto. competit officium iudicis. vt videtur not.gl.in dicta l.fi.& ita tenet & practicat Pe.Iac. in tit.de edict.diui Adria.
6 An creditores † possessoris dicantur legitimi contradictores iure retentionis, donec eis solutum sit per hæredẽ hæredis rogari? Videtur ꝙ sic, quia fideicommissarius vtilis si possidet,habet iure retentionis donec factis sibi solutionibus de iuribus hæreditarijs,vt dicit gl.in dicta l.fin.C.de edic.diui Adria.tolli super verbo,legitimo.ibi,an fideicommissarius est legitimus contradictor,&c.dummodo incõtinenti probet.

DCCXCI.

1 De illo † cui committitur, ꝙ mittat aliquem in possessionem remoto quocunque illicito detentore,facit mentionem Spec.in titu.de executione sententiæ.in §. nunc dicẽdum. versi.quid si mandatur alicui.& ibi de quibus ipse habet cognoscere.

Licet

2 Licet † Legatus sedis Apostolicę habet potestatem legem condendi etiam perpetuam, in c.fi.extra de offic.lega.non tamen potest derogare statutis per summum pontificem factis, quia inferior iura superioris tollere non potest, extra de maiorita. & obedien.in ca.cum inferior.& extra de iureiuran.in capi.veniens.& in clementi. 1.de electio. vbi glossa.alleg.concordant. quia in hoc requireretur speciale mandatum, vt plenè per Barto. & Lud.C.qui admi.ad bo. poss.poss.super rubri.

DCCXCII.

1 Decretum † iudicis ex falsa causa appositum est ipso iure nullum.not.Bar.& Lud.in d.rub.C.qui admit.ad bo. pos. poss.Sed quid de falsa causa adiecta in sententia, vide in 61. consiliorum meorum, Guido.

2 Depositio † testis qui dicit, scio, quia ita credo, non valet. in l.testium.C.de testi.

DCCXCIII.

*1 Litigans contra vniuersitatem an contribuat in expẽsis vniuersitatis pro illa causa factis.*

1 Nunquid † singularis litigans cõtra vniuersitatem teneatur contribuere in expẽsis ipsius vniuersitatis pro illa causa factis? vide in argu.gl. in l.fin.C.de ordi.cogni. & in l.si instituta.§.de inofficioso.ff.de inofficio.testamen.& vide no. per glo.in capitulo.ex parte.extra de accusatio.& in capit. cum super §.1. de causa possessio. & proprieta. & vide l. tam collatores.C.de remilitari.lib.12.pro hoc facit quod not. per Inno.in c.1.glos.fin.in fi.de dona.inter virum & vxorem.

2 Si testis † dicat Titium mutuasse pecunias, sed nõ dicit de certa quantitate, Barto.in l.admonendi.ff.de iureiuran.in sua repetitio.dicit, q. non valet, sed si sit aliqua coniectura de certa quantitate, iudex debebit deferre iuramentũ actori, per c.ex literis.extra de iureiurand. ita dicit Barto. in dicta l.admonendi.ff.de iureiurand.

3 Per † verbum dubito, fit litis contestatio, vt not.gl. in aut. de exhib.& introduc.reis.§.fancimus.

DCCXCIIII.

1 Pœna † extraordinaria arbitrio iudicantis relicta nunquam tangit corpus.c.qualiter & quando.& c.inquisitionis. extra de accusa.& ibi not.idem dicit do.Io.de Gras.in l.nullũ C.de testib.

2 Pœna † extraordinaria non tollit accusationem ordinariã, vt voluit gl.in l.nullum.in gl.fina.in fi.C.de testi.& ibi vide do.Ioã.de Gras.in suis reportatis, quia de delicto vnius hominis non est inconueniẽs sæpè quæri.l.penul.ff. naucupo.stab. vide plenè Io.de Grass.quod facit pro assisijs quæ per iudices tenentur in assisijs, quia quando quis condemnatur pro furto, vel alio debito propter cridas seu pœnas in cridis appositas, quod nihilominus poterit contra talem condemnatum agi ad pœnam ordinariam.

DCCXCV.

1 Iuramentum † tollit malam suspicionem, quia nemo præsumitur esse immemor suæ salutis.l.fin.C.ad leg.Iul.repe. nec est præsumptio, q̃ quis plus diligat amicum suum, quã animam suam.in l.præses.C.de seruit.

2 Vbi duo † requiruntur ad vnum actum, destructo vno, necesse est totum destrui. vt ff.ad exhib.l.Iulianus.§.sed & si quis.& vide Cy.super hoc in l.vna.C.de alie.iud.mu. cau. fact.ibi, quarto quæro.

DCCXCVI.

*1 Ius quod superuenit actori post litis cõtestationem an veniat in sententia.*

*2 Delegantis & delegati.*

1 Si ius † superueniat actori post litis contestationem, an illud possit venire in sententia.tex.videtur q̃ non, in c. Abbatẽ sanè.de re iudi.lib.6. & super hoc vide Cyn.in l.vna. C.de alie.iud.mut.cau.fac.in 6.q.

2 Delegãtis, & delegati idem est tribunal.l..fi.C.vbi & apud quem. Et factum vnius est factum alterius, vt ibi. Et delegatus fungitur vide delegantis.not. Bart. in l.plebiscito.ff. de offic.præsi.& nihil proprium habet delegatus, sed eius qui mandauit, iurisdictione vtitur.l.1.§. qui mandatam.ff. de offi.eius cui manda.est iurisdic.& vide infra singu.799. §.delegatus.

DCCXCVII.

1 A sententia † qua quis pronuntiat se iudicem competentẽ, appellatur, vt not.C.de fil.pro pat.auth.habita.& nisi appelletur, transit in rem iudicatam, etiam si re vera non sit iudex.& not.in l.eius qui.ff.de appel.recip.& in c.pastoralis. in prin.extra de rescrip.nisi doceatur de falsitate rescripti. c.super literis. hoc ponit Pau.de Cast.in sua repetitio.l.1. ff.de iud.vide supra sing.299.

DCCXCVIII.

1 Testamento † nullo a per præteritionem vnius filiorũ, alij a liberi statim possunt dicere testamentum nullum, quia est nullum quoad omnes. in l.1.§.final.ff.si tabul. testament. nul.extab.

2 Iudex † qui exequitur sententiam, non habet potestatem cognoscendi, si benè vel malè fuerit lata, etiã si pars appellet.l.si vt proponis.& l.executorem.C. de execu.rei iudi.

ADDITIO.

a Testamento nullo. Adde Marc. Mant. singula. 178. vide suprà singu.776.nu.3.

DCCXCIX.

1 Differentia est † dicere aliquem actum in se continere contrarietatem, & aliquid facere, quod contrarietur ipsi actui, qui geritur. Nam primo casu constat actum non valere. l.vbi repugnãtia.ff.de regu.iur.& l.scripturæ. cum ibi not. per gl.C.de fide instru.secundo vero casu valet. arg.in l.3. §.fallus procurator.ff. rem ra.hab. quod clarius probatur in l.vbi ita donatur.ff.de don.cau.mor.hoc idem probatur in l.cum precario.& l.1.ff.de preca.

2 Delegatus à Papa † maior est quocunque ordinario in parte, vel causa sibi commissa.in c.sanè quia.& c. pastoralis.§. 1.de offi.delega. Et nihil propriũ habet delegatus, sed eius quidem qui mandauit, iurisdictione vtitur.l.1.§.qui mãdatam.ff.de offi.eius cui manda.est iurisdic.& vide supra in gu.796.nu.2.

DCCC.

1 Si super aliquo † passu sint opiniones diuersæ, si iudex eligat vnam, licet malam, quam in sua sententia exprimat, non tamen sententia erit nulla, ita dicit Bar.in l.qui Rome. §.duo fratres.ff.de verb.obli.in 6.oppo.

2 Genitiui † casus, &c. vt suprà sing.160.

DCCCI.

*1 Filiis non potest præiudicare pater in iure quod antea eis cõpetebat, nisi filius esset hæres patris.*

1 Pater † non potest præiudicare, siue pactum facere in præiudicium liberorum suorum natorum, vel nascendorum in iure; quod antea liberis competebat. alleg.l.vt iurisiurãdi.§.si liberi.ff.de ope.liber.nisi filius esset hæres patris paciscentis.facit.l.cum à matre.C.de rei ven.

2 Hæres † rogatus faciendo hęredem fideicommissarium, videtur sibi facere gratiam de Trebellianica & legitima, & de alijs de quibus poterat testari hæres.l.1.in final. & l. sequen.ff.ad Trebel.

DCCCII.

*1 Consuetudo & lex parificantur.& nu.5.*

*3 Consuetudo prior lege regia.*

*6 Consuetudinis vis.& nu.7.*

1 Quod potest † facere lex, vel princeps, potest facere cõsue a tudo.al.de quibus.§.inueterata.ff. de legi.& l.non impossibile.ff.de pactis.

2 A consuetudine † nata sunt imperia.l.2. in princi.ff. de origine iuris.

3 Primo fuit † consuetudo, quam lex regia, ideo lex regia cõsuetudinis est filia & alumna. Et non est mirum, quia consuetudo potest dare iurisdictionem, & merum & mistum imperium, & gladij potestatem.l.viros.C.de diuersis offic ijs.libro 12.& de officio Archid.c.dilectus.& c.cum contingat. de foro competen. Et pro tanto dicit Bald.notabiliter in titu.de pace constant. quod consuetudo habet potestatem



testatem in sanguinem hominis, vt ff.de extraordin. cri.l. sunt quędam.ideo in criminibus puniendis attenditur cõsuetudo, sicut lex scripta. secundum Bal.in l.& si seuerior versi.oppono quod iudex.C.ex quibus causis infam.irro.. & facit quod not.Innocen.in c.1.de consuetudine.& etiam habet tantam potestatem cõsuetudo.quòd priuilegiat aliquẽ, sicut principis priuilegiũ, nã cõsuetudo vice principis fungitur, vt in ca.sup quibusdam.§. præterea.de ver.signi.

4 Et dicit Bald.alibi, † quod tales consuetudines quò ad ipsum locum, dicuntur ius commune, vt in cap-cum venissent.de eo qui mittitur in possess.cau.rei ser.ratio, quia iure communi confirmatur.ff.de iusti.& iure.l.omnes populi. & princeps videtur confirmare eas, eo ipso quòd sunt tolerabiles.C.de re militar.l.tam collatores.lib.12.& C.de agri.& censi.l.domini prædiorum.C.de fundis limitr.l. 1.& l.quicunque castellorum.& l.fi.C.de iure fisci.l.super creandis.& C.de vend.re.ciuita.l.1.

5 Omne ius † aut legibus aut moribus constat, vt 1.distin c. omnes.& Instit.de iure natu.gentium & ciuili.§. constat. Et sic à pari potestate & authoritate procedit consuetudo & lex, ideò multum est fauorabilis consuetudo, quia in ea non requiritur tittulus, vt nota.glos.in cap.si.de consuetudine, circa medium.

6 Et habet † vim legis & canonis & etiam vim constituti, causa non requiritur.l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aqua quoti.& ęsti.& in l.1.in fi.ff.de aqua plu.arcen.

7 In pactionibus † & legitimis, ac etiam hæreditatibus quædebentur filijs, attenditur consuetudo & statutum. vt no. plenè in l.Titio.§.fi.ff.de condi.& demonst.per Bartol.& per Dy.in c.indultum.de reg.iur.lib.6.& per Cyn.in l.fancimus.C.de nuptijs.

8 Cõsuetudo † est forma rei, & quasi alterum ius naturale. vnde consuetudo transmutari non potest.ff.de pollicitationibus.l.imperatores.

ADDITIO.

2 Consuetudo. Adde quòd tanta est vis consuetudinis, vt faciat licitum quod aliàs non permitteretur, vt consuluit Alex.consi.39.visis & consideratis.li.3.& Aret.consi.11. col.penul.& dicit notab.Bar.in l.si pignore.§.viti.ff.de pignorat.act.quòd qui facit illud quod solet fieri ab alijs, non solùm non est in dolo, imò nec in aliqua culpa.& illũ tex. ad hoc dicit singularem, & commendat Sas.in l.certi cõdictio.§.si nummos.3.notab.ff.si certum peta. Hinc dicitur quòd consuetudo & stylus notariorum excusat eos à pœna falsi, secundum Bald.in l.vnica.col.12.versi.quæro vtrũ & versi.modò.sequitur alia conclusio.C.de confes.& in c. 1.de feud.cognit.tradit Alex.consi.70.viso processu inquisitionis.ver.& licet Odoricus.& consi.132.visa facti narratione.li.1.& consi.107.pro inuestigatione col.fi.li.2.& consi.172.post medium.eod.lib.Dec.consi.175.in causa ver.tertio.vbi citat etiam aliud simile dictũ Bal.in rubri. C.de fide instru.versic.quæro ergo.cum simi.adductis; per Sas.in l.singularia.col.penul.ff.si cer.peta.

DCCCIII.

*1 Vsus boni dicantur.2.*

*Sequuntur leges loquẽtes de consuetudine, in quibus dicitur consuetudo seruanda, quas leges allegat dominus Hugo de Carolis in quodam suo tractatu in materia consuetudinis. et sequũtur verba sua formalia.*

Nota consuetudinem esse seruandam.

*Insti.de iure natu.gentium & ciui.§.ex non scripto.*
*Et ff.de legi.l.de quibus.cum seq.vsque ad l.fin.*
*Et ff.de vsufrul.si quis donaturus.*
*Et ff.communia prædiorum.l.venditor.§.si constat.*
*Et.ff.de ædi.edi.l.quod si nolit.§.quia assidua.*
*Et ff.de euictionibus.l.si fundus.*
*Et ff.de testib.l.3.§.vltimo.*
*Et ff.de administra.tutorum.l.sine hærede.§. Lucius.alias est sub lege tutoris.*
*Et ff.de fundo instruct.l.cum de Lucioni, §.asinam.*
*Et ff.de leg.1.l.si seruus plurium.§.fi.*
*Et ff.de publca.l.si publicanus.in fi.& l.licitatio.§.eadem.*
*Et l.non tamen.ff.de donationibus.*
*Et C.de episco.audien.l.3.*
*Et C.de Iudeis.l.Iudæorum.*
*Et C.de veteri iure enucle.l.1.§.sed & si quæ leges.*
*Et C.noua vecti.l.si.*
*Et C.de testa.l.testamen.& l.si non speciali.eo.titu.*
*Et C.de ædifi.priuatis.l.an in totum.*
*Et C.de emancipa.liberorum.l.1.in fine.*
*Et C.quæ sit longa consuetu.per totum.*
*Et C.de iure fisci.l.super creãdis.lib.10.& l.defensionis.in si*
*Et C.de decurioni.l.exemplo.*
*Et C.de exactoribus tributorum.l.missi.*
*Et C.de excusationibus mu.l.negociantis.*
*Et l.maximarum.C.de suscepto.& arcarijs.*
*Et C.de auro cor.l.vna.*
*Et C.de metallis.l.ob metallum.lib.12.*
*C.de iure reipublic.l.fin.*
*C.de aqueductu.l.vsum aquæ.*
*C.de agricolis.l.cum satis.§.cum autem.*
*C.de pascuis publicis.l.1.*
*C.de ero.mili.anno.l.per hanc.versi.si quæ tamen.*
*Et l.cum alimenta.ff.de ali.& cibaria legatis.*
*Et ff.de pollicitation.l.nummis.*
*Et ff.de lega.3.l.semper.*
*Et ff.de re iud.l.non tantum.§.nonnunquam.*
*Et ff.de decurio.l.1.circa principium.*
*Et ff.de alboscribendo.l.1.§.1.*
*Et l.vt gradatim §.& si lege.l.honor.& l.munerum.§.mista ff.de mune.& hono.*

1 Dicuntur † boni vsus, & cõsuetudines, omnes illi q̃ iuri diuino, aut reipublicę non repugnãt, seu aduersantẽ, ꝓm q̃ in simili dicit in l.fi.C.si contra ius vel vtilitatẽ publicã. Nam si alqs vsus, seu cõsuetudo iuri diuino, aut reipublicę aduersaretur, seu repugnaret, talis vsus seu consuetudo non mereret dici bonus.l.eos.C.de vsu.auth.nauigia.C.de fur. & aut.omnes peregrini.C.communia de succes.sionibus.

2 Secundò dici † possunt boni vsus, seu consuetudines, q̃ aut horitate legis tollerantur & coadiuuant. ꝓm q̃ dicit in l.si fundus.ff.de euict.l.vẽditor.§.si constat.ff.cõmunia ꝑdi.l. apud Iulianum.§.1.ff.de lega.1.Et generaliter in omni cõsuetudine q̃ à lege nõ dãnat, iuxta l.nõ dubium.C.de leg.

3 Cõsuetudo † loci cõtractus attẽdit, nõ forus vbi causa agitur. No.Spec.in ti.de sententia.§.qualiter.ver.debet ẽt ferri. vide latius in decisio.parlamen.quæstio.262.

DCCCIIII.

1 Expensæ † dicuntur &c. vt suprà sing.685.numero.2.

3 Quod nullum † est rumpi non potest.le.nam & si sub condictione.ff.de iniusto rupto & irrito testa.

3 Id ratũ est, † q̃ vltimũ approbatur.l.sancimus.C.de testa. pro quo l.2.§.diẽ.ff.quemadmodum testamen. aperiãtur.

4 Bona est argumentatio à sufficienti partium enumeratione.l.patre furioso.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.

5 A nobiliori, denominatur res.l.quæritur.ff.de ſta.ho.

DCCCV.

*1 Verba, quòd hæres portet nomẽ & arma testatoris, importãt cõditionẽ honesti, qua non impleta hæres nõ poterit agere.*

1 Quòd hæres † portet cognomẽ & arma testatoris, illa verba importãt cõditionẽ honestã, & q̃ ꝓpeà est adimplẽda l. facta.§.si in dãda.ver.si verò nominis.ff.ad Tre.& cõditione possibili & honesta nõ adimpleta hæres nõ põt agere. l.vna.§.finautẽ aliqs sub cõditione.C.de cadu.tollẽ. & l.1. ff.cõdi.& demõ.imò hæreditas cõditione pẽdẽte nõ põt adiri.l.is q̃ hæres.ff.de acqrẽ.hære.& in l.is põt.in 1.ver.ff. e.ti. Nec ꝑsumit ipsa cõditio impleta cũ sit in facto.l.qui hæredi.& l.mæuius.ff.de cõditio.& demõstr.& facta nõ ꝑsumũtur, niſi ꝓbentẽ.l.in bello.§.factę.ff.de capt.& postli. reuersis.& l.deniq; ff.ex qbus causis maio. Et posito q̃ nõ esset cõditio, sed modus, tñ idẽ est in effectu quod in cõditione, cùm modus etiam sit adimplendus saltem ex postfacto, & tamen cauere debet hęres de modo adimplendo

antequam

antequam actiones hæreditarias exerceat.& not.per glo. C.de his quæ ſub modo.in l.1.alias hæreditate remouere.l.quibus diebus.§.fina.& ibi plenè p Dy.& Bar.ff.de cõdi.& demõſtra.& l.huiuſmodi.in prin.& ibino.ff.de le.1.

2 Charitas bene ordinata incipit à ſeipſo.l.ſi præſes.C.de ſeruitn.& aqua.

DCCCVI

1 *Iuramento probatur quem eſſe vſum iure ſeruitutis.*

Pone in l.1.§.æſtiua autem.in tex.ibi,puto probandum ex propoſito vtentis,&c.ff.de aqua quoti.& æſtiua. Nor.† argum.huius literæ,agentem pro aliqua ſeruitute poſſe probare ſuo ſacramento hoc,ſcilicet quòd vſus eſt iure ſeruitutis.Nam vſum debet probare per teſtes, ſed quòd iure ſeruitutis,per ſacramentum.Quia illa quæ ſunt in conſcientia per ſolum ſacramentum poſſunt probari,notatur extrà de teſti.c.præſentium.& de ſent.excommu.c.4.gloſſ.ſoli. & c.34.quæſtio,2.c.in lectum.per glo.& de electione.cap. innotuit.& extrà de reſcriptis.c.ad audientiam.2.gloſſ.fi. poſt medium.& de homi.cap.ſignificaſti.in gloſſ.ſed qualiter. Vide l.præſenti.§.ſed ſic.C.de his qui ad eccleſias confugiunt.vbi notatur,quòd ignorantia probatur per iuramentum,notatur per gloſ.in cap.eos.de tempor.ord.lib. 6.& c.innotuit.de elect.& vide capit.accedens. extrà de crimine falſi.& 16.q.3.dilectis.vide plenè Henr.Boich.in c.ſi verò.in vlti.diſtinct.extrà de ſen.excom.de hoc & notatur.ff.de itinere actuque priua.in l.1.§.2.in gl.iure ſeruitutis Dy.imò gloſ.ſuper hoc verbo videtur tenere, quòd per teſtes debeat probari ſeruitus.

De his quæ probantur per iuramentum, dixi in apparatu ſtatuti,ſi quis per literas.in gl.ſuper verbo, clandeſtinè.in q.quæ incipit,ſed qualiter probatur.

Pone in d.l.1.§.quod autem.in tex.ibi, quotidie duci poſſit.ff.de aqua quotid.& æſtiua.Nota argumentum ſad quæſtionem,aliquis ponit ſe continuè poſſediſſe domum illã ſpatio decem annorum, vel 20.aduerſarius probat illum non poſſediſſe medio tempore,fortè per menſem,dico q̃ huic dictæ poſitioni non nocet, quia nihilominus reputatur continue poſſediſſe.arg.huius literæ.ad quod ff.de fluminib.l.7.§.itẽ fluminum.& d.l.1.§.quotidiana.pro hoc & facit l.Mæuia.ff.de teſtamẽ.manu.cũ his quæ ibi ſcripſi. Et idem notatur per Io.And.in procem.decretaliũ ſuper verbo,quotidie.& p Hẽ.Boi.,ĩ c.ex parte de cle.nõ reſidẽ.

DCCCVII.

1 *Teſtes decem requiruntur ad probãdum communem rei valorem.*

4 *Condemnatus actione reali ante executionem moneri quòd rem reſtituat infra certum tempus.*

1 Ad probandum† quòd res tantum communiter valeat,requiruntur decem teſtes,ita dicit Ioan.Ferrarij, in titul.libellus in actione reali,in 9.col.in gl.ſuper verbis, in florenis decem pro damno,&c.

2 Sufficit † mittere acta ſignata notario,vel quòd ſint ſigillata,& alterum ſufficit,vt dicit Spec.in titu.de remiſſionibus.in §.penul.in fi.

3 An credatur † iudici, niſi inquantum conſtet de actis, tãgit Spe.in ti.de teſte.in §.1.in 16.& probat tex.in c.quoniam contra falſam.extrà de probat.

4 Condemnatus † actione reali debet prius moueri, quòd rem reſtituat infra certum tẽpus,antequã fiat realis executio.inſti de offic.iudi.§.1.& l.qui reſtituere.ff.de rei vẽdi. ita dicit & tenet Barto.in l.à diuo Pio.in §.in vẽditione.in 2.col.ibi,in actione verò in rem.& c.idem de Butrio.in c. ex rõne.de appel.in fi.& Ang.de perusio, in l.iudicio cõpro.C.de iud.& ibi plenè ponit materiã nouationis.Et ſequitur talis effectus,quòd ſi aliter ꝓcedatur, ꝙ poteſt appellari,quaſi excedatur modus,vt videtur ſentire Bart.in d.§.in vẽditione.ibi,ſed quæro,quid ſi factis fuerit, &c.

5 An exceptio † quę obſtat cedenti,&c.vt ſuprà ſing.144.& infrà ſing.967.

DCCCVIII.

1 *Poſitione per me negata non poſſum me iuuare.*

1 Non poſſum † me iuuarẽ poſitione per me negata,vt dicit Archidiaconus in c.idem tenet Bar.in l.non vtique.ff.de excep.& præſcrip.Et ibi dicit Bar.vnum notabile,quòd ſi ego negem ſolutionem per ipſum reum allegatam , quod non poſſum dicere intentionem meam eſſe probatam ex illa allegatione ſolutionis, tamen allegando ſolutionem an videatur debitum fateri.textus quod non, extra de exceptionibus.cap.

2 Quando † videatur electa induſtria perſonæ,vide plenè p Bar.in l.fi.ff.de diuer.& tempor.præſcrip.

DCCCIX.

2 De præſcriptione † rei fiſcalis qualiter & quando preſcribatur,vide plenè per Bar.in l.in omnibus.ff.de diuerſis & tẽporalibus præſcrip.

2 Si fiſcus † ſuccedat priuato vtitur iure priuati circa rem, in qua ſucceſſit.tex.ad literã.ff.de vſuris, in l.cũ qdã§.fiſcus.

3 Si priuilegiatus † ſuccedat non priuilegiato,vtitur priuilegio ſuo,vide Hen.Boich,in c.dilectus.de præben.

Materiam proteſtationis plenè poſuit Barto.in l.non ſolum.§.fi.ff.de no.oper.nun.

DCCCX.

1 Vitium † litigioſi contrahitur,vbi eſt queſtio de proprietate,ſecus ſi de poſſeſſione.gl.in c.1.de confir.vti.vel iniuti.de vitio litigioſi vide infrà ſing.826.

2 Qualiter † menſis intelligatur ſeu computetur , vide Barto.ff.de diuerſis & temporalibus præſcriptio.l.in tempore conſtituto.

DCCCXI.

1 An pœna † ſæpius committatur per reiterationem , vide in l.etiam.§.queſitum.& ibi doctor.ff.ſi cui pluſquam per legem Falcid.

2 De materia † ſecuritatis vide per docto.in l.hæc autem.ff. ſi cui plus quàm per leg.Falcid.& Cyn.in l.denuntiamus. C.de his qui ad eccle.confu.vide ſuprà ſing.313.

3 Dictio † quandiu,facit conditionem.vide in l.pater Seuerinam §.fi.ff.de condi.& demon.& ibi extraordinariè in lib.meo.vide ſuprà ſing.309.nu.13.

DCCCXII.

1 Hæres non tenetur implere voluntatẽ defuncti, vbi eius voluntas eſt contra legem.tex.in l.ſi quis eum quem.ff.de condi.& demonſtra.

2 Hæres † rogatus tenetur cauere de hereditate reſtituenda. in l.cùm Archimedoram C.vt in poſ.leg.niſi teſtator prohibuerit.glo.in l.cùm tale.in §.1.ſuper verbo,non interponendæ.ff.de condi.& demonſtra.Etiam debet reddere rationem fideicommiſſario,niſi teſtator prohibuerit,vt ibi gloſſ.ſuper verbo,non interponendæ.in fin.Io. And.in c. Ioannes.de teſta.in 7.col.

DCCCXIII.

1 Verbum † credit,nõ eſt aſſertiũ,nec præciſum,vt dicit An. de Peruſio,in l.fina.C.arbi.tutelæ.Quod facit ad impugnationẽ teſtis,qui deponit per verba credit, vt nõ plenè dicaẽ depoſuiſſe,de quo vide infrà.ſing.833.§.non valet.

2 Ioannes † Fabri in ſuo breuiario,in l.ad ſolutionem.C.de re iudic.ponit ad dictam legem vnam limitationem,quòd illa lex loquitur in illo qui ſponte ſoluit,ſecus ſi mandato iudicis compulſus ſoluat, per l.cùm ex cauſa iudicati.ff. de appellatio.

DCCCXIIII.

1 Si producam † vnum inſtrumentum in iudicio,an potero ei pro parte ſtare,& pro parte non,vide reportata Bartol. ff.de libe.lega.in l.Aurelius.§.idem. in libro meo. Vide gloſſ.in l.1.§.editiones.ff.de eden.quæ dicit, quod inſtrumentum productum poteſt acceptari inquantum facit cõtra producentem.& Inno.in cap.cum olim.de cenſi.vide Archi.in c.1.& 2.de confeſ.lib.6.

2 De domo † quæ eſt in duabus parochijs,vide in l.prędijs. §.balnea.ff.de leg.3.& ibi extra ordinariæ in lib. meo.

DCCCXV.

1 *Confines villarum vel curarum probantur per inſtrumenta venditionum, & emptionum.*

1 Per inſtrumenta † emptionum & venditionum non probantur confines villarum vel curarum,vide extraordinariã in lib.meo.ff.de leg.3.in l.prædijs.§.Titio. vide materiam ſuprà ſing.543.

2 Nota † argumentum ex prouerbijs antiquorum.in leg.ſi chorus.in §.1.ff.de legatis.3.& ibi extraordinariè.in libro meo.

DCCCXVI.

1 *Dictio vſque,an incluſiua an excluſiua.*

2 *Moneta ſi mutetur poſt contractum pendente dilatione ſolutionis,de qua moneta ſolui debeat.*

1 Dictio † vſque,an ſit incluſiua vel excluſiua, vide plenè.in l.cùm patronus.ff.de leg.3.

2 Si mutetur moneta † poſt contractum pendente dilatione ſolutionis,de qua moneta ſolui debeat,vide extraordinariè in l.vxori.§.vxori.ff.de leg.3.

DCCCXVII.

1 Compoſitio † facta per carceratum cum domino,non valet.allegatur tex.in l.1.§.fi.ff.de authoritate tutorum. vide in deciſio.par.q.326.& q.112.

2 Nota † quod vbicunque requirit ſcriptura, ſi probetur inter teſſe,& eſſe amiſſam,ſufficit.extrà,de priuilegiis.c.cum olim.& ibi per Innoc.& C.de fide inſtru.l.emancipatione ita no.Io.Fab.C.de manda.prin.l.vna.

DCCCXVIII.

1 *Reconuentio poteſt fieri quandocunque pendente iudicio.*

1 Concluſio doctorum eſt,quòd † reconuentio a poteſt fieri

a quandocunque pendente iudicio ante ſententiam , etiam prope finem.cauſæ,ita dicit Ioan.Fab.in authen.& conſequenter.C.de ſenten.& interlo.om.iud.vbi plenè tractat materiam reconuentionis.

2 De legitimatione † liberorum , an papa poſsit legitimare quòd ad ſucceſsiones hæreditatum,& an Reges poſsint legitimare,& quo caſu,vide plenè per Ioan.Fab.C.de nup.l. imperialis.

ADDITIO.

a Reconuentio.Matheſilan.tamen in dicta authen.& conſequenter.nu.2.tenet arg.d.authen.quòd reconuẽtio poteſt fieri ſolum in exordio litis,id eſt,in ipſa litis conteſtatione vel ante vel parum poſt.pro quo dicit ſacere tex.in l.cum papinianus.co.ti.& in c.1.de mut.pecti.& melius in clemẽ. ſepe.verb.verum.de ver.ſig.quod putarem verum, quantum ad ſimul procedendum in vtraque cauſa, ſed quantũ ad conſequendum eum iudicem,poſſe fieri vſque ad ſentẽtiam.per no.Io.And.in d.cle.ſæpè.in gl.ſup verb.exordio. & Archi.in c.diſpendioſa.§.reus quoque.de reſcrip.lib.6.

DCCCXIX.

1 Meretrix † eſt infamis, probatur in dicta l.imperialis.C. de nup.ideo dico,quòd à teſtimonio eſt repellenda. qualiter infamis infamia facti,& an & quomodo repellatur à teſtimonio,vide plenè per Io.Fab.C.de de ſum.trini.& fi de catho.in prin.in vlti.col.

2 An quis poſsit † venire propria authoritate contra propriũ iuramentum,ſi ſit temerarium,vide Ioan. Fab.C.de nup. in l.quod eis.

3 An compaternitas † poſsit contrahi per procuratorem, vide pro & contra,Io.Fab.in l.fi.C.de nup.

DCCCXX.

1 Authen.ſed qui nihil.C.de pact.conuen. non † habet locũ vbi alter promittit dotem,quàm mulier, quia tunc nihil poſsit muleri imputari,ita dicit Ioan.Fab.in dicta authẽ. ſed qui nihil plus dicit ibi Ioan. Fabr.quod d.authen. non ſeruatur de conſuetudine.

2 Hodie † verò videtur , quòd ſi princeps recitet & fundet intentionem ſuam ſuper eo,quod recitat,quòd ſtatur,iſta ſunt verba Ioan.Fab.C.de donationi.inter virum & vxorem.in l.ex verbis.

DCCCXXI.

1 *Procuratores vel iudices fiſcales calumnioſè vexantes partes,eis tenentur ad damna & expenſas.*

1 Iudices † vel procuratores fiſcales qui ex officio calumnioſe vexant partes,debent condemnari de proprio in damnis,expenſis,& intereſſe partis priuatę,ita dixit Ioan. Fab. C.de admi.tuto.l.nõ eſt ignotum.Idem etiam dixit Gul. de Monte Lauduno,in cle.ſæpè.§.fi.de verbo.ſigni. & ibi plenè per eum.vide etiam l.1.C.de curioſis.& ſtatio.li.12. vbi videtur tex.de hoc.

DCCCXXII.

1 *Cedens bonis ſatis videtur excuſſus.*

1 Si debitor † ceſsis bonis,videtur ſatis excuſſus,ſi tamen in bonis ceſsis non poſsit ſatiffieri.vt dicit Io.Fab.in authẽ. hoc ſi debitor.C.de pign.Et ibi dicit, quòd ſi debitor donauerit bona ſua,quod debent creditores agere reuocatoria contra donatarium,vel agere cõtra debitores. antequã contra tertium poſſeſſorem rei hypothecatæ.alleg. C.de magiſt.conuenien.l.1.

2 De materia † auth.hoc ſi debitor.& diſtinctiones vide per Io.Fer.in ti.forma reſponſionis libelli in actione hypothecaria,ſuper verbo,exceptione excuſsionis.

3 Plus dicit Io.Fab.in d.authen.hoc ſi debitor.† quod licet debitor ſit excommunicatus pro debito,adhuc non vide tur diſcuſſus,ideò debet realiter diſcuti & requiri officiũ laici,vt compellat ad ſoluendum,&c.

4 Sed quid † debitor renuntiauerit dictæ authen . dic quod non pręiudicat emptori,vt ibi Io.Fab.

5 Dicta auth.hoc ſi debitor. † non habet locum,vbi nomine debitoris eſt obligatus,quia poteſt agi contra debitorem debitoris facta diſcuſsione,vt dicit Io.Fab.in authen. hodie.C.de actio.& obli.

DCCCXXIII.

1 Licitum † eſt recuperare ius ſuum cuilibet authoritate propria,quando per ſuperiorem non poteſt recuperari, vt no.Io.Fab.C.de ſum.tri.& fide catho.circa princ.& plenè in l.1.c.vnde vi.per eundem.

2 Omnia † cenſentur teneri à domino territorij,vt dicit Io. Fab.C.de ſum.tri.& fide.catho.in 2.col.qui allegat Spe.in titu.de locato.§.nunc aliqua.verſi.86.& videtur quaſi expreſſum.8.diſtin.c.quo iure.iſta ſunt verba Ioan. Fab.vbi, ſuprà,& vide ſuprà ſing.176.

DCCCXXIII.II

1 *Antiqua facta qualiter probentur.*

1 Facta † antiqua quę excedunt memoriam hominis, probãtur per communem relationem antiquarũ, & per libros, antiquos,& per hiſtorias antiquas.& habet talis antiqtas vim legum . iſta ſunt verba Ioannis Fabri.vbi ſuprà proximè.

2 An iudicium † ceptum per patrem tranſeat in filium,vide ff.de oper.libert.l.ſi operarum.& ibi extraordinariè in lib. meo.Et vide ibi an inſtantia poſsit cedi.

DCCCXXV.

2 *Iudex appellationum ſolum poteſt cognoſcere ſuper deductis in cauſa principali.*

1 An curatus † poſsit petere æſtimationem ꝓ recepto ſuo,ſi non fuerit ad prandendum ſemel in anno in domo parochianiꝰ dic quod non,& vide extraordinariè in libro. meo.ff.de oper.libert.l.hoc opere.§.ſi patroni.

2 Iudex † appellationum non habet poteſtatem cognoſcendi,nec iuriſdictionem,niſi ſuper deductis in cauſa principali,ſi faciat contrarium,ſentẽtia eſt nulla,vt nota.Ioannes Ferrar.in titu.forma ſententiæ diffinitiuæ. in gloſſ.prima in tertia colum.

DCCCXXVI.

1 Litis pendentia † in alio iudicio impedit litis conteſtationem,ſicut res iudicata.no.Io.Fer.in tit.forma reſponſionis rei conuenti.in gl.ſuper verbo,exceptis,lite pendente & ibi ponit quinque modos , per quos lis dicitur pendere,& ibi de vitio litigioſi ponit aliqua ſing.& ibi dicit ꝙ per hypothecariam res non efficitur litigioſa.item per cõfeſſoriam vel negatoriam.

DCCCCXXVII.

1 Ratio † teſtis magis attenditur,quàm eius dictum, vt not Ioan

Ioan.Fera.in titu.forma opponendi contra teſtes poſt publicatio.teſtium.in glo.ſuper verbo,reddunt rationem & non cauſam,&c.

2 Illa clauſula ſa moto quocunque illicito detentore, tollit diſpoſitionem cap.cum noſtris.de conceſſ.præben.ita dicit Franc.de Zabarel.in clemen.1.de præben,ita quod per dictam clauſulam videtur facta mentio de poſſeſſione tertij.ita dic t Fran.de Zaba. Idem tenet Panor.in d.c.cum noſtris.poſt Io.de An.& Io.deo. Et hoc verum in literis gratiæ papæ,ſecus autem in literis executorijs,vel in executione gratiæ,quia ea quæ ponuntur in exceptione gratiæ non firmant gratiam aduerſus vitiũ ſubreptionis.facit clemen.j.de prebe.iſta ſunt verba Panor.ibi ſuprà.ſi vero nõ eſt appoſita illa clauſula,literæ ſunt ſubreptitiæ,per dictũ c.cum noſtris.

DCCCXXVIII.

1 Quid ſ autem ſi per Epiſcopum fiat collatio de beneficio non requiſito patrono,& ſic eo contempto,an talis collatio erit nulla,vel an nullanda? videtur quòd eſt nulla,per c. decernimus.17.q.7.ſed contrarium quòd ſit aliqua,& irritanda,eſt tex.expreſſus,in c.illud.de iure pat.& facit quòd ad epiſcopum videtur principaliter ſpectare prouidere de beneficio. Hinc eſt quod per inſtitutionem Epiſcopi confertur titulus,& non per preſentationem patroni.extra de iure patrona.c.paſtoralis.& de inſti.c.3.& ſic non videtur eſſe defectus ex parte conferent's titulum,licet male faciat contemnere patronum,& propter hoc ad petitionem patroni poteſt caſſari collatio. Hunc articulum non reperio tactum, nec bene declaratur per docto. tamen ſatis videtur quod de iure procedat.ſcilicet quòd collatio non ſit nulla,ſed annullanda.pro quo text.ad literam in d. c.illud.cui tex tui ſtandum tanquam poſteriori potius eſt, quam d.c.decernimus.per ea quæ nõt.in cap.1.de conſti. libro.6.& in capit.1.de cogn.ſpiri.& quod plenè nota.per Bartol.in l.omnes populi.ff.de iuſtitia & iure.in materia ſtatutorum.iſta ſunt verba Federici de Senis in ſuo tractatu permutationum.

DCCCXXIX.

1 Per preſentationem ſ patroni clerici quæritur ius preſentato ita quod ſi Epiſcopus alium inſtituat,poterit ipſe preſentatus agere ad intereſſe contra ipſum Epiſcopũ. Quod idem eſt in patrono laico,qui non variauit,quia hoc caſu.q̃ ritur ius præſentato.ſecus ſi variat laicus,quia ſi variet non quæritur ius præſentato,vt hęc dicit gl.in c.dilectus.de offic.legati.in antiquis.ſuper verbo,plus iuris.

2 An cedens poſſit eſſe teſtis pro ceſſionario, vide in deciſionib.parla.quæſtio.530.& plenè in 83.conſiliorum meorum,& infrà ſingu.834.nu.1.& ſuprà ſing.86.

DCCCXXX.

1 Quid ſi vnus ſ ex permutantibus non habet ius,puta,quia ſimoniacus,vel aliter non habet titulum in beneficio, nũquid acquirer ius in beneficio,quod conſequitur ex cauſa permutationis? Dic quod non,duplici ratione,primo, quia alias ſequeretur abſurdum,nam quis per fas & nefas coge retur acquirere beneficium,& videns ſe illud non poſſe tenere ſalua conſcientia,permutaret cum ius habente. Secunda ratio eſt, quia dans rem alienam non contrahit permutationem.de except.c.cum venerabilis.ibi, nec cum alio quàm cum vero domino permutatio valeat ritè celebrari,&c. Et pro hoc etiam,quia Epiſcopus qui confert ſibi beneficium, intendit illud cõferre loco alterius quod amittit,ſed nihil amittit,ex quo non habet ius in beneficio quod permutat,ideo poſito quòd Epiſcopus aliàs potuiſſet conferre beneficium,quia tamen non contulit ſimpliciter,ſed ex cauſa permutationis,ille nihil conſequitur,& habebit locum illud vulgatum, quod potuit & noluit.de offic.delega.c.cum ſuper.& l.nullus.C.ſiquis alteri vel ſibi & hoc tenet Ioan.And.in c.1.de rerum permuta.libro.6.

2 Ex prædictis patet,quòd ſ ſi vnus ex permutantibus non habet ius in beneficio, non conſequitur ius in collatione Epiſcopi ſibi facta de alio beneficio loco illius. Et ſic tradens beneficium per eum canonicè poſſeſſum ex cauſa permutationis,in beneficio quod recipit non canonicè poſſeſſo per illum à quo recipit,non acquirit canonicum ex collatione Epiſcopi,& ſic poterit ſuum recuperare. ita dicit Fede.de Senis in ſuo tractatu permutationum, in 10.q.

3 Contra illos qui impetrant literas citatorias à curia Romana ad locum non tutum, vide gloſſ.in l.de ætate.ff. ad Trebellianum.

DCCCXXXI.

1 *Dominium ſententia iudicis transferri.*
2 *Intereſſe iuramento probari.*

1 Nota ex ſententia ſ iudicis dominium transferri,ſi eſt in miſsione quæ fit ex ſecundo decreto.vt ff.de acquir.poſſ. l.3.§.fi.ff.ſi ex noxa.cau.agatur.l.2.in fi.ff.commu.diui.l. ſed ſi res q̃ ſic accipe,ſi facta fuerit miſsio p ipſum ptorẽ, nam ſola ſententia non facit dominium ſed traditio, vt C.de pactis.lege.traditionibus.prædicta dicit gloſſ.in §. fina.in verbo,iudicatum. Inſtitut.de offici.iudicis.quod nota.

2 An intereſſe ſ probetur iuramento,& quando, vide gloſſ. notabilem ff.quod vi aut clam.in l.ſemper.§.in hoc interdicto.ſuper verbo,Iurauerit.

DCCCXXXII.

1 An mutua ſ delicta compenſatione tollantur,vide reporta ta in ff.meo veteri,in ſecundo folio.
De confeſsione procuratoris an noceat domino.vide plenè in.ff.meo veteri.de offic.prefect.vt.ſcripta manu propria domini Pet.Pap.

2 Inſtantia ſ cauſę tranſit in filium hæredem.ff.de iniur.leg. ſed ſi vnius.§.ſi.in gl.ſi.

DCCCXXXIII.

1 De alimentatione ſ liberorum an poſsit peti à patre vino auo in cuius eſt poteſtate.vide in reportatis meis ff.de iniur.in l.ſed ſi vnus.& vide Cy.C.de alend.liber.l.1.

2 Defectus ſ debet probare ſe poſſediſſe tempore ſpoliationis.ff.de vi & vi arma.l.1.§.interdictum autem.

3 Non valet ſ teſtimonium de credulitate.Spec.in titu.de teſte.§.1.verſi.item quod deponit de credulitate.& vide ſuprà ſingu.813.

4 Ea quæ ſ liquido probari non poſſunt,probantur per conſecturat.l.non omnes.§.à barbaris.ff.de re mili.

DCCCXXXIIII.

*¶ De materia ceſsionis actionis ſequuntur aliqua q̃ dicit Pet.Iac.in titulo,de rei vendi.quæ competit ex ceſsione.*

1 Dicit Pet I co.in hęc verba.Item ſ cedens dominus poteſt eſſe teſtis in cauſa pro eo,cui ceſsionem fecit, ſi tamen de euictione non teneatur,iuxta id quod not.ff.de teſtibus.l. nullus.contrarium not.C.de procuratoribus.leg.fina.Specul.tamen tenet idem quod hic, in titul.de procuratoribus.in fine.
Vide circa hoc Specul.in titu.de procur.§.ſi.in fi.ibi, cum
2 dicit ſ nota cautelam,&c.& allegat l.ſtipendia.C.de procurato.contrarium puto, ne detur materia fraudis.ff.de rei vendi. l. in fraudem in fundum.ſecundum Iaco. But.vide Cy.C.de teſtibus.l.omnibus.

3 Sed an ceſsionarius teneatur fidem facere de ceſsione antelitis conteſtationem? dic vt in Specu.in tit.de inſtru.editione.§.nunc dicemus.verſicu.ſed quis.& per Archid.de procura.c.1.lib.6.

4 Si quæratur,an ille ſ contra quem eſt ceſſa actio,poſsit exceptis compenſationibus opponere de eo quod cedens ſibi debet? credo quod indiſtinctè poſsit.argu.ff.de diuer. & tempo.præſcrip.l.creditor.
Specul.in titu.de teſte.§.1.ver.ſed pone,mutuaui tibi,&c.

5 ſ facit mentionẽ de ceſsione ex cauſa donationis & ibi diſtinguit,qñ ſit ex cauſa donationis.ff.cõmuni diui.in hoc iudicio.§.pe.cõpẽſatio.n. p ſolutione haberi videt, C.de cõpẽ.l.ſi cõſtat.idẽ tenet Spe.in ti.de procura.§.ſi.ver.ſed nũquam,& Cy.de compen.l.eius.& Dy.de regu.iur.c.ſi qs. Item ſequitur.Bar.in l.procurator ad exibendũ.§.ſi.ff.rem ratam haberi.licet contrarium videatur tenere Dyn.in §. in bonæ



in bonæ fidei.Inſti.de actio.

6 Item eſt notandum,ſ q̃ dominus qui ceſsit actionem,poteſt facere pactũ de non petendo. Itẽ agere & trãſigere non obſtante ceſsione,& reuocare illum in quem eſt facta ceſsio,niſi in tribus caſibus.ſ.ſi ille in quẽ eſt facta ceſſio,litem fuerit conteſtatus,vel aliquid acceperit de eo ſuper quo facta fuit ceſsio,vel poſſeſſori denũtiauerit ne rem domino reſtituat,pro eo q̃ dãs iam ceſsit ſibi actionem, vt c.de noua l.3.& facit.ff.de tranſa.l.fi.& de pac.l. ſi cũ emptore.& de procu.l.quæ oſa.§.planè.& de compen.l.in rem.Nec ſcia poſſeſſoris ſufficeret ad impedien dum prædicta,niſi vnus de illis trib.caſibus interueniret ad hoc facit q̃ no.p Roffre.in tit.de actione.licet no. cõ tra.ff.de trãſactio.in fi.vide plenè de materia ceſsionis p Pet.Iac. in dicto tit.de rei vendi.q̃ competit ex ceſsione.

DCCCXXXV.

1 *Alienationem an poſſit in totum reuocare,qui ei nõ cõſentit.*
3 *Creditor an teneatur ire quæſitum debitum ad domum debitoris.*

1 Si ſint plures ſ domini directi,an vnus qui nõ conſentit alienationi,poſſit alienationem in totum reuocare? vide Albericum de Roſa.in l.cũ colonus.§.nauẽ.ff.locati.

2 Confeſsio ſ teſtatoris non valet,niſi ſit iurata,vt plenè p Hen.de Bouenco,in auth.ſacramenta.in materia cauſę formalis,circa fi.C.ſi aduerſ.vendit.

3 An debitor ſ teneatur portare debitum ad domum creditoris,vel creditor ire quæſitum ad domum debitoris, vide plenè.per Bar.in l.item illa.ff.de cõſt.pec.& Panor. in c.ſignificante.extrà de pig.

DCCCXXXVI.

1 *Mala fide ſuperueniente poſt completam præſcriptionem an præſcribens teneatur in foro conſcientiæ.*

1 Si poſt completam ſ præſcriptionem ſuperueniat mala fides an teneatur præſcribens rem reſtituere in foro conſcientiæ? Et ſuper hoc ſequuntur verba de verbo ad verbum magiſtri Io.lectoris in ſumma ſua confeſ.li.2.tit.1. q.31.vbi ſic dicit, Diuerſi diuerſa dixrunt mihi, tamen videtur ſaluo meliori iudicio ſic diſtinguendũ,quia aut ille poſſeſſor poſt completam præſcriptionẽ habet conſcientiam remordentem,ſ.quòd nõ poſſit rem ſine peccato mortali retinere,& tunc dicerem.ei præcisè quòd reſtituat,quia qui facit contra conſcientiam erroneam, ædificat ad gehennam.11.q.2.aut eſt illata.& extra de ſimonia,per tuas 2.Aut non habet ſuper hoc conſcientiã remordẽtem,ſed credit quòd iuſtè poſſidet iuris authoritate,vel ſi habuerit aliquando ſuper hoc conſciẽtiam remordentem poſt completam præſcriptionem, tamen conſilio peritorum depoſuit omnem ſcrupuloſitatẽ conſcientiæ,tunc conſulerem ei vt reſtitueret ſaltẽ propter ambiguum damnationis,& ne cupiditas exceçauerit eũ. Et quia etiam vix potuerunt cõcurrere omnia, quæ exiguntur ad præſcriptionem,& nollet acquieſcere,non audeo ſibi dare ſecuritatem quòd ſit in ſtatu ſaluandorum. Nõ audeo etiam diffinire eum teneri,vel eſſe in ſtatu dãnandorum propter iura,quæ hoc concedunt,præſertim cum ſic videatur ſeruari per vniuerſum orbem quocunque ſe defendit eccleſia.

DCCCXXXVII.

1 Quando ſ aliquid conceditur,an omnia videantur conceſſa per quæ peruenitur ad illud,vide plene Bar.in l. 2. ff.de iuriſdi.om.iudi.

2 In delictis ſ omnes tenentur in ſolidum,& vno ſoluente alter non liberatur.ff.de iuriſd.om.iud.l.ſi quis id quod .§.finali.

3 Coram ſ arbitro non eſt locus reconuẽtioni.a Bart.tenet
a ff.de iuriſ.om.iu.in l.eſt receptum,& ibi dicit Bar.quòd principes non recognoſcentes ſuperiorem,poſſunt eſſe iudices in eorum proprijs cauſis.

ADDITIO.

a Reconuentioni.Idem Ludouic.Rom.ſingu.150.& 783. quamuis contrarium teneat Marian.Soci.in c.1.ver. ſed maius dubium eſt.extrà de mut.petit.

DCCCXXXVIII.

1 *Abſenti ex iuſto metu datur reſtitutio in integrum,et quis dicatur iuſtus metus.& nu.2.& etiam via nullitatis ſubuenitur. infrà ſing.proximo nu.1.*

1 Si quis ſe abſentet ex iuſto metu, qui poteſt cadere in conſtantem virũ,& mulctæ contra eum declarẽtur,qa mulctatus non comparuit,ſubuenitur ei per viã reſtitutionis ſ integrũ ex clauſula gñali, ſi qua iuſta cã mihi vi debiſ à prætore edita.l.2.§.1.ff.ex qui cau.maio. ibi ſdũ dſ,hoc autem capite adiuuanẽ in primis hi qui metus cã abſuiſſent.Et ſequitur l.3.vbi ſic dſ,metꝰ cauſa abeſſe videtur,qui iuſto timore, vel cruciatu corporis conteritus abeſt.& hoc ex effectu eius intelligitur,ſed non ſuffi cit quodlibet terrore,vbi dicit gl.q̃ minæ ſufficientes faciunt iuſtum metũ,& allegat l.interpoſitas. C. de tranſ. abductũ timuiſſe,ſed hmõi rei diſquiſitio iudic.eſt, &c.

2 Et minæ ſ illatæ à potente inducũt iuſtum metum, & iuſtum terrorem 7.diſtin.fuerunt.& 23.q.8.cõuenior.vbi verba iracunda iudicis,metum iuſtum important, & excuſant.facit bene cap.in primis.2.q. 1. vbi dicitur quòd mandatum iudicis eſt,&c.

DCCCXXXIX.

1 Via etiam ſ nullitatis,tali qui iuſto metu non comparuit ſubuenitur,quia non poteſt dici eo caſu contumax, iuxta l.metum.ff.quod citatus ad locum non tutum, vel coram iudice de via facti ſuſpecto,vel qui minas ad terorem ſufficientes protulit,venire aut comparere non tenetur,& in non cõparẽdo nõ dſ cõtumax.c. ad ſupplicationẽ.in prin.ext.de renun.in antiquis,hoc tenet Bar.ex preſsè,qui dictũ c.allegat,in l.recuſare.in fi. quæſtio. ff. ad Trebel.facit benè c.ex parte.& c.fi.extra de appella. præſertim dum in dicto c.ex parte.dicitur,ad quorum præſentiam nobis periculoſum eſt ire,&c.

DCCCXL.

1 *Conuentio in carcere,aut metu carcerum facta,non valet.n. 3.et 4.falit n.2.nec firmatur iuramento. infrà ſing.proxi. nu.1.& 2.*

1 Item conuentio ſ in carcere a, & metu carcerum facta, a eſt nulla,& de iure non valet.l.qui in carcerem.ff.quod me.cauſ.vbi dicitur,qui in carcerem quem detraxit vt aliquid ei,id eſt ab eo extorqueretur,quidquid ob hãc cauſam factum eſt,nullius momenti eſt.

2 Niſi eſſet ſ detentus ex iuſta cauſa, quia tunc valeret cõpoſitio etiam cum illo, qui eum detinebat.vt dicit expreſsè Barto.in l.qui à latronibus.ff.de teſta.

3 Sed quid ſi poſtea ſ talis compoſitio facta in carcere ratificetur,& de nouo fiat extra carceres, puta quia poſt relaxamentum à carceribus incarceratus fuit poſitus in domo ſua in arreſto, an talis ratificatio facta in domo ſua in arreſto exiſtente valeat? credo quòd non quia talis de nouo promiſsio cenſetur etiam metu carcerum facta.& pro hoc allego tria iura quæ hoc clarè probant. primò per l.in eadem.ff.ex quibus cauſ.ma.dum in eadem l.dicitur,in vinculis autem etiam eos dicimus, qui ita ſunt alligati, vt ſine dedecore in publico apparere non poſſunt. licèt detur facultas abeundi, vel quia iurauerunt, vtpote non recedere, vel arreſtum tenere, vel fideiuſſores dederant,& alle.l.necnon.ff.eo.tit. & eſt ſecundum ius,vbi ſic dicitur.

4 Item ſi quis ſ nec in cuſtodia nec in vinculis ſit, ſed ſub fideiuſſoris datione,dum propter hoc recedere non poteſt,captus ſic reſtituitur, & aduerſus eum dabitur reſtitutio,inde dicitur in l.ſolutum.ff.de ver.ſig.& iſtud eſt tertium ius ſolutum non eum intelligimus,qui licet vinculis leuatus ſit,id eſt liberatus,manibus tamen tenetur.& ſequitur ad propoſitum nec eum quidem intelligimus ſolutũ, qui in publico ſine vinculis ſeruatur, ſed cuſtoditur à nuntijs.& ſequitur prout ibi dicit glo. q̃ illud,quod interim promittit quaſi in carcere ſit,non tenet,vt d.l.qui in carcerem.

ADDITIO.

a In carcere. Adde Hippoly. Marſil. latè ſingul. 306. & Bouer. ſingu. verb. carcer. nu. 2.

DCCCXLI.

1 Nec obſtat † iuramentum, cum ibi interuenerit metus, & videtur caſus in c. 1. §. item ſacramenta. de pa. iura. fir. in feudis. & in auth. ſacramenta. C. ſi aduerſus vendit ibi dũ dicitur, per vim autem vel per metum iuſtum, &c. & ita in d. auth. ſacramẽta, videtur retidere Bar. ſuper verbo, ſponte, iuxta quæſtionẽ fi. ibidem per eum mota.

2 Item ſi talis † promiſſio metu facta iuramento firmaretur ipſum eſſet vinculum iniquitatis, maximè vbi nõ cõſtat promiſſionem fuiſſe ex iuxta cauſa factam, quod tamen eſſe non debet, in c. quanto de iureiu.

3 Reſtat reſpondere ad c. ſi verò. de iureiur. & alia & ſimilia iura, ꝙ ipſa loquuntur in iuramento aliquo leui metu præſtito. Sed credo, quòd tale iuramentum etiam nõ leui metu præſtitum ſit ſeruandum, ſed quod diſpenſetur, vt plenè per Henr. de Bouen. in d. authen. ſacramenta. in ſua repetitio.

DCCCXLII.

1 An confeſſio † facta inter coniuges conſtante matrimonio præſumatur facta ex communi donatione. vide Io. Ferrar. in margin. fol. 123. & de Bouenco in d. authen. ſacramen. puber.

2 Confeſſio † facta extra iudicium ad liberandum non inducit aliquam exceptionem. vide plene pro & cõtra per Ioan. Ferra. in 1. rub. libri ſui fo. 2.

DCC DXLIII.

*1 Procurator generalis non intelligitur conſtitutus ad cauſas criminales.*

*2 Diſpoſitio ad certum caſum limitata, extra illum non ſortitum effectum.*

*3 Culpa debet præcedere pœnam.*

1 Procurator † ad omnes cauſas generaliter conſtitutus, non intelligitur cõſtitutus ad cauſas criminales, ex quibus pœna imponitur, ſed tantummodo ad ciuiles. C. de epiſ. & cleri. l. cum clericus, & auth. clericus, quia in illis requiritur ſpeciale mandatum, in quibus pœnæ domino applicantur, vt tenet Spec. in titu. de procur. §. 1. ver: ſed nunquid.

2 Diſpoſitio † certo modo & ad certum caſum limitata, extra illum caſum non debet ſortiri effectum, vt videmus, in diſpoſitionibus modalibus & conditionalibus. in l. 1. 2. & 3. C. de dc. quæ ſub modo l. hæc vẽditio. ff. de cõtrah. empt. & ven. c. ſup c. & c. per tuas. de cõdi. appoſi. 1

3 Vbi † non eſt culpa, ibi non debet eſſe pœna l. ſi putator. ff. de lege Aquil. cognoſcentes. extrà de conſt. leg. ſanci mus. C. ad pœnis. 1

DCCCXLIIII.

*1 Bonorum omnium præſentium & futurorum donatio an & quatenus valeat.*

*2 Intellectus l. ſancimus. C. de donation.*

Extractum à lectura domi. Iacobi de Aurelianis, in l. 1.

1 C. de ſac. ſanct. eccl. Aut donat † omnia bona ſua præſentia & futura, & tunc talis donatio non valet, quia per indirectum aufertur donãti libera facultas, & quia nemo vellet eſſe hæres, & reddit ſe inhabilem ad acquirendũ, 2 & ita non poterit teſtari. faciunt quæ leguntur & notantur in auth. ingreſſi. C. de ſacrolan. eccl. Sed. Ang. & Bal. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obliga. dicunt donationem omnium bonorum præſentium & fu 1 turorum valere, per ea, quæ leguntur & notantur in l. q dam cum filium. ff. de ver. oblig. vbi non attenditur id quod fit per indirectum, nam licet donet omnia bona ſua, non ideò ſibi tollit teſtamẽti ſui factionem quin teſtari poſſit. Nec obſtat quòd ex quo nulla bona habet, 2 nemo volet eſſe eius hæres, quia reſpondetur, quòd donatio ad illud non ordinatur, nam ſic in ſimili teſtamentum non vitiatur, licet hæres nihil retinere poſſit. in au 1 th. de hæred. & falci. §. ſi verò non implens. Non obſtat dicta alia rõ, quia conſtituit ſe in ſtatu extremæ paupertatis, nã conſiderata iſta rõne, ſm Bald. ille qui nõ eſt ſolũdo, nõ poſſet teſtari, ꝙ eſt contra l. ei q ſoluendo non eſt. ff. de hæred. inſti. Item non eſt verũ, ſecundum Ange. ꝙ ille qui donat oĩa bona ſua præſentia & futura, nõ poſſit ſibi acquirere, quia imo põt ſibi legari vel donari ea conditione, ne illud acquiratur donatario. ſicut in ſimili habetur & notatur in authen. excipitur. C. de bon. quæ li. Et per iſta dicit Ange. ꝙ ſuper hoc paſſu nunquã ſibi placuit opinio magiſtri ſui, ſ. Bar. Cuma. tũ, An. & Io. de imo. eũ ſequuntur, quanquã dicant, ꝙ talis donatio cenſetur facta vi teſtamẽti, ꝙ eſt prohibitum per dictã legem, hæreditas. Concluditur ergo ſuper hoc paſſu hu iuſmodi donationem ſm cõmunem ſententiam eſſe in ualidam, niſi fieret in pias cauſas. ita etiã cenſent docto res poſt Bar. in d. le. fi. Sed an ſaltem talis donatio valeat reſpectu aliquorũ bonorum, puta præſentium tm? Bal. in d. l. fi. dicit ꝙ non valet in aliquo, dicẽs cõem eſſe cõcluſionem. Sali. tamen ibidem videtur tenere talem donationem valere reſpectu præſentium, quia vtile per inutile non vitiatur, qñ eſt ab illo diuiſibile. l. ſancimus. C. de do. vitiaretur tñ reſpectu filiorũ, per no. in l. ſi vnquã. C. de reuo. do. Facit pro hoc, quia licet donatio inquantũ excedit ſummam quingentorũ aureorũ, non valeat ſine inſinuatiõe, tñ infrà valet. vide ĩ 32. cõſi. neorũ. Sed ſecundum Bal. non obſtat d. l. ſancimus, quia ibi permiſſam habet certam quantitatem determinatam à lege, ſed hoc caſu non eſt determinata quantitas, ideò tota donatio vitiabitur, alioqui pari ratione dici poſſet, qđ valeret tota donatio, ſaluo aliquo đ quo poſſet donator teſtari, ꝙ eſſet ridiculum. de quo per ipſum Bal. in d. l. fi. ibi, ſed pone ꝙ adiectum eſt in donatione, &c. Si autem talis donatio omnium bonorum præſentium & futurorum fuiſſet iurata, tunc ſm Io. de Imola talis donatio nõ valeret reſpectu bonorum futurorum, valeret tamen reſpectu bonorum præſentium, quia iuramentum habet vim illius claſulæ, ſi non valeret vt agitur, &c. ita dicit in d. §. filius matrem. vnde propter omnia præmiſſa bonum eſt conſilium, quòd donans omnia bona ſua præſentia, & futura ſibi aliquod modicum retineat, de quo teſtari valeat, & inde donatarius ſecurior exiſtat.

DCCCXLV.

Si poſt † confiſcationem bonorum fiſcus reſtituat delatum ad bona, non recuperabit bona interim per fiſcum alienata, quia reſtitutus nõ recuperat locũ per aliũ occupatũ l. 1. ff. de decur. & l. ſi fine. §. ſed quid. ff. de iamnorib.

DCCCXLVI.

Appellatio † extinguit ſeu ſuſpendit iudicatum. l. 3. C. de appella. Fallit in ſententijs cenſuræ, & in ſententia excommunicationis, ſuſpenſionis vel interdicti, vel abſolutionis ſecundum Innocenti. in ſcapitulo ſi mandatum. de reſcrip. & eſt caſus in capitulo paſtoralis. de appell. & in capitulo his. cum gloſ. de ſententia excommunicationis libro 6. Sed hoc verum, vbi ſententia excommunicationis eſt purè lata, ſecus ſi ſub conditione, ſi nõ ſolueris infra tale tempus, per capitulũ præterea. de ap. & tetigi de hoc in tractatu meo de appe. in quæſtio. 90. Quis poteſt † in ſe ſuſcipere periculum caſus fortuiti, vt plenè per Ioan. Fer. in ti. forma libelli in actione hypothecaria. ſuper verbo, in depoſito.

DCCCXLVII.

Furtum † quod fit de nocte, non eſt caſus fortuitus, vi detur tex: l. cum duobus. §. damna. ff. pro ſocio vide glo. in l. quæ fortuitis. C. de pig. act. ſecus in latrocinio, quod fit in nemoribus & itineribus, vt in d. §. damna. & gloſſ. in d. l. quæ fortuitis.

Furtum † eſt caſus fortuitus ſi ab extraneo fiat furtum. Cyn. in l. 1. C. depoſiti.

DCCCXLVIII.

An eccleſia † teneatur ad refectionem murorum ciuitatis? vide Ioan. Fer. in tit. forma libelli in actione reali in gloſſ.



in gl. ſuper verbo, Iure dominij.

2 Res fiſcales † non tenentur ſoluere pedagia. gl. Io. And. in c. quanquam. de cen. li. 6.

3 Collegium † vel vniuerſitas non poſſunt excommunicari, vt dicit gl. in d. c. quanquam. de cenſib. & ratio, quia vniuerſitas non poteſt delinquere, vt dicit Arch. in ca. Romana. circa fi. verb. vniuerſitatem. de ſent. excom. lib. 6. & ſcripſi ſupra ſingu. 557. §. ſyndicus. & ſingu. 788.

DCCCXLIX.

1 Si non fuerit appellatum † infra 10. dies ab interlocutoria, & pars petat poſtea reuocari contrario imperio, & iudex nõ reuocet, poteſt tunc appellari. Nam ſi exceptio quæ negotio principali præiudicat, vel iudicium nullum reddit, fuerit repulſa, & poſt diffinitiuam ſententiam appellari cõtingat, iudex appellationis ipſam interlocutoriam poteſt reuocare, eo quia ipſe ſuccedit in iuriſdictione iudicis à quo. extra de appella. c. fin. lib. 6. multo ergo fortius iudex qui ipſam tulit. Et hoc verum ſecundum Ioan. And. & Inno. in ca. quod ad conſultationem. de re iudic. ſi non fuerit appellatũ, quia ſi fuerit appellatum, & appellatio ſit deſerta, tunc poteſt reuocari. & de hoc videtur eſſe caſus in cle. fi. de appel.

2 De appellatione † ab interlocutoria, an poſſit iuſtificari ex nouis actis coram iudice appellationis, vide plenè per Bar. in l. eius qui. ff. de appel. recipiend.

DCCCL.

1 An vxor † repetenti dotem obſtet exceptio adulterij ciuiliter oppoſita? Sali. ꝙ ſic, in authen. & conſequenter. C. de ſen. & inter. om. iudi. ibi, quæro 6. Pro iſta materia vide Sali. in l. omnimodò. C. de inoffi. teſta. in prin. q. fin. vbi quærit de felonia.

2 Materiam † reconuentionis ibi tractant Sali. & docto. in d. authen. & conſequenter.

3 In cauſis † ſummarijs de eorum natura nõ habet locum reconuentio. vt ibi plenè per Sal. ibi, quæro 4.

4 Coram † delegato habet locum reconuentio, vt ibi Sali. ibi, 4. quæro. Vide Roma. ſing. 150.

DCCCLI.

1 Miſsio † in poſſeſsionem non ſeruato iuris ordine, eſt ipſo iure nulla, & ex ea non tribuitur poſſeſsio. ita not. Sal. poſt gl. C. quibus res iudi. non nocet.

2 Prætores † & epiſcopi aſsimilãtur quo ad eorum poteſtatẽ Sali. in l. programma. C. commi. epiſt. &c. quæ poſt dictam rubricam quibus res iudi. non nocet.

DCCCLII.

*1 Obligatus ad carceres an cedendo bonis liberetur.*

1 Si quis † expreſsè ſe obliget ad carceres, an cedendo bonis liberetur? videtur quod non, quia verba de aliquo operari debent. l. ſi quando. ff. de leg. 1. & hoc tenet expreſsè Petr. Iac. in tit. de ceſsione bonorum, propè fi. ſed Hêric. Boich in c. Odoardus. de ſolut. tenet per l. 1. C. qui bo. ced. poſ. & per d. c. Odoardus, quod debitor cedendo bonis ab hoſta gijs liberatur.

2 Vbi agitur † ſuper nullitate ſententiæ, illa nullitas non impedit executionem ſententiæ Sal. in l. 1. C. ne liceat in vna eademque cauſa tertio prouocare. & hoc verum credo ni ſi de nullitate conſtaret in promptu ex actis. vt dicit Bar. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi.

DCCCLIII.

1 Interlocutoria † quæ eſt mandata executioni non reuocatur, niſi vtraque parte conſentiente vel altera in vita, ex iuſta cauſa, vt dicit Sali. in l. cum proponas. C. de bo. auth. iudi. poſſi. in 7. col.

2 Materiam primi † & ſecundi decreti Sali. in auth. ei qui iurat. C. de bo. au. iud. poſ. & ibi dicit, quod à primo decreto non appellatur, in 24. col.

DCCCLIIII.

1 An miſſus † in poſſeſsionem ex ſecundo decreto poſsit petere, quod reus citetur, edoctus de dominio infra certũ tẽpus alias lapſo termino non audiatur? doct. dicũt quod ſic, videlicet Cy. Bar. & Bal. ſed Salic. tenet contrarium in auth. ei qui iurat. C. de bo. auth. iud. pol. vbi tractat materiã primi & ſecundi decreti.

2 Gloſſ. in auth. ſi quas ruinas. C. de ſac. ſan. eccl. ſuper verbo debet. ibi debet fieri renouatio. ponit regulam ſeu doctrinam dicens, quod dominus directus poteſt compellere emphyteutam ad renouandũ contractum emphyteuticarium ſeu enſuarium de nouo. & hoc pluribus de cauſis quas ibi ponunt Bald. & doct. & an poſsit agi vt fiat mihi inſtrumentũ de annua penſione. vide reporata in. ff. meo veteri per domin. Petr. Pap. ſuper l. non quemadmodum ff. de iudic.

DCCCLV.

*1 Iuramentum excommunicato non defertur in ſupplementũ probationis.*

*2 Bonorum appellatione continentur nominꝫ.*

1 Excommunicato † non defertur iuramentum in ſupplementum ſemiplenæ probationis, quia in ſui commodum iurare videtur. gl. in c. cum inter. extra de excep.

2 Appellatione † bonorũ continentur nomina. tex. in l. ſi legatus. in §. 1. ff. ad Trebel. & vide ff. de auro & argen. leg. in reportatis per do. Pet. Pap. vide de hoc in conſilijs meis conſilio 3. & conſi. 60. & in ſingularibus meis ſingu. 520.

DCCCLVI.

1 Qui ſubſtituit † ſibi proximiorem in gradu, non videtur ſibi ſubſtituiſſe proximiorem in ſucceſsione, quia inter eos eſt differentia, vt vide ſecundum Bald. in reportatis per domi. Petr. Papę in fine infortiati mei, propè per tria folia.

2 Valet † collatio ordinarij, qui ignorabat alteri gratiam per papam factam, in c. dilectus. 2. de præben.

DCCCLVII.

*1 Feudalia non veniunt in generali hypotheca, ſecus in rebus emphyteuticarijs.*

1 In generali † hypotheca non veniunt feudalia, ſecus in rebus emphyteuticarijs. vide plenè per Ioan. Ferra. in ti. forma libelli in hypothecaria, ſuper verbo, ex memoratis cauſ. circa fin. gloſſ. & vide latius in 3. parte conſiliorum meorum.

2 Quando † duo auxilia competũt, videlicet ordinarium, & extraordinariũ, quod præferatur, vide Bar. ff. de noui ope. nuntia. in l. prouinciali.

DCCCLVIII.

*2 Iudex ſecularis an poſsit cognoſcere de vſuris.*

1 An poſsit † eſſe iudicium de eo quod nondum debetur, ſed ſperatur deberi? vide plenè per Salicet. in l. 1. C. de ſent. quæ ſine cer. quant. proferuntur. Et ibi in d. l. 1. tractat Sali.

2 an iudex † ſecularis poſsit cognoſcere de vſuris. ſuper quo vide Io. And. in c. diſpendioſam. extra de iudi. in cle. ſuper verbo, vſuris.

3 An ſtatutũ † poſsit tollere appellationem, vide plenè per Salic. in l. fi. C. de ſent. & interlo. omni. iudic. quod facit pro ſtatuto, ſi quis per literas.

DCCCLIX.

1 Iudex non debet † admittere ineptam petitionem, ſi tamẽ admittat, reus cõdemnabitur, ſi petitio poſsit adaptari intentioni actoris, & ſententia erit valida. ita dicit de Zabar. in cle. fi. de app. in fi. & ex hoc dico ego quod interlocutoria per quam dicta petitio inepta fuit admiſſa, fuit interlocutoria habens vim diffinitiuæ, quia parat præiudicium in negotio principali. & iſtud eſt magni effectus. quãdo interlocutoria habet vim diffinitiuę, de quo effectu vide quæ dixi in 89. conſiliorum meorum.

2 Quęrit de Zabar. in d. cle. fi. an appellans † ab interlocutoria, qui ſecundo ſuccumbit, poſsit audiri per viam nullitatis. & ibi vide plenè per eum.

DCCCLX.

1 Vitium † litigioſi locũ habet, etiã in corporalibus, vt dicit Inno. extra de arbitris. c. ex parte ibi, ſed melior ratio, &c.

De purgatione quę fit per iuramentum.vide in c.accedēs. & ibi Inno.de purga.cano.

DCCCLXI.

*1 Beneficium diuisionis competit pluribus reis debendi simul condemnatis.*

1 Si plures†rei debendi fuerint simul condemnati, quilibet insolidum,an eis competat beneficium diuisionis.Bart.ꝙ sic.ff. de re iudic.l. Paulus.2. Etiam si illi beneficio renuntiauerunt in contractu.vide Salic.C.si plures vna sententia condemnati sunt.

2 Iudicium†vniuersale trahit ad se particulare,in l.solemus. ff.de iudicijs,& in l.4.ff.de peti.hęre.facit pro causis decla tionum , an illa declaratio trahat ad se alias causas. de quo scripsi in decisionibus parla.q.428.

DCCCLXII.

*1 Inquisitionis via quibus casibus proceditur ad vtilitatem priuatam.& infra sing.proxi.*

1 Salic.†in l.ea quidem.C.de accu.in materia inquisitionis in prin.& Angle. de Perusio in l.si vacantia.C.de bon. vacan. lib.10.vbi etiā materiā inquisitionis tractat,in 2.arti.principali,vbi sic dicit ad literam. Ad priuatam vtiliatem non inquiritur regulariter,quia omnia quę in iudicio aguntur agitanda sunt ad partis postulationem, non autem ex offi cio.C.vt quæ desunt aduo.par.l.1.ff.de iudi.l.ad perempto rium.authen.qui semel.C.quo.& quan.iud.l.sancimus.C. ad Trebell.& ibi loquitur in ciuili causa , seu pecuniaria,in qua dicit esse regulare, ꝙ non proceditur per inquisitionē ad priuatam vtilitatē, nisi in certis casibus , vt in suspecto tutore.l.1.& 3.§.prætereà.ff.de suspec.tutor. & datione tu torum.l.credendum.ff.qui pe.tut.& Instit.de execu.tut.§. sed hoc iure. Item censitor inquirit ad vtilitatem priuato rum l.forma.ff.de censi.Et præses officiarios publicos,in auth.de man.prin.§.coges.& in alijs certis casibus speciali bus,quos colligit idem Sali.in loco pręalleg.& ibi assignat rationem specialitatis.

DCCCLXIII.

1 Pro iuribus†principis potest via inquisitionis ꝓcedi, sēm Inno.in c.ad nostram.2.de iureiur.De iuribus autem infe riorum non potest etiam de iure communi via inquisitionis procedi,vt ibi per Inno.dum dicit, ꝙ non licet episco pis & alijs inferioribus inquirere , quia tenentur iura seruare , etiam ratione cridarum seu præconisationū,ne vna via cōcedatur quod alia prohibetur.c.1.de cle.coniu.li.6. aliter fieret fraus legi, quod non est tolerandum.l. contra legem.& l.sequen.ff.de legib.

DCCCLXIII.

1 De appellatione,†quę traditur pro libello appellatorio,vi de Sali.qui dicit ꝙ potest dari in l.ampliorem.§.in refutato rijs.C.de appel.& ibi facit mentionem Sali.de clausula, & sibi debitam iustitiam ministrari. de qua per Inn.extra de ordi.cog.

DCCCLXV.

1 Sententia†excommunicationis opposita contra iudicem post sententiam non reddit sentētiam nullam,nisi ante sen tentiam illa sententia excommunicationis fuisset manife sta,vide in li.repetitionum domini Ste.Guli.fol.66.

2 Si fecero†saisiri debitum debitoris mei,nō impedior quin possim ipsum debitorem conuenire,vt mihi soluat debitum meum.alle.in arg.l.qui legati.C.vt in possessionem le gatorum.Et idem dicerem in excommunicato,quem feci excommunicari , quod nihilominus possum debitum meum petere,vel alteri cedere,de quo tetigi in 99.cōsilio rum meorum.

3 An saisina †impediat ne debitum petatur?Bart.& Doct.te nent contrarium,vt vide supra singu.651.

DCCCLXVI.

1 Exceptio †diuidendarum actionum quæ competit duobus vel pluribus reis,potest opponi etiam post litem contestatam.per te.cum gl.in l.fideiusso.C.de fideiul.& idem Spe.in tit.de renun.& conclu.§.1.de ver.in primis.& ver seq.idem tenet Dyn.& Bar.in l.si dubitetur.ff.de fideiuss. idem tenēt Bal.& Sali.& Io.Pa. in d.l.fideiussoribus.repro bata opinione Pe.& Cy.

Materiam bannitorum vide plenè per Bald.in leg.1.C.de hære.insti.

2 Excommunicatio† æquiparatur deportationi,vt tenet gl. Insti.de ca.diminut,in §.omnes.& videtur casus in feudis, in.c.1.in fi.hic finit.lex. Fede.& incip.consuetudines reg. col.1.& tenet gl.in l.eius qui.§.1.ff.de testa.

3 Excommunicatus† & bannitus non possunt opponere cō pēsationem.ita dicit & tenet Alb.de Rosa.in l.cum aliter. ff.de compensatio.nec etiam potest bannitus agere , vt dicit Bartolo.in l.de pupillo.§.si plurium.2.ff.de noui operis nuntia.vide de hoc in 117.consiliorum meorum. Guido Papæ.

DCCCLXVII.

1 Debet nigrum † conuenire rubro,vt no.gl.in c.tibi qui.de rescrip.lib.6.& in c.bonæ.de confir.vti.vel inuti. & in c.si super gratia.de offi.deleg.lib.6.no. etiam Panormita.in ca. si sacerdos. extra de offic.ordi.Et hoc facit pro aliquibus legibus,quæ loquuntur de alia materia quam rubricæ, vt pote in l.vim facit.ff.de vi & vi arma. quæ lex loquitur in vi turbatiua,vt ibi dicit gl.& tamen rubrum loquitur de vi expulsiua.Et sic non semper conuenit nigrum cum rubro Guido.

DCCCLXVIII.

1 Iuramentum†in supplementum probationis non est defe rendū ei qui ignorat factum,iuxta l.Marcellus.ff.rer.amo. & l.maritus.ff.de quæst.& Bald.& Doct.in l.in bonæfidei. C.de iureiur.& Io.Fa.in tit.

2 Valet†pactum, quod fiat inquisitio contra debitorem suspectum sine libello & absque alia solennitate iuris . vide scripta per domi. Petr. Papæ.ff.communi diui.in l.3. §.fin.

DCCCLXIX.

1 Si non fuerit†appellatum infra decem dies,an admittatur non appellans ad remedium querelæ? Ioan.Mon.videtur dicere quod non in iudicijs,in c.consultationem.de appel la.lib.6.

2 Quis dicatur† prodigus, & de modo articulādi.quod quis dicatur ꝓdigus,vide Ang.in auth.vt determinatus sit nu. cleric.

DCCCLXX.

1 Panor.in c.dudum.de elec.dicit ibi, vltimo not.†ꝙ potest renuntiari liti quandoque ante sententiam , sed non videtur cessum iuri postea competenti.vltra ibi dicit,ꝙ lex refertur tantummodo ad instantiam iudicialem , quia propriè instantia iudicialis dicitur lex ,quid si simpliciter cedit liti?dic quod in duobus verbum litis,stat largo modo, & refertur ad instantiam iudicialem,& ad causam,vt probatur in l.postquam liti.C.de pact.

2 An filius†institutus a patre in re certa habeat onus soluen di legitimam aliorum liberorum cum hærede. vide plenè per Salic.in l.omnimodo.C. de inof.test.in prin.ibi,quæro tertio,&c.

DCCCLXXI.

1 In quibus†differt hæres particularis à legatario,& in quibus non,vide Bald.& Doct.in l.fin.C.de edicto diui Adri tollen.

2 Non statur † dicto seruientis asserentis se aliquem citasse de mandato iudicis,nisi per acta constet de mandato iudicis.Salic.in l.cum clericus.C.de epis.& cleric.

3 De illo†qui debebat 10. solidos de bona moneta , & soluit 30.an.de debili.vide Bart.in l.si prius.in prin.ff.de aqua plu.arcen.

DCCCLXXII.

1 Statuto Delphinal.cauetur, quod lapsis terminis ad retinendum pignora,non audiatur debitor per viam nullitatis , an intelligitur de nullitate quę prouenit defectu iurisdictionis? Dic ꝙ non.pro quo allegatur gloss.in cle. 1.de sequest.poss.& fruct.& vide Barto.in l.1.§.1.ff.quod vi aut clam.



2 Facta contra†absentem qui venire non potuit, sunt nulla, seu annulanda constito de impedimento.in c.cum Barth. de re iudi.in l.4.§.si fortè.ff.de damno infect.& ca.querelam.de procura. sed si potuerit mittere procuratorem secus esset.

DCCCLXXIII.

1 Si res vendatur,& detur terminus vnius anni à tēpore cō tractus ad soluendum pretium,ille annus non incipit currere à tempore contractus, sed à die traditionis rei venditæ. Barto.in l.si qui legetur.in princip.ff.de legat.l.1.in fine verborum suorum per l.talis stipulatio. in prin.ff.de iure dotium.

2 Si testis†in sua depositione sit sibi cōtrarius,non valet eius depositio,secus si testes inter se contrarientur.Inno.in c.licet causam.de proba.

DCCCLXXIIII.

1 Qui probatur†possidere tempore litis contestatæ,præsumitur possidere tempore sententiæ,vt not.in l.non ignorabit.C.ad exhi.de quo vide per Bar.in l.siue possidetis.C. de proba.& in l.Celsus.ff.de vsucap.

2 Si lex noua†imponat pœnam nouam pro delicto, non tollitur pœna antiqua. alleg. Doctor.l.si quæ sepulchra.C.de sepul.viola.& l.quoties.de actio.& obliga.facit l.in eum.C. de furt.

DCCCLXXV.

*1 Pedagium frangitur per transitum loci in quo soluitur.*

1 Mercator dicitur fregisse pedagium transeundo locum, in quo pedagium solui debet.alleg. Doc.l.fi.§.diuus quoque Marcus.ff.de public.& præscribitur quinquennio ius agendi ad commissum propter vectigal non solutum.l. 2.C.de vecti.& commiss.ista ponit do.de Mirabel.in leg. serui fugitiui.C.de ser.fugi.in recollect.domi.Ioan.Fab.de eccle.

DCCCLXXVI.

1 Si homo se recognoscit†hominē alterius vnica recognitione non nocet , nisi saltem duæ recognitiones interuenerint,quia contra libertatem hominis, per l.cum scimus C.de agri.& cen.lib.11. vbi vult te.ꝙ scriptura originalis contractus initi inter colonum & dominum , sola non facit probationem , nisi cōstiterit per alias probationes, videlicet per aliud instrumentum recognitionis, vel per testes.Item etiā confessio siue recognitio non valet, vbi nulla inseritur causa, quare sit recognitio.l. cum de indebito. §.fi.ff.de prob.& c.si cautio.de fid.instr.Fallit in tribus casibus.Primo, si confessio sine causa facta fuerit in iudicio.l. de ætate.§.qui interrogatus.ff. de inter.actionib.Secundo, ad liberandū,per l.tale pactum.in prin.ff.de pact. Tertio. in reali,secundum Ant.de But.in d.c.si cautio.& ista 3.fal. facit quod si quis recognoscit à me tenere in emphyteusim aliquam proprietatē,quod sufficit vna recognitio.Sed aduerte hoc verum,si à domino rei fiat, & constet ipsum fuisse dominum tempore talis recognitionis . & pro hoc doc.alle.l.censualis professio.C.de dona.

DCCCLXXVII.

1 De reuocatione† attentatorum lite pendente in casu prin pali, vide plenè per Guli. de Monte lau.in cle.fi.§vt lit.pen den.nihil inno.

2 In octo casibus†in quibus ordinarius à quo est appellatū, potest se intromittere de iure, vide dictum de Monte lauduno in cle.vna,& seq.de causa pos.& proprie.

Et quando appellatio est deserta, quo casu iudex ordinarius potest procedere, vt dixi in deci.par.q.214.

DCCCLXXVIII.

1 Donatio†mutua inter coniuges valet, Bal.Sali. & doct.in l.si pater puellę.C.de inoffic.testa.& licet fiant in diuersis instrumentis,tamen dicuntur mutuæ donationes,quando incontinenti coram eisdem testib.fiunt.Bal.in l.petens.C. de pact.quia quę incontinenti fiūt,inesse videntur l.lecta. §.dicebam.ff.si cer.pe.cum simi.

2 Si duo†donent sibi adinuicem bona sua, potius dicitur vē ditio quam donatio.Io.Fab.in l.1.q.fi.C.de inoffi.dona. & istud facit pro dominis directis , vt habeant laudimia ex tali donatione . vide alium casum in quo pręsumitur vēditio,in 123.consi.meorum.

DCCCLXXIX.

1 Certa scientia † principis operatur dispensationem in illo actu.ff. de excut.tuto.l.sed in hoc. aliàs incip.idem Iulianus.

2 Si quis†emat pro se & suis liberis, potest eligere quam voluerit de suis liberis cui relinquat, idem si testator relinquat Titio,& suis liberis, in l.ex facto.§.si quis rogatus.ff. ad Trebel.

3 Detractio†in petitione facta,debet esse clara sicut petitio vide in decisio.parla.q.289.

DCCCLXXX.

1 An statutum†de lucranda dote habeat locum,vbi maritus non sustituit onera matrimonij?vide do.Iac.pu.in l.si cum dotem.in §.transgrediamur.ff.solu.matri.& ibi tractat an pater filij cogatur dotem datam vxori filij restituere . Et ibi etiam habetur quod vbi pater cōsentit in matrimonio filij,potest cōuenirj pro restitutione dotis ipse pater,quia intelligitur eo casu se obligare pro filio.

2 Plenum † non recipit magis plenum. l. si te solum.ff.de hęredi.insti.

DCCCLXXXI.

1 De materia†confiscationis bonorum,& multa alia de iuribus fiscalibus , vide plenè per do.Ia.de Pu. in l.si constante.§.si bona.ff.sol.matri.

Vitium litigiosi non impedit publicationem bonorum, vt ibi.

Et an instantia transeat ad fiscum,dic vt ibi.

Fiscus non est hęres,licet sit successor vniuersalis.

Transit iudicium in successorem vniuersalem,licet nō sit hęres,vt ibi.

DCCCLXXXII.

1 Creditor est missus in possessionem ex secundo decreto in actione personali,debitor offert debitum. nunqid recuperabit?videtur ꝙ non,per §.posteaquam autem.in l.si finita.ff.de dam.infec.sed doct.dicunt ꝙ sic , vsque ad biennium . arg.C.de iure domi.impe.l.fin.§.sin autem.nec obstat præal.§.posteaquam autem. quia in præal.§.sin autem. offertur debitum . in præal.vero §.posteaquam autem. offertur cautio.& de hoc vide in Spe.tit.de contumacia.§.sequitur.ver.porro.& de primo & secūdo decreto.§.fi. ver. si iam.§.nunc dicamus.vide Doc.in præallega.l.si finita.§. posteaquam autem.

DCCCLXXXIII.

1 Vxor†habet ius retētionis in rebus hypothecatis pro sua dote.vide Ia.de Put.in l.filio.in pri.ff.sol. matri. & in 129. consi.meorum.

2 Statur † opinioni quæ magis fauet doti.do.Iac.de Put.in l. si constante.in 10.col.ff.sol.matri.

3 Excommunicatus † non potest opponere exceptionē excommunicationis contra excommunicatum.vide Ia.de Put.ff.sol.matri.in l.viro quoque.

DCCCLXXXIIII.

1 Exceptio † non elidit actionem nisi opponatur.do.Iac.de Put.ff.sol.matr.in viro quoque.

2 Quando† aliquis actus fit sub duabus conditionibus copulatiuè,illæ conditiones possunt haberi pro vna.Iac.de Pu. ff.sol.mat.in l.post dotem.

3 Non entis†nullæ sunt qualitates.c.ad dissoluendum.extra de despon.impu.l.eius qui in prouincia.ff.si cer.pe.

DCCCLXXXV.

1 An debitor † possit cogere creditorem,ꝙ accipiat in solutum nomen debitoris? dic ꝙ non. in l.non aduersus.C.si cer.peta.nisi debitor esset omnino non soluendō.l.cum à

quo & auth.ibi posita.C.de solu.hoc dicit do.Iac. de Put. in l.si maritus.ff.sol.matri.

2 De dote † quam maritus lucratur propter adulterium vxoris,& de modo exigẽdi illo casu, vide Iac.de Put.in l.si dotali.ff.so.ma.

3 Licet vxor † priuetur dote propter adulterium, non tamẽ maritus perdit donationem propter nuptias, vt dicit Iac. de Pu.in l.cum mulieri.ff.solu.matri.

DCCCLXXXVI.

1 De instumento † debiti penes aliquem reperto, quid præsumantur, vide Ia.de Put.in l.Mæuia.ff.solu.matr.

2 An confiscatio † pertinet vsufructuario, vel domino proprietatis, vide quendam postillam in C.meo, in tit.de rei vxo.actio.

3 Actus † celebratus per administratorem qui est loco domini, durat post finitam administrationem.l.si tutelæ.ff. de admi.tutorum.

4 Consuetudo † vnius loci non extenditur ad alium.l.vendi tor.§.si constet.ff.communia prædiorum.

DCCCLXXXVII.

In l.idẽ est.ff.de vulg. † colligit Bal.in arg.ad illam volgatã

1 quæstionem,si maritus † relinquit vxorem suam dominã & vsufructuariam omnium bonorum suorum dum vixerit & post eius mortem instituerit aliquem, q̃ hæc dispositio debet intelligi hoc modo esse facta, vt ille dicatur in stitutus in vita vxoris in proprietate, posteà autem post mortem vxoris succedat in totum.de quo habetur in l.ex die.ff.de hæredi.insti. & per Bal.& doct.in l. filius à patre. in fi.ff.de libẽ.& posthu.

2 Voluntas † quę colligitur ex coniecturis dicitur euidens & expresse.not.do.Iaco.de Put.in l.quidam testamento.ff.de vulgari.

3 Hæreditas † potest adiri vsque ad 30.annos,posteà non.vide do.Ia.de Put.in l.quandiu.ff.de acqui.hære.

DCCCLXXXVIII.

1 Creditor † qui non habet dominium pignoris, si vendat pignus, transfertur dominium virtualiter,ita dicit dominus.Mar.de Laud.in suo tractatu,de primogenitura, in 3. columna.

DCCCLXXXIX.

1 De verbo † præcisè,vide Panor.in c.ex parte. extra de rescri.in 1.col.& ibi dicitur,q̃ illud verbum habet vim clausulæ derogatoriæ.

2 Libellus † debet attendi in conclusione, non in narratione quia quæ narrantur,non ampliant coclusionem libelli, ita no.Pano.in c.ex parte. de rescri.in 1.col. & vide ꝫ.fin.466. §.1.& ꝫ.fing.943.§.conclusio.

DCCCXC.

1 Genus † sequens enumerationem specierum restringitur ad species pares expressis, & sic species precedens restringit genus sequẽs:ad hoc allegatur c.fedes apostolica. & ibi not.Panor.de rescriptis.

2 Processus † nõ valet factus super rescripto surreptitio.no. Panor.in c.constitutus.in fi.de rescrip.

DCCCXCI.

1 Vbi dubitatur † de iurisdictione,idem iudex cognoscit, si ad eum pertineat, vel ne.Panor.in c.super literis. de rescri. in 1.col.

2 An sententia † transeat in rem iudicatam in beneficialibus vide plenè Panor.extra de rescrip.in cap.ad audientiam.in quarta col.

DCCCXCII.

1 Etiam † tacita pupillaris excludit matrem.vide in 75.consi.meorum.& de pupillari expressa, vide in decisi. parlam. q.533.

2 Existentia † sui heredis sufficit ad confirmandum fideicõmissum etiam, vniuersale.i.q. licet filius rogatus non adiret hereditatem, tamen fideicommissum valet propter illam existentiam hæredis,vt l.ita tamẽ.§.si pater.ff.ad Trebellia.cum ibi nota.per glos.& Bar.& latius per Bar.in l.si filius qui parti.ff.de vulgari & pupil.idem dicit Iac.de Put. in l.in suis.ff.de liber.& posthumis.

DCCCXCIII.

1 *Dictiones,sola,& insolidum,sunt dictiones expulsiuæ.*

2 *Hæres potest interpretari voluntatem testatoris citra præiudicium alterius.*

1 Illæ dictiones, † Sola & Insolidum,sunt dictiones expulsiuę,& aufertur cuiuscunque alterius concursus,iuxta not. per Barto.in leg.vna.ff.si quis ius dicenti non obtemperauerit.

2 Hæres † potest interpretari volũtatem testatoris circa præiudicium alterius,maximè vbi est dubium circa personas oneratas.l. si quis seruum.§. si interdum.ff.de leg.2. & l.si quis à fi.§.si quis plu.ff.de leg.1.& hoc facit pro illis qui in eorum testamentis insequuntur voluntatem suorum prędecessorum.

DCCCXIIII.

1 De exceptione non numeratę dotis,& an secunda promittio illam exceptionem excludat, vide Iacobum de But.ff. solu.mar.in l.in his.§.si vir.de hoc vide in 204.consi. meorum Guido.

DCCCXCV.

1 Dictum testis † de credulitate vel opinione sua nõ probat, vnde,si testis diceret,hoc mihi videtur, vel ita credetem, hoc dictum non probat. & hoc verum, nisi ratio testis concluderet super veritate, quia tunc attenderetur ratio, non autem dictum, vt voluit Barto.in tractatu suo de testibus, circa principium, & Bald.in l.hęredes palam.in fine apparatus sui.ff. de testamen. hoc ponit Iacobus de Puteo.ff. de testamentis. in leg.qui testamento.§. finali. in fine.

2 Dicit † Bart.in l.testium.C. de testi. & fuit gl.in ca.teste.35. q.11. quod sensus vsus * in teste est generalis ratio ad omne testimonium.Et testis deponens,& reddens rationem quia vidit, reddit rectam rationem de omnibus quæ sensu corporis percipiuntur. licet sensus corporei sint quinque, quos gl.enumerat in l.q̃ meo.§.furioso.ff.de acquir. possess. hoc ponit Iaco. de puteo in l.hæredes palam.in 3. col.ff.de testa.

3 Plus dicit idem de Puteo,vbi supra,quod si testis † interrogatus de aliquo actu dicat se interfuisse illi actui, & quod Titius & Sempronius similiter interfuerunt,quod licet postea Titius & Sempronius deponãt se nihil scire de agitatis in illo actu, q̃ isto casu dicti testes non dicantur contrarij,quia stãt simul,q̃ ipsi interfuerunt,non tamen intelexerunt quę ibi gerebantur, vnde interfuerunt corpore & abfuerunt mente. & hoc probatur bene in tex.d.l.hęredes palam.in princip.ff.de testament. Barto. tamen in l.1. §.penul.ff. de authoritate tuto.dicit, quod vbi testis dicit, aliquos fuisse prǫsentes,debet intelligi de prǫsentia & mẽtis,& corporis,vt etiam fuerint intelligentes facit l.diem. §.coram.ff.de arbit.& l.nihil interest.ff.de capti.& postli. reuersis.

ADDITIO.

a Sensus visus. Adde eundem Guidon.supra sing.642.nu.2. & Aluil.de Albert.sing.156.

DCCCXCVI.

1 Licet libellus † postlitis conte.non possit mutari,vel emẽdari, tamen post litis contest.potest declarari, & pro hoc dictus dominus Iacob. de put.adducit l. hęredes palam.§. si quis post.ff.de testa.cum ibi no.facit l.idem Pomponius scribit.§.fi.ff.de rei vendi.

2 Vbi pater † est extra territorium, filiusfamilias potest esse in iudicio sine licentia patris.Bal.C.de bon.quę liber, in l. cum non solum.§. necessitate. & istud est primum membrum distinctionis,quam ipse ibi ponit.

DCCCCXCVII.

1 An pater possit ratificare iudicium filij, vide ple.Bal.in d. §.necessitate.Bastardus non dicitur propriè de agnatione,& non debet portare nomen nec arma agnationis,dicit Bald.in l.generaliter.C.de insti.& substi.sub condi.fact.



DCCCXVIII.

1 Filiusfamilias † potest eligere sepulturam sine consensu patris,item ipse potest testari ad pias causas de aduentitijs de consensu patris. vide plenè per Ludo.Rom.in l.fenium. C.qui testa.face.pos.vide de hac materia Bar.& Bal.in l.1. C.de sacrosanct.eccle.

2 Fideicommissario † competit beneficiũ l.fi.C.de edic. diui Adria.tollen.videlicet de directò sit substitutus, ita quòd non debeat capere per manus alterius. Secus autem si sit substitutio fideicommissaria,quod debeat capere per manus alterius,ita dicit Bal.vt refert do.Iaco.de Puteo, in l. Centurio.in 9.colo.ff.de vulgari.vide in decisio.parl.q.32.

3 Sed quid † de hęrede in re certa, vide Bartol.in l.ex facto. ff.de hæredibus instituend.vbi dicit,quòd sic, tamen per verbum fortè.

4 Nullum † simile est idem.l.quod Nerua ff.depositi,

DCCCXCIX.

2 *Vestes quotidianæ vxoris eiremanere debent mortuo marito.*

1 Dispositiò † quæ refertur ad personam, debet intelligi secundum quantitatem personæ ad quam refertur.l. quibus diebus.§.dominus.ff.de condit.& demonstra.l.plenum.§. equitij.ff.ve vlu & habi.

2 Vestes † quotidianæ vxoris remanent vxori mortuo marito,aliæ pretiosæ remanent viro. Iacob.de Puteo post docto.in leg.sed vsusfructus.ff.ad legem Falcidiam. Et ibi dicit quòd hęres mariti tenetur facere sumptibus suis vxori est lugubres.

DCCCC.

1 An excommunicatus † possit esse arbiter vel arbitrator, sunt diuersæ opiniones, vide plenè Iacob.de Puteo.ff.ad Trebel.l.ex facto.§.si quis rogatus.Adde Aluis.de Albert. singular.73.

2 Monachus † non potest esse arbiter nec arbitrator sine licentia sui superioris.Ange.de Aretio, Institu.de except. in §.prętereà.

DCCCCI.

1 De dictione † postea,vide Barto.ff.de hære.insti.in l.quoties.§.si quis.ita.

2 An fuga † probet maleficium, vide Bartol.in l.lege.ff.ad Sylleianum.

3 Via simplicis † querelæ non habet locum post 10.dies,sed debet infra 10.dies interponi.Ioan.Mona.in ca.de appel. lib.6.super verbo,in iudicio.

DCCCCII.

1 Si appellatio † sit deserta lapsu fatalium, iudex à quo etiam parte vocata,potest procedere ad executionem.ita dicit Inno.extrà de appel.in cap.ex ratione.

2 Iudex † appellationis non debet absoluere,nisi prius cognito de appellatione.in cap.Romana.de appe.lib.6.in versi. sententias quoque.

DCCCCIII.

1 De authoritate † personæ eorum qui debent appellari,in c. vt circa.de elect.lib.6.& in cle.causam.de elect.per Guliel. de Monte Laudu.

2 Si iudex † recusetur vt suspectus, & nihilominus vlterius procedat,processus est nullus,vt plenè per Ange.de Aret. Institu.de actio.in §.prętereà.vide Bart.in l.quia poterat. ff.ad Trebel.ibi quæro.

DCCCCIIII.

1 Sententia † per quam quis pronuntiat se non esse iudicem competentem,est interloquutoria,habens tamen vim diffinitiuæ,quia prorsus extinguit iurisdictionem pronuntiãtis,adeò quòd per illam interlocutoriam amplius illam reuocare non potest, vt in capitul. significantibus.in fina.de. offic.delega.Ex quo infertur,quod interlocutoria per quã finitur iudicis iurisdictio,non potest per eundem iudicẽ reuocari.sic limita capitul.cum cessante.de appel.& l.quod iussit.ff.de re iudi.idem dicit glos.in authenti.habita.C. ne fil.pro pat.quod à sententia qua quis pronuntiat se non iudicem,potest etiam de iure ciuili. appellari.prędicta dicit Panor.in d.c.significantibus.

2 Iudex † qui pronuntiat se iudicem,qui non est, sibi acquirit iurisdictionem,& est iudex competens si non appelletur.iuxta not.per Pau.in c.super literis.extrà, de rescrip.& in d.c.significantibus.circa.fi.de offic.deleg.

3 De iudicibus † delegatis cum clausula,quod si non omnes &c.vide text.extrà de offic.delega.in capit.cum causa.& ibi Panormi.

DCCCCV.

1 An statutum † trahatur ad prætęrita,vide plenè Bartol.in l. omnes populi.ff.de iusti.& iure.in prima col. quod facit pro statuto de donationibus,an potuerit fieri quod trahatur ad donationes præcedentes,& ibi plenè de materia statutorum , Dic quod sic , vt probat text.in extrauaganti, ad reprimendam.

2 Si clericus † trahat clericum ad forum seculare,perdit causam.in c.inolita.11.q.1.cuius verba sunt hęc, inolita præsumptio vsque adeò casibus aditum patefecit, vt clerici clericos relicto suo pontifice ad iudicia publica trahant, proinde statuimus vt hoc de cætero non præsumatur. Si quis hoc præsumpserit facere,conuictus & causam perdat & à communione fiat extraneus.

DCCCCVI.

1 Non valet † impetratio beneficij,nisi impetrans faciat de alio suo beneficio, quanquam minimo, mentionem in bulla.in cap.cum adeò.& cap.ad audientiam.in 2.in capit. postulasti.& cap.si proponente.de.rescrip.cum ibi nota.& voluit glos.in c.super literis.eo.tit.& facit c.si motu proprio.de præben.lib.6.

2 Ius † offerendi non præscribitur, secundum communem opinionem,vt refert Cyn.in l.cum notissimi.§.sed illud. C.de præscript.triginta vel quadraginta anno.& ibi idem Iaco.de But.Barto.& Bald.& Bartol.in l.pignori.in princi. ff.de vsuca.

DCCCCVII.

1 Quòd † pluralitas beneficiorum est odiosa,habetur in cap. quia nonnulli.de cleric.non residen. cap.1.cap.de multa. extrà de prębend.

2 Beneficium † non debet inter duos diuidi. cap. maioribus. cum ibi not.extrà de præben.

3 Præcellit † veritas fictioni,vt no.in c.ferrum.50.dist.

DCCCCVIII.

1 An consors † litis possit causam pro suo consorte prosequi sine mandato, vide de Zabare.in clemen.religiosus.de procuratorib.

2 Si quis vendat † quidquid iuris habet in tali re, & nullum ius habeat,non tenetur parti de euictione,secus si vendẽs sciebat nullum ius sibi competere ,,vt dicit Angelus. de Peru.in l.si sit legatum.§.1.ff.de lega.1.& Iaco. de Butr.in leg.1.C.de euictio.

DCCCCIX.

1 Hæreditas † alicuius non defertur in alium pacto,vel conventione,sed lege ex testamento,vel ab intestato, in le.fina.ff.de suis & legiti.hæredi.& l.lege.obuenire.ff.de verborum significati.& l.hæreditas.C.de pactis conuen.& l. licet.C.de pact.

2 Licet.hæreditas † descendentium non adita transmittatur. l.1.C.de his qui ante aper.tab.attamen hæreditas transuersalium non adita non transmittitur.in l.1.§.in nouissimo. C.de cadu.tollen.

3 Dos succedit † loco legitimæ,vt per Bart.in l.Titio centũ §.Titio.ff.de condi.& demon.

DCCCCX.

1 *Statutum & pactum à pari procedunt.*

1 Pactum † & statutum a pari procedunt,vt ibi dicit gl.de decret.decur.super rubr.li.10.sed illa gl.non procedit nisi negatiuè,sed non affirmatiuè,vt est gl.in l.nec ex prætorio. & in l.neque pignus.§.priuatorum.ff.de reg.iur.quod patet,quia pacto potest tolli appellatio, & tamen non potest tolli statuto.l.fina.in fine.C.de tempor.appellat.iun-

ct.

cto cap.venientes.de iureiuran. & dicit Alberi.super rubri.C.quæ sit longa consuetu.quod illa gloss.C.de decre. decurio.communiter reprobatur.

DCCCCXI.

*1 Filia succedit patri ab intestato nullis masculis existentibus, licet renuntiauerit bonis patris filijs superstitibus.*

*2 Transire potest procurator in rem suam.*

1 Si filij† masculi quorum contemplatione pater fecit quittare filiam, decedant superstite filia, quæ quittauit, ipsa filia succedat ab intestato patri, quia cessat causa quare filia quittauit per mortem fratrum, ita dicit Salic.in l.pactum.C.de pact.idem Bald.in l.pactum.C.de collatio.vide de hac materia in 158.consiliorum meorum.in 162.consil.

2 Procurator† in rem suam potest transigere, quia talis domino præfertur.ff.de procur.l.propcurator in rem suam. & hęc dicit Hostien.in summa, in titu.de transactio.in §. 2.in principio.

3 De illo qui ponit† alium in loco suo.vide Bartol.ff.ad Trebellian.l.qui quadringenta.in fine.& ibi dicitur quòd videtur cadere & remittere, & procuratorem in rem suam constituere.

DCCCCXII.

*1 Dominium aut proprietas nō potest quæri ex pluribus causis.*

*2 Dominium & possessio an probentur ex locatione.*

1 Non potest† quæri proprietas siue dominium ex pluribus causis, vt plenè per Dy.in reg.possessor.de reg.iur.li.6. Ex quo infert gloss.in arg.c.inter dilectos.in §.porro.de fide instrumen. quòd si aliquis alleget plures titulos debet succumbere, quòd fatetur agendo, secus in excipiēdo.pro quo in cap.si quis duas.de electio.libro.6.& est ratio glo. quia nullus prohibetur pluribus exceptionibus vti.de regu.iuris.cap.nullus pluribus.libro 6.præmissa ponit Anton.de Butr.in dicto cap.inter dilectos.in §.porrò.de fide instrumentorum.

2 An dominium† vel possessio probentur ex locatione, vide plenè per Ant.de But.in d.§.porrò.

DCCCCXIII.

1 An acta† in vno iudicio probent in alio, vide gloss.in dicto cap.inter dilectos.in §.porro.de fide instrumento.& Imol. in cap.causam.de test.& in l.2.ff.iudi.solui.Cyn.in l.is apud quem.C.de eden.

2 Rescriptum† à principe obtentum non habet effectum, donec iudici seu commissario cui dirigitur, fuerit insinuatum, per l.1.& ibi Cy.C.de litig.

DCCCCXIIII.

1 Non est procedendum† ad torturam, nisi adsint sufficientia & legitima indicia.ff.de quæstionibus.l.1.& l.edictum & l.fi.& l.mariti.& C.eo.ti.l.militem.

2 Pœna† debet sequi suos authores. Ezech.18.capi.& C.ne vxor.pro marito & C.de pœnis.l.sancimus.

DCCCCXV

*2 Probandi sunt diuersi modi.& infra singu.proxi.nu.1.*

1 Antequam† ad condemnationem vel torturam procedatur, c.debet constare de crimine.l.si is qui rem pignori.§. si tu Titium.ff.de fur.& per Bar.in l.fi.ff.de quęstionibus. igitur cum de casu constaret, erat specialiter contra aliquē procedendum, vt ibi Bar. vide suprà sing.316.

2 Diuersi† sunt modi probandi, videlicet, per testes, per instrumenta, per confessionem, & per facti euidentiam.in c. cum ad sedem.de resti.spol.in tex.& per violentam præsumptionem.vt ibi dicit gl.

DCCCCXVI.

1 Quia quandoque† probetur per indicia.l.indicia.C.de rei vendi.quandoque per famam, quæ aliquando probat sola. quandoque cum alijs iuncta, vt not.in l.proprietatis.C.de probatio.l.3.§.cui si quidem.ff.de testib.habetur per Ang. in l.at qui natura.§.cum me absente.ff.de nego.gest. Aliquādo probatur per cōiecturas, & per adminicula, & præsumptiones.c.præterea cum quis.de testi.de præsump.ca.cum literis.& c.tertio loco. Aliquando probatur per solam violentam præsumptionem, quæ habetur loco probationis. 32.q.1.dicit dominus.& ar.ad hoc de accusationibus.cap. repellantur.& c.afferte mihi gladium.de præsumptio.

DCCCCXVII.

*1 Solitudo vehementem præsumptionem inducit.*

1 Ex solitudine† colligitur vehemens.præsumptio, quādo solus cum sola, solus cum infecto noctis tempore, &c.& ista est plus quàm violenta præsumptio, secundum Host. in c.literas.de præsumptio.

2 Vicinus† creditur & præsumitur scire facta vicini.l.si vicinis.C.de nup.not.in l.de tutela.C.de in integ.resti.minorum.& in l.fi.per Bar.ff.de quæstio.

3 Quæ non prosunt† singula, multa iuuant.l.rationes. & l.instrumenta.C.de probatio.

DCCCCXVIII.

1 Alleganti† defensiones non creditur, nisi probetur.ff.de probat.l.in exceptionibus.

2 Mendacia† inducunt præsumptionem contra delatum, vt per Bar.in l.fi.ff.de quæstionibus.

3 Qui malè† agit, odit lucem, Ioan.3.c.& in cap.consuluit. de offi.deleg.quia tenebræ sunt aptissimæ ad committendum delictum.ff.de ven.inspi.l.1.§.mulieri.

DCCCCXIX.

1 Præsumptio† est contra illum penes quem res furtiua est reperta.Bar.in l.fi.ff.de quæstionibus.

2 Ex modo, † vel ex loco coniectura & violenta pręsumptiò præsumitur.cap.præterea.de test.& ca.ex literis.c.tertio loco.de præsumpt.

3 Ex vno solo† indicio potest quis torturæ subici secundū gloss.& Bartol.in l.fina.ff.de quęstionibus.& glossa.in leg. quisquis.C.ad leg.Iul.maiest. maximè quando indicium est ita propinquum.&c.

4 Intitulatus† de crimine capitali, debet detineri in carcere, nec admitti debet per procuratorem, sed debet facere suam defensionem in vinculis.l.penultima.§.ad crimen.ff. de public.iudicijs.l.non solum.& l.sed & hære.ff.de procuratoribus.

DCCCCXX.

1 Reseruatio† Papæ cum decreto irritante, non solum inficit titulum ordinarij, sed etiam possessionem.arg.eorum quæ leg.& not.extrà de appel.c.vt nostrum.de elect.cap.si eo tempore.lib.6.facit etiam decretum Papę, quòd possessio contra reseruationem obtēta, est merè fatua, & caret omni effectu etiam possessorij, vt etiam videmur in possessione beneficij litigiosi, quæ si est tradita per ordinarium, nullo iuris adminiculo iuuatur propter decretum appositum.c.1.in fi.vt lite penden.lib.6.vnde non dicitur possidere ille, cui est tradita talis possessio.ita etiam deciditur in decisio.Rotæ.q.15.& not.per Inn.in c.ex parte. extrà de resti.spo.& de eo qui mit.in pos.in capit.vno.libro.6.per Archi.& in cle.vnica.de causa pos.& proprieta.per Ioann. Andre.quia ingressus in beneficio contra dispositionem illius ad quem pertinet collatio, dicitur ingressus & non possessio.1.quia diuersitatem.de conces.præben.& c.tanta.de excel.pręla.cum ibi not.

2 Titulus† infectus inficit possessionem in beneficialibus, ita tenent domini de Rota, 15.decisio.vide in 232.consiliorum meorum.

DCCCCXXI.

*1 Sententiæ executio potest fieri die feriato in honorem Dei.*

*2 Bona committentis crimen læsæ maiestatis existentia in alio territorio an intelligantur confiscata.*

1 Quòd executio† sententiæ possit fieri die feriato etiam ob honorem Dei, si fit executio in re iudicata, secus si aliæ res caperentur in executione iudicati, in quibus requireretur causæ cognitio, tenet expressè Anto.de But.in c.fin.de iudi.& alleg.idem tenere Feder.de Senis in suis consilijs. Vide plenius de hoc in decisionibus par.q.215.& 178.cōsiliorum meorum.& suprà sing.131.

2 Committentis crimen† læsæ maiestatis an bona existentia in alio territorio sint etiam confiscata? vide Ant.de Bu. in c.postulasti, extrà de foro compet.in 6.col.

Testes

DCCCCXXII.

Testes deponentes eodem sermone, non probant, quia oræ sumuntur subornati. Anto.de But.in c.licet de foro competenti, in 2.col.

Limitationem† ad dictum Bar.in dicta.l.deferre.§. iidem decreuerunt.ff.de iure fisci.vide Ioan.Ferra.in titu. form opponendi contra testes post publicationem.in gloss.supa verbo, in facto eorum proprio.in fi.vbi dicit quod testes in illo casu faciunt semiplenam probationem, tamen ipse nihil allegat. Et ibi dicit Ioan.Ferra.quòd proxeneta facit semiplenā probationem. Vide de hoc in consilijs meis, consi.74.in fin.

DCCCCXXIII.

1 An sententia† super possessorio lata diffinitiua sit vel inter locutoria, vide plenè per Ant.de But.in c.fi.de iudi.in 7. col. Vide de hoc in consilijs meis consi.232.

2 Quod causa† possessorij in beneficialibus sit temporalis, & non spiritualis, tenent Vincen. Archi.& Inno.in c.fina. de iudi.tamen do. Ant.de But.ibi tenet contrarium, in 5. col.ibi, no.tamen dictum Vincentij, &c. De hoc vide plenius in decisio.parla.q.1.

3 Sententia† dicitur interlocutoria, quæ non diffinit negotium principale, sed speratur alia sententia. ita dicit Anto. de Butr.in dicto cap.fina.de iudic.in 6.col.ibi gloss.in fin. colligit, &c.

4 An ex contractu † à iure reprobato venditor teneatur de euictione? videtur quòd sic, si stipulatione de euictione fuerit stipulatus, vt plenè per Cy.in l.fi.C.de litig.

5 Interlocutoria† quæ obtinet vim sententiæ diffinitiuæ, non potest per iudicem contrario imperio reuocari, ita reperio scriptum in libro meo, super l.quod iussit.ff.de re iudi.super vltimo verbo dictę legis.& ita expressè dicit, & tenet Ange.de Perusio in authen.de hæredi.& Falci.in §. illud quoque.

6 Si actor† lite pendente dicat, nolo amplius venire ad causam istam, vel, nolo amplius litigare, tunc de cætero non poterit actor causam instaurare, vt C.de pact.l. postquam. & facit.ff.de verbo.signifi.l.liti vero videtur.& C.de præscrip.long.tempo.l.1.ita expressè tenet Petr.Iaco.in titu. de rei vendi.libellus ex consuetudine.probatur in §.positiones rei.in prin.ver.item facit reus, &c.

DCCCCXXIIII.

1 Causas† propter quas iudex potest recusari, vide in tractatu de reprob.testi.fo.122.versi.

2 Ad dandum† obiectus contra testes nō debet dari nisi vnica dilatio.in c.licet.circa fin.extrà de probatio.& in cap.licet dilectus.de testi.

DCCCCXXV.

1 De illo† qui citatur ad locum non tutum, vide plenè Bar. ff.ad Trebel.l.recusare.§.si.

2 Pater† potest ratificare gesta per filium, etiam quæ nō fuerunt gesta nomine patris.Bald.in l.1.C.quia ad bonorum possess.admitti poss.vide l.mater.C.de rei vendicat.& ibi text.& Bald.

3 An res furtiua† possit in domum alterius perquiri, vide, Bar.in d.l.requirendi.

DCCCCXXVI.

1 Generalis† consuetudo non indiget probatione, not.Bart in l.si fugitiui.C.de seruis fugiti. De materia consuetudinis plenè scripsi in 31.consiliorum meorum Guido Papæ.

2 Et ibi vide Bal.† de illo qui contra vetitum voluit portare bladum extra territorium, si fuerit deprehensus in territorio, an debeat puniri, ibi etiam dicit Bartol.quod in pœna sanguinis iudex debet esse mitior, sed non in alijs pœnis.

DCCCCXXVII.

*1 Testium depositiones singulares redduntur ex diuersitate loci vel temporis, & quandoque etiam contrariæ aut falsæ.*

1 Diuersitas† loci vel temporis reddit depositiones testium singulares, & quandoque contrarias, vel falsas.vt not.in l. testium.C.de testi.& in cap.cum Ioannes.de fide instrumento.not.Bald.C.de seruis fugitiuis.in l.quicunque.in tertia columna.

2 Si fiat† proclamatio, quod quilibet debeat ire ad armatam seu militiam, debet intelligi, quod quilibet vadat secundum suam possibilitatem, ideo rusticus ibit pedes, & nobilis eques secundum suam possibilitatem, ita dicit Bald.C. de oper.libert.in l.liberi.in 6.col.

DCCCCXXVIII.

1 Protestatio† non valet nisi exprimatur causa, quare fit protestatio, sicut nec valet petitio sine causa, ita dicit Bart.in l. edicto.C.de edi.diui.Adr.tol.in 8.col.

2 Incendium† an sit casus fortuitus, & qui debent probare, vide reportata per dominum Petrum Papæ.in l.3.ff.de offic.præfec.vigil.

DCCCCXXIX.

1 Quòd† vasallus teneatur demonstrare confines rei feudalis domino, vide plenè reportata in l.Titia.ff.de act.empti ibi qua pœna puniatur, nisi faciat.

2 De assignatione† facta mulieri pro dote sua, an ex ea trāsferatur in eam dominium, vide reportata per dominum Petrum papæ.ff.de assignand.liber.in infortiato meo.

3 De illo qui emit hæreditatem cum onere soluendi creditoribus, vide plenè per Cyn.in l.debitori.C.de pact.

DCCCCXXX.

1 An rotuli† talliarum Delphina.probent quod ibi descripti sint contribuibiles, vide tex.& doct.in l.scriniarios.C.de testa.mili.& ibi plenè per Lud.Roma.

2 Filiusfamilias† potest testari de consensu patris ad pias causas, idem de aduentitijs.Barto.in l.1.C.de sacrosanct.eccle. & Bartol.in l.senium.C.qui testamen.facere poss.ibi vide Ludo.Roma.

3 De dictionibus† ex tunc, & ex nunc, vide Bartol.in authē. qui rogatus.C.ad Trebel.

DCCCCXXXI.

1 Cum iuratoria† cautione requiritur etiam hypotheca, vt ipse iuret attendere promissa cum obligatione bonorum suorum.Bald.in auhent.cui relictum.C.de indicta viduitate tollen.

1 Non defertur† iuramentum moribus corrupto.Bald.in dicta authen.in 3.col.item etiam potest opponi, quod ipse est excommunicatus, vt scripsi supra sin.855.

DCCCCXXXII.

1 Factum† antiquum dicitur ex quo lapsum est biennium, secundum Hostien.& Anto.de But.in c.cum inter.extrà de re iud.in fin.

2 Loquendo† de liberis debent intelligi naturales & legitimi.l.3.C.de adulte.& plenè per Alber.de Rosa.in l.parentis.de in ius vocan. Sed si sint duo filij.naturales, dic quòd vnus succedit alteri, vbi sunt ex eadem matre.secus si ex eodem patre, vt ibi.Alber.

DCCCCXXXIII.

1 Protestatio† operatur suos effectus, siue fiat in principio, siue in fine, dummodo fiat ante consumationem contractus pro quo l.contractus.C.de fide instru.secus autem si post cònsumationem contractus fieret protestatio.l.concubina.cum ibi no.ff.de concub.

2 Quis paciscendo† pro se, intelligitur etiam pro suis hæredibus, etiam si non dicatur.l. si pactum.ff.de probat.l.sicut §.si debitori.ff.quibus modis pign.vel hypothec.soluitur. Et etiam intelligitur singularis successor.not.gloss.ff.de.acquiren.possessio.l.Pomponius.§.cum qs adminiculo.gl.1.

DCCCCXXXIIII.

1 Nullum† esse, vel non esse, seu esse insufficienter, ad paria iudicātur, & eadē merētur dici, ita Albe.in l.si curatorē circa princ.C.de in integrum restitutio.pro quo inducitur leg.1.fina.ff.quodcuiusque vniuersita.& leg.quoties. qui satisdare cocantur.facit cap.continebatur.& quod illic not.de Ancharano in 3.nota extrà de his quæ fiunt à prælatis.vbi dicitur, quòd quando contractus super aliqua re initus est nullus, potest statim super eadem re contractus

tractus vtilis & validus celebrari per eandem personam, quæ primò contraxerat. not. Dominicus de Sancto Geminiano in cap. ei qui. de procur. lib. 6. ibi, sed pone quod substitutio procuratoris non tenuit. &c.

DCCCCXXXV.

1 Iudex † requisitus sententiam exequi latam in alieno territorio, non tenetur exequi, nisi iudex requirens & requisitus sint sub eodem dominio, quia si non sint sub eodem dominio, non tenetur exequi, nisi de vrbanitate. ista ponit Barto. in sua repetitione l. extra territorium. ff. de iurisdictio. omnium iudi.

DCCCCXXXVI.

1 Dictiones † maximè, & precipuè, sunt dictiones inclusiuę, vt no. gl. in l. illud. ff. ad leg. Aquil.

2 Ad hoc vt persio † dicatur iusto pretio vendita, oportet quod collecta viginti annorum non contineat vltra sortem, vt dicit gloss. in authentica. perpetua. C. de sacrosanctis ecclesiis

DCCCCXXXVII.

1 Iudex † secularis incidenter cognoscit de contractu vsurario, vt tenet Bald. in feudis in titu. de controuersia inuestitu. in cap. 1. §. similiter. Vide plenè in 180. consiliorum meorum.

2 Contractus † simulatus a non firmatur iuramento, secun-
a dum gloss. in l. 4. C. plus valere quod agitur. quam ibi sequuntur Salice. & Bartol. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. idem Francis. de Zabarel. in c. ad nostram. de em. & vend. & vide Hostien. Ioan. And. Ludo. Roma. & Imol. in c. illo vos. de pigno.

ADDITIO.

a Contractus simulatus. Adde Pe. Rauenna. sin. 108. & Hipoly. Marsi. sin. 327. incip. exceptio. nu. 4. & singu. 474. incip. contractus simulatus. vbi limitat. nu. 2.

DCCCCXXXVIII.

*1 Contractus vt dicatur simulatus vel vsurarius quando dicatur modicum pretium.*

1 Quando dicatur † modicum pretium vt contractus dicatur simulatus, vel vsurarius, Ioan. de Gras. in ca. ad nostrã. de empt. & vend. in effectu dicit, quod de hoc sunt tres opiniones, vna videlicet, quod sit deceptio vltra dimidiã iusti pretij, quam videtur tenere Goffre. sed ista opi. vt ipse dicit, non est vera, quia tunc competeret aliud remediũ contrà talem venditionem, hoc est remedium l. 2. C. de rescin. vendi. & cap. cum dilecti. de emp. & vẽdi. Alia est opinio, quod modicitas pretij citatur, quando est prope dimidiam, vt scilicet si medietas pretij integra, & etiam plus, vt si res valeret centum, & venderetur pro quinquaginta. & hanc opinionem tenet Host. in d. c. ad nostram, & videtur etiam tenere Ioan. And. post Abbatem. Alia & tertia fuit opinio quorundam aliorum docto. vt refert ipse Ioan. de gras. quod recurrendum sit ad ea, quæ habentur in c. quintauallis. de iureiurand. & per Bartol. in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. videlicet, quod si sit deceptio in sexta parte pretii, dicatur modicum pretiũ, & vt dicit ipse Ioan. de gras. vbi suprà, secundum istam opinionem ipse communiter consulere consueuit, licet dicat modicũ prætium in ista materia secundum communem sententiam esse arbitrarium iudicanti, per ea quæ habentur in cap. de causis. de offic. deleg. & facit l. 1. ff. de iure deliberan. Et hãc opinionem quod sit arbitrarium, videtur tenere Hostien. in dicto cap. ad nostram. dum dicit super verbo, vix tamẽ contingebat, & forsan excedebat, &c. volens dicere quod in casu dict. cap. interuenit medietas iusti pretii, & sic dicto, nisi in illo tex. non denotat diminutionem, quia ibi non erat deceptio medietatis pretii, imò bene aderat medietas pretii, quoniam illud quod vix fit, nihilominus etiã fit. l. vix. ff. de iudic. & cap. cum contingat. in §. in eo verò. de offic. delega. Et forte ibi excedebat medietatem iusti pretii, vt dicit Hostien. vnde ex hoc colligit illum textum procedere, etiam si excedat medietatem, ideo potest iudex arbitrari super pretio excedente medietatem pretii. Nam in illo textu fortè dicitur vix, propter contingentiã facti. Et hanc opinionem videtur sequi Ioan. Andr. in dicto c. ad nostram. post Abbatem, dicens in effectu quod illum tex. intelligebat Abbas, quando iustum pretium non fuerat datum, & istam dicit vbi supra do. Ioan. de gras. esse communem sententiam. & sic sentire videtur Ioan. And. post Abbatem. sufficere, quod iustum pretium non sit datum', quod etiam tenet frater Ray. in summa de vsur. §. ité quid si vendidi. vbi dicit presumi contractum vsuratiũ ex eo, quod modicum est pretium respectu valoris rei. & sequi videtur Henr. Boich. in dicto cap. ad nostram. referens ipsum Raym. Nec obstat clausula, si emptor donauerit plus valens, quia vt voluit dictus de grassis in dicto ca. ad nostram etiam presumitur contractus vsurarius per ea quæibi no. gl. pen. idem etiam tenet do. Ambro. de vigna te in sua repetitione dicti ca. ad nostram. dicens etiam q̃ quanto plures cautiones apponuntur in talibus contractis, tanto magis præsumuntur simulati, per c. super hoc. de renuntia. in gloss. & in l. si quis sub conditione. ff. de condi. insti. & quæ volunt doct. in simili de iuramento, in cap. illo vos. de pigno. dicentes quod iuramentum exactionis ab vsurario in contractu facit præsumi contra ipsum vsurarium, & eius contractum.

2 Vsque ad 30. annos † potest de nullitate agi, secundum Salic. in l. præses. C. quomodo iudex. & faciunt not. in l. licut C. de præscrip. 30. annorum. & Bartol. in leg. si expressim. ff. de appel.

DCCCCXXXIX.

1 Legitima † est quota bonorum, & non quota hæreditatis, vt dicit Bartol. in l. ex facto. 2. ff. de hæredi. instit. in versic. illud displicet mihi plus, nam legitima filij, &c. idem tenet Bald. & Iaco. de Butr. C. de heredi. instituen. in l. quoties. circa finẽ. vbi habetur, quòd legitima semper intelligitur deducto ære alieno. i. Papinianus. §. quarta. ff. de inof. test. ideo dicit pars bonoru & non hæreditatis. de quo per Guli. in l. si quis in suo. C. de inofficio. testa. idem tenet Imol. in l. ita tamen. §. si patronus. ff. ad Trebe. idem tenet Bal. in dicta l. ex facto. vbi, quod institutus in legitima est hæres quòad commoda, & non quò ad incommoda, & facit de ficere fideicommissum, vt tenet Spec. in d. titu. & ita est communis opinio, vt dicit Ang. de Aretio. in §. actionum autem. Insti. de act. in verti. quæro cui competat ista actio. ibi, quia cum legitima non sit quota hereditatis, sed quota bonorum, &c. licet Ang. de Peru. teneat contrarium, in d. l. ita tamen. §. si. patronus.

DCCCCXL.

1 Verbum † volo, aliquando est verbum directum, & aliquã do verbum obliquum, secundum subiectam materiam, vt dicit Barto. in l. apud Aufidium. ff. de optio. leg. & in l. cũctos populos. C. de summa trinitate. de quo verbo volo, habetur in le. quoniam indignum. C. de test. vbi dicitur, quod de le non est directum nec obliquum, sed tantummodo ratione adiuncti.

DCCCCXLI.

*2 Victus non appellando confirmat sententiam contra se latam.*

1 Si debitor † non habeat pecunias, &c. vt suprà singularis. 657. nu. 3.

2 Non appellando, † victus facto suo confirmat sententiam contra se latam. in c. quod ad consultationem. & c. cũ inter. extrà de re iudi. & sententia habetur pro veritate. l. 1. ff. de iudi. & l. res iudicata. ff. de reg. iur. & nõ appellando acquiescit sententiæ. l. 3. C. de re iu. & sentẽtia facit notoriũ iuris. l. emptorẽ. ff. de act. emp. & Sa. in l. ea quidem. C. de accusa.

DCCCCXLII.

*1 Præscriptio contra ignorantem currit.*

1 Dominium † directum non præscribitur, vt habetur per Cy. in l. comperit. C. de præscript. 30. vel 40. anno. & per text. in l. cum notissimi. in fi. eo. titu. nisi sit interuersa possessio per emphyteutam, vel feudatarium non admittendo reuertentem, vel tradendo alij, ita dicit gloss. in dicta l. cum notissim. §. final. in glossa. final. Nec obstat ignorantia domini directi, quia cõtra ignorantem currit præscriptio. l. fi. C. de long. tẽpo. præscriptio, nec potest ignorans restitui ex clausula generali, maximè cum post completam præscriptionem transierit quadriennium. l. fi. C. de temp. in integ. restit. petend.

2 Per protestationem † probantur impedimenta. vt not. Panormita. in cap. plerunque, extra de rescrip. & dicit notandum esse.

DCCCCXLIII.

2 De materia † cessionis actionis, & quãdo valeat, & quando non, vide plene Panorm. in ca. ex parte. extrà de alienatione, &c.
Cõclusio libelli debet attẽdi &c. vt suprà sing. 889. nu. 2.

DCCCCXLIIII.

1 Gratia à Papa † concessa, non expirat morte Papæ etiam re integra, vt per Panor. in c. relatum. de offi. deleg. allegat. c. si cui. de præben. lib. 6. de quo vide plenè per Ioan. Fab. Insti. manda. §. 3.

2 An sola citatio † emanata à delegato perpetuat sibi iurisdictionem, licet pars fuerit citata, not. Panorm. extrà de offi. deleg. in c. gratum circa prin. in 1. col. de hoc vide in 70. consi. meo.

DCCCCXLV.

1 Interlocutoria † lata sine causæ cognitione nunquam transit in rem iudicatam, ita not. Bal. in l. ex stipulatione. C. de sen. & interloc. om. iudi.

2 Citatio † nulla & temeraria non arctat citatum. Panor. in c. prudentiam, de offic. deleg. & ibi dicit, quòd citatio est actus iurisdictionalis.

DCCCCXLVI.

1 Grauatus † comparendo coram iudice, & tempus quo potest appellare, non videtur eius appellationi interponendæ renũtiare, secus in iam interposita. vide plene Panor. extrà de offi. deleg. in c. gratum.

2 Citatio † valet per edictum, vbi nescitur quis sit citãdus. not. Panor. post Innocen. in dicto c. gratum. de offic. delega. circa prin.

3 Pars † non potest se iuuare de eo, quod impugnauit. Pan. in d. c. relatum de offi. deleg.

DCCCCXLVII.

1 Si citatus † dicat, quòd non comparebit, non debet sequi trina citatio, etiam in casibus in quibus trina citatio, vel vna peremptoria requiritur ita dicit Panor. in c. consuluit, de offi. deleg. circa fi.

2 Plus ibi dicit Panor. quòd † non requiritur trina citatio, vbi iudex patrem assignat personaliter comparentem.

DCCCCXLVIII.

1 Interlocutoria † per quam quis pronuntiat se non esse iudicem competentem, non potest contrario imperio reuocari. in c. significantibus de offi deleg. & ibi plene per Panor. quia habet vim diffinitiuæ quę non potest contrario imperio reuocari, vt ibi per Pan. de quo vide etiã quę dixi in tractatu meo de appel. circa. fi.

2 In interdicto † vti possidetis, vbi probationes sunt pares, ille debet obtinere, qui docet de titulo, vt dicit. Bal. in l. ordinarij. C. de rei vend.

DCCCCXLXI.

*1 Possessio & quasi possessio retinetur animo.*

1 Qui semel † possedit, præsumitur semper possidere, & ista est communis opinio, de qua per Bal. & Sali. in l. siue possidetis. C. de proba. & in l. non ignorat. C. ad exhi. & ratio est, quia possessio retinetur animo. l. si quis vi. §. differentia. ff. de acqui. poss. & quasi possessio etiam retinetur animo, vt per Bar. in l. si quis §. fi. de dam. infec. & in l. j. ff. de acquir. poste.

2 Petitorium † absorbet possessorium. in c. cum dilectus. extra de ordi. cogni.

DCCCCL.

*1 Scire quis præsumitur ea quæ continentur in instrumento pœnes se reperto.*

*2 Verba narratiua in instrumento fidem faciunt inter contrahentes.*

1 Quis præsumitur † habere scientiam eorũ quæ continentur in instrumento penes se reperto. argu. in l. inter chartulas, & ibi bene probatur. C. de fide instrumen. & iure hast. fiscalis lib. 10.

2 Verba narratiua † in instrumento fidẽ faciunt inter partes contrahentes l. optimam. C. de contrahen. & cõmit. stipul. Imò etiam ſtaretur tali narratiuæ inter alias partes, vbi res esset de antiquo, & similiter ſtatur instrumento enarrato in alio instrumento, vbi de re antiqua agere tur. argu. in d. l. optimam. & habetur in clem. 1. de probatio. & in l. si arbiter. cum ibi not. ff. de probatio. & in cap. Albericus. de testib.

DCCCCLI.

*1 Successorum appellatione qui contineantur.*

*2 Dictio hæredibus iuncta post verbum filijs, ampliat.*

1 Appellatione † successorum etiam in feudalibus nedum intelliguntur filij & hæredes, sed etiam legatarij, & alij extranei, vt determinat Bald. in titulo de prohibit. feud. alien. per Feder. in vltima columna sui commenta. in capitul. 1. in princip.

2 Si priuatus † concedat in feudũ alicui stipulanti pro se & filijs, & hæredibus suis, quia ista dictio ampliat, intelligitur nedum de filijs, sed etiam de quibuscunque hæredibus descendentibus, ita determinat Sali. in l. 2. in 20. q. C. de iur. emphy. alleg. l. in conuentionibus. ff. de verbo. signi. ratio, quia illa dictio, hæredibus, iuncta post verbũ filijs ampliat. c. in præsentia. de procurat.

DCCCCLII.

*1 Consuetudo notoria necessario non est probanda.*

*2 Dominium ex possessione quando præsumatur.*

1 Consuetudo † notoria licet sit proponenda, tamen nõ est necessario probanda, vt dicit gl. in ca. ad nostram 3. ext. de iureiuran. & est ratio secundum Salicet. in l. ea quidẽ. C. de accusatio. in 33. colum. materia notorij, quia notorium prouincię videtur innotescere iudici, vt personæ publicæ.

2 Ex possessione † præsumitur dominium, quando ipsum dominium deducitur incidẽter in iudicio in aliqua causa gloss. in l. sicuti. §. si quæratur. ff. si serui. vendi. & in l. 1. cum gloss. ff. famil. erciscun. ita determinat Bald. in titu. de iure nat. in §. ex non scripto, vbi dicit quòd quotiescũque aliquid deducitur in iudicio incidenter, sufficit semiplena probatio.

DCCCCLIII.

1 Agens interdicto † restitutorio vel adipiscendæ, vel retinendæ, vel vti possidetis, non potest negatoria reconueniri. ita videtur velle Host. in summa, in titu. de mutuis petitionibus. in fi. super quo vide quæ scripsi infra singu. 953. & supra sing. 462.

2 ex simulato † contractu non transfertur possessio. alleg. doct. l. emptor. ff. de aqua plu. arcen.

3 An per instrumentum † locationis vel innestituræ probetur possessio, vide Io. Fer. in tit. forma libelli pro possessione turbata, super verbo, hodie tenet & possidet.

4 Emphyteuta † negando rem emphyteuticariam esse, an possit ab ea repelli, & contra ipsum agi ad commissum. vide Spe. in tit. de locato. §. nunc aliqua verti. 65.

DCCCCLIIII.

*1 Intellectus c. 1. de cleri. coniuga. lib. 6.*

1 Clericus † coniugatus cum vnica virgine, mortua vxore gaudet priuilegio fori tam in ciuilib. quã in criminalib. cautis, & similiter gaudet priuilegio clerici in omnib, vt ponit Zenzelinus in c. vnico. §. in ceteris in 1. q. de cleri. cõiug. lib. 6. qui allegat Io. And. & doct. ita tenere. Addas rõnem, quia dictum c. vnicum, quod priuilegiat clericos cõiugatos solũ loquitur, qñ ambo cõiuges viuunt, vnde mortua vxore amplius non dicuntur coniuges, sed dẽ solutus, ideo gaudere debet tali priuilegio clericatus, facit quod voluit Io. An. in rubr. de cleri. coniuga. in antiquis, vbi dicit, quòd mortua vxore clericus potest promoueri ad

ri ad maiores & sacros ordines absque eo, quòd de nouo recipiat minores & primæuos ordines, nam character impressus remanet.

DCCCCLV.

1 *Præscriptione longi temporis decem annorum dominium vtile acquiritur.*
3 *Titulus putatiuus sufficit in præscriptione.*
2 Per præscriptionem † lõgi temporis 10.ann. inter presentes cum titulo & bona fide acquiritur vtile dominium, secundum communem sententiam Io.gl. & cõmuniter doct. in auth. nisi. C. de bon. mater. & Bar. in l. traditionibus. C. de pact. & per l. empotor & l. super lũg. C. de præscrip. long. tem. quamuis secundum opinionem Mar. in d. authen. nisi quem sequitur Pet. & sequi videtur Cy. ac quiratur etiam dominium directum.
2 Vtilis † actio in rem quæ competit præscribenti cum bona fide, præfertur directę actioni competenti ei, contra quem præscribitur. l. si quis emptionis. C. de præsc. 30. vel 40. ann. & habetur per doct. maximè Ang. in l. si procurator meus. ff. de procur.
3 In re præscribenda sufficit titulus putatiuus, & non requiritur verus titulus. l. clauib. ff. de contrahend. emp. & ven. & voluit Io. An. in c. de quarta. de præscri. cum alias iustus error habeatur pro titulo, & not. glos. super rubr. C. quorum bonorum.

DCCCCLVI.

1 *Iuramentum metu vel dolo extortum potest dissolui per iudicem secularem. & nu. 3.*
1 Iudex † etiam secularis potest compellere recipientem iuramentum metu vel dolo extortum, ad remittendum iuranti tale iuramentum, ne sit iniquitatis vinculum, vt tenẽt doct. in c. 1. de iureiur. & hoc dicit singulariter Pe. Brix. episcopus dicẽs, q vbi iuramentũ est illicitè extortum ex parte recipientis, põt compelli recipiens dissoluere, & ad dissoluendum & relaxandum hoc iuramentũ illicitè extortum subdens, q in tali compulsione iudex secularis est iudex cõpetens, & idem Pe. Brix. Episcopus in suo aggregario hoc dicit in verbo iuramentum, in litera l. 3 14. versi. 225. allegans mirabiliter hoc tenuisse Federicum de Senis in cõsi. 266. per multas rõnes, & inter cæteras rationes, quia iudex debet esse vt calumniantiũ iniquitates expellat etiam laicus, Insti. in prœmio. & coram se & in oculis semper habeat æquitatẽ, quæ est contraria iniquitati. l. q si Ephe. ff. de eo quod certo loco, & debet iudex laicus etiam maleficijs hominum obuiare. l. in fundo. ff. de rei ven. & turpia & calumniosa lucra removere, vt per totum de calumniatoribus.
2 Et q iudex † laicus possit iuramentũ dissoluere, & super eo dispensare probatur in l. fi. in princ. ff. ad munic. & facit quod etiam alibi dr, q lex vim apostolici obtinet, vt iuramẽtũ remittat, ita dicit gl. in l. adigere. §. fi. ff. de iure patro. & not. Bal. in l. nec patronatus. C. de operis. liber.

DCCCCLVII.

1 *Effectus clausulæ soluo iure impertinentium.*
1 Clausula † saluo iure impertinentium, & operatur, q testes qui non debuerunt examinari, non faciant fidẽ, seu admissio articulorum impertinentium sit ipso iure nulla, vt voluit Bar. quem sequitur Io. de Imo. & doct. in l. ille à quo. §. fide testamento. ff. ad Trebel. per ea quæ habẽtur in l. Prætor in princ. & in l. qui vias. §. j. ff. de dam inf. & idem Bar. & post eum de Imol. in l. si quando. ff. de lega. 1. idem docto. iuris canonici in c. si diligenti. extra de offic. delega.

DCCCCLVIII.

1 Licet causa vniuersitatis nõ sit singulorũ. l. intantũ. §. vniuersitatis. ff. de rerũ diui. l. sed si hac. §. qui manumittitur ff. de in ius vocan. 12. q. 2. c. qui. manumittitur in c. cũ nũtius. ext. de test. tñ. qñ agitur de nemorib. & pascuis, quia singuli sunt habituri & percepturi commodum, singuli de loco nõ sunt idonei testes, vt not. doct. maximę in di. l. intantum. §. 1. & d. §. qui manumittitur, quia tunc causa dicitur propria, ideo nõ sunt idonei testes. l. nullus. de testib. & l. in omnibus C. eod. tit.
addidi.& quæ similiter addidi in dictionario Alb.in verb.
verba futuri temporis.
Idem tradit Catel.Cot.in memor.in ver.Mox dictio.& in
verb.verbũ futuri temporis.Deci.in authen.cassa.in prin.
C.de sacrosanct.eccle.Mari.Socin.Iunior consi.133.col.3
volum.1.& late dixi in meis annotationibus ad sing.111
Matth.Mathe.incip.no.quod vbicunque per legẽ.Ga.Sar.
* Per sententiam.Fallit,si lex geminate loqueretur, secundũ
Bal.singu.in titu.de pac.Constat.§.priuilegia.in ver.& in
irritum deducantur.

VIII.

1 *Maritus si sub nomine appellatiuo in testamento dixerit,re
linquo vxorem meam dominam,massariã,& vsufructua
riã,& prima vxor moriatur,an secunda vxor erit domi-
na,vel vsufructuaria si maritus testamẽtũ nõ mutauerit.*
2 *Vxor relicta domina,massaria & vsufructuaria,extantibus
liberis,alimenta tantum consequitur, & quid si filij non
sint eiusdem matrimonij?*

1 QVid si maritus† sub nomine appellatiuo dixerit, relin
quo vxorem meam dominam,massariam,& vsufru-
ctuariam,& sic sub nomine appellatiuo, postea mortua
prima vxore accepit aliam,neque mutauit testamentum
ipse maritus,an secunda vxor erit domina,massaria & vsu
a fructuaria?Bal.singulariter tenet quod non,[a] *in l.fina.C.
* de indic.vidui.tollen. Sed quid si† ipsa vxor [b] relinquitur
2 domina,massaria,& vsufructuaria(que casu si sint filij ex
a consuetudine ipsa mulier percipiet solum alimenta, si au-
tem sint instituti extranei,& tunc recipit vsumfructum,
vt dicit gl.communiter approbata in authen.quòd locum
C.si mu.secundò nupl.& in l.Titia cum testamento.§.fin.
c ff.de lega.2.)& sint filij, [c] sed non eiusdem matrimonij, an
ad dictos extendatur consuetudo?dictum est Bald.quod
non extenditur consuetudo ad tales filios primi matrimo
nij,quia cum consuetudo est strictissimi iuris,& loquatur.
de filijs eiusdem matrimonij,non extenderetur ad filios
alterius matrimonij,& sic vxor habebit vsumfructũ,quod
est valde notandum.

ADDITIONES.

a Quid si maritus,&c.ibi,Bald.sing.tenet quod nõ. Ad hoc
facit l.si auguste.de leg.2.contra Bald.facit l.si cognatis.ff.
de rebus dubijs.& quod not.Oldr.in consi.212.incipi.qui
dam in suo testamento.sub rubrica,de verborum signifi-
cat.& titu.de libe.& posthu.facit etiam quod not.Alexã.
consilio 166.in tertio volumi.& idem Alexand.in l.fina.
hic alleg.in additio.ad Bal.dicit se consuluisse contra Bal-
dum,apud Cæsenam.
* Adde Ale.consi.171.viso processu.ver.non obstat etiam
lib.2.de quo admiratur Ias.vbi Bal.sequitur in l.diuortio.
§.quod in anno.colum.penul.ff.soluto matrimo.& in leg.
duobus.§.si ei qui.ff.de iureiuran.licet ad eius rationes ali-
ter non respondeat.sed respondet Dec.in c.quoniam Ab-
bas.in 11.q.de offi.dele.& cum Bal.etiam videtur transi-
re Feli.in c.vlti.de treug.& pac.dum examinat regulam l.
boues.§.hoc sermone.de verbo. significatio.
b Sed quid si ipsa vxor.Vide ea quę addit Alexan.in l.Titia.
hic alleg.& vide Bar.consi.incip.in Christi nomine, Ber-
toldus fecit testamentum.& in consi.incip. Petrus Mat-
hioli.Cano.in cap.si pater.de testamẽ.in 6.Limitatur pri-
mo ista materia,nisi testator specialiter legasset alimenta,
& etiam eam simpliciter reliquisset vsufructuariam, ſm
Pau.de Castro,consi.387.incipien.In Christi nomine, ꝙ
vxor &c.Secundò limitatur,quando diceretur solũmodo
relinquo vxorem meam vsufructuariã extãtibus filijs,qa
tunc venit vsusfructus ſm Bal.in l.si pater.C.de vsufruct.
per tex.in dicta l.Titia.& vide etiam in dicta l.fi.& vide
Alexan.rectè distinguentem in l.& si cõtra.colum.7. ver.
& Bar.inducit ista.de vulga.& pupil.Bartol.in l.sicut in an
nos.ff.ex quibus causis vsufruct.amit.Bart.Cæpol.in tra-
de serui.vrba.prædio.in titul.de vsufruct.Specul.in titu.q
filij sint legi.ver.quid ita dixit.per Alex.consi.4.in prima
parte.& omnino per eum consi.22.secunda parte.& cõsi.
28.quarta parte.Pau.de Cast.consi.319.in nouis.& consi.
171.in eisdem.Bald.consi.317.incip.factum.in prima par
te.& consi.409.incip.illa verba,quod si domina.in eadem
parte.& consi.431.post princi.incip.quædam vidua.in ver
sicu.quæritur.& in pulchro consi.56.inci.manens Panol-
phi&.



phi.& consil.79.post princi.incip.punctus omnibus.in
2.parte.& breui consi.419.incip.quidam instituto hærede
in tertia parte.& consi.416.incip.dicta particula.in 4.par-
te.Ange.consi.96.in prima parte.per Abb.consi.68.in se-
cundo volu.Signo.consi.181.Francis.de. Aret.consil.74.
Bened.Capr.consi.4.in 1.dub.& consil.139.& melius con
sil.54.per totum.& consil.58.in primo dub.Ioan.de Ana.
consi.13.& in adi.Ludo.Bolog.ibi.Francisc.Cur.consi.11.
in fi.& notabilius consi.14.col.1.Io.Bertachin.in suo re-
pertorio in verbo vxor vsufructuaria. versicu.24. licet
prędicta non alleget.
c Et sint filij &c.Adde Pau.de Castr.consi.111.incip.super
primo quæsito dicendum.& super alleg.cõsi.390.incipiẽ.
quod vxor.Cępol.dicto tractatu de serui.vrbano.prędior.
ti.de vsufruct.vbi etiam ponunt.quid si attinentes sunt in
stituti,vel collaterales,& quid si filii,& quid si extranei.de
quo etiam per Ang.consi.244.& consi.321.Bald.in alleg.
consi.406.incip.illa verba.& d.consi.317.incip.factum.&
quid si instituatur frater testatoris?vide per Franc.Curt.d.
consi.14.col.fina.& Benedi.Cap.consi.72.in primo dubio
& ibi quid si sit superstes filia dotata?Quid si instituti filij
ex fratre sunt.Pau.de Castr.consi.415.quid si nepotes ex
filio.Benedi.Capr.consi.154.per totum.Idem si concubi-
na,vel mater, vel soror sit relicta vsufructuaria, domina
vel massaria,vt habeat vsumfructum nõ extantibus filijs,
alias alimenta tantum.Bald.in dicta l.fi.col.2.versi. idem
dico,si legetur concubinæ.C.de indic.vidui.tollen.de soro
re & nuru,in dicta.authen.hoc locum.col.2.C.si secũ.mu.
de matre,Anc.e.consi.96.Pau.de Cast.consi.210.& intelli
ge de toto vsufructu.deducta Falcidia de fructibus. Bal.in
dicta l.fi.in lectura antiqua.Bar.in dicta authen.hoc locum
col.4.ver.ad secundum.& d.l.Titia.§.fi.col.2.ver.secundò
aduerte.Adde tamen limitandum, quod mulier propter
illa verba poterit talia alimenta propria authoritate capere
sua manu,licet alias deberet capere de manu hæredis.ita
tenet Ang.in l.rerum amotarum.ff.rerum amota.allegat
Io.And.in additio.Spec.in titu.qui filij sint legiti.§.2.& di
cit quod non reperit alium doctorem,qui ponat istam li-
mitationem.sed tres doct.addit idem tenẽtes Mag.meus
in l.nemo potest.col.9.in prin.de leg.1.

IX.

1 *Falcidia non detrahitur de legatis factis ad pias causas, &
an detrahatur de legato facto à filio patri, vel econuerso?.
Et quid de legato facto matri,vel monacho?*

1 TV scis,† quod de legatis factis ad pias causas non detra
hitur Falcidia.authen.similiter.C.ad legem Falcid.&
in corpore vnde sumitur.Quid si legatur à filio patri, vel
econuerso,an istud dicatur legatum pium,& per cõsequẽs
non detrahatur Falcidia? Videbatur dicendum quod sic,
per text.in l.nam & si parentibus.ff.de inoffi.testa.ibi,non
minus piè,&c.& ita vidi vnum magnum doctorem con-
suluisse per rationem illius tex.Sed tu determina contra-
riũ p sing.doctrinã Ang.in dicta l.nã & si parentibus.vbi
dicit,ꝙ poterit detrahi Falcidia.Adde quod dixit Io.Aud.
in addit.ad Spe.in ti.de instru.edi §. nunc verò.ver. & idẽ
scias,ꝙ de legato facto matri detrahitur Falcidia,ergo non
dicit piũ,nisi sit paupercula.Facit ꝙ dicit Bald.in auth.simi
liter.vbi,si sit legatum filio monacho,non detrahitur Fal-
cidia,ergo sentit Bal.ꝙ si non fuisset monachus filius,detra
hatur ipsa Falcid.& pro hac parte allego tex.in cap.Raynu
tius.extra de testa.qui tamen loquitur de Trebellianica.
Sed eadem est ratio de Falcidia ad Trebelli.per ea quæ ha
bentur in l.Marcellus.in §.quod autem.ff. ad Trebel.

X.

1 *Hæres non potest grauari,nisi pro portione hæreditaria.*

1 TEstator fecit tres heredes,† Titium,Seium, & Sem-
pronium, & grauauit Titium,vt restituerit fundum
tertio,an legatarius consequatur totũ fundũ?Dic ꝙ solam
tertiam partẽ fundi consequitur,quia non potuit grauari.
Titius,nisi pro portione hæreditaria, casus est singularis
in l.si fundũ sub conditione.§.si libertus.ff.de legatis.1.

XI.

1 *Promittens præsentare in iudicio toties quoties, intelligitur,
vsque ad sentẽtiã tãtũ.Et quid si dixerit. quandocunque.*

1 SI quis† promiserit repræsentare Titium toties quoties,
&c.intelligitur vsque ad sententiam tantum,adeò quod
lata sententia erit liberatus.l.Grece,§.& post.ff.de fideiuss.
etiam si fuerit à sententia appellatum.in authen.de his qui
ingred.ad appella.in princip.Sed quid si adiecerit,quando-
cunque?Dic quod tunc tenetur etiam vltra,etiam post sen
tentiam,ad hoc,vt illud verbum aliquid operetur. ista est
doctrina Bal in l.2.§.fi.ff.qui satisda. cog.casum dicit esse
singularem in l.quod si nolit.§.si autem.ff.de ædil.edic.

ADDITIO.

Vide Socin.in l.1.col.fi.& ibi Deci.col.1.C.de senten.quæ ꝓ
eo quod interest.Hippoly.de Marsi.in l.vnius §.cognitu-
rũ.nu.35.ff.de quæstio.& in rubri.q.9.& 15.Ias.consi.30.
vol.1.& Alex.consi.145.quoniam.col.1.nu.2.ver.sed hoc
non obstante.vol.2.Gab.Sarav.

XII.

1 *Fiscus succedens filio præterito,an ex persona filij possit dice
re testamentum patris nullum?*

1 QVid si† filius fuerit pręteritus,quo casu poterat dice-
re testamentum nullum.l.Gallus.§.in omnibus.& l.
inter cætera.ff.de libe.& posthu.an si postea fiscus succe-
dit filio propter aliquod delictum,ex persona filij possit
dicere testamentum nullum.Quilibet diceret quod sic qa
fiscus habetur loco hæredis.l.2.C.ad le.Iul.de vi publi.& l.
inter eos.§.fi.ff.de fideiuss. In contrarium singulariter est
doctrina Bal.quod non possit dici nullum à fisco, vt in l.si
qua pœna.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.

ADDITIONES.

Quid si filius,&c.Vide quæ dixi infrà not.90.incip. pone ꝙ
filius vbi repetitur istud dictum Bal.hic recitatum.
Refert & sequitur Curtius Iunior in l.posthumo.colum.fin.
in fi.verbis.C.de contratabu.& Arnon.dialogo 7.& dom.
Hiero.Gigas in suo tracta.de crimi.læsæ maiesta.in rubri.
de var.quæst.q.19.Gab.Sar.

XIII.

1 *Conductio,rei continuata nullo expresso pre.io,intelligitur eo
dem pretio quo ante continuari.*

1 SI conduxi† domum pro decem, & finito anno postea,
etiam reconduxi sine expressione pretij, intelligitur.
eodem pretio quo ante.Bald. in l.cum quidam.ad finem
C.de iure dot.vbi dicit etiam idem esse in famulo.l.qui ad
certum.ff.loca.

XIIII.

1 *Donatio causa mortis inualida iure fideicõmissi sustinetur,
& tunc an aditio hæreditatis requiratur?*

1 TV scis,quòd† quando donatio causa mortis non valet,
nec tenet.l.inter mortis.ff.de donati.causa mor.tamẽ
sustinebitur iure fideicommissi.ff.de leg.2.in l.miles ad
sororem.an tunc vt confirmetur,requiratur aditio hęredi
tatis?Dicite quod non requiritur aditio.Ita singulariter te
net Bal.in l.1.C.de dona.cau.mor.

ADDITIO.

Tu scis,&c.In fine.Adde quod Bartol.idem tenet in l.sequẽs
quęstio.ff.de leg.& in l.1.hic alleg.vide si faciunt nota.per
Sali.in l.fi.,in 3.col.C.de pact.& per Alex.in l.1.§.mortis
causa.ff.de donati. causa mor.& in l.qui Romæ.§.Flauius
ff.de verbo.obligatio.alios locos adducit Firmanus, vbi ta
men prædicta omnia non allegat in reper. in verb. donatio
causa mortis.versi.30.

XV.

1 *Emphyteusis accepta pro se,& filijs, & hæredibus, ad filios
transit,si sint hæredes saltem in vna parte.Et quid si di
ctum fuerit, Pro hæredibus suis masculis.*

1 TRaditur pro regula,quod† si pater accepit emphyteu-
sim pro se & filiis & hæredibus, non solum requiritur
quod sint filii,sed etiam quod sint hęredes saltem in vna
parte,l.vt iurisiurandi.§.si liberi. vbi ponit Bartolus.ff.de
oper.lib.& l.si tibi §.si pactus.ff.de pact.& plenè Bald.in l.
liberti

in l.liberti libertæ que.C.de oper.lib. Sed quid si dixerit, pro hæredibus.suis masculis,an tunc sufficiat esse de liberis,etiam si non sint hæredes? Bald.singulariter tenet quòd sic,quia sufficit esse de liberis, vel de filijs in l.Caius.ff.solu. matr.quia illud verbum,hæredibus,exponitur,id est,filijs l.ex facto.§.fi.ff.ad Trebel.

ADDITIONES.

Traditur pro regula,&c.Ad hoc facit optimè dictum Barto. post gl.loquentis in fortioribus terminis in l.ex facto.§. fi.ff.ad Trebel.quod si in instrumento dicatur, quod quis acquirit emphyteusim vel feudum pro se & hæredibus.illa dictio hæredibus,intelligitur,id est,filijs.glo.est ibi ordinaria,& sic liberi admitterentur,licet non essent hæredes.& istam decisionem refert & sequitur ampliando vnà doctrinà Bar.Magister meus in l.si non sortem.§.libertus. col.pen.ff.de condi.indeb. Adde Ant.Trigo.sin.99.

Vide Iaſ.in l.Gallus.§.1.col.pen.ver.amplia.nu.45.ff.de libe. & posthu.& latius per eundem in §.& quid si tantum.col. 18.versi.septimo.nu.108.& latissimè per Arium Pinellũ Lusitanum in repeti.l.1.C.de bon.mat.in 3.parte.nũ.88. versi.ego autem puto.Gab.Sar.

XVI.

1 *Legatum ſolutum per teſtatorem viuentem poteſt reuocari, & an fructus percepti repeti poſſint?*

2 *Donata cauſa mortis poſſunt cum fructibus repeti.*

1 SI legatum† soluitur in vita per ipsum testatorem, sicut aliquando soluitur per testatores, vt in l. Lucius.ff. de leg.2.tamen poterit reuocari per ipsum testatorem, vt dicit Bald.in l.fina.C.de vsur.& fru.leg.Sed an poterunt fructus percepti etiam ante reuocationem repeti? Dicite q̃ sic,quia quando titulus est reuocabilis,ex quo possum repetere rem principalem,possum etiam repetere fructus p
2 ceptos.†exemplum in re dona a causa mortis & tradita in vita donantis,quia potest repeti res donata cum fructibus l.cùm quis.vbi est casus.ff.de condic.ob causam.& l.videa mus.§.1.ff.de vsu.nam tunc istud legatum solutum æqui paratur donationi causa mortis.ita singulariter dicit Bald. in rubric.C.si quis omiss.causa testa.& in l.fina.de vsu.& fruct.leg.

ADDITIO.

Si legatum,&c.In fine.Vide Bald.in l.final.hic alleg.vbi videtur velle contrarium eius,ad quod hic allegatur.pro quo facit gl.in l.legatum.prima.ff.de leg.2.Sed contrà faciunt not.per eundem in l.quod seruus.co.tit.de leg.2.

XVII.

1 *Legitimatio baſtardi fieri poteſt à patre,ſub conditione,quòd is in hæreditate non ſuccedat.*

1 PAter potest legitimare† filiũ suũ bastardũ, cum hoc q̃ non succedat in hæreditate paterna,& valet talis legitimatio quo ad alia,sed taliter legitimatus non poterit succedere obstante illa conditione posita à patre,quæ erit valida.ita singulariter dixit Ba.in l.quæsitum.in reportatis antiquis.ff.de acquiren.hæredit.refert & sequitur Ludo.Ro. in duobus locis,scilicet,in l.qui superstitis.ff.de acquiren. hære.& in l.pactum quod dotali.C.de collat.

ADDITIO.

Pater potest,&c.Et aduerte.quod hoc modo legitimatus,videlicet,vt non succedat,nisi quatenus patri placuerit, dicitur potius dispensatus.Pau.de Cast.in l.solet.ff.de iurisdic. om.iud.& in l.pactum quod dotali.versi.vt eadem ratione.C.de collat.vbi dicit se cum pluribus consuluisse, & q̃ reperit consultum per Ray. de Forli.in ciuitate Pisarum. idem tenet Ludou.& alij,in l.qui superstitis.hic allegata. versi.8.limita.& Barto.singulariter in l.quæsitum.in lectura antiqua.hic alleg.Anto.de But.in c.per venerabilem.co. 27.qui filij sint legi.vbi etiam alij. Alex.consi.29.4.volu. Et ad ista vide etiam Bart.Veron.caute.114.incipien.cautella est,quam sæpè dedi parentibus,&c.

VXIII.

1 *Emptor probans venditionem ſibi factam,& pretium à ſe ſolutum,obtinere non debet contra venditorem,niſi & tempus probet.*

1 POne,†quod egi contra te,quia vẽdidisti mihi fundum, & probaui quòd vendisti, & etiam probaui solutionẽ pretij,tamen probaui de tempore,an tunc debeam obtinere re? Dicite quod non,quia non probaui de tempore ante litem contestatam.ita singulariter firmat Bal.in l.1 quasi ad fi.C.si plur.vna sen.&c.

ADDITIO.

Adde Catel.Cot.in memoralibus,in verbo,probatio sine tẽpore.& eundem Cremens.infrà sing.110.in fi.

XIX.

1 *Dotalis fundi æſtimatio in dubio facit emptionem, & an id procedat ſi maritus non ſit ſoluendo?*

1 HAbebis millies istud dictum in facto,† Tu scis, quod † fundus inæstimatus in dubio datus in dotem habetur pro empto.leg.quoties.& leg.si inter. C. de iure dot. quo casu maritus poterit soluere æstimationem, quia talis fundus definit esse dotalis,nec talis,fundus habebit priuilegia legis,† iulię de fundo dotali,vt ibi habetur.Tamen dicite,q̃ si maritus non est soluendo,non definit esse dotalis, nec poterit alienari,nec obligari per maritum.est dictum† Bal. aureum in l.interest.ad fi.C.de vsufruc.

ADDITIO.

Eandem opinionem tenet Palatios Ruuios in repeti.rubri. in.§.17.nu.8.& c.per vestras.de donatio.§.25.nu.30.ver. ex his inferes.Iaſ.& Deci.in l.ex conuentione.C.de pact. Idem Iaſ.in §.actionum.nu.84.Institu.de actio.Alexand. in l.Mæuia.§.fundus.ff.soluto matrimo.Soci.Iunior consi. 141.vol.1.nu.12.Et alij relati per Ant.Hispa.in l. quinquagesima Tauri.nu.44.versi.quod tamen.Hippoly.de Mar. sing.691.& nouissimè Arius Pinelus Lusitanus in repeti. rubri.C.de bo.mater.in tertia parte.nu.15.Sed adde, quòd Bal.in dicta l.interest.C.de vsufruct.non dicit id,ad quod allegatur per Cremens.& alios,sed tantum dicit,q̃ mulier potest vtili rei vendicatione agere ad rem æstimatam, etiã ea æstimatione,quæ facit emptionem in subsidium, quoties maritus,aut eius hæres nõ habet bona,ex quibus soluatur dotis æstimatio ipsi vxori quod not.gl.in l.in rebus. in ver.æstimatæ.ff.de iure dot.quam ibi doct.sequuntur.& Bal.Nouel.in tracta.dot.parte.7.priuileg.23.& parte 8.priuileg.7.Et ideo hęc conclusio per Cremen.hic firmata nõ videtur vera,nec in iure probari.& in specie contra eam, tener Didac.Couar.in practicis quæstio.c.28.nu.8.versic. octauo vbi ad hoc multa allegat.& Carol.Molin.in secunda parte cõmẽtar.in cõsue.Paris.§.55.in gl.1.nu.106.G.S.

XX.

1 *Alimenta ex iiſdem cauſis poſſunt denegari filio, ex quibus poteſt exhæredari.Et an ex eiſdem cauſis filius legitimatus poſſit ad ſpurietatem reuocari?*

1 TVlcis,†quod ex omnibus causis,ex quibus filius potest exhæredari,de quibus in §.aliud quoque capitulum.in authen.vt cum de appellatio.cog.eisdem ex causis possunt alimenta denegari.vide gl.singularem in l.si quis à liberis.§.si quis ex his.ff.de libe.agnoscen.& hoc sciunt lapides & tonsores.Sed quid an ex eisdem causis potero reuocare filium legitimatum ad spurietatem primam? Dicite quod sic.istud est dictum aureum Bald.qui nihil vnquã ignorauit,in ca.omnes.filij.sed si de feud.fuerit contro.in vbi.feu.facit quod in, simili dicitur, quòd exemptus ab omnibus,vt putà,a principe,vel à communitate poterit re
* uocari ad primum statum propter ingratitudinem.*ita singulariter Bal.ipse tenet in l.final.in fin. verbis.C.de liber.& eorum libe.quod est perpetuo notandum.

ADDITIONES.

a Sed quid.Istud dictum Bal.prius sciuit Roman.& recitauit singulari 225.incipien.vltimò quæritur.vide quæ ibi, satis plenè dixi.

Adde Io.de Arno.dialog.9.Catel.Cot.in memoral.in verb. exemptus ratione ingratitudinis.Hippoly.de Marsi.sing. 413.ingratitudo.& Io.Francisc.de Ripa in l.fi.in princip. C.de reuocand.donat.Iaſ.in l.ex hoc iure.nume.54.ff. de iusti.&



iusti.& iure.Gerad.de Petrasancta in sing.1. Andr, Tiraquel.in l.si vnquam.C.de reuoc.donatio.in versi.donatione largitus.nume.234.Carol.Molin.in consuet.Paris.tit.1. §.30.nume.3.atque hæc opinio procedit in his,quæ ipsum patrem eiusque bona respiciunt,nam in cæteris adhuc iudicatur filius ille legitimus,etiam si patri ingratus extiterit.ex his quæ notat Pau.de Cast.in l.ex facto.ff.de vulg.& pupilla.Et hæc intelligẽda sunt in ligitimatione, quæ ex rescripeo principis,similiue pacto fit.illa enim quæ ex ratione matrimonij subsecuti à iure canonico statuitur, ob ingratitudinem non reuocatur,secundum Roma.singula. 225.& ibi in additionibus dixi.Gab.Sar.

* Propter ingratitudinem.Adde istud non habere locum si tale priuilegium fuisset latum propter benemerita, quia tunc non poterit reuocari etiam propter ingratitudinem secundũ gl.sing.per illum tex.in l.si pater.§.1.ff.de do.quã sequitur Iaſ.consi.101.col.3.lib.4.& alibi ipe.

XXI.

1 *Nepos maſculus ex filia an dicatur de liberis maſculis ad excludendum ſubſtitutum?*

TEstator instituit fratrem suũ, & si decesserit sine liberis masculis substituit Titium.frater decessit superstite masculo nepote ex filia,an talis† nepos excludat substitutum? Videbatur quod sic,quia est de liberis masculis. In cõtrariũ singulariter determinat Ioan.And.in additio Spe. in rubrica de testa.quia filia quæ est in gradu propinquiori non excludet substitutum, multo minus filius filiæ, qui est in gradu remotiori,& minus dilectus à testatore.ad q̃ bene facit tex.in c.1.§.hoc autem not.qui feud.dare poss. vbi exclusa & infecta radice omnia descendentia à radice sunt exclusa,vt puta à filia,quæ dicitur esse infecta & exclusa.quod nunquam tradas obliuioni.& est tex.in ca.caulam quæ.de dolo & contuma.

ADDITIONES.

Testator.&c.Istud dictum fuit prius Math.not 129.no.vnũ dictum singulare.vide quæ ibi dixi.

Adde do.And.Tiraquel. in tracta.de iure primigenio.in 13. q.nume.6.versi.contrarium tamen.& plenè addidi in annotationibus meis ad Matheſi.singul.129.nota vnum dictum singula. Gab.Sar.

XXII.

2 *Exceptio peremptoria pacti de non petendo principali competens,competit & eius fideiuſſori.fallit.*

1 VNus tex.me fecit alias laborare,nam scis† quod exceptio peremptoria pacti de non petendo,quę competit principali, competit etiam eius fideiussori.§.penul.Insti.de repli.l.fina.ff.de pact,quod tamen fallit, nisi maior pars creditorem faceret pactum de non petẽdo,nisi certã partem hęredi futuro debitoris.ff.de pact.l.maiorem.túc enim pactum maioris partis prodest principali, si pauciores velint agere contra ipsum hæredẽ principalis debitoris vt ibi habetur.Non autem proderit fideiussori casu quo pauciores velint agere contra fideiussorem.casus est singularis in l.si præcedente.§.Lucius Titius.ff.man.quia proui sio ipsius creditoris de eo fideiussore accepto, non debet officere ipsi creditori.laborate omnino super illo tex.& faciet vobis honorem.

ADDITIO.

Vnus tex.&c.Math.prius sciuit istud vt in not.suo 104.vide ibi quę diximus.Idem Iaſ.in l.iurisgentium.§.si ante aditã col.4.ver.sexto limita.ff.de pact.

XXIII.

1 *Fiſcus an in integrum reſtituatur,ſi iudex errauerit in criminalibus?*

2 *In integrum reſtitutio in criminalibus non datur.*

1 QVid si iudex errauerit in criminalibus,an fisco detur in integrum restitutio? videbatur dicendum q̃ sic,qa fiscus,minor,& respublica æquiparantur, vt habetur in l. respublica.C.ex quibus causis ma.Dic tamen quod nõ poterit in integrum restitutio etiam in publicis pœnis, quia
2 in criminalibus nũ datur in integrum restitutio.l.auxilium ff.de mino.ita singular.dixit Bal.in additiõ.ad Spe.in tit.de accusa.ver.sed quid si ipsum in fi.2.col.

ADDITIO.

Adde Ioan.de Arno.epithom.37.Gab.Sar.

XXIIII.

1 *Dies legans dimidiam paupertatis ſuæ dimidium hæreditatis ſuæ legaſſe cenſetur.*

QVidam ditissimus,vt puta,Cosma de Medicis,legauit ibi dimidiam paupertatis suę,quia ita dixit testando,
1 Lego dimidiam paupertatis meæ.dic quod venit dimidiũ hæreditatis.istud est singulare dictum Bal.in rub.C.de vet bo.sig.in fi.verbis.& alleg.in l.Lucius.§.hæredẽ.ff.ad Tre.

ADDITIO.

Quidam ditissimus.&c. Adde Bart.in l.Lucis.§.hęredum. hic alleg.Idem sequitur Catel.Cot.in memor.in verb.paupertate.legata Gab.Sar.

XXV.

1 *Maritus qui promiſit reſtituere integram dotem, poteſt retinere portionem ſibi a ſtatuto conceſſam.*

1 STatuto cauetur,quod† mortua vxore in matrimonio maritus lucretur tertiam partem dotis,postea maritus recipiendo dotem promisit in casu soluti matrimonij restituere integram dotem,an isto casu poterit retinere portionem ſtatutariam? Videtur dicendum quod nõ,quia nõ est integra dos.In contrarium singulariter determinat Bal. in l.Neratius.ff.de relig.& sump.fune.per vnam glossellam ibi, vbi maritus debet restituere integram dotem,& tamẽ post deducere iustam retentionem,puta,expensas funeris sed portio statuti est iusta retentio, ergo, &c. quod tenemenți.

ADDITIO.

Vide Ioan.de Arno.epithom.39.& decisio.244.numero.8. Gabr.Saray.

XXVI.

1 *Ciuitas quæ facit expenſas in reparando caſtro alicuius ſui nobilis,vt ſe ab hoſtibus defendat, an expenſas repetat?*

1 SI princeps,vel rex† fortificauit castrum alterius nobilis diruptum,ad hoc vt hostes non caperent illud, ille nobilis finita guerra repetit illud castrum aptatum,princeps excipit,& repetit expensas quas fecit in reparatione castri an poterit repetere dictas expensas? Dic quòd ille nobilis obtinebit illud castrum sine solutione*alicuius expensæ, sed solum tanquam vnus de populo confert ad illam impensam.Ita singulariter dixit Bald.in l.si in aliquam.ff.de offic.proconsul.& legat.& clarius poneretur exemplum in ciuitate quæ feciſſet talem impensam.

ADDITIO.

* Sine solutione.In contrarium videtur quod cõsuluit Bal. consi.158.proponitur quod quidam locus.lib.3.vbi concludit quod põt princeps mandare ciui qui sit dominus alicuius castri,vt castrum suum muniat & custodiatimò in eius negligentia posset hoc princeps facere.Cauendum tamen est secundum eundem Bal.ne fingatur occasio propter quam ciues priuentur possessionem castrorum suorũ quod est memoria dignum.Catel.Cot.in verb. castrum.

XXVII.

1 *Ciuium appellatione in materia odioſa nõ veniũt oppidani.*

1 CONcessæ sunt† represaliæ* contra omnes ciues Thuscos,an poterunt capi illi de Prato, quod est castrum, vel poterunt capi illi de castro sancti Miniati Dicite quod non poterunt capi,cum illi non sint ciues Thuscis, & ex ciuitate orti non sint.est singularissimum dictum Baldi in dicta l.si in aliquam.ff.de officio proconsul.& lega.& de materia represaliarum vide in l.& omnino.C.ne vxor pro marito.

ADDITIONES.

Ioan.de Arno.tradit dialog.30.& Catel.Cot.in memoral.in ver.represaliæ.Et qd in fauorabilibus,vide multa ad propositum

positum per Guido.Papæ decis. Grationop.265.& consi. 134.nu,1.Gab.Sar.

* Represaliæ.Adde vltra hic dicta per Cremens.quod cõcessis represaliis contra Mediolanenses non veniunt oppidani vel castellani ducatus Mediolan.secundũ Bal.in authẽ. & omnino.col.penul.versi. sed hic dubitatur.C.ne vxor pro marit.quẽ sequitur Feli.in c.Rodulphus.ver.faciunt ẽt extrà de rescript.Non obstat quod alias dicimus, quod q ex vico ortus est,eam patriam intelligitur habere,cui Rei publi.vicus ille respondet.vt inquit Iure consul.in l.qui ex vico.ff.ad municip.& declarat latè Bar.in l.1.eodem tit.cũ multis concordan.quia respondetur,quòd hoc ideo statutum videtur,quia represaliarum materia cum sit odiosa, stricè debet interpretari,cum per eas vnus grauetur pro debito alterius.quod est contra omnes regulas iuris.toto ti.C.ne vxor pro marit.& C.ne filius pro pat.& consuluit Cor.post Bal.Nouel.consi.62.li.3.Quid autem si Mediolanensis alibi habitet,an poterit capi vigore represaliarũ concessarum contra Mediolanenses?vide Socin.in rubri. ff.solu.matri.Et quid si post concessionem natus sit aliqs, an lege comprehendatur?vide Pau.consi.314.super eo.in secundo dubio.in antiquis.

XXVII.

1 *Maritus legans vxori vsumfructum fundi,cum hoc quod nõ possit fundum alienare,an videatur legare vsumfructum vel proprietatem?*

1 MArius legauit vsumfructum fundi suæ vxori,cum hoc quod non posset alienare ipsum fundum seu proprietatem,an dicatur proprietaria vel vsufructuaria? Dic quod erit proprietaria,vt illa verba aliquid operentur,quia etiam si non fuissent adiecta illa verba, quod non posset alienare,tamen vsufructuaria non potuisset alienare.Istud est singulare dictum Bal.in l.Proculus.ff.de vsufruct. Ludo.Roma.reprobat Bal.in l.donationes.§.species.ff.de dona.Sed tu vide eundem Lud.Roma.qui consuluit pro opinione Bal.in consi.suo 208. per istum tex.in dicta l.Proculus.& hoc est,vt verba aliquid operentur.c.si Papa.de priuileg.lib.6.& l.si quando.ff.de leg.1.

ADDITIONES.

Idem tradit Brunus in tractatu de diminut.6.cõclu.nu.15. & cũ Baldo responderunt in praxi Cuman.& Fulgo.quorum cõsilia citantur à Parisio cõsi.71.lib.2.Picus in l.Titi. §.Titia cum nuberet.nu.171.ff.de leg.2.& Bauer.in repe. l.cum filio.nu.48.ff.de leg.1.& Matth.de Afflict.in præludijs feud.nu.128.& Riminal.senior,& alij, quos refert. Riminaldus iunior in princi.Instit.de donatio.nu.357.& Hispanus à Castello l.10.Tauri,col.penulti.& Thomas Ferrat.cautel.2.col.1.Hippol.de Marsi.sing.561.& Loaz. in repeti.§.diui.nu.5.l.filiusfamilias.de lega.1.& Soci.cõsil. 131.nu.15.volu.1.Barb.consi.63.col.fi.volu.2.Curtius senior consi.51.nu.13.vo.2.Idem tradit Bellonus consi.6. nu.8.& 11.Curt.iunior consi.14.col.1.Roma. consi.206. nu.4.Corn.consi.61.nu.2.lib.4.& Carol.Ruinus consi.39. nu.3.vo.2.& idem sentit Deci. consi.41.nu.2.Et faciunt quæ scribit idem Cremen.infrà sing.33.lego.Et licet hæc sit communis doctorum opinio,eam tamen validis argumentis & rationibus nititur impugnare Arius Pinelus Lusitanus in repetit.l.1.in 3.parte.C.de bon.mater.nu.41.& seq.qui dicit tex.in d.l.Proculus.hanc opinionem non probare.& ibi latè insistit circa eius intellectum.Gab. Sar.

* Adde alium modum relinquendi vt legatum vsusfructꝰ trahat secũ legatum proprietatis, vt scil cet in testamẽto dicatur,item legauit tali personæ talem fundum ad vsufruCtuandum seu ad alimenta,quia per talia verba hoc modo cõcepta intelligitur legatus non solum vsusfructus, sed etiã ipsa proprietas,adeo q legatũ est perpetuum,& transmissibile ad hæredes.iste est casus,& hoc ibi notant Bart. Ang.Pau.de Cast.& Iaſ.reprobata ibi opin.gl.& Oldr.in l. cum hi.§.si vni.ff.de translactio.Bar.in l.libertus.1.ff.de alimẽt.& cibar.lega. Bart.& alij per tex.ibi in l.donationes in concubinam.§.species.ff.de dona.Cy.Bal.& Sali.in l.si mulier.C.de iure do.Alex.consi.penu.incip. visis verbis testamenti.circa finem.lib.2.Istud idem procedit & habet locum si dictum sit,item legauit in gaudimentum,quia si militer intelligitur legata proprietas,prout dixit sing.Bal. in l.si habitatio.§.sed si.ff.de vsu & habit. quem refert & sequitur Iaſ.in dicta l.cum hi.ff.de transactio.sequitur ẽt idem Cremens.infrà sing.34.lego vxori meæ.& prout tenet Ang.in auth.hoc locum.circa fi.C.si secun.nup.mul.

XXIX.

1 *Minor 25.annis restituitur in integrum aduersus concordiam omissam.*

1 OBtinui semel in ardua facti quæstione Minor 25.annis potuerat habere concordiã cũ aduersario,puta,in mille ducatis,deinde minor noluit concordiam, sed eam refutauit,postea fuit condẽnatus in duobus millibus,an si bi noceat talis sententia etiam si transfuerit in rem iudicatã?Dicite q nõ nocebit sentẽtia,imò habebitur pro trãsacto,& qa ex cõsequẽti sentẽtia cõdẽnatoria apparet de eui denti læsione.Restituitur ergo minor in integrum aduersus concordiam omissam,fuit allegata gl.singularis & lectura Bal.& Bar.& Alber.in l.si ex causa.§.nunc videndũ. ff.de minorib.posteà reperi Bal.idem dicentem in repi.l. 2.in 2.col.C.de rescin.vend.

ADDITIONES.

Obtinui,&c.Ad hoc vide Bartho.Veron.caute.6.incip.quando aliquis litigat,vel litigare vult cũ minore.& dic q ista cautela fuit prius Ludoui.Roma.sing.403.incip.volo tibi dare,cautelam.

Adde Nicol.Boer.decis.63.minor.col.2.post Bald.in c.fi.& ibi tradit Feli.in fi.extrà de proba.Gab.Sar.

XXX.

1 *Minor portans res contra prohibitionem statuti an cadat in commissum?*

1 QVid si minor portans res,de quibus solui debet gabella,vel sit prohibitus,statũ forte statuto, quod nullus posset portare tales res,&c.an minor cadat in cõmissum? Dicite quòd beneficio ætatis sibi succurritur,nec cadit in commissum.tex.est,quem credo singularem in l.si ex causa.§.si in commissum.ff.de minor.

ADDITIO.

Vide latè Roma.sing.816.tu audiisti titulum.C.si aduersus lict.& ibi in apost.Gab.Sar.

XXXI.

1 *Emptor faciens compromissum voluntarium super controuersia sibi mota in re empta,si succumbat,nõ habet regressum de euictione contra venditorem,Et quid si compromissum fecerit in ipsum venditorem?*

1 TVscis,quod si emptori moueatur controuersia in re empta, & ipse facit compromissum voluntarium cũ aduersario,quod si posteà per sententiam,vel parbitrium succubuerit,quod nõ habet regressum de euictione.l.si ditum.§.si compromisero.ff.de euictio.Quid si emptor cõpromisit in venditorem?Dic quod tunc habebit regressum de euictione,ex quo ipsemet vẽditor iudicauit. dictũ est singulare Sp.in ti.de arbit.§.põt.ver.sed pone.habui ab Ang.in d.§.si cõpromisero.& dicit non reperiri alibi hoc,

ADDITIO.

Alex.segtur in l.si domus.§.de euictione in prin.ff.de l.1.& Bal.& Ang.in d.§.si cõpromisero.& Rom.sing.468.incip. emptor succumbens.& idem Cremen.infrà sing.115.

XXXII.

1 *Venditor,qui dixit se velle teneri ex suo facto, vel dicto tantum,an si res vendita euincatur facto sui authoris, de euictione teneatur?*

1 SAepe istud quotidie contingit.Reperitur in vno In instrumento venditionis qualiter ipse venditor dixit solum se velle teneri ex suo facto & dicto tantum,quid si euincatur ex facto sui authoris,an tunc teneatur ipse venditor de euictione.Breuiter dicite quod sic,quia per illam dictionem taxatiuam non videtur excludi factum authoris.Istud est singulare dictum Bartol.in l.si seruus.2.ff.de condict.furtiua.refert & sequitur Lud. Roma.in l.stipulatio ista.in prin.ff.de verbo.oblig. Tu vide Bal.qui vacillãdo videtur inclinare in contrariam partem, in c.1.qui fuccef.teneant.in feud.vnde dictum Bar.est commune,vt dicunt nouiores in d.l.stipulatio ista.



ADDITIO.

Sæpe istud,&c.Adde Bal.in l.si seruus.hic allega.& vide nota per eum in l.si seruum.§.item si homo.ff. de verborum obligatio,Alexan.tenet cum Francis.hic in l.stipulatio.hic alleg.versic.econtrà.Videtur tamen q contraria opinio possit sustentari, quia Bart.vbi suprà,nõ loquitur cum dictione taxatiua,sed simpliciter ex suo facto,& dicto,&c. & dato,quod loqueretur cũ taxatiua, videtur esse textus in oppositum in l.non solum.§.tale.ff.de liber.agno. Qua propter Francis.Are.præstans doctor in dicta l.stipulatio. videtur tenere istam secundam opinionem. & alleg.Bald. in ca.1.quid iuris si de re aliquis fu.inuestit.& se alias tetigisse istum articulum in titu.de acquiren.posses.Et quam uis Ludo.Roma.in loco hic allegato, tenendo primã opinionem dicat se pro ea allegare textum nouum in clemẽ. exiui.versi.ius autem.de verborum signi. q dictio taxatiua non excludat authorem,nec etiam heredem.probatur.n.in illo textu,quod terminus restrictiuus non excludit similia & connexa. Ad quem tex.respondet Aret.vbi supra quem omnino vide.Vnum tamen quod Doct. in ista materia quos viderim,non dicunt,nõtandum est, videlicet, quod dictio taxatiua in his verbis, promitto pro facto & dicto meo tantum, facit vt non tenear de euictione extranei,non facit tamen quo minus tenear pretium restituere.Et bene nota ad practicam,quia multi dicerent oppositum,ita tamẽ consuluit grauissimus doctor Ale.de Imo. consi.188.incip.si vendo. & vnam limitationem ad istud dictum posuit Francis.Cremen.infrà not.158.incip.vnus socius. vt procedat illud quod hic dicitur,q tenetur ex facto sui authoris,&c.in authore vniuersali, non autem in singulari,per glo.fi.quam dicit esse singu.relatam ad illum tex.in l.si cum fundum.ff.de verborum significatio.

XXXIII.

1 *Nepotes ex filio naturali prædefuncto,si pater postea concubinam ducat in vxorem, per subsequens matrimonium an legitimati dicantur?*

1 ECce habebam concubinam, ex ea habui filium,& ex filio nepotem,desponsaui istam concubinam filio tamen præmortuo,an tunc dicti nepotes dicantur legitimati per subsequens matrimonium? Quilibet dicetet q sic, per authent.quib.mod.natu.effi.sui non solum filij, sed ẽt
* nepotes dicuntur legitimati.In contrarium*tamen determinat Bald.post. Guliel.de Cun.& Alberi.in l.benignius.ff.de legib.

ADDITIONES.

Sequuntur do.And.Tiraq.in tract.de iure primigen.in q.40. nu.112.vers.5.legitimatio.& Nico. Boer.decisio.240.nu. 16.& Catel.Cor.in memoralib.in ver.legitimatio,quę fit per subsequens. Gab.Sar.

* In contrarium. Huius decisionis ratio est,quia inhabilitas extremi impedit,cum ista fictio requirat personam filij.& hæc decisio Bald.cõmuniter tenetur, vt latè per Iaſ. in l.sijs qui pro emp.versi.ista conclusio Bar.ff.de vsucap. quamuis de ea dubitauerit Soci.in l.Gallus.§.si eius.versi. secundo aduerte.ff.de libe.& posthu.Et idem etiam dicendũ est de legitimatione spurij facta sine iusta & rationabili causa,prout no.Alb.post Ant. in c.per venerabilẽ.3.no. per illũ.tex.in §.in versi.diuersis causis inspectis.extra qui fil.sint legit.& commendat Ant.Rosel.in tract.legitima. li.2.rub.de causa materiali vel subiectiua.vbi dicit, q per hoc poteris destruere multas legitimationes factas p Comites Palatinos.adde concord. p Iaſ.in l.filiusfamilias.§. diui.versi.similiter legitimatio.de leg.1.in posteriorib.scriptis.vbi refert sing.limitationem circa hoc iũctis quæ scribit Corn.consi.1.li.3.& põt cõfirmari ex his quæ in notab. quæst.scribit sing.Bald.in l.eã quam.col.9.versi. sed pone quidã erat ex adulterio.& c.C.de fideic.vbi inter alia dicit. q si clausula non obstante, quæ in legitimatione ponitur, esset in nube posita, & ille qui legitimatur, esset plurimũ odiosus,vt quia ex sacrilegio,vel monachatu,talia verba generalia nõ sufficerẽt quia tã odibiles nõ cõprehẽdũtur. & hanc decisionẽ Bald.pro singulari sequitur & declarat Alex.cõsi.60.vila legitimatione.col.vlt.lib.2. & consi.37. in causa mota per Ang.col. vlt.lib.1.& consi.62.assumam in cõsultatione.versi.his consona.li.1.& ante Bald.consuluit Oldr.consil.247.factum tale est, quidam Rex. de quo cõ filio Oldrad.plura scribit Feli.in ca.postulasti.versi.cæterum.de rescript.

XXXIIII.

1 *Legatum domus ad gaudimentum,an morte finiatur,vel sit perpetuum? Et quid si legetur ad alimenta?Itẽ quid in donatione,vel venditione?*

1 LEgo vxori meæ domum ad gaudimentum. quilibet diceret,q finietur morte,quasi sit legatum habitationis.In contrarium nõ est singulare dictũ Bal.quod est perpetuũ,in l.si habitatio.ff.de vsu & habi. qa modus vel causa de futuro adiecta legato in fauorẽ legatarij non restringit ipsum legatũ.l.4.ff.de ali.& cib.leg.Videamus etiam si mile, quid si testator legat fundũ ad alimẽta, q tale legatũ dr perpetuũ & transmittitur ad hæredes.Bar.in d.l.4.§.fi. & Bart.& Ang.in l.cũ hi.§.si vni.ff.de transactio.vbi dicit esse casum.& Bal.in l.1.C.de fruc.& li.expen.& l.Titia cũ testamẽto.ff.de leg.2.in §.fi.Sed qd diceres in donatione? donaui tibi fundum ad vsum tuũ, an talis donatio transeat ad heredes?Bal.sing.dicit q sic,in l.2.quasi ad fin.C.de inofficio.dona.Sed quid diceres in venditione,vendo tibi fundum ad vsum tuũ,dic q erit libera vẽditio,quia illud verbũ tuum,non ponitur taxatiue, sed demonstratiuè.Istud est singulare dictum Bal.in rub.C.de iure emphyt.

ADDITIONES.

Lego vxori meę &c. Ad ista omnia,vide illustrem doctorẽ Magi.meum do.Iason. in l.cum hi.§.si vni.in fi.1. colum. & prin.seq.ff.de transact. vbi facta mẽtione iuris oĩbus ex duabus conclusionibus gl.ibi facit vnam regulã,q ille cui relinquitur fundus ad alimenta,vel ad gaudimentũ,vel ad vsumfructum,habet plenũ dominium,& nõ finitur morte.Istã regulã limitat ibidẽ Ang.vt q cedat qñ relinquitur ei qui est capax dominij & proprietatis, sed si fieret alicui qui tm esset capax alimentorũ, secus esset, vt in fratribus minoribus,per cle.exiui.de verbo.signifi.alleg.l.seruos.ff. de alim.lega. & vltra cũ fm Magis.meũ Iaſ.facit, quia verba in dubio sunt intelligenda secundum conditionem personarum.l plenum.§.equitij.ff.de vsu & habi.

Ibi,ad gaudimentum. Vide Cur.Iunior.in l.cum quid.in fi. ff.si certum petatur.vbi dicit se consuluisse pro hac parte, Gab.Saray.

* Vide quæ scripsi suprà sing.28.maritus.

XXXV.

1 *Instrumentum in quo promissum fuit salarium doctori,præsumitur anterius omni alio.*

1 REperiuntur duo instrumenta eadẽ die confecta cum hypotheca,nescitur quod prius,& qd posterius. & in vno erat promissum salariũ doctori, in alio erat alia causa priuata.quod præsumetur anterius? Dic q illud præsumitur anterius in quo cõ q promissum salariũ doctori.istud est sing.verbũ Bal.arguẽdo de doctore ad salariũ.ff.fol.ma.l 1.

XXXVI.

1 *Contractus facti corã principe habent naturam bonæ fidei.*

1 OMnes cõtractus de mũdo facti corã Principe habẽt naturã bonæ fidei, quia nihil est q magis in Principe fulgeat,quam vera religio,& recta fides.epistola,inter claras.C.de summa trinita.& fide catho.Istud est singulare dictum Bald.in ca.1.§.si qua.de pace Constantiæ.

XXXVII.

1 *Filij repudiantes hereditatem paternã an teneantur ad munera tuum à patre acceptum, & in eorũ alimenta cõsumptum?*

1 TV mutuaſtit pecuniam pauperi, & ipſe expedit pecunias in alimenta vxoris & filiorum, deinde filij volũt repudiare hæreditatẽ paternam, an potero conuenire eos ad dictum mutuum, etiam ſi repudiẽt hæreditatem paternam? habetis ſingularem doctrinam Bar. in l. his ſolis. ff. de condi. indeb.

ADDITIONES.

Tu mutuaſti, &c. Vide plenius per Bal. in l. fi. C. ad Maced. & licet Bar. in loco hic allega. ſuper hoc reliquerit cogitandũ, Ange. tamen ibi videtur tenere quod filij teneantur, per l. fina. ff. de eo. per quem fac. erit. & l. 2. §. 1. ff. ad legem Rho. de iact. & pro iſta opinio. & facit te. in l. ei qui. ad finem. C. quod cum eo. quem pro notabili alleg. Barto. in l. ſi pupilli. §. 1. ff. de nego. geſt.

* Adde Rom. ſingu. 213. Cæpol. caut. 246. vbi tenent quod filij teneantur. Deci. tamen & Alcia. in l. ſi eum ſeruum. in prin. ff. ſi cer. pet. tenent contrarium.

XXXVIII.

1 *Sententia præſumitur lata ex leuiori cauſa, & minus infamante.*

1 PONe q̃ ſentẽtia poterat † ferri ex pluribus cauſis, quarum aliquæ infamabant, aliquæ non fuit lata ſimpliciter ſententia non exprimendo aliquam cauſam. Dic quod in dubio præſumitur lata ex leuiori cauſa, & minus infamante, vt dicit glo. ſing. l. hoc enim. ff. de excu. tut.

XXXIX.

1 *Pecunia ſi ad vnum tantum ex pluribus inſolidum obligatis peruenieſſe probetur, præſumitur, quod alij fideiuſſores exiterint.*

1 IN eodem inſtrumento † reperiuntur plures inſolidum obligati, probatur pecuniam ad vnum peruenieſſe, præſumitur quod alij fuerint fideiuſſores. vide gl. ſingularem in l. ſed Iulianus. §. item ſi duos. in ver. ad quem. ff. ad Marce. ſecundum quem conſuluit Ludo. Ro. prout ipſe refert in l. generaliter. ad ſi. ff. de fideiuſſo.

ADDITIO.

Tradit do. Andræ. Tiraquel. in tract. ſuo de retractu conſangui. in §. 30. in gl. 1. nu. 8.

XL.

1 *Statutum nouum an deroget pacto priori?*

1 PONe, duæ villæ † vel communitates habent pactum inuicem, quod vna conferat plus, quam alia, & ita habent ex pacto. pone q̃ poſtea fiat renouatio noua per principẽ, vel communitatem, ſub quibus fortè erant illæ villæ, vel communitates, quod omnia caſtra, & villæ cõferant æqua liter ad collectas, & taxas ipſi principi, vel cõitati: an per iſtud nouum ſtatutũ videatur derogatum pacto priori, q̃ erat inter illas duas villas de non conferendo æqualiter? Pridie conſului non derogari pacto. allegaui gloſ. quæ videtur mihi ſingularis in clement. dudum. in ver. pacta. de ſepul.

ADDITIO.

Pone, duę villæ, &c. Dic quod glo. hic allegat. non videtur bene probare iſtud dictum Franc. quia loquitur in pacto ſententia pontificis confirmato, quod non videtur tolli de æquitate per cõſtitutionem ſecutã, quæ nihil dicit de ſententia præcedente contraria, nec habet locum ratio gl. q̃ plus poteſt hoc tale, quam hoc ſimpliciter, cum velit dicere quod maiorem efficaciam habet aliquid iunctum cum aliqua qualitate quam ſine illa. & ſic poteſt pactũ cũ ſententia confirmatio quam ſine ipſa. & ſic videtur illa gl. probare oppoſitũ, ſ. quod in terminis Fran. hoc tollat iſtud pactum ſimplex. & ita videtur tenere Zaba. non tamen ita declarando in cle. fin. hic alle. in verſicu. nos & enim. col. 3. in prin. in 8. quæſtio. in fi.

XLI.

1 *Offerens in ſubhaſtatione certum pretium, an liberetur àſecundo maius pretium offerente?*

1 *Intellectus l. Sabinus. ff. de in diem adict.*

1 TV ſcis, quod † forma incanti & ſubhaſtationis ſit hoc modo, vt plus offerens rem conſequatur, &c. pone nũc quod vnus licitator obtulti mille, deinde ſecundus obtulit mille & centum, an à ſecundo videatur primus liberatus eſſe? Iſte caſus accidit Bald. in ciuitate Aretina, dum quidã princeps Moleſtata incantaret omnia ſua datia, primus obtulerat plus, ſecundus aufugit, qui fortè fuit indiſcretus, princeps volebat cogere primũ. Bar. dixit poſſe cogi, nec eſſe liberatum per oblationem factam à ſecundo: ita dixit Bar. in l. licitator. ff. de public. per tex. in arg. l. Sabinus. ff. de in diem adiec. Contrarium conſuluit Bald. in conſilio ſuo Peruſino quod incipit, Quidã Titius de Arimino, q̃ primus eſſet liberatus. allegat tres leges, primo allegat tex. in l. Valerianus. ff. de prætorijs ſtipulat. & in l. ſtipulatus est opus. ff. de fideiuſſorib. & in l. cum plures. §. lege dicta. ff. loca. vbi per ſecundum actum ante rem perfectam videtur recedi à primo actu. & reſpondit Bald. ad d. l. Sabinus.

2 quod loquitur in actu perfecto & iam cõſummato, vt puta, in venditione perfecta cum pacto adiectionis in diem: quia tunc verum eſt me creditore inuito per oblationem factam à ſecundo non reſcindi primum actum venditionis perfectę, ſecus in caſu noſtro, vbi venditio nõ erat perfecta, ſed ſtabat in ſuſpenſo, donec plus offerebatur ab alio & ita ibi finaliter reſpondit Bald. in prælallegato conſilio & lucratus fuit centum ducatos aureos.

ADDITIONES.

Tu ſcis. &c. Ad hoc poſſent allegari aliqui tex. qui videtur facere ad deciſionem iſtius quæſtionis, vt te. in ca. notti. de electio. in c. cum autem. & c. paſtoralis. de iure patro. & in c. cum laici. eo. tit. vbi gl. quam plures addit in verbo, pœnitentia, quam omnino vide. Conſidera tamen, quia poſſet dici illos tex. nihil facere in propoſito.

Hoc refert & ſequitur Hippolyt. de Marſil. in l. 1. in §. ſi serui quaſi. num. 10. in fi. ff. de quæſtio. & Nico. Boer. i. deci. 248. in prin. nu. 2.

XLII.

1 *Fideiuſſor non poteſt obligari plus, quam principalis. Et quid ſi iuramentum interueniat?*

1 TV ſcis, quod † ſi fideiuſſor obligetur in plus, quam principalis debitor, in nihilo tenetur fideiuſſor etiam in ſumma debita, quia tunc vtile per inutile vitiatur. l. Græcè. §. illud ff. de fideiuſſor. Fallit, niſi interueniat iuramentum, quia ex quo iuramentum habet aliam clauſulam, vt actus valeat omni meliori modo. lege, cum pater. §. filijs. de legatis ſecundo. & Baldus in lege, eam quam. C. de fidei commiſsis. tunc vigore iuramenti tenebitur non vt fideiuſſor, ſed vt principalis. ita ſingulariter dixit Bartol. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ. in materia iuramenti,

ADDITINOES.

Tu ſcis, &c. Ad hoc vide Bald. in l. ſi prædium. in vltima col. verſi. ſed pone. C. de iure dot. & vide glo. in ca. ex reſcripto in glo. ſi. de iureiur. & ſequuntur Bal. Ludo. Ale. & Aret. in l. 1. §. ſi quis ita de verbo. oblig. vide etiam Ang. in l. hi qui. ff. de fideiuſſor.

Adde quæ latius dixi in annotat. meis ad ſingu. Matheſilan. 56. nota hanc regulam. & ibi dictis adde Decium conſilio 379. columna penultima. Paulum Pariſi. conſilio 12. nu. 70. verſicu. quartum dubium. volumin. 1. & Syluanum cõſilio 97. incip. præſuppoſito. columna 6. numero 14. Gabriel Sarayna.

XLIII.

1 *Statuto diſponente, quod debitum nõ poſsit per teſtes probari ſi ſuper credito examinari feci teſtes, & non oppoſui ſti, an videaris renuntiare ſtatuto?*

1 SI ſtatuto caueatur, quod † debitum non poſsit probari per teſtes, ſed per inſtrumentum: quod ſi ego feci examinare teſtes ſuper credito meo, & non oppoſuiſti de ſtatuto, videris renuntiare ipſi ſtatuto, & amplius non poteris opponere. dictum eſt Baldi ſingulare, nec memini vidiſſe alibi, in l. certi condictio. §. ſi nummos. ff. ſi certum petatur.

ADDITIO.

Si ſtatuto caueatur, &c. Ad iſtud dictum facit gl. in l. 1. in verbo, ſententia. ff. de ſer. Et ad iſtam materiam, quod multa valent parte non contradicente, quæ alias nõ valerent, per Feli. in cap. paſtoralis. colum. vlti. de excep. & vide elegãs conſilium Alexan. 122. incip. viſo proceſſu. in 2. volumi. Et adde quod iſtud idem dictum poſitum eſt infrà ſingu. 152. inci. ſtatuto ciuitatis.

XLIIII.

1 *Fideiuſſor fiſci an habeat beneficium excuſsionis?*

1 AN fideiuſſor † fiſci habeat beneficium excuſsionis? qui libet diceret quod non, per ea quæ habentur in l. fi. ff. ſi cert. pe. & in l. 2. ff. qui tatiſd. cog. vbi quando principalis eſt potens, vel caſtellanus. vel difficilis ad exigendum, qd̃ tunc fideiuſſor non poteſt opponere, quod prius excutia tur principalis. Tamen de fiſco habetis gl. ſingularẽ, quod poſsit opponi dicta exceptio excuſsionis, in l. ſentẽtia. C. de fideiuſ.

ADDITIO.

Alex. Iaſ. Deci. & Moder. ſequuntur in l. fi. ff. ſi certum petatur. Roma. conſi. 93. viſis quæ ſuperius. & in ſingul. 641. incip. ſcis quod hodie. & Bartho. Chaſſæ. in commenta. con ſuetud. Burgun. in 5. rubic. *le creancier peut pourſuiure*. §. 2. in ver. *Son principal obligé*. nu. 2. verſic. mihi videtur. in fin. Gabriel Saray.

XLV.

1 *Conculcatio verborum in inſtrumento nihil operatur.*

1 PONe, dicitur † in inſtrumento, confeſſus fuit recepiſſe, & habuiſſe, & etiam habere, an illud verbum, habere, additum importet aliud etiam vltra ſimplicem confeſsionẽ quod interuenerit numeratio? Eſt dictũ ſingulare Ang. quod nihil operetur, in l. ſi ex pluribus. in ver. & habere. ff. de ſolu. per illam gloſſ. valde notabilem, quæ dicit, eſt cõculcatio verborum. tene menti perpetuo, quia pulchrum eſt.

ADDITIONES.

Pone, dicitur, &c. Iſtud dictum excuſsit prius à Ludo. Roma. ſingu. ſuo. 642.

Alexand. ſequitur in apoſti. ad Barto. in l. ſi ex pluribus. ff. de ſolut. & Bal. in l. ſi ex cautione. col. 3. C. de non num. pecu. Gabriel Sarayna.

XLVI.

1 *Verbum, Super, an importet hypothecam?*

1 MVtuaui tibi cẽtum ſuper tali fundo, vel domo, quid importent illa verba, ſuper? dic q̃ important hypothecam, vel pignoris nexum, te. eſt fortè ſing. in l. codicillis. §. inſtituto. ff. de le. 2. quem tex. ad hoc ponderauit Bar. in l. fundus. ff. de an. leg.

ADDITIONES.

Mutuaui, &c. Iſtud dicas prius ſciuiſſe Lud. Roma, ſingu. ſuo 631. incip. cum dico, preſta mihi centum.

Adde Ro. conſi. 388. in caſu in princi. & conſil. 518. preſens. in princip. Alexand. & Iaſ. in l. reſcriptum. §. ſi pacto. in fin. ff. de pact. Ioan. Franciſ. de Ripa in rubric. de pig. colum. 2. Ludo. Gomeſ. in §. item Seruiana. num. 34. Inſtit. de actio. Gab. Sar.

XLVII.

1 *Stipulatio debet fieri vtroque loquente, & an vtroque vidente?*

1 TV ſcis, † quod ſtipulatio ſit vtroque loquente. leg. 1. ff. de verborum obliga. quæro an dicetur confici vtroque vidente, & an requiratur viſus vtriuſque contrahentis, vt puta, ſi promittens ſit in turri, & promittat 10. mihi ſtipulanti extra turrim exiſtenti, gl. habetis ſingu. quod valebit ſtipulatio, nec requiritur viſus, in §. item verborum. Inſtit. de inuti. ſtipul. quam glo. Bald. dicit eſſe ſingularem in quibuſdam apoſtillis, quas habeo in l. 1. in prin. ff. de verbo. oblig.

ADDITIO.

Tu ſtis, &c. Facit dictum Bar. in l. 1. in princi. hic alleg. vbi dicit, q̃ ſi duo eſſent in duabus ciuitatibus, & ſe ex turribus exaudirent, dicerentur ſatis eſſe præſentes quo ad celebrãdam ſtipulationem. & adde gl. concordantem ad iſtam hic allega. in c. teſtes. in ver. præſentia. 3. q. 9.

XLVIII.

1 *Confinatus in quinquennium, an finito quinquennio ſine licentia ſuperioris poſsit liberè & impunè reuerti in ciuitatem.*

1 CONſuluimus † heri famoſiſsimus doctor do. Manſuetus, & ego in quadã pulchra cauſa. Quidam fuit confinatus vel relegatus ad aliquem locum vſque ad quinquẽnium, an finito quinquennio ſine aliqua licentia ſuperioris poſsit reuerti ad ciuitatem liberè & impunè? Cõſuluimus q̃ ſic, quia vltima dies quinquẽnij licentiat. pro hoc facit. C. de teſti. l. ſi quando. ita punctualiter refert Bald. in proœ. Dig. §. hæc autem tria & firmat Ange. in lec. antiq. in l. ſi vnus. §. ſi cum reo. ff. de pactis. & Bal. in l. actione. §. Labeo. ff. pro ſocio.

ADDITIO.

Conſuluimus, &c. Adde quod idem tenuit Baldus in capitu. ex literis. de conſtitu. & in conſilio 24. incip. caſus talis eſt. in 1. volumi.

XLIX.

1 *Pactum de non petendo factum poſt contractum nõ tollit obligationem ciuilem, nec actionem ipſo iure ſecus ſi in contractu fiat.*

1 PActum de non petendo † factum poſt contractum non tollit obligationem ciuilem, nec actionem ipſo iure. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. & ibi habetur. ff. de pactis. Tamen ſi ipſum pactum fiat de non petendo in ipſo contractu principali. i. antequam contractus habeatur pro abſoluto, tunc non oritur actio ipſo iure, quia impedit actionẽ oriri ab initio. iſte textus ſingularis, de quo exclamat Baldus in lege, rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi certum petatur. ibi, nõ amplius ipſo iure, &c. quod dictum non videbitis relatum in dicto §. pactus ne peteret. & de vtilitate iſtius dicti dixi in dicto §. ſi tibi dedero. præalleg.

ADDITIO.

Pactũ de non petendo, &c. Adde, quod dictum Baldi, in l. ſi tibi. hic allega. ſequũtur communiter docto. per illum textum. & facit lex, non omnis, in principio. eodem titu. & l. obligationum ſubſtantia. ff. de actionibus & obligationibus. & bene facit vulgata regula, quia facilius quid impeditur fieri, quam tollatur iam factum. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. &c. quemadmodum. extra de iureiur. & allegatur ad limitationem l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. cum gl. ff. de pact.

L.

1 *Statutũ ſi dicat, Si quis voluerit venenare, intelligitur, id eſt voluntariè venenauerit.*

1 DEfenſaui ſemel vnum captum à pœna mortis. Dicebat ſtatutum, Si quis voluerit venenare aliquem, vel interficere, pœna capitis multetur. Quidam præparauerat venenum in aliquem, & antequã daret bibere, fuit detectus, ille officialis volebat facere illum decapitari. allegaui ſingularem doctrinam Bartol. in lege, finali. ff. de rerum diuiſion. vbi concludit, quod ſtatutum debet intelligi, id eſt, ſi volũtariè venenauerit. vel interfecerit, per illum textum. cum gloſſa optimè probante. Sed nunc addo glo. in lege, quod ſi ab initio. ff. ſi certum petatur. vbi dicit gl. ſi voluerit vti, id eſt, ſi voluntariè vſus fuerit. l. ſępe. in fine. ff. de verborum ſignificatio.

ADDITIONES.

Defenſaui, &c. Quando quis dicatur velle vel nolle? Barto.

in l.prædium.C.de ædil.edicto?
Vide Deci.in l. certi condictio.§. de posui.col.2.nu.8.ff. si cer.pe.qui hoc singulare reprobat, & Bar.in d.l.fi.ff.de rerum diuis.& ibi apostil.per ea de quibus ibi per eum.Et latius in l.nō vult hæres esse.nu.2.ff.de reg.iur.Sed do.Tho. Gra.deci.2.inci.Francesch ell.col.3.nu.12.& 19.ipsum singulare defendit.Et in voto 3.& 30.& Cæpol.consi.vlt.crimi.& Ant.de Bur.in c.1.de resci.& latius per Carre.in sua pract.cri.in §.homicidij.nu.97.& Catel.Cot.in memora. in ver.homicidium vt possit puniri.ver.proinde. G.S.

LI.

1 *Primogenitus Regis, qui debet succedere in regno, dicitur ille qui post regiam maiestatem adeptam ortus est, non ante.*

VIdi pulchram disputationem ad meusam Ducis Mediolani, quia stat, ibi consuetudo, & statutum, ꝙ primogenitus* Ducis succedat in ducatu, & Dux Mediolani antequā esset dux, progenuit aliquos filios, & postquā
1 fuit dux, genuit aliquos. Ego dixi, †quod secundogenitus natus in ducatu dicebatur primogenitus. non autem alius ante ducatum ortus. allegaui doctrinam Bald. valde singularem in l.imperialis.§.fi.C.de nupt. vbi Bald. arguit ad consuetudinem, vel statutum de primogenito Regis, nā Rex habebat duos filios. quorum vnus natus erat ante adeptā regiam maiestatem, alius autem post regiam maiestatem, & concludit secundogenitum esse primogenitum Regis, per illum textum optimè probantem, & l.senatoris filiū. ff. de senat. quia debet esse primogenitus Regis, & à Rege procreatus. Adde Bar.in l.cum satis in vlti.col.C.de agrico. & censi.lib.11. quia qualitas adiuncta verbo significat secundum verbi tempus. l.in delictis.§.si extraneus.ff.de noxal.l.ex facto.§.si quis autem, vbi vide.ff.ad Trebel. & vide Bart. latius loquentem in materia in l.senator.C.de pig. lib.12.& glos.l.in dicta l.imperialis.

ADDITIONES.

Vidi pulchram, &c. Istud alias secundo studij mei anno publicè disputaui, de quo vltra locos hic alleg. vide per Abb. in c.ex insinuatione. de iure patr. plenissimè per do. Mart. Caractum Laudensem in suo tract. de primogenitura. posui aliqua in addition. meis in dictionario Alberici in verbo primogeniti. An primogenitus succedat in feudo, in dicto c.ex insinuatione, & in ca. dilecti. de arbi. Itē an in Regno succedat filius primogeniti & non patruus. Panormi. in cap. licet. de voto. plenè per Bal. in l. cum antiquioribus. C. de iure deliber. & per Caractum vbi suprà satis cōgruè distinguentem, quam distinctionem videtur approbare Ant. Cor. vbi plenè loquitur de ista vltima quæstio. in repeti. ca. grandi. colu. 27. per totam. & 28. etiam per totam. de sup. negli. prælat. in 6. de qua etiam per Oldr. consi. 94. incip. eleganter circa negotium. in 9. col. ibi, sed certū est. & consil. 224. incip. istæ sunt allegationes, cuius motiua refert Anch. in d.c. licet. de voto. vide etiā consi. Panormita. 87. & quoddam aliud consilium Paul. de Castro 148. secūdum veterem impressionem.
Adde do. And. Tiraq. in tract. primogeni. in quæsti. 31. nu. 8. ver. præterea. & Catel. Cott. in memor. in verb. primogenitus excludit. Gab.Sar.
* Primogenitus. Quid autem si duo eodem instanti nascerentur, & de ordine vel prioritate non appareat, quis eorū tanquam primogenitus regnabit? Istam quæsti. format Bal. in proœm. Digest. o. §. si itaque. col. vlti. versic. item cōsuetudo. & c. vbi arguit ad partes, & postea concludit, ꝙ ambo regnabūt eodem tempore. nisi ex aspectu corporis posset colligi, quis primo in lucē fuerit editus, vt si eorum alter esset formosior, vel robustior. & hoc dictū Bal. refert Are. consi. 163. diligenter & maturè. versi. & pro istorum. & latè scribit Felin. in c. capitulum sanctæ crucis, versi. de duobus natis. extra de resci. & in c. licet causam. in fi. de ꝓba.

LII.

1 *Legitimatus non potest plus consequi à patre, quam alteri si latus legitimè natus, cui pater minus reliquit.*

1 FIlius legitimatus †non potest plus cōsequi à patre, quā alter legitimè natus, etiam cui pater reliquit minus. & ideo si pater habet tres filios, duos legitimos, & vnum legitimatum, & mille legauerit legitimato, & alteri filio legitimo vnum denarium, ab vno supra vsque ad mille auferetur à legitimato, & ꝓ æqualibus portionibus diuidetur inter alios filios legitimos, & naturales. vide textum singularem in §. & quod variè. in authentic. quibus modis natu. effi. leg. Cogita, quia iste legitimatus erit peioris cōditionis quam quilibet alius extraneus.

ADDITIONES.

Filius legitimatus, &c. Facit illud quod dicitur, quod statute statuto, quod filia succedat in vna vncia tantum, quod legitimatus succeder pariter in vna vncia tantum. ita Bal. in c. per tuas. maio. & obc. Alexan. in l. sed si hac. §. patronum. de in ius vocan.
Hoc idem refert & sequitur Ias. in l. 1. colu. antepen. ver. item attende. nu. 31. C. quando tiō peten. part. vbi plura de hoc ponit. & Anto. Rose. in trac. de legitimat. Et Catel. Cott. in memora. in versic. legitimatus per oblationem. Gabriel. Sarayna.

LIII.

1 *Statutum si disponat, quod mortua vxore in matrimonio, maritus lucretur tertiam partem dotis, an statuti lucrū habeat locum, si ambo simul pereant?*

1 STatuto† cauetur, quod mortua vxore in matrimonio maritus lucretur tertiam partem dotis, quid si ambo simul moriantur, vt puta ex naufragio, vel ex domus ruina, & nescitur quis anterior, & quis posterior fuit mortuus, an isto casu habebit locum statutum? Breuiter dicite quod sic, fauore, lucri ipsius dotis. ita singulariter dicit Bal. in l. si possessor. §. si eodem. ff. de religio. & sump. fune. per illum tex. cum gl. sua. Sed vltra Bald. ego allego optimum tex. in l. cum hic status. §. si arabo. ff. de donat. inter virum & vxorem. vbi si maritus & vxor simul moriātur, ad donationē validandam præsumitur præmortuus donator, siue donās fuerit maritus, siue vxor. quod nota.

ADDITIO.

* Statuto cauetur. Contrariū in hoc tenet Bart. in l. qui duo. §. si maritus. & in l. quod de pariter. ff. de reb. dub. Io. And. in cap. fina. in fin. princip. extra de donat. inter virū & vxorem. & consuluit Signor. de Homo. consilio 9. inci. in nomine domini, quæstio præsupponitur in hac forma. Et p dictum statutum intelligitur de morte naturali, non ciuili, puta ingressu monasterij, secundum Ioannem Andræ. & Præpos. Alexand. in dicto c. fina. Item non habet locū prę dictum statutum, si vir vxori infirmæ medicum non adhibuit, vel si imperitum adhibuit, vel aliter cā dereliquit. argum. l. Marcellus. §. si mancipium. ff. de ædilic. edict. & per Angelum Areti. in §. fuerat. colum. 8. vers. quæro, quid si in casibus in quibus. & c. vbi allegat glos. in l. fina. ff. soluto matrimon. & facit glos. & quod ibi Docto. in l. si ab hostibus. §. prim. ff. soluto matrimo. Item non habet locum in dote promissa. vt not. Bart. o. l. iubemus. §. sanè. C. de sacro sanctis eccles. ijs. refert Mathes. singula. 73. nota, quod statutum.

LIIII.

1 *Obligatio rei specialis, & postea omnium bonorum an dicatur conditionalis, si res specialiter obligata non sufficiat?*

1 OBligaui tibi domum meam specialiter, & etiam omnia alia bona mea præsentia & futura, an tunc illa obligatio totorum bonorum. dicatur pura uel conditionalis, casu quo domus non sufficiat ad totum creditoris debitum? Casus est forte singularis in l. 2. C. de pignorib. vbi dicitur, quod est conditionalis & subsidiaria, ex quo in foro quod talis obligatio continet minorem utilitatem, quam si solum fuisset generalis. per te. in l. qui generaliter, ff. qui pot. in pig. hab.

ADDI-



ta, vt facit consentire filios primi matrimonij, quia tunc cessabunt dictæ pœnæ, de quibus supra.

ADDITIO.

Obligaui, &c. Ad hoc vide Alex. consi. 118. circa fi. col. pen. in qnnto volumine.

LV.

1 *Pignus aquè idoneum potest surrogari in loco pignoris prius dato dati.*

1 QVæritur, si† penes Iudæū sit pignus, vtputà, Digestū vetus, an ipso inuito possim subrogare æquè idoneū pignus? habetis gl. singularem quod sic, in l. Titio. ff. de pignor.

ADDITIO.

Adde Hieronymum Cagnol. in l. plus cautionis in rem. nu. 6. ff. de regu. iur. Gab. Sar.

LVI.

1 *Vulnerans antea vulneratum, & iam animam exhalantē, tenetur de occiso, & primus qui percussit de vulnerato tantum.*

1 QVidam† malus aduocatus etiam modicæ conscientię euasit quendam amicum suum à pœna mortis. Ecce quidam nobilis quasi interfecerat suum inimicum vulnenere mortalissimo, ita ꝙ illico fuisset moriturus. aduocatus consuluit, quod vnus famulus reiteraret ictum cū ex cussione vitæ, euasit ille nobilis, quia solum tenebatur de vulnerato, secundus autem de occiso, vide tex. in l. item Mela. §. Celsus. ff. ad leg. Aquil. Adde calum in l. huic scripturæ. §. si seruus. ff. eo. tit.

ADDITIONES.

Adde Roman. singul. 360. quidam fuit vulneratus. vbi idem tenet.
Idem sequitur Cæpola caute. 5. versi. quidam. Feli. in c. de cætero. de homicid. Alex. & Ias. in l. si ab hostibus. ff. fol. mat. Hippol. de Marsil. in practi. in §. opportunè. nu. 5. & in l. 1. in 15. limitat. ff. ad leg. Cornel. de sicar. & in l. nihil interest. nu. 18. ff. cod. tit. Et late Carrer. in tractatu homicidij, in §. 1. in 4. q. Vide tamen And. de Ysern. in constitut. Regni incip. terminum vitæ. in rubr. de homici. punien. in verb. aliter comprehendere. versic. secus de illo. qui videtur tenere, quod ambo teneantur de occiso. Gab. Sar.

LVII.

1 *Legatum factum de Digesto seu Infortiato, an dicatur alter natiuum.*
2 *Dictio, Siue, habet vim copule.*

1 LEgo Digestum, †seu Infortiatum, an dicatur legatum alternatiuum, an autem vtrunque debeatur? vide tex. quem credo singularem, quod vtrūque debeatur. in l. si ita. ff. de auro. & argen. leg. quia exponitur seu, pro &. Dicas idē si legatur Digestum vetus, siue Infortiatum. vide tex. sing. in l. cum quis decedens. §. de leg. 3. quod habet† vim copulatiuæ illa dictio sine.

ADDITIO.

Vide quæ scribit Lanfr. de Oria. in repetitione cle. sæpè. de ver. sig. in ver. sine figura iudicij. in prin. & ibi Celsus Hugo in additio. incip. adde pro hoc tex. Gab. Sar.

LVIII.

1 *Legatum si vni fiat de proprietate rei sub conditione, & alij de eius vsufructu, an si vsufructuarius proprietatem ab hærede acquirat, & postea conditio legatæ proprietatis eueniat, vsufructuarius possit vsumfructum separare? Et quid de emptore rei, quæ per retractum consanguineorum auocatur?*

1 TEstator legauit† tibi fundum sub conditione. i. proprietatem, alteri autem. s. Titio, vsumfructum. Item iste Titius pendente conditione acquisiuit ab hærede proprietatem, postea euenit cōditio proprietatis, iste Titius vult separare vsumfructum, quia dicit vsumfructum durare vsque ad mortem suā. l. corruptionem. C. de vsufr. §. fi. instit. eod. titul. Dic quod nihil poterit retinere, quia facto suo fuit consolidatus ipse vsusfructus cum proprietate, casus est sing. in l. si tibi fundi vsusfructus. ff. qui. mo. vsusfructus. Lud. Roma. sing. 61. dicit esse singularem. Sed tu vide Bal. allegantem plures consimiles in l. si maritus. C. de inoff. testa. Sed vltra Lud. quid si statuto caueatur ꝙ proximior infra annum possit recuperare rem alienatam per consanguineum, vsusfructuarius emit à quodam tertio proprietatem quo casu vsusfructus fuit cōsolidatus cum proprietate, pone proximior infra annum vult retrahere rem alienatam, & recuperare, an iste empor poterit separare vsumfructū? quilibet diceret ꝙ non, per tex. in d.l. si tibi fundi. Sed reperio singulariter Bal. contrarium determinasse in isto casu de statuto in d.l. si maritus. C. de inoffi. testa.

ADDITIO.

Adde Andr. Tiraquel. in tract. de retractu consang. §. 1. in gl. 7. nu. 62. & seq. Doctor. in l. si maritus. C. de inoffi. testa. & Ro. sing. 61. incip. fuit cuidam vsusfructus. G. Sa.

LIX.

1 *Compromissum acceptare nemo cogitur, nisi sit coniuncta persona vtrique litiganti.*

1 NEmo cogitur acceptare compromissum l. 3. §. tametsi. ff. de arbi. fallit nisi sit coniuncta persona vtrique litiganti. Bal. singulariter in l. 1. §. quamuis. per illum tex. ff. vbi pup. educa. deb. de quo tex. ibi exclamat Bal & ille tex. optimè probat, vbi coniuncta persona cogitur suscipere educationem pueri, quia alias non cogeretur si nō esset cōiuncta persona ipsi puero.

ADDITIO.

Adde quæ diffusè scribit Hippoll. de Marsi. in l. 1. §. seruum municipium. nu. 6. ff. de quæstio. & in l. de minore. §. tormēta. nū. 15. & in l. extraneo. §. de quæstione. nu. 2. ff. eo. tit. Io. de Arno. epit. 27. Gab. Sar.

LX.

1 *Pecunia est de his rebus, quæ seruando seruari non possunt, nisi sit ad emptionem prædiorum deposita.*

1 PEcunia est de his rebus† quæ seruando seruari non possunt, ideo poterit alienari per minorem sine alio decreto. vide gl. & Bar. ff. ad Treb. in l. 1. §. fuit quæsitum. fallit nisi sit deposita ad emptionem prædiorum, quia tūc dicitur de pecunia, sicut de ipsis agris. vide text. valde singularem in l. 3. §. quid ergo. ff. de contrario iudi. tute.

ADDITIONES.

Pecunia est de his rebus, &c. Ad hoc vide plenissimè per eximiū doctorem. Ale. mo. in l. 1. §. fuit quæsitum. col. 1. qđ tamen singulariter limitat. ff. ad Treb. sed de hoc dixi plenius in sing. Lud. Ro. nu. 104. inci. Tu habes quod pecunia est. & c. à quo Fran. nolter subtraxit istud quod suum facit dictum. vide etiam Ant. Corsi. sing. 222. in ver. pecunia. vbi addit duas quotas.
Sequitur Ro. consi. 188. in hac. vltimo dubio. Io. Frā. de Ripa, in d.l. 1. §. fuit quæsitum. Io. Dilectus in trac. de arte testādi in rub. de varijs testa. præceptis, cautel. 5. & 14. doctores pro hac parte allegat Nic. Boer. deci. 209. additio. In contrarium est cōis opinio, vt per Mariā. Soci. Iunior. consi. 120. circa primā. co. 3. vol. 1. & 25. qui doc. hāc opi. tenere refert quos refert. etiā d. And. Tiraq. in trac. de retractu consangui. §. 1. gl. 7. nu. 103. & 106. & vide Ale. consi. 97. alias de facto cōsu. col. 2. & nō oblt. ꝙ destinatio. nu. 6. vol. 3. G. Sa.

LXI.

1 *Seruitus ducendi aquam, an transeat ad hæredes si deliciū fuerit, quod ducere possim aquam per fundum tuum vbicunque & quomodocunque voluero.*

1 COnstituta est seruitus† mihi de ducēdo aquam per fundum tuū ad fundum meum, & vbicunque & quomodocunque voluero, an talis seruitus transeat ad meos hæredes? Videbatur ꝙ sic, quia seruitus realis est perpetua cum ipsa re, quia seruitus realis debetur à fundo. ita dicit tex. in l. qui aliena. §. fi. de neg. gest. casus sing. est in cōtrarium ꝙ seruitus talis est personalis & solum durabit vsque ad vitā meam. vt in l. pe. ff. de seruit. rusti. prædio. & dicit ibi Bald. ꝙ quilibet diceret contrarium, nisi videret illū te. quia natura seruitutis alteratur ex illis verbis, & vbicūque voluero.

ADDITIO.

Adde Alciat.in libr.despunctio.2.capitulo 12. Gomes. in §. equé.num.9.Institu.de actio.Ioan.Corasi.in l.1.in versic. aqueductus.ff.de seruitu.rusti.prædi. & in l.vt pomum.ff. de seruitu.Deci.consi.262.in causa.per totum.& demum Cæpol.in tracta.de seruitu.rustico.prædio.c.4.& 7.in principio.Rom.sing.70.

LXII.

1 *Tertius possessor eum titulo & bonafide decē annis hypothecariam præscribit, & qua cautela vsque ad 30.annos possit auocare rem præscriptam à possessore.*

1 VOlo tibi dare vnā caut.quā fortè nunquam audiuisti. Tu scis quod tertius†possessor cum titulo & bona fi de præscribit hypothecariam 10.annis.l.1.& 2,C. si aduer.cred. quia semper subintelligitur instrumētum hypothecarium,vel precarium,secūdum formam l.quod meo. in prin.& l.interdum.ff.de acqui.poss.Tamē quia vltra hypothecariam etiam tibi competeret condictio ex lege.l.fi. C.de acqui.pos.& pulchrè dicunt Ange.Imol. & Roma.in l.exitus.ff.de acquiren.poss.Bal.in l.1.C.de reuo. his quæ in frau.credi.& in d.l.fi.& consuluit Ludoui. Roma.in cōsi. 439.tum quia condictio ex lege est personalis,& durat vsque ad 30.annos,vt l.2.C.de consti.pecu. & habetur in l. per Barto.& doct.C.de condi.ex leg. tunc vsque ad 30.annos poteris reuocare à tertio possessore per condictionē ex d.l.fi.quam cautelam omnino pondera.

ADDITIONES.

Volo tibi,&c. Ad dictum istud vide etiam Flori.in auth.hoc si debitor.C.de pigno. & Iacob.Butr.& Moder.in l.fi. hic alleg.& Iac.in auth.sed hodie.C.de actio.& obligatio. & Bal.ibi in princ.idē dicentem quando proceditur contra tertium possessorum possidentem nomine debitoris, & etiam in pignore prætorio, secundum Baldū in l.1. C.de reuo.his quæ in feud.credi.hic allegat. Quid autem in hypotheca legali,per Ias.in §.item seruiana. Institu.de actio. per Moderno.Vbi supra.

Hoc singulare refert,& illud reprobat Cur. Iunior in rub.ff. si cer.pe.col.5.ver. & ideo reputo.nu.17. Et vide Matth. de Affl.deci.139.nu.6. Gab.Sar.

LXIII.

1 *Statuto disponente quod potestas in officio reformari non possit,an eius familia poterit reformari?*

1 STatuto†cauetur,quod potestas non possit reformari in officio,dubitatur an poterit familia eius saltem reformari?Bal.singulariter in l.1.C.si rector prouin.dicit q̄ nō obstante tali statuto, poterit familia reformari. quod est notandum.

LXIIII.

1 *Vestes,quas habet domi,si vxori legentur,an veniūt illæ, quæ sunt apud sartorem?*

1 TEstator legauit†vxori suæ vestes, quas habebat in domo,aliquæ erant penes sartorem fortè incisæ,sed nōdum confectæ,an tales vestes veniant in legato? Breuiter dicite quod sic,quia quanquam penes sartorem essent,tamen destinatio animi mariti erat, vt factis vestibus reducerentur domum.ita pulchrè dicit Bar.in l.ex facto.§. rerum.ff.de hære.instī.

ADDITIO.

Adde quę in simili notatur decisio. Thol.388.& sequent. Gabriel Saray.

LXV.

1 *Vestes prohibitæ portari an veniant in legato vestium.*

STatuto huius ciuitatis cauetur, quod vestes cum margaritis non possint portari,& sic aliquæ vestes erant prohibitæ portari,aliquæ non,maritus legauit vestes vxori,in
1 distincte legando,† an videantur etiam relictæ dictæ vestes cum margaritis,quæ erant prohibitæ portari per statutum?Bartolus singulariter dicit quod non veniēt in legato in l.quamuis.fi.de auro & argento lega.Istud videtur mihi durum, quia saltem posset deberi æstimatio,quamuis sint aliter prohibitæ,& ideo reperio Bald.in l.cum te.C.de dona.ante nuptias.& in rubr.C.de condictio.furt.quod saltē debebitur æstimatio quod videtur verius.

ADDITIONES.

Statuto,&c.Adde Bart.in l.1.C.ne liceat in frę.eque.lib.11.& in l.prima.C.de vesti.olo.eod.lib.q̄ autem debeatur æstimatio,potest decidi ex his quæ not.per Romanū & Modern. in l.multum.ff. de verborum obligationib.vide etiā Baldū in l.in legatis.C.de legatis.& quid in perlis siue Zotis fictis?Bart.in l.prima.§.hoc interdictum de cisterna.ff. de fonte.ad ista vide etiam per scribentes in capi.iudicāte. de testi.

Et an Episcopus possit†condere statutum,quod mulieribus certa ornamēta deferre non liceat, tradit Ioānes Andreas, in capitulo.ea quæ fiunt.de regulis iuris,in sexto,in mercuria, quem refert Alexan.in l.prima.in princi.columna. prima.numero 7.in fi.ff. quod quisque iur. Et adde quod statutum quo cauetur,quod mulieres non portent perlas, est preter rationem,ideo non extenditur secundum Bald. in l.fi.ff.de legib. Gab.Saray.

LXVI.

1 *Alimenta an matri debeantur,quando testator iussit filios suos alimentari penes matrem?*

1 TEstator iussit filios † suos educari,seu alimentari penes matrem,nihil dixit de alimentis dandis matri,an tunc per illa verba videantur tacitè relicta alimēta? Habui nunc istam quæstionem. decidi deberi alimenta matri, propter theoricam notabilem Bal.in l.si mulieri.ff. de vsu fruct.accre.Fortius etiam dixi q̄ si reliquisset vxori habitationem cum filijs,quod tacitè videntur legata alimenta ipsi vxori.allegaui dictum Bald. quod videtur mihi singulare in l.fi.C.de edicto diui Adria.tol.

LXVII.

1 *Statutum domicilij viri,& non vxoris attenditur ad lucrandam dotem,nisi vxor virum ad eius domum traducat.*

STatuto Florentino cauetur,quod mortua vxore in matrimonio maritus lucretur dotem,vxor est Florentina, & maritus Senensis,& sunt cōtraria statuta his,& ibi moritur vxor in matrimonio, † quæritur quod statutum tūc attendetur?dic quod attenditur statutum domicilij viri,& non vxoris ad lucrandam dotem.l.exigere dotem. & ibi Barto.& Bal.& Ang.ff.de judic.Bar.in l.cunctos populos. C.de summa tri.pulchrè Bal.in auth.omnes peregrini. C. communia de succes.pulchrè in c.fi.de foro compe.Fallit
* quando vxor duceret maritum ad domum vxoris *quod esset signum maximę tristitiæ,quia tunc inspicietur statutum vxoris.ita singulariter dixit Bald.in l.fina.uersi. sed si vir.C.si à non competen.iudic.

ADDITIONES.

Statuto Florentino,&c.Ibi,fallit quando vxor. Adde q̄ dictum Bal.in loco hic alleg.col.2.ver.modo ego quero quare actor.est intelligendum secundum Moder.in ca.fi.col. pen.versi.3.limita,de sponsalib.dummodo appareat quod maritus intendat ibi perpetuo velle habitare.per doctos.in l.lex Cornelia.§.1.ff.de iniur.facit quod no.gl.in l.2.§.1.C. de incolis.lib.10.facit etiam tex.in l.nihil.ff.de cap.sed vltra istam fallētiam vide alias sex notabiliter accumulatas per Moder.in d.c.fi.col.pen.& vlti.

Tradunt hoc etiam Catel.Cot.in memoral.in verb.dos repetitur circa fin.& Ioan.de Arno.epito.28.& pulchrè Bart. Chassæn,in commenta.consuetud.Burgundię.in rub.4.in §.*Femme mariée*.in vers.*au duchè de Bourgonge*.nu.7.Dec. cōsilio 402.in princip.Parisius consilio 34.nu.14.volumine 3.Barba.consi.56.vol.2.Riminald.consi.237.in prin.& cons.592.in princip.nu.2. Gab.Sar.

* Ad domum vxoris.Intellige hanc limitationē,dummodo appareat quod maritus inteudebat in domo vxoris perpetuo habitare.& hoc dictum Bal.pro sing.approbat Ias. in l.1.ver.secundo limita.C.de summa trini.& fid. cathol. in lectu.& in repent. & consuluit Deci. consilio 283.per totum.



totum.& est memoria dignum ad limitationem l.exigere dotem.ff.de iudic.Et not.quod regulariter dos repetitur in domicilio viri,& non loco contractus celebrati. per te fing.in d.l.exigere dotem.ff.de iudic.& ibi scribent. & cō. suluit Bal.consi.471.quæritur vtrum hæres.lib.1.& cōsi. 31.statuto ciuitatis Altensis.lib.3.& ideo statuto in ciuita te mariti disponente,quod vxore,sine filijs decedente,maritus dotem lucretur,licet in foro vxoris contrarium statutum disponat,tamen seruatur statutum domicilij viri, vt concludunt Bar.& omnes in d.l.cunctos populos.C.de summa trini.& fide catho.& consulu.t Bal.consi.53.quędā domina Richabella.lib.5

LXVIII.

1 *Statutum domicilij viri attenditur ad lucrandam dotem, & si vir domicilium mutet, an statutum primi domicilij attendatur,an secundi?*

VNus scolaris meus semel mihi fecit magnū honorē, quia allegando inuenit vnum meum consilium.Statuto,mariti cauebatur,quod mortua vxore in matrimonio vir lucraretur dotem,quo casu dixi attendi statutum loci mariti in dicto superiori.ille maritus mutauerat domicilium,ita quod nunc tempore mortis vxoris erat cum vxore in alio domicilio.fuit dubitatum†quo ad dotem lucrandam quod statutum attenderetur,an primi domicilij, an secundi,in quo residebat tempore mortis vxoris? Consului inspici statutum primi domicilij,& istud debere seruari quò ad dotem lucrandam.allegaui singularem doctrinam domi.Ant.de But.& do.Abb.Sicul.in terminis, vbi decidunt istam quæstio.in finalibus verbis in c.1.de sponsa.& ita fuit obtentum cum magno suffragio dicti scolaris.

ADDITIO.

Vnus scholaris,&c.Ad istud vide quam plures authoritates accumulatas per Moder.in c.1.col.pen.versi.secunda conclusio.de sponsalib.vbi vltra limitationem de qua in prę cedemi not.agregauit alias sex multum notabiles per prædicta sub sequen.co.

LXIX.

1 *Maritus si consecutus sit pœnam dotis non solutæ, an soluto matrimonio eam restituere debeat?*

2 *Quærendum non est an de aqua fiat acetum,& quot requirantur ad faciendum falsam.*

1 SI maritus †consecutus est pœnam,quia non soluebatur sibi dos,an soluto matrimonio debeat restituere vxori penā cū dote,an autē possit pœnam ꝑcipuā retinere?Breuiter,aut ista pœna fuit exacta à muliere,vel a patre mulieris & tunc tenebitur eam restituere.ff.soluto matrimo.l.quoties.ff.de iure dot.l.non solum. Aut recepit illam pœnam ab extraneo,& tunc non tenebitur restituere illam pœnā exactam,cum illa incrementa tantum pertineant ad maritum.ff.de iure dot.l.dotis fructus.in princi.& l.de oneribꝰ C.de iure dotium.ita pulchrè Ang.in l.& vbi.ff.de petitio hæredi.& istud est valde notandum. Nec omnia quæ affero,dico esse singularia,sed pollicitus fui vobis omni lectione dare tria dicta vtilia, & notanda quia non est quærendum
2 tan de aqua possit fieri acetum quidam allegant gl.sin gul.in l.in venditionibus.ff.de contrahenda emptio.nec etiam quot requirantur ad faciendum falsam.gl.est in,l.quidam.ff.de vino tritico & oleo leg.

ADDITIO.

Adde domi.And.Tiraquel.in tractat.de retractu consangui. in fi.nume.107.Gab.Sar.

LXX.

1 *Donatio causa mortis potest fieri per filiumfamilias eum cō sensu patris,& an ille consensus postea ex interuallo possit adhiberi?*

1 DOnatio causa mortis†potest fieri per filium familiās cum consensu paterno.l.tamen.§.1.ff.de donat.causa mortis.Quid si filius familias donauit,non tamen accedēte consensu paterno ab initio,sed postea ex interuallo consensit pater,an postea cōfirmetur dicta donatio causa mortis? Videtur dicendum quod non,quia ille consensus pater nus debuit interuenire in primo actū donationis,nō ad tēs postea.ita singulariter dixit Bald.in l.si vxor.C. de cond. insert.

ADDITIONES.

Donatio causa mortis &c.Q̄d authoritas ante actū,vel in actu vel post incontinentit interposita debeat,multas authoritates adducit Firma.in suo reper.in verbo authoritas.versic.25. & in verbo ratificatio.versi.secundo,cum quinque seq.& ver.centesimo.Sed vide plenam remissionem in l.qui bona.§.iussum.ff.de acquiren.hæredi.vbi excellens doctor. Alexan.de.Imo.in 6.col.ver.& ex istis infertur ad quæst. cum concor.ibi per eum signatis post Bar.Ang.& Imo.satis plene loquitur Bal.vbi dicit in prin.esse apponendam in l.quæcunque.1.col.versi.sic quæritur.C.de bon.quæ li. per cano.post Inno.in c.prudentiam.de offi.deleg.

Refert do.Hippoly.de Marsi.in pract.crimi.in §.secūda quæstio.nu.5.vbi multa similia adducit,quibus probatur,quod actus nullus à principio ex aliqua causa non recōualescit cessante illa causa,& superueniente habilitate, & idem ponit in l.quæstionis habendæ.nu.30.ff.de quæstio.& Trigona sing.37. Et quatuor requisita ad hoc, vt filiusfa. donare possit,ponit Guido papæ decis. Grationop.223.Item in causa.nu.2.vbi etiam ponit quid iuris sit,si filius donet patri,& an mors vtriusque,ad donationis huiusmodi confirmationem requiratur,& an sine consensu patris possit revocari.Et vide Didac.Couar.in 3.parte rubr.extra de test. nu.7.vbi plenè ponit de consensu patris in donatione filij requisito,& quando prestari debeat.Gab.Sar.

LXXI.

1 *Fœminæ an simul cum masculis veniant,si pater accepit feudum pro se & filijs masculis,& fœminis? Et quid dixerit, pro filijs masculis cum fœminis?*

1 QVidam pater accepit†feudum pro se & filijs suis masculis & fœminis,an fœminæ simul veniant cum masculis?Dicite quod non,imò solum in defectum masculorum ex natura consuetudinis feudorum rigorosa, per te, in c.1.§.si filia.de suc.feu.in c.1.§.quoniam.in titu.episcopum vel abbatem.in vsi.feu.& de capita.qui cur.vend.c.si mulier.Sed quid si dixerit, pro se & filijs masculir cum fœminis Dic quod runc æqualiter admittuntur cum masculis.singulare est dictum Bal.iudicio meo in l.quoties.C de suis & legiti.

ADDITIO.

Quidam pater,&c.In fi.vide omnino Bal.in l.quoties. hic alleg.in 1.col.versi.cæterum si de ea. vbi ponit tres vel quatuor modificationes ad illud quod cōmuniter dicitur, q̄ fœmina non solet succedere in feudo.videas etiam eū in ver.præced.inci.aduerte tamen ad dictum vero de quo hic per Cremens.adde eundem Bal.in l.liberti.in 7.col.C. de ope.lib.Sal.in l.3.C.de iure emphy.Bar.consi.inci.qstio ista habet duo dubia.& in consi.inci.dominus amate.

LXXII.

1 *Inquilinus potest expelli pro domo reficienda.& an refecta domo possit cogere locatorem ad sibi dandum domum refectam,vt ea vtatur vsque in finem locationis.*

* TVscis quod possum expellere inquilinum*†de domo
1 conducta,quando ego volo reficere domum.l.eadem C.loca.Sed an facta refectione domus poterit me inquilinus compellere,& petere ipsam domum refectam, vt ea vtatur vsque ad finem locationis,vide gl.quod sic, in le.si duo.§.cum inquilinus.in verb.dominum.ff.vti possidetis.

ADDITIO.

* Expellere inquilinum.Adde Hippoly.de Mar.qui plura similia adducit in l.vnica.col.6.C.de rap.virgi.& in.l.etiā si redhibitus.ad fin.ff.de quæ.& in rub.de fideiussorib.q. 31.col.34.Roma.sine.235.vbi idem,tenet.

LXXIIII.

1 *Mandans expendi decem in emptione rei, si expendantur viginti, quia tanti res valebat,& simpliciter res emptori mandati tradatur,an possit conueniri ad illud plus quod est expeditum?*

Si

1 SI dedi tibi mandatum, quod emeres Codicem pro decem, expendisti viginti, quia forte tantum valebat, & plus tradidisti mihi Codicem simpliciter, an vltra decem poteris residuum à me petere? Quilibet diceret quod sic, quia tantum valebat Codex, & negotium meum gessisti vtiliter. In contrarium tamen determinat Bal. in l. fina. C. de nego. gest. allegat tex quem dicit esse singu. & optimè probat in l. qui aliena. §. liberos. ff. de nego. gest. Sed quid si nondum tradidisti, an poteris vti retentione, nisi soluam integrum pretium? Bal. singulariter dicit quod sic, in dicto §. libertos. & respondet ad illum §. quia ibi non poterat vti retentione ille, q̃ui tàntam fecerat expensam monumenti, de quo in illo tex. fecus in casu nostro vbi poterat esse locus retentioni, ex quo liber erat penes mandatarium.

LXXIIII.

1 *Filius post mortẽ sub cõditione grauatus detrahit duas quartas. Et quid si fuerit institutus in re particulari, quæ forte valeret dimidiam hæreditatis?*

1 * FIlius post mortem, vel sub conditione grauatus detrahit duas quartas * scilicet legitimam & trebellianicam cap. Raynutius. & c. Raynaldus. de testa. quod etiam seruatur in foro ciuili. gl. Bart. & Bal. & doct. in l. quanquam. C. ad legem Falcid. & in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de officio. testamen. vbi Bart. & Bal. in l. 1. §. interdictum. ff. si cui plusquam per legem Falcid. & in l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulgar. & pupil. Bald. in l. quoniam in prioribus. & in l. ex tribus. ad fi. C. de inofficio. testamen. Bald. in authen. resque. & ibi etiam Ange. C. communia de leg. & Ang. in §. si quis autem in plures. in authen. de hæred. & falcid. cũ similibus, Sed quid si filius fuit institutus in fundo particulari, qui forte valebat dimidiam hæreditatis vel plus, & fuit grauatus de restituendo illum fundum post mortem, vel sub conditione, an tunc poterit detrahere duas quartas? Dic quod tunc solum poterit detrahere legitimam, quia non est hæres vniuersalis: ista doctrina est pulchra, & menti tenenda Bal. in l. filium quem habentem. in 15. colu. ver. sed hic quæro, præsuppositа. C. fami. ercil. & lucratus fui sex ducatos in ciuitate Bononiæ.

ADDITIONES.

Filius post mortem, &c. In princi. adde quod Bal. dicit istam quæstionem esse expressè decisam per c. Raynutius. & ca. Raynal. hic alleg. licet antiquitus haberet magnam dubitationem. & dicit quod totus mundus seruat decisionem illorum textuum in consi. 88. incip. Pepus Nicolutij. in ver. porro. in prima parte. ibi, sed quid si filius. & quod hæres ex re certa grauatus non detrahat trebellianicam, dicit Pa nor. in cap. Raynutius. col. vlti. hic alleg. ideo quia non est hæres vniuersalis. & aduerte quod appellat hæredem vniuersalem eum qui in tertia, vel quarta, vel in dimidia est institutus. sed si res certa ascenderet ad tertiam, vel quartam, vel dimidiã vt hic dicitur, quid iuris, cum non referat quid ex æquipollentibus fiat. l. mulier. in §. Brasidas. ff. ad Trebel. l. in executione. §. 1. ff. de verb. obliga. l. fina. §. 1. ff. manda. cum simil. Sed posset responderi quòd æquipollens non sufficit vbi data est certa forma, vt in clemen. 1. de vita & honestate clericorum. & per Bal. in authen. qui semel. in 4. col. C. quomodo & quando iudex. & Bar. in le. non sunt liberi. ff. de statu homi. c non cõcord. quas addu cit Alexan. in l. 2. circa finem penul. col. ff. de libe. & posthu. & Feli. in ca. cum dilecta. col. 16. versi. amplia vndecimo. de rescri. Et pro clariori veritate eorum quæ dicit Pa nor. in loco superius allegat. vide omnino tex. & gl. ibi, in verbo retinetur in l. mulier. §. fina. ff. ad Trebel. Et an Falcidia detrahatur per hæredem in re certa institutũ, vide An. in authenti. de hære. & falci. §. si vero expressim. col. 7. col lat. 1. Et an econtra Falcidia detrahatur contra hæredẽ re certa institutum, vide per Bar. in l. quoties. ff. de hære. inst.

* Detrahit duas quartas. Vltra hic adducta per Cremen. & apostil. adde Alex. consi. 43. attenta. lib. 2. consi. 142. circa primam dubitationem. in secundo dubio. eodem lib. & in l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebel. Matthesi. sing. 163: nota pulchram. Pichũ in repetitio. l. in quartã. in 5. conclusio. ff. ad legem Falcid. Et est communis opinio Imi Curt. consi. 75. versi. sed quid plus. Et Dec. consil. 236. in quarto dubio. nisi tamen onus fideicommissi esset iniũctum succedentibus ab intestato, quia valeret fideicomissum, nec legitima detraheretur, secundum Alexan. consi. 12. attentis. ad fin. lib. 3. An autem in casu quo Trebelliana deducatur, fructus percepti pergrauatũ eam extenuẽt est doctrina Bar. in l. quod de bonis. §. quod auus. ff. ad legẽ Falcid. vbi facit differentiam inter filium & nepotem. & tradit ibi Alex. & sequitur Ias. consi. 108. col. pen. libr. 4. Sed Pau. de Cast. in leg. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebel. tenet indistinctè quòd fructus debent computari & sequif ibi Ale. col. 8. & Ias. ibi cõtrarius cõsi. 43. vi. col. pe. li. 3. & cõsi. 231. li. 2. latè Pichus in dicta l. in quartã. nu. 98. Vlterius etiam est notandum quòd filius prohibitus alienare simpliciter, licet possit alienare vsque ad legitimã & Trebellianicam, vt consuluit Bal. consi. 99. factum tale est, Nicolaus. lib. 2. & consi. 161. super eo quod quæritur li. 4. declarando tamen vt sing. tradit idem Bal. in l. filiũ quem habentẽ. versi. vlterius quæritur. C. fami. ercisc. tamen non procedit quando filius est prohibitus alienare ad tempus, puta cum 30. annos compleuerit. ita consuluit sing. Pau. de Cast. consi. 234. visis & consideratis omnibus. & pro sing. citat Ias. in l. filius familias. §. diui. notab. 5. in posterioribus scriptis, & in prioribus scriptis in fina. verb. & vtrobique contra hãc prohibitionem ponit remedium Ang. vt scilicet filius repudiet hæreditatem paternam cum iuramento quia tunc poterit alienare vsque ad legitimam. quanuis tale remedium mihi non videatur tutum, maxime per ea q̃ traduntur per Alex. in l. quia poterat. ff. ad. Trebel. Et hanc Pau. decisio. sequũtur Crot. & alij repetentes in dicto §. diui. & super ea latè insistit Pichus in dicta l. in quartam. in 8. limitat. vbi concludit, quod prohibitione debet exprimi causa, quia scilicet sit prodigus, vel minus industrius. iuxta te. in l. Titio centum. in princ. ff. de condi. & demõstra. Quid autem si pater grauetur à filio fideicommisso? Dic q̃ vnã tantũ quartã detrahit cũ reperiat iure cautum. ita sing. decidit Bal. in l. si à milite. §. patre. ad fi. ff. de testa. milita. & pro sing. citat Ias. in l. filium. quem habẽtẽ col. 4. versi. limita eam. C. fami. ercisc. vbi hoc dictũ Bal. cõfirmat tribus medijs. & idem Ias. in l. qui se patris. versi. quinto facit. C. vnde libe. & in authen. si qua mulier. col. 7. ver & hoc modo. C. de sacrosan. eccle.

LXXV.

1 *Maritus si leget mille vxori si vitã vidualem seruet & quingentos si nupserit, an si ad secũda vota transeat, teneatur conseruare illa mille filijs primi matrimonij?*

2 *Mulier transiens ad secunda vota de licentia viri defuncti, vel filiorum primi matrimony, euitat pœnas transeuntiũ ad secunda vota.*

1 SI maritus legauit mille vxori, si vitam vidualem seruauerit, & quingentos casu quo nupserit, an postea mulier transeundo ad secunda vota teneatur conseruare illa mille filijs primi matrimonij? Quilibet diceret quod sic, * per l. fœminæ. * & l. generaliter. C. de secun. nup. vbi omnia percepta à marito tenetur mulier transiens ad secunda vota conseruare filijs primi matrimonij. In contrariũ singulariter determinat Bal. quod erunt propria ipsius vxoris, in l. 1. C. de secun. nup. & dicit se consuluisse in persona Domini Malatestæ de Arimino. & p̃ hoc fuit effectus sũ feruitor. Mouebatur Bal. pulchra ratione, quia ita dicendo maritus videtur licentiare vxorẽ de maritãdo se, & de trã
2 seũdo ad secunda vota, quo casu licẽtia mariti facit cessare dictas pœnas trãseũtiũ ad secũda vita ita dicit gl. 1 §. dũo in auth. de nup. Bal. in l. filiũ quẽ habentẽ. C. fami. ercisc. in l. 1. C. de hæredi. institu. in l. 1. C. de his quę pœn. nomi. Item si esset data licentia nubendi à filijs primi matrimonij, ita pulchrè dicit Ange. in leg. non est. ff. ad Tertul. & idem Ang. in auth. de non elig. secun. nub. in princ. vbi dat cautelam aduocato mulieris transeuntis ad secunda vota, vt



ADDITIONES.

Late scribit Ionnes de Garron. in rubri. C. de secun. nup. in secunda parte. in remedijs euitandi pœnas secundo nubentium, col. 3. ver. ad idem potest induci tex. & nu. 5. & in i. 1. C. eo ti. nu. 65. & Catel. Cot. in memoral. in ver. nup. causa. & Roma. sing. 251. tu scis, quod si mulier. & Dominus Bermondus Chioueronius in eius commentarijs in tit. de publicis concubinarijs, in concordatis. in verb. iuxta Apostoli consilium. char. 406. Gab. Sar.

* L. Fœminæ. Adde quod pœna d. l. fœminæ. C. de secũ. nupt. est, qa si moriatur vnus filius ex primo matrimonio mater succederet pariter cũ filijs, & fratribus defuncti vtrinque coniunctis in plena proprietate. pro virili portione, vt in auten. de hæredita. quæ ab intesta. defer. §. 1. & in auth. in successione. C. de suis & leg. authen. defuncto. C. ad Tertullianum. & hoc procedit si non transiuisset ad secunda vota, sed si transiuit antequam succederet filio. vel etiã postea, efficitur de proprietaria in effectu vsufructuaria, & ea mortua omne id in quo succesit, acquiritur filijs primi matrimonij, nec de eo põt testari, vel aliter disponere vt est casus in dicta l. fœminę. & in authen. de non eligen. secun. nuben. §. 1. cum simili. Et non solum id procedit in matre, verum etiam in patre transeunti ad secunda vota, vt teneatur reseruare filijs primi matrimonij id in quo succesit filio. vt not. glo. in rubri. prędicta de non eligen. secun. nub. & not. Azo in summa C. de secun. nup. & Bar. in dicta l. fœminæ. Item nota quod quando alter coniugum vult transire ad secunda vota, & euitare pœnam d. l. fœminæ. cautela est, vt petat licentiam ab altero, qua concessa si transit ad secunda vota post annum à morte coniugis, non incidit in aliquam pœnam, secus intra annum, vt singulariter not. Bald. in dicta l. 1. C. de secun. nupt. Ista omnia clarè procedunt de iure ciuili, secundum Bal. in rubri. de consti. in vlti. quæst. & late tradit Feli. in c. quæ in ecclesiarum. & in c. ecclesia sanctæ Mariæ. eo. tit. ver. quarta declaratio. Tamen in contrarium fortiter vrgere videtur aliud singul. dictum Bal. in l. omnem. C. ad Tertul. vbi decidit, quod licet non valeat statutum laicorum, puniens contrahentem matrimonium cum filia familiàs sine consensu patris, vt tradit Io. And. in c. statutũ. de hæreti. lib. 6. & firmat Alex. consi. 59. visio instrumento & tit. quæstionis. li. 1. tamen quia tale statutum concernit bonos mores omniũ, & maximè prudentum, tener. Quod Bald. dictum pro singu. commendat & sequitur And. Sicul. in tracta. de præstant. Cardinal. in 2. quæstio. 1. partis. cum his quæ latè tradunt. Alexan. & Barba. in addi. ad Bal. in d. l. omnem. & latè consuluit Alex. cõsi. 97. principalis dubitatio. lib. 1.

LXXVI.

1 *Redditus legatum an & quando dicatur legatum annuum?*

1 HAbebam tres redditum annuum ex Monte Senensi, puta centum omni anno, Legaui Titio sextam partem redditus quem habeo in Monte Senensi, an istud dicatur legatum annuum, an autem finiatur prima solutione in primo annõ? Videbatur dicendum quod prima solutione finiatur, per l. boues. §. hoc sermone. de verborum significatio. & quod dicit Barto. in l. cum quidam. ff. de annuis legat. Tu dic q̃ erit legatũ, annuũ quia omne relictũ quod præstandum erit ex redditu certę rei, dicitur esse annuum ex natura ipsius rei. vide tex. pulchrum & singularem in l. defuncta. §. fi. de vsufruct.

ADDITIO.

Sequuntur Pau. de Cast. Alex. & Ias. & Moder. in l. si Stichum §. stipulatio. ff. de verb. obli. & Roma. sing. 296. legati Titio sextam partem. Gab. Sar.

LXXVII.

1 *Dominus an possit ratione contractus conueniri in loco vbi eius procurator contraxit?*

1 AN ratione contractus celebrati per meum procuratorem, puta Romæ, possim ego dominus Senensis ibi conueniri, si ibi reperiar? Breuiter dicit quod sic, licet ego personaliter contraxissem Romæ. iste est text. for-

tè sing. in l. hęres absens. §. apud Labeonẽ. ff. de iudic. q̃ no.

ADDITIO.

Paulus de Castro & Alex. in d. §. apud Labeonem. sequuntur moder. Arimi. in tractat. de mercatu. in titulo vltimo. 2. parte vltimæ partis princi. nu. 21. & Boer. decisi. 114. Florentinus. & Roma. sing. 240. l. procurator meus. & quid econtra, an & quando dominus possit agere vtili sine cessione ex contractu à procuratore suo facto. traditur decisio. Tholos. 152. & ibi Aufre. Gab. Sar.

LXXVIII.

1 *Alimenta relicta puero, vel puellæ vsque ad pubertatem, vsque ad quantum tempus debeantur.*

1 RElicta sunt alimenta puero, vel puellæ vsque ad pubertatem, vsque ad quantum tempus percipient alimenta? Quilibet diceret quod masculus vsque ad 14. annũ fœmina vsque ad duodecimum. In contrarium est casus singul. specialissimo fauore alimentorum inductus in leg.
* Mela. * princi. ff. de alimen. & ciba. leg. quod masculus habebit vsque ad decimum octauum annum, fœmina verò vsque ad decimum quartum annum completum, & sic est casus sing. & specialis q̃ pubertas non finitur in 14. anno in masculo, nec 12. anno in fœmina fauore speciali vt. s.

ADDITIO.

* L. Mela. Hanc legem sing. dicit Bart. ibi. Dec. in l. fin. C. de Carbon. edict. & not. quod ętas 18. annorũ. in masculo, & 14. in fœmina. dicitur plena pubertas. l. arrogator. §. non tãtum. ff. de adoptio. §. minorem. Instit. eo. ti. & Adde Roma sing. 604. in materia. vbi idem tenet quod Cremen. hic. & eundem Roma. sing. 123. vltimò sit alias.

LXXIX.

1 *Emphyteuta probans se tribus proximis annis præteritis solui esse pensionem, præsumitur soluisse semper in præteritum etiam annis 40. Et idem in colono.*

a TVscis, qui es emphyteuta, vel tributarius, & non po
1 tes probare solutionem forte 40. annorum, cautela est vt probes te soluisse tribus annis immediate vsque ad 40. annos, & vltra. iste est textus valde sing. de tributo loquẽs quem ibi Barto. inducit ad emphyteutam in l. qui cunque C. de apo. publi. lib. 10. & idem tenuerunt Guliel. Cy. Bar. & Bald. & Alb. in l. 2. C. de iure emphy. idem firmat Bald. in additio. ad Spe. in ti. de locat. versi. 38. & sensit Bal. in l. 1 in 19. col. C. qui admi. idem dicite in colono simplici qui colit. ita singulariter firmat Angelus. in auhen. de non. alie. Prædicta intellige, b dum tamen probes illam solutionem tribus annis diuersis factam, secus autem si probares vnico contextu, puta quia probares per vnicam cõfessionem factam de tribus annis. istud est singulare dictũ Bal. in dicta l. 1. C. de dotis promis.

ADDITIONES.

a Tu scis, & c. Adde quod vltra Sali. qui dicit Dy. ita consuisse, quod ipse obtinuit in l. 2. col. 11. C. de iure emphy. hic alleg. Magist. meus col. 88. per l. quicunque. quam reputant docto. communiter vbi suprà sing. & Bart. in dicta l. quicunque. eam etiam dicit auream Bal. in cap. literæ. ad finẽ de dilatio. istud idem tenet etiam gl. in cap. cum ecclesia. Sutrina. de causa possess. & proprieta. cum concordan. traditis per Magistrũ meũ vbi suprà post gl. ibi idem tenentẽ
b Prædicta intellige. Adde quod Bal. istud dicit post Cy. in l. 2. de do. promiss. & idem Bal. ind. l. quicunque. faciũt quæ adducit Magi. meus vbi supra, & ibi tradit aliã limitationẽ quã postea in col. sequen. eleganter reprobat. Et demũ in eadem col. ver. tertio aduerte. assert notabilẽ declarationem ad istum articulum. vide omnino illum egregiũ doctorem egregie loquentem.

Idem tenet Ange. in authen. de non alien. aut permut. §. scribe. col. 2. Alex. consilio. 105. vol. 3. Hierony. Grat. consilio 121. colu. 2. libr. 2. & Io. de Arno. problema. 46. sed an hoc sit verum, & in quibus casibus procedat, late & eleganter terminat Domin. Carol. Molin. in secunda parte commentator. in consuetudi. Parisiensi. §. 62. numero. 44. vbi per. 3. colum. instat circa intellectum dictę leg. quicunque.

& di ci

& dixi in annotationibus ad Mathesilan.singular.116. Gabriel Saray.

LXXX.

1 *Soluens tribus annis preteritis diuersis.an præsumatur in preteritum quandocunque soluisse, quando promisit certam pensionem singulis annis?*

1 ITem quæro an præsumptio de tribus annis immediatè preteritis habeat locum,quando promisisti mihi 10.singulis annis,vel grauati te mihi ad decem singulis annis,an ex solutione trium annorum præsumaris in præteritum quandocunque soluisse? Dicite quòd non,quia hæc præstatio non est canonica,id est,regularis,sed contingens,& respiciens grauamen personę,non rei,sed canò ex natura sui non ex accidenti præstatur singulis annis.ita singulariter Bald.in l.quicunque.C.de apo.publ.lib.10.quod est singulare verbum.

LXXXI.

1 *Ruina domus an debeat emendari ab eo qui conductus est ad operandum in ea dietim?*

1 PRomisisti domum, vel palatium facere te mihi,cum conuentione quod singulo die soluam tibi 10.ita ꝙ de die in diem eras conductus,fecisti domum vel palatium, vitio operis,& vitio tui ruit domus,vel palatium,an tenearis mihi ad emendam damni? Quilibet diceret quod sic, quia vitio operis & vitio tuo.In contrarium est casus singularis,quod ad nihil teneris*in 1.ea lege.§.locaui.ff.loca. & ratio est,quia de die in diem approbasse videor tuas operas.ideo quod semel approbaui non possum ampliùs reprobare.

ADDITIO.

* Ad nihil teneris.Idem tradit Roma.consi.297.in casu.in prin.& singu.31.si quis conducat.& Bal.in l.2.C.locat. Et quod hic dicitur de vitio operis,dic esse intelligendum si sine dolo fecit, alias secus,per regulam,quia non debet,cò trahentes se dolo decipere.l.sed & si pupillus.§.sed etiam. ff.de institor.& no.in l.itè si pretio.§.quemadmodù.ff.loc.

LXXXII.

1 *Iudæorum priuilegium,quod possunt retinere res furtiuas,do nec sibi soluatur pretium, an afficiat scholares?*

1 PONe, Iudæi istius ciuitatis habent istud priuilegium à communitate, vt possint retinere res furtiuas sibi ignoratas,donec eis per veros dominos soluatur pretium exbursatum.forte famulus scholaris Senensis surripuerat libros domino, & subpignorauit hæbræo pro cętũ,an virtute dicti priuilegij poterit hebræus libros retinere, donec scholaris dederit sibi pecunias exbursatas per Iudæũ tali famulo? Breuiter dicite quod non poterunt retineri, nec tale priuilegium afficit scholarem forensem,Istud est singulare dictum do.Abb.Sicu.in c.quod clericis.de foro compe.bene inuenietis in multis locis an statuta ligent forenses, sed non inuenieris forte alibi de tali priuilegio, quod non afficit scholarem.

ADDITIO.

Pone &c.An & quando scolares vel peregrini teneantur seq statutum vel consuetudinem illorum inter quos commorantur,vide per gl.Do.& Cardina.Alex.in cap.quæ contra 8.distinct.o.per Zabar.in clemen.dignum.5.quæstio.de celebra.miss.per Germi.in c.eos.colũ.1.de tempo.ord.in 6. gl.in §.item si, quis de prouincia.13.q.1.per Moder.in cap. quod clericis.hic allega.

LXXXIII.

1 *Donaria,& lucra percepta ab vxore,contemplatione viri an debeant conseruari filijs primi matrimonij,si mulier transierit ad secunda vota?*

2 *Statutum vetans subditos portare margaritas, intelligitur, de veris & non de falsis.*

1 MVlier transiens ad secunda vota perdit omnia lucra percepta à marito,saltem quò ad dominium,quia debent filijs primi matrimonij conseruari.l.fœminæ.& l.generaliter.C.de secun.nup.Pone, quòd multa donaria facta fuere vxori contemplatione mariti,postea mortuo marito vxor transit ad secunda vota,an perdat dicta donaria,& lucra,& debeant cõseruari filiis primi matrimonii? Quilibet diceret quod sic,quia si contemplatione mariti, ergo videntur profecta de bonis mariti l.sed si plures.§. in arrogato.ff.de vulg.& pupilla.l.aditio.ff.de acquiren.hęredita.l.cum oportet.vbi gl.C.de bo.quæ libe.Reperio tamen Ludo.Roma.consuluisse contrarium, nec memini alibi me legisse,in consi.suo 494.per pulchras rationes.nã primo dicit,illa lex,quæ est constitutio puniens vxorem transeuntem ad secunda vota,dicitur esse pœnalis.§.si vero.in authẽ. de nup.sed pœna debet habere locum in actu vero,& non in ficto.l.3.§.hæc verba.ff. de nego. gest.l.1.§. hoc interdictum.ff.de fonte.vbi dicit Bart.quod si statuto
2 cauetur,quod mulier non possit portare margaritas, intelligitur de veris margaritis,non autem de fictis,& ideo mulier portans fictas margaritas non punitur. Secundò dicit Roma.nam ista lex pœnalis est odiosa,vt supra,quæ punit dictam mulierem transeuntem ad secunda vota,ergo non debet extendi vltra quam loquatur.ideo cum solum loquatur illa de bonis mariti,non extendetur ad alia donata viri cõtẽplatione.Et ꝙ iste actus sit fructꝰ vt suprà dixi apparet per tex.in dicta l.aditio.vbi ita intelligitur.Et sic non verè sed per fictionem dicuntur bona mariti. simiiter gl.in dicta l.cum oporter.loquitur per verbum,videtur esse,ergo per fictionem.Tertio etiam dicit ponderasse tex.à nemine animaduersum in §.si vero expectet.ver.& quod decernimus.in authenti.de nup.inducendo isto modo,quia dicitur ibi ante ver.decernimus,quia si donata & lucra facta à marito debẽt cõseruari filiis primi matrimonii,quod etiam debet conseruari donatio ante nuptias,siue fuerit propria,siue eius contemplatione fuerit tradita. ecce ergo quod ponit spãlitatẽ in donatione ante nuptias, nõ aũt in aliis donatis,de quibus,suprà dixi,etiam si contemptatione mariti,ergo eius quod ẽst singulare in contrarium est eius cõmune.l.1.in fin.ff.ad municip.l.ius singulare.& l.quod vero.ff.de legi.& ita residet Ludo.in præfato consi.suo.

ADDITIO.

Hoc idem tenet idem Cremen.supra sing.vlti.& Bart.Chasen.in commentar.consuetudi.Burgund.in 6.rubri.§.1.in ver.*si l.homme ha enfans.*nu.2.ver.sed consuetudo. Ga.Sa.

LXXXIIII.

1 *Pauperi si vsus vnius magni palatij relinquatur, an toto palatio vti possit?*

1 RElictus est vsus cuiusdem domus magnæ, seu palatii magni pauperi, in quo forte sunt quatuor cameræ quantum ad vsus pauperis sufficeret vna camera vel duæ. an restringatur tale legatum modo prædicto,Breuiter dicite quod non,imò poterit vti toto palatio. quia aliquando potest vna camera,& aliquando altera ad suum bene placitum vti tex.est iudicio meo singularis in l.diuus.§.licet.ff.de vsu & hab.quod tenete semper menti.

ADDITIO.

Vide Bar,& ibi Ioan.Coras.in l.si cui.ff.de seruitu.& Roma. sing.69.legatum est.Ga.Sar.

LXXXV.

1 *Debitor alternatiuus perẽpta vna re,ad aliam remanet obligatos.*

1 VOlo te docere vnum,quod forte nunquam audiuisti. Vendidi tibi fundum citra dimidiam iusti pretii, quo casu alternatiuè poteram agere cõtra te per remediũ leg.1.C.de rescin.vendi.videlicet, vel vt suppleas iustum pretium, vel vt oblato tuo pretio rescindatur.Quid si ille reperiatur peremptus,vtputa casu fortuito, & sic mea & tua culpa,an tũc cõpetat mihi aliquod remedium,Quilibet diceret quod nõ,ga quilibet debitor perẽpta specie ante morã liberatur.l.si ex legati causa.ff.de verborũ obli.vidisti in l.ꝙ te.ff.si cer.pe.tũ isto casu dabif mihi remediũ agẽdi simpliciter ad suppletionẽ iusti pretii.istud est sing. verbum domini Abb. Sicu.quod non memini me alibi vidisse in c.cum dilecti.in fi.extrà de emp.& vend.& ibi ponit pulchram quæstionem nam ex quo tu eras debitor alternatiuus,perempta vna re, remanet obligatio in alia. l.si in emptione.§.empror.ff. de contrahenda emptio. & not.in l.Stichum aut Pamphilum.in princip.ff.de sol. Et sic quanquam non possit agere alternatiue vt supra, quia non habes facultatem rei restituendæ,tamen super est obligatio ad suppletionem iusti pretij.vt supra.quod dictum valebit tibi ad centum ducatos,ideo tene menti.



ADDITIONES.

Volo te docere &c.Adde quod tex.allegati per Abb.in cap. cũ dilecti.de necessitate nõ probant dictum suum, & ipse met in versi.ibi seq.dicit,quod ex eo sequeretur vnũ absurdum.& veritas istius dependere videtur ab illo articulo, nunquid quantitas debita respectu certæ speciei desiant esse debita perempta illa specie,de quo per Alex. & communiter alios in l.quod tex.ff.si certum petat.& in l.fundũ Cornelianum.ff.de noua.vbi dicitur,quod quando quantitas venit iure obligationis,siue sit certa,siue incerta,nun quam liberatur debitor quantitatis respectu speciei, ẽt si species ipsa pereat.ita probat ille notab.tex.Et contra dictum Panor.videtur facere dictum Bar.per modũ limitionis posítum in dicta l.quod te.quòd debitor quantitatis respectu certæ speciei perempta illa specie etiam liberatur à quantitate.& allegat ad hoc quicunque tex.quos.vide.quod dictum dicit tamen Alex.ibi col.6. intelligendũ dummodo illa species posset solui inuito creditore, & in eadem & ex eadẽ causa.quo casu cõcl. Bart.seu limitatio ꝓcedet sine disputatione,alias secus.& ita videntur cõmuniter tenere docto.in dicta.l.quod te.& in l.si ex legati causa.de verbo.obligat.imò videntur esse tex.de hoc in l.quidam.§.si tibi.l.filius famil.§.fina.& l.Titiæ textores.§.fina. ff.de legatis.1.Facit etiam pro nunc contra dictum Panor. quia dicta limitatio Bart.procedit quotiescunque species est causa finalis vt debeatur quantitas vel genus, tunc perempta specie liberatur etiam debitor a quantitate.ita magistraliter dixit Bal.in l.incendium.C.si certum peta.

Adde domi.Andr.Tiraquel.in tracta.de retractu consangui. in fine.nume.70.Gab.Sar.

LXXXVI.

1 *Emphyteuta non potest rẽ alienare domino irrequisito, aliàs cadit à iure suo,& an in ea re saltem possit alteri vsum fructum constituere?*

1 EMphyteuta non potest rem alienare domino irrequisito,alias cadet à iure suo.l.fina.C.de iure emphyt.An in ipsa re emphyteutica saltẽ possit cõstituere alteri vsum fructum? Reperio singulariter Bal.quod sic,in l.1.§.item in fundo.ff.quib.mod.vsusfruct.amit. Tamẽ nihil allegat sed solum nititur sua simplici authoritate. Tu aduerte, ga puto dictum Bal.esse falsissimum,quia quoties lex prohibet alienationem,videtur prohibere, vt eiiam in ipsa re
* vsusfructus constitui non possit.*iste est textus,qui non potest cauillari in l.fi.C.de rebus alienis non alienan.

ADDITIONES.

Hæc opinio primum fuit Ludo.Roma.in singul.626.tu scis quod emphyteuta,quem sequutus est Domi.Andr.Tiraquel.in tracta.de retractu consangui.§.1.nu.41.& 48.& dominus & præceptor meus Dominus Augu.Beroius in quæstio.familiar.95.an feudatarius.& Hyppoly.de Marsi.in l. 1.§.cũ quidã deponere.nu.5.ff.de quæstio.& Cate. Cot.in memoral.in ver.emphyteuta non potest. Opinionem tamen Bald.sequutus fuit Alex. consi.120.super eo.in fin. volu.1.& in l.3.§.ex contrario.col.13.& penũl.& ibi Iaſ. ff.de acquirenda possessio.& idem Iaſ.in l.fi.colu.34.C.de iure emphyte.& Ruyn.consilio 150.in causa & lite.col. 3.nu.14.vol.3.de quo tamen vide Arium Pinelũ.in repetitio.l.1.C.de bonis matr.in tertia parte.nu.69.versicu.ex his. Gabr.Sar.

* Vsusfructus constituti non possit. Sed nunquid poterit compromitere de re emphyteutica? Bal.sing.tenuit,quòd sic,in l.vlti.§.vlt.ad fi.C.cõmu.de leg.quia ꝓ sententia arbitri non transfertur dominium.sequitur Alex.cõsi.1.col.2 lib.5.& pro sing.cõmendat Iaſ.in l.iusiurandũ ꝙ ex conuentione.§.pupillus.not.1.ff.de iureiur.& in l.vlti.in 9.q. C.de iure emphy.vbi tamen contrarium concludit.

LXXXVII.

1 *Dos ob adulterium vxoris an debeat applicari marito,vel filijs primi matrimonij reseruetur?*

1 STatuto cauetur,quod si vxor commiserit adulterium maritus lucretur dotem,quod est etiam de iure cõmuni,l.cum mulier.ff.solu.matrimo.An si dicta mulier cõmittens adulteriũ habeat filios primi matrimonij applicabit dos ipsi marito? Breuiter defensaui plures filios primi matrimonij.istud est aureũ dictũ Bal.quod reseruetur filijs, in l.hac edictali.in 3.col.C.de secundis nup.de quo dicto exclamat Do.Flor.in sua dispu.quæ incipit, Mulier primo viduata.consorte, &c.quod dictum potest optima ratione comprobari,quia quod quis non potest facere pacifcendo vel aliter alienando non põt cõmitere delictum vt aliene tur.l.Imperator.ff.de fideicom.lib.vbi illud generale fecit Bal.in l.vnica C.de condi.ob tur.cau.quod not.

ADDITIONES.

Statuto cauetur,&c.ibi, quod dictum adde pro hoc no.gl.& ibi doct.in l.si ita quis §.ea lege.ff.de verb.obli.& est glos. ordi.& communiter aprobata.

Hoc est verũ vxore mortua,sed donec viuit,filij primi matrimonii non habent potestatem vendicandi, secundum Bald.in dicta leg. hac edictali. nam beneficium illius legis non competit filiis viuo alienante,secundm Cy.ibi in 1.quæst.& optime faciunt quæ voluit Bal.& doc.in ca.1. vt lit.non conteſt.vbi Barb.in 13.col.vbi post gl.ibi volũt ꝙ illud ꝙ dicitur,ꝙ sicut ꝓ adulteriũ vxoris marit lucrat dotem,ita ꝓ adulteriũ viri mulier lucratur donatio nem propter nuptias,quia non debent ad imparia iudicari,debet tamen seruare filiis primi matrimonii. Subdit ibi Barbat. Tu intellige istam gl.ꝙ debet seruari filiis post mortem vxoris,sed in vita mulier ipsa debet habere dotẽ, & donationem propter nuptias. Sed in contrarium facit ꝙ vult.Bal.in l.1.C.de impon.lucrati.descriptio.lib. videtur velle,quod si vir lucretur dotem vxoris ex delicto, vt qa cõmiserit adulteriũ, nõ teneatur soluere quatuor filiabus quas debitas pro acquisitione lucrorũ,& sic videt sentire ꝙ tale nõ sit lucrũ penes maritũ. Idẽ vult ibi An.in aliquibus lecturis prout ibi refert Alex. in apostil.ad Bart.dũ dicit, nota ꝙ maritus q lucrat dotẽ ꝓ adulteriũ vxoris,nõ dicitur eã habere ex causa lucrativa.& idẽ vult ibi glo.iuncto tex.in ver.ad lucrũ. Sed ad hoc põt respõderi,ꝙ licet lucrũ dotis inspecto priuilegio dotis ex parte mariti non sit lucrũ,tñ ex postfacto inspecto casu, quo maritus luctatus est ex pacto,vel ex delicto,ga tũc est penes eũ sine onere, dicitur lucrũ.& ita etiã hoc vult ibi Io.de Platea post gl.& Bal.in cõsi.366.inci.verba statutorũ.col.1.vo.3.post alios quos allegat Do.Steph.Bertrãd.in dicta.l.hac edictali.nu.37. & Nicol.Boer.deci.338.nu.6.& Io.Arno.ꝓblema.27.& Bart.Chass.in cõmen.cõsuetu.Burgun.in 3.ru.in *§.lemari & femme.*in ver.*& sera tenue.*nu.25.& in 6.ru.in §.1.in ver.*si l'homme ha enfans.*nu.9.& eleganter tradit do.Palatios Ruuios in repe.rub.extrà de dona.inter vir.& vxor. in §.20.ver.intellige tamen Gab.Sar.

LXXXVIII.

1 *Emptor à tertio pro re citatus in iudicium,non comparẽs, an habeat regressum de euictione contra venditorem?*

1 SI emptor citatus non comparuit ad sententiam,præsumitur sententia lata ex culpa sua,adeo vt non possit postea habere regressum de euictione cõtra venditorẽ,etiam si prius denuntiauerit litem ipsi venditori, & etiam ipse venditore comparuerit,quia præponderat culpa ipsius emptoris non comparentis istud est singulare dictum Bal.in l.1.C.de peri.& commo.rei vendi.& si contingat vos lucrari aliquid ex isto dicto,solum detis mihi vnum par caponum.

ADDITIONES.

Si emptor,&c.Ad intellectum l.1.hic alleg.vide Alexan. in l. vendito-

venditores.post Imol.in l.2.circa medium.ff.de verb.obl. tex gl.& doct.in l.emptor.C.de euictio.

Vide Ioan.de Arnon.soliloquio.113.Gab.Saray.

LXXXIX.

1 *Dispositio l.hac dictali.C.de secund.nup.an habeat locum in filijs vulgo conceptis?*

1 ANt l.hac edictali.C.de secun.nup. habeat locum in filijs vulgo conceptis,de qua l.suprà feci mentionem Breuiter dicite quod non.istud est singulare dictum Bald. in l.cum pater.§.mater filijs.ff.de leg.2.

ADDITIO.

Idem tradit Iacob.Zoch.in c.per venerabilem qui filij sint legiti.& Roma.& Alex.in l.mulier quæ.in princ.ff.soluto matrimonio.& idem Roma.singular.232.an l.hac edicta li.& ibi dixi Gab.Sar.

XC.

1 *Fiscus succedens filio bannito præterito,an ex eius persona possit dicere nullum testamentum patris?*

2 POne quod filius† tempore testamenti fuit præteritus à patre,postea viuo patre est capitaliter bannitus, an fiscus ex persona filij,cui successit propter delictum,possit dicere testamentum nullum? Quilibet diceret quod sic,quia fiscus loco hęredis habetur.l.2.C.ad legem Iuliam de vi publi.l.inter eos.§.fi.ff.de fideiusso.Sed tu dicas cõtrariũ, quia filius bannitus non poterat dicere testamentum nullum,ergo nec fiscus ex persona banniti,quia fiscus prætẽdit causam illicitam,ergò ei exceptio doli obstat ex persona banniti.l.apud Celsum.§.authoris autem dolus.ff.de except.doli.est singulare dictum Bal.in l.si qua pœna.ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris.

ADDITIO.

Pone quòd filius,&c.Pro isto dicto Bal.facit tale arg.à nemine plus iuris in alium transferri potest, quam ipse habeat l.nemo potest.de regu.iur.l.traditio.ff.de acqui.rerum domi.sed filius damnatus reputatur mortuus ante patrem, vt in.l.si qua pœna.hic alleg.in l.Gallus.§.quid si tantum. de lib.& posthumis.ergo nihil in fiscum transmittit.facit l.quoties.in fine.de noua.& vide suprà notab.12. Quid si filius.vbj repetitur istud dictum.

XCI.

*Clausula cõdicillaris inserta testamento fratris instituentis turpem personam,an operetur, vt soror videatur grauata de restituendo hæreditatem per fideicommissum illi turpi personæ hæredi institutæ?*

TV scis,quod fideicommissum uniuersale ex causa præteritionis sustinetur per authen.ex causa.C.de lib.pte. vbi etiam dicunt doctores,videlicet Bar.& Bal.ꝙ virtute clausulæ codicillaris institutio vniuersalis transfunditur in vim fideicommissi.& etiam Barto.in l.1.ff.de iure codicilli,& Angel.in l.Titia.ff.de inoffic.testa. Pone nunc talem casum.Frater† pręterita sorore instituit turpem personam,in quo testamento erat clausula codicillaris, quo casu soror expugnauit testamentum per querelam inofficiosi testamenti,an tunc clausula codicillaris operetur, vt soror,videatur grauata de restituẽdo hæreditatẽ ꝑ fidecõmissum illi turpi personæ hæredi institutæ? Pa.de Cast. cõsi.59.consuluit super isto pũcto,& dicit se multũ laborasse, & finaliter nullũ doctorẽ repetit, q tetigerit istam q̃stionẽ.& tũc erat huius opinionis,ꝙ clausula codicillaris nihil operaret isto casu.Postea finaliter reperit solũ Ange.tetigisse in §.aliud quoque capitulũ.in auth.vt cũ de apel.cog.vnde sumitur dicta authen.ex causa.quæ solũ loqtur quando datur querela liberis contra testamenta parentũ,vel ecõtra.Et quãquã.§.casus.eodẽ ti.loquaт de fratribus,tñ illa cõstitutio noua vnico casu corigens ius cõmune nõ extẽdit ad correctionẽ aliarrũ legũ veterũ de fratribus loquentiũ arg.l.ꝙ contra.ff.de legib.cũ similibus.& ita etiã sentit ꝙ fideicõmissum vniuersale relictũ in testamento fratris nõ sustinetur ꝑ dispositionẽ dict.auth.ex causa.quod dictum notetis,quia nouum,& non reperietis tactum in locis supra allegatis.

ADDITIONES.

Tu scis quod fideicommissum,&c.An fideicõmissum vniuersale relictum in testamento fratris conseruetur per d. authen.ex causa?Bal.& Sali.in l.fratres.C.de inoffi.test.tenent quod sic.Ang.in §.fi.in auth.vt cum de appel. cogn. tene ꝙ non.quam opinionem putat esse veriorẽ Alex.in dicta auh.ex causa.col.13.quando autẽ adest clausula codicillaris,concludit Alex.in dicta auth.col.7.quod venientes ab intestato generaliter intelligantur grauati ad fideicõmissum.& ita dicit esse magis cõmunẽ,opinionẽ quã et sequitur post satis longam disputationem Ias.in dicta autentic.colum.penulti.& fin.& eam duobus notabilibus modis limitat.

Adde latè per Bartholo.Chassæn.in commentar.cõsuetudi. Burgund.in 7.rubric.§.*vn chacun habile*.in ver.*sa vraye legitime*,nume.7.in fin.versi.sextò limita.& quę dixi in annotationibus meis ad Mathesila. singular.49. nota quod omnes vsurarij.Gab.Sar.

XCII.

1 *Nepotis appellatio intelligitur de filio filij,& an intelligatur de filio fratris ex consuetudine,& quid in statuto?*

1 TV scis,†quòd appellatione nepotis intelligitur de filio filij,vt habetur in l.liberorum.de verbo. significatio. cum simi.Tamen de vsu communi loquendi intelligitur de filio fratris. Quid autem si non probetur talis consuetudo?Dicite quod non expedit probare istam consuetudinem generalem.& ideo etiam istud verbum prolatum in statuto intelligeretur de filio fratris,sicut de alia probatione consuetudinis.istud est singulare dictum Io.Andr. in c.fundamenta.de elect.lib.6.

ADDITIONES.

Tu scis.&c.Et quod licet aliàs de propria vocabuli significatione appellatione nepotis non veniat filius fratris,vel sororis,& dicit Bar.in l.si instituta.§.fina.ff.de inofficio. testamẽ.se credere ꝙ istud non reperiatur de iure ciuili.Dicunt tamen doct.in c.fundamenta.§.proinde.hic alleg.ꝙ secus secundũ communem vsum loquendi qui est sequẽdus,secundum Gemini.ibi.& ita etiã dicit Feli.in procem. decret.col.2.& latius examinat,vbi dicit ꝙ quidã tex.qui allegantur ad hoc de iure canonico parum faciunt. subdit tamen quod contrariam opinio.tenuit Abb.in ca.tua nos. de cõsangui.& affini.& quamplures alios quos ipse refert in c.per tuãs.col.2.de probatio.& Feder.de sẽ.cõsi.39.incip.viso puncto.consuluit,quòd statutum excludens extã te nepote non intelligitur de nepote ex fratre. Ad iura canonica respondet,quod impropriè loquuntur, & quod sunt verba narratiua Papæ,quæ non disponunt.c.si papa. de priuileg.in 6.& propterea quia in statutis videtur attẽdenda propria & non abusiua vulgi significatio,vt expresse not.Bal.in d.c.1.in prin.in.3. col.de suces.feu. & in l.1 versi.nec puto.de succes.edict.& nonnulli,quos refert Sã de.vbi suprà.Idcirco videtur ipse inclinare in opin.Feder. limitando dupliciter.firmius tamẽ adhæret primę opin. quia tenendo illã communem conclusionem quam ipse tenuit in proœ.decre.col.2.quòd in statutis,quamuis stricti & pœnalibus,communis vsus loquendi pręualeat ꝑ priæ naturæ vocabuli.quam etiam tenuit Mag. meus in rubri.ff.de oper.no.nuntia.Andr.Sicu.consi.30.incip.scribitur præclarè.col.7.circa medium.in prima parte consiliorum.& in consi.58.versi.verba debent.& consil.35.in quibus etiam satis plenè loquitur.quamplures possem referre,quos silentio supprimo breuitatis gratia.

Adde Ioan.de Arno.problema.28.Gab.Sar.

XCIII.

1 *Tenuta data ex processu nullo,an possit retineri, donec verum debitum soluatur?*

1 TEnuta fuit† mihi data ex inordinato processu, & per consequens nullo,an poterit retineri donec soluatur verum debitum? Breuiter dicas quod sic, quia loco pignoris potero retinere,& si modo ante erat mihi adscripta vel obligata ipsa res propter debitum. istud est singulare dictum Bal. in l.fundus qui Lucij Titij.ff.de rescin.vend.& ita habebit locum hoc casu.l.si non sortem. §.si centum.ff. de condi.indebit.quod not.perpetuo, quia multoties vidi de facto dubitari.

ADDITIONES.

Tenuta fuit &c. Pro isto dicto facit,quia habẽs quasi pignus in re, potest vti retentione.l. Iulianus.§.offerri.ff. de acti. emp.& l.hæreditatis.de hæredita.vel actio.ven. fallit,nisi talis res perueneri vitio vel delicto.l.1.§.redigit igitur.ff. quorum lega.c.fi.de ordi.cog.

Diffusè scribit Hippo.de Marsi.in pract.crimi.in §.secunda. nu.38.vbi tractat quod quando constat de veritate rei, nõ curantur solennitates, nec iuris ordo,sed fit executio, nõ obstante illarum prætermissione.pro quo allegat te.sing. in l.fi.§.fi.ff.quod me.cau.& idem Hippo.in l.patre vel marito.nu.58.& 59.ff.de quæstio. Gab.Sar.

XCIIII.

1 *Hæres mariti an possit petere lucrum dotis prouenienس ex statuto quod maritus viuens non petijt.*

STatuto cauetur qđ mortua vxore in matrimonio,mari-
1 tus lucretur† tertiam partem,dotis moritur maritus, & nihil dixit in vita cum vxor esset præmortua in vita, an hæres mariti poterit petere tale lucrũ, an autem videatur remisisse? Dicite quod hęres poterit petere tale lucrum pro-
* ueniẽs ex statuto.ita singulariter dicit Bal.*in l.si arrogator.ff.de adoption.

ADDITIO

* Dicit Bald.Adde Ioan.de Arno.epit.40.& nota quod hãc Bald.decisionem latè prosequitur & commendat Ias.ibid. versi.ex hac consultatione.cum concord.adductis per Alexan.& Ias.in l.cum antiquioribus.super glo.in verb.fuisse. C.de iur.deliber. Alexã.in l.si vir.ff.ad legem Falcid.& per Soc.in l.qui duos.§.pen.ff. de reb.dub.Sed quærit an dictũ statutũ procedat,si mulier stetit in matrimonio solum per vnum diem,& postea mortua sit.In hoc est singula.decis. Bald.quod sic,in l.non tantum.C.de legat.Quid autem dicendum esset eo casu,quo simul ambo mortui essent, puta ex naufragio,vel domus ruina? vide gl. singul.in l. si possessor.§.1.ff.de religios.& sumpt.funer. quę concludit quod vxor præsumitur prædecessisse,& sic habebit locum statutum. Sed vide optimum casum in l.qui duos.§.si maritus. vbi glo.& Bartol.in terminis statuti.ff.de reb.dub.cum simili.ita traditis per Soci.

XCV.

1 *Aestimatio quanti plurimi proueniens à tempore moræ, inspicitur,quando debitor vini vel frumenti est in mora. Et quid si creditor fuerit in mora,an æstimatio quanti minimi inspiciatur.*

1 VIdisti† in l.vinum.ff.si cer.pet. quod quando debitor vini,vel frumenti est in mora, inspicitur æstimatio quanti plurimi proueniens à tempore moræ,per illũ tex. in l.si sterilis.§.si per venditorem.ff.de act.empt.& l.ratio. §.cum per venditorem.e.tit.Quid econtra si creditor fuit in mora recipiendi? Dic quod à tempore illius moræ inspicitur ęstimatio quanti minimi.istud est singulare verbum Bal.per illum tex.in l.si hominem.ff.manda.quod adde ad d.l.vinum.

ADDITIO.

Vidisti &c.Istam quæstionem tetigi Cy.& Pe.de Bellaper. in l.in minorum.colu.9.C.in quib.cau.in integ.resti.vbi post disputationem quã refert mag.meus in d.l.vinum.colũ.8. in fi.& princip.seq.videntur tenere quod d.l.vinum.vendicet etiam sibi locum in isto casu contrario, videlicet quando creditor fuit in mora.& idẽ tenuit Alber.in d.l.vinum. col.pe.& pro ista opi.secundum Mag.meum vbi supra, videtur te.in l.ratio.§.si per venditorem.ff.de actio.empt.& ibi gl.expressè in verbo,cum agatur.Nisi subtiliter respondeatur,ꝙ loquitur quando vterque tam debitor quam creditor fuit in mora.& ad idem facit bonus tex.in l.si hominem.hic alleg.vbi tex.loquitur de mora vtriusque, & dicit ꝙ sua mora neutri debet prodesse.vbi Bal.& idem Bal.in l. acceptam.col.16.C.de vsu.& Alex.in l.semel mora.ff. de vsu.breuiter secundum Mag.meum Bart.posuit doctrinã satis æquam, per quam opiniones in isto articulo possunt concordari in l.3.§.in hac.in vlti.col.ff.commo.per tex.cũ gl.in l.si mora.ff.solu.matri.

XCVI.

1 *Forensis emens in territorio prohibito,an pretium perdat?*

1 STatuto† cauetur, quod nullus forensis possit emere in territorio Senensi,an si emat forensis perdat pretium exbursatum? Dicatis ꝙ non,vt in l.1.C.ne lic.hab. metr. loc.lu.ad extra.trans.lib.11.quem tex.ad hoc singulariter ponderat Bal.in lectura ordinaria in l.fi.§.fi.C.comm.de lega.vbi subdit Bal.ꝙ forensis poterit retinere rem emptam donec ei restituatur suum pretium,per tex. in l.si non sortem.§.si centum.ff.de condictio.indebi.

ADDITIONES.

Statuto cauetur &c.Facit quod dixi suprà notab.92.

Ad hoc vide do.Andræ.Tiraquel.in præfatio.tracta.de vtroque retractu.nu.16.in fi.& Catel.Cot.in memora.in verb. pœnã petens.ver.& propterea.& Roma.sing.751.an obligatio naturalis,vbi dictã l.vnicam dicit singularem. G.S.

XCVII.

1 *Solicitator non potest venire contra illud quod solicitauit.*

1 CVrator† prodigi,& alij fortè consanguinei qui fuerunt solicitatores ad obtinendum interdictum contra illũ qui asserebatur prodigus, postea ipsi curatores & solicitatores fuerunt instituti hæredes ab ipso prodigo,deinde venientes ab intestato volebant istam hęreditatem, dicẽtes quod prodigus non potuit condere testamentum, per l.is cui.ff.de testa.nunc iste curator & solicitatores volunt probare ꝙ non erat prodigus,& per consequens interdictum fuisse nullum,an admittantur ad dictam probationem? Dicite quod non, & ita non poterunt obtinere dictam hæreditatem, quia non possunt venire contra illud quod solicitauerunt.ita singulariter determinant Domi. de Rota per pulchras rationes,quas esset longum referre in decisionibus antiquis decisione 4.in titu.de testa.

ADDITIO.

Videnda sunt ea quæ latè ponit Hippol. de Marsi.in l.1.§.cũ quis latrones.nu.7.in fi.ff.de quæsti.& Nicol. Boer. decisi. 33.nu.82. Gab.Sar.

XCVIII.

1 *Molendinum commune transit in reficientem, si alius illud pro parte sua reficere non curret.*

DEcidi pulchram causam in ciuitate Lucensi, quidam
1 habebat molendinum† cõe cum altero socio, molẽdinum egebat refectione, & alter socius fuit requisitus vt contribueret in refectione,& fuit contumax, vnde alter socius in totum refecit sua expensa, & postea erant lapsi quatuor menses.Dixi dictum molendinum transiuisse in socium reficientem,quia ille nõ soluerat partẽ suam infra quatuor mensens.allegaui te.quem credebam esse singularem in l.cum duobus.§.idem respondit socius qui cessantis.ff.pro soc.sed postea reperi consimilem in l.si vt proponis.C.de ædi.priua.

ADDITIONES.

Decidi pulchram,&c.Ad istud vide Ang.de Are.idem tenẽtem in §.sequens in penulti.col.1.in prin.Institut.de actio. vbi dicit,quod isti duo tex.hic allegati, sunt singularissimè notandi contra socium negligentem reficere rem cõmunem,&c.Bar.Cap.idem tenuit tract.verba.prædio. in tit.de refectio.nu.8.& in cautel. sua 85.incip.sæpe contingit.idem tenuit Ang.in l.quidam liberus.col.2.ff.de serui. vrb.prædi.& Bar.vbi alleg.istos tex.in l.quo minus.quæst. 17.ff.de flumi.vbi idem sequens Mag.meus dat duas notabil.limitationes in colu.23.

Idem tradit Catel.Cot.in memoralib.in verb.puteus qui seruit. Gab.Saray.

XCIX.

1 *Coquus an sit artifex.*

1 STatuto teauetur, quod quilibet artifex debeat soluere decem,an coquus soluat dicta decem?dubium videbatur an coquus esset artifex.dicas quod sic.te.ett in l.,si quid venditor.§.fi.ff.de ædi.edict.

ADDITIO.

Statuto,&c. Ad istud vide Roma.singu.655.incip. nunquid esse coquum.& ea quæ ibi addi.

C

1 *Custos carceris tenetur de fuga carceratorum, & an teneatur de fnga concustodis.*

1 ERant duo custodes carceris,vnus custos aufugit cum carcerato,an alter teneatur?Quilibet diceret quod sic, quia custos carceris tenetur de fuga ipsorum carceratorũ, vt habetur in leg.ad commentariensem. C.de custod. reo.Sed tu dicas contrarium, quia adscribitur casui fortuito, ex quo ipse custos debeat cõsidere de altero socio. casus est singular. in l.final.§.interdum.ff. de custo.& exhib.reo.

ADDITIONES.

Erant duo,&c.Ad istud vide Roman. qui prius sciuit tex.in dicta l.fi.§.interdum.in singu.suo 30.incip.si dictat.

Et Roma.cons.195.vt res. colum.fi.ver.secundum doct.in d.l.fi.Nico.Boer.deci.117.quo ad tertiam, Hippo.de Marsil.in rubr.ff.de fideiussor.q.17.& per Aret.in tract. maleficio.in ver.fama publica.nu.91.& per Parid.de put.in trac. syndicat.in verb. licet dicatur quod carcerarius nu.3. & in versi.Pone quod carceratus aufugit. circa prin. Gab.Sa.

CI.

1 *Cõsuetudo inducitur per binum actum, & an inducatur per sententiam arbitratorum?*

1 TV scis † quod binus actus secundum diuersas opinio. inducit,vel infert consuetudinem, vt habetur in l.2. C.quæ sit long.consue.& in l.de quibus.ff. de legib.& in c. fin.de consuetu. Quid erit in sententia arbitratorum, vt puta quia bis,ter,imo decies fuerit iudicatum,an tunc iucatur,& confirmetur dicta consuetudo? Quilibet diceret ꝙ sic, quia redacta sunt arbitraria ad instar iudiciorum.l. prima.ff.de arbit. Sed cõtrarium dicas,etiam si essent mille sententiæ arbitratorum non induceretur consuetudo. istud est singulare dictũ Baldi in capitulo primo. de feud. cogn.& allegat Ioannem Andræam in capit.Abbate sanè. de re iudi.lib.6.

ADDITIONES.

Tu scis,&c. Aduerte quod istud dictum fuit prius Ludouic. Roma.singula.42.incip.An sicut sententia iudicis. & vide quæ ibi dixi.

Idem Ias.in l.de quibus.post Guliel.de Cun.colum.26.ff.de legibus.& Inno.in dicto cap.Abbate sanè.& ibi Ioan. Andræ.in nouel.& Catel.Cet.in memor.ver.consuetudo nõ confirmatur. Gab.Sar.

CII.

1 *Præscriptio decem annorum interrumpitur per litis contestationem,vsucapio per sententiam,& an hodie de æquitate canonica interrumpatur per solam citationem?*

1 TV scis, † quod præscriptio 10.annorũ interrumpitur per litis contestationem.l.motæ litis.C.de rei vendi. vsucapio autem per sententiam. vt l.si post acceptum.ff. de rei vendi.Dicas quod hodie de æquitate canonica omnis vsucapio,vel præscriptio interrumpitur per solam citationem,quia cum constituatur in mala fide,succedit regula, quod nullus malæ fidei possessor præscribit.cap.fi. de præscription.c.malæfidei possessor, de regulis iuris libr.6. istud est singula. verbum Baldi, à nemine ponderatum in repetitio.l.secundæ. in 4.colu.C.de seruit.& aqua. & illud erit de pane lucrando.

ADDITIONES.

Tu scis,&c.In fi.adde quod istud dictũ refert simpliciter nihil addẽdo Firm.in suo reper.in verbo,citationis effectus, versi.6.in fin.vbi plenè tractat de materia interrumpendæ præscriptionis per citationem.

Adde do.And.Tiraquel.in tracta.de retractu consangui.§.1. versi.intra annum.nu.83.& plenè per Guid.Papæ decisio Grationopol.416.nu.2.

CIII.

1 *Iudex an possit amplecti pœnam pecuniariam,& relinquere pœnam corporalẽ,quam incurrit reus ob solutionem in tẽpore non factam,etiam si reus vellet corporaliter puniri, potiusquam pecuniariter?*

1 TItius condemnatus fuit in centum,quæ si non soluerit infra mensem,amputetur sibi pes,prout cõmuniter fiunt statuta.lapsus est mensis,& ita incidit in pœnam pedis an nihil omninus si iudex velit, possit amplecti pœnam pecuniariam,& non velle pœnam pedis etiam si reus ipse vellet perdere pedem? Breuiter dicite quod poterit omittere pœnam pedis,& exequi ponã pecuniariã. istud est aureum dictum Bartol.in l.cum duobus.§.idem respõdet.ff.pro socio.vbi etiam dicit ita consuluisse per illũ textum qui est maximę authoritatis quod plus placet, quam illud quod dixit Bald.in l.commissoriæ C.de pac.interem pto.& vendi.vbi dicit quod hoc solum poterant facere ad ministratores reipublicæ vt puta anciani, vel priores habentes authoritatem à consilio generali. sed plus placet opi.Barto.per illum tex.vbi suprà.

ADDITIO.

Titius condemnatus,&c.Adde quod Bal.tenuit idem quod in l.cõmissoriæ.hic alleg.in l.quamuis.1.C.de vsu.fortè cõsiderans rigorem statuti in quo strictius proceditur quam iure communi. Aduerte tamen quod pœna mutilationis membri per statutum imposita potest per iudicem commutari in sene vel puero in pecuniariã.vt dicit idem Bald. in l.quicunque.col.6.in fi.C.de ser.fugit.& sequitur Ale.in l.quid ergo.§.pœna grauior.de insa.vbi post Bar. satis plenè de ista materia,& per eundem post Bar.in l.hos accusare.§.omnibus.ff.de accusatio.

CIII.

1 *Exactio antecedens facit legatum nominis debitoris,seu liberationis non valere,sicut exactio subsequens.*

1 EGo habebam †debitorẽ Romæ fortè in mille, & ipse iam soluerat procuratori meo forte Romæ existenti me domino ignorante,postea ille debitor meus videns legatum meum liberationis, volebat repetere illud solutum ab illo ꝓcuratore,vel hęrede,an posit? Dicite quod non,quia antecedens exactio facit legatum nominis debitoris seu liberationis non valere,sicut exactio subsequens. istud est singu.dictum Bal.in l.qui post.in fine apparatus. C.de lega.& de ista exactione antecedenti allegat tex.sing. in l.fi.in prin.ff. de liber.lega. & de exactione subsequenti allegat tex.in l.fideicommissa.§.si rem.ff.de legat.3.

CV.

1 *Confessio depositi recepti facta parte absente, an præiudicet cõstenti,vt ab eo asserto deponente depositum inter alios confessatum exigi possit?*

1 APparet† instrumentum in quo,mutuo tibi centũ quæ dico habuisse in depositũ à Titio & præsuppositio ꝙ ille Titi' esset absens,an postea Titius veniẽs ex tali instrumento habeat fundatam intentionem suam contra illum deponentem qui ita asseruit pecuniam esset titij. quilibet diceret quod nõ,quia res inter alios acta,&c.& etiam quia confessio facta absente parte non probat l.certũ.§. si quis absente.ff.de cõfessio.in contrarium est casus sing.de quo ibi exclamat Bal.in l.desiderium c. depos.quem Bar.no.in l.admonendi.ff.de iureiurando.

ADDITIO.

Apparet,&c.Ad hoc vide Bal.in rubri.C. res inter alios acta.in fi Bald.in l.admonendi.ff.de iureiurand.ver.etiam quæ 10 qd si instrumẽtũ.vbi dicit quod semiplenè ꝓbat. vide tamen glo.in l.desiderium.hic alleg. secũdum cuius lectu. minus probaret.vide etiam Bal.in l.is apud quẽ.& ibi Magist.meus post eum.C. de eden.& per eũdem Magi. meũ in dicta l.admonendi.post Bart.cum quo transit Anto.de But.& Moder.in capi.fin.de iureiur.postea reperi Feli.qui satis latè tangit allegando istud dictum in capi.examinata. col.5.versi.inquantum dicitur.& vide ibi in quadam additione quamplura consilia & authoritates quas in proposito allegat.

CVI.

1 *Impensa necessaria facta ab hærede in re subiecta restitutioni.an computentur cum fructibus?*

2 *Intellectus l.sumptus.ff. de rei vendica. & eius regula in quibus casibus procedat.*

1 I feci impensas † in re subiecta restitutioni,quia fortè erat subiecta fideicommisso, percepi ego hæres multos fructus ex ista re subiecta restitutioni,& etiã feci impensam, fortè domum necessariam in fundo, vel fortè feci plantare vineas.vult postea retinere istas impensas,an computabit impensas cum fructibus? Quilibet diceret quod sic,per l.sumptus.ff.de rei vendi.In cõtrarium est glo.ordinaria & singularis iudicio meo in l.emptor. in
2 gl.magna ad fi.ff.de rei ven.vbi habetur,† ꝙ regula l.sumptus.intelligitur quando percepi fructus ex re aliena, secus si ex re mea propria quanquam restitutioni subiecta, de qua gl.ibi exclamat Ang.

ADDITIO.

Si feci &c.Adde Moder.post Bal.in l.domos.ff.de leg. 1.licet alias sit regulare quod expensæ cum fructibus compensentur,vt est glosl.orcin.Bald.& doct.in l.insulam.§.fructus. ff.solu.matri.

CVII.

1 *Rescriptum Papæ,quo emphyteutæ concedit, quod propter canonem non solutum non cadat à iure suo,non valet.*

* NOn valet *† rescriptum Papæ quo cõceditur emphyteutę,quod propter non solutũ canonem non cadat à iure suo.istud est singulare dictũ Bal.in l.si à te.C. de pact. inter emp.& vendi.vbi cõcludit,quod si emphyteuta supplicet Papæ,vt concedat tale rescriptum,quod non obstante tali rescripto incidat in commissum, quia rescriptum fuit nullum,& ideo soluat canonem omnino.

ADDITIO.

* Non valet.In contrarium facit quod singula.consuluit Panor.consi.72.circa primum breuiter.in 2.dub.li.1.vbi cõcludit valere consuetudinem, ꝙ emphyteuta ecclesię non cadat, licet cesset in solutione canonis,quia ecclesię succurrsum est,ex quo pôt eũ cogere ad pensionem.de quo cõsil. meminit Cardin.Alexan.in cap.1.in princip. qui feud.dar. poss.& Felin.in ca.cum causa.in 9.fallent.de re iudi. & Ias. in l.2. versicul. similiter secundum eum.C.de iur.emphyteut.Socin.consil.99.libr.1.Nulli autem dubium est quod emphyteuta poterit morã purgare,per te.in c.potuit. extra de locat. tamen ad excludendum dispositionem dicti c.potuit. dominus statim etiã absente emphyteuta debet protestari, ꝙ non intendit amplius eum habere pro liuellario,quo casu tunc non poterit purgare moram,secundũ Cæpol.cautel.135.tu scis quod emphyteuta.quod reassumit Dec.consi.138.colu.2.in fi.& consi.140. Si autem res ecclesiæ emphyteutica sit reuersa ad Abbatem,poterit ipse Abbas inuestire alium priore emphyteuta aliter non citato,iuxta regu.qui potest inuitis.ff.de regul.iur.ita Roma.cõsi.202.quo ad primum quo requiritur.in 1.dub.vbi dicit esse casum de hoc in l.ne cui liceat.C.locat.& hoc dictum pro sing.citat Ias.in l.2.versi.item hoc.C.de iure emphyteu.& sequitur Ale.consi.130.difficultas.circa prin.libro 1.Et an emphyteuta teneatur portare canonem emphyteuticum ad domum creditoris? nulli dubium quod sic,quãdo sunt eiusdem fori,vel res emphyteutica est sub foro domini,vt sing.decidit Bar.in l.item ista.vers.tu distingue.ff.de constit.pecu.& pro singu.& notab.commendat Ias.in l.2.in 38.quæstione.C. de iur.emphyteutic.vbi etiã in 41.q.ponit,quod ad emphyteutam pertinet soluere datium,&c.

CVIII.

1 *Venditor si asserat in instrumento fundum venditum esse liberũ ab omnibus decimis,intelligitur ab extraordinariis non ordinariis.*

1 VEndidi tibi fundum,& dixi esse liberum ab oĩbus decimis. Dic quod intelligitur de decimis extraordinariis,non autem de ordinariis. & lucratus fui tres ducatos. ista est singularis doctrina Bal.in l.fistulas.§.frumenta.ff.de contrahen.emptio.quod tene menti.

ADDITIO.

Multa ad hoc vide congesta in additio.ad Abb.Panorm.in c. fedes,col.2.in ver.clausula generali.de rescrip. G.S.

CIX.

1 *Pactum nudum fideiussoris an vestiatur coharentia contra eius principalis?*

1 FActus est contractus † emptionis & venditionis, puta, inter te,& me, incontinenti nudo pacto fideiussit tertius, an pactum nudum fideiussoris vestiatur cohærentia contractus?Fortè diceres ꝙ sic, per l.lecta est.ff.si cer.pet. & l.petens. & l.in bouæfidei.C.de pact. vbi pactum nudum vestitur cohærentia contractus.Bald.singulariter de terminat contrarium in l.ex placito.vltima columna.C.de rerum permut. per textũ.in l.5.§.fatis acceptio.ff. de verborum obligatio. non obstat dicta l.lecta,cum similibus, quia respondetur, quod pacta nuda vestiũtur contra ipsos contrahentes,non cõtra tertium,puta fideiussorem.quod not.

CX.

1 *Positioni sine tempore formatæ non respondens non habetur pro contumace,nec inde pro confesso.*

1 STatuto cauetur. quod contumax in non respondendo † positionibus habeatur pro confesso, sicut etiam est de iure communi, quando quis est monitus & iussus.c.2. de confes.lib.6.Quid si fecisti positionem seu articulũ, ꝙ mu tuasti mihi decẽ, ego nolui respõdere,an debeã haberi ꝓ cõfesso? Fortè diceres quod sic,per d.c.2. Sed dic ꝙ nõ debeor haberi pro confesso,quia posuisti sine tempore,& si probares sine tempore non vinceres. istud est singulare dictum Bal.in l.1.ad fin.C.si plures vna sen.de quo dicto lucratus fui duos ducatos.

ADDITIO.

Adde Io.de Arno,in soliloqui.92.vbi plura ponit,& Celsum Hugo.in addditio.ad Lanfran.de Oria,in c.qm̃ contra.in ver.respõsiones. in addit.incipi.limitabis istud dictũ.in fi. de probatio.& vide omnino Ioan. Bap.Plotum in repetit. l.si quando.C.vnde vi. in §.leptimo principaliter. nu.46. vbi tradit an actor excusetur, si dicat se tempus ignorare. post Nic.Mil.in repertor.in ver.libellus etiam. Corn.cõs. 56.videtur.col.fina.ver.restat.vol.1.& Aymon. Craue.in consi.9.accusatur.nu.9. Gab.Sar.

CXI.

1 *Proprietàs domus videtur legata ab eo, qui dicit,lego habitationem meam sic confinatam.Secus si dicat,lego habitationem talis domus sic confinatæ.*

1 TEstator dicit hoc modo, lego habitationem meã sic confinatam, puta, cui cohæret ab vna parte &c.& ita confinauit totam domum, an videatur legasse simplicem detentationem, vel possessionem,an autem proprietatem ipsius domus? Dic quod videtur legata proprietas.secus si diceret, lego habitationem talis domus,etiam si totã domum confinaret,quia tunc sola habitatio legata videtur, istud est pulchrum dictum Bald.post Guliel. de Cun. in l. cum antiquitas.per illum textum.C.de vsufruct.

ADDITIO.

Testator dicit &c.In fin.Adde quod istud idem tenuit Paul. de Castr.in l.vt domum. in princip.in ver. quid si dixi, lego habitationem.ff.de seruitu.

CXII.

1 *Legata si multa à testatore fiant, qui dicit, quod volebat ea præstari post diem incertam, puta post mortem vxoris suæ an si legatarij moriantur ante vxorem, dicta legata transmittantur.*

1 QVid si testator fecit† multa legata, postea dicit in eodẽ testamento, ꝙ dicta legata volebat præstari post mortem vxoris, & sic post diem incertã, moriuntur legatarij ante vxorem, an transmittat dicta legata, puta ad hæredes eorum? Videbatur quod sic, quia dies erat adiectus prestationi non dispositioni. l. ex his verbis. C. quando di. le. ce. Tu distingue hoc modo, quia aut testator loquitur sine aduersatiua, vt puta, & volo quod dicta legata præstentur post mortem vxoris, & tunc transmittẽtur ad hæredes, & procedat d.l.ex his verbis. Aut testator loquitur cum aduersatiua vt puta, sed volo ꝙ præstentur post mortem vxoris meę, & tunc redduntur conditionalia, & non fit transmissio. istud est singulare verbũ Bal. literis aureis scribendum in l.ambiguitatem. C. de vsufr. alleg. te. in l.quibus diebus. §. quidã Titio. ff. de condi. & demonst. quia illa dictio, nisi, de qua ibi, habet naturam aduersatiuæ. & istud non reperies in materia l. si cui. legetur. §. hoc autẽ legatum. ff. de lega. 1. ideo adde istud ibi.

ADDITIO.

Quid si testator &c. In fi. Aduerte ꝙ Bal. in l.cui legetur. col. 2. ver. quarto opponitur. de leg. 1. videtur aliquid distinguere in ista materia, & quo ad casum hic positum, primo, qñ est dies incertus. i. sine commensurata temporis designatione prolatus vt dies mortis grauati vel tertij, & tunc loquitur indistinctè ꝙ semper facit cõditionem, & loquitur l.quibus diebus. §. hic allega. & ideo dicit, Bal. vbi supra se consuluisse, quod si testator legat alicui centum, & postea subdit, quæ volo præstari post mortem vxoris meæ, quod legatarius interim decedens nõ transmittat, quia dies mortis incerta habetur pro conditione, etiam si inseratur soli præstationi. & ita dicit tenere glos. in l. Seius Saturninus. ff. ad Treb. & ita indistinctè videtur tenere Paul. de Cast. in d.l. si cui legetur. §. hoc autem. in prin. vbi respondẽdo ad d.l.quibus diebus. §. quidam Titio. vbi dicit, ꝙ non refert an verba conditionis apponantur ad substantiã, vel ad executionẽ, quia non refert illud quando apponitur tempus oĩno incertum quando euenturum sit, vt est tẽpus mortis alicuius. nã vt ipse dicit. non refert, legem tibi cum Titius morietur, vel simpliciter, & mandem solui cum morietur. Ad l.ex his verbis, respondetur ex distinctione Bald. vbi suprà, ꝙ loquitur quando dies est dubius, non autem qñ est omnino incertus, vt in casu nostro. & propterea istud legatum tãquã conditionale nõ transmittetur ad hęredes.

CXIII.

1 *Mulier ex statuto prohibita contrahere sine cõsensu propinquorum, si vendat rem emphyteuticam non seruata solennitate statuti, an cadat à iure suo, quia alienauit irrequisito suo propinquo?*

1 STatuto cauetur, ꝙ† mulier non possit contrahere sine consensu duorum propinquorum. mulier vẽdidit rem emphyteuticam non seruata solennitate statuti, quo casu contractus est ipso iure nullus, vt habetur in l.non dubiũ. C. de legi. & in l.si quis pro eo. ff. de fideiu. & dixi plenè in l.1. ff. de iureiur. An ista mulier cadat à iure suo, quia alienauit irrequisito suo propinquo? Dicite ꝙ nõ, quia cõtractus nullus non est contractus. argu. l.4. §. condemnatum. ff. de re iudi. ita singulariter dixit Bal. in l.2. de episc. audien.

ADDITIONES.

Statuto cauetur &c. Adde vltra Bal. in l.2. C. de iure emphy. in 2. col. eundẽ Bal. in l.fi. in 4. col. C. de his quę pœ. nom. & dicit Pau. consi. 326. ꝙ statutum fauens vicino super venditione facta à vicino eo irrequisito intelligitur. de valida. Et dicit Bal. in l.filium. §. si quis. ff. de leg. præstan. quod statutũ faciens cadere à iure suo cedentem actionẽ nobili, intelligitur de cessione alias valida multa similia ad hoc adducit Sand. in c.ex tenore. in ver. regula. de rescri. & Magi. meus in repe. l.fi. vbi pulchrè loquitur col. 112. C. de iure emph. faciunt quæ latè habentur per Ludoui. cons. 434. incip. cũ dilucidè. & consi. 189. præsens statuti particula. 2. col. Ale. cons. 22. col. 1. primo vol. consi. 405. vltra rõnes. Mari. de senis cons. 135. prelatus. & quę no. pulchrè Ale. in l.1. §. hęc autem verba. ff. quod quisque iur. dũ tractat post Angel. an iudex qui tulit sententiam nullam faciat litem suam.

Faciunt notata per Hippo. de Marsil. in l.1. §. prętereà. nu. 20. ff. ad legem Corne. de sicar. & Ioan. de Arno. in singul. 56. & plenè per do. Marc. Mantuan. consi. 179. incip. in præsenti causa. col. 3. nu. 31. Gab. Sar.

CXIIII.

1 *Procurator primus specialis non reuocatur per constitutionẽ secundi procuratoris generalis.*

2 *Intellectus l.si quis cum procuratorio. §. fi. ff. de procura.*

1 TV scis, quod per constitutionẽ secundi procuratoris primus est reuocatus ipso iure, etiam si nihil dicatur de primo, per te. l.si quis cũ procuratorio. §. fi. ff. de procu. pone, quod primus erat specialis procurator, puta, ad vnã causam, secundus erat generalis, puta, ad omnes causas, an per secundum sit reuocatus primus? Tu diceres quod sic. Contrarium determinant singulariter do. de Rota in decisionibus nouis, decisio. 289. & respondent ad d. §. fi. quod
2 †habeat locum, quando vterque erat specialis, vel vterq; erat generalis, secus si primus specialis, secundus generalis quia speciei per genus non derogatur, vt habetur in c.generi per speciem. de reg. iur. in 6. & in l. seruis vrbanis. §. 2. ff. de lega. 3. & in l.sanctio legum. ff. de pœn. quod not.

CXV.

1 *Emptor compromittens causam, & succumbens non habet regressum de euictione contra venditorem. Et an hoc habeat locum in deferente iuramentum.*

1 TV scis, † quod si compromisit emptor causam, & postea perdiderit, non habebit regressum de euictione contra venditorem. l.si dictum. §. si compromisero. ff. de euict. an ille §. habebit locum in deferente iuramentum? Breuiter dic quod sic, quia non poterit agere de euictione illud singulariter voluit Bald. in l.manifestæ. ff. de iureiurando.

ADDITIONES.

Tu scis, &c. Istud potest etiam decidi ex regula, quæ habet, quod qui non potest rem alienare, vel de ea liberè disponere, non potest etiam super ea iuramentum deferre. quæ bene examinatur per Ias. in l.2. C. de iure emphyt. q. 76. in ci. An emphyteuta litigans super re emphyteutica possit deferre iuramentum sine consensu domini, &c.

* Vide supra singu. 31. & Roma. sing. 468.

CXVI.

1 *Ecclesia concedens tibi rem in emphyteusim in perpetuum, an videatur concessisse, vsque in infinitum, an vsque ad vitam tuam.*

2 *Verbum, In perpetuum, restringitur secundum subiectã materiam.*

1 VOs scitis, † ꝙ ecclesia vltra tertiam generationem vsque in infinitum potest hodie concedere in emphyteusim rem ecclesiasticã, vt habetur in §. emphyteusim. & in §. quia vero. in authent. de non alienan. Quid si ecclesia concesserit in emphyteusim tibi vsque in perpetuum, an videatur concessisse vsque in infinitum, an vsque ad vitam tuã? Videbatur dicendum, ꝙ vsque in infinitum propter illud verbum, in perpetuum, per l.eum debere. ff. de serui. rustic. prædi. In contrarium determinat singulariter Alber. in procem. Cod. in verbo, perpetui. quod solum intelligitur vsque ad secundam generationem, †quia verbũ in perpetuum, restringitur secundum subiectam materiã. & allegat not. in d. §. emphyteusim. supra allegato. & secũdum illam doctrinam Albe. consuluit collegium Papiense, quod vobis offero, quando est expediens.

ADDITIO.

* Excusat à pœna. Adde quod consuetudo facit licitum ꝙ alias non permitteretur. vt consuluit Areti. consi. 11. col. penul. Ancha. consi. 283. iure stricto. vbi loquitur de consuetudine ludendi ad lapides & arma. & ideo dixerit notabiliter Bar. per illum tex. in l. si pignore. §. vlti. ff. de pigno. act. ꝙ q facit illud ꝙ solet fieri ab alijs nõ solũ nõ ẽ in dolo imo nec in aliqua culpa. & pro singul. commendat Ias. in l. certi condictio. §. si nummos. in tertio notab. ff. si certum peta. vbi latissimè loquitur in materia. Hinc dicimus ꝙ cõsuetudo & stylus notariorum excusat eos à pœna falsi, secundum Bal. in l. vnica. versi. quæro vtrum. & versi. modo sequitur alia conclusio. C. de confess. & in cap. 1. in prin. de feud. cognit. tradit Alex. consi. 70. viso processu inquisitionis. col. 2. ver. & licet Odoricus. & consi. 132. incipi. visa facti narratione. lib. 1. & consi. 172. lib. 2. Dec. consi. 175. Et dicit alibi singulariter. Bal. in ti. de pac. constant. quod consuetudo habet potestatem etiam in sanguinem hominis. & idem Bal. in l. & si seuerior. col. 2. ver. oppo. quod iudex. C. ex quibus causis infa. irro. dicit quòd iudex in pœnis debet sequi consuetudinem sicut legem scriptam. Idem tamen Bal. con. 301. ad euidentiam præmittendũ est ꝙ princeps. lib. 5. damnat consuetudinem Mediola. quod volens cedere bonis ducatur in publicũ, & ibi nudus percutiat renes ad colum, nam nam cũ per hoc non perueniat aliquod cõmodũ in creditores, non debet admitti talis cõsuetudo.

CLI.

1 *Capitaneus spreto mãdato principis cũ hostibus ꝑliãs, ca. punit, nisi ex aliqua noua causa supueniẽte, ꝑliũ commiserit.*

1 MAndatum fuit † factum à principe, puta capitaneo armorum, quod non prælietur cum hostibus. iste Capitaneus spreto mandato præliatus est. tamen res benè successit, puta, quia rupit, hostes non debeat, aliqua plena plecti. Dic quod plectetur pœna mortis vel capitis etiam si res bene successit. casus est mult um singularis & notabilis in l. tertia. §. in bello. ff. de re milita. & ita fecit alias dominatio Venetorum Cuidam capitaneo. Sed tu aduerte

quia

quia ego limitarem, nisi ex aliqua noua causa superuenien te vel etiam veteri quæ causa latebat principem, talis capitan. us contrauenerit mandato. texr. sing. in l. si hominē ad fin. ff. manda. vbi optimè probatur ex illo te. hoc. quod perpetuo tene menti.

ADDITIO.

Adde And. Tiraquel. in tract. de pœnis temperan. aut remitten. in præfatione. nu. 37. & Roch. Curt. in repetitio. c. fin. de consuetud. char. 23. ver. limita modo dictam cōclusionem. & Trigonam sing. 32. vbi latius. & aliquid per Ariū Pinelum in repetitione rubri. C. de bonis maternis. in prima parte. num. 35. Gab. Sar.

CLII.

1 STatuto †ciuitatis cauetur, &c. vt supra singul. 43.

CLIII.

1 *Debitor & creditor si in fine instrumenti iurent, in eo contēta esse vera, an infra biennium possit opponere exceptionē non numeratæ pecuniæ?*

1 VOlo dare nouam cautelam forte inauditam, Mutua ui tibi centum, & in fine instrumenti ad omnem litem decidendam, dicitur, quod detulisti mihi iuramentū, an vera essent contenta in instrumento, & iurauī ego creditor quod sic, prout audiisti formam Bartol. in l. 2. vbi dixi. ff. de iureiurand. an isto casu tu debitor poteris opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ infra biennium? Tu diceres quod sic, quia iuramentum regulatur, secundum naturam principalis contractus. l. final. C. de nō numera. pecu. In contrarium dic quod nulla poterit opponi exceptio etiam non numeratæ pecuniæ. ita singu. dicit Bald. in repetitio. dict. l. 2. ff. de iureiuran. quanquam non ponat exemplum non numeratæ pecuniæ vbi dicit, non solum instrumentum habebit executionem paratam, sed etiam nullo casu poterit infirmari tale instrumentum, tanquam sit decisa res iureiurando, quo casu amplius non q̄ritur. vt l. non erit. §. dato. ff. de iureiur. Sed si iuramentum fuisset mihi delatum ex interualło super dicta exceptione non numeratæ pecuniæ, amplius non quæritur, vt d. §. ergo cum contractus valeat, quādo apponitur in fine instrumenti, vt vidisti in dicta l. 2. non poterit amplius opponi dicta exceptio. ita declarat Bald. vbi supra. Non obstat te. in d. l. fi. C. de non nume. pecu. quia loquitur de iuramēto assertorio & confirmatorio contractus, nos loquimur de decisorio. & ita non obstat, quod, no. quia est nouum, & ab alijs non dictum, quod, reporta ad l. fi ex cautione. C. de non nu. pec.

ADDITIO.

Quod quando in contractu ponitur iuramentum decisoriū debitor non possit excipere de non numerata pecunia, tradit Roder. Suar. in repetit. l. post rem iudicatam. fol. 142 col. 4. ff. de re iudi. quem refert & sequitur Emanuel Costa in repetitio. l. si ex cautione. in 11. fallentia. nu. 2. fo. 120 C. de non nu. pecu. Gab. Sar.

CLIIII.

1 *Exceptio, dolo petis, quod statim restituturus es, an possit opponi quando restitutio ablatorum ex pacto inter duas communitates inito facienda est?*

1 FActa est †pax inter duos principes, seu communitates habētes, seu obtinentes locum principis, facta sunt capitula, vt restituantur ablata particularibus ciuibus, an istis restitutionibus quę debent fieri vigore istorum capitulorum, opponi possit de regula, dolo petis, quod statim restituturus es, & cē Breuiter dicas q̄ poterit opponi. istud est singula. verbum Bal & aureum, & mentī tenendum in cap. 1. §. possessores. de pace constan. in vsibus feud.

CLV.

1 *Statuto disponēte, quod mortua vxore vir lucretur dimidiā dotis, an si Imperator cōcedat mulieri, vt possit libere testari, teneatur dictam dimidiam viro relinquere necne?*

1 STatuto cauetur, †quod mortua vxore maritus lucretur dimidiam dotis. quæ statuta sunt multum honesta propter onera infinita quæ sustinet maritus, quo casu valet statutum, cap. Raynutius de testamen. Quid si Imperator concesserit mulieri, vt possit libere condere testamentū, an tunc videtur reducta mulier ad ius commune, vel tenebitur seruare ius municipale. vt dimidiam relinquere teneatur? Dic, quod deberet seruare ius municipale, quia intelligitur quod possit libere testari, salua tamē portione statuti. Istud est singulare dictum Bald. in l. si quando. in prin. C. de inoffi. test. quod nota perpetuo quia posset sepe venire in facto, ego credo quod sit in l. si nondum. C. de furtis.

ADDITIO.

Vide Nico. Boer. decis. 244. nu. 4. Gab. Sar.

CLVI.

1 *Socius non potest ab alio socio exigi, nisi inquantum facere potest. Et quid de colono partiario a domino conuento?*

1 TV scis, quod †socius, habet priuilegium, vt non exigatur ab alio socio vltra quam facere possit, vt l. sunt qui in id quod. ff. de re iudicata. cum simi. Quid de colono partiario conuento à domino? Dic, quod cum ipse dicatur socius domini, non poterat ab eo exigi, vltra quā facere possit, id est, deducto ne egeat. Istud est singulare verbum Rapha. Fulgo. quod nunquam reperi alibi in leg. si merces. §. vis maior. per tex. ff. loca.

CLVII.

1 *Præsumptio iuris, & de iure nō admittit probationem in contrarium si per confessionem partis, & an reus possit iuramento cogi ad confitendum?*

1 COntra præsumptionem iurist & de iure non admittitur probatio in contrarium, nisi per cōfessionem partis, vt est gloss. notab. in authenti. de æqual. dot. §. illud, & Cy. & Bal. in auth. sed iam necesse. C. de don. ante nup. An potestas poterit cogere reum iureiurando ad confitendū, puta si velis facere, possis ne adstringere reum iuramento Breuiter dicas quod non poteris cogere. Istud est aureum dictum Bal. in repeti. l. 2. in 18. col. ff. de iureiuran. allegat tex. quem dicit esse singularem in l. in contractibus. §. illo videlicet. C. de non nume. pecu. quod est aureis literis scribendum.

CLVIII.

1 *Venditor cauens se velle teneri tantum de facto & dicto suo teneē tē de facto sui authoris vniuersalis nō particularis.*

1 VNus socius † noster dedit mihi materiam cogitandi & limitandi pulchrè illud singulare, quod supra dixi singu. 32. videlicet Bar. in dicta l. si seruus. ff. de condi. fur. vbi dixit, quod quando venditor dicit se tantum velle teneri de suo dicto quod tamen tenetur ex persona sui authoris. de quo dicto exclamat Ludou. Roma. in l. si stipulatio ista. de verborum obligatio. tamen intelligatis Bar. & limitetis in authore vniuersali, quia si author meus fuisset particularis, ita quod ipse mihi vendidisset, postea ego tibi vendidi, & dixi me velle teneri ex meo dicto, & facto, & sine taxatiua, tantum, tamen non tenebor si euincatur ex facto authoris mei, puta, quia ipse fuisset, qui alienasset, vel seruitutem imposuisset. ista est glo. si. & singu. à nemine relata ad illum tex. in l. si cum fundum. ff. de verbo. signi.

CLIX.

1 *Redhibitoria redhibetur res vendita vitiosa, & quid de re permutata?*

1 SIres † vendita sit vitiosa, potest per redhibitoriam redhiberi, vt in toto libro de redhibitoria. Sed quæro, an illud, quod dicitur in venditione, habeat locum in permutatione quasi si res permutata sit vitiosa, an possit redhiberi. Breuiter dicite, q̄ habebit locū in permutatione. te. est forte singularis in l. sciendū. 1. §. deinde. ver. emptor. ff. de ædi.

CLX.

1 *Actione quanto minoris proposita, a n iudex possit redhibitoria*



*condemnare?*

2 *Actio quanto minoris sex mensibus expirat, & quid de redhibitoria?*

1 EGit quanto minoris contra te, modo res erat quasi inutilis, adeo q̄ pro nihilo emisses, an poterit iudex te condemnare in redhibitoria? Quilibet diceret qđ nō, quia sententia iudicis debet esse conformis libello. l. vt fundus ff. commun. diui. ca. licet Hely. de simo. In contrariū est casus singu. in l. boues. §. alliqñ. ff. de ædi. edic. quod tñ singulariter limitat Angel. ibi, si modo egi quanto minoris infra
2 sex mēses, & sic nunc habebit aliud singulare, vbi † quāto minoris expirat sex mensibus, contra l. primā & secundā C. de ędili. act. Sed istud non est mirabile, quia ex quo iudex omittat, illam quāto minoris, & amplectitur redhibitoriam, tunc redhibitoria solum durat sex mensibus, vt in iuribus suprà allegatis.

CLXI.

1 *Libellus contra inhabitātes domos alienas quomodo formari debeat?*

1 VOlo dicere ad formandū libellū contra singulariter inhabitantes domos alienas, quia debes agere condictione sine causa contra inhabitantem ad tantā pensionē, quantā conducturus fuisset ipse inhabitans, non aūt quāti locuturus fuisses, quia tunc succūberes. ita singulariter dicit Barto. in l. summa. §. in fruméto. ff. de condi. inde. quod dictum pōt optima ratione defendi, quia cōdictio sine causa datur in eo, in quo es factus locupletior. l. si eū seruum. ff. si cert. peta. Solum es factus locupletior in tantū, quanti conducturus fuisses, quia tantum tibi abesset, non quāti locaturus fuisses, quia plus fortè locasses alteri. quod dictum est aureum.

ADDITIONES.

Volo dicere, &c. Adde q̄ Bal. in §. in fruméto hic allega. no. in proposito, quod qui habitat domum alienam, tantum videtur de fructu percipere, quantum esset daturus pro p ceptione. & vide omnino doctore meū Iaſi. ibi. qui in hac materia distinguit per tres casus, & addit multa memoratu digna in prima & secunda col. Et adde quod pro dicto Bart. consuluit Alex. consilio 501. secundum vnicum numerum incip. viso processu causę vertentis coram arbitris licet aliter tenuerit Cyn. in l. excepto. C. locati. vbi tenet per illum te. quod imo habitator teneatur præstare pēlionem solitam præstari, sed fortè iste tex. secundum doctorem meum vbi supra posset intellig. secundum illum. Latè tradit Catellia. Cot. in memo. in ver. creditor habitādo. Gabr. Sar.

CLXII.

1 *Pater naturalis filium in testamento, vel in alio instrumēto nominans, sine alia expressione naturalitatis, videtur filium legitimare propter præsumptum matrimonium inter amasiam, & amasium, & quid econtra in matre naturali filium nominante?*

1 SI pater naturalis † filiū in testamento, vel etiam in quolibet alio instrumēto nominat, sine alia expressione naturalitatis, videtur filium legitimare propter matrimoniū præsumptum inter amasium & amatiam. authē. si quis. C. de naturali. li. Sed pulchra dubitatio ē, quid econtrà, an matre naturali ita nominante filium simpliciter, dicatur filius legitimatus? dic q̄ non, quia tunc cessat ratio præsumpti matrimonij, cum non ita de facili prēsumatur amasiū consentire, sicut econtra. dictum est singu. Ang. in dicta auth. item si quis.

ADDITIO.

Adde Nicolaum Boerium decisio. 240. numero 15. Gabriel Sarayna.

CLXIII.

1 *Minor iurans se maiorē, & contrahens sine consensu propinquorum prout ex statuto tenebatur, an possit nō obstante iuramento dicere contractum nullum?*

2 *Intellectus l. si alterius C. si minor se maior. dixe.*

1 STatuto cauetur, quod † mulier, vel minor sine consensu duorum propinquorum non possit contrahere, quid si minor se maiorem iurauerit, & sic contraxerit sine cōsensu propinquorum, an non obstante tali iuramento poterit dicere contractum nullum? Quilibet diceret quod non, per textū in l. si alterius. C. si minor se maio. dixer. vbi minor iurans se esse maiorem, quia mētitus est, non pōt venire contra illum contractum. In contrarium simpliciter determinat Ioan. And. in additio. Specu. ti. de senten. §. vt aūt. in addi. quæ incipit, & hæc etiam. videlicet quod possit dicere contractum nullum non seruata solennitate iuramenti. de quo dicto exclamat Lud. Roma. in consilijs suis consi. 12. & respondet vterq; eorum ad d. l. si alterius qa loquitur quando minor vult venire per beneficium restitutionis in integrum, à qua excluditur per iuramentum mendacij, secus si veniēt per viam nullitatis. quæ limitatio est aurea & mentī tenenda, & à nemine animaduersa, in præalle. l. si alterius.

CLXIIII.

1 *Excussio principalis est necessaria antequam ad tertium possessorem perueniatur, & quid si vni ex hæredibus obligatis sit adiudicatus fundus mihi hypothecatus, si illum conueniam, an possit opponere exceptionem excussionis?*

TV scis quod antequam perueniatur ad hypothecariā contra tertium possessorem, necessaria est † excussio in persona cōtra principales debitores, authen tica, hoc si debitor. C. de pignorib. & in corpore. vnde sumitur. Pone nunc talem casum. Habebam defunctum obligatum ad cētum, pro quibus hypothecauit mihi fundum, post ea reliqit tres hæredes, vni fuit adiudicatus totus fundus, ago cōtra ipsum hypothecaria ad auocandū fundum, an poterit opponere de excussione fienda contra hæredes obligatos personali actione? Quilibet diceret quod sic, per dicta authen. hoc si debitor. In contrarium est casus sing. & ibi gl. & Bartol. in l. mulier. ff. qui potiō. in pigno. haben. qui tex. etiam hodie procederet, de quo exclamat Ludo. Roma. in consi. suo 459.

ADDITIO.

Tu scis quod antequam, &c. In fin. adde q̄ idem tenuit Bart. in l. si creditor. §. quæritur. in fi. ff. de distra. pign. vel hypothe. & formaliter Bald. in authenti. sed hodie. in ver. modo quæro qd si sunt duo rei obligati principaliter. C. de actionibus & obligationibus. allegando te. glo. & Bart. in l. mulier. de qua hic. Adde etiam quod pro isto dicto facit bonus te. quem Ang. ibi post Bar. nōt. in l. quōties. C. quo or. quis conue. lib. 11. & pro not. refert Ant. Sicul. singu. 17. in verbo, actio.

CLXV.

1 *Redhibitoria post sex menses agens, succumbit, & an possit redire ad actionem quanto minoris?*

1 POst sex mēses legi redhibitoria, quo casu succubui, an postea potero redire infra annum ad quanto minoris? Videbatur dicendum quod non, quia si mihi competant duo remedia diuersa, eligendo incompetens & inutile, video mihi præiudicare in vtili. vt est text. in l. fina. C. de codicil. In contrarium singulariter determinat Bald. in l. si prædium. C. de ædil. acti. quia nō potest dici dictum, quod communi præscriptione erat sublatum, quod est valde notandum.

ADDIDIO.

Idem tradit & latius Catellia. Cot. in memorial. in verb. actio redhibitoria. Gab. Sar.

CLXVI.

1 *Emens reus à pluribus, si reperitur morbosa, & eorum pars aufugerit, an alios socios insolidum conuenire possit redhibitoria?*

EMi à pluribus† mercatoribus, qui ſortè venerãt ad iſtã ciuitatem Senarum, centũ equos, vel boues, & ab omnibus emi ſimul, poſtea duo vel tres auſugiunt & equi vẽditi reperiuntur morboſi. an alij ſocij qui reperiuntur in ciuitate Senarum, teneãtur in ſolidum? Videbatur dicẽdum q̃ non, per textum in l. ſi cum plures. ff. de exerci. & q̃ ibi dicit Bart. o. in l. eandẽ. ff. de duobus reis. & in auth. hoc itaque. C. eod. titul. q̃ ponit Bald. poſt Cyn. in l. cum te. C. ſi certum pet. quia quando emo à pluribus mercatoribus, ſocius quilibet pro virili. In contrarium determinat Bal. in l. ſi prędiũ. C. de ædi. act. vbi tenet quod ille, qui habet maiorem partem in ſocietate equorũ, eſt ille qui tenetur inſolidũ. ſi aũt oẽs eſſent in ſocietate æquales, ſimiliter tenẽtur inſolidũ. Si aũt vnus haberet minorẽ partem, tenetur ſolum ad ſuã particulã. Nec obſtat quod dicunt Bart. & doct. o. vbi ſuprà. quia iſtud eſt ſpeciale in iſtis ædilitijs actionib. Intelligas tamen quod iſti mercatores erant ſocij, qđ præſumitur tunc, cum ſimul duxiſſent equos ad iſtam ciuitatem.

ADDITIO.

Emi à pluribus, &c. Adde q̃ faciunt dicta per Ang. & Imol. in l. reos. in pri. ff. de duob. reis. & per Bart. in l. eandem. in 8. q. eo. tit. vbi omnino vide Are. in 6. col.

CLXVII.

1 *Captiuum ab hoſtibus redimens an poſſit imponere maiorem talliam, quàm ſit pretium, quod exburſauerat?*

1 REdimens aliquem captiuum ab hoſtibus de carcere, non poteſt majorem talliã imponere, quam ſit illudmet pretium, quod ipſe redimens exburſauerat realiter. iſta eſt glo. notabilis, de qua exclamat Bal. in l. 1. C. de epiſc. aud. alleg. textum optimè probantem in l. ſi. C. de capit. & poſtli. reuer.

ADDITIO.

* Adde Pet. Rauen. idem tenentem ſing. 103.

CLXVIII.

1 *Filia dotata ſi nõ ſuccedit ex ſtatuto in bonis paternis, intelligitur, dummodo dotetur de bonis paternis.*

1 STatuto cauetur, † q̃ filia dotata non habeat regreſſum ad bona paterna. Mõ pater de facto dotauerat filiam de bonis vxoris ſuæ, & ſic de bonis maternis, nũquid illa filia non obſtante ſtatuto poterit ſuccedere in bonis paternis? Videbatur quod non, quia dotata vt dicit ſtatutum, In cõtrarium ſingulariter determinat Bald. in l. mater ad finẽ. C. de iure dot. quia non eſt dotata de bonis paternis. Quare ita debet intelligi & gloſſari ſtatutum, ſi modo ſit dotata de bonis paternis vide in l. 1. C. de legitimis hæredit. & ibi Bald. & Moder.

ADDITIONES.

Statuto cauetur, &c. Adde quod pro illo dicto vide bonus textus in l. qm̃ nouella in fine. C. de inofficioſo teſtamento in verbo ſi ex ſubſtantia profecta eſt, de cuius hæreditate, & in terminis conſuluerunt Pet. de Anc. Bar. Pau. de Caſ. & Ange. quos refert Alex. in additionibus ad Bal. in l. 1. C. de legitimis hæred. hic allegata. Refert etiam Bal. in pluribus alijs locis idem tenuiſſe. Aduerte tamen, q̃ iſtud ſtatũ intelligitur, ſi iſta filia fuit dotata tempore mortis patris ſecus ſi poſt notata p̃ in l. ſi alienum. §. in extraneis de hæred. inſtituẽd. & per Bal. in l. ſi plures in 10. col. C. de cõdit. infert. & vide quæ notat. Bart. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condit. & demonſtrationib. & ita etiã conſulit Bart. in conſilio incipiente, factum ſic ſe habet, quidã deceſſit. alias incipit. Quidã deceſſit inteſtatus. Ita etiam pulchrè conſuluit Pet. de Anch. & iſtud non reperies allegatũ à quoquam in terminis in conſi. 300. incip. poſſet probabiliter dubitari in prin. Aduerte ſecundo loco qđ iſtud ſtatutum intelligitur ab inteſtato, vt dicit Bald. in d. l. C. de leg. hæred. & in l. ſi. de pact. Alex. vbi ſupra, adducit quædã conſilia, vide vt per eũ faciunt optimè iura ſupra allegata quæ ſemper loquuntur ab inteſtato, & patet ad ſenſum.

Aduerte tertio loco circa dictum Bald. de quo hic, dum dicit, modo pater dotauerat filiam de bonis vxoris, &c. intellige ſecus eſſe, ſi datus eſſet fundus alienus in dotẽ emptus bona fide à patre, ita etiã tenet in l. iure ſuccurſum §. fi. ff. de ſuis & legi. hæredibus. & ita tenuit per illum textũ Ale. in additionibus ad Bal. in dicta l. mater pro filia hic allegata, quod iſtud ſtatutũ procedit etiã dũmodo iſta filia ſit dotata de bonis patris, aui, vel proaui, etiam ſi dotatur à fratre, dummodo de bonis cuiuſuis iſtorum. ita pulchrè conſuluit Anch. conſilio 70. incip. retento ordine quæſito rũ ſuper ſingulis reſpondendo. & in conſilio 168. incip. Pro veritate præmittendum eſt. vbi etiam dicit, quod filia intelligitur dotata eo ipſo, q̃ pater in teſtamento cõſtituit ei dotem. Aduerte etiam quinto loco quod idem eſt ſi ſtatutum dicit, quod ſoror dotata à fratre nõ ſuceedat fratri, & frater dotauit ſororẽ de propria portione ſororis. quod iſta ſuccedit fratri, quia ſtatutum per verbũ dotare, ius ſignificat non actũ nudi miniſterij, ita dixit Bald. in dicta l. mater. in ultimis verbis argu. l. pater ex prouincia. ff. de manumiſ. vin. l. ſi res quas. ſt. de iure dotium ſequitur Petr. de Anch. in c. canonum ſtatuta. de conſti. vide etiam quæ no. Bald. in dicta l. prima. C. de legi. heredi. addе etiam q̃ de dictis Bal. in l. mater hic allegat. meminit Ant. Sicul. in ſing. 338. incip. ſtatuto cauetur quod filia dotata, &c.

Adde Bar. Chaſſæn. in commenta. conſuet. Burgund. 8. rubrica. in §. *femme mariee.* in verb. *par leſdictz pere & mere.* numero. 2. Gab. Saray.

CLXIX.

1 *Procurator emens fundum nomine meo & de ſuo pretio ſoluens & illum poſſidens tanto tempore quod fructus percepti, pretium exburſatum æquiualeant an teneatur mihi tradere fundum ſine aliquo pretio.*

1 TItius meus† procurator meo nomine emit fundũ, & de ſuo ꝓprio ſoluit pretiũ, poſtea poſſedit multo tẽpore ipſe procurator, & tot fructus percepit, qui aſcendẽrũt ad pretium procurationis, an ego dominus poſsim repetere illum fundũ nulla alia facta ſolutione reſpectu pretij exburſati per procuratorẽ? Dic quod potero repetere ſine alia ſolutione, quia cõpẽſabit fructus ex re mea perceptos, quia ex quo emit nomine meo, traditus eſt etiam ipſi procuratori nomine meo, & per conſequens mihi fuit acquiſitus fundus. ita ſingulariter dicit Bal. in rubri. C. de contrahend. empto. 15. quæſt.

ADDITIONES.

Adde Catellia. Cot. in memoral. in ver. procurator emit. Gabriel Sarayna.

* Hanc Bal. determinationẽ cõmendat Iaſ. in l. 2. §. 1. 15. ſalent. ff. ſi certum petatur. & in l. non amplius. §. vltimo. ſecundo notab. de lega. 1. & in l. diuortio. §. primo. circa finẽ. ff. ſoluto matrimo. Hoc tamen declarari debet non procedere ſecundum te. no. in l. ſi vero non remunerãdi. §. ſi mihi. ff. mandat. Item quando procurator petijſſet pecuniam ſibi reſtitui, quam in arca non erat retenturus, per te. no. in l. ſocium qui in eo. in princip. ff. pro ſoc. & l. 4. §. vlti. & l. ſequent. vbi ſcriben. ff. de eo quod cert. loc. facit l. prima. C. mandat. vbi Bald. in 1. & 2. oppoſi. cum his quæ latè ſcribit Ale. in l. diuortio. in prin. verſi. prædictis etiam. ff. ſoluto matrimo.

CLXX.

1 *Fundus dotalis non poteſt alienari, & quid in fundo viduæ?*

1 NOſti, qđ fundus † doralis nõ poteſt alienari propter inhibitionem legis Iuliæ, vt habetur in toto titu. ff. de fundo dotali. quid autem in viduæ? dubium eſt an deſinat eſſe dotalis, vel an idem ille fundus habeat priuilegiũ de fundo dotali. caſus eſt qui ſortè non eſt alibi, in l. etiam dirupto. ff. de fund. dotal.

CLXXI.

1 *Vſusfructus tibi locatus ad quinquẽnium, an te moriente ad tuos hæredes tranſeat?*

Locaui

1 LOcaui tibi† vſumfructum vſque ad quinquẽnium, an conductio poſt mortẽ tuam tranſeat ad hæredes tuos vſque adfinem conductionis, tu diceres quod ſic per te. in l. viam. C. loca. Caſus ſing. in contrarium ſecundum intellectum Bald. & communem poſt gloſ. in l. ſi domina. C. de vſufruct.

CLXXII.

1 *Donatio vltra quingentos ſolidos ſine inſinuatione nõ valet & quid ſi ſoluta gabella dictam ſummam non excedat?*

1 DOnatio† vltra quingẽtos ſolidos ſine inſinuatione nõ valet per te. in l. ſancimus. C. de donat. Quid ſi donatio ſit vltra quingentos ſolidos, tamen ſoluta gabella in effectu non aſcendet vſque ad quingentos ſolidos, an tunc valeat donatio vltra talem ſummam? Dicite quod ſic. ita ſing. Bar. in l. quoties. ff. ad l. Falci. quod forte non reperies alibi.

ADDITIONES.

Donario, &c. Adde quod iſtud dictum fuit ſubtractum à Ludo. Roma. ſingul. 203. incipien. Dico vnum in quo nunc habeo conſulere. vide quæ ibi dixi.

Adde Aret. in l. fructus. col. 3. & ibi Iaſ. col. 6. ff. ſoluto matrimonio. & in conſilio 2. intellectu. num. 5. ad finem. Ale. in l. vbi purè. ff. ad Trebellia. Iaſ. in l. non amplius. ff. de legat. 1. & in l. cum quædam puella. §. 1. col. 2. verſi. 4. facit. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. aliquid per Roma. ſingu. 248. filius. & per d. Andræ. Tiraquel. in tractat. de retractu conſang. in §. 15. in ver. fructus. nu. 4. & Catellia. Cot. in memor. in ver. ſtatuto mediolanenſi cauetur, quod in diuiſionibus. Gab. Sarayna.

CLXXIII.

1 *Statuto diſponente quod mortuo altero cõiugum in matrimonio, ſuperuiuens lucretur decem pro centenario, ſi mulier ſuperuiuens hoc lucrum habuerit, & tranſierit ad ſecunda vota, an illud ſeruari debeat filijs primi matrimonij, an vero etiam filius ſecundi matrimonij in illo æqualiter ſuccedat?*

1 CONſului pridie in cauſa eleganti, † & quotidiana. ſtatuto vel conſuetudine cauetur, vel etiam ex pacto, q̃ mortuo coniuge ſuperuiuens lucretur antipharium, puta decẽ pro centenario, præmortuus eſt maritus mulier lucrata fuit centum aureos pro antipharo, poſtea trãhuit ad ſecũda vota, & habuit filium ſecundi matrimonij, & etiã erat filius primi matrimonij, filius ſecundi matrimonij volebat ſuccedere in iſto antipharo cum filio primi matrimonij ſed filius primi matrimonij, contradicebat quod imo ſolo vſufructu remanente penes vxorem tranſeuntẽ ad ſecunda vota debebat proprietas conſeruari filio primi matrimonij. Videbatur dicendum quod vterque ſuccederet ex æquali lance, quia vxor fuit lucrata ex prouidentia ſtatuti, vel conſuetudinis, non autem ex munificentia mariti. & ita reperi Bald. tenentem in l. fi. in finalibus verbis. C. de bonis maternis. argu. illius te. quod dictum dicit eſſe menti tenendum. Tamen conſului contra illam opinio. Bald. q̃ imo in totũ ſuccedebat filius primi matrimonij. & alllegaui text. in l. fœminę. in prin. C. de ſecũdis nup. vbi tex. propriè loquitur de iſtis lucris nuptialibus quæ debent cõſeruari filio primi matrimonij. & eſt te. melior de iure. §. Gregoriana. verſic. proſpeximus in authentic. de non eligẽ. 2. nuben. & videtur te. in authen. vxore. C. de ſecund. nuptijs vbi iſtud firmat Bal. in terminis noſtris. & ita etiam reperi Bald. firmantem in authent. ex teſtamento. & in l. generaliter. §. illud. C. de ſecundis nuptis. & ita videtur ſentire Barto. in l. vnica. C. de inoffic. dotibus. & ſaluaui Bald. in dicta l. fin. ad ſi. quod vxor non priuetur dictis lucris per trã ſitum ad ſecunda vota quantum ad vſumfructum, ſed proprietas debet conſeruari filio primi matrimonij, per dictũ ver. proſpeximus. vbi eſt caſus, qui non poteſt cauillari. & poſtea reperi vnum conſilium Ant. de But. qui ita conſuluit. tamen non allegat contrarietates Bald. vbi ſupra, ſed ſolum fundat ſe ſuper verſ. proſpeximus. & per l. fœminę. in princip. ſupra allegatam. & eſt in cõſilio incipiente, Circa examinationem dubiorum, &c. quæ fortè non reperies alibi. Et quia eſt tempus confitendi, fateor me ſubtraxiſſe octo vel decem dicta de ſingularibus Ludo. Roma. Cætera autem ſunt ex meo labore.

ADDITIO

Idem tradit Nicol. Boer. deciſio 113. nu. 3. & Ioan. de Arno. Soliloqui. 91. & Ioann. de Garonib. in authenti. ex teſtam. nu. 55. & 56. in fi. ver. addo etiam quod. C. de ſecundis nuptijs. & Nico. Arel. in l. generaliter. num. 38. C. eodem titulo, de ſecũdis. nuptijs. Deci. cõſ. 451. col. 4. ver. his tamen & ſimilibus. nu. 7. Ioan. Lup. in repetitio. rubri. de donatio. inter virum & vxorem. §. 50. nu. 35. & Alcia. in libr. 1. de verbor. ſignific. num. 34. & vide nouiſsimè per Arium Pinelũ Luſitanum, in dicta l. ſi. C. de bonis maternis. in princ. nu. 2. qui egregiè loquitur. Gabriel Sarayna.

FINIS.

*SINGVLARIA*

# DO. PETRI GERARDI DE PETRASANCTA,

## *IVRIS VTRIVSQVE PROFESSORIS,*

*ex vtroque Iure collecta.*

*Additionibus analyticis Do. Gabrielis Saraynæ Iurisconsulti Veronensis, & aliorum, illustrata.*

I.

1 *Alimenta possunt denegari filio ex eisdem causis, ex quibus potest exhæredari.*
2 *Filiæ ingratæ an dos à patre debeat, & an data repeti possit?*
3 *Libertus ex quibus causis potest in seruitutem reuocari, ex ijsdem potest filius legitimatus in pristinum statũ à patre reduci, & haberi pro non legitimato.*
4 *Filius legitimatus qui ex causa fuit redactus ad illegitimi ex an iterum possit legitimari? & nu. 8.*
5 *Libertus redactus in seruitutem ob ingratitudinem, non potest iterum manumitti, nisi hoc à principe impetretur; doctor semel reprobatus non potest amplius doctorari, limitatur, vt ibi.*
7 *Tabellio priuatus officio tabellionatus propter delictum, nõ potest amplius per Comitem Palatinum creari tabellio.*
8 *Fieri multa impediuntur, quæ iam facta tenent.*
9 *Filius legitimatus an propter ingratitudinum possit reduci in pristinum statum?*
10 *Honor & vita æquiparantur.*
11 *Argumentum seu illatio de liberto ad filium non procedit cũ non sit eadem ratio.*
12 *Argumentum de dote ad legitimationem, an sit bonum?*
13 *Pater non cogitur legitimare filium naturalem.*
14 *Testamentum si fiat, in quo filij instituantur, quibus hæreditas est debita, licet sit factum cum duobus testibus tãtum, tamen non tollitur per secundum testamentum, nisi sit cũ septem testibus celebratum, secus si in primo fuerint extranei instituti.*
15 *Debitum aliquo modo si ei concedatur, cui est debitum, difficilius reuocatur, quam id, quod est nullo modo debitum.*
16 *Filio naturali nihil à patre debetur præter alimenta.*
17 *Filius & libertus in quibus casibus à pari procedant, & æquiparentur?*
18 *Libertati magis fauetur quam filiationi.*
19 *Legitimatus per subsequens matrimonium, an possit propter ingratitudinem ad pristinum statum reuocari?*

NOTA ꝙ ex quibus causis põt exhæreda
ri filius, quæ enumerantur in §. causę. in
auth. vt cũ de appel. cog. & enumerat gl.
in c. quintauallis de iureiur. vel ex maiori
a bus ᵃ vltra enumeratas in dictis locis, ꝙ
licita est extensio. vt per Ale. & alios au-
then. nõ licet circa fi. 1. col. C. de li. præte.
ex ijsdẽ filio in vita alimẽta denegari possunt glo. in l. si quis
à liberis. §. idẽ iudex. & ibi Bart. ff. de libe. agnosc. & glos. in
§. si igitur. in auth. vt cũ de appel. cogno. Bar. in l. si diuus. ff.
ad leg. Pompeiam de parricid. Abb. in c. cum haberet. de eo
b qui dux. in matri. quam pol. Eodem mõ ᵇ† filiæ tanquã in-
2 gratæ non tenentur dotem dare, ſm Bal. C. de dot. promis.
quia sicut põt priuari legitima, ita dote, q̃ succedit loco legi
timæ. Bar. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condi.
& demon. l. qm̃. C. de inof. testa. Subdit tñ Bal. ꝙ ex his cau
sis non posset dotem iam datã pater ei auferre. per tex. ibi
c irreuocab. &c. Dixit tñ no. Bal. ᶜ in c. 1. §. filij nati. si de feud.
3 fue. controuer. inter do. & agna. ꝙ ex quibus causis† põt li-
bertus ĩ seruitutẽ reuocari, ex eisdẽ põt filius legitimatus ĩ
d pristinũ statũ à patre reduci, & haberi ꝑ nõ legitimato, ꝙ
4 bene no. sed nũquid talis filius ᵈ † possit iterum legitimari?
videtur ꝙ nõ, per te. in l. 2. in fi. C. de liber. & eorũ liber. vbi
libertus redactus in seruitutẽ propter ingratitudinẽ nõ põt
5 iterũ† manumitti nisi hoc impetraretur à principe. idẽ es
set dicendum de filio stãte dicta æquiparatione. vide Ias. in
l. 3. §. 1. in penul. col. ff. de condi. ob cau. vbi dicit esse suum
nouum dictũ, & istã põderationẽ feci antequam ipsum vi
dissem. facit ſm Bal. ibi in d. l. 2. in fin. vlti. col. ꝙ doctor se-
6 mel† reprobatus nõ põt amplius doctorari. Adde tñ Bal. in
c. officij. de elect. in fi. vbi limitat de doctore, & in cap. post
translationem. in vlt. nota b. per illũ te. de renun. facit te. in
l. 2. C. de diuer. offi. li. 12. facit ꝙ etiã in simili tenet Bal. in
7 l. 2. per illum te. cũ gl. C. de manu. vindict. ꝙ tabellio† priua
tus officio tabellionatus ꝑp delictũ, non põt amplius per
Comitem Palatinũ creari tabellio. & idẽ tenet Bal. in c. at si
clerici. in 4. col. vbi limitat, de iudic. & in c. gratum. per illũ
te, de postula. prælat. Sed videtur ꝙ id ꝙ dixi de legitimato
nõ sit verũ, per id ꝙ supra dictũ est, videlicet, ꝙ filiæ tãquã
ingratæ licet dos denegari possit, tñ iã data auferri non põt
8 quia multa† impediuntur fieri, quæ iã facta tenent. l. patre
9 furioso. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. ita dicamus † in
filio legitimato, ꝙ licet à principio ꝑp ingratitudinẽ nõ es-
set dignus legitimatione, tñ postquã est legitimatus, & sibi
aliquid datũ, reuocari non possit, quia si nõ reuocatur dos,
intellige non acquisita viro, multo magis filius legitimatus
in pristinum statũ reduci non debet, cum hic tractetur de
honore, de statu, & sic de grauiori præiudicio, q̃ de dote. ar.
l. Iulianus. ff. si quis omis. cau. testa. vbi honor cõmõ præfe
10 rẽdus ẽ, & ꝑ† cõsequẽs de vita cũ honor & vita æqparẽtur.
11 l. iusta cã. ff. de manumis. vindi. maximè† qa nõ ẽ eadẽ rõ in
filio, quæ est in liberto. Patet, quia est suus filius, & aliquid
ei debetur de bonis patris, qđ secus est in liberto, & sic nõ ẽ
bona illatio de liberto ad filiũ, cũ nõ sit eadẽ rõ, quia esset ar
guere de minori ad maius, ꝙ argũ affirmatiuè non valet,
quia si libertus priuatur libertate, tñ nõ priuatur bonis pa-
troni, quia sibi nõ debetur aliquid, sed si filius priuatur legĩ
timatione, nõ solũ priuatur suitate status, & similibus, sed
etiã bonis paternis, quod plus est. Sed vr̃ ꝙ pdicta nõ obstẽt
& ad id qđ dictum est de dote, põt responderi qđ diuersa
12 est rõ in dote, † & diuersa in legitimatione. Nã dos est debi
ta ipsi filiæ, & pater cogitur dare dotẽ ei regulariter sed le-
gitimatio regulariter non debetur aliquo pacto filio, nec
13 pater† cogitur legitimare eum. sed si legitimat, hoc facit
ex sua mera liberalitate, nimirum ergo si difficilius reuo
catur dos postquam est data. quam legitimatio. hoc
14 probo optimo simili, si quis faciat† testamẽtũ, in quo insti-
tuat filios, quibus est debita hæreditas, licet istud testamen
tũ sit factũ cũ duobus testibus tm̃, tñ nõ tollit̃ p ſm testa-
mẽtũ, nisi ſm sit cũ septẽ testibus celebratũ, etiã si istud ſm
fiat inter liberos, & tñ si in primo testamẽto instituãtur ex
tranei, quibus nõ est debita hęreditas, istud tollitur per ſm
etiã imperfectũ, dũmodo in eo sint instituti veniẽtes ab in-
testato. oĩa ista probãtur in l. hac consultissima. & in auth.
15 hoc inter liberos. C. de testa. Apparet ergo ꝙ† id qđ est ali-
quo mõ debitũ, si cõcedatur ei cui est debitũ, difficilius re-
uocatur quã id qđ nullo mõ est debitũ. An id qđ dr̃ nõ esse
eandẽ rõnem in filio, quę est in liberto, respõderi põt, qđ
imo est eadem ratio, quia sicut seruo non debetur liber-
tas, & si ei conceditur, hoc est ex liberalitate domini, ita
in filio

in filio, vt supra dixi. Non obstat etiam vltimũ argumen.
de minori ad maius, quia ad hoc respondetur, ꝙ aut cõsi-
deras filium naturalem ante legitimationẽ, & falsum est,
16 † ꝙ sibi aliquid debeatur præter alimenta, sed si pater ei re
linquit aliquid, hoc facit ex sua liberalitate. l. 2. C. de natu.
17 libe. & auth. licet. eo. tit. & eodẽ modo considerando† liber
tum, dũ est seruus ante donationẽ libertatis. à pari proce-
dunt, quia vtrique nihil debetur. Si vero consideras filium
post legitimationẽ, tunc bene ei debetur, & tunc etiam à
pari procedũt, quia liberto debetur, & suum est quicquid
acquirit. Si modo consideras filium post reductionem in
pristinum statum, & dicas eũ amittere honorẽ, & statũ, &
bona, quæ sibi debebantur propter legitimationẽ, dico ꝙ
omnia ista concesserat sibi pater ex mera liberalitate, nimi
rũ si propter ingratitudinem põt illa reuocare. Eodẽ mo-
do considerando libertũ à pari procedunt, quia eodem mo
do ipse amittit honorem, statum, & bona, quæ sibi obue-
nerant, & obuẽtura erant post libertatẽ, quæ omnia domi
nus ex sua liberalitate cõcesserat, dũ dedit libertatem. Et
ꝙ libertus, & filius legitimatus æquiparẽtur in iure, tenet
Ias. in l. ex facto. ad fi. 6. col. ff. de vulg. & pupil. Vltimo pro
ista parte facio vnum forte fundamentum. Nã magis faue
18 tur† libertati ᵉ quam filiationi, & sic fauorabilius est legatũ
filiationis. ita dicit Ias. in l. si cui legetur. in §. hoc autem. in
vlt. col. vbi optimè probat hoc. ff. de lega. 1. ergo si libertus
priuatur libertate propter ingratitudinẽ, iuribus præalle-
gatis, multo magis debet priuari filius legitimatione, quod
19 intellige † in legitimato rescripto principis secus ꝑ subse-
quens matrimonium, vt tenet Bal. in d. c. filij nati. Cogita
tñ sup prædictis, quia exercendi ingenij causa dicto fuere.

ADDITIONES.

a Vel ex maioribus. Quod ex simili vel maiori causa possit filius exhæredari, si subsit identitas rationis, tenet Fel. in c. pastoralis. in prin. de rescri. Palatios Ruuios in reper. rub. de donatio. inter vir. & vxo. §. 16. nu. 10. Hippoly. in sing. 78. Chassæn. in consue. Burgund. rub. 7. §. 2. nu. 2. versi. sed quæro. Rodericus Suares, in l. 2. fori. fo. 71. col. 1. versicu. 3. inquantum istæ leges. Nam etiã in concordantijs est licita extensio, vt per præceptorẽ meum do. And. Alci. in tract. de presum. reg. 2. præsumptio. 28. nu. 8. Brrtachi. in tractatu de gabellis, in 2. membro 8. partis prin. nu. 25. Tiraq. de vtroque retractu. fo. 231. nu. 2.

b Eodem modo &c. Illud dictum, cum omnibus sequentibus similibus tacito authore notat Palatios Ruuios, in repetitio. c. per vestras. §. 4. col. 2. versi. adde quod pro ista opinione. extra de dona. inter vir. & vxor.

a Dixit tamen notab. Bal. & c. vide Roma. sing. 225. & ibi addidi. & ad Francis. Cremens. singul. 20. Et ꝙ filius sit ingratus, vel alias constaret saltem summariè eum esse hæreditate & bonis priuatum, quod tunc non sit alendus, tenet Ale. in l. 1. col. 3. ff. sol. mat. Stepha. Aufrer. in additio. ad decisio. Capellę Tholosanæ, decisio. 77. Deci. in l. iura sanguinis. ff. de reg. iur. Areti. in l. 3. in §. filius. nu. 9. ff. de liber. & posthu. Palatios Ruuios, in l. 409. Taur. nu. 8. Ias. in l. ius autem ciuile. nu. 28. ff. de iusti. & iur. Chassæn. in consue. Burgund. in ti. *Dies iustices*. rub. 1. §. 4. fo. 33. col. 1. nu. 19. & Petrus Dueñas, ĩ reg. 465. inci. filio durãte lite sup hęreditate.

d Sed nunquid talis filius. Faciunt notata ꝑ Lud. Ro. in sing. 683. incip. nullus qui ex suo.

e Magis fauetur libertati. Vide quæ dixi in annotat. ad Mathe. sing. 113. nota regulam, quod omnes. nu. 6. Gab. Sa.

II.

1 *Filius habens rem cum concubina patris, licet sit exhæredatione dignus, tamen fallit quando ignoranter hoc faceret.*
2 *Ignorantia probabilis excusat secus si sit supina.*
3 *Feudum perditur ex eisdem causis, ex quibus quis exhæredari potest.*
4 *Filius propter defensionem patriæ vulnerans patrem, non potest exhæredari, & econtrà.*
5 *Pater filium occidẽs propter defensionem patriæ, excusatur.*
6 *Bannitus, qui potest impunè occidi poterit occidi à filio vel à patre.*
7 *Filius licet ex causa possit exhæredari, tamen fallit si pœnitẽtiam egerit.*
1 *Filius committens causas, ob quas exhæredare potest perdit priuilegium filij, & pater illum occidens non tenetur pœna legis. Pompeæ de paricidijs sed solum pœna deportationis.*
9 *Pater habens filium illum ponens in hospitali perdit ius, & priuilegium in filio: & si talis filius occideret patrẽ, non teneretur lege Pompeia de Paricidijs. Et quid de filio ponẽte patrem in hospitali quem alimentare & curare potest?*
10 *Ciuis deserens ciuitatem periclitantem perdit priuilegium ciuilitatis, & desinit esse ciuis,*
11 *Spurius natus ex dãnato coitu qui posset criminaliter accusari, si patrem occidat, non tenetur lege Pompeia de parricidijs.*

TV scis, quod in præcedenti no. nõnulla circa materiã
ex hęredationis tibi tradidi. Nunc vero circa eandem
duas nouas limitationes trado super quibus cogitabis. Nã
a licet filius ᵃ† habens rem cũ cõcubina patris sit dignus ex-
hęredatione. §. causas. in auth. vt cum de appel. cog. colla.
8. tamẽ hoc non procederet qñ ignorãter hoc faceret, pu
ta quia nõ sciret eã esse concubinam patris. Eodẽ mõ si in
sultaret patrẽ & nesciret esse suũ patrẽ puta in aliquo con
flictu vel quia haberet habitũ insolitum vt in simili no.
gl. & ibi Bal. in 5. col. in c. 1. quib. mo. feu. amit. vbi istis ter
2 minis nõ priuat̃ vasallus feudo. & hoc verũ qñ, esset† igno
rantia probabilis, secus si crassa & supina, quia paria sunt
scire vel scire debere l. ꝙ te. ff. si cer. pet. cum ſm Bal. in d.
3 c. 1. quæcunque sint† iustæ causę exhęredationis filij, sunt
iustæ causæ perditionis feudi & eandem ęquiparationem
facit Bald. in l. 4. ff. de libe. caus. per Ias. vbi probat authen.
non licet in 3. col. C. de liber. præter. faciũt quę habẽtur in
l. itẽ. §. si quis virginẽ & ibi in appo. ad Bar. ff. de iniur. alia
4 secũda limitatio est, ꝙ si filius† propter defensionẽ patriæ
vulnerauerit patrẽ, non põt ꝑp hoc exhęredari: eodẽ mo
do si pater vulnerauerit filiũ, per id ꝙ no. Abb. in c. perue
nit. post Gof. in 1. col. de immu. eccles. vbi plus vult ꝙ pro
5 pter† defensionẽ patriæ excusatur pater occidẽs filiũ. alle
gat no. te. in l. minimè. ff. de relig. in sump. funer. vbi in ter
minis hoc decidit. adde gl. in c. fortitudo 23. q. 3. Addit ẽt
6 not. dictũ Bart. in d. l. minimè. qui per illũ te. dicit, † quod
exbannitus, qui põt impunè, offendi vel occidi secundum
formã statuti, poterit occidi à filio vel à patre. adde etiam
ꝙ habetur in l. veluti. ff. de iusti. & per Iason. & in l. 1. in §.
7 huius studij in vlti. col. eo. ti. Intellige† tñ prędicta. s. filium
posse exhęredari & denegari dotẽ & alimẽta ex dictis cau
sis in d. §. causas nisi filius vel filia pœnitentiã egerit. Ale.
8 & alij in l. 1. ff. sol. matrimo. Adde† ᵇ tamen fortius ꝙ ex di
ctis causis filius perdit priuilegiũ filij, & ideo si pater occi
deret filiũ qui commisit causam ingratitudinis non tene
retur l. Pompeia de Parici. sed solũ teneretur pœna depor
tationis tex. & ibi gl. & Bar. quẽ bene assignat in l. diuus. ff.
ad l. Pompe. & idẽ econtra, vt ibi per Bart. ꝙ perpetuo no.
sequtur Ias. in l. ius aũt ciuile in pe. col. ff. de iusti. & iur. Ad
9 de vltra, † oẽs ꝙ idẽ esset dicẽdũ si pater haberet filiũ & po
neret eũ in hospitali, quia tũc pderet ius & priuilegiũ ꝙ ha
bet in ipso filio, & si postea filius occideret patrẽ, non tene
retur l. Pompeia de parrici. Eodem mõ dicerẽ in filio po-
nente patrẽ in hospitali, intellige qñ filius posset eũ alimẽ
tare & curare & pater occideret ipsum, per tex. singul. in l.
2. C. de infam. expos. per quem te. ibi singula. no. Bal. quod
10 ciuis† deserens ciuitatem periclitantem perdit priuilegiũ
ciuilitatis, & desinit esse ciuis quod bene no. adde etiam
11 † talium casum singul. in quo filius occidendo patrem non
tenetur dicta l. Pompeia de parric. in spurio nato ex tali dã
nato coitu qui posset criminaliter accusa. puta ex incestu.
ita singular. tenet Imo. in l. Lucius. §. fina. ff. de lega. 2. sequi
tur Ias. in §. pœnales. circa medium 12. colu. Insti. de actio
nib.

## ADDITIONES.

a Nam licet filius. Vide Nic.Boer.decisio.260.nu.33.

b Adde tamen.Idem tradit Ias.in l.ius autem ciuile.col.pen.
ff.de insti.& iure.Hippo.de Marsi.in l.1.in prin.in 20.limi
tatione. & in l.circūcidere.§.seruo.ff.de sicar. & in l.si quis
viduam.col.5.versi.item facit.ff.de quæsti. Quod quomo
do intelligatur , vide latè per Ludo.Carrer.in practica cri-
mina. in §.homicidij.num.141. vsque ad nu.144.& tradit
Petr. Duenas in regul.68.incip.bannitus ex forma.in 8.am
pliatione.& per Petrum à Plaza Hispanum lib.1.cap.22.
epitomes delictorum. numero 12.& capit.36.numero 3.
Gabriel Saray.

## III.

*1 Exhæredatio facta de filio an censeatur reuocata per recon ciliationem subsecutam?*
*2 Distractus eiusdem naturæ esse debet cuius est contractus.*
*3 Legatum non potest fieri,nisi expressè verbis vel nutu,ademptio tamen potest fieri tacitè.*
*4 Mutatio voluntatis debet probari cum sit facti,alias nō præsumitur.*
*5 Iniurias despicere grauis & boni viri est.*
*6 Conditio à lege prolata denotat causam finalem.*
*7 Amicitiæ redintegratio ciuilitatē amissam non redintegrat.*
*8 Dispositio subsequens non inducit repetitionem eorum , quæ in prima dispositione sunt.*
*9 Qualitates adiectæ dispositioni primo duranti non intelligun tur repetitæ in dubio in secunda dispositione ,in qua illius primo tunc durantis facta est translatio.*
*10 Iniuria pacto sublata non potest pacto subsequenti redintegrari,quia iniuria ex pacto non nascitur , sed ex contumacia.*
*11 Conuentio non extenditur vltra res in ea expressas.*
*12 Causæ præcedentis actus sublatiuæ , sublatio de se actum iam sublatū non redintegrat,sed opus est nouo contractu, quādoque voluntario,quandoque coacto , prout sunt casuum diuersitates.*
*13 Redire in amicitiam quid sit? Et quid sit restitutio?*
*14 Legatum per amicitiam redintegratur.*
*15 Cessante causa quando effectus non cesset?*
*16 Confirmans,vel redintegrās actum ipso iure nullum dicitur de nouo dare.*
*17 Legatum propter inimicitias non annullatur ipso iure , sed ope exceptionis.*
*18 Intellectus l.3.§.final.ff.de adimend.legat.& supra nu.3.& sequen.*
*19 Exhæredatio sub conditione fieri non potest.*
*20 Conditio tacita in omni exhæredatione inest.*
*21 Intellectus l.posthumus in prin.ff.de iniusto rup.irri.testa.*
*22 Intellectus l.qui liberis.§.testamento.ff.de bono possess.secundum tabul.*
*23 Exhæredatio propter reconciliationem non reuocatur.*
*24 Intellectus l.filio quem pater.ff.de libe.& posthu.*
*25 Intellectus l.in ipsius.C.fami.ercis.*
*26 Verba generalia an sufficiant ad remissionem iniuriæ.*
*27 Verba generalia in materia fauorabili referuntur ad merentes,non ad indignos,nisi omnes sint indigni.*

VIde quod no.Bar.in l.3.§.fi.ff.de adimen.lega,quem se.
quitur Ias.in authen.nō licet.in fi.C.de libe.præte.vbi
1 vult,ꝙ si pater†exhȩredauit filium ex iusta causa,si post re
conciliauit se cum eo,illa exhæreditatio est reuocata , per
actus sociales extrinsecos recōciliatur pax,vt probatur In
sti.de iniur.§.fin.& ibi Are.Itē per sequentia merita,vt in l.
in ipsius.C.fami.ercisc.& dicta l.4.in fi.Sed ego dubito,qa
sicut exhȩredatio expresse,& nominatim,& iusta causa in
testamēto inserta fieri debet,vt no.in dicta auth.non licet.
2 eodem modo dicēdū est de reuocatione,cum eiusdē†natu
ræ debet esse distractus cuius est contractus,vt habetur in
l.ab emptione.ff. de pactis.nisi dicatur ꝙ ideo in casu isto
hoc tolleretur quia reuocatio est fauorabilis,& exhæreda
tio est odiosa,& à dispositione odiosa per dispositionē fa-
uorabilem facilè receditur,secūdū Bal.in d.l.in ipsius.quia
res de facili reuertitur ad suā naturam,& ad pristinum sta
tum.i.qñ non erat exhȩredatus.l. si vnus.§.quod si in spe-
cie.ff.de pactis.Vel aliter & melius potest dici, ꝙ in termi
nis nostris non procedit illa regula,eiusdē debet esse natu
3 rę distractus cuius est contractus,&c.patet,quia†legatū,&
sic cōtractus nō pōt fieri,nisi expresse verbis vel nutu , &
tamē adēptio,& sic distractus potest fieri tacitè,& sine ver
bis vel nutu.vt in d.l.3.in fi. Nisi diceres ꝙ hoc lex vult in
odium ipsius legatarij,cum de bono reddit malū,ꝙ cessat,
qñ legat.Sed nihilominus non videtur ꝙ sit adēpta,p tex.
in d.l.3.in fin.cum l.seq.vbi dicitur, ꝙ si iterū in amicitias
redierint,& pœnituerit testatorem prioris offensæ,ꝙ red
integratur legatū.Pondera ꝙ te.loquitur copulatiuè,ergo
requiritur vtrunque.l.si hæredi plures.ff.de cōdi.insti. Et
sic non per solam amicitiā redintegratur,sed requiritur ēt
ꝙ testator mutauerit voluntatē suā & assignat rationē, qa
ambulatoria est voluntas testatoris vsq; ad mortē,sed mu-
4 tatio†voluntatis non pōt apparere,nisi probetur,cum sit
facti,& facta non præsumuntur nisi probētur.l.in bello.§.
factæ.ff.de capti.& postlim.reuer.quia quis prȩsumitur p
sistere in priori voluntate,nisi ille qui allegat mutationem
voluntatis,illā euidēter probet.l. cū hic status.post princ.
ibidū dicit, si appareat euidēter testatorem mutasse volūta
tem &c.& ibi not.Bart.ff.de donationib.inter virū & vxo
rē.& l.cū tacitū.ff.de probatio.ca.maiores.ad fi.& ibi not.
de baptismo.quia pōt bene stare quod redierit i amicitiā,
& tamē nō sit redintegratum legatū,vt faciunt boni Chri
stiani qui propter confessionē & cōmunionē remittūt in
5 iurias & rancores,quia vt ait Seneca,grauis†& boni viri ē
iniurias despicere.Pondero etiā aliter illum te. ꝙ loquitur
6 conditionaliter, sed ego habeo†ꝙ conditio à lege prolata
denotat causam finalē.Bar.in l.2.§.fi.ff.de donatio. & est
de forma substantiali,secūdum Bal.in auth.matri & auiæ.C.qñ
mulier tutelȩ officio fungitur.& Ias.in l.2.§.quod si in prȩ
sens.in 6.colu.ff.soluto matrimonio.sed ad hoc vt illa con
ditio importet causam finalē, de necessitate oportet,quod
apertè appareat de voluntate testatoris volentis redinte-
grare legatū,& hoc,vt dixi,nō pōt apparere per solā amici
tiam,sed per testes,aut per scripturam, & hoc mō intelli-
go illū te.Et ꝙ debeat ita intelligi, pbo,primo per te.op-
timū in l.2.in ver.sanè.C.de liber.& eorum lib.dicentē,ꝙ
quāuis seruus pp libertatem adeptā ciuis Romanus effe-
7 ctus,†& postmodū pp superuenientē inimiciā inter ipsū
& dominum in seruitutem reuocatus,& sic ciuilitatē Ro-
manā amittens,ipsius inimicitiæ pœnitentiam agat, & sic
amicitiam cum domino redintegret, nō tñ ex hac amici-
tiæ redintegratiōe ciuilitatē Romanā,quā pp inimicitiā,
quæ causam dedit reductioni in seruitutē,amiserat, recu-
perat,sic ergo in casu superueniens reintegratio amicitiæ
ciuilitatem non reintegrat,quā prætendēs extinxerat ini
micitia , nec videtur pp reintegrationē amicitię extincta
legati reuocatio,ꝙ probatur ex duobus.Primo ex regula,ꝗ
8 habet,ꝙ subsequens† dispositio ex intellectu non inducat
repetitionē eorū quæ in prima dispositione sunt dicta.C.
de vsur.l.per retentionē.ff. de adi.leg.l.si tibi certā. de lega
2.l.cum pater.§.pater certam.Secundo, quia si qualitates
9 adiectæ†dispositioni primo duranti non possunt intelligi
repetitæ,in dubio in dispositione secūda,in qua illius pri-
mo tūc durātis facta est trāslatio,l.nouatione.ff.de noua.
l.Labeo.§.fi.ff.de arbi.l.cū Hermes.C.loc.l. Valerianus.ff.
de præto.stip.cū si cōsequens est,vt multo minus qualita
tes huiusmodi liberalitatis adiectę reintegrationi amici-
tiæ prius , quā inimicitia superueniens totaliter extinxit,
nō intelligātur repetitæ in hac reintegratione amicitiæ se
quētis,in qua nō pōt videri trāslata liberalitas prima,vt di
xi,p inimicitiā totaliter extinctā.Tertio pricipaliter hoc
probo,quia id renouatū,ꝙ de per se nō est causa liberalita
tis,nō pōt inducere eiusdē liberalitatis iā extinctæ renoua
tionē.ad hoc te.ad ppositū valde no.ff. de pactis.l.si vnus.
10 §.pactus ne peteret . vers.sed si pactū,dicēs iniuriā†pacto
sublatā nō posse pacto sequēti redintegrari, & subijcit ra-
tionem



tionem formaliter sic.non enim ex pacto iniuria nascitur,
sed ex cōtumelia,&c.Ita igitur in proposito nostro ipsam
liberalitatem,quam non inducit sed integratio amicitię,
sed voluntas exercentis talem liberalitatem,non debemus
dicere redintegratā & simplici superuenientia amicitiæ,
& sic pacis,cum non ex simplici pace,sed ex speciali con-
cessione testatoris ipsi legatario legatum seu liberalitas na
scatur.vnde ille tex.ita inductus est ad propositum nostrū.
Quarto principaliter patet, quod nec dici potest eandem,
liberalitatem legatario redditam ex hac sequenti amicitia
& pace,propter præsumptam voluntatem,quoniam in ea
nulla liberalitatis mentio facta fuerit, consequens est , vt
11 succedat notissima iuris regula volens vt conuentio†non
vltra res in eadem expressas extendatur.l.si vnus.§.ante
omnia.ff.de pact.l.stipulatus es opus.ff.de fideius.& l.fide
iussores magistratum.§.pro Aurelio.eo.ti.cum simi.Vlti
mo principaliter nec dici potest ipsam liberalitatem lega-
tario redintegratam ex concessione causæ , id est inimi-
citiæ quæ liberalitatem seu legatum totaliter extinxerat,
12 quoniam iuris est notissima regula , quod sublatio†causæ
præcedentis actus sublatiue de per se solum actum iam
sublatum non redintegrat,sed opus est nouo cōtractu,quā
doque voluntario,quandoque coacto,prout sunt casuum
diuersitates,vt patet ff.de condi.ob caus.l.si quis accepto.
ff.quod me.cau.l.metum.§.hoc edicto.ff.de prȩscrip.ver.
l.ob eam.secundum vnum intellectum.C.de trāsact.l.cū
mota.cum simi.Posset etiam ad hanc intelligentiam addu
ci materia l.quæ res.§.aream.ff.de solut.l.inter stipulantem
§.sacram.de ver.obl.l.deferre.§.fi.cū l.seq.ff.de iure fis.l.ꝙ
in rerum.§.fi. de leg.3.cum simili.sed prædicta satis sunt.
Sed ad omnia ista videtur posse responderi, quia si præsup
ponimus rediisse in amicitiam,de necessitate sequitur te-
statorem pœnituisse prioris offensę.non enim potest redi
13 re in amicitiam,nisi testatorem pęniteat,cum redire†sit in
pristinū statum ire,sicut restitutio dicitur in pristinū sta-
tum repositio.l.ꝙ si minor.§.restitutio.ff.de mi.Et si dicis
opus est ꝙ appareat de mente testatoris redintegrantis le
gatū,dico ꝙ apparet tacite,& istud sufficit vt dicta l.quod
si iterum. Nec est verum quod requiratur declaratio volū
tatis facta per scripturam,vel coram testibus quia nullibi
14 hoc probatur.& quod legatū†redintegretur propter ami-
citiam probatur ratione manifesta.nam cessante causa ces
sat effectus.l.adigere.§. quamuis.ff.de iure patro.c.cum ces
sante.de appell.sed causa ademptionis fuere inimicitiæ,qa
tūc cessant. ergo dēt cessare effectus.i. adēptio,& sic rema
nere in pristinum statum, cum contrariorum eadē debet,
esse disciplina, cum sit eadem ratio.& per hoc tollitur ꝙ
supra dictum est,ꝙ ista stent simul, scilicet reditio in ami
citiā & ademptio,quia hoc est impossibile per dictā regu-
15 lā.Sed dic dictā†regulā non obstare,nam quandoque actus
est perfectus & tunc cessante causa non cessat effectus.&
Bar.in l.1.§.fi.ff.de dona.& Bart.in l.ex duobus in prin.3.
col.ff.de duo.reis.sed in casu nostro actus est perfectus, sci
licet reuocatio legati propter inimicitiam,ergo non cessat
effectus per reditionem in amicitiam.Non obstat si dicas
quod sicut ei quādo legat,oportet quod appareat per te-
stes,aut per scripturā,ita quādo redintegrat,cum de nouo
det,per ea quæ no.Bar.in l.hæredes palam.§.1.ff.de testa-
men.Quia respondeo negādo ꝙ de nouo det,vel videatur
16 dare,quia tūc quis†videtur de nouo dare,qñ cōfirmat,vel
redintegrat actum ipso iure nullum,sed legatum propter
17 inimicitias nō annullatˀ ipso iure,sed tantū ope†exceptio
nis propter voluntatem testatoris,ꝗ p̄sumitˀ abesse.& hoc
dt tex.in fi.d.l.3.ergo non cēsentur de nouo dare, per Bar.
18 & alios in l.more.1.col.in fi.ff.de iurisd.om.iudi.& istat† de
legato dixi quo ad intellectum d.l.3.in fi.cum l.seq.quē in
tellectum contra omnes doc.puto in puncto iuris esse ve
rum,quia si recte consideras supra adducta ad intelligētiā
illius legis tolli non possunt,scilicet, ꝙ nō p solā redinte
grationē amicitiæ redintegretˀ legatū.Cogita tñ,quia do-
cto.omnes simpliciter ptrāseunt,& aliquod verbū suprà
adductū non ponunt. De exhæredatione autem quid sen
tiam,dicam inferius,& quod exhærædatio non intelligatˀ
reuocata,probatur,quia esset facta sub condictione, scili-
19 cet exhæredo filium † nisi reuertar in amicitiam,quæ non
potest fieri sub conditione.l.etsi pepercerit in prin.& ibi
Alex.ff.de libe.& post hu.Ad hoc potest responderi,quod
ista est quædam conditio tacita pendens à voluntate testa-
toris,quæ non vitiat exhæredationem.alias omnis exhære
datio posset dici facta sub conditione,& per cōsequens
nulla exhęredatio valeret,quod non est dicendum , cum
20 in omni† exhæredatione inest tacite conditio pendens
exhæredo filium nisi reuocem exhæredationē. Præterea,
dicitur in l.posthumus.in prin.ff.de iniu.test. quod si post-
humus nascens rumpat testamentum,& viuo testatore de
cedat,conualescit testamentum absque alia declaratione
voluntatis testatoris.& te.in l.qui liberis.§.testamento.ff.
de bo.pos.secundum tabu.dicit,quod si quis post factum
testamentum dederit se in arrogationem,testamentū rū-
pitur.& si efficiatur sui iuris,testamentum reconualescit,
nisi expressè in codicillis. vel coram testibus declaret vo
lūtatē suā.Ias.in l.si arrogator.in 16.col.ff.de adop.concor
21 dat ista iura sic , quando testamentum †rumpitur ex facto
alterius,loquitur l.posthumus quando vero rūpitˀ ex facto
22 voluntario testatoris,†loquitur d.§.testamento.& istam
doctrinam sentit Bar.in l.si quis filio exhæredato.§.quate
nus.in fi.ff.de iniust.testa.Modo in proposito,exhæræda
tio est facta voluntate testatoris, & eius facto,vñ attentata
pdicta doctrina nō debet posse reuocari,nisi expres se ap-
pareat de voluntate.Ad hoc pōt respōderi.ꝙ imò in casu
isto exhæredatio fuit facta facto filij,& sic alterius, cū cō
miserit aliquam causam ingratitudinis,& sic eius facto,&
causa,prout est in ademptione legati, quia cēsetur adēptū
tacite p solas , inimicitas absque reuocatione expressa fa
cta à testatore,cū culpa,& facto legatarij hoc pcesserit.&
tenet Bart.in l.cū tabulis.§.1.de his quib.vt indi. Vel ali-
ter pōt respōderi,ꝙ sumus in diuersis terminis, & aliud ē
ꝗrere,vtrū actus semel reuocatus ex facto volūtario testa
toris possit reuocari tacitè,& dicēdū est ꝙ nō.d.§.testa-
mēto.& ita pcedāt supradicta, & aliud ē ꝗrere vtrū actus
factus à testatore q nūquā fuit reuocatus,possit tacitè re-
uocari.& ita est in casu nostro.Et dicēdū est ꝙ sic patet in
d.l.3.in fi.declarando vt supra. Sed p opin.Bart. videtur
tex.in l.in ipsius.C.fami.ercis.ubi dicitˀ,ꝙ si dominus caue
rat,ꝙ vnus ex seruis suis moreretur in vinculis,& alter vē
deretur exportandus,dicitur ibi,ꝙ p clementiā tollitˀ illa
offensa,licet scripturis nō pbetur dūmodo aliquo modo
hoc cōstet,psertim cū talia merita pcedāt,vt ira domini
poterit mitigari.& secūdum Bal.ibi à dispositione odiosa facile
receditˀ p dispositionē fauorabilē. Pōdera ergo ꝙ si istud
pcedit in seruo,& sic in extraneo,multo fortius pcedet
in filio.Quid tenēdū in isto dubio passu?videtur qđ opi-
nio Bar.sit verior,p dict.l.ipsius.& alia pdicta.& obiectio
nibus suprà factis est bene respōsum iudicio meo. Dico
in primis,qđ illi qui dicunt Bar.in dicta l.3.in fi.decidere
exhæredationē esse reuocatā pp recōciliationem,non be
ne dicunt.quia Bar.hoc non dicit ibi,nec vnquam dicet.
sed quærit de illa quæstio.& arguit de illo te.pro pte affir
matiua,& relinquit indecisum,& ita videtur intelligere.
Bartol.Are.in l.filio quem pater.in prima colum.ff.de libe
23 ris & posthumis. Vnde dico indubitanter†talem exhære
dationem propter reconciliationem non esse reuocatam.
hoc probabo lege,& authoritate probo lege.quia tex.est
in terminis in dicta l.filio quem pater.vbi dicitur,†quod
si pater exhæredauit filium emancipatum,& postea arro-
get eum,& pe consequens reuertatur in amicitiā patris
& reconcilietur,quod per hoc censetur exhæredatio reuo
cata.& est ratio secundum doc.ibi,quia si per istam recō
ciliationem esset reuocata exhæredatio,filius inueniret se
præteritum,& per consequens rumperet testamentum,
quod non videtur esse de mente testatoris,cum nemo prȩ
sumatur elegisse viam,per quam sua dispositio infringa-
tur

tur.l.3.ff.de teſta.milit. Authorirate probo.quia hoc ſentit expreſsè Areti.ibi in d.l.filio quem pater.dum allegat Bar.in d.l.3.& ita ſentit etiã Ale.& Pau.de Caſt.ibi. Et per prædicta hanc partem tenerem in iudicando, & conſulendo, quicquid dicat Ias.in d.auth.nõ licet. Nõ ob.l.in ipſius
25 C.fami.ercis.quia ibi non ſequeretur irritatio teſtamenti ſicut in caſu noſtro. Sed quæro nunquid verba generalia
26 ¶ſufficiãt ad remiſsionem iniurię, & ſic exheredationis? verbi gratia, dicit pater, cuilibet filio meo dono decẽ. vtrũ per hoc viduatur filio exhæredato offendenti iniuriã remitere, & ſic exhæredationem? Dic quod non. quia verba
27 generaliaꝰ debent referri ad emerẽtes, non aũt ad indignos vel odioſos etiam in materia fauorabili, vt eſt in vltimis volũtatibus.te.eſt no.in l.§.Lutius Titius Damam.ff.de l. 2.quod verum eſt ſecundũ Bal. in d.l.in ipſius.C.fa.ercis. in fi.niſi omnes offenderint, quia tũc de neceſsitate rẽfertur ad offendentes, & odioſos, vt diſpoſitio aliquid operetur.ar.l.fundus qui locatus.ff.de fundo inſtru.& l.qui concubinã.§.qui hortos.ff.de leg. 1.cũ ſimi. Et nota omnia ꝑdicta, quia alibi hoc mõ declarata non reperi quia doctores ſimpliciter tranſeunt.

ADDITIO.

An ſi filius rediit in gratiam patris, ſit exhæredatio reuocata, latè & doctiſsimè diſcutit Did.Couar.in c.Raynutius. nu.17.ver.illud hic notandum eſt.extrà de teſta.Gab.Sar.

IIII.

*1 Libellus obſcurus, generalis, & incertus parte non opponente procedit.*
*2 Verbum, debet, importat neceſsitatem.*
*3 Intellectus l.ſi rem.ff. de rei vendi.*
*4 Forma non ſeruata actus eſt ipſo iure nullus.*
*5 Omiſsio ordinis iuris, & formæ legis, vitiat actum, & conſensus partium nihil operatur, cum formæ legis renuntiari, non poſsit.*
*6 Sententia debet eſſe conformis libello.*
*7 Intellectus l.ſi C.de anna.excep.& nu. 14.*
*8 Citatio qualibet etiam generalis & indiſcreta interrumpit præſcriptionem. Item & oblatio inepti libelli.*
*9 Intellectus c.ſignificantibus.de libelli oblatione.*
*10 Argumentum à contrario ſenſu non ſumitur, vbi reſultat correctio legum.*
*11 Forma legis inducta ob certam cauſam, quæ nunc ceſſat, an poſsit renuntiari?*
*12 Forma legis inducta in fauorem partis tantum an poſsit renuntiari?*
*13 Sententia certificari poteſt ex actis.*
*15 Libellus ineptus, & nullus præſcriptionem interrumpit.*
*16 Iudex ex mero officio parte etiam non opponente poteſt cogere actorem vt libellum ſuum obſcurum declaret.*
*17 Libellus generalis & obſcurus in criminalibus parte etiam non opponente, eſt ipſo iure nullus, ſecus in ciuilibus.*

1 NOtant doctores in l.edita.C.de eden.quod licet libellus ¶obſcurus, generalis, & incertus parte opponente nõ procedat, tamen ſecus eſt parte non opponente. per te.in l. fi.C.de anna.excep. vbi Bar.& alij doct.& eſt te.in c.ſignificantibus.de libel.obl.vbi ſufficit petere in genere, licet poſtea reuocetur in irritũ, vt ibi. Sed hoc videtur falſum, per te.in l.ſi in rem.in fi.in verbo, debebit.ff.de rei vẽdi. dicitur ibi, quod in libello quis debet exprimere cauſam, & rẽ
2 & circunſtantias rei. põdera, verbũ debet, ¶q̃ importat neceſsitatem. 1.de dolo & contu.& ibi Abb.l. Paulus.1.ff.de re iudi.& ibi doc. ergo neceſsariò requiritur quod libellus ſit certus, alias eſt ipſo iure nullus. Niſi diceres, quod loqtur quando pars opponeret, & ſic vt libellus procedat parte opponẽte neceſsitatur facere illa de quibus ibi. & hoc vt iura iuribus concordent. l. 1.C. de inoffi.do. ſed hoc eſt
3 diuinare. Sed ponderaꝰ quod ille te. ꝓcedit dando formã, vt etiã patet in prin. illius l. dum loquitur conditionaliter, per id quod no. Bar. in l. 2. §. fi. ff. de don. & Bal. in auth. matri & auiæ. 1. colũ. C. qũ mul. tu. offi. fun. & Ias. l. 2. §. quod
4 ſi præſens. in 6. col. ff. fol. ma. tũc ¶non ſeruata forma actus eſt ipſo iure nullus. l. inter cætera. ff. de libe. & poſt hu. l. cũ hi. §. ſi prætor. ff. de tranſact. ſed in caſu noſtro non eſt certus prout requiritur in d. l. ſi in rẽ. ergo eſt nullus. Nec põt dici quod hoc ſolum ſit inductum in fauorẽ rei, vt poſsit melius deliberare an velit cedere vel contẽdere. l. 1. & ibi no. C. de eden. & non fauore petentis, quia reſpectu eius libellus incertus habet ſua ſubſtantialia, nimirum ſi reo tacente procedit libellus, quia tacitè videtur renuntiare d. l. fi. de anna. exce. & quilibet poteſt renuntiare fauori ſuo. l.
5 pẽ. C. de pact. ga cũ ſit ꝺomiſſus ordo iuris, ſ. ꝙ libellus ſit certus, ꝙ eſt de ordine iuris, vt d. l. ſi in rẽ. & ſic omiſſa forma legis, cõſenſus partis nihil operatur, cũ formæ legis & ordini iuris nõ poſsit renuntiari. gl. in c. diſpẽdia. & in c. ſtatutum. de reſcrip. in 6. & quod no. Bal. in auth. ſi quis in ali quo documento. in 1. col. C. de edẽ. vbi dixit notab. quòd ſi quis conſentiat publicationi teſtiũ ab aduerſa parte ꝓductorũ, ſi tũ tales teſtes nõ fuiſſent rectè & rite recepti, talis cõſenſus nihil operaretur. facit quod ſi talis libellus incertus ꝓcederet, iudex poſſet teneretur ferre ſententiam
6 incertam, cum ſententia debeat eſſe conformis libello, vt l. vt fundus. ff. cõmuni diui. qđ nõ eſt dicendũ. §. curare. Inſti. de actio. Nec obſtat d. l. fi. de anna. exce. vbi eſt fundamentũ doctor. ga loquitur de interrũpenda præſcriptione,
7 & ſic in libello citatorio, vt ibi patet. & ideo nõ refert an ſit generalis, & pars nõ opponat, quia etiam ſi oppone ret, ſufficeret ad interrumpẽdam præſcriptionem. & hoc voluit Iac. But. vt refert Ange. in d. l. ſi rem. in fin. ga ¶libet
8 ¶citatio generalis, & indiſcreta interrũpit pſcriptionẽ, vel oblatio inepti libelli. ad hoc vide Bar. & ibi in l. accuſatus ff. ad le. Iul. de adul. & Ias. in §. curare. in 3. col. in ver. 6. prædicta reg. Inſti. de act. Ad c. ſignificantibus. reſponde,
9 ¶quod ꝓcedit de facto, vt de facto irritum reuocetur. ita reſpõdit Barba. in apoſt. ad Abb. in d. c. ſignificãtibus. quod tenementi, quia ſecundum hoc deſtruit multas doctrinas doctorũ. Sed iſta reſponſio non videtur aliquo modo tollere contrarium. nam dicitur ibi in fin. quod ſi ita eſt ꝓut narrabat, ꝓceſſus reuocatur in irritum, ſcilicet, quatenus de facto ꝓceſsit cum ſit nullus ex eo quod pars oppoſuerat, ergo à contrario ſenſu, ſi non eſt ita vt narrabatur, & ſic ſi pars non oppoſuit, nõ debet reuocari in irritum, ſed debet valere. Sed ad hoc realiter reſpõdeo, & dico, ꝙ ibi relatio non debet fieri ad oĩa ſupradicta, ne reſultet exorbitans correctio. l. ſi in rem. ff. de rei vẽdicatione. per gl. & ibi Bar. & Are. in l. talis ſcriptura. de leg. 1. & ꝓ te. in l. vxorẽ §. 1. de leg. 3. vnde illa clauſula, ſi eſt ita &c. nõ refertur ad id quod ſupra dixerat de oppoſitione facta contra libellũ
10 generalẽ & obſcurum per prædicta, & per conſequens tar gumẽtũ à cõtrario ſenſu ſumi non poteſt, cum reſultaret correctio legis, vt no. doc. in l. 1. ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſdic. Sed videtur quod ad omnia prædicta reſponderi poſsit primo: quod formæ legis quę eſt inducta ob certam cauſam quæ nunc ceſſat, poteſt renuntiari. l. cũ hi. §. cũ
11 autem tranſac. ſed ita eſt in caſu noſtro, ergo poteſt renũtiari, iſta enim forma eſt inducta ob hanc cauſam, id eſt, vt reus poſsit deliberare an cedat, vel contendat, quæ cauſa ceſſat ſi non opponit, cum deliberauerit contendere. Niſi diceres quod ibi minor alimentarius quando tranſegit ſuper alimentis ſine decreto prætoris facit cõditionem ſuã meliorem, quod ſecus eſt in caſu noſtro quia fatigatur libus & ſumptibus quando libellus eſt incertus, quod nõ fatigaretur, ſi libellus eſſet certus, quia forte cederet, & nõ contenderet, & ſic in caſu noſtro ceſſat cauſa, prout in dic. §. cum autem tranſac. Vel ibi ideo eſt, quia lex vltra pro-
12 cedit. Secundo aliter reſpondetur, quodꝰ cum ſit inducta iſta forma in fauorem partis tantum, poterit renuntiare. l. 1. ff. de ferijs. gl. in c. de offic. deleg. Non obſtant gloſſ. ſupra allegatæ, quia loquuntur quando forma eſt introducta non ſolum in fauorem partis, ſed etiam publicæ vtilitatis. Ad id ꝙ dicitur, eſt omiſſus ordo iuris, &c. negatur, quia connumeratur inter ea quæ ſunt de ordine



dine iuris, quæ ponuntur per gl.& doct.in l.prolatã. C.de ſenten.& d.l.ſi in rem.non probat quod ſit de ordine iuris. Non obſtat, quod ſequetur, quod iudex cogeretur ferre ſententiam incertam, &c. quia dico quod in proceſſu dum actor probat intentionem ſuam, certificabitur libel
13 lus, & declarabitur, & ſufficit ꝙ ſententia certificetur ex actis l. 3. C. de ſen. quæ ſine cer. quant. Nec obſtat reſpõſio data ad l. fi. C. de annal. except. quia ſi rectè inſpiciatur
14 ille tex. non ſolum loquitur in libello citatorio ad interrũpendam præſcriptionem, ſed etiam in libello peritorio, & conuentionali, nam dicitur ibi, ꝙ ſi quis fecerit libellũ generalem. propter hoc multæ altercationes ortæ fuerant inter antiquos iurilperitos maxime propter interruptionem præſcriptionis. ponderа ꝙ ſi loqueretur tantum de libello citatorio ad interrumpendam præſcriptionem, vna tantum eſſet dubitatio, & non plures, cuius contrarium dicitur ibi. Pondera etiam dictionẽ maximè, quę implicat idem in alijs libellis peritorijs, & cõuentionalibus. Tamen poſſes pro alia opi. dicere ꝙ imò ille tex. nõ negat, quin libellus generalis dicatur nullus, pars nõ opponat, bene dicit, quod ſi aliquis generaliter dixerit obnoxium ſibi aliquem conſtitutum, & omnes actiones puta perſonales & hypothecariæ, & ſimiles, & competẽtes ex incerta libelli cõfectione preſcriberentur, quod nihilo minus reiectis dubitationibus quæ emergebãt, vult ꝙ ad illas actiones in narratione libelli nõ contentas interrumpatur præſcriptio, quia videtur omne ius ſuum in iudiciũ
15 deduxiſſe, vt ſupra dixi, etiã per oblationẽ libelli inepti, qui eſt nullus, interrumpitur præſcriptio, & ſic fundat ſe in præſcriptione. & aliter dicere eſſet corrigere d. l. ſi in rẽ quod eſt dicendum, niſi apertè conſtet. l. præcipimus. in fi. C. de appel. Quid tenendum in iſto paſſu dubioꝰ videtur mihi quod iſta pars in puncto iuris ſit verior, & diſputatiuè teneri poſsit. Cogita tamen. Retenta tamen opinione cõmuni, limita no. reg. d. l. fi. in fi. C. de anna. exce. quod iu
16 dex ex mero officio etiam parte non opponente põt cogere actorẽ vt libellum ſuum obſcurum declaret. ita dicũt Bal. & Sal. & Ias. in l. 3. C. de tranſact. Limita etiam procedere in cauſis ciuilibus, ſecus in cauſis criminalibus, vbi libellus generalis & obſcurus eẽ parte nõ opponente ẽ ipſo
17 iure nullus, vt ꝑ Papienſes in l. 1. co. vbi iſtud limitãt. ff. de edẽ. & valde no. ꝓdicta, ga nõ inuenies alibi ita declarata.

V.

*1 Legatum reuocatur propter inimicitias capitales, vel grauiſsimas ſuperuenientes inter teſtatorem, & legatarium, etiã ſi poſt tale legatum reuocatum fecerit codicillos, in quibus dictum legatum non reuocauerit. hoc tamen limitatur.*
*2 Legatarius ignoranter incidens in inimicitiam cum teſtatore, legato non priuatur.*
*3 Vaſallus concubans cum vxore domini ſui ignoranter, feudo non priuatur.*
*4 Legatus an priuetur legato ob inimicitias ſubſequentes, ſi proceſſerunt culpa teſtatoris?*
*5 Legatum an & quando ob inimicitias ſuperuenientes cenſeatur reuocatum?*
*6 Legatarius ſi occiderit teſtatorem vilem cum eius vxore cõcubantem, legato non priuatur.*
*7 Donatio cauſa mortis an cenſeatur tacitè reuocata propter ſuperuenientem inimicitiam ſicut legatum?*
*8 Donatio inter virũ & vxorẽ reuocatur ꝑ tacitã pœnitẽtiã.*
*9 Donatio cauſa mortis an inducatur ſi expreſsè mortis mentio facta non fuerit, ad hoc vt reuocari poſsit?*
*10 Donatio cauſa mortis quãdo videaꝰ reuocata, & quãdo nõ?*

1 REgula eſt, quod l. gatum reuocatur propter inimicitias capitales. vel grauiſsimas ſuperuenientes. inter teſtatorẽ & legatariũ. l. 3. §. fi. ff. de adi. leg. quod amplia ꝓcedere etiã ſi teſtator poſt tale legatu reuocatũ fecerit codicillos, in qb⁹ nõ reuocauit legatũ factũ illi, ꝙ put poterat ſi volebat. & ꝙ hãc ꝑſumptionẽ nõ definit eſſe reuocatũ legatũ, cũ videreẽ dicẽdũ ꝙ ſic. ꝑ reg. l. diuus. ff. de in inte, reſt. ga vna ꝑſumptio tollit aliam, ſicut quando per reconciliationem reintegratur legatũ, eodẽ modo eſſet dicendũ in caſu noſtro, tamen (ut dixi) in contrariũ no. Bar. in l. filia. §. Seio. per tex. ſolennẽ. ff. de adimen. leg. quod bene no, quia multi dicerent contrariũ. Iſtã ampliationẽ ego limitarẽ, quando in codicillis teſtator reuocaret expreſsè aliqua ex legatis iã tacitè reuocatis ꝑ inimicitias, & aliqua nõ, quia tunc illa quæ expreſsè nõ reuocauit, dicerẽ ꝙ deberentur. ex quo. n. reuocauit quædã, & ꝙdã non, videtur expreſse apparere de mente ſua, quod non vult reuocare illa, quæ expreſsè non reuocauit. arg. l. cũ ꝓtor. ff. de iud. & c. nonne. de ꝓſump. facit tex. l. cũ hic ſtatus. §. qui quaſdã. ff. de donatio. inter virũ. Intelligerẽ tamen dictã limitationẽ non procedere, quando tale legatũ ſemel reuocatũ fuiſſet factũ ex pluribus corporibus exiſtentibus, quia tũc ſi ibi reuocaret, quod eſſet principale, extingueretur in totũ legatum, alias ſecus, per tex. in l. peculiũ. §. quadrigæ, & ibi
2 no. Bar. ff. de leg. 4. Prædictã tamẽ regulam nouiter limitarẽ nõ ꝓcedere, qñ legatarius ignorãter incidiſſet in inimicitiã cũ teſtatore, quia tunc non priuaretur legato. arg. eorũ quę no. gl. & Bal. in ſimili in c. 1. quib. mo. feu. amit. vbi habetur, ꝙ ſi quis inſultat dominum, quem neſcit eſſe dominũ ſuum, non perdit feudum, niſi eſſet ignorantia craſſa & lupina, quia paria ſunt ſcire. vel ſcire debere. l. quod
3 te. ff. ſi cer. pet. & idem dicunt ibi gl. ff. ſi concubuit ¶cum vxore domini ſui neſciens eã vxorẽ. ſequitur Alex. in apoſtil. ad Bar. in l. item apud. §. ſi quis virgines. ff. de iniur. Cogita tamen. Adde ꝙ Bartol. in l. cum tabulis. §. 1. ff. de his qui. vt indig. ſingulariter limitat dictã regulã nõ ꝓcede
4 re, quando ſi inimicitiæ proceſsiſſent culpa teſtatoris. per illum. §. 1. quem Bar. ibi reputat mentit. tenendum. Ias. verò in l. ſi filiam tuam. in princ. C. de inoffi. teſta. probat illã limitationẽ, & bene iudicio meo, ꝙ quo facit vltra ipſum. l. ſi inimicitiæ. ff. de his qui. vt indign. vbi dicitur, quod legatum reuocatur ſi legatarius palã & aperte maledixerit teſtatori, ergo à contrario ſenſu, ſi bene dixerit, non reuocat tunc ſic in d. l. cum tabulis. §. 1. bene dixit non patiendo ſe eſſe concubinam patroni, nimirum ſi nõ reuocatur. & ſic illa lex ſuper qua ſe fundat Bar. nihil facit, quia non eſt diſtinguendum ex qua parte inimicitia ſit cauſata. Ita in ſimili dicit gloſſ. notab. in l. athletæ. §. dat remiſsionem, in ver. inimicitia. & ibi nota. Bald. quam dicit non eſſe alibi.
5 ff. de excu. tuto. Tamen ſi vellemus tenere ꝓopin. Bart. ex ſuis dictis poſſet inferri, quod ſi poſt teſtamentum teſtator feciſſet inſultum legatario ſine illius culpa forte, quia habebat rem cum vxore legatarij, propter hoc non
6 cenſeretur reuocatum legatũ, quod forte procederet etiã, ſi legatarius ipſum teſtatorem inſultãtẽ pro neceſsaria ſui defenſione interfeciſſet, vel ſi ipſum teſtatorem vilem perſonam cum vxore repertum interficiat, per tex. notab. d. §. 1. l. cum tabulis. Sed quæro nunquid donatioꝰ cauſa mortis cenſeatur tacitè reuocata propter ſuperuenientem inimicitiam, ſicut legatum? Videtur ꝙ nõ per gl. in l. cũ martus. §. fin. ff. de pactis dot. & in l. 2. C. de iure do. vbi gl. ſoluendo quoddã contrariũ dixit, quod licet ibi lit donatio cauſa mortis, & poſsit reuocari ad libitum donantis, & in eius abſentiam, tũ requiritꝰ ꝙ fiat per modũ expreſſum, & non tacitum, puta ſi alteri donet, vel leget quis rem mihi prius donatam cauſa mortis. quæ opinio eſt multũ nota: & vtilis in practica, & pro ea videtur tex. in terminis, non violando literã in l. vxori ſuæ. ff. de donatio. inter virũ & vxorẽ. & ſic patet, ꝙ non cenſeatur reuocata ꝑ ꝓ ſuperuenientẽ inimicitiã ſicut legatũ, vt ſupra dictũ eſt. Quod intelligerẽ, niſi ſequat indignitas, q̃ habeꝰ in l. ſi ab hoſtibus.
8 §. fi. ff. ſoluto matri. Nec obſtat ſi diceres, donatioꝰ inter virũ & vxorẽ q̃ morte cõfirmatur, reuocatur ꝑ tacitã pœnitẽtiã, alteri legãdo vel donãdo. l. cũ hic ſtatus. §. ſi maritus & §. q quaſdã. ff. de dona. inter vi. & vxo. Nã ad hoc reſpõdeo, quia illa eſt magis debilis à ſui initio, nimirum ſi ꝑ tacitã pœnitentiã reuocatur, quod ſecus eſt in caſu noſtro. Et nota valde prædicta, quia ſi vera eſſent, limitarent totum titulum de donatio. cauſa mortis, & reſultaret differẽ

tia

tia vltra alias per docto.traditas in l.2.ff.de.leg 1. & per pa
pienses in l.non omnis per totum.ff. si cer.pet. Alias si tibi
displiceret ista op.oporteret dicere, quod nõ eēt vera opi
in l.quæ dotis.ff.solu.matri.quam cõmuniter tenent doc.
9 vt non† sufficiat habitam esse mentionem motis expres-
se vel tacite, nisi expressè hoc dicatur, quod donet causa
mortis ad hoc vt talis donatio reuocari possit, per tex.le
Seia.§.fi.ff.de dona.cau.mor.cum contrariorum eadem d-
beat esse disciplina, quando est eadem ratio. Sed tamen
non videtur quod sit vera ista opinio, quia præter quã quo
ad ordinationem, donatio causa mortis ęquiparatur, ergo
donatio causa mortis.nec valet responsio, quod donatio
inter virum & vxorem debilior sit in sui initio. quia nos
non tractamus de initio donationis, sed tantum de reuo-
catione, & quantum ad hoc eiusdem sunt potentiæ, quia si
cut vna reuocatur nuda & simplici voluntate, ita & alia, &
sic prædicta opinio redditur dubia, quamuis ad d.l.vxori
suæ.non posset commodè responderi. Distinguerem tamẽ
10 sic† aut donatio causa mortis incœpit à traditione, & tunc
non intelligatur reuocata, nisi reuocetur expressè quia pa
tiendo rem esse apud donatarium, non videtur habere ani
mum reuocandi. Aut incœpit à promissione, & tunc cen-
seatur reuocata. Sed nunquid erit adhibenda distinctio de
qua suprà, an inimicitiæ superuenerint ex culpa donatarij
vel donantis sicut in legato? Cogita, & tene menti omnia
prædicta, quia alibi non inuenies.

ADDITIONES.

Vide Rom.sing.199.& ibi in additio.& late per d.Palati.Ru
ui. in repe.rubricæ extra de donatio.inter virum & vxor.
in §.78.col.4.versi.Item adde nu. 117.& col.6.versi.ad idẽ
facit.nu.28.Gab.Sar.

* Inimicitiæ capitales, vel grauissimæ superuenientes inter
testatorem & legatarium tollũt legatum vel fideicommis
sum, vt clarè probatur in l.3.§.vlt.ff.de adimen.leg. etiam
si post inimicitiam testator qui legauerat, codicillando nõ
ademerit.vt est casus notab.in l.pen.§.Seia.eo.tit.& habe-
tur in l.si inimicitiæ.in prin.ff.de his quib.vt indig.& vbi-
que Bar.& doct.& est gl.in l.hæreditas.in gl.mag.in prin.
C.de his qui.vt indig.vbi Ale.& alij.Ista cõclusio amplia-
tur, etiam si legatarius solum. testatori maledixerit, &
infaustas voces aduersus eum iactauerit.vt est casus singu.
in d.l.si inimicitiæ.circa medium.per quem iuncta glo.di
cit notab.in l.item apud Labeonẽ.§.ait prætor.1.ver.videa
mus.ff.de iniur.quod verbaliter quis iniuriatur, quando im
properatur sibi aliqua iniuria in se.vel suos commissa. quẽ
refert Roma.consi.183.circa fi.ad idem tex.in l.3.in prin.
& ibi Ias.post alios ad hoc notat.in 4.no.ff.de libe.& post-
hu. Quomodo autem probetur talis inimicitia. Bar.post
Dyn.in l.fideicommissum.C.de fideicom. distinxit. vide
Bal.in l.errore.& in l.nostram.C.de testa.Pau.de Castr.in
l.hęredes palam.§.si quis post.ff.de testa.istam etiam Bar.
distinctionem sequitur idem Cast. & Ias.in l.iurisgẽtium
§.quod fere.in fi.ff.de pa.Sed an legatum reuocetur per su
peruenietes inimicitias quibus testator causam dedit, &
non legatarius? In hoc Bar.sing.tenuit quod non procedat
regula prædicta in l.cum tabulis.§.quoniam.per illum te.
ff.de his quib.vt indig. & dicit hoc memoria dignum ad li
mitationem l.3.§.vl.ff.de adimen.legã.istam decisionem
Bar.pro sing.refert Ias.& dicit se alibi non legisse, in l.hæ-
reditas.ver.secundo limita.C.de his quib.vt indig.& sub-
dit se non inuenire aliquem qui de ea faciat mentionẽ nec
approbando, nec reprobando, & putare dictum hoc Bar.
falsum esse quatuor medijs, per quæ dicit se tenuisse & te-
nere contra Bar. & quod indistinctè inimicitię superue-
nientes reuocent legatum etiam si superueniant facto
testatoris, vide latè Catel.Cot.in verb.inimicitiæ.

VI.

1 *Debitor si promittat soluere in quocunque loco placuerit cre ditori, an intelligatur arbitrio boni viri?*
2 *Verbum volo, est absoluta voluntatis.*
3 *Promittens aliquid si illud conferat in voluntatem illius cuius intersit, licet id fiat per verbum volo, tamen semper intelligitur de arbitrio boni viri.*
4 *Intellectus l.cum quidam ff.de leg.2.& nu.6.*
5 *Verbum placuerit, quando importet arbitrium boni viri, & quando liberam, & absolutam voluntatem?*
6 *Intellectus l.in his.§.sororem.ff.de fideicom.libertam.*
7 *Verbum, libuerit, importat liberam voluntatem.*

1 NOtant doct.in l.si conuenerit.ff.de iurisd.om.iudi.q si
debitor† promittat soluere in quocũque loco placue
rit creditori, q istud pactũ nihil releuat, quia verbum pla
cuerit non est absolutę volũtatis, sed intelligitur arbitrio
boni viri.l.in his.§.sororem.ff.de fideicom.liber.doct.in
l.si sic.ff.de leg.1.licet contrariũ teneant ibi nonnulli doc.
Tandem Moder.ibi distinguunt, aut in pacto est appositũ
verbũ importans arbitriũ boni viri, vt est verbũ placuit,
& tũc procedit quod dictũ est. Aut est appositũ verbũ im
portans liberã & absolutã voluntatẽ, vt est verbũ volue-
rit, & tũc pcedit cõtraria opi.qđ imo creditor poterit cõ
2 uenire debitorẽ vbicũque voluerit. quod verbũ† voluerit
sit absolutę voluntatis, probatur in l.cũ quidã.ff.de leg.2.
Bar.& alij in l.si sic.ff.de leg.1.& istã distinctionem appro
bant omnes. Sed recolo quod aliàs reprobaui hãc distin-
ctionẽ in secũdo membro. & multũ placuit præceptori
meo per doctrinam no.& mẽti tenẽdã Ale.in l.1.in 8.co.
ff.sol.ma.& in l.2.§.fi.in 2. col.eo.tit.& in l.postulante.in
3.col.ff.ad Treb.sequitur Soci.in l.si quis, arbitratu.in 1.
col.ff.de ver.obl.Are.consi.14.in 7.col.in fi.in quibus lo-
3 cis dicunt, quod vbi quis† promittit, quod confert in vo-
luntatem alterius.ad quẽ pertinet interesse, licet p verbum
volo, tñ semper intelligitur de arbitrio boni viri, si pro-
mittẽs tractat de dãno vitando.allegant gl.no.in l.pen.ff.
de arbi.& idem dicunt esse de mente Bar.in l.fi.ad fi.ff.de
præto.stip.dũ allegat l.creditor.§.Lucius.ff.man.& ad l.cũ
4 quidã.de leg.2.respondet, †quod ibi nõ tractatur de dãno
vitando, sed de lucro captãdo, prout ibi aperte. quod Ale.
dicit esse menti tenẽdũ, qa quãtũ ad hũc passum hoc decla
ratũ nõ reperit. Ita dicebã in casu nostro, quod licet pro-
missio fiat p verbũ voluerit, importãs liberã volũtatẽ, tñ
qa tractatur de interesse & de dãno vitando ipsius debito
ris pmittẽtis, qa magis ibi expedit soluere conueniri in
vno loco, quã in alio, intelligitur facta pmissio arbitrio
boni viri. Et ideo nouiter etiã inferebã ex pdicta doctrina
5 qđ licet verbũ† placuerit, importet arbitriũ boni viri, hoc
ideo est, qa tractatur de interesse, vt patet in d.§.sororẽ. qa
prius seruus antequã cõsequatur libertatẽ, debet reddere
rationẽ. Sed qñ nõ tractaretur de interesse nec de dãno vi
tãdo, tũc dico quod importat liberã & absolutã volũtatẽ.
l.fideicõmissaria libertas.2.in ver.q si ita.ff.de fideicõmi.
lib.vbi loquitur de verbo libuerit, quod idẽ importat, qđ
verbũ placuerit, ſm Grãmaticos.& hoc vt iura iuribus
concordẽtur.l.1.C.de inoffi.dot.c.cũ expediat.de elect.li.
6.Sed ista vltima declaratio ad verbũ placuerit, nõ videtur
6 vera, qa nõ est verũ qđ ibi tractetur de dãno vitãdo imò
tractat de lucro.legatũ.n.libertatis cõtinet lucrũ & nõ dã
nũ.l.si hæreditatẽ.ff.mand.& sicut in d.l.cũ qdã.dicebã q
tractẽtur de lucro.& ita propriè est in d.§.sororẽ nisi dice
res quod ibi satis tractatur de interesse, & hoc sufficiat. ta
mẽ dicas q ibi verbũ placuerit, non fuit collatũ in volunta
tẽ alterius, ad quẽ pertinet interesse, put dixi supra de ver
bo voluerit.& hæc videtur bona responsio. Nec obstat d.
7 l.fideicomissaria libertas. quia loquitur de† verbo libuerit,
quod bene importat liberam volũtatẽ, secus est de verbo
placuerit, & hanc differentiam inter ista verba ponit Bar.
in l.alio.in 3.col.ad fi.ff.de alimen.& ciba.leg.& in extra
uaganti ad reprimendũ in verbo, videtur expedire. & in
no.15.quod tene menti quia alibi nõ inuenies, faciet tibi
honorem sicut mihi fecit.

ADDITIO.

Vide quæ scripsi in annotationibus meis in sing.15.Matth.
Mãthesilan.vbi plene addidi.vltra quæ vide Dida.Couar
in practicis quæst.c.10.nu.5.ver.sexto.Gab.Sar.

Rubrica



VII.

1 *Rubrica nigro generalior non debet restringi per nigrum specialius loquens.*
2 *Rubrica statuti si dicat, quod filia dotata non succedat, licet nigrũ de matris tãtum successione exprimat, an trahi debeat ad successionem patris, de quo nulla sit expressio?*
3 *Statutum disponens, quod quælibet hæreditas ascendentium deferatur masculis legitimè descendẽtibus exclusis fœminis dotatis, non habet locũ in successione matris, vel auiæ maternæ, sed solũ in ascendentibus per lineam masculinã.*
4 *Statutum excludens filias dotatas intelligitur solum excludere ab hæreditate eius qui dotauit, & non ab alia nisi aliud ex verbis statuti colligatur.*
5 *Statuti excludentis filiam dotatã à successione rõ quænã sit.*
6 *Statuti cum vna tantum reddi ratio potest, ea habetur pro expressa, & ex ea argui potest extensiue.*
7 *Ratio sola in statuto non præsumitur, sed plures.*
8 *Inclusio unius est exclusio alterius, et quo hæc regula pcedat?*
9 *Casus à statuto omissus remanet in dispositione iuris communis. fallit quando statuentes, si de hoc fuissent interrogati, verisimiliter ita statuissent.*
10 *Statuta tantum disponunt, quantum loquuntur.*
11 *Testatoris dispositio facta in vno casu extẽditur ad alium, de quo testator verisimiliter idem disposuisset.*
12 *Dispositio nunquam trahitur ad non cogitata.*
13 *Dispositio legis facilius extenditur, quam dispositio hominis.*
14 *Statutum correctorium debet restringi, vt minus corrigat ius, quam sit possibile.*
15 *Mẽs semper est attẽdenda etiã si verba statuti offendãtur.*
16 *Indefinita æquipollet vniuersali ex interpretatione, non ex propria significatione.*
17 *Dos succedit loco legitimæ.*
18 *Exhæredatio hoĩs debet fieri noĩatim, non exhæredatio legis.*
19 *Statutum corrigendo in vno, an generaliter sit intelligendũ vt in omnibus corrigat?*
20 *Verba in statutis debent propriè, & strictè intelligi.*

1 QVando rubrica est generalior †nigro, non debet re-
stringi per nigrum specialius loquens, imo sufficit
ad decisionem causæ si habet verba perfecta.ita not.do-
cto.in l.1.ff.si certum peta.& ideo Pau.de Cast.cons.334.
incipient. pręsens casus modicam dubitationem habere.
2 videtur. consuluit quod si rubrica statuti dicat, † quod.
filia dotata non succedat, postea in nigro dicatur, filia do
tata non succedat matri, nec auiæ maternæ, de patre autẽ
nihil dicatur, quod dictum statutum habuit locum etiam
in patre, cum rubrica sit generalis. sequitur ibi Alex.in di
cta l.1.& in consi.1.in 4.vol.Ias.tamen in d.l.1.tenet con
trarium sex fundamentis. sed priusquam eis in forma re-
spondeam, quia intendo contra ipsum tenere, adduco in
primis p opin.Pau.q egregiè consuluit Rapha.Cuma.&
plures alij cõsi.215.incip.q quælibet hæreditas.&c. quòd
3 statuto† q qlibet hæreditas ascendentium deferatur ma-
sculis legitimè descendentibus, exclusis feminis, cũ dota
tæ fuerint, quod licet tale statutum generaliter loquatur,
non habet locum in successione matris, vel auiæ mater-
nę, sed solũ in ascẽdẽtibus p lineã masculinã. sequitur Ias.
in l.4.§.ptor ait.in princ.3.col.ff.de in ius vocãd.vbi dicit,
quod est noua decisio, & magna ad intellectum illius sta-
tuti. mouetur Rapha. quia statutũ excludit fœminas, qa
sunt dotatæ, sed ista rõ dotandi cessat in matre, & auia, qa
ad eas non pertinet officium dotandi.l.mater.C. de iure
dot.ergo non comprehendit matrẽ, qa debet intelligi de
hæreditatibus eorum, qui tenentur dotare, & sic de hære
ditate patris vel lineæ paternæ. cum ergo verba non con
ueniant matri, nec eius dispositio.l.4.§.toties.ff.de dam.
infect.l.quod constitutum.ff.de milit.testa.cum simi. Et
4 quod tale† statutũ intelligatur, si dotatæ fuerint ab ea per
sona de cuius hæreditate agitur, & non ab alia, ita tenet
no.Bal.in l.1.C.de leg.hęre.cũ concor.quas dat Ias.in leg.
quoniam nouella.C.de inoffi.testamen.vbi limitat, nisi ex
verbis statuti colligeretur, quod etiam aliunde dotata de
beret excludi. Modo in proposito cum rubrica dicat,
filia dotata non succedat, intelligitur dotata ab eo cuius
erat officium dotare, qui est pater. ergo loquetur de hæ
reditate patris. facit etiam quod si statuentes fuissent in-
terrogati de hoc, verosimiliter idem disposuissent. ergo,
&c.gloss.in l.tale pactum.§.fina.& ibi doctor.ff.de pact.
quod disposuissent idem, patet, quia maior ratio est quod
filia excludatur à successione patris, quam matris, vel a-
5 uiæ maternæ, nam ratio † statuti excludentis filiam dota
tam à successione matris est, vt conseruetur agnatio, &
familia, ne bona perueniant ad extraneos. Bald. in le.
maximum vitium.C.de libe.præter.sed ista ratio multo
fortius habet locum in hęreditate patris, ergo idem dispo
suissent, quia concernit fauorem proprium agnationis, &
proprie masculorum consistentia, quibus grauissimum &
iniuriosissimum esse dignoscitur domus progenitorum
suorum fore, & situs in quibus antiquata est fortè agna-
tionis fama, & ius, & nomen, videre ad extraneos deuolu
tas, & imagines maiorum suorum, hoc est arma sua, & insi
gnia videre reuulsa.arg.C.de administratio.tuto.l.lex.quæ
tutores. igitur huiusmodi exemplo fauore agnationis, atti
nentis & conseruantis famam, & nomen agnationis abs
que dubio videtur adiecta, quia fauorem eius principali
ter concernit.argumen.ff.de contrahen.emptio.l.si in em
ptione.in princi.& quod not.in l.veteribus.ff. de pact.in
gl.& ista rõ perinde est, ac si esset in statuto expressa, ſm
Bal.in dicta l.maximum vitium.& in l.fin.ff.de hæredi.in
6 stituen.& ibi Imol.Sali.in l.2.C.de noxal. Item cũ† vnica
tñ possit reddi rõ, perinde est ac si esset expressa, & ex ea
argui potest extensiue. Ias.in §.omnium.8.colu.in fi. Insti
tu.de act. Posset aliquis dicere, quod fauor agnationis non
sit rõ dicti statuti, nisi sit expressa, vt singul.voluit Bar.in
l.liberorum in sexta col.ver.his præmissis.&c.ff.de verbo
rũ significatio. sequitur Are.in consi.27.inci. pponitur in
facto. in tertia colũ.in fi. Alex.cõsi.80.inci.viso & oppor-
tunè, &c.in 6.col.in 1.vol.Bal.in l.si defunctus.in vi.col.
C.de suis & leg.& in l.Titia cum testamẽto.§.Lucius. Ti
tius.2.ff.de leg.2.vbi per illũ tex.dicit, q rõ istius statuti
est, qa masculi maiora onera supportant quã fœminæ, tñ
prima rõ videtur communior, vt per Papienses in l.1.3.
& 4.col.C.de succ.edict. Pro eis qui tenent quod illa non
sit sola ratio, facit quod no.Sal.in l.serui nostri.C.de nox.
7 q in lege vel statuto† nõ præsumitur q sit vna sola rõ.sed
plures. sequtur & multũ exclamat Ale.l.si cõstãte.in 6.col.
in princi.ff.soluto matrimo. Sed alia opin.est cõmunior
8 vt dixi. Non ob.si dicatur, inclusio vnius† est exclusio al
terius.l.cum pretor.in princi.ff.de iud.c.nõ ne.de psump.
sed in nigro in dispositione statuti includitur hæreditas
matris, ergo videtur exclusa hæreditas patris. Ad hoc re
spondeo, quod dicta regula nõ procedit, quando in omis
so esset eadem vel maior rõ.gl.est approbata in dicta l.cũ
prætor.sed in casu nr̃o est maior rõ, vt s.dic.est, ergo, &c.
9 Nõ obst.q† casus omissus in statuto habet p omisso, &
remanet in dispõne iuris cõis.l.si extraneus. ff.de condic.
ob causam.l.si cum dotẽ.soluto matrimo.cum similib.qa
hoc fallit, quando statuentes verosimiliter ita statuissent.
gl.in dicta l.tale pactũ. qđ verosimiliter ita statuissent, su
pra probatũ est. Non obst.q statutũ nõ dicit, q filia dota
ta excludatur à successiõe patris, ergo nec nos.l.si seruũ.§.
nõ dixit ptor.ff.de acquirenda hæreditate. Nã si statuẽtes
voluissent idem iuris esse, facile erat exprimere de patre.l.
1.§.penul.C.de caducis tollend.cap.inter corporalia.post
10 medium.de translatio.prælato. Item statuta† tantum, di
sponunt quantum loquuntur, & non plus. Bald.in l.testa
mentum non ideo.in vltimis verbis.C.de testamen. quia
ad hoc eodem modo respõdetur quod fallit, nisi statuen
tes verosimiliter idem disposuissent, facit quod notat.
Angel.in leg.Gallus.§.& quid si tantum de libe.& post-
11 humis. quod dispositio † testatoris facta in vno casu ex-
tenditur ad alium, de quo testator verosimiliter idem di
sposuisset. pro quo etiam est text.in l.Lucius.§.final.ff.de
liberis

12 liberis & posthu.& ibi not. Adde quod † dispositio nũquã trahitur ad incogitata. Ange. consi. 244. inci. Philipicius, & c. Contra prædicta fortiter facit tex. in l. si quis ita. §. pen. ff. de testamen. tute. & gl. approbata in l. Lucius. in princi. de liber. & posthu. quæ vul. quod si testator instituat filios suos, licet ista institutio sit generalis, tamen nõ trahitur ad filium quem testator ignorabat se habere, & tamen veri similitudo est, quod si testator sciuisset eum habere, ex naturali charitate eum instituisset. arg. l. 3. C. de inofficio. testamen. & illam gl. sequuntur Bar. & Dy. in dicta l. si. quis ita. §. penul. vnde per ista Aret. in dicto. §. & quid si tantum limitat prædicta non procedere, quando debet fieri extensio de vna persona ad aliam. sequitur Ias. in l. cum res. in 2. col. de legat. 1. & sic in casu nostro. tamen si extẽsio fieret de vna persona ad aliam, prædicta non procederent, & per consequens casus omissus remaneret in dispositione iuris cõmunis. Ad hoc respondeo, quod limitatio data p Are. nihil facit in proposito. nam loquitur in dispositione hominis, vt patet recte intuenti, & ita loquuntur iura allegata per ipsum. Sed nos loquimur in dispositione statutaria, & sic in dispositione legis. & ita loquitur gl. in dicta l. tale
13 pactum. §. fi. & ratio diuersitatis est, quia facilius extenditur dispositio legis quam dispositio hominis, secundum Areti. in dict. leg. 2. in 2. colum. de leg. 1. & in leg. Gallus. §. si eius. in pen. col. in fi. de li. & posthu. & patet ex no. in dicto §. & quid si tantum. Item ideo in nigro statuentes expresserunt tantum de matre, & linea materna, quia si nihil expressissent, non fuissent comprehensæ in dispositione statuti, per id quod consuluit Raph. in dicto consil. De patre autem, ideo non expresserũt in nigro, quia satis erat expressum in rubro, dum dicit, filia dotata, & c. per ea quæ dicta sunt. Item quia hoc erat minus dubium. Nec obstat
14 quod istud † statutum est correctorium, quia corrigit l. fina. C. de liber. præter. ergo debet restringi vt minus corrigat ius commune quam sit possibile. l. 2. C. de noxal. c. cũ dilectus. de consuet. quia multum largè intelligi debet, cũ censeatur fauorabile, secundum Bar. in l. 1. C. de summa. trin. & fide catho. Bal. Sal. & Moder. in l. 2. C. de in ius vo. Non obstant fundamenta Ias. quia respondeo, & quo ad primum dico, quod ista rubrica habet orationem perfectam omnino, nec est bona consequentia, oratio est obscura, ergo non est perfecta, quia ista possent simul stare, máxime cum non probet aliqua lege, & c. Ad secundum ipse respondet. Ad tertium dico, quod hic non est aliqua dubietas, cum expressè apparet mentem statuentium fuisse quod filia excludatur à successione patris, per illud verbũ
15 dotata, & c. vt supra dictũ est, cum mens semper attendẽda sit etiã si verba statuti offendantur. Bal. in l. contra. ff. de legib. Et ratione maioritatis rationis quod non sit dubietas patet, ꝗa rubr. loquitur indefinite, & sic equippollet vniuersalis l. si pluribus. & ibi Bar. ff. de lega. 2. cum sit eadem ratio in vniuerso comprehensorum, vt sæpius dictum est vnde perinde est ac si vniuersaliter excluisset ab hæreditate omnium, patris scilicet & matris, & sic nulla est dubietas. Non obstat illud subtile argũ. quod faciebam contra ip-
16 sum, quod indefinita æquipollet vniuersali, non ex propria significatione, sed ex interpretatione. l. si seruitus. ff. de seruit. vrba. prædio Bar. in dicta l. si pluribus. Ias. in l. stipulatio ista habere licere. circa prin. 3. col. ff. de verborum obligatio. ergo non habet locum in statutis, in quibus debẽt strictè & proprie intelligi verba, & non interpretatiuè l. 3. §. hæc verba. cum simi. ff. de neg. Quia licet hoc sit verũ, ꝙ indefinita æquipollet vniuersali, non ex propria significatione, sed ex interpretatione, tamen in omni materia statutaria, & etiã correctoria æquipollet vniuersali. Bar. in l. omnes populi. in 6. quæst. prin. de iusti. & iurei. & in l. 1. ff. de reg. iur. Ad quartũ respondeo ꝙ istud statutum est fauorabile, vt supra dictũ est, nam principaliter inducẽ est fauore agnationis conseruandæ, & istud debet attẽdi. l. si quis nec causam. ff. si certũ pet. l. qui exceptionem. de condi. indebi. ne in consequentiã resultet odiũ ex per-

fœminarum d. l. qui exceptionem. & ita tenent doct. communiter in dicta l. 2. de in ius vocan. Ad quintũ dico, quod ista non est proprie exhæredatio cum non excludat eam
17 in totum, imo habet dotem, & sic legitimam, cũ dos † succedat in locum legitimæ. Bar. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de conditio. & demõstratio. Secũdo dico, quòd dato quod esset exhæredatio, quod iura dicentia exhere dationem † debere fieri nominatim, loquuntur in dispositione hominis, secus aũt in dispositione legis. ꝙ ꝓbo. nã si testator habẽs plures filios dicat, exhęredo filiũ vel dicat exhæredo filios, exhæredatio nõ valet. l. 2. & ibi do. & in l. Titius. in pri. vbi An. Imo. & Are. de li. & post. tamen si statutum dicat, filia dotata non succedat, vel filiæ dotatæ nõ succedant, valet. & licet sint plures filiæ, excludẽtur à successione. & si fundamentum Ias. esset verum, sequeretur quod statuentes deberent nominare omnia nomina filiarum omnium ciuium singulariter, quod impossibile & derisorium. Tertio respondetur, quod nomen filię satis nominatim est expressum, & hoc tantum requiritur à lege, licet non sint nominatim expressa bona paterna, à quibus exhæredatur. Ad sextum dum dicit, statutum debet intelligi vt aliquid operetur, & ita intellectum debet restringi vt minus lædat ius commune, quã fit possibile, dico istud fundamentum esse de directo contra regulam põsitam p Ale. in auth. ex testamento. C. de colla. vbi dicit, quod quã dõ cõstat quod lex † venit corrigendo in vno, & dubitatur vtrũ corrigat in alio, quod illa lex debet intelligi generaliter, vt corrigat in omnib. allegat ca. contra Christianos. de hære. in 6. iuncta doctrina Imo. in l. si vero. §. de viro. ff. sol. matri. Vnde puto sic dicendum, & trado. vnam nouã doctrinã quã credo esse veram, tamen cogitabitis an procedat. Dico ergo ꝙ quãdoque ẽ dubiũ vtrũ corrigat in aliquo. & tũc si itelligeremus legẽ vel statutũ ꝙ nõ corrigat ius cõmune, ver. legis vel statuti impropriarẽtur. & nõ sũt improprianda, sed debent sumi in propria significatione licet per hoc corrigatur ius commune. ita procedit quod no. Bar. in l. 4. §. prætor ait. ff. de dam. infect. quem ita intelligit Ab. in c. cum dilectus, in tertia cõlum. de consuetudo. Aut verba non impropriarentur, sed possent capi in significatione stricta, larga, & largissima, & tunc sunt intelligenda eo modo per quẽ non corrigatur ius commune, etiã si caperes verba largissima significatione. & ita loquitur te. in dicto c. cum dilectus. de consuetu. Aliquando cõstat ꝙ corrigit, & certũ est quod corrigit in vno. tamen est dubiũ vtrum corrigat in alio, & tunc debet intelligi, vt corrigat in omnibus. ita procedat quod no. Alex. in dicta authẽ. ex testamento. & ita sumes in casu nostro. nam certum est ꝙ corrigit in matre, sed dubiũ est vtrum corrigat in patre, ergo debet intelligi indistinctè, vt corrigat in omnibus. Vel vt dixi supra, debet intelligi large, cum censeatur fauorabile. & sic extensio fieri poteſt. egregie. Pau. de Cast. Bald. & Alexan. in l. qui se patris. C. vnde libe. & ibi Ias. ad fina. 28. col. vbi tradit singu. limita. ad regu. quod in statutis † verba debent proprie & strictè intelligi quod nunquã exeat mentẽ tuam. Et per hæc manifestè apparẽt omnia fundamẽta Ias. esse sublata. & ad veritatem istius decisi. no. prædicta seruа memoriæ, quia alibi hoc modo hunc passũm declaratum non inuenies, si autẽ bene dixero, Deo laudetur, si autem malè, redarguat. vt vtar verbis Bar. in l. non solum. §. morte. post prin. 2. col. ff. de no. ope. nun.

VIII.

1 *Probatio per coniecturas in casibus clandestinis dicitur manifesta.*
2 *Furtum an probetur per acclamationes factas in domo de nocte ad vicinos, dicendo, succurrite, quia fures sunt in domo, vel an talis acclamatio facit indiciũ vehemens, vt per id possit deferri iuramentum furtum passo, maximè si res furata esset vilis?*
3 *Violentia probatur ex vocibus puellæ plorantis, quas vicini audierunt.*
4 *Acclamationes furtum indicantes, vt probẽt, ꝙ requirãtur?*

Nota,



1 NOta, ꝙ in casibus clandestinis, vt in furto, probatio † per coniecturas dicitur manifesta, vt si probatur ꝙ ostium noctis tẽpore fuit fractum, vel quod famulus aufugit, ita tenet Bart. in l. si quis ex argentariis. §. prætor ait. ff. de edend. quem ibi sequuntur communiter doct. & dicit Ang. quod semel vidit de facto istum casum Perusij in quodam fullone quoddã pannos retinẽte in apotheca, quę de nocte fuit fracta. & Spe. in tit. de pigno. in prin. in versi. & nota quod si creditor. & versi. seq. vbi subdit vnum sin-
2 gulare verbum, quod per acclamationes † factas in domo de nocte ad vicinos, succurrite, quia fures sunt in domo, qui omnia exportant, non probatur furtum, quia alias multæ fraudes possent fingi. quod valde no. Adde etiam quod no. vult Bal. in l. quod ad præsens. C. de murileg. lib. 11. Tu vero vltra doctores dicas quod saltem tales acclamationes facient indicia, per id quod nota. Bal. in l. 1. §. potuisse. ff. ad Sillan. vbi per illum te. no. quod ex vocibus † ploranti bus inducuntur indicia, quod facit secundum eum ad probandum aliquem voluisse inferre violentiam alicui puellæ, quod vicini audierunt eam clamantem & plorantem. & dicit non esse meliorem te. illo. Et ideo ex hoc põt inferri, ꝙ licet indicia sint minus quàm semiplena probatio, vt est gl. not. in l. cum probatio. ff. de proba. quam reputat sing. Bal. in c. fi. in 6. colu. de iureiuran. & in l. non hoc. in vlti. colum. C. vnde leg. Ang. in l. fi. in pri. ff. quod met. cau. ꝙ intelligi debent de indicio leui secundum Bal. in locis præ
4 allegatis. † sed si esset indicium vehemens, nõ esset minus quam semiplena probatio, & posset sibi acclamanti deferri iuramentum in supplementum probationis, iuxta l. adc monẽdi. ff. de iureiur. cum isto casu non posset dici, nisi ꝙ sit vehemens indiciũ, cum sit maxima coniectura, maximè si iste acclamans esset habitus, tentus, & reputatus bonæ famæ & conditionis in illo loco, quia concurrentibus istis magis iudex commoueretur ad deferendũ sibi tale iuramentũ. Et sic si istud esset verum, multum restringeretur dictum sing. Spec. & possent multæ fraudes fingi, & sic per indirecta probari furtum. Putarem tn quod res subtracta non deberet esse magni valoris, & sic ardua vel præiudicialis ad hoc, vt tale iuramentum deferri possit. per no. per repetentes in dicta l. admonendi. Et ad probandum tales acclamationes, & sic indicia sufficerent duo testes vicini, qui audiuerint talem clamorem. gl. est in l. fina. quam Bar. & docto. multum not. C. fami. ercisc. un. gl. in l. fin. in fi. in verb. excep. quam Angel. ibi ponderat. C. de cadu cis tollendis. gl. in auth. de testa. imperfe. in prin. & ibi Ange. Cogita tamen sũper prædictis, quia alibi non inuenies.

IX.

1 *Equum in stabulo sudantem, si quis extrahat, & ad palum ligat, & ob id equus se incapistrauerit, & pereat, an teneatur emendare dictum equum domino?*
2 *Interponens cum armis se inter duos rixantes, vt eos separet an possit impunè occidi?*
3 *Negotium vtiliter à principio gerere sufficit, licet postea non sortiatur effectum.*
4 *Principale propositum est attendendum.*
5 *Intellectus Leleganter. §. idem Labeo. ff. de dolo.*
6 *Actio de dolo an detur pro dolo præsumpto?*
7 *Dispositio lacum habens in crimine vero, habet etiam locum in crimine præsumpto præsumptione iuris, non hominis.*
8 *Intellectus. l. si hominem in prin. ff. depos.*
9 *Actus præsumptus non põt resultare ex alio actu præsumpto.*
10 *Culpa in rebus alienis est punienda, in propris culpanda.*

TEnemenți quod eleganter no. Ange. in l. eleganter. §. item Labeo. ff. de dolo. vbi per illũ te. decidit casum,
1 quẽ dicit se habuisse de facto. quod si quis † viderit equum alicuius in stabulo multum sudantem, & illum extraxerit de stabulo, & ligauerit ad vnum palum, & demum equus ille se incapistrauerit, & mortuus sit, quod ille qui extraxit tenetur emendare dictum equũ domino, quamuis principium eius fuerit licitũ. Adde bonum simile de eo † qui vi-
2 dit duos cum armis, & bona fide se interponit, vt eos sepa-

ret, nã si occidatur est impunè. gl. est sing. in l. 1. & ibi Ang. C. de sica. intellige tn vt per Ang. ibi, vt procedat, quando ex separatione imminebat periculum occidendi, alias non quod tenementi, ne te interponas in huiusmodi casibus. facit etiam l. si hominẽ. in princ. & quod ibi Bar. in summario no. ff. depos. Contra tn decisionẽ Ang. allegatur fortis tex. in l. sed an vltro. §. 1. ff. de neg. gest. vbi habetur ꝙ sufficit † quem à principio vtiliter gessisse negotium, licet postea non sortiatur effectũ. Contra Ang. facit etiam quod di
3 cit glo. parua in verb. faciet. in l. eum qui. §. in popularibus. ff. de iureiu. ꝙ illud dicitur bene fieri, ꝙ bona fide fit. facit etiam quod not. in l. 1. §. prætor ait. per illum te. cum glo. ff. ne quis eum qui in ius voca. est. & si aliquis videt volentẽ trãsire per locum periculosum, & eum per vim faciat retineri, non tenetur illo edicto secundum Bar. & alios ibi, nec tenetur quo ad Deum nec quo ad mundum. Sed ad istud posset responderi ꝙ retentio non redundat in eius damnum, sed in vtilitatem, sed secus est in casu Ange. de equo quod possum facere eo inuito, quando est in aliquo periculo. vide quam plures casus per Ale. in l. fi. C. de neg. gest. fa-
4 cit etiã contra Ang. quia principale † propositum est attendendum. l. si quis nec causam. ff. si cer. pet. & ibi Papienses in 6. col. dicentes, ꝙ vbicunque aggreditur quid principaliter licitum, licet secundario faciat illicitũ, tn in illo illicito nõ debet puniri illa pœna qua puniretur, sed debet alias mitiùs puniri arbitrio iudicis. & ibi allegãt bona iura, quãuis aliqua allegent in contrarium. Et ad fi. item Labeo. in
5 quo se fundat Ang, responderem, & † intelligerem ꝓm d. l. si hominem. vbi dicitur, si soluero compeditũ ductus misericordia, sciens cui rei esset paratus, puta torturę, teneor, quia ex quo scio cui rei paretur, sum in dolo præsumpto, & sic præsumor potius dolo quã misericordia hoc fecisse. & ita intelligerem. §. item Labeo. ꝙ ille seruus cõpeditus erat, vt quæstio de eo haberetur, vel propter aliud maleficiũ, & ille qui fecit fugere ipsum, sciebat cui rei pararetur, vel saltẽ debebat scire, quæ paria sunt l. quod te. ff. si cer. pe. nec ibi poterat cadere probabilis ignorantia, cum sit clarũ ꝙ serui non ligentur, nisi propter aliquod crimen cõmissum, ergo nimirũ si illo casu debet retineri. Et ꝙ ille tex. ita debeat intelligi, videtur de mente gl. in d. l. si hominem in ver. arbitror. quæ allegat d. §. item Labeo. & sic videtur ꝙ principale fuit illicitũ, cum delicta nõ debeant remanere impunita. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aqui. quod secus est in equo sudante, quia à principio fecit quod erat licitũ, itẽ qd erat vtile, quia idẽ feciſſtet dñs si vidiſſet, & sic in isto casu non fuit, nec censetur fuisse in aliquo dolo, & sic ista pars videtur æquior. Ista licet sint subtilia & ingeniosa, tamen de rigore iuris non videntur vera. & primo dico, ꝙ respõsio data ad. §. item labeo. est contra illum tex. & contra gl. illius te. dicitur. n. ibi, ꝙ aut soluens fuit in dolo, & tenetur actione de dolo, aut fecit hoc misericordia ductus, & tenetur actione subsidiaria in factũ. Si in secũdo casu illius. §. ille sciuisset, cui rei fuisset paratus, fuisset in dolo, sicut dr in d. l. si hoiem. & p ꝑns teneret actiõe de dolo, ꝙ negat in illo te. ergo necessario, sequit ꝙ ignorabar. Et si diceretur, ideo nõ dat actio de dolo, qua nõ ẽ dol' verus, sed psũptus
6 & ꝑ dolo † psũpto nõ dat actio de dolo. d. l. si hoiem. dico, ꝙ imo pro dolo psumpto dat actio de dolo. ꝓbo, qa æquparat dolo vero, vt patet ex notatis p Bal. in l. ꝙ Neruа.
7 ff. depos. & ꝑbatur rõne, quia oẽt ꝙ habet locũ in crimine vero, habet locũ in crimine præsumpto præsumptione iuris & non præsumptione hominis, vt no. Abb. in ca. accedens, de accu. sed dolus præsumptus præsumitur præsumptione iuris. patet, quia eo ipso quod aliquis soluit seruũ ligatum sciens quare fuerit ligatus, lex præsumit illum esse
8 in dolo. Non obst. d. l. si hominẽ quia † ideo ibi non datur actio de dolo, quia habet locum alia actio, scilicet depositi quo casu nunquam datur de dolo. l. eleganter. in princi. ff. de dolo. Non obst. quod ibi non potuerit cadere probabilis ignorantia, &c. quia paria sunt scire, vel scire debere, & c. quia possem dicere, quod cũ scimus in criminalibus,

& in arguẽdo aliquem de delicto illa regula non procedat. & q in casu nostro illa regula non procedat ostendo ma-
9 nifesta ratione, nam sequeretur q ex actu præsumptore sultaret alius actus præsumptus, quod non licet, sicut in si mili dicimus, q ex actu tacito non resultat tacita iuris dispositio. l. seruum filij. §. fi. de lega. 1. Soci. in l. 2. 3. col. ff. de vulga. & pupil. nam si præsumeretur scire, & non ignorare hoc esset vnus actus præsumptus, & ex hoc sequeretur dolus præsumptus, & sic alius actus præsumptus, quod nõ licet, vt dixi. Item dico q potest cadere probabilis ignorantia, puta si credat esse vinctum ab alio quam à domino ratione contumeliæ, licet in hoc esset cõsiderandum in quo
10 loco esset vinctus. vnde per istum te. vt dixi de rigore iuris videtur posse defendi opin. Angel. Non obst. contraria suprà formata, quia ibi non fuit in aliqua culpa, nimirum si attẽditur principium, sed hic fuit in culpa, vt probabo, ergo saltem ratione huius culpæ puniri debet, cum in rebus alienis, † culpa sit punienda, in proprijs vero sit culpanda, vt ait te. in l. si constante. §. si maritus. ff. sol. matri. q aũt fuerit in culpa, patet, quia non fecit id quod diligẽs homo fecisset, nam reliquit capistrum vel funem adeo longum, q strangulatus est, cum debeat facere capistrum vel funẽ adeo breuem, vt omne periculum euaderetur quod fecisset quilibet diligens & ita vidi sæpe facere, & quotidie dili gentes famuli faciunt, timentes ne equi strangulentur. Cogita tamen super prædictis, quia alibi hoc modo declaratũ non inuenies.

ADDITIO.

a Adde bonũ simile de eo. Idem tenet Ang. in l. si cũ seruo. ff. de iniurijs. Cæpol. in consi. 33. Hippol. in l. 1. C. de sicar. & in l. diuus. ff. eodem tit. & in l. de minore. in prin. col. 2. ff. de quæstio. & latius per Lud. Carrer. in pract. cri. in §. homicidij. nume. 60. versic. & ex his etiam deciditur. Gabriel Sarayna.

X.

1 *Descriptus in æstimo communis si velit alienare prædia, non debet extrahi de æstimo, nisi appareat illum, in quem fit alienatio, esse soluendo, alias venditor tenetur.*

a *Æstimi onus non diminuitur, licet facultates æstimati diminuantur durante æstimo, nisi cum emptore pactum fuerit, quod teneatur pro eis ad collectas, & quando res vendita debeat extrahi ab æstimo vẽditoris, & poni in æstimo emptoris.*

1 SErua memorię, q si aliquis est descriptus † in æstimo cõmunis, & velit alienare prædia, nõ debet extrahi de æstimo, nisi appareat illum in quem fit alienatio, esse soluendo alias primus tenetur. tex. est multum not. in authen. sed & periculũ. & ibi Bald. C. sine cen. vel reli. Bald. in l. incola. in prin. ff. ad municip. & ibi dicit, q si alienat in ecclesiam, cũ ecclesia non teneatur soluere collectas imponendas de futuro, quod semper venditor tenebitur, quia ecclesia nõ dicitur idonea conueniẽdi facultate, cum conueniri possit, & hoc verum dicit, nisi ecclesia faceret sibi æstimũm, tũc .n. conueniretur ad collectas tanquam ex promisso cõsensu suo tanquam ad munus ciuile. Adde o ino Pau. de Cas. post Bald. in l. si negotium. C. de neg. gest. & Pau. in l. id qd. §. si pater. ff. de const itu. pecu. vbi per illum textum dicit,
2 q si alicui est imposita præstantia, vel onus publicum certæ quantitatis fm æstimationẽ suarũ facultatum, & descriptus in libro, puta ad decem, licet postea diminuantur facultates, non propterea diminuitur onus, ad quod fuit obligatio contracta, quousque durat æstimum, sed cum fiet aliud æstimũ, diminuetur onus. Sit ergo cautus, dicit Bald. si aliquam rem vẽdat, vt faciat pactũ cum emptore. quod pro illa habeat soluere, & maneat emptor obligatus reipublic. cũ sit onus quod iniungitur personæ propter res, & dicit, q ita de facto seruatur Florentiæ. Sed mihi videtur q Pau. de Ca. in ista cautela expresse sentiat, q ẽt si fiat alienatio in emptorem idoneum, q non tenetur emptor, nisi hoc promittat, sed hoc videtur contra dictam authen. sed & periculum. & quod ibi not. Bald. vnde no. puto Pau. de Cas. bene sentire in hoc per prædicta. Nõ ob. q istud onus sit iniũctũ personæ, & nõ rei, & per consequens vt inseparabile à persona, quia dico qd cũ imponatur personæ pp res, diminutis rebus diminuitur onus, per regulã, quæ habet, quod qñ vnũ onus iniungitur alicui personæ propter aliquam rẽ, sublata illa re tollitur etiã onus alterius. l. alumnæ. §. Seia. ff. de liber. leg. possumus tũ dicere quod si non fiat pactum, indistinctè teneatur vẽditor pro illo æstimo, siue emptor sit idoneus, siue nõ, si vero sit pactum, & tũc habeat locũ dispositio d. authe. sed & periculum. l. aut emptor est idoneus, & tenetur emptor, aut non est idoneus, & tenetur venditor non obstante dicto pacto. & certè ista videtur fuisse mens Pau. si rectè consideretur, & hoc videtur esse de mente iuris. Prędicta procedunt, quando fuit iniunctũ onus certæ quantitati, vt dixi. Si autem bona dũtaxat fuerunt posita in æstimo, nec fuit specificatum onus certæ quantitatis, sed venit specificandum tempore solutionis non imponeretur nisi pro bonis, quæ tunc reperiret possidens. Et sic cum venditor remouetur de libro vnius, & ponitur in libro alterius. Sed videtur, quod indistinctè diminutis facultatib. diminuatur onus, per te. in l. forma. §. 1. ff. de cens. & ibi Bar. & alibi dicit glo. quod propter de pauperatos fit nouum æstimum, in l. etiam. & ibi Bald. in vltima col. C. de execu. rei iudic. Concordia patet ex dictis Barto. in dicta l. forma. quia aut diminutio facultatum cõtingit culpa sua, & non diminuitur onus, & ita procedat opinio Pauli de Castro. Si vero non culpa sua, sed aliqua legitima causa, tunc diminuitur. & ita procedat tex. & quod ibi Bart. in dicta l. forma. in §. primo not. Vel aliter posses concordare, aut onus certæ quantitatis est descriptum in libro æstimi, tunc procedit opinio Pau. Aut onus non fuit specificatum certæ quantitatis, & tunc procedat opinio Bar. Prima concordia videtur verior, quia secunda videtur esse contra generalitatem text. in d. l. forma. in §. 1. cogita, quia alibi non inuenies.

XI.

1 *Virorum testimonio potius creditur, quam mulierum.*

2 *Mulier vnde dicatur, & vnde vir.*

3 *Mulieres testes deponentes pro reo præferuntur masculis deponentibus pro actore.*

4 *Testimonium virorum an præferendum sit testimonio mulierum tam in causa ciuili, quam in criminali? & nu. 6.*

5 *Fides dignitas. & sexus in testibus consideratur.*

6 *Delicto dubiè probato reus debet absolui.*

7 *Mulieres nobiles, & bonæ vitæ, in testes productæ præferuntur testibus masculis, si sint plebeij, rustici, & viles.*

8 *Testes nobiles pauci præferuntur multis rusticis.*

9 *Iudex quãdo testes sunt pares, potest adhærere cui parti vult dummodo causam adhæsionis in actis inserat.*

10 *L. fauorabiliores. ff. de reg. iur. in quibus casibus fallat?*

1 HIs casibus quibus † mulieres admittuntur ad testificãdum, in pari numero testiũ creditur potius testimo-
2 nio virorũ quam mulierum. nã dicitur mulier † nõ à sexu, sed à mollitie mentis, & vir non à sexu, sed à cõstantia & virtute animi, ita inquit te. in §. illud Ambrosij. 22. q. 3. quę ad hoc alleg. Abba. in c. forus. in pen. no. de verb. signi. pro quo facit l. 1. ff. de senatorib. & l. ĩ multis. ff. de statu homi. & idem tenet Spe. in ti. de teste. §. postquã. ver. porro. Q d
3 puto † verum, nisi masculi deponant pro actore, & mulieres pro reo. argu. glo. not. in c. clerici 81. distinctio. quæ dicit, q si duo testes clerici dicunt me cõmisisse fornicationẽ vel aliud delictũ certa die, & duo laici dicũt oppositũ, quod tota die illa fui cũ eis, ita qd nõ potuissem cõmittere, quin ipti vidissent quod ego reus, debeo absolui: & tñ clerici qui stant pro accusatore sunt idoneiores & digniores testibus rei. & sic videtur quod modicus excessus in testibus actoris non tollat priuilegium reo. & ita videtur tenere vna apostilla quam habeo ad Abb. in dicto capitul. forus. & illam glossam pro singular. allegat Abba. in capitulo ex literis. in penul. not. de proba. Sed ista decisio videtur dubia † per id quod ponit Bald. in leg. in exercendis.
4 in 2.



in 2. col. C. de fid. instrumẽ. vbi vult, q stetur instrumento credibiliori, & verisimiliori, eam quo cõcurrit grauitas boni viri. & idem dicas in testibus, cum testes & instrumẽta æquiparentur. d. l. in exercendis. & per aliam doctrinã Bal. in l. fi. C. commina. vel epist. vbi dicit, q qui habet meliores coniecturas, vincit. sed nulli dubium est, q maior veri similitudo & melior coniectura est in testificatione virorum quam mulierum, per d. §. illud Ambrosij, & per Abb.
5 in dicto capi. forus. cum in testibus † consideretur fides, dignitas & sexus. l. in testibus. cum sequen. ff. de testib. quia facilius corrumpuntur mulieres quam viri. Non obstat gl. in dicto cap. clerici, quia respondetur, q non procedit illa glo. quando esset magnus excessus in testibus actoris, secũdum Abb. in capi. in nostra. de testibus, vbi tradit aliam limitationem ad dictam gl. sed in casu nostro est magus excessus. patet, quia multo maius est † testimonium virorum mulierũ, ergo in casu nostro non procedet illa gl. Sed certè illa responsio videtur falsa, nam non est verum q in casu nostro sit magnus excessus, imo est modicus, vt de se patet, sicut enim modicus excessus dicit in clericis respectu laicorum, vt tenet Abb. in d. c. ex literis. ita in masculis respectu fœminarũ, cum nulla bona dissimilitudo reddi possit. Vnde per d. gl. cui non põt bene respõderi, videtur vera ista decisio, quam putarem procedere, quando super eodem articulo ante publicationem testes hinc inde pares, p ducti essent, secus si secundo inducuntur testes ad probandum indirectè contrarium, vt in casu c. ex tenore. & ca. leries. de testi. & attesta. quia staretur potius primis testibus quia præsumitur potius subornatio in secũdis. & ita Abb. in dic. c. in nostra. limitat gl. in d. c. clerici. qd est valde notãdum secundum ipsum. Et ad doctrinas supra allegatas põtest responderi, præsupposito quod sint veræ, q loquuntur in causa ciuili. sed d. glo. loquitur in causa criminali, vbi requiruntur probationes luce meridiana clariores. l. sciant.
6 C. de proba. & cum † delictum sit probatum dubiè, reus debet absolui. Bal. in l. non solum. §. sciendũ. de no. ope. nun. & ibi Ias. in vlt. col. quia in delictis præsumitur pro eo qd delictũ excusat. Bal. in l. pcibus. in 5. col. C. de preci. imper. offe. Vnde videtur esse distinguendũ, quia aut loquimur in causa ciuili, & procedant doctrinæ Bald. suprà allegatæ. Aut loquimur in causa criminali, & tunc procedit decisio nostra per d. gl. communiter approbatam, quam glo. ita videtur intelligere Abb. si rectè consideretur, in c. cũ P. Mã
7 conella. 2. col. in fi. de accu. Posset tamen dici, q etiam in causa ciuili quando mulieres essent diuites, & nobiles, & bonæ vitæ &c. & viri essent plebeij, rustici, & viles, q tũc procederet dicta decisio; per doctrinam Bal. in l. testium. in vlt. col. C. de testi. vbi dicit, quod magnum supplemen
8 tum est authoritas. nam pauci nobiles testes multis rusticis præferuntur. quę omnia ho. & signa, & super eis cogita. Alibi dixit Bal. in l. magistratus. in fi. C. quando prouo. nõ
9 est necesse. q quando testes sunt pares, iudex põt † pro animi sui motu adhærere cui parti vult, dũmodo in actis causam suæ adhæsionis interi faciat, quod intelligit verũ vna apostilla ad Abb. in d. ca. ex literis, quando vellet iudicare pro reo, per d. gl. in d. c. clerici. quia tũc non recedit à regulis iuris communis, alias secus. Sed ego dico, q ille doctor non intellexit Bald. quia non ita dixisset. nam in casu Bal. non refert an pronuntiet pro actore, vel pro reo, dummodo pronuntiet pro libertate. nam allegat l. lege Iulia Petronia. ff. de manu. quæ lex loquitur quando est contentio de libertate, quia tunc pronuntiandũ est pro libertate, cũ dictum doctoris debeat intelligi fm legem quam allegat, Bal. in l. non solum. §. liberationis verba. ff. de lib. leg. & q debeat ita intelligi, vide eundem Bal. in l. in exercendis. ad
10 fi. 2. col. C. de fide instr. vbi dicit, † qd l. fauorabiliores. de reg. iur. l. fallit in libertate. itẽ fallit in dote. l. in ambiguis. ff. de regu. iur. item fallit in testamentis. ff. de inoff. test. l. fi pars. quod tene menti.

ADDITIO.

Adde d. And. Tiraq. in tracta. de nobilitate, c. 20. nu. 33. versi. hinc septimo. & q testimonio virorum magis credatur, quam mulierum, tradit Alex. consi. 236. perspectis. col. 1. nu. 3. vol. 6. Abb. in ca. forus. de verb. signi. Alberi. de Rosa. in l. 1. ff. de senatorib. Corset. in singu. 356. incip. duo testes masculi. & Franc. Cur. in l. admonendi. col. 3. ff. de iureiur. & in tractatu de testib. correlario 18. G. S.

XII.

1 *Constitutus in articulo mortis quis dicatur?*

2 *Laborare in extremis quis censeatur?*

3 *Constitutus in articulo mortis quis esse potest, licet non sit infirmus.*

1 ILle dicitur constitutus † in articulo mortis, quando instabat periculum mortis ratione infirmitatis, vel quia latrones qui deprehendissent, volunt eum occidere. Bart. in l. 1. C. de sacrosanc. eccle. & ibi Modern. In contrarium videtur facere, quod sing. vult Bal. in c. 1. vlti. col. de pact. vbi di
2 cit, q ille laborat in extremis, qui ex aliqua infirmitate decessit, absque hoc quod aliqd interuallum sanitatis habuerit, dato q multis diebus superuixisset. per te. multum nota, in l. alumnæ. §. fi. ff. de adim. lega. quẽ te. dicit esse vnicũ in iure Bal. in d. cap. 1. inferens ad statutum disponens, q in extremis laborantes non possint aliquem contractum facere sine præsentia propinquorum. Sed potest dici, quod Bal. non sit contrarius Bart. nam licet dicat infirmum esse in articulo mortis, non tamen negat, quin etiam sanus possit esse in articulo mortis, quia hoc dixit ratione frequẽtioris vsus, & sic nõ intelligitur exclusus casus similis. gl. est multum not. in cle. 1. versi. præsidentis. de rescrip. pro hoc facit quod vult Abb. in c. quod de his. de senten. excõmu. in fi. vbi pro intelligentia illius ca. quærit, quare excipit casum mortis, & casum infirmitatis, cum constitutus
3 in mortis articulo dicatur infirmus? Respondet, quia
3 potest † esse in periculo mortis, dato quod non sit infirmus, vt puta, quando aliquis est obsessus in aliqua arce. & tunc verisimiliter potest timere mortem, vel est in alio loco, vbi exercetur pestifera ars sagittariorum, vel forte vult nauigare, & ad hoc vltimum facit carmen, *Quatuor aut septem digitis à morte remotus*. Item dicit Abba. posset esse infirmus, & non in articulo mortis, quæ oĩa nota & signa, quia alibi non inueniens iudicio meo.

XIII.

1 *Publicæ vtilitatis fauore inhabiles admittuntur, qui alias non admitterentur, & an id quandoque aliter procedat?*

2 *Verba generalia fauore publicæ vtilitatis ad habiles restringi non debent.*

3 *Mulieres in quibus casibus ad accusandum admittantur?*

4 *Intellectus l. si quis in graui. §. vtrum. ff. ad Sylla. & nu. 5.*

5 *Fauor animæ est maior fauore publico.*

6 *Inhabilitatus à lege non admittitur etiam fauore publicæ vtilitatis, secus de inhabilitato ab homine.*

1 LEx, si quis in graui. §. vtrum ad Sylla. allegatur per omnes, fauore † publicæ vtilitatis inhabiles admittuntur, qui alias non admitterentur, & sic verba quautumcunque
2 generalia † fauore publicæ vtilitatis ad habiles restringi nõ debẽt. & ibi Bar. & alij inferunt ad quæstiones, & plene p Papienses in l. si filius familias. in 3. col. ff. si cer. pe. Sed ittud non videtur verum, & arguo sic. Validum est argumentum à speciali. l. maritus. §. lex Iulia. ff. de adulte. cum simi
3 mil. Probatur sic, mulieres † in crimine læsæ maiestatis admittuntur ad accusandum. l. in quęstionibus. ff. ad leg. Iuliam maiest. & ad hoc est speciale propter enorme crimẽ, & tñ in alijs casibus non admittuntur. l. qui accusare. ff. de accus. admittitur etiam in alio casu speciali propter enormẽ delictum. l. mulierem. ff. de accusa. & in l. 2. eo. titu. Ecce ergo † quod. §. vtrum regulariter non procedit, & malè allegatur ad id quod suprà dixi. Bene verum est, q ille §. procedit in casu speciali, qñ seruus accusat nec defuncti, & sic cõsequitur libertatem, super qua videtur se fundare ille te. vbi dr in cõmune vtile est ad libertatẽ peruenire, & sic ille te. fundat se solũ qñ seruus admittatur propter li-

bertatem, qui alias non admittitur d.l.qui accusare. ergo est fatendum, ꝙ fauore publicæ vtilitatis inhabiles nõ admittũtur, nisi in casibus à iure expressis. Pro quo bene facit c.1.de accusa. vbi inhabiles accusatores non admittuntur, quod esset dicendum ẽm doctores sumentes dictãre gusam, cũ ibi versetur fauor publicus. Item facit l.1. cum ibi not. C.de sacrosan.eccle. vbi verba generalia restringuntur ad habiles secundum communem opinionem. & tamẽ
5 ibi tractatur de fauore animæ † & religionis, qui maior est quam fauor publicus, cum omnibus rebus sit præferẽda. l. sancimus. 2. C. de sacrosan. eccle. Ista licet sint subtilia, & ingeniosa, tamen quantum ad intellectũ d.§. vtrũ. non placent. s. ꝙ fauore libertatis inhabiles admittuntur, quia nullibi probatur. nam in d.§. vtrum. non dubitabatur vtrũ seruus inhabilis posset accusare, quia serui quãtum ad ius accusandi sunt omnes pares, nec est dare inhabilitantem magis in vno, quam in alio, & ideo indubitanter oẽs possunt accusare necem domini, nec de hoc ibi dubitabatur.
*16* Sed dubium erat in illo te. vtrum ille qui erat prohibitus manumitti, posset consequi prẽmiũ libertatis concessum à Senatusconsulto, & videbatur dicendum ꝙ non, quia cũ specialiter fuisset prohibitus manumitti, nõ videbatur cõprehendi sub verbis generalibus Senatusconsulti, per tex. multum not. in l.4.§. in illis. ff. de manumil. vbi seruus specialiter prohibitus manumitti, non comprehenditur sub constitutione diuorum fratrum, qua cauetur, vt rediẽptus suis nummis efficiatur liber, si emptor est in mora manumittendi eum. In contrarium tamen decidit ibi, & hoc solum ratione publicæ vtilitatis. & ita reperi Areti. inducentem d.§. in l.qui seruũ. 2. col. ff. de verborum obli. quæ ratio publicæ vtilitatis cessat in dicto §. in illis. & sic concordantur illa duo iura, quæ videntur contraria. Nec est verum, ꝙ ille te. fundetur super fauore libertatis quia idẽ deberet esse in dicto §. in illis. cum ibi etiam sit fauor libertatis. quod tamen ibi negatur. nec verba d.§. vtrum. dicũt hoc. illa enim verba, in cõmune vtile est ad libertatẽ peruenire, nõ volunt hoc, ꝙ cõmunis vtilitas sit, quod quis perueniat ad libertatem, sed debent coniungi cum superioribus verbis hoc modo, Dicitur ibi, hi quoque qui non poterunt ad libertatem peruenire, puta si hac lege distractus erat quis, ne manumitteretur, potuerunt propter hoc, ꝙ in commune vtile est ad libertatem peruenire, constituuntur hoc modo, hi quoque. s. inhabiles potuerunt peruenire ad libertatem propter hoc. s. vt puniantur delicta, quod est in commune vtile. i. communis vtilitas. & ista puto vera quantum ad intellectum illius. §. vtrum. Quantum ad contraria suprà formata, ego distinguerem sic pro nunc.
6 quandoque quis est inhabilitatus à lege, & procedant cõtraria, quod etiam fauore publicæ vtilitatis sub verbis generalibus non comprehendatur nisi in casu à iure expresso, vt supra dixi, quãdoque quis inhabilitatus est ab homine, & tunc procedat d.§. vtrum. ꝙ ratione publicæ vtilitatis admittatur. Et ratio differentiæ potest assignari, quia non est verisimile, ꝙ lex sub verbis suis generalibus velit comprehendere inhabilitatem à se, quia videretur quodãmodo corrigere suum factum, quod non est presumendũ quæ ratio cessat in inhabilitato ab homine. Cogita, quia alibi non inuenies.

## XIIII.

*1 Bannitis ciuitatis non denegantur iura communia, sed tantum iura municipalia.*
*2 Bannito non est deneganda defensio proueniens ex forma statuti, quo minus possit supra ea se fundare.*
*3 Bannitus opponẽs de nullitate processus propter gabellam ex forma statuti non solutam, auditur.*
*4 Bannitum occidens cum quo habebat capitales inimicitias, an debeat gaudere beneficio statuti? & quid si proditorie occiderit? 5.*
*6 Proditorie occidere quis dicatur?*
*7 Intellectus l.fi.C.de delato.lib.10.*
*8 Statutum debet intelligi secundum communem vsum loquẽdi, quod esset tempore statuentium, non post.*
*9 Bannitus pro crimine læsæ maiestatis potest proditorie occidi.*
*10 Præmium datur ei, qui vltro se offert ad faciẽdum id, quod est causa præmij, secus si casu, vel fortuito.*
*11 Bannitum suum inimicũ occidens in dubio, an videatur ob statutum occidisse, an ob vindictam?*
*12 Facere potens actum nomine proprio, & nomine alieno, in dubio præsumitur facere nomine proprio, & quomodo ista regula procedat?*
*13 Bannitum capiens, an possit repetere à fisco expensas, quas fecit in eo capiendo, quando præmium capienti à statuto propositum est?*
*14 Mandato carens repetit expensas, dummodo vtiliter gesserit à principio, licet non sortiatur effectum.*
*15 Locans operas suas alteri, in dubio debet operari sumptibus suis, & suis ferramentis, & non sumptibus alterius.*
*16 Vasallus tenetur sequi dominum suis expensis.*

NOtant Bar. & alij, in l.si cum mulier. ff. sol. matr. ꝙ licet bannitis † ciuitatis denegẽtur iura municipalia, & non iura cõmunia, vt not. in l.1. C. de hæred. instit. tamẽ de
2 fensio proueniens † ex forma statuti, videlicet, quod bãnitus possit impunè offendi, vel occidi, non est deneganda bãnito, quò minus possit super illa se fundare, cum principaliter ipsa defensio processerit in fauorẽ reipublicæ illius ciuitatis, & non ipsorum offendentium. per id quod habetur in l. hoc crimen. C. vt lice. vni se vindic. Et hoc etiam
3 si bannitus † opponat, vel replicet de nullitate contractus, vel processus propter gabellam non solutam, vel decimã non solutam ex forma statuti suæ ciuitatis, dici potest ipsum audiri, cum tale statutum principaliter emanauerit in fauorem reipubli. ar. eius quod habetur in l. prima in princip. C. de cad. tollend. facit quod habetur in l.fi quis in graui. §. hi quoque. ad Sillan. Sed circa prædicta potest dubitari, si quis occidat bannitum, cum † quo habebat capitales
4 inimicitias, quod non debeat gaudere beneficio statuti, cũ præsumatur occidisse magis propter vindictã priuatã, quã propter publicam, maximè si appareat de intẽtione illius occidẽtis ante homicidium commissum, vel post. Quamuis posset aliquis dicere, ꝙ sufficiat eum occidere quomodocunque sit satisfactum statuto volẽti quod bannitus impunè occidatur. Sed istud vltimũ nõ vr verum, per id qd no. Bart. in l. genero. ff. de his qui not. infa. & in l. si quis in graui. §. vtrum. ad Silla. Bar. & Ang. in l. nulla. C. de delato. libr. 10. & in l. oẽs populi. de iust. & iure. in 1.q. 5. quæstio. principalis. & Aret. in l. cum seruus. de verborũ obligatio. & per id quod sequitur Barth. Cæp. in consi. suo 34. incip. si vnquam. in 4. col. versi. præterea. referens Ange. in l. fi. p
5 illum te. C. de delato. lib. 10. tenere, quod si quis † proditoriè occidat bannitũ, non iuuatur beneficio statuti. & est in additio. ad Bart. ibi, vbi dicit de facto esse iudicatum Perusij. quod bene no. Sed non vr verũ quia videmus quotidie, ꝙ tales banniti proditoriè occiduntur. nihilominus occidentes gaudent illo beneficio. Putarem tñ ꝙ fortè procederet dictũ Ang. qñ alias fuisset proditor, vt in crimine læsę maiestatis per id quod habetur in l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. tñ si velis tenere opi. Ange. putarẽ nõ procedere in eo, qui viderit aliquẽ astantẽ, & post eũ vadat, & occidat, maximè si inter eos erat inimicitia, & sic rancor, quia illud non dicitur proditoriè fecisse, quia illud quod faciebat, in
6 actibus ostendat, s. se illi deseruire velle. Sed dictum † Ang. fortè procederet, quando irem tanquam socius cũ aliquo in itinere, vel sederem secum in mensa, vel essem suus amicus, quia tunc occidendo ipsum, dicor proditoriè fecisse. quia aliud gerebam in animo, quam illud quod gerebam,
7 in actu. & ita † intelligitur d.l.fin. de delato. quam l. ita intelligit Bart. vbi hoc declarat in l. respiciendum. §. delinquũt. ff. de pœn. Non obst. si diceretur, quod de communi vsu loquendi dicitur etiam proditoriè occidi quando post eũ vado, & occido, licet non gererem aliud in animo, sed cõmunis vsus prævalet statuto, & sic proprietati vocabuli:

vt not.



vt not. doct. in rubri. ff. de operis nou. nun. ergo omni casu procederet dictum Ang. Quia ad hoc eleganter respon-
8 detur, ꝙ illud esset verum, † quando talis vsus probaretur quod tẽpore † tuentium fuisset in esse deductus, alias non sufficeret probare ꝙ nunc esset, vt no. tenet Soci. in l. Gallus. §. si eius. circa medium pen. col. seq. de li. & posth. Sed hoc probare esset valde difficile, ergo dictum Ang. in dicto casu non procederet, quia staretur proprio significatui vocabuli, vt suprà dictũ est, quod valde no. Cogita tamen, ꝙ si vis tenere opinio. Ang. generaliter, aut cum declara-
9 tione suprà facta, Limita, nisi esset bannitus condemnatus crimine læsæ maiestatis per dic. l. fin. de dela. & per d.l. quisquis. Intelligerentur tamen prædicta, s. quod non sufficiat hominem quomodocunque occidere, quando esset constitutũ aliquod præmium occidenti, alias secus, per id
10 quod no. Ange. & alii in d.l. macula. vbi not. præmium † dari ei qui vltro se offert ad faciendum id quod est causa præmij, secus si casu vel fortuito. Cogita tamen, quo ad primũ faterer, cũ expresè apparet de intentione occidẽtis, sed qñ non constat de intentione occidentis, nec ante, nec post
11 homicidium, & sic sumus in dubio, videtur ꝙ † debeat præsumi occidisse potius ratione statuti, & sic nomine rei public. quã pp vindictam suã, quia in dubio quis non præsumitur delinquere, & talis presumitur animus qualis esse debet. l. merito. ff. pro soc. sed si presumeremus occidisse propter vindictã priuatã, præsumeretur deliquisse, cũ deberet puniri pœna homicidij, ergo hoc non est presumẽdum, sed potius ꝙ propter vindictam publicã. In cõtrariũ facit, quia qñ quis põt facere actum nomine ꝓprio, & no-
12 mine alieno, in dubio † presumitur facere nomine proprio l. Papinianus. ff. manda. l. & magis. ff. de solu. Sed ille poterat occidere nomine suo, & sic propter vindictã priuatam & nomine reipublicæ, & sic propter vindictã publicã, & sic nomine alieno, ergo potius debet præsumi fecisse nomine proprio, quam nomine alieno. Sed contrarium videtur verius, & potest responderi ad istud, ꝙ non procedit ista regula, quando per hoc quis præsumeretur deliquisse, & esset pulchra limitatio ad d. regu. cogita tamen. Sed que-
13 ro, † nunquid expensas quas quis fecit in capiendo bannitũ possit repetere à fisco? Dic quod sic, per tex. in l. mulier in opus salinarum. ff. de capti. & postlim. reuer. & ita no. Bal. in ca. 1. in 1. col. hic finitur lex Corra. &c. & istud procedit de plano, quando nullũ prẽmium capienti bannitum constitutum fuit à statuto. Sed dubium est qũ constitutũ est prẽmiũ, & videtur dicendum, ꝙ sic, per te. in l. idemque. §. idem Labeo. in fi. ff. mãda. Nec obst. si diceres, ꝙ ibi loquatur in procuratore habente mandatum, sed hoc casu non
14 propriè habet mandatum, quia respondeo ꝙ † etiam carẽs mandato repetit expẽsas, dummodo obtineat, & vtiliter gerat. l. iam tamen. §. in hac in fi. ff. iudi. sol. cum simil. facit etiam l. sed an & vltro. ff. de nego. gest. vbi plus dicitur, ꝙ sufficit à principio vtiliter gerere, licet nõ sortiaẽ effectũ, quia etiam carens mandato repetit expẽsas. sed in casu nostro non solũ vtiliter gessit à principio, sed effectus est se quutus capiendo bannitum, ergo debet posse expensas repetere d.l. mulier in opus, quia ad consequendas expensas à fisco non est curandum de mãdato, vt dicit gl. fin. in d.l. mulier. In contrarium videtur veritas, ꝙ non possit repetere qñ est constitutum sibi præmium, hoc sentit Barto. in terminus in l.1. in fin. princ. ff. de iusti. & iure. vbi dicit, ꝙ si non est constitutum præmiũ, põt repetere expensas, ergo à cõtrario sensu manifestè sentit, quod si esset sibi constitutũ prẽmium, non repeteret. Secũdo moueor, quia ad
15 hoc, vt habeat præmiũ debet capere, vel occidere bãnitũ, ergo tenetur ad omne id, quo peruenitur ad illud, l.2. ff. de iurisdic. omni. iudicũ. Tertio moueor, quia iste videtur locasse operas suas fisco pro illo prẽmio. tunc sic, quando aliquis † locat operas suas alteri, tunc debet operari in dubio suis sumptibus & non sumptibus alterius. Bart. in l. si non sortem. §. libertus. in penul. col. ff. de condi. indebi. bene facit l. suo victu. de oper. libert. ad idem l.2. §. si conseruatis. ff. ad legem Rhodiã de iactu. per quem te. Bal. in l.1. in princi. C. de verbo. significa. dicit, quod operarij in dubio debent operari suis expensis, & suis ferramentis, vel instrumentis. ad idẽ quod no. Alexan. in l. recusare. §. si quis alio.
16 in 1. col. ff. ad Trebel. vbi vasallus † tenetur sequi dominũ suis expensis. non obstat §. idem Labeo. in l. idemque. ff. manda. vbi videtur esse difficultas. quia respondeo, & dico sic, quando datur præmium respectu laboris tãtum, & tunc aut quærimus vtrum ex illo præmio debeat alere psonam suã tantum, & facere expensas requisitas in sua persona tãtum, & dico ꝙ sic. ita procedit quod no. Bart. in d. §. libertus. Aut quærimus vtrum ex illo prẽmio teneatur facere sumptus, & expensas in alijs personis, vel circunstãtijs requisitis ad illud opus, & dico quod non. & ita procedit d.§. idẽ Labeo. Quandoque dat prẽmium non respectu laboris, sed respectu operis, vt ẽ in casu nostro, & tũc tenetur ad omnes expensas, per quas peruenitur ad illud opus. per l.2. de iurisdi. om. iudi. & ita procedat quod sentit Bar. in d.l.1. in fi. prin. de just. & iure. Et ista videtur mihi esse mens istorum iurium Cogita tamen, & facit te. in l. si Barbatorem. C. de fideiusso.

## XV.

*1 Mare dicitur de districtu, & factum in mari dicitur factũ in territorio, & an id procedat tãtum in materia fauorabili, an etiam odiosa?*
*2 Delictum factum in mari Pisano, punietur Pisis, ac si esset factum Pisis.*
*3 Testamentum factum in portu cuiusdam ciuitatis Soldani, an censeatur factum in terris Saracenorum, an Christianorum?*
*4 Portus insulæ sunt insula.*

NOta quod mare † dicitur de districtu. gl. in ca. vbi periculum. §. porro. de elect. in 6. vbi dicitur factum esse in territorio quod factum est in mari. quod bene no. ꝙ statutis. & illa glo. sequitur Bal. in c.1. in princ. 2. colu. quibus modis feud. amit. licet Dominicus in dicto cap. vbi periculum. dicat quod procedit in materia fauorabili, secus in odiosa. Vide tamen Ange. in contrariũ in l. insulæ. Ita
2 liæ. ff. de iud. vbi dicit. quãdo delictum factum est in mari Pisano, punietur Pisis, ac si esset factum Pisis, per te. ibi gu. in l.1. C. de classi. li. 11. Idem tenet Paris de Put. in trac. de syndic. in ver. officialis. §. officiales qui eliguntur. nu. 5. ver. sicut congruit. & Guid. Pap. decisio. Grationop. 577. & hoc tota die videmus apud Venetos & Ianuenses. & ad hoc vide te. in l. si quis ita. ff. de aur. & argen. leg. vbi testator relinquit ea quæ in vrbe seu in portu habebat. In contrariũ tñ videtur facere doctrina Bal. in rubr. ff. de re. diui. in fi. 4. colu. vbi refert, quod illo anno reuocabatur in du
3 bium, an testamentum † factũ in portu cuiusdam ciuitatis Soldani, an censeretur factum in terris Saracenorum, vt sic duo testes sufficerent, an in locis Christianorum, vt hic requirantur septem? & dicit fuisse dictum quod intelligere tur factum in terris Christianorũ, & si illud esset verũ, haberes magnã & singularẽ limitationẽ ad no. per Barto. in l. qui à latronibus. ad finem. ff. de testa. & de veritate illius dicti Bar. vide Papienses. in l. ius autem ciuile. ad fin. vbi remissius loquuntur. ff. de iustitia & iure. Sed puto dictum Bal. in rubrica, non esse verum, per iura supra allegata, quæ videtur vera. Cõtra Bal. etiam videtur facere ꝙ notat Bar.
4 in l. Cæsar. ff. de public. vbi dicit, † quod omnes portus, insulæ iunt insula, & dicit, quod quidam stabant in portu ciuitatis Pisanę, quæritur an possint puniri in ciuitate, sub qua est insula? certè sic, quia portus insulę, &c. & sic patet quod portus, & sic mare sunt de districtu, & de territorio illius ciuitatis. sub qua est portus. sic ista doctrina facit etiam contra Dominicum volentem quod procedat tantum in materia fauorabili. Contra Bal. facit etiam l. sanè si maris proprium ius ad aliquem pertineat. & ibi Bar. ff. de iniur. & id quod no. Ale. in apostillis ad Bar. in l. pupillus. §. territorium. ff. de verb. signi. cogita tamen.

## XVI.

*1 Creditor habens publicum crediti instrumentum, si illud laceret per iracundiam, an grauetur pleniori probatione? Et si de credito probet per vnum testem, an sibi deferatur iuramentum necessarium in supplementum probationis?*
*2 Iracundia calore factum non debet alicui imputari.*
*3 Notarij error in instrumento commissus si sit probandus, & notarius de tali errore attestetur, ex notary dicto non defertur iuramentum necessarium in defectum probationis.*
*4 Furoris tempore factum non imputatur ad culpam.*

1 TEne mẽti singularem decisionem Bal.in l.1.in fine.C. de fide instru.vbi per illum te.no.q si creditor habebat instrumentum publicum de credito, & illud per iracũdiam lacerauit, aut igne cremauit quamuis per hoc ius crediti sui non perdatur, tamen grauatur pleniori probatione,ex quo culpa sua perdidit probationem indubitatã sui instrumenti,& ideo isto casu si probaret de credito per vnum testẽ,vel alias semiplenè, nõ deferretur sibi iuramẽtum necessarium in supplemẽtum probationis, per illum te.Sed vt dem materiam cogitandi,videtur q non debeat grauari pleniori probatione,cum non sit in culpa,per id q voluit Spe.in tit.de accus.versic.quid si te vocaui &c.& ibi Bal.in addi.in 2.char.& Spe.in tit.de præsump.ver. sed po
2 ne.vbi dicit,ꝫ q dictum vel factum calore iracundiæ non debet ei imputari,cum non sit in culpa.& per ea quæ in simili habentur per Roma. in consi.512.& per Moder.in l. filiam.C.de inof.testa.ergo lucrans instrumentum calore iracundię pleniori probatione grauari non debet, cũ non sit in culpa.Sed cogita si posset dici, q aut creditor lacerans instrumentũ,fecit proprio motu & impulsu animi, & tũc procedat opin.Bal.cum sit in culpa. Aut lacerauit propter aliorum impulsum vel clamorem,& tunc procedat quod suprà proximè dixi.cum non sit ei imputandum. ita in simili distinguit gl.in c. sunt qui opes.17.q.4.Sed pro Bal.fa
3 cit,quia quando agitur de probando errore notarij commisso in instrumento, & notariusmet attestatur de tali errore,ex dicto notarij non defertur iuramẽtum necessariũ in defectum probationis, ita singulariter Bar.in l.imperator.1.in 3.col.ff.de statu homi. p gl.in l.1.C.qui & aduer. quos.vide Salic.in dicta l.1.de fide instrumen.vbi mirabiliter limitat sing.decisionem Bald. vt procedat,quando tale instrumẽtum esset de natura vel de substantia debiti cõtracti in scriptis, puta quia partes expresè ita cõuenissent q de isto debito fieret publicum instrumentũ,iuxta l.contractus.C.de fide instrumẽtum. Vel essemus in casibus in quibus requireretur scriptura, de quibus plena habentur per glossam magistralẽ,in ca.1.de consib.in 6.Vel quando per statutum vel per consuetudinem loci requireretur instrumẽtum publicum,in istis casibus si creditor laceret instrumẽtum per iracũdiam,procederet dictum Baldi. Sed vbi instrumentum non esset de natura vel de essentia debiti, sed esset voluntariè confectum,prout est regulariter.l. pactum quod bona fide,cum gl.C.de pactis.l.contrahitur ff.de pact.pig. tunc licet creditor laceraret instrumentum crediti,per hoc nõ grauaretur pleniori probatione,sed sufficeret semiplena probatio,cum eius iuramento. & istam limitationem refert & sequitur Iaſin repetitio.l. admonẽdi.in 31.colum.ff.de iureiuran.quam dicit esse multũ notandã,licet aliqualiter obstare videatur generalitas rõnis, assignatę per Bald.Et secundum dictam decisionem intelligę,& limita illud quod voluit gl.& Bart.in l.sicut iniquũ. C.de fide instrumentorum.Limitarem etiam dictum Bal di vltra doct.ibi non procedere in eo, qui esset in furore.
4 quia aliquodꝫ factum tempore furoris non imputatur ad culpam,latis.n.punitur suo furore.& ideo dato q haberet dilucida interualla,propter hoc nõ grauaretur pleniori probatione,ad quod adde Abb.in c.1.in 2.not.de his qui filios occiderunt.

## XVII.

*1 Debitorem,qui in domum meam confugit, exhibere an cogi possim,& qua actione?*

1 DIligenter nota vnum in materia actionis ad exhibendum,q nõ cogor exhibere debitorẽ alicuius qui fugit in domum meã,saltem per interdictum de libero homine exhibendo.te.habes tolennem & singu.in l.fin.§.fi. ff.de li.homi.exhib.per quem te.infert multum signanter Ioã.de Platea,in §.præterea.quem sequitur ibi Iaſ.Insti.de actio.circa medium 11.colu.q licet ego acceptem in domum meam mercatorem qui decoxerit, non tamen possum conueniri,vt eum exhibeam,alias teneat ad interesse, quod diligẽtissimè nota,quia quotidianissimũ,& fortè nõ inuenies alibi hoc dictum ad hoc accedant secundum Iaſo.ibi traduntur singu.per Innocen.in c.dilecti.extra de iudic.alias de appel.& refert & sequitur apud legistas Bald.in c.in generali.si de feud. fue.contro.inter do.& agna. dum quærit Inno.de solenni & quotidiana quæstione multum conferente ad proximum dictum. Quod si aliquis detinet debitorem meum, & pro hoc nõ pòt mihi in aliquo satisfacere,quia de operibus suis posset acquirere mihi,& satisfacere,an possim repetere ab eo hunc debitorẽ? determinat mirabiliter Inno.q non, nisi habeam ius reale in eo vt in vasallo,& ascriptitio,& similibus personis. Est tamẽ re medium secundum Baldum in dicto c.in generali, q agã actione iniuriarum contra eum, vel de dolo,si sciens detinet in præiudicium meũ,ut ff.de dolo.l.cum quis. Cõstat etiam secundum eundem Bald.quod possum agere interdicto de liber.homine exhib.in quo alias præferor propter singulare interesse, vt ff.de procuratorib.l.licet in popularibus.Sed puto quod de iure Bal.non bene dicat,quod possit agere interdicto de lib.homi.exhi.per dictum textum. singu.ad literam.l.fina.§.fi.vbi Iurisconsultus dicit, q creditori non competit interdictum vt debitor exhiberetur. neque.n.debitorem latitantem exhibere quisquam cogitur,sed in bona eius ex edicto prętoris itur.posset etiam dici,q si talis debitor habebat,bona ex quibus ipsi creditori satisfieri posset,q tunc isto casu etiam non ageretur actione iniuriarum,vel de dolo contra detinẽtem debitorem, cũ creditori ex edicto prętoris posset esse succursum, & sic in bona debitoris mitti.vt dicit d.l.fi.§.fi.qui hęc sentire videtur. sed si non haberet bona sufficientia talis debitor, tunc putaret quod creditor contra detinentem eum scientem ad interesse agere possit,per iura supra allegata. Cogita tamen.

## ADDITIO.

Vide Nicolaum Boer.decisi.174.nu.2. Gab.Saray.

## XVIII.

*1 Pactum de retrouendendo præscribitur triginta annis, etiã si illud pactum sit iuratum, vel dictum sit sine aliqua præscriptione.*
*2 Præscriptio non currit in causa vsuraria.*
*3 Error iuris non causat bonam fidem quo ad præscriptionem etiam longissimi temporis.*
*4 Iuris scientia in dubio præsumitur, nisi de ignorantia probetur.*
*5 Obliuio quando allegari possit?*
*6 Vsurarius contractus præsumitur, quando concurrit paruitas pretij,& pactum de retrouendendo.*
*7 Rusticus excusatur à præsumpta fraude vsurarũ propter ignorantiam iuris,fallit in rustico sagaci.*
*8 Statutum si disponeret,quod debitor malæfidei præscriberet non valeret.*
*9 Præscriptio centenaria currit,licet in lege noua dicatur, nulla præscriptione obstante.*
*10 Soluere quandocunque promittens,an præscribat?*
*11 Infinitas in quibus casibus toleretur.*
*12 Verbum,quandocunque,est generale,aptum importare infinitatem.*
*13 Facultas adimplendi conditionem potestatiuam nullo vnquam tempore præscribitur.*
*14 Præscriptioni 30.annorum cum iuramento potest renũtiari.*

Præscri



*15 Præscriptionis cursus potest impediri per iuramentum in pacto appositum.*
*16 Iuramẽto obligatus nunquam potest opponere præscriptionẽ.*
*17 Iuramentum actionem perpetuat.*
*18 Donatio iurata reuocari non potest.*
*19 Iuramentum validat simplicem renuntiationem factam de iure futuro parte absente.*
*20 Pacto iurato illud fieri potest,quod fieri potest per statutum.*
*21 Præscriptioni per statutum derogari potest.*
*22 Præscriptio principaliter est introducta fauore priuatorum, & secundario fauore publico,ergo ei renuntiari potest.*
*23 Iuramentum facit valere actum, qui alias non valeret.*
*24 Iuramentum regulatur secundum naturam actus super quo interponitur,& an aliquid ei addat?*
*25 Consensum in genere saltem adesse quando sufficiat?*
*26 Restitutio in integrũ aduersus præscriptionem 30.annorum an possit peti,& infra quantum tempus?*
*27 Restitutionis in integrum petendæ tempus nunquam currit, nisi à tempore scientiæ,cum à principio sit vtile.*
*28 Præscriptio quando currat in pacto de retrouendendo, non obstantibus verbis in instrumento,videlicet quandocunque,vel,non obstante aliqua præscriptione.*
*29 Cautela ad tollendam præscriptionẽ pacti de retrouendẽdo.*

1 NOta diligenter quod si vendatur res cum pacto,quod vendens,vel hæredes eius possint quandocũque oblato pretio redimere,certè non obstantibus talibus verbis
2 præscribitur 30.annis,etiam si istud pactum sit iuratum & etiam si sit dictum,quantumcunque,& sine aliqua præscriptione.ita signanter consuluit Ang.consilio 55. quod incipit,Guliel.& Francis.imò plus tenet Petr.de Anc.cõsi. 337.incip.visis diligenter actis.quod præscribatur decem annis.ista refert & sequitur simpliciter Iaſ.in l.si mater.ad finem.C.de instit.& substit.& in l.petens.ad fi.3.col.C.de pact.vbi asserit se pluries de facto respondisse & cõsuluisse ẽm dictũ cõsi.Ang.q tene menti,quia ista quotidie cõtingere possent.Sed vt dem materiam cogitandi,licet nõ audeat tyrunculus tantos patres reprehendere, sed potiꝰ dico me non intelligere,aut codicem esse corruptũ,vt inquit tex.in c.ego solus.9.distinctio.Videtur quod decisio Ang.non procedat,quando talis cõtractus præsumeretur
3 studij.in prin.2.col.ff.de iusti.& iur.quod si alicui†est datus terminus ad opponendum & articulandum,quod dicatur satisfecisse termino si fecisset possessionē generalem siue in specie dialectica,& poterit postea de causa declarare. ar. l.manumissione.de iusti.& iur.& l.hæredes.§.sed si nō.ff. de testa.adde etiam quod si promitto soluere omne id qđ declaratum fuerit me esse debitorem , intelligitur dum tamen declaratio fiat me viuo,adeo quod nihil operatur cōtra hæredes meos.tex.est sing.in l.qui Romæ.§. Augerius ff.de ver.oblig.quod doct.dicunt esse notandum pro mercatoribus.Florentinis.nam Florentiæ in curia mercantiæ quotidie capiunt mercatores , comparent amici,& extrahūt eum de carceribus,& promittunt soluere,& stare pro omni eo,quod apparebit ipsum debere facto calculo,nam sit cautus ille qui fecit vt faciat hoc declarari ipso capto viuente,quia si post mortem,illi promissores non tenerētur, quod perpetuo tene menti.sequitur Ias.in d.l.petens.in 6.
5 col.Limita†prædicta non procedere in vltima voluntate, quia tunc potestas declarandi durat anno tantum.te.est nota.in l.fi.§.sed & si quis.C.communia de legat & ibi. Ias.in fin.1.columnæ declarat quod non.

ADDITIO.

Adde Hippo.de Marsi.in l.fi.nu.34.ff.de q.& per Ant.Corse. sing.73.in verb.confessio.incip.si scribo. G.S.

XXVIII.

1 *Ius authenticorum iuri Codicis derogatiuum quando sit seruandum,& quando ius Codicis.*
2 *Legi Codicis canonizatæ statur in foro canonico.*
3 *Lex quando dicatur esse canonizata?*

1 NOta,ꝙ vbicunque aliquid disponitur de iure Codicis †& ius canonicum approbat illud,referens & faciens mentionem de illa lege Codicis,quamuis postea de iure ciuili,de iure nouissimo,& sic de iure authenticorum corrigatur illa lex Codicis,nihilominus de iure canonico attēditur ius Codicis , & non ius nouissimum authēticorum. gl.est multū no.& menti tenēda in c.in primis.in ver.capitali.2.q.1.vbi habetur,ꝙ si aliquis clerico infert iniuriam puta,quod volenter eum de ecclesia traheret,capitali pœna plectatur.allegat legem Codicis ita decidētem,l.si hoc genus.C.de epis.& cle.tamen auth.sed nouo iure.quæ immediatè seqtur,eo.tit.dicit,ꝙ hodie debet verberari,& in monasterium detrudi. & sic corrigit legem Codicis.gl.in
2 in d.c.dicit,†ꝙ statur legi Codicis,cum sit canonizata, qđ bene no.& ꝗa illa gl.dicit,ꝙ est canonizata,qualiter intelli
3 gatur canonizata?†scire debes, ꝙ non omnis lex ciuilis posita inter canones,vel libros decretaliū,ac decreti est canonizata,sed secus quando esset inserta in canone prout est in d.c.ita declarat Ias.in l.cunctos populos circa,princ.10. col.in 1.lectu.C.de sum.trini.& fide catholi.ꝙ tene menti,vt scias quando sit canonizata,& quando non.

XXIX.

1 *Actio vtilis & directa an inter se differant?*
2 *Actio dotis vtilis,an habeat ea priuilegia quæ actio dotis directa?*

1 TV habes te.in leg.actio.neg.gest.ff.de neg.gest. ꝙ nulla est†differētia inter actionē vtilē & directā,quia tm̄ quis consequitur ꝑ vnā quātū ꝑ aliam,inuenio tn̄ ꝙ Bald. qui nihil in iure ignorauit,in l.1.in 5.col.C.de priuile.dot. tradit vnā singularē differentiā,ꝙ actio vtilis nō habet ea priuilegia quæ habet directa , puta actio † de dote habet multa priuilegia quæ enumerantur in l.1.& per totum.ff. soluti.matri. & ibi doctorum : precipue habet tacitam hypothecam , vt proferatur alijs creditoribus, certè si

intentaretur actio de dote vtilis, puta, cessa à muliere, non haberet illa priuilegia, quæ habuisset si intẽtaretur directa per ipsam mulierem. quod tene menti. Aliam differẽtiam posuit alibi Bal. in l. 2. quando fisc. vel priua. & Bart. in l. nomen. C. quæ res pignori obligari possunt. si bene inspexeris.

XXX.

1 *Præsumitur pro nobilitate.*
2 *Nobilem magnum, & notæ fidei esse fugiturum non est præsumendum.*
3 *Nobilem esse arcem sibi commissam proditurum non creditur.*
4 *Nobili potest assignari tota ciuitas pro carcere.*
5 *Legalitas hominis facit receda regulis iuris communis.*

1 PRo nobilibus† multũ præsumitur. glo. est in c. illud. 40. distin. facit quod sing. decidit Ang. in l. si à bonæ fidei. p illum te. no. ff. de rei vendic. de potestate Bono. cui manda-
2 to antianorum fuit traditus quidã nobilis magnus† miles, qui dum eum curialiter tractaret, eo ꝙ esset magnus nobilis, & notæ fidei, si aufugit, ꝙ non teneatur, licet dicat, qd viderit illum potestatem in magno periculo cõstitutum. facit etiam quod voluit Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de lo-
3 ca. super rubri. in fi. vbi dicit fuisse† excusatum quendã Castellanum, qui ex causa constituit loco sui quendam nobilem, qui postea tradidit arcem inimicis, nã fuit excusatus, quia non erat præsumendum, ꝙ nobilis proditionem faceret. facit etiam quod signanter dicit Ang. in l. qui in car-
4 cere. ff. quod me. cau. ꝙ† potestas potest assignare vni nobili totum palatium pro carcere, imo totam ciuitatem. & ꝙ singularius est, ꝙ satisfacit statuto disponenti, quod accusatus pro delicto debeat poni in carceribus, quod diligẽter no. & ad prædicta bene facit ea quæ plenè traduntur per Papien. in l. iubemus. 3. colum. per totum. C. de iudi. quod
5 propter† legalitatem hominis licitum est recedere à regulis iuris.

ADDITIO.

Vide latè per Andr. Tiraquel. in tracta. de nobilita. c. 20. nu. 20. versi. pro nobilibus. & Io. de Arno. problemat. 33. & 34. & Roma. sing. 731. G.S.

XXXI.

1 *Emens fundum nomine meo, sed de pecunia sua, si ille percepit fructus debet fructus in sortem computare.*

1 SI mandaui alicui ꝙ emeret vnũ fundum, & ille† emit nomine meo, & de pecunia sua soluit pretium, tunc si steti longo tempore ꝙ nihil dixi, & ille percepit fructus, debet computare in sortem, & sic aliud pro alio habere. ita notabiliter vult Bal. in rub. C. de contrahen. emp. in. 15. q. & hoc modo acquiram fundum absque aliqua solutione pretij, ꝙ valde teneas cordi.

XXXII.

1 *Filius expressè consentiens venditioni certarum rerum paternarum per patrem factæ licet videatur renũtiare iuri hypothecæ sibi in illis bonis venditis debitæ, nõ tamẽ videtur renuntiare doti vel hypothecæ quo ad alia bona patris non vendita,*

TEnementi vnum quod pulchrè decidit Paul. de Cast. in consi. 97. quod incip. breuiter in casu præsenti dicẽ-
1 dum est. ꝙ si filius† expressè consensit venditioni certarũ rerũ paternarum factæ per patrem, licet videatur renuntiasse iuri hypothecæ, quod habebat in illis bonis venditis occasione dotis maternæ. l. sicut. §. fi volũtate. ff. quib. mo. pign. vel hypo. solu. non tamen pro hoc intelligitur renuntiasse doti vel hypothecæ, quo ad alia bona paterna non vẽdita. & de hoc dicit esse casum in l. iubemus. C. ad Velle. ꝙ nota perpetuo. sequitur Ias. in l. si vnus. §. ante omnia. ad fi. ff. de pact. asserens se sæpe de hoc fuisse interrogatum.

ADDITIO.

Adde latè per Io. Nicol. Arelata. in l. generaliter. nu. 38. C. de sec. nupt. Gab. Sar.

XXXIII.

1 *Nobiles præhonorantur.*
2 *Nobilis tribus modis dicitur.*
3 *Nobilitate vel dignitate inferior põt à iudice cogi cedere maiori locum in sedendo, & in alijs reuerentialibus, & an propter hoc actione iniuriarum agi possit?*
4 *Honor & vita æquiparantur, & pro defensione honoris licitum est occidere.*
5 *Duellum potest iniri pro defensione honoris, quia crudelis est qui negligit famam suam.*
6 *Inferior locum maioris temerè occupans, debet inde expelli, & perdere locum consuetum, & vltimum habere.*
7 *Virtuosus dicitur nobilis.*

1 NObiles† præhonorantur, vt plenè per Bart. in l. 1. C. de dig. li. 12. & de nobilibus vide etiam te. in l. nobiliores
2 vbi Bal. declarat, † quod tribus modis dicitur nobilis. C. de commer. & mer. & tex. in l. prouidendum. vbi Cyn. de po-
3 stu. Et ideo nota quod† inferior dignitate, vel nobilitate potest per officium iudicis cogi vt cedat maiori in sedẽdo, & in alijs reuerentialibus secundum Ioan. Fabr. in §. aliam. Insti. de bono. possess. vbi dicit hoc sæpe venire de factoī vxoribus nobilium, quarũ vna vult prima sedere in ecclesia, & prima offerre. Dicit tamẽ quod propter hoc nõ posset agi actione iniuriarũ, per te. no. in l. iniuriarum actio. §. fi quis de bonoribus. ff. de iniur. Tamen in hoc vltimo contrariũ tenet expressè Bal. in l. obseruare. §. antequã. in fi. ff. de offi. procon. & lega. quod imo põt agere actione iniuriarũ & armata manu resistere, vt ibi per eum. Comprobo iltud, nã
4 honor† & vita æquiparatur. l. iusta causa. ff. de manu. vindi. sed pro defensione vitæ licitum est aliquem occidere. l. vt vim. ff. de iusti. & iu. & ibi nõ. ergo pro defensione honoris. facit quod dicit Bal. in c. 1. circa prin. 5. col. de pace tenẽda. quod pro defensione† honoris tui licet inire duellũ, qa
5 crudelis est qui negligit famã suã. c. nolo. 12. q. 1. Facit etiã
6 tex. no. in c. præcipimus. 93. dist. quod si inferior† vadit temerè ad locum maioris debet inde expelli, & perdere locũ cõsuetũ, & vltimum habere ꝙ bene no. cõtra istos te-
7 merarios in solennitate† respectu virtutũ. vide pulchrum tex. & gl. in c. nunquam. 56. dist. & gl. in c. quoniam vetus. 24. q. 1. & Abb. in c. super eo. in 2. col. de test. & attesta. vbi prædicta iura alleg. & eundem Abb. in ca. venerabilis. in 2. col. de præben. vbi omnino videas. quod not. quia poteris occurrere, quando oritur altercatio inter nobiles, & alias personas in sedendo, & in alijs reuerentialibus.

ADDITIO.

Vide quæ scribit Guid. Pap. decisio. Grationop. 387. sed qd si nobilis. & ibi in additio. & Nicol. Boer. in additio. ad trac. de authori. magni. cons. in cons. 241. in additio. inci. Burgenses. & in decis. 33. nu. 9. & Roma. sing. 394. & ibi in additio. Sed ꝙ semper dignius præcedere debeat, vide apost. ad Abb. in ca. cum olim. in verb. tam in sessionibus. de consue. Cæpola conciuis meus in trac. de Impe. mili. eligen. in c. ratione dignitatis. nu. 8. Io. le. Cerier in tracta. de primo genitura, lib. 2. q. 3. col. 1. nu. 2. Petrus Sanci. in trac. diuidui & indiuidui. fo. 12. in §. prædictis terminis declaratis. gl. & ibi Io. Fabri, in §. aliam. Insti. de bo. pos. Ias. in l. si non sortem. §. libertus. nu. 23. ff. de condict. indebi. Chassen. in consue. Burgund. rubr. 4. §. 20. nu. 3. & in cathalogo gloriæ mundi. 11. part. conside. 29. Matth. de Afflict. in pludijs super consti. Neapol. q. 26. no. 2. & præceptor meus Do. Andræ. Alci. in l. procurator. C. de eden. & in suo trac. præsumptio. regu. 1. præsumptio. 45. Iason. in l. cum quid ff. si cer. petatur. Gab. Saray.

XXXIIII.

1 *Testator si fratribus, reliquit quindecim salmas vini quolibet anno, potest hæres ex bonis testatoris eis dare vnam vineam, ex qua percipiant dictum vinum.*

1 MAnda memoriæ, quod si testator reliquit fratribus. 15. salmas vini quolibet anno, vt sæpe fit, & hæres velit ex bonis testatoris dare vnam vineam dictis fratribus, ex qua percipiant dictum vinum, & eis relinquere curam dictæ vineæ, potest inuitis dictis fratribus, & hoc



& hoc fauore exercentis munificentiã, ita notabiliter Bal. in l. si qs argentũ. in fi. pri. per illum te. C. de donatio. sequũtur doct. in l. 2. §. 1. si cert. peta. quod no. quia quotidianum, & honorabile.

XXXV.

1 *Obligatio generalis non trahitur ad ea, quæ quis in specie nõ esset obligaturus. limitatur vt ibi.*
2 *Cessio iurium non debet esse inutilis.*
3 *Hæres tenetur soluere pro vsufructuario expensas pro tributis, & oneribus reipublic. quando alias legatum esset inane.*
4 *Dispositio vt valeat, receditur à regulis iuris communis.*

1 DIctum est vulgatissimum, ꝙ in obligatione† generali *non veniunt ea, quę in specie verosimiliter quis nõ esset obligaturus. te. est in l. obligatione generali. ff. de pignum simil. Limita tamen singulariter, quando non haberet nisi vnam rem tantum, quia tunc obligans omnia sua intelligitur illã obligare, licet in specie non esset obligaturus, & ratio est ne obligatio reddatur inutilis & frustratoria. sicut in simili dicit Bald. in l. liberti. circa medium pen.
2 col. C. de oper. liber. ꝙ si filia† cedit oĩa iura, quæ habet super bonis patris, quod tunc si nulllum ius habebat, nisi dotis, ꝙ illud dicitur cedere, ne inutilis sit cessio. allegabat bonũ te. in l. fundus qui locatus. ff. de fun. & instru. facit te. in l. Quintus. §. 1. & ibi Bar. ff. de auro & argen. leg. & Bald. in l. 1. circa prin. ff. de statu hominum. & te. no. in l. qui cõcubinam. §. qui hortos. cum gl. fi. ff. de leg. 3. vbi hæres† tene-
3 tur soluere pro vsufructuario expẽsas pro tributis & oneribus reipu. quãdo alias tale legatũ esset inane, & nullã vtilitatem afferret, & sic receditur à regulis iuris, vt dispositio
4 † valeat. & illum te. ad hoc reputat singularem† Are. in l. hu iusmodi. de ver. obli. & Bar. in l. his verbis. §. 1. ff. de lega. 3. & multas alias fallentias vide per Io. Andr. & Card. in c. in generali concessione. de regulis iuris, in sexto.

ADDITIONES.

Adde Alex. in l. si constante. nu. 26. & 28. ff. solu. matri. Negusan. in tract. de pigno. in secunda parte membro secundo. nu. 37. & nu. 41. Hippo. de Marsi. singu. 314. & cõsi. 21. nu. 49. Hieron. Cagnol. in repetitio. l. fin. nu. 103. & 105. C. de pact. Fel. in c. ex parte. col. 3. de consti. Calcan. consi. 39. nu. 11. præceptor meus Alciat. in l. alienatum. ff. de ver. sign. & Deci. consi. 30. & Io. Bapt. Plotus in repetitio. l. si quando. C. vnde vi. in §. furtum. nu. 11. ver. de contraria. & Mathe. in sing. 186. nota vnum motiuum singulare. & ibi dixi in annotationibus latissimè. Gab. Sar.

* Obligatione generali. Adde Guid. Pap. singul. 588. numero. 4.

XXXVI.

1 *Taciturnitas partis præsentis in iudicialibus habetur pro cõsensu, & tacenti præiudicat.*
2 *Testium publicationi si pars consentiat, talis consensus ei nõ præiudicat, si testes non fuerunt ritè & rectè recepti.*
3 *Actus super quo adhibetur consensus si non tenet, nunquam consensus nocet.*

1 IN iudicialibus taciturnitas† patris præsentis habetur pro consensu, & sibi præiudicat, vt est te. not. in c. 2. de accusa. in 6. facit l. cum ostendimus. §. fi. de fideiuss. tut. de cuius intellectu plenè scribitur in l. 1. in pri. de verb. oblig. & quod pulchrè no. Barto. in l. 1. in vlt. nor. C. de dila. vbi dicit, ꝙ si iudex facit aliquem actum præiudicialem parti præsenti, pars tacendo sibi præiudicat, & ideo debet expressè contradicere, & ita consuetudo obseruat, & facere id scribi in actis expressè. Et hoc parte præsente & non consentiente, imo expressè contradicente & opponente prout tota die fit. Dixit tamen Bald. in auth. si quis in aliquo. in 1. colu. C.
2 de iudicand. quod licet† pars consentiat publicationi testium si tamen testes non fuerunt ritè & rectè recepti, talis consensus non præiudicat. ratio, quia ex quo deficit ordo iuris, talis consensus priuatorum nil debet operari. tene perpetuo cordi prædicta. sequitur Ias. in reperti. l. admonendi ad finem 1. col. de iureiurando. & in l. patre furioso. in 5. & 6. col. de his qui sunt sui vel. alie. iur. Vltra ipsos pro isto vlti-
3 mo dicto facit, quia si actus† super quo adhibetur consensus, non tenet, nunquam nocet consensus. Bart. in l. si debitor. §. si in venditione. ff. ex quib. mod. pig. vel hypothe. solu. tur. quod tene menti.

ADDITIO.

Adde Nico. Boer. decisio. 314. nu. 5. Gab. Sar.

XXXVII.

1 *Custodes castri, qui sibi custodiam noctis diuiserunt, vt vna pars posset vsq; ad mediam noctem dormire, & alia inde vsque ad diem, an si castrum occupetur, illi qui ex conuentione dormiebant, teneantur.*
2 *Carceris custos æquiparatur custodi castri.*
3 *Dominus tenetur ad expensas factas tempore pacis, & belli pro custodia fortilitij.*

NOta, quod signanter determinat Alberic. de Rosat. in secunda parte statutorum quæstio. 159. quæ incipit, si
1 ex forma statuti eligantur custodes, &c. ꝙ si aliqui† deputati ad custodiam caltri, vel arcis, diuiserunt inter se custodiã nocturnã, hoc modo, quod medietas dormiret vsque ad dimidiam noctem, & post modũ alia medietas, si interim occuperetur, illi non tenentur, & hoc dicit de facto contigisse in custodibus communis Bononiæ, qui sic custodiebãt Imolã, & propter eorum malam custodiã noctis tẽpore Marchio Attẽlis eã inuasit, refert ꝙ ista quæstio fuit multum ruminata Bononię & finaliter fuit determinatũ, ꝙ illi qui secundum diuisionem noctis poterant dormire nõ tenerẽtur, vt ibi plenius per eum, ꝙ no. si casus accideret.
2 Amplia dictam† decisionem vltra ipsum procedere in custodibus carceris, cum à pari procedat custos carceris, & custos arcis. ita æquiparat Bal. in l. ex diui. C. loca. sequitur, Ias. in l. in actionibus. circa med. vlti. col. ff. de in lit. iu. 1. Itẽ
3 vnũ† diligenter not. quod ad custodiam fortilitij vel serati. existentis in ciuitate, vel comitatu, tenetur dominus ad tales expensas tempore pacis, & guerræ, non autem homines. ita sing. no. Ang. in l. tutores per illũ te. C. de ope. publ. sequitur Ias. in l. diuortio. §. impendia prima col. ff. sol. ma. asserens se alibi illud dictum Ang. non legisse, & consuluisse de facto in quæstione sibi transmissa ex Pedemontibus, quod bene no.

ADDITIO.

Adde Parid. de Put. in tracta. de Syndi. in verb. licet dicatur, quod carcerarius. nume. 3. & Nico. Boer. decisio. 37. nu. 8. Gab. Saray.

XXXVIII.

1 *Ciuitas aliqua si ab aliquo Principe cogatur sibi iurare fidelitatem, & confiteri, suam esse cum non sit, confessio & iuramentum nihil valet.*

1 NOta, quod sing. dixit Bald. in l. nec si volens per illum tex. C. de libe. cau. quod si Rex Francorũ† facit aliquã ciuitatem confiteri suam esse, & sibi fidelitatem iurare, cũ sua non sit, ꝙ talis confessio & iuramentum nihil valent. idem dicit in Papa, & in Imperatore, quia tunc redigũtur ad instar tyranni. vnde ciuitas Perusina non esset ecclesiæ Romanæ, omnia instrumenta in contrariũ facta essent cassa & irrita totaliter. & dicit Bald. hoc pro deo not. perpetuo.

XXXIX.

1 *Præsumitur pro instrumento, quod sit verum & solenne. et in strumentum dicitur probatio probata,*
2 *Verba enuntiatiua in instrumento contenta non probant, nisi essent de substantia & necessitate.*
3 *Asserta in instrumento dictum, sed incidenter, non probat.*
4 *Notarius si dicat in instrumento, Titius procurator talis, vt constat instrumento procuræ manu talis notarij à me viso & lecto non dicitur probatum de mandato.*

1 NOta, regula est vulgata, † quod pro instrumento præsumitur. l. cum precibus. C. de probat. nam pro instrumento duæ sunt præsumptiones, scilicet quod sit verũ, & solenne, secundum Bal. in c. 1. §. iustrumentũ. de natu. feud.

Item instrumentum est probatio probata,& non probanda,& veritas apparens,dicit Bal.in l.imperator.1.ff.de statu homi.& in l.2.C.quãdo fiscus vel priua.& in l.quoties. C.de iudic.cum similib.No.tamen esse verũ ꝙ præsuma-
2 tur pro instrumento,nisi instrumento†aliquid enuntiatiuè cõtineretur,puta, Titius filius Sempronij, nam illa verba nõ probant filiationẽ,nisi talia verba enuntiatiuà essent de substantia vel necessitate.te.est in l.optimam.C.de contrah.& commit.stip.& illum te.ad hoc reputat singularem
3 Bald.in c.series de testib. Adde fortius,† quod imo si in instrumento aliquid contineatur, affirmatiuè,sed incidẽter, puta ꝙ in eo dicatur,Sempronius, qui est ꝓcurator Caij, adhuc illa verba assertiua non probant eum esse procuratorem.ita dicit nota.Bal.in rub.C.de fide instr.quem simpliciter sequitur Petr.de Ancha.in cle.1.de proba. Roma.in consi.62.quod incip.solum est videre facit bene te.in l.nec satisdatio.& ibi Ang.ff.rem ra.habe. facit quod notabilius tenet Card.Florẽtinus,nec fortè alibi inuenies, in ca.fi.de fide instru.vlti.col.in vers.vltimo pone,ꝙ tabellio &c.vbi
4 refert se alias dixisse in facto,quod etiam †si notarius diceret in instrumento, Titius procurator talis, vt constat tali instrumẽto manu talis notarij à me viso & lecto,ꝙ adhuc per ista verba nõ dicitur probatum de mandato illius procuratoris,quia esset testimonium reddere nõ aũt mãdatũ authẽticare, vt ibi plenius per eum,vbi dicit hoc esse bene not.quia sæpè de facto occurrit.

ADDITIO.

Vide Nico.Boer.decisio.281.nu.4. Gab.Sar.

XL.

1 *Libellus solẽnis si in causa requiratur, isque fiat,& addatur clausula,non in modum solennis libelli,super eo non potest procedi,& si procedatur,iudicium esset nullum,nisi addãtur ea verba,nisi quatenus solennis libellus à iure requiratur.*

1 TEne menti in practica† quod pulchrè consuluit Pe.de Anch.consi.32.quod incipit,statutum in causa in qua agitur &c.ꝙ si in causa requirente libellum aliquis porrexerit petitionem solennẽ cõtinentẽ oĩa,quæ sunt de substãtia libelli,& adiecerit clausulam,quæ semper apponitur in libellis,videlicet,non in forma solennis libelli,sed qualisqualis petitionis,& simplicis facti narrationis, ꝙ propter illã clausulam super tali petitione tãquam inepta procedi non debet,& si procederetur,iudiciũ esset nullum, quia cum libellus sit fundamentum & substantia iudicij,vt not.c.1.de libelli obla.& in authenti.offeratur.C.de lit.contesta.certè per talem ꝓtestationem manifestè apparuit, ꝙ noluit istã petitionẽ producere per modum solennis libelli,ergo dato quod alias talis petitio fuisset apta & solẽnis, postquam eius intentio expressè refragatur,non potest super ea procedi,per regulam l.multum.C.si quis alteri vel sibi.c.cum super abbatia.de offi.deleg.Item quia continet expressam repugnantiã expressè resultantem ex verbis, igitur actus vitiatur.l.vbi repugnantia.ff.de regu.iur. Vnde cautela est, ꝙ prædictis verbis non in formã solennis libelli, sed qualisqualis petitionis, addat,nisi vbi & quatenus solennis libellus à iure requireretur.quod signa in practica,quia in facto obtineretur.

LXI.

1 *Notarij imbreuiatura recipit suppletionem ab eodem notario renuntiationum & aliarum clausularum à iure,& à consuetudine,secus alius notarius sit,nisi intercedat mandatum iudicis.*

2 *Notarius an virtute clausulæ & cætera,possit extẽdere causas in appellatione ab interlocutoria,quæ non sunt expressæ,& quæ debent inseri.*

VVlt no.Bal.in rub.C.de fide instru.in 10.col,ver.quæ
1 ro de tertio.ꝙ imbreuiatura† notarij recipiat suppletionem renuntiationum, & aliarũ clausularum à iure & à consuetudine.de quo etiam per Bal.in l.in contractibus. C.de fide instr. Sed vide eundem Bald.in dicta rub.in 11. col.versi.quæro.vbi singulariter sentit, quod imbreuiatura recipiat suppletionem,esse verum in eodem tabellione, sed alius, qui non fuit rogatus, supplere non potest.quod nunquam exeat mentem tuam,quia est valde not.Adde ꝙ idem Bal.videtur hoc tenere in ca.cũ in iure peritus. in 9. col.de offi.deleg. Tamen Ias.in l.argentarius.ad fi.1.col.tenet contrarium.ff. de edend.quantum ad consuetudinem notariorum nulla mentione facta Bal.in rub.de fide instr. & hoc mihi placet.Quo ad alia bene tenet, ꝙ non possit nisi ex commissione,& ex mandato iudicis,videas ipsum, qui hoc declarat,vbi plus ibi in 2.col.subdit, quod etiam
2 virtute† illius dictionis &c. non poterit etiam idem notarius extendere causas in appellatione ab interlocutoria, q̃ non sunt expressæ,& quæ debent inseri.iuxta cle.appellanti.de appella.& sic imbreuiatura non sufficit vbi aliquid expressè requiritur.quod bene nota.

Ale.consi.163.visis narratis.col.fi.nu.12.vol.7.Bal.cõsi.469. li.5. Deci.in l.vt liberis.col.3.C.de collatio.& in l.semper in stipulationibus.ff.de reg.iur.Hippol.de Marsil.singula.663. Gab.Sar.

XLII.

1 *Concurrentib.duab.causis,quarũ altera prodest,alia nocet,& materia sit indiuidua,an semper attẽdatur causa quæ nocet,& non illa quæ prodest?*

2 *Statutum quod reducit ad ius commune debet attendi.*

3 *Causa quæ prodest si sit potentior,perimit causam quæ nocet.*

NOta,quando† duæ causæ cõcurrunt,quarum vna pro
1 dest,alia nocet,& materia est indiuidua,& inseparabilis,semper attenditur causa quæ nocet, & non illa quæ prodest.l.3.§.fi.& ibi gl.& Bart.ff.ad Silla.l.2.§.si pupillo.ff.de vsucap.pro empto.l.cum pater.§.Mæuio.in fi.de leg.2.Sed posses dicere, quod imo debet attendi causa quæ prodest, per te.l.si vir vxori.ff.de vsuca. pro dona & l.non intelligitur.§.si quis palã.ff.de iure fisc. Sed quia est materia brocardica,videte Bar.in d.l.3 §.fi.& in d.l.si vir vxori.tamẽ præsupposito,ꝙ vera sit regula,ꝙ attendi debeat causa quę nocet,& non quæ prodest,dicas esse verum, nisi causa quę ꝓdest, educat nos ad ius commune, quia tunc debet attendi causa quæ prodest.probatur ex eo,quod singulariter dicit Bal.in l.si quis decurio.ad fi.C.de fal.vbi quærit,pone,
2 exeat†statutum ꝙ contra doctores non potest inquiri, deinde est aliud statutũ ꝙ cõtra militẽ põt inquiri,pone q̃s existens doctor & miles commisit delictum, an poterit cõtra eum inquiri?Et concludit ꝙ in causa indifferẽti debet attendi statutum,quod reducit ad ius commune. & illam decisionem sequitur Pet.de Anch.in commento c.canonũ statuta.de consti.in ver.ecce alia quæstio de statuto
3 &c.quod bene no.Limita etiam†nisi cum causa quæ prodest concurrat fauor validitatis testamenti, quia illa tunc præfertur,quia quando causa quę prodest est potẽtior, tũc perimit illam quę nocet.ita voluit glos.in l.si mater. & ibi doc.in vlt.col.de inoffi.testa.

LXIII.

1 *Pater si promisit dotem filiæ,deinde moriatur filio,& filia hæredibus institutis,onus dandi illam dotem promissam non pertinet ad filium pro dimidia pro qua est hæres,sed tantum est in parte filiæ,*

1 SI pater promisit†dotem filiæ, deinde moriatur filio & filia hęredibus institutis,onus dandi illam dotẽ promissam non pertinet ad filium pro dimidia,pro qua est hæres sed tantum est in parte filiæ.tex. est vnicus in iure in l.prima.§.penultim.ff.de colla.dot.qui tex.est ad hoc mirabilis & singul.secundum Ludouicum Romanum,& Alex. in l.post dotem.in 9.col.ff.soluto matri.quod tene menti.

XLIIII.

1 *Legatum relictum à testatore de bonis cum alio cõmunibus debetur ab hærede de parte testatoris.*

SI testator habebat bona communia pro indiuiso cum fratre,& relinquat vxori alimenta de bonis communi
1 bus†sibi & fratri, totũ relictum debebitur ab hærede de parte testatoris,ex quo simul & coniunctim reliquit alimenta in bonis suis & fratris.ita notanter consuluit Bart. consi.quod incipit,quædam sibi filios hæredes, per tex.in l.si duobus reis.§.hæredes.de leg.1.quod est perpetuo mẽti tenendum,ẜm Paulum de Castr.ibi dicentem, ꝙ qui nesciret illum textum,& illam decisionem Barto.de facili responderet contrarium. sequuntur simpliciter cæteri doctores ibi.



XLV.

1 *Sindicus si creetur in causis, arduis,in instrumento syndicatus necessario debent poni omnia nomina creantium illũ syndicum.*

NOta vnum quod signandum inquit Spe.in tit. de syndico.§.1.& Bald.in l.1.ff.de magi.conue. ꝙ quando
1 creat syndicus†ab aliqua vniuersitate,si sit creatus in causis arduis,debent instrumento syndicatus necessario poni omnia nomina creantium istum syndicum, & non sufficeret dicere,ꝙ maior pars constituit illum syndicũ, vel nominare duos vel tres,& postea subijcere, & omnes alij qui faciunt maiorem partem,& cætera,quia esset ipso iure nullus,quia in causis arduis oportet magis deliberare procedere.quod bene not.quia alias vidi istud practicari.

ADDITIO.

Hoc idem tenet Barth.Chassæn.in commen.consue.Burgũ. in rubr.13.§.sexto.*gens de poete*.in versi.*sans l'authorité,ou licence*.in fi. Gab.Sar.

XLXI.

1 *Dictio Nisi,quid significet.*

2 *Positioni respondens,nego nisi probetur,dicitur confiteri, & si per testes prebetur,dicitur geminata probatio.*

1 DE dictione†nisi,vide per Bar.& alios in l.si eum.§.qui iniuriarũ.ff.si quis cautio.& in l.transactione.C.de trãsact.vbi Papienses dicunt,ꝙ dictio nisi,cum sit exceptiua, necessario significat oppositum antecedentis, cui immediatè aduersatur.vnde si ꝓcedit oratio affirmatiua, dictio nisi negat,& priuat.Vnde dicunt esse vnum ad actum practicum summè notandũ,ex quo poteris magnum honorẽ exportare,quod sing.ponit Bal.in c.cum accessissent.in 5. col.de consti.quod si ego actor facio tibi positionẽ, ꝙ debeas mihi centum ex causa mutui, & tu reus respondẽdo positioni dicas,nego,vel non confiteor,nisi probetur, tũc
2 illa†dictio nisi,ponit.& ideo si probo per testes, aderit geminata probatio,s.per testes,& per confessionem tuã.Ex hoc sequitur magnus effectus, ꝙ feratur sententia contra te,nõ poteris appellare,quia confessus in iudicio nõ appellat.l.2.& l.abstinendum.C.quorum appel.non reci. & dicit Bald.ꝙ aduocati imperiti nesciunt aduertere, quid sit hoc dictum, nego, nisi probetur.quod nunquam obliuioni tradas.

LXVII.

1 *Notarius si iuret se esse notarium,& ostẽdat se plura instrumenta confecisse, ei credendum est,& instrumentum ab eo confectum dicetur publicum.*

NOta quod singula.vult Ang.in §.hinc nobis.in 2.col. in auth.de hære.& fal.per gl.ibi;ꝙ quando instrumẽ
1 tum†negatur publicum, & sic negatur quẽ esse tabellionẽ ꝙ probatur per iuramentum ipsius tabellionis iurantis se esse tabellionem cum comparatione literarum,per quam appareat ipsum plura instrumenta fecisse.quod nunquam exeat mentem tuam, quia fortè alibi non reperitur. sequitur Ias.in l.Barbarius.ff.de officio prętor.vbi post alios materiam notariorum annectit.quem videas.

ADDITIO.

Vide Nicolaum Boerium decisio.36.in principio. Gabriel Sarayna.

XLVIII.

1 *Vxor committens adulterium viuente marito perdit dotem & donationem propter nuptias, & bona paraphernalia. Idem si mortuo marito committat stuprum.*

2 *Vidua stuprum committens perdit dotem,nec eam ab hæredibus mariti repetere potest.*

1 SCias,ꝙ si mulier†committit adulterium,perdit dotem & donationem propter nuptias.text. est in l.consensu. C.de repu.imo fortius perdit etiam bona paraphernalia gl.est reputata sing.in c.plerunque.de donatio. inter virũ. Amplia & teneas perpetuo cordi,ꝙ quemadmodum viuo marito propter adulterium,vxor perdit dotem, similiter mortuo marito si vidua committat stuprum, perdit dotẽ. ita singula.consuluit Pau.de Cast.consilio 121.incip.reuocatur in dubium.vbi plenè arguit ad partes.inter cætera allegat bonum te.cum gl.in l.penultima.& ibi Bart.ff. de adulter.ꝙ qui offenditur ex adulterio cõstante matrimonio, ille offenditur ex stupro viduitate durante.Not.perpetuo istam decisionẽ,quia plerunque contingit viduas stuprari,
2 quia non possent†petere dotem ab hæredibus.istud idem tenet Pau.in l.sororem.C.de his qui.vt indig. & in l.fideicõmissum.C. de fideicõmis.Istã decisio.reprehendit Alc. in dicta l.sororem.mouetur, quia iura loquentia de priuatione dotis loquuntur in adulterio, & sic viuente marito, ergo cum sint pœnalia,non debent extendi.Sed Ale.nõ viderat prædictum consiliũ Pau.nec facit mentionem de ipso,vbi Pau.format istud argumentum.

ADDITIO.

Paulus de Cast.in l.sororem.C.de his quibus vt indignis. mouit prædictam quæstionem,& determinat ꝙ sicut mulier propter adulterium cõstante matrimonio perdit dotẽ, ita propter stuprum viduitate durante.Idẽ tenet ipso Pau.in l. fideicommissum.C.de fideicommis. & in consi.147.incipi.reuocatur indubium.per totum,vol.2.quam opinionẽ sequitur Aug.Arimi. in addit.ad Ang.in tracta.malefi. in ver.*che hai adulterato la mia dona* nu.303.Belẽzi.ad Abb. in c.plerũque. & ibi Præposi.de do.inter virum & vxorẽ. Hippol.in sing.234.& in sing.416.& in l.1.in §.itẽ diuus. nu.4.ff.de sicar.& in l.1.nu.58.C.de raptu virgi.& in cons. 13.nu.16.Fel.in c.pastoralis.col.3.versi.mulier.de iudiciis eandem opinio.sequitur Palatios Ruuios in repet.rub.de dona.§.67.nu.6.& in §.81.num.6.Crotus in l.4.§.Cato.in 1.lectu.nu.139.ff.de ver.ob.Fran.Ripa.in rub.iudicijs,nu. 21.Ias.in l.2.nu.6.ff.soluto matrimonio. Io.Neuiza.in sylua nuptiali.lib.2.nu.44.Tiraquel. in tracta.de nobilita.ca. 18.nu.9.Anto.Gomes.l.53.Tauri in fi.Cefuentes in l.14. Tauri.nu.4.vbi pro hac opinio.Pau.de Cast.allegat glo.in auth.sacramentum. in ver.cõtractis.C.quando mulier officio tut.fungi pos.Pro qua opinione allegatur communiter re.in l.pe.ff.de adul.& ibi Bar.vbi probatur,ꝙ qui offenditur ex adulterio cõstante matrimonio, offenditur ex stupro viduitate durante.& opin.Paul.de Castr.dicit communem Boer. decisio.338.Contrariam tñ opi.tenet Alex.in d.l.sororem.quem sequitur Ias.sibimet contrarius in dicta l.fideicommissum.nu.3.Deci.in dicto ca.pastoralis.nu.8. de iudic.& in l.cũ quædam puella nu.12.ff.de iurisdict.omnium iudic. Guli. Mayner. in l.in ambiguis pro dotibus. nu.208.ff.de regu.iur.Carol.Moli. in consuetud.Parisien. in ti.1.§.30.q.28.nu.142.Chassæ.in consuetud.Burgund. in tit.*des droits*.rubri.4.§.6.fol.156.col. 1.ver. sed quæro. Ant.Gomes.sibi contrarius in l.80.Tauri,nu.70. Aymon Crauet.consi.205.Duaren.in dicta l.2.ver.secundus casus. ff.solu.matri.& Catellia.Cot.in memor.in ver.mulier. ꝓ qua opi.est tex.in l.si vxor.§.1.ff.de adulte. & in l.rei iudicatæ.§.hæredi.versi.morum.ff.solu.matrimo.Et hanc opinio.sequitur Crotus.in l.4.§.Cato.col.3.versi.pro quo ẽr. & in eodem.§.lectu.2.ver.7.quærit Bar.col.pen.ff.de ver. obl.vbi pro hac opi.Alc.dicit,ꝙ leuius est crimen stupri, quã adulterij,quia leuius punitur.vt in §.itẽ lex. Iulia.Inst. de public.iudi.iuncto te.in c.nõ offeramus.24.q.1. Et quia minor est iniuria quæ fit defuncto,quam illa quæ fit viuenti,vt no.Bar.in d.l.fideicommissum.Has tamen opin.concordat And.Alci.de præsum.in 2.reg.præsum.9.nu.6.vt si mulier cõmittat stuprũ infra annũ luctus,tũc ꝓcedat op.Pau

li de Cast.si vero post annum,procedat opi.Ale.quam opinio.sequitur Didac.Couar.in epitome quarti Decreta.in 2.parte.ca.6.nu.10.& Ioan.de Garronibus in auth.eisdem pœnis.nu.18.C.de secundis nup.de qua tamen concordia an sit necessaria,vide Dueñas in reg.12.incipie.actio non datur lol.mat.in 3.limit.in fin.sed de hoc adde notata per D.Bermondum Choueronium in commen.suis in tit.de publicis cócubinarijs,in concordatis.in rub. de adulterio. inci.superest vt ad species.nu.60.versi.& quod vidua.cha. 52.& per Arium Pinelū Lusitanum in l.fi.C.de bonis mater.nu.9.versi.ex eisdem.& seq.qui circa hoc latissimè insistit.Barth.Chasl.in commen.consue.Burgun.in 4.rubr. in §.*le mari. & la femme*.in verb.*& sera tenue*.nu.24.& Nicol.Boer.dec.338.nu.2.& 9.& Roma.sing.315.& an propter osculum vel tactum mamillarum perdat dotem, tradunt doct.in rub.C.de eden.& in rubri.extra de iud. Caccialup.in l.fi qua illustris.col.9.C.ad Orficianum. Ga.S.

## XLIX.

*1 Illud quod nemini nocet.& mihi prodest,de facili concedendum est.*

*2 Testis vnius dictum facit plenam probationem,quando nulli principaliter præiudicium infertur, & est commodum alicuius.*

*2 Clericatus potest probari per vnum testem.*

*4 Testi vni quando plenè fides sit adhibenda,remissiuè.*

1 NO.regulam,quod illud quod nemini nocet, & mihi prodest,de facili concedendū est.tex. est in l. 1.§.ijdē aiunt aquam.ff.de aqua plu.arcen.& te.not.in l.2.§. itē Varus.in fi.eo.tit.de quo dic per doc.in l.2.in verbo.nec cogitur.ff.solu.matr.& per Bar.in l.1.C.de metal.li.11.& quod tenet Bar.in l.non modus.C.de serui.& aqua. & in l.quominus.in q.fi.prin.ad fi.ff.de flumi.Pro ista regula facit,q
2 quādo nulli principaliter præiudicium infertur, & est cōmodum alicuius, tunc dictū vnius testis tm facit plenam probationem,puta q aliquis sit baptizatus,vel ecclesia cōsecrata.c.cum itaque.& c.paruulos.de cōse.dis.4.gl.in ca.licet vniuersis.in gl.fi.de testi.gl.no.in c.nuper. in ver.nūerus.e.ti.Spe.in ti.de teste.§.restat.in 9.& 16.fallē. Et per illas gl.in specie infert Bal.in d.c.licet vniuersis.& in d.c.nu
3 per.q clericatus tū pōt probari per vnum testem solum: qa actus ille de se,& sui natura inspecta non principaliter præiudicat.quod valde no.quia multum limitat reg.q vni testi non debeat plenè credi,etiam si sit magnæ dignitatis.l.
4 iurisiurandi.C.de testibus. cum simil. Adde etiam quam plures casus in quibus vni testi plenè creditur, quos refert Sas.in lectu.Ladmondi.in fi.26.col.& in repe.circa fin.96. col.de iureiurando.

### ADDITIO.

Vtrum clericatus possit probari per vnum testem,latè tradit Didac.Couarru.in practicis quæstio.c.33.nu.3.versi.clericatus.& per Nic.Boer.decisio.171.nu.25.

## L.

*1 Reus conuentus coram iudice incompetenti, non debet opponere de incompetentia sed finere processum formari,& illum postea dicet nullum.*

*2 Libellus si sit obscurus, reus non debet id opponere, sed sufficit quod dicat illum non procedere.*

1 NO.pulchrā cautelā,qñ eris aduocatus rei,quem actor fecit conueniri coram iudice incompetenti, credēs q esset iudex competens rei,nam cū cōpares pro reo, nō debes opponere exceptionem iudicis incompetentis,prout faciūt procuratores nō cauti,quia hoc modo instrueres actorē,vt conueniat te coram iudice competenti, vnde nihil opponas super incompetentia iudicis, sed patiaris q fiat processus,quia quandocunque potes opponere, quod processus est nullus.ita dicunt doc.in l.fi per errorem.per illum te,in verbo,nihil valebit quod actū est.ff.de iurisd. om.iud.& hoc modo secundum eos poteris trahere actorem ad concordiam. Dicunt tamen quod licet ista cautela sit honorabilis,tamen in foro pœnitentiæ est abstinēdum, ita Cy.in l.vnica.C.vt quæ desunt aduoc.Addunt doc.pro ista cautela facere,quod in simili dicitur,quādo actor pro
2 ducit libellum obscurū, vel incertum,vel alternatiuum, nō debet reus petere,vt libellus declaretur,sed debet simpliciter opponere,q libellus non procedit,quia malè cōceptus est.ita magistraliter Spe.in ti.de libel.concep.§.fin. versi.cautus sis tamen. quod nota,quia procuratores nostri communiter errant.

### ADDITIO.

Vide latè in apostil.Celsi Hugo.ad Lanfr.de Ori.in c.quoniā contra.in ver.recusationes.in 1.additione.de probatio.Gabriel Saray.

## LI.

*1 Delinquens si formata inquisitione,vel secuta condemnatione postea fiat religiosus,iudex laicus potest eum punire,facta tamen prius degradatione à iudice ecclesiastico fallit vt ibi.*

*2 Votum retrahitur.*

*3 Iuramento fiatur in his quæ dependent à voluntate, vel conscientia nostra.*

1 TEne menti,quod si laicus t commiserit delictum, & formata in eum inquisitione,vel secuta condemnatione,efficiatur clericus,vel religiosus, per talem mutationē fori nō impeditur iudex secularis eum punire,vt per Bar. & alios in l.cum quidam.ff.de iurisdi.omn.iudi,& in l.1.ff. de pœ.facta tamen prius degradatione à iudice ecclesiastico. Limita tamen singulariter. nisi fecisset votum clericatus, vel intrādi religionem antequā delictū committeret, tunc nullo modo potest puniri per iudicem secularem,
2 quasi votum t trahatur retro.ita singulariter tenet Bald.in l.1.C.an seruus ex suo facto. qd valde no. quia posses quēcuadere in practica à pœna mortis, p maximè quia hic tenetur iuramento suo,an votum emiserit ante commissum
3 delictum, sicut tenari debet iuramento de alijs quæ dependent à voluntate,vel cōscientia nostra.gl.& doct.in §.alig. Insti.de actio.& gl.i c.significasti.3.de homi. Bal.in l.interdum.§.qui furem.ff.de fur.vbi notabiliter limitat,

### ADDITIO.

Vide latè & eleganter per Bar.Chassen.in cōmenta.consuet. Burgundiæ in 1.rub.§.5.in verb.*s,il n,à grace*.nu.69.& Didac.Couarru.in pract.quæstio.ca.32.col.pen.versi. cæterū quidam. Gab.Sar.

## LII.

*1 Fideiubere rogatus si protestetur ei,apud quem fideiussurus est,quod non intendit se velle obligare,si postea fideiubeat, non tenebitur.*

1 NOta,quod perpulchrè decidit Ang.in l.mora.in prin. ci.ff.de vsur.vbi refert fuisse determinatum in cōtingentia,facti per quēdam egregium doctorem in casu quo
1 tidiano. Aliquis erat accusatus pro quodā delicto, pro quo veniebat imponenda magna pœna pecuniaria,ita q oportebat eum dare fideiussorem,alias fuisset incarceratus,ille rogauit amicum,vt pro se fideiuberet,qui promisit verbo & non animo se facturum.vnde talis amicus incontinenti iuit ad iudicem,apud quem debebat fideiubere,& dixit ei, domine iudex,talis rogauit me, vt pro eo fideiuberem coram vobis,ego non sum ausus denegare,& ei promisi,pro tanto salua reuerentia, protestor quod si me receperitis in fideiussorem, non volo teneri.Fuit determinatū quod propter talem protestationem factam iudici, expresse cōtradicens si postea fideiubeat,quod nō teneatur,quod no. quia quotidianum est.sequuntur Papienses in l. non solū. §.morte.ad fi.13.col.ff.de no.ope.nun.

### ADDITIO.

Adde Ioan.de Arno.in problema.32. Gab.Sar.

## LIII.

*1 Pupillaris substitutio facta per patrem mendicum filio valde diuiti,valet.*

Nota



1 NOt.quod singulariter decidit Bal.in l.1.C.de iure fis. lib.10.quod substitutio t pupillaris facta per patrem penitus egentem,& mendicum,filio valde diuiti,valet & tenet quòd perpetuo tene cordi. quia nescio alibi illam decisionem.

## LIIII.

*1 Libri filio studēti à patre empti,eius nō efficiūtur proprij,nisi doctoretur,vel nisi efficiatur clericus saltē primæ tonsuræ.*

TEne menti vtilem cautelam ad faciēdum,quod filiusfa.studens,tempore diuisionis cum fratribus habeat libros precipuos,& quascunque res sibi à patre donatas.
1 Tu scis t quod quando pater pro filio studente emit libros quod non efficiuntur sui proprij,nisi efficiatur doctor,qa tunc lucrabitur,vt per Bar.& alios in l.1.§.nec castrense. ff.de colla.bon.Papienses vero in l.filiæ licet.in 3.col.C. de colla.dicunt,quod filiusfami.clericus studens lucrabit libros,& statim donatio facta per patrem valet irreuocabiliter,ac si esset filiusfa.doct. vbi probant dicentes esse nouam quæstionem & vtilem,& plus putant istud nō solum procedere in clericis beneficiatis, sed etiā in clericis primæ tonsuræ.& ibi hoc probant,quod nunquam exeat mentem tuam,quia poteris vti dicta cautela ad lucrandū libros,& alias res tibi à patre donatas,cum.eris scholaris, accipias primam tonsuram,& dicunt ibi Papienses,quòd ista simplicibus legistis videbuntur noua.

## LV.

*1 Vulnerati dicto non standum,etiam si sit in articulo mortis constitutus,nec facit iudicium ad torturam,sed tantum præsumptionem.*

*2 Exculpatio vulnerati,an imputatum excusset,vt non possit torqueri,etiam si habeat contra se indicia ad torturam vrgentia?*

*3 Iudex si inquirat contra aliquem de furto,& compareat dominus rei furatæ,& dicat furtum fuisse factum sua voluntate,non impeditur à procedendo in inquisitione.*

1 NOta bene quod si vulneratus, etiam existens in articulo mortis,inculpauerit aliquem,quod cum vulnera uerit,non standum eius imputationi.l.si quis in graui.§.1.ff. ad Sillan.& ibi Ang.Adde etiam quod talis assertio vulnerati contra inculpatum non facit indicium sufficiens ad torturam,sed solam præsumptionem,quæ est minor indicio.ita dicit gl.penul.in l.mater.C.de calum.& ibi Ange.sequitur Alex.conti.14.in tertio volu.incip.ponderatis narratis &c.Tamen econtra,si aliquis t sit accusatus de.vulnere,captus,& vulneratus excusauerit eum,statur exculpationi vulnerati quantum ad istum effectū,quod licet sint indicia contra accusatum,quæ alias essent sufficientia ad torturam,tamen isto casu ex talibus indicijs torqueri nō poterit,quia habet testimonium innocentiæ pro se.l.Paulus.§.1.ff.de bon.liber.ita singulariter tenet Bal.in l.1.vlti. col.C.commu.de leg.dicit tamen quod si constaret de crimine,debet puniri,per l.secundam.ad Silla.sequitur Ias.in l.1.2.col.ff.de eo per quem fac.erit.Tu adde vltra ipsos ibi quod si iudex inquirit contra aliquē de furto,& compareat dominus rei furatæ,qui dicat furtum fuisse factum sua voluntate,quod non impeditur iudex à procedendo in inquisitione.ita tenet Ba.in l.inter omnes.§.rectè.ff.de fur. Sali.in l.fi non cōuitij.C.de iniur.& istud dicerem procedere,quando essent tantum indicia etiā sufficientia ad torturam.quia tunc non posset torqueri,nec puniri,per id q supra dictum est.quod no.

### ADDITIO.

Hoc idem refert & sequitur Thomas Gramma.in consilio. crimin.53.in fi.& Ludo.Carrer.in practi.crimi.in prin. nu.124.Et idem Gramma.in voto 24.nu.14.& Nico.Bo. decis.90.nu.5.&8.& latè per Didac. Couar.lib.2.variar. resolutio.113.nu.7.versi.est & aliud considerandum.in fi. & dixi in annotat.meis ad Matthę.Mathesi.sing.13.col.fi. nu.6.& per Petrum à Plaza Hispannum in lib.1.c.13.epitomes delictorum.nu.15. Ga.Sar.

## LVI.

*1 Donans alicui de rebus obligatis in dubio præsumitur donare animo compensandi,& extinguendi debitum,si sub nomine quotæ donatio fiat. Et quid si sub nomine quantitatis fuerit concepta?*

*2 Fatuitas magis præsumitur,quam donatio.*

PErpetuo signabis vnum dictum Bar.in l.frater à fratre.de condict.indeb.dum sustinet gl.ista ratione,quā-
1 do quis donat † alicui de rebus obligatis, in dubio præsumitur donare animo compensandi,& extinguendi, debitum.quod tene menti.nam ex eo pulchrè infert ibi Pa. de Cast.in penul.col.ad finem,quod si de certa pecunia, vel de certis fructibus debet tibi fieri solutio alicuius debiti,& debitor donet tibi de illa pecunia,vel illis fructibus ista donatio non remanet in vim propriæ donationis,sed compensatur & extinguit debitum. Ex hoc infertur,q si debeo tibi decem saccos frumenti quod nascetur ex tali fundo,& natum est frumentum centum saccorū, & ego tibi creditor dono simpliciter quinque frumenti saccos, volunt Bar. & Pau.de Cast.quod isti quinque sacci expresse donati non cedant in donationem, sed in solutionem debiti,& debitum extinguant in quinque. & ita pertranseunt doct.Limitat tamen ibi Fulgo.vt istud procedat, quando donat o fit sub nomine quotę,per tex.in l.hæredi tatem.dona. sed si sub nomine quantitatis,tunc non caderet in compensationem.alleg.l.si debitor.C.de senten. pas.& l.si legatis.§.nullum interesse.ad Trebel.Ias.tamen in dicta l.frater à fratre.in secunda lectu.in 25.col.ad finā. dicit opin.Bar.& communem videri sibi duram, & contrā omnem sensum naturalem.Vnde putat sic dicendum quod si debeo tibi decē,quæ debent solui ex certa pecunia vel ex fructibus alicuius fundi,& do simpliciter quinque ex illis saccis frumenti nati in dicto fundo, bene credit illam dationem fuisse factam animo compensandi.& tunc procedit opin. Bar.sed quando quis expresè donaret in claris non est opus coniecturis,nec præsumptio cadit,scilicet quod donatio intelligatur facta animo compensandi,non credit quod sit verum, aliter sequeretur euidens absurdum, quòd si debeo tibi decem ex fructibus istius fundi.quod possem donare tibi quinque vltra debitum si vellem.sed tamen posses dicere quod destinctio ha. non haberet dubium,quando simpliciter darem,cum nemo præsumatur velle iactare suum.l.cum de indebito.ff. de probat.& magis præsumatur fatuitas quam donatio.l. generaliter.vbi Bal.C.de non nu.pec.& procedat communis conclusio absque ista distinctione aliqua,lege non probata,& ideo cautela esset,quod creditor expresè diceret, quod non fieret animo compensandi,& appareret per testes,vel alio modo.quod no.

### ADDITIO.

Vide Nico.Boer.decis.44.nu.32.Gab.Sar.

## LVII.

*1 Tutores vel curatores non tenentur ex aliquo facto,si inde male succedat, quando illi mater pupilli,vel attinentes consenserunt.*

*2 Tutor potest pro pupillo quoscunque contractus celebrare, dū modo palam,& bona fide faciat.Et quando dicatur palā facere? 3.*

*3 Tutor quo casu possit pro se emere rem pupilli?*

*4 Contractus pupilli quando dicatur bona fide fieri?*

*5 Iudicis præsentia si in actu interueniat,dicitur bona fide fieri,& omnis dolus, & metus cessare præsumitur. quod de maioribus tantum iudicibus intelligitur, non de minoribus & pedaneis.*

QValiter tutores vel curatores teneantur, habetur in
1 leg.1.C.de transactio.not.tamen singula.cautelam ad excusationem tutorum vel curatorum,vt sunt cauti quando faciunt aliquem actum,& est dubium an possit nocere pupillo,quod faciant cum consensu matris pupilli,& attinentium,tunc licet malè succedat pupillo,i psi non tenebuntur.gloss.est notab.in gloss.magna,in leg.2.in verb.

pupillo

pupillo circa medium. C.de his.quibus vt indign. & ibi
Pau.de Cast.dicit illam gloss.ad hoc esse sing.& ibi Bald.in
tertia opposi.& in rub.C.de pœn.iudi.qui male iudi.Salic.
in l.fin.eodem tit.cum simi.facit.quia tutor† potest cele-
brare mutuũ,& quoscunq; cõtractus,dũmõ palá & bona
* fide.* l.non æstimo.ff.de admi.tu.no.gl.in l.quoties.§.nõ
tantum e.ti.gl.in l.cũ tẽpore.C.de contrahen.emptio.doc.
in l.sing.ff.si certum peta.& ibi Ias.refert vnum casum sin
3 gu.in quo solus† tutor potest indistinctè emere rẽ pupilli
qñ pupillus vendidit rem suam vni tertio cũ authoritate
tutoris,& decreto iudicis.& sic res pupili fuit solenniter
alienata,tũc si ille tertius nõ soluit pretiũ,põt solus tutor
talẽ rẽ emere,ex quo semel facta est alienabilis.tex.est val
de sing.in l.tutor rerũ.ff.de administratio tuto.quam Ro
ma.in dicta l.sing.reputat sing.& Bar.in dicta l.tutor rerũ.
Sed quando dicatur palá fieri,& quãdo non,declarat Bar.
in l.frater à fratre.in 15.colu.versicul.extra quero quid in
contractu emptionis.de condictio.indeb.vbi singulariter
4 dicit,quod contractus† dicitur bona fide fieri,quando fit
interuenientibus consanguienis & amicis pupilli.l.transa-
ctione.C.de transactionibus. vel quando fit in præsentia
solius iudicis.l.fina.in princi.ff.quod metus causa. teneas
perpetuo cordi istud vltimũ dictũ de iudice.sequtur Imol.
in l.1.§.fuit quæsitũ.ff.ad Trebel.In 3.col.Alex.in l.transa-
ctione.C.de transact.facit quod no.doc.in l.pacta nouissi-
5 ma.C.de pac.ꝙ† omnis metus,& omnis dolus p̃sumit cess
a sare,a qñ interuenit p̃sentia iudicis.quæ omnia valde not.
Limita tamen singu.vltra doct.in locis supra allegatis,s̃m
Bal.in l.tutores.ff.de cõfir.tuto.vt procedãt in maioribus
iudicibus,vt in Præside,Prætore,& similib.quia lex præ-
sumit.quod maioris iudicis factum sit ritè factũ.quod se-
cus est in minoribus magistratibus,p̃ut magistratus mu
nicipales vel pedanei,quia non tantum præsumitur pro eo
rum decreto.& ista sunt verba Azo.in summa C.de tutor
& curato.qui non satis.& quod ita intelligitur §.nos autẽ
institu.de authori.tuto.Quod no.perpetuo.quia magna &
singularis limitatio est ad prædicta.sequitur Ias.in cap.1.
circa medium 4.col.qui feud.dare possunt.

ADDITIONES.

* Palam & bona fide.Adde Cæpol.cautel.181.semper alle-
gatur.& cautel.221.tutores semper desiderant. & Catel.
Cot.in memoralib.in verb.palam

a Quod omnis metus,& omnis dolus præsumitur cessare.
Idem tenet & sequitur Thomas Gramma.in consi.crimi.
40.nu.25.Gab.Sar.

LVIII

1 *Iudex secularis de causa spirituali cognoscere non potest. Et in quibus casibus secus sit?*

2 *Iudex secularis,coram quo exceptiones ad ecclesiasticum remittendæ opponuntur potest opponenti terminum statuere ad producendum coram eo capitula,quæ vult probare in curia ecclesiastica,vt videat,an sint releuantia. Et si non fuerint releuantia,ad vlteriora procedet.*

1 Licet iudex† secularis de causa spirituali cognoscere nõ
possit,vt per Alex.in l.Titia.ff.soluto matrimonio.tñ
vltra limitationes datas ibi per Alex.& per Papienses,in
l.quoties.in tertia col.C.de iudic.vbi inter alia dicunt vnũ
valde notãdũ,ꝙ qñ p statutũ ciuitatis instrumẽtũ p̃sume
retur vsurariũ,& pars fundaret se ĩ dicto statuto,cũ sit q̃st.
iuris municipalis,nõ canonica.põt iudex laicus cognosce
re,ita referũt Pau.de Ca.cõsuluisse,cõsi.71.in c. visis & põ
deratis,&c.in prima col.quod not.Vnũ tñ† ppetuo no.in
practica,s̃m Alex.in d.l.Titia in quarta.col.ad fi.qđ iudex
secularis corã quo tales exceptiones opponuntur remit-
tendę ad forum ecclesiasticum,debet opponenti statuere
terminum ad producendum coram eo capitula,quæ vult
probare in curia ecclesiastica,vt videat an capitula releuẽt
& si non releuent,ad vlteriora procedat, quod nunquam
exeat mentem tuam.

ADDITIO.

Idem tradit Io.Arno.problema.31.Gab.Sar.

LIX.

1 *Mercatores non possunt expelli de ciuitatibus,nisi ex causis quibus banniri possent.*

2 *Ciuitatis alienæ ingressus venturis potest interdici.*

3 *Iudei ex ciuitate expelli à principe sine iusta causa nõ possunt.*

Domini terrarum sine causa mercatores forenses ex
pellere non possunt,& non recedentibus bona aufer-
re,quia mundus est omnibus communis patria. & ideo
1 nisi† ex causa expelli non possunt ex qua bãniri possent,nã
expellere & interdicere est pœna, quæ sine causa imponi
non debet.l.relegatorum.de inter.& relega.venturis autẽ
2 †ad patriam alienam bene ingressus interdici potest.ar.ff.
de serui.rusti.prædio.l.diuus.ff.de vsufruct.leg.l.hæres.ff.
si serui.vend.l.sicut.§.Aristo.postquam aũt venerũt,& in-
gressi sunt,sicut reliquus populus sunt,& tam contra natu
ralem æquitatem,quam contra bonum publicum est,si ex
pellantur.ita notanter tenet Bal.in c.1.§.1.de forma fide.
in vsi.feu.facit quod fortius voluit Oldr.consi.87.incip.
3 queritur.quod princeps† non potest expellere Iudeos ex
suis ciuitatibus,nisi ex iusta causa.& sequitur Ias.in l.cum
seruus.§.constat.in 7.col.post prin.de leg.1.adde Imol.in
c.quod super.de voto.facit quod habetur in l.spadonem.
§.iam autem.ff.de excusa.tutorum.vbi Bal.dicit, quod ap
pellatione habitatorum veniunt Iudei.

LX.

1 *Pater eius testamento filiũ naturalẽ nominando simpliciter filiũ,dicitur eũ legitimare,si is sit natus ex tali muliere, cum qua pater potuisset honestè contrahere matrimoniũ.*

2 *Filius naturalis susceptus ex fœmina cum qua pater potest honeste contrahere matrimonium,an possit aliter legitimari,quam per subsequens matrimonium?*

Legitimatio non pendet à sola voluntate patris quia re
quiritur quod legitimet per rescriptum,vel per subse
quens matrimonium,vel per dationem curiæ.vt habetur
1 in authen.quibus mod.natu.effi.legi.Tamen ex sola† no-
minatione quam pater facit de filio naturali in testamen-
to,appellando eum simpliciter filium, dicitur eum legiti
mare.vt est tex.in authenti.item si quis.C.de natu.liber. 3
Quod est verum,quando filius naturalis fuisset natus ex
tali muliere,cum qua pater potuisset honestè contrahere
matrimonium,secus si ex muliere,cum qua pater non po
tuisset honestè contrahere matrimonium,puta quia mere
trix,& pater honestus.ita singu.Bar.consi.inci. Narucius
coraducij &c.sequitur Ang.in §.1.in authen.quibus mod.
natu.effic.legi.& in §.hęc in authen.vt liceat matri.& auię
Secundo limita per Bal.in ca.illud.de presumpt. vbi not.
2 dicit,quod si quis† suscepit filium naturalem ex fœmina
cum qua potest honestè nubere,certe non potest filium
naturalem legitimare,nisi contrahẽdo matrimoniũ,ideo
cum aliter tunc legitimare non posset,ergo nec per nomi
nationem filij.Ego tenerem opi.Bar.quod imò posset ali
ter quam per matrimonium legitimare, quia tex.est ex-
pressus in d.authen.Item si quis.2.C.de natu.libe.

ADDITIO.

Vide Nico.Boer.decisio.250.nu.6.& 19.& Bal.in ca.p tuas.
nu.3.de maio.& obed.Hippol.in sin.130.Hanc opinionẽ
quod aliter quam per subsequens matrimonium,hoc casu
non possit fieri legitimatio filij,tenet Ias.in l.Gallus.in §.
& quid si tantum.in 1.lect.nu.107.vbi dicit hanc esse cõ-
munem opinionem.ff.de lib.& posthu.Chassen.in cõsue
Burgun.in titul.*de successions*.rub.7.§.3.fo.286.col.3.in.
prin.nu.9.& Pet.Duenas in reg.350.incip.filius naturalis
legitimatur.in 16.ampliatione.Gab.Sar.

LXI.

1 *Testator si instituat filium hæredem,& si decesserit sine liberis substituat Caium,si habebat filios superstites,tacitè nõ intelliguntur ex testamento substituti,sed ab intestato. Quod procedit in hæreditate, secus in legato.& ibi ratio diuersitatis assignatur.*

1 Habes gloss.communiter approbatam in l.Lucius Ti
tius.& ibi Bartol.ff.de hære.insti.quod si testator in
stituit



stituit filium hæredem,& si decesserit sine liberis, substi
tuit Caium,quod si habebat filios superstites, tacitè non
intelliguntur ex testamento substitui,sed ab intestato.quã
gl.signa & tene menti,quia effectus est magnus secundum
Bar.ibi.Limitat tamen sing.Ang.quem ibi Papienses se-
quuntur in l.legatis.C.de lega.procedere in hęreditatibus
secus in legatis,nam pone, testator legat rem alicui, & si
decesserit sine filiis,substituit in ista re Caium,iuxta l.si le
gata.eo.tit.de leg.pone quod moriatur cum filiis,certè in-
telliguntur tacitè substituti ex dispositione testatoris. Et
ratio diuersitatis est inter hæreditatem & legatum, secun
dum Ang.quia hæreditas non potest relinqui.nutu. Sed le
gatum sic.ideo in legatis sufficit nominatio filiorum con
ditionalis,in qua bene sumeretur arg.à contrario sensu.er
go si habebit filios,filij admittentur substituto excluso. &
dicit Ang.se ita cõsuluisse.quod valde no.quia est pulchra
& vtilis limitatio ad communem conclusionem.

ADDITIO.

Quod filij hoc casu non dicantur in hæreditate ex testamen
to substituti,iuxta gl.in d.l.Lucius.est causa opi.quam.ibi
sequuntur Bar.Bal.Ang.& Ioannes de Imo.& ita fuit de fa
cto iudicatum,vt ibi refert An.idem etiam tenet Bal.in l.
Centurio.versi.quæro vlterius,quid si testator dixerit,si fi
lius meus decesserit sine filiis.ff.de vulg.& pupil.& Bar.in
l.sed si sit.ff.de legat.3.Bar.in l.si cum dotem.in prin.ff.sol.
matrimonio.& sequitur Bald.in l.cum acutissimi.in vlt.
col.C.de fideicom.& in l.cunctos populos.col.15.ver.ve-
nio ad secundam,scilicet ad successionem instituentis.C.
de summa trin.& fide cathol.& in l.quod satis.col.pen.C.
de bonis quæ libe.pro quo est tex.in l.ex facto.§.ex facto.
ff.ad Trebellia.cum gl.in ver.defecisset.ibi,dum dicit,nec
tempus habeat.Eandem opinionem asserit communem
Didacus Segura in repe.l.3.§.fi.nu.178.ff.de liber.& post-
hu.& Ias.in l.Gallus.in prin.nu.44.ff.eo.ti.de libe.& post-
hu.Bernad.Diaz.in tract.fallentia.reg.461.Anto.Corset.
in repertorio ad Abb.in verb.substitutio.qui ad vtranque
partem bellissimè disserit.Paul.de Castro in l.filiusfami-
lias.§.cum quis.§.de legat.1.& Deci.consi.270.col.1.vbi
plures dixit hanc esse communem opinionem.Angel.in
tract.de testa.in gl.79.nu.2.Zasius in tract.de substitu.ca.
5.nu.36.& ca.7.nu.4.Gab.Sar.

LXII.

1 *Scholares tenentur defendere opinionem præceptoris sui.*

2 *Iudex qui iudicauit secundum opinionem magistri sui solennis doctoris,& opiniones insolitas tenere non consueti,quamuis sit contra communem opinionem,excusatur in syndicatu à condemnatione expensarum.*

3 *Scholaris nõ potest vocare in ius magistrũ suum sine venia.*

1 Scholares† tenentur defendere opinionem præceptoris
sui.l.dicere.§.si arbiter.& ibi Bart.ff.de arbitr.in tantum
quod egrege dicit Abb.in c.1.in 6.col.de postu.præla.ꝙ
2 iudex† qui iudicauit secundum opinionẽ magistri sui,quã
uis sit contra communem opinionem,excusatur in syndi
catu à condemnatione expensarum,quia vt discipulus pro
babiliter secutus opinionem doctoris sui.quod tamen in-
tellige,quando ille est solennis doctor,per id quod habe-
tur in c.cum beatissimus.24.q.1.intellige etiam dũmodo
ille doctor non sit solitus tenere opiniones insolitas.ita
dicit Bal.in l.fi.in 2.col.in fi.ver.quæro nunquid peritia iu.
dicis pręsumatur &c.C.de pœna iud.q ma.iud. Et ad hoc
adde Pe.de Anc.in cõsi.308.inci.ad hoc.vbi dicit,qđ scho
3 laris† nõ potest vocare in ius magistrũ suũ sine venia.Bar.
& doct.in l generaliter.de in ius voc.Subdit tamẽ Abb.in
d.c.ꝙ imò discipulus debet,seruata tñ veritate,sequi do-
ctorẽ suũ ĩ practi.vñ refert Ari.reprobãtẽ quãdã opi.Plato
nis magi.sui dixisse,amic⁹ Plato,sed magis amica veritas.

ADDITIO.

An opinio doctorum releuet ab expensis,plene per Guido.
Papæ decisio.Grationopol.277.opinio doctoris.& ibi in
apostil.& Nico.Boer.in additione ad tractat.de authorita.
magni consi.in consi.235.in additio.inci.nisi iunior.G.S.

LXIII.

1 *Procurator in criminalibus non admittitur,licet in eo duæ qualitates concurrant,videlicet,quod sit procurator, & coniuncta persona.*

2 *Procurator an interuenire possit in causa,in qua qui non potest soluere in ære,luit in corpore?*

3 *Bannitus à centum libris supra,si possit impunè occidi,pœna an censeatur capitalis,& in ea admitti possit procurator?*

4 *Cautela,quòd in causa criminali exceptiones rei accipiantur,etiam si personaliter non compareat.*

Ferè per totam Italiam est statutum,quod in causis cri
1 minalibus nullus† audiatur ad aliquam exceptionem,
nisi inculpatus personaliter compareat,& ponat se in car-
ceribus,ꝙ hoc habetur etiam de iure communi.l. penul.
§.ad crimen.& ibi doct.ff.de public.iudic. Amplia etiam
d.§.ad crimen.in eo qui haberet duas qualitates,puta quia
procurator,item & coniuncta persona,quia etiam non ad
mittetur.ita no.Ias.in l.cum rem.per illum tex.C.de pro-
cur.quod est valde not.pro.ampliatione d.§.ad crimen.Ad
2 de tamen† quod in causa,in qua qui non potest soluere pe
cuniam,luit in corpus.l.fina.de in ius vocan.potest inter
uenire procurator,qui alias in causa criminali non admit
teretur.d.§.ad crimen.Ias.in l.si quis nec causam. in fi.3.col
ff.si certum pet.& in l.cum rem.C.de procura.Sed in con
trarium facit quod not.Bal.in l.1.in 2.col.ff.de custod.reo.
vbi dicit,quod si venit imponenda pœna pecuniaria,& in
defectum venit imponenda pœna corporalis,quod debet
personaliter retineri,etiam si velit dare fideiussores idone
os,vel facere depositum de illa pecunia,de qua venit con
demnandus.& sic non attẽditur pœna pecuniaria,sed cau
sa principalis,quæ est secundum Ias.criminalis,& sic cum
sit criminalis,procurator non admittitur. Pro Ias.tamen
facit,quod vult Bal.in l.2.in versi.quæro vtrum excõmu
3 nicatus.de publi.iudi.quod si per† statutum bannitus à cẽ
tum libris supra potest impunè occidi,pœna non censetur
capitalis,& sic potest admitti procurator,ex quo bannum
& illa pœna non est perpetua,ex quo potest quandocũque
euadi soluendo pecuniam.Tamen contrariũ tenent Ang.
Imo.ibi,& Ias.in d.l.cum rem.Bal.in l.reos.in quarta col.
C.de accusa.distinguit.Aut pœna p̃sonalis imponitur ob
defectum pœnę pecuniariæ,& imponitur per eandem le
gem,& dicitur crimẽ capitale,nec admittitur procurator.
Aut pœna corporalis non imponitur per eãdem legẽ, sed
venit ex l.quicunque.C.de seruis fugi.& tunc non dicitur
crimen capitale,& admittitur procurator.& sic potes col
ligere cõcordiam,quod in primo casu procedat opin.Bal.
in dicta l.1.cum sit imposita pœna per idem statutũ.secun
do casu procedat opi. Bal.& Ias.Vide tamen Bar.in sua q̃-
stione quotidiana plenius distinguentem in l.item liberat
§.1.ff.quib.mod.pi.vel hypoth.sol.vbi distinguit,aut statu
tum dicit,quod condemnetur in certa quantitate,quam si
si soluere non poterit,amputetur sibi pes,& tunc datis fi-
deiussoribus idoneis debet relaxari.& sic in isto casu non
procedit in dicta l.1.Aut statutum dicit,quod condẽnetur
in certa quantitate,quam si non soluerit, amputetur sibi
pes,& tunc non debet relaxari datis fideiussoribus. & sic
ista sua distinctio videtur aliquãtulũ obstare distinctioni
Bal.quia Bal.vult in primo casu suæ distinctionis,quod p
curator admitti possit,cum possit relaxari, & tamen ibi
pœna corporalis imponitur per idem statutũ,& in disposi
tione.Cogita.Adde quod† licet in causa criminali ex for-
ma statuti,vel iuris communis nullus debet audiri ad ex-
ceptiones opponẽdas,nisi inculpatus personaliter compa
reat,cautela est,quod non opponantur exceptiones,sed cõ
pareat aliquis,& imploret officiũ iudicis,quod ex officio
recipiat informationes super innocentia inculpati, secun
dum quod in ista schedula continetur. licet enim statutũ
excludat exceptiones,non per hoc excludit officium iudi
cis.ita tenent plures docto.quos refert & sequitur Ias.in
l.vbi pactum.in 4.colum.cum sequen.C.de transact. vbi
hoc multifariam cõfirmat.Subdit tamen quod ista cautela
non

non valeret,quando statutũ diceret,non admitti exceptiones vel defensiones,nam propter verbum , defensiones, excluderetur etiam officium iudicis,secundum Bartol.in l.1.§.& parui.ff.quod vi aut clam.& in specie Angel.in l. planè.ff.de petitio.hæredita.quod bene not.

LXIIII.

1 *Statuto prohibente ne quis cum bannito contrahat , an cum seruo,vel filio banniti impunè contrahi possit?*

NOta quod mirabiliter decidit Bar.in l.3.per illum te.
1 in princ.ff.de le.præstan.quod si statutum† prohibeat ne quis contrahat cum bannito sub certa pœna , si aliquis contraheret cum filio,vel seruo banniti,quamuis acquirat bannito,non incidit in pęnam,per illum tex.Istã mirabilẽ decisionem videtur sequi Ias.in.l. si is qui. circa mediũ tertię col.ff.de vulg.& pup. vbi videtur comprobare. tamen idem Ias.in l.Gallus.§. quid si is.in sexta colum.per totum. ff.de liberis & posthumis.tenet contra Bar.in l.si mihi & tibi.§.regula.de legatis. 1.quod nota, quia poteris addere ad Bartol.

LXV.

1 *Vxor non est marito restituenda,si non potest securè cum eo morari absque periculo personæ,nec remedio cautionis potest sufficienter prouideri,& econtra.*
2 *Marito licet vxorẽ dimittere,cũ qua securè viuere non põt.*

NOta illud quod singulariter dicit Abb.in ca. literas.in
1 vltim.not.de restitut. spoliat.quod vxor non est †marito restituenda,si non potest securè cum eo morari absq; periculo personę,nec remedio cautionis potest sufficienter prouideri,imò hoc est sufficiens causa remouendi eã ab eo,& separandi matrimonium quo ad torum.& idem
2 dicit esse†in marito respectu vxoris , vt si insidiatur vitæ mariti,& eum veneno interficere tentauit, neque verosimiliter refrenari potest,eiici potest,& petenti restitutionem obstabit exceptio.idem tenet Abb.in c.1.de diuor.& in c.quemadmodum.§.illud.in fin.de iureiuran. quod tene menti,quia habes casum in quo præter adulterium licitum est coniugi dimittere coniugem.

ADDITIO.

Maritus si sæuiat atrocius in vxorem,an liceat ei aufugere, & an extra domum mariti sit alimentanda sumptibus viri, & alia in materia notatu digna tradit Guid.Pap.deci. Gration.439.nu.4.& 6.& ibi in additio.Gab.Sar.

LXXI.

1 *Minor si compareat in iudicio sine curatore, quo casu iudicium cum eo factum valeat?*

TEne menti mirabilem cautelam,quam refert & sequitur Ias.in authen. sacramenta puberum .C.si aduers.
1 vendi.quod quando minor†compareret in iudicio sine curatore,facias eum iurare de non veniendo cõtra processum, & sententiam,nam si minor iurat,valebunt iudicium, sententia & processus.& ita limitatur totus ti.C.qui legi. per so.non hab. refert tamen Barto.limit.in consi.101.quod incipit,Gerardus de Tuderto,&c.vt procedat quando verba iuramenti sunt concepta in futurum,puta , quia minor iurauit non contrauenire iudicio,& tunc procedat quod dictum est.Sed si minor aliquid confessus est in iudicio, quod sit de pręsenti,vel de præterito,& iurauit,puta confessus est positionem cum iuramento esse veram,tunc nõ habet locum ad authen.sacramenta.& mouetur,quia dicta authen.tantum loquitur,quando iuramentum concipitur in futurum,secus autem quando concipitur de præsenti,vel de præterito.quod valde not.

ADDITIO.

Adde Ioan.de Arno.problema.30.& Nicol.Boer.decisi.92. nu.5.Gab.Saray.

LXVII.

1 *Confessio facta coram solo notario maleficiorum absente iudice,vel coram iudice nõ in forma iudicij, facit indicium sufficiens ad torturam,nisi fuerit reuocata.*
2 *Minor 25.annis confessus in iudicio delictum,de quo aliter non erat probatum,debet in integrum restitui aduersus illam confessionem absque alia probatione erroris.*

1 SCire debes,quod cõfessio†facta corã solo notario maleficiorum absente iudice,vel coram iudice solo nõ in forma iudicij,quamuis nõ plene probet,tamen facit indiciũ sufficiens ad torturam ,secundum Bal.in l.iubemus.C.de libe.causa.& l.penul.C.de fideiuss.& in additio. Specu.in titu.de confessis.in ver.confessio ista.Limita tamen singulariter per Bal.in l.1.in penul.colum.C.de confess. nisi talis confessio fuerit reuocata.Vnde secundum eum cautus sit aduocatus,quod faciat illum reuocare,talem confessionem,quam potest reuocare,etiam non aliter de errore docto.cum sit confessio nudi facti,iuxta l.error.cum materia.C.de iuris & facti ignoran.quod nota perpetuo,quia in practica posses euadere amicum à tortura.Alias limitationes vide per doct.in l.magistratibus.ff.de iurisdictio.
2 om.iudic.Adde etiam†quod si minor 25.ann.cõfessus est in iudicio delictum,de quo aliter non erat probatum, debet restitui in integrum aduersus talem confessionẽ absq; aliqua probatione alicuius erroris , quia ex hoc apparet eum esse læsum.ita sing.dicit Ang.in l.certum.§.in pupillo.de confes.allegat tex.cum gloss.2.in cap.2.de in integr. resti.in 6.sequitur Alexan.in l.nam & postea.§.si minor. in penul.col.ff.de iureiuran.& in consi.116.in 2.vol. inci. in causa inquisitionis formatæ.

ADDIIO.

Vide Nicol.Boer.decis.90.nu.5.Gab.Sar.

LXVIII.

1 *Socius vnus si plus se exercuit in mercantia,quam alius , in diuisione societatis debet plus habere,quam alius.*

NOta quod singulariter decidit Ro.consi.168.inci.circa primum quo quęritur,&c.in vltim. dubio, vbi quæri
1 tur,si sunt duo socij vnius † mercãtiæ,qui posuerunt pecuniam communiter ad mercãdum,vnus ex illis exercebat mercantiam,vel stabat ad fundicum ad vendendum, alius non impediebat se,iste petit ante omnia tantum salarij, quantum daretur vni institutori.dicit Rom.quod de tali salario iure cautum non reperitur.Sed tamen putat quod ratione operæ de industria personæ illius soc*, in diuisione societatis plus illi attribueretur,quam alijs,per l.si nõ fuerint.ff.pro socio,cum aliis per eum allegatis.quod bene no.sequuntur Papienses in l.illud.in penul.colum.ad si.C. de colla.vbi in simili ponunt nonnullas quęstiones.

LXIX.

1 *Testes si sunt ad perpetuam rei memoriam examinandi, quis sit iudex competens ad eos examinandos?*
2 *Necessitas legi non subiacet.*

1 POne,reus vult facere examinari testes† ad perpetuam rei memoriam,iuxta cap.quoniam frequenter. vt lite non contesta.quia erit iudex competens?Anto.de But.in ca.si clericus laicum,extra de foro competen.tenet quod est iudex ille qui in causa cognoscere haberet.& ita sing. tenet Bar.in l.cum hi.§.transactiones.& ibi docto. sequũtur.ff.de transactio.Limitant tamen Angel.& Fulgo.ibi, nisi necessitas requiratur ad examinandum testes in alio
2 loco,quia necessitas †non subiacet legi.l.1.ff.de offi. proconsu.& dicit Ange.quod aliàs Paduæ obseruauit alle. te. notab.in l.quoties.C.de naufrag.libro.11.Secundo limitatur doctrina Barto.ex eo quod dicit Barto.in l.si quis nauicularius.per illum tex.C.de naufrag.lib.11.quod si mercator habebat merces communi periculo,& in locis multum remotis,si casu pereant,poterit ibi facere examinari testes ad perpetuam rei memoriam.& illam decisionem exclamat Lud.Roma.vsque ad cœlum in repeti.l.si verò. §.de viro.in 54.fallen.ff.soluto matrimonio. sequitur Ale. in additio.ad Bar.in dicto §.transactiones.Sed ista limitatio videtur eadem cum prima propter necessitatem.

LXX.

1 *Testibus si quis opponat,quod non sunt,nec fuerunt omni exceptione maiores,an talis exceptio valeat?*

Exceptio



2 *Exceptio obscura,vel generalis non releuat.*

TEne menti in practica quod egregie consuluit Ange. in consi.1.quod incipit,porrecta fuit petitio.in secun
1 da colum.quod si reus faciat†oppositiones contra testes,quod nõ sunt omni exceptione maiores.ista est inepta exceptio & nihil valet,cum sit obscura,quia dicendo nõ sunt,denotat præsens tempus,& sic stat simul quod nunc non sunt omni exceptione maiores,& tamen fuerunt tempore eorum depositionis,imò fortius dicit Ange.in consilio 308. quod incipit,factum tale est,&c.quod etiam si reus excipiens dicat,quod non sunt,nec fuerunt omni exceptione maiores,adhuc non obstat talis exceptio,quod illud verbum,fuerunt,quamuis sit præteriti temporis, tamen põt intelligi post depositum testificatum,vt ibi singula,per eũ quod nunquam exeat mentem tuam.& quando exceptio
2 †obscura vel generalis non releuet,vide plene per Papienses in l.Titię textores.in secunda col.vbi limitãt.ff.de le.j.

LXXI.

1 *Pater diues intelligitur dare dotem filiæ de suis bonis proprijs licet dixerit,computato eo quod filia posset habere de bonis patris,& matris.*

TEne menti istum casum rogo,pone,pater habet filiã,
1 cuius†mater est mortua,& sic hereditas spectat ad filiam,& pater promittit filiæ mille ducatos,computato eo quod filia posset habere de bonis patris vel matris,vel aliter.Egregie consuluerunt doct.Perusini,quod non obstãtibus talibus verbis,filia habebit mille ducatos , & potest petere,& etiam consequi hæreditatem matris.& de hoc dicunt esse tex.sing.in l.na.C.de do.promis.vbi dicitur , quod licet pater dicat se dare dotem de bonis paternis & maternis,tamen si pater est diues,intelligitur dare de bonis suis proprijs,& poterit petere bona materna.quod est singulare,quia patres illaqueantur.ita refert & sequitur Bal. Nouel.in tracta.de dote in 6.parte,in 6.priuilegio.Tamẽ Ias. in l.1.circa mediũ 6.col.ff.soluto matrimo.dubitat de ista decisione,& allegat in contrarium consuluisse Maria.Soci. Tamen idem Ias.post Ang.Aret.in §.fuerat.in princip.28. colu. Instit.de actio.duobus optimis fundamentis tenet primam partem,vbi videas.

LXXII.

1 *Frater diuidens hæreditatem paternam cum alijs fratribus si postea ad aliquem alium effectum iuret se non fuisse filium illius,cuius hæreditatem diuiserat, an alij fratres ob id possint ab eo partem hæreditatis repetere?*
2 *Frater vnus si sororem maritat,& illa faciat ei pactum de non petendo hæreditatem paternam,an hoc pactum cæteris fratribus prosit.*

NOta quod pulchrè determinat Ioan.Andræ.in additio.Specu.in titu.de oblig.& solu.§.si.in addit. quæ in
1 cipit,ordine quo suprà.quod si aliquis† diuisit hæreditatẽ paternam cum fratribus tanquam eorum frater,postea vt posset matrimonium cõtrahere certa puella,iurauit se nõ esse filium illius,cuius putabatur,& cuius hæreditatẽ diuiserat,certè per hoc fratres non poterunt aliquid repetere per conditionem indebiti,vel condictionem sine causa.quod diligenter no.& ratio est,quia conuentio inter alios acta alijs prodesse nec nocere potest per to.ti.C.res inter alios acta.Sicut in simili dicunt doc.in l.si actionem,per illum
2 tex.C.de pac.quod si sunt duo fratres,†vel plures,& vnus eorum maritat sororem,& illa ei facit pactum de non petendo hæreditatem paternam,quod istud pactum non proderit aliis fratribus,quin aduersus eos possit soror pro eorum rata experiri.& secundum Pau.de Cast.in l.planè.§.si duobus.de leg.1.istud est perpetuo menti tenendum,quia quotidianum.idem tenet Io.And.in addi. quæ incip. quidem de præcedenti.ad si.& ad prædicta & de ista materia vide plenè per Moder.in l.si vnus.§.ante omnia.ff.de pact.

LXXIII.

1 *Pauperes qui sibi victum industria sua quærunt,non debẽt cõferre ad onus impositæ collectæ.Idem in his , qui sunt lapsi facultatibus suis.*
2 *Egestate sordentibus vita supplicium est,mors vero solatiũ.*
3 *Notarius pro instrumento furiosi non debet accipere salarium,idem est in pauperibus.*
4 *Aduocatus in foro conscientiæ peccat,si aliquid pro patrocinio capit à paupere.*
5 *Pecuniæ sunt secundus sanguis hominis, & pecunia est fideiussor futuræ necessitatis.*
6 *Iudex debet esse fauorabilis,& protector pauperum , ne iniustè molestentur.*
7 *Procuratores,notarij & aduocati dicuntur canes curiarum, & deuoratores ciuium.*
8 *Iudices in causis miserabilium personarum, de iure non debent habere salarium,idem in causis sumarijs.*
9 *Mẽdicantes ostiatim de ciuitate expelli possunt. Et an gaudeãt priuilegiis pauperũ,qui sibi industria victũ quærunt.*
10 *Paupertas excusat à prosecutione appellationis.*

1 PAuperes† quorum industria est necessaria ad alimẽta & eorum victum,non debent concurrere ad onus impositæ collectæ per principem,vel cõitatem.Bal.in auth. defuncto.C.ad Tertul.allegat gloss.in l.omnes.C.de anno & trib.lib.10.adde quod not.Bar.in dicta l.omnes.per illam gl.quem sequitur Abb.in cap.peruenit.in penul.col.ad si. de immuni.eccle.Bal.in l.etiam.in vlti.col.C.de execu.rei iudic.vbi dicit idem esse in his,qui sunt lapsi facultatibus. quod no.sed malè obseruatur,maximè in partibus meis, quia vt inquit Bal.in l.ex hoc iure.in fine.ff.de iust.& iure hodie principes(proh dolor)vitã populorum excoriant, & vix precario dimittunt spiritum.Quod pauperes non teneãt,facit,quia nõ debet addi afflictio afflictio.l. tã demẽtis.C.de episco.& cleri.l.diuus.ff.de offic.præsid.Egesta-
3 te†etenim sordentibus vita supplicium est,mors vero solatium.l.quisquis.C.ad legem Iulia.maiesta.& ibi doct.di
3 cunt,quod notarius†pro instrumento furiosi non debet accipere salarium.quam legem ex identitate rationis cum sit lex scripta.extendit Roma.in leg.si vero.§.de viro.46. fallen.ff.soluto matrimo.ad pauperes,inferens quod notarius non licitè capit salarium pro instrumento,quod pro eo conficit.Confirmatur per id quod not. dicit Alber.in l.1.C.de suffrag.& in l.ne quicquam.§.fina.de offi.procõs.
4 vbi dicit,quod aduocatus†in foro conscientiæ peccat,si aliquid capit à paupere. Tamen extẽsio Rom. fit ab afflictione animi quam patiuntur dementes,ad afflictionem fa
5 cultatum,quam patiuntur pauperes.nisi dicas†quod pecuniæ sunt secundus sanguis hominis.gloss.iuncto tex.in l. aduocati.C.de aduoc.diuer.iudic.Alibi Soci.in l.1.in nu. 11.col.ff.soluto matrimo.dicit,quod pecunia est fideiussor futuræ necessitatis.alleg. Philo.5.ethic.& Iuuenalem: Vos estis fratres.facit ad prædicta,quod voluit gloss.in l.illicitas.§.ne potentiores.ff.de offic.præsid. vbi Bald.dicit, quod maxima & capitalis iniuria ẽ auferre illud modicũ quod habent,ac si eis extraheretur oculus.& ibi gloss. ponit exemplum in porcello.& ibi Bal.colligit notabile,quod
6 iudex†semper debet esse fauorabilis & protector pauperum,ne iniuste molestentur,& erit sibi magna eleemosyna coram deo.Sed,vt dixi,hodie potius volunt quod eis fiat eleemosyna,& sic eis detur pecunia,quam ipsi velint eleemosynam aliis facere.O quam bonum esset quod ob
7 seruarent prædicta isti impii procuratores,†notarii,& aduocati,qui sunt excoriatores pauperum,quos Bar.& bene in repe.l.omnes populi.in 5.quæst. principali. ff.de iusti. & iure.appellat congruentissimo vocabulo Canes Curiarum,& deuoratores ciuium.facit ad prædicta quod nota. Barto.in l.si furiosi.C.de nuptiis.arg.illius te.in verbo,gratis.& idem Bal.in authen.generaliter.per vnam col.C.de
8 episco.& cler.vbi dicit,quod in causis†miserabilium personarum iudices de iure non debent habere salarium.§. ne autem.in authen.de iudici.& idem dicit esse in causis summariis.quia sunt magis fauorabiles,& celerius expediuntur,& pro istis duobus dictis habes casum expressum in §.sit tibi quoque tertium studium.in auhen.de, manda.
9 prin.& ibi glo.in ver.gratis.Sed dic†quod forte nõ procederent

derent prædicta in eis, qui vadunt ostiatim quærendo, cũ de suo viuere possint, & hoc modo faciunt se pauperes cũ sit eis prohibitum, quia tales ita mendicando de ciuitate expelli possunt l. 1. C. de mend. vali. lib. 11. Alexan. in l. si constante in 8. colum. post princi. ff. soluto matrimo. adde vnum quod ponit Abb. in cap. ex tenore. in 2. colum. ad fi. de appel. quod paupertas excusat à prosecutione appellationis. quod bene notabis pro his, qui appellant ad Romanam curiam, & propter inopiam non possunt eam prosequi infra annum, & sic est iusta causa habendi biennium. sequitur Bal. in l. acceptam. in penulti. colum. in 33. quæstio C. de vsur. & sic non currunt sibi fatalia. Contrarium tamẽ tenet Bal. in l. fin. C. de condi. infer.

LXXIIII.

1 *Sententia diffinitiua debet ferri in scriptis, alias non valet. fallit in casibus, de quibus ibi.*
2 *Sententia diffinitiua in causa matrimoniali sine scriptis lata valet.*
3 *Consilium sapientis sistit coram ordinario petitum, & commissa fuerit causa, & factum cõsiliũ, si iudex ordinarius illud diffigillet, & dicat, pronuntio prout in consilio ipso continetur, si in eius fine notarius scribat, qualiter iudex pronũciauit, put in d. cõsi. cõtinet, sententia est ipso iure nulla.*

1 SCis, quod sententia† diffinitiua debet ferri in scriptis, alias non valet. l. 1. & per totum. C. de senten. ex peric. reci, fallit in casibus de quibus per glo. in c. fina. ver. illustriũ. de re iudi. in 6. & plures casus ponit Abb. in c. j. de libel. ob.
2 Inter alios illum no. quod† in causa matrimoniali valet sententia diffinitiua licet non in scriptis lata. gl. in c. Alberic°. vbi Imol. & alij, de testib. Item quando profertur in præsentia principis, secundum Specu. in titu. de senten. prola. §. iusto. versi. non valet etiam &c. de quo per Ioan. And. & alios in c. in causis. de re iudi. Nota tamen quod singulariter dixit Ang. consi. 242. inci. domina Liberina &c. quod
3 si de causa vertente coram ordinario fit petitum consilium sapientis, & causa sit commissa consilio vnius consi dentis partium, pone portatur consilium ordinario, Iudex ordinarius dissigillat consilium & dicit, pronuntio prout in consilio isto continetur. postea traditur consilium notario banchi, & notarius in fine scribit, qualiter iudex pronuntiauit prout in consilio continetur. consuluit sing. An. quod ista sententia est ipso iure nulla, quia sententia diffinitiua debet ferri in scriptis, ergo debuit primo scribere ista verba, pronuntio. prout isto consilio continetur, deinde ꝓferre, alias sententia est nulla. quod valde not. quia poteris multum lucrari si casus accideret. sequitur do. Ang. & Ale. in l. 1. circa fi. C. si aduer. lib. vide Abb. in c. cum venerabilis. in fi. 13. col. de excep.

LXXV.

1 *Nomen laudabile habere est pulchrum & magnum.*
2 *Posthumus ex eo quod habet nomen patrus, præsumitur eius, qui mortuus est filius.*
3 *Nomina honesta sunt filijs imponenda.*
4 *Nomina pulchra si vẽderẽtur, deberẽt emi, & filijs imponi.*
5 *Nomina turpia habentibus non est confidendum, nec cum eis contrahendum nam si ab eis decipiaris, tibi imputatur.*
6 *Nomina turpia progenitorum non sunt filijs repetenda.*
8 *Tortura in dubio est incipienda ab eo qui habet turpe nomẽ.*
8 *Nomen quare in coronatione Papæ mutetur.*

1 MAgnum est† pulchrum, & laudabile nomen a habere
a secundum Cyn. in l. cunctos populos. in secundo notab. C. de summa trini. & fide catholi. Et ideo resultant effectus, quod si mortuo patre nascatur posthumus, ꝙ vo-
2 catur nomine patris, nam illud† nomen probat illum esse filium eius, qui mortuus est. tex. est sing. in l. vxorem. ff. de manumiss. testa. quem tex. dicit singularem Bal. in ca. tuam in penulti. colum. de ordi. cogni. sed Ias. in rubr. ff. soluto matrimo. in 4. col. dicit, quod ille tex. nunquam sibi placuit quia alia concurrunt vltra nomen proprium, sed mihi satis probat. Et ideo Sali. in dicta l. cunctos populos. dicit, ꝙ
3 parentes debent filiis imponere nomina honesta, & authoritatis, non autem nomina turpia, & quodammodo infamiam importantia. Et refert Ioan. Andr. in ca. grauis. de depos. quod vxor sua Milanija dicebat, quod etiam† si pulchra nomina venerentur, deberent emi. Et propterea Accur. in l. facta. §. si in danda, ad Trebel. multum de nomine suo gloriatur, dicens, ego sum Accursius, quasi accurrens contra tenebras iuris ciuilis. Et dicunt Ioan. And. & Cardi. Flor. & idẽ Imo. in d. c. grauis ꝙ pcauere debet† ꝙs ne in
5 aliquo cõfidat, ꝙ habeat turpe nomẽ, ꝙa si cognito nomine depoluerit res suas, & eas perdiderit, sibi imputet, ꝙa fuit in negligentia. quod bene not. ne contrahas cum talibus habentibus turpia nomina. & ideo Cardin. Floren. in c. cũ secundum apostolum. de præbend. in secundo notab. in-
6 uehit contra illos† qui turpia nomina progenitorum suorum filiis suis repetunt. Adde etiam quod si plus essent inquisiti, & capti pro aliquo maleficio, & esset dubiũ a quo esset pri° inchoãda tortura, ꝙ tũc† cessantibus aliis ĩdiciis
7 ab illo qui habet turpe nomen esset inchoandum. & ita in voce audiui ab vno doctore esse expertum, sed non recor
b dor in quo loco habetur, tamen potest colligi per suprædicta, & per id quod vult Bar. in l. 1. in princ. ff. de quæstio. & per Cano. in dicto c. grauis. & per Abb. in d. c. cum secũ dum circa princi. secundæ colum. vbi videas, de præbend. & ibi refert quod hæc est vna de causis, quare in coronatione Papæ mutatur nomen, vt not. in prœmio 6. & ita iudicarem. si casus accideret.

ADDITIONES.

a Laudabile nomen. Adde etiam Ioan. And. in cap. cum secũ dum Apostolum. de præben. & Nic. Euerar. in locis topicis, in loco ab etymologia. in prima char. versicu. primo quod ex bono nomine.
b Sed nõ recordor in quo loco habetur. Dic quod habetur, per Ioanne. Andre. in capitulo. cum in contemplatione. de regu. iur. Et istud dictum videtur procedere, quãdo esset nomen acquisitum ex accidenti, secus in nomine proprio, per ea quæ no. Dec. in l. 2. §. appellata. colum. fina. in princip. in primo notabi. in vlt. lectu. ff. si certum petaf. Et tradit gl. in constitu. regni. Neapol. in consutilem tunicã. in ti. de hereticis, & patar. in prima gl. in fi. Gab. Sar.

LXXVI

1 *Emancipatio an & quando in fraudem facta præsumatur, & donatio facta filio emancipato à patre, quando à creditoribus reuocari possit?*
2 *Pater emancipans filium, licet possit sibi retinere dimidiam vsuffructus in bonis filij, istud verum est in quæstis, secus in quærendis.*

1 EMancipatio† an & quando præsumatur facta in fraudem, vide tex. in l. 1. §. is quoque. & ibi Bart. in fin. de colla. bon. Al. in l. cum oportet. §. cum autem. C. de bo. ꝙ libe. & in l. 2. C. plus vale. quod agi. cum simi. Adde quod pulchrè dixit Bal. in rubric. C. de reuo. his quæ in frau. credi. in secunda col. quod quidam proposuit facere mercatias per mare, & dubitans ne merces periclitarẽtur ex submersione nauis, & sic deuenire ad egestatem emãcipauit filium, & donauit sibi meliorem partem bonorũ suorum & incœpit mercari, & accepit pecuniã, & merces sub credito, tãdẽ finitre† succesit sibi. creditores volũt habere regressum aduersus bona sua, filij defendit, ꝙ fuit ante mercatus emãcipatus, & bona sibi donata ante eos, quid iuris sit? Bal. finaliter determinat quod emancipatio non valet, & nihil nocet creditoribus, quia censetur facta in fraudẽ. idem tenet Bald. in titu. de donatio. versicul. si pater emancipauerit. & versic. item de emancip. quod bene no. Addeas etiam vnum not. dictum† incidenter in materia emancipationis, nam licet pater emancipans filium, possit accipere, & retinere illud, quod lex permittit, scilicet, dimidiam vsus fructus in bonis filii emancipati, l. cum oportet. §. cũ autem. & ibi Bartol. C. de bonis quæ liber. §. hoc quoque. Instit. per quas perso. nobis acquir. Salice. in leg. pactum. C. de collati. Limita hoc singulariter esse verum in bonis quæsitis, seu in quærendis non, quia etiã expressè, de vsu-

fructu



fructu conuenire non potest† ita singu. limitat Ioan. Andr. in addit. Spe. in tit. de filijs natis ex liber. venit. super. rub. sequuntur Papien. in l. de quæstione. in 9. col. ad fi. C. de transactio.

ADDITIO.

Adde Roma. sing. 309. & ibi in additio. Gab. Sar.

LXXVII.

1 *Clausulæ insolitæ arguunt actum esse suspectum, & factum in fraudem.*
2 *Citatus excusatur si non compareat, quãdo citatio habet verba non consueta.*
3 *Præceptum iudicis iniustum potest impune sperni.*
4 *Clausulas insolitas apponens potest puniri de falso.*
5 *Priuilegium, vel rescriptum in modo narrandi habens stilũ inconsuetum, præsumitur falsum.*
6 *Contractus præsumitur vsurarius ex pactis insolitis.*

1 CLausulæ insolitè arguunt† actum esse suspectum, & factum in fraudem. gl. est in l. si quis sub conditione. ff. de condi. insti. Ias. pienè in l. testamentum. C. de testamen. vbi inter cætera refert vnum dictum sing. Ange. in l. fi. C. de canо. largi. tit. lib. 10. quod excusatur non cõparẽs, qñ citatio
2 † habeat verba non consueta, & propterea nec põt mulctari, puta cum de stylo illius loci solitum erat dici in præcepto, ꝙ cõpareat sub pœna decẽ florenorũ, & in præcepto diceretur sub pœna æris & personæ, tunc excusaretur non comparens, quod nunquã exeat mentẽ tuã, quia fortè alibi non inuenies, & Ias. ibi etiam declarat, qñ abundans cautela non nocet. facit vltra ipsum ꝙ si euidenter præceptum
3 † esset iniustum, põt impunè sperni, nec per hoc põt quis mulctari. l. 2. & 3. ne quis eum qui in ius voc. est vi exim. Bar. in l. 1. §. is videtur. in vlti. col. ff. si quis ius dicen. nõ obtemp. vbi dicit, ꝙ pro contumacia potest quis mulctari, qñ est inexcusabilis, alias secus. & te. ĩ c. causam. 2. & ibi Abb. in vltimo nota. de testib. & attest. imo posset† puniri de fal
4 so. qui inseruit clausulas insolitas. te. est sing. in c. porrecta. de confirma. vtili vel inutili. facit etiam te. in c. ex parte. de capel. monach. & c. cũ adeo. cũ ibi no. de rescript. ca. memoriale. 10. dist. Abb. in c. ex parte. 2. in fi. de offi. deleg. Item si
5 priuilegium vel† rescriptum in mõ narrandi habet stylum inconsuetum, præsumitur falsum. c. quã graui. de crimi. fal. & dicit Bald. in l. cum consuetud. ff. de leg. ꝙ si notarius rogatur, vt cõficiat instrumentũ, intelligitur licito & consue
6 to modo, quia insolita sunt suspecta. Adde ꝙ † alteratio cõtractus, & pacta insolita faciunt præsumi contra ipsum, ꝙ vsurarius. & idem de alijs pactis similibus insolitis, quæ videntur contra naturam meræ venditionis. facit l. qui testamentum. ff. de probatio. ubi propter legis interdictũ præsumitur fraudis simulatio. eo. tit. l. cũ tacitũ. & l. 1. C. de natu. libe. Bal. in c. 1. 2. col. in fi. de feudo dato in vicem legis cõmissoriæ reprobando. Nota prædicta, quia fortè alibi ita latè non inuenies.

ADDITIO.

Adde Guid. Papæ decisi. Grationop. 340. vbi idẽ tenet in pulchra quæst. & consi. 31. nu. 9. vbi tradit, an iussus iudicis excuset à pœna. Et ꝙ clausulæ insolitæ inducant suspicionẽ simulationis, tradit Bal. in c. quia veri similè. de præsumptio & consi. 75. & 241. vol. 2. Pau. de Cast. consi. 337. col. 3. vol. 1. Curtius Senior cõsi. 73. nu. 33. Aluis. de Alber. sing. 143. Cæpola, in tracta. de simula. contractu. nu. 48. Matt. de Afflict. in tracta. de iure prothomiseos. col. 5, versic. nisi quis. Ias. in l. testamentum. C. de testamen. & Ale. consi. 28. in causa & lite. col. 2. versi. nec etiam obstat si dicatur. nu. 8. vol. 5. Et adde quod ibi notat Carol. Molin. ꝙ vbi abundantior cautela, ibi euidentior fraus, vt dixit Bal. in c. ex literis. col. 2. in fi. de consuetud. & in consi. 487. apparet. li. 1. Sic & ex diligentia insolita. Deci. consil. 448. nu. 23. Tanto magis si fiant instrumenta separata. Corne. consi. 41. col. 2. libr. 3. & adhuc magis per interpositam personam. l. pupillus. §. sed & si per interpositam. ff. de authorita. tutor.

LXXVIII.

1 *Expensis cuius id fieri debeat, quod fieri petitur.*
2 *Offendi timens ab inimico si petat à potestate familiam, quæ eum associetur, cuius expensis id fieri debeat?*

1 QVãdo qs petit† aliquid fieri, cuius expẽsis debet fieri, puta si iudex mittat notariũ ad aliquem locũ examinandis testibus, vel si iudex mittat causam ad consiliũ sapientis, vel si debet mitti nuntius absenti ad iurandũ de calumnia, vel quando apostoli, seu literæ dimissoriæ debent dari, vide post alios Papien. in l. prætor ait. §. etiã. in 11. col. ff. de edend. vbi inter cætera dicunt vnum perpetuo, puta,
2 si quis timens offendi† ab inimico petijt cautionem ab eo ꝙ eum non offendet, & non vult præstare, iste qui timet, si petat à potestate familiam suam, quæ eum associetur tenetur dare, sed cuius expensis? dicunt ꝙ expensis timentis, rationibus & iuribus de quibus ibi per eos, quod nota.

ADDITIO.

Idem tenet Barth. Chassæ. in commen. consue. Burgun. in 1. rub. in §. *mesſiers, & sergens.* in verb. *par leurs sermens.* nu. 9. & decisio. Tholosa. 112. & ibi Stepha. Aufrer. G.S.

LXXIX.

1 *Vilitas publica priuatæ præfertur.*
2 *Creditor differens recipere debitum à republica, cadit à iure exigendi.*
3 *Corruptas merces emere quis compellitur ratione publicæ vtilitatis.*

1 COmmunis vtilitas† præfertur priuatæ. Bar. & doc. in
l. 1. ff. solu. ma. vbi limitant. facit vltra ipsos l. actione. §. Labeo. in versi. semper. n. ff. pro soc. & te. in l. nulli. C. de
2 eroga. mili. anno. lib. 12. vbi creditor† differẽs recipere de bitũ à repub. cadit à iure exigendi. quod no. pro limitatione. & doct. in l. quod te. ff. si cert. pet. & facit te. sing. in l. 1.
3 C. de condi. in hor. pub. lib. 10. vbi fauoret† publicæ vtilitatis compellitur quis emere merces corruptas. & tex. in l. nullus penitus. C. de cur. pub. lib. 12. vbi propter publicam vtilitatẽ grauantur personæ priuilegiatę. facit c. non minus de immu. eccle. l. in prouinciali. §. publicè interest. de procu. & quod voluit Bal. in rub. C. qui accusa. non pos. & te. in l. si pẽdentes. §. si qs cloacarij. ff. de vsufr. & te. melior de iure in l. si quis in graui. §. hi quoque. ad Silla. vbi datur libertas seruo fauore publicæ vtilitatis in casu prohibito dari. & te. in l. 1. C. vt nemi. lice. in em. spẽr. se excu. li. 10. vbi cõpellitur quis emere frumẽtũ à rep. facit vnũ sing. dic. But. in c. ex pte. de scri. per illũ te. ꝙ si quis adstrinxit se ad duo, iuxta notata in l. ciuus. ff. de reiud. & in c. licet causam de probatio. & p Bal. in l. 1. ad fi. 2. col. ff. de condi. indeb. & non probauit nisi vnum, ꝙ ad petitionẽ partis non potest iudex sententiã ferre, sed iudex ex officio põt bene ferre, si illud probatũ tendat si publicã vtilitatẽ. quod valde no. pro limita. d. l. diuus. & d. c. licet causam. cum si. facit etiam l. patroni. C. de of. rect. prouin. vbi minor iudex punitur fauore reipubl.

LXXX.

1 *Scire dicimur, quod vehementer opinamur.*
2 *Opinio vehemens habetur pro certitudine.*
3 *Hæres debet esse certus, si hæreditatem adire velit, & quomodo id limitetur.*

1 SCire dicimur† quod vehementer opinamur, gl. in l. 2. §. Idem Labeo ait cum quæritur. verb. sciat. ff. de aqua pluarcen. gl. in l. si duo. §. pen. ff. vti possi. ꝙ no. ad faluandũ testes deponẽtes de veritate, qui dixerũt se scire, cũ re uera non scirent, sed audiuerint ab hoĩe bonæ famę & cõditionis, & isti nõ debẽt puniri de falso. ita sing. tenet Pe. de Ancha. consi. 23. inci. causa inquisitionis & c. sequitur Ias. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. 9. col. ad fi. de no. ope. nũ. & in l. certum. vbi plenè. 2. & 3. col. si cert. pe. vbi inter alios refert quod mirabiliter consuluit Pe. de Ancha. consi. 349. viso diligenter punct. & consi. 485. visis diligenter & c. ꝙ
2 † testator carens filijs habebat vxorem prægnantem, & in testamento ordinauit, quod si ex vxore prægnante na-

sceretur posthumus masculus, quod esset hæres vniuersalis, si filia fœmina haberet tantum dotem, & tunc instituebat hæredē Titium, nunquid ante partum posit haberi illa conditio pro impleta? Mirabiliter cōsuluit, ꝙ sic, si ex vehementi opinione & coniectura sciri possit, quod sit in vtero fœmineus sexus, & hoc postea apparet ex partu nato, nam secundum eum præcedens opinio verosimilis cōcurrentibus multis de quibus ibi nūcta cum veritate, quæ postea apparuit, facit illam vehementem opinionē haberi p certitudine. nam secundum eū iste Titius potuit adire hæreditatem, & eam transmittit tanquam aditam, per glo. & doct. in l. si quis extraneus. §. sciendum. de acquiren. hære. Et si est vera ista decisio, limitantur infinitæ leges dicentes
3 ꝙ hæres † debet esse certus si velit adire. l. sed & si de sua. & l. quod si dubitet. & l. ventre. ff. de acquiren. hæred. tamen Ias. ibi hanc decisionem non firmat, & dicit quod fuit mirabilis, & iudicat Pe. de Ancha. habuisse aliquid vltra hominem in isto consilio.

LXXXI.

1 *Protestatio clandestina vnius valet quando propter iustum metum non audet protestari parti præsenti, imo & si clam protestari timet, tamen probato metu potest venire contra actum.*

1 PRotestatio clandestina † vnius valet, quando propter iustum metum non audet protestari parti præsenti c. si iustus metus. de appel. & c. 1. quod met. cau. Bal. cum aliquali limita. in l. clari. C. de fideic. bene facit quod volūt do. Ant. & Abb. in c. tua nos. de sponsa. ꝙ si aliquis non intendit contrahere propter metum principis, aut propter metum partis, si protestatur in absentia coram testibus, talis protestatio iuuat, nisi postea sequatur copula. quod bene no. imo plus tenet glo. in c. 1. in gl. 1. ꝙ ibi Abb. extra. ꝙ me. cau. ꝙ aliquis propter iustum metum nō solum non audet cōtra dicere, sed nec etiam protestari coram alijs, eo quia timet, ꝙ illa protestatio clandestina nō reueletur parti, certè sufficit postea probare de tali metu, & poterit venire cōtra talem actum, vt in c. 2. & in c. ad aures. quod met. cau. & qđ no. in c. cum matrimonij. de of. dele. de muliere quæ in absentia mariti clandestinè protestatur, ꝙ non vult cōsentire alienationi talis fundi dotalis, nunquid talis clandestina protestatio, quam vxor non audet facere marito propter iustum metū mariti releuet mulierē? tenet ꝙ sic, dummodo probetur de iusto metu facit etiam quod no. Bart. & doct. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de opi. no. nunc. quādo quis non audet protestari ipsi prætori sufficit protestari coram vicinis, dato quod ad notitiam ipsius prætoris non veniat, cū ipse sit in culpa. Serua memoriæ prædicta, quia multoties interrogaberis.

LXXXII.

1 *Posse non dicimur ea quæ sunt contra honestatem, uel ladunt famam.*
2 *Impossibile reputatur id, quod non decet.*
3 *Nobilis qui stat in domo, quia est male vestitus, & verecundatur, restituitur aduersus lapsum temporis.*
4 *Honestas per diuitias conseruatur, quæ per inopiam perit.*
5 *Nobilis insultatus à rustico fugere non debet, & ideo cum posset fugere, si tamen non aufugit, sed eum occidit, non punitur de occiso.*
6 *Duellum inire licet pro defensione honoris.*
7 *Honor & vita aequiparantur, & ita licet defendere famam sicut vitam.*
8 *Fama causa dicitur ardua.*

1 QVæ sunt cōtra honestatē, vel lædunt famam, æstimationē, & opinionē, vel sunt contra bonos mores, non dicimur posse. l. filius. & l. conditione ff. de cōdi. insti. & ibi Bald. & ꝙ habetur in l. Nepos Proculo. de ver. sig. & 22. q. 2. c. faciat homo. & ideo Cardi. in c. perpendimus. de sent.
2 excō. dixit quod, † oē indecēs reputatur impossibile apud Theologos. facit gl. sing. in l. semper in coniunctionibus. de reg. iur. & te. cum gl. in l. in eadem. ff. ex quibus cau. maio. vbi gl. dicit, ꝙ si quis est nudus, vel malè vestitus excusatur. Nic. de Neapol. dicit, ꝙ † si nobilis stat in domo, & vere cūdatur quia est malè indutus, restituitur aduersus lapsum
4 tēporis. quod no. nā pp diuitias † cōseruatur honestas, quæ p inopiā perit. in aut. de testibus. §. sancimus. C. de suspect. tut. l. pietas. cum simi. facit ꝙ dixit Bar. in l. vt vim. de iusti.
5 & iur. ꝙ nō decet, † qđ nobilis fugiat, si est insultatus etiā à rustico, & ideo si eum occidit, cū posset fugere, nō puntur de occiso. idē tenet Bal. in d. l. filius. de cōdi. insti. & idē Bal. in c. 1. circa pri. 5. col. de pace tenen. in vsib. feud. dixit
6 ꝙ † pro defensione honoris sui, licet inire duellū, quia crudelis est, qui negligit famam suā. c. nolo. 12. q. facit l. sem p in cōtractibus. ff. de ritu nupt. & si iusta. de offi. ordi. quod no. extra de cōsan. & affi. c. non debet. & 31. dist. c. Nicena. facit, quia honor commodo pferēdus est. l. Iulianus. ff. si quis
7 omiſ. causa test. nā honor † & vita equiparantur. l. iusta causa. de manumiſ. vindi. & ita licet defendere famam sicut vitam. facit gl. in §. suspectus autē. in versi. ob culpam. insti. de suspect. tut. & quod egregiè vult Bald. in ca. ex ratione 2.
8 col. de appel. quod omnis † causa famę dicit ardua. & tex. in ratione sui. l. si inimicitiæ. ff. de his quibus vt indignis.

ADDITIO.

Adde And. Tiraq. in tractatu. de nobilitate. cap. 20. nu. 182. nobiles, & eorum vxores. Gab. Sar.

LXXXIII.

1 *Blasphemus carceratus quib. cautelis possit à carcere liberari?*
2 *Iusor semper blasphemat.*
3 *Blasphemans ad despectum Dei ex consuetudine loquendi loci, an teneatur pœna blasphemiæ?*
4 *Consuetudo iniqua excusat à pœna temporali, non à diuina.*
5 *Consuetudo excusat notarium à falsitate.*
6 *Consuetudo excusat à pœna in his, quæ non sunt de se mala.*

1 TEne menti duos modos ad liberādū eū, qui est in carceribus pp blasphemiā. Primus & † mirabilis ē, qñ adesset statutum in loco, ꝙ si quis fecerit pacē cum offenso, debeat de carceribus relaxari, certè incarceratus pp blasphemiā si sit cōfessus peccata sacerdoti, & ab eo absolutio nē obtinuerit, cū dicatur habuisse pacē ab offenso, debet relaxari. ita singulariter Bar. cons. incip. minister fratrū de penitētia &c. Papienses dubitant de ista decisione, in l. 3. §. 1. in 5. col. in prin. ff. de iureiur. & in cōtrariū allegāt aliqua q̄ vide p eos. vltra ipsos cōtra Bart. facit, quia statuta nō recipiūt fictionē. l. 3. cum vulgaribus. de neg. gest. sed confiteri peccata sua sacerdoti, fictè dī habere pacē cū offenso. sed statutū dicit. si qs fecerit pacē directè cū offenso, ergo &c. Cogita tamen, quia etiam alia possent contra eum allegari, p̄maximē cum esset delusoriū tale statutū puniēs blasphemantē, cū semp possit cōfiteri, & hoc casu cōmitti fraus, qđ non esset dicēdū, qa nunquā abstineretur à blasphemia, nisi puniretur, qđ esset irrationabile. Vnde dicerē quod forte antequā esset incarceratus si confiteretur peccata sua, qđ deberet relaxari, & hoc faceret bono zelo. Sed qñ est in carceribus, p̄sumitur feciſſe in fraudē timore pœnæ, nō ꝙ
2 velit se à blasphemia abstinere, p̄cipue in lusore, † cū semp blasphemet. Secūdus modus est, qñ adesset generalis consuetudo † patrię sic materno sermone dicēdi, ad despectū
1 *Argumentum à contrario ſenſu in teſtamentis validum eſt in iure.*

1 ARgumentum fà contrario ſenſu in teſtamento validũ eſt in iure.tex.eſt peregrinus in l.Lucius.2.ff. de hæredi.inſtituen.

ADDITIO.

Dic,quod iſtud non eſt verum in iſtis verbis prolatis à teſtatore,ſi talis deceſſerit ſine liberis.ita tenet Iaſ.in l.1.C.de pact.& in l.1.§.huius rei.ff.de offic.ejus cui manda. eſt iuriſdictio.vbi ponit quatuor limitationes ad regulã. Quid autem in mandatis nunquid habebat locum?Iaſ.in dicta l. qui pecuniam.in 2.col.ff.ſi cert.peta.

5 *Argumentum.* V.

1 *Argumentum à contrario ſenſu in ſtatutis validum eſt in iure,niſi ob illud ſtatuentes in pœnam incidant.*

1 AArgumentum fà contrario ſenſu, in ſtatutis validum eſt in iure.ita voluit Bar.in l.omnes populi.ff.de iuſti. & iure.& in l.impoſsibile.ff.de pact. Quod intellige eſſe. verum,niſi argumentum illud ſumatur, quo ſtatuentes inciderent in pœnam.gl.eſt vnica & incognita in clemen. ex graui.ſuper verbo,facere.de vſuris.ſecundum Lu. Ro. in ſing. 107.in ordine meo.de qua ſecundum eum fecit ſe ſtum Bal alibi.Tu dic,quod eam reputauit ſing.Bal.in authen.ad hæc.C.de vſur.& in l.ſi eum.§.qui iniuriarum.ff.ſi quis caut.q Cardina.in dicta clemen.vnica.& Barba.in repetitio.c.Raynutius.de teſtamen.in 14.col.& Bal.in l.Gallus.§.ille caſus.ff.de liberis & poſthumis.& Alex.in l.1.in 26.col.ff.de officio eius cui mand.eſt iuriſdi.& Pet.de Ancha.& But.in c.quanto.de vſur.

ADDITIO.

Adde.Alex.in conſi.68.in 2.col.incip.circa præmiſſam conſultationem.in 4.vol.Alex.in conſi.7.in vlt.col.in 5.volu. vide do.Iaſ.in dicta l.qui pecuniã.aſupra allegata.& aduerte quia dicit do.Iaſ.in l.properandum, §.ſinautem alteruter.in 2.col.C.de iudic.quod quando ſtatutũ nihil valet in ſenſu directo,tunc valebit argumentum à contrario ſenſu.ita etiam dicit in d.l.ſenium.in 3.col.C.de teſtamen.Ade Roma.ſing.107.

6 *Appellatio.* I.

1 *Appellatione pendente nihil eſt innouandum.limitatur ſeptem modis.*

1 *Dilapidare quis dicatur.*

3 *Intellectus cap.accuſatum.de ſimo.*

1 REgula eſt fq nihil eſt innouandum appellatione pendente,ſed omnia debent in ſuo ſtatu permanere.l.vna ff.nil no.appella.penden.c.appellatione.2.q.6.c non ſolũ. de appella.lib.6.Limita hanc regulã non habere locũ,quãdo appellans eſt perſona ſuſpecta,vel fructus dilapidat, ſiue res ſit mobilis,ſiue immobilis,quia tunc fructus ſequeſtrantur.l.ab executione.C.quorũ appel.non recip. iſtud voluit gl.in dicto c.appellatione.& voluit Bal.in c.1.§.ſancimus.in tit.quo tẽpore miles inueſtitu.pet.debet. Dilapidare fdicitur ſecundum Bal.ibi,ſi cõſumit in ſuos vſus conuertendo,maximè prodigaliter viuendo.vt refert Archid.6.q.1.quia res.Limita ſecundo prædictã regulã non habere locum, quando appellatio eſt expreſsè iuri contraria,vt no.in c.paſtoralis.extrà de of.del.ita refert Bal.in dicto c.1.§.ſancimus.Limita tertio,niſi appellatio eſſet frivola,vt in c.cũ appellationibus.de appel.li.6.Limita quarto regulã eſſe verã quo ad partes,ſecus quo ad tertiũ.iſta eſt glo.celebris in leg.creditor.in prin.in verbo, pone.ff.mãda.quã allegat Bal.in l.ſi qs filiũ.ff.de inju.rup.te.Facit tex. & q voluit ibi Gemi.in c.Rom.§.in aliũ.de appel.li.6.& tex.ſin.in c.ſuper eo.de of.deleg. ſm But.in e,vt debitus. de appel.& hoc voluit expreſsè Gemi in c.nõ ſolum. ſup gl.fin.de appel.lib.6.licet non alleget gl.in dicta l.creditor Limita quinto regulam eſſe veram in eadem cauſa, ſecus in diuerſa. iſtud dixit do. Abb.in c.quia fruſtra.de vſuris. & Lau.de Rodul.in tractatu de vſu.q.144.Et idem dic in litis pendentia,ſecundum Bal.in d.c.1.§.ſancimus.vbi refert Inn.in c.bonæ.de app.& in d.c.paſtoralis.extra vt lite pen.per totum.& limita prout dictum eſt in appellatione.Limita ſexto prædictam regulam,& dicas eam procedere reſpectu iudicis,& nõ reſpectu partis, ſecundum Inn.& Abb.in ver.oppono tertiò.in c.directè.de excep. Tu pro veritate huius dicti vide plenè Abb.ibi diſputantem hunc paſſum,& veritatem huius limitationis,quę indiſtinctè non procedit, vt ibi plenè per Abb. poſt Hoſtien. Adde etiam,q innouatum in cauſa appellationis nõ reuocatur,ſi extrinſecus aliquid ſit geſtum, quod in litis præiudicium non vergat vt teſtimonium, vt ſingulariter notatur in leg.furti.§.1.ff.de infam.& Bald. in dicto.cap. directè.Item nec reuocatur quod legitime factum eſt, ſm litis exigẽtiam. tex.eſt vnicus in iure,l.poſtquam.§. Imperator.ff.vt lega.nom cauc.quia talia innouata nõ impediunt executionem.ff.de admini.tut.l.chirographis.§. 1.ff.vt in poſſ.leg.l.is cui.§.qui in poſſeſsione.Limita ſepti mò illam regulã,quod lite pendente,item non habere locum in caſu c.accuſatũ de ſimon.& ibi Abb.in ſecundo notab.dicit no.caſum.in quo lite pendente quis priuatur quaſi poſſeſsione beneficij,& officij,& intelligẽ illum te.
3 quando accuſatus erat infamatus de ſimonia,vt in gl.nam per atrocitatẽ delicti concurrente infamia ſit ſuſpẽſio, do nec cauſa finiatur,vt in c.inter.de purg.cano.& idem dic in aliis magnis criminib.concurrente infamia.facit quod no,Io.And.in dicto c.inter. & in c.1.de accuſatio.li.6.facit etiã quod voluit Imol.& Abb.in c.cũ M.in gl.ſi.de cõlti.

ADDITIONES.

Adde quod ſicut pẽdente appellatione nil eſt innouandum, ſic etiã pendẽre nullitate ſententiæ domi.Iaſ.in l.1.C.de bonorũ poſſeſſ.ſm tabulas.ibi,Limita quarto. Pro hoc facit q dicit Feli.in c.ſuper eo.in 1.col.de of.& poteſtate iudi. delega.vbi dicit quod licet pendente lite nihil ſit innouãdum,tamẽ tertius ratione ſui intereſſe nõ prohibetur, qn poſsit innouare,vbi etiam in ſpecie ponit in appellatione. & iſtud ſingulare ponit de verbo ad verbum idem Corſetus in ſuo repertorio,in verbo appellatio,in 19.col.cũ tribus ſequentibus.ſex ex iſtis fallentiis ponit Ang.in l.furti. ff.de infa.& 16.ponit Spe.in ti.de appel.

Appellatione pendente nihil eſſe a iudice,aut à partibus innouandum in cauſa,eleganter tradit Dida.Coua.in practi. q̃ſt.123.vbi materiã attentatorũ diffusè examinat.& Cat. Cott. in memoral.in ver.appellatione interpoſita.Et plene tradit Pet.Duenas in reg.incip.appellatione pendente ſuſpenditur.in prin.Gab.Sar.

7 *Appellatio.* II.

1 *Tempus datum ad appellandum idem operatur quod ipſa appellatio.*

2 *Appellans à ſententia criminis famoſi,interim non eſt infamis,& poterit teſtari.*

1 IDẽ operatur tempus datũ appellãdum quod ipſa appellatio operatur,ſingularis eſt gl.ſecundum Dy.in l.ex iudiciorum.in ver.ſecuta.ff.de accuſ.pro qua dico fore cauſa meliorem de corpore iuris incognitum. Legiſtis in c.nõ ſolũ.de appel.lib.6.facit l.& poſt rẽ.ff de tranſac.cum ſimil.Et ex hoc infero,quod ſicut pendẽte appellatione nil põt innouari.l.vna.ff.nil no.appel.pẽd. & c.appellatione.2.q.6.ita & infra tẽpus datũ ad appellãdũ nil poterit innouari,licet adhuc appellatũ nõ ſit,per gl.d.l.ex iudiciorũ & d.c.non ſolum.Adde Bal.in c.venientes.de iureiur.vbi allegauit gl.d.l.ex iudiciorum pro vnica in iure.& dicit ibi quod infami.non eſt interim ipſe appellans.l.furti.§. 1. ff.de infami. nec deſinit eſſe ciuis Romanus. Vnde interim teſtari poterit,vt ff.de iniuſto teſ.l.ſi qs filio.§.hi aũt omnes.quem tex.dicit eſſe ibi ſing.ſiue iudex à quo detulerit appellationi,ſiue non.nam ex quo lex deferr, appellatio extinguit pronuntiatum,ſed ſi non eſt appellatũ, ſed ſumus infra tẽpus appellandi,nõ eſt adhuc pronũtiatione reſciſſum,tamẽ eſt in ſuſpenſo,& ideo valet eius teſtamẽtũ & bona tranſeũt ad hæredes,per gl.d.l.ex iudiciorũ.quã etiã allegauit Io.de Imol.,p ſing.in c.2.in 8.col.de teſtib.

ADDITIONES.

Adde Ale.in conſi.36.inci.themate ſupraſcripto.in 2.col.in quarto vol.vbi dicit,quod appellatio ſuſpendit pronuntiatum. Quid ſi pendente appellatione cõdemnãtus ferat teſtimonium in ſi.5.col.extra de teſtib.& vtrum appellatio ſuſpendat vel extinguat pronuntiatum,Feli.in rub.de appella.in 2.col. verſi.ad ſecundam queſtionem.

Adde Didac.Couarru.in practic.quæſtio.ca.23.nu.2. & per Hippo.de Marſi.in practic.crimi.in.§.expedita.nu.18. & in l.quæſtionis habendæ.nu.17.ff.de queſtio.& in l.ſi quis percuſſorem. nu.4.C. ad leg. Corne. de ſicar.& eundem Corſe.infra ſing.350.in ver.terminus.Gab.Sar.

8 *Appellatio.* III.

1 *Sententia interlocutoria à qua bis fuit appellatum,ſi fuit cõfirmata non poteſt per iudicem reuocari.*

1 SIab interlocutoria appellatum ſit bis,& ſemper confirmata,non poteſt per iudicẽ reuocari.ſing.eſt gl.ſm Cardina.& alios in clemen.ſi.in ver.ſuper eo.de appel.& not. Alex.& Imol.poſt alios in l.quod iuſſit.ff.de re iudica.& Anton.de But.in.c.fraternitatis.de frigid.& malẽfi.Et ratio eſt,quia ea reuocata appellans non audiretur, quia tertio appellans non auditur,per dictam clementi.fin.& C. ne lice.in vna eademque cauſa tertiò prouoc.in rubro & nigro.c.ſua.de appellatio.cum ſimilibus.

9 *Appellatio.* IIII.

1 *Appellationis interpoſitio fieri debet infra decem dies, nec partium pacto tale tempus prorogari poteſt,ſed tantum ſtatuto,vel conſuetudine.*

2 *Appellationis proſequendæ tempus prorogari poteſt à ſtatuto vel conſuetudine,non à iudice.*

1 APpellationis finterpoſitio fieri debet infra decem dies authẽ.hodie.C.de appel.c.concertationi eodem titu. lib.6.c.quod ad conſultationem.de re iudic.c.anteriotum 2.q.1.cum ſimi.Nec partium pacto tale tempus prorogari poteſt,ſecundum Bal.in d.auth.hodie.& in authen.ei q. C.de tẽp.app.,p hoc allegat tex.no.& iudicio meo melior de corpore iuris,in cle.ſi appellationem.de appel.Sed per ſtatutum,vel conſuetudinẽ bene poteſt ,progari, per gl.ſing.ſecundum Bal.in l.2.C.ſi contra ius vel vtil. publi.
2 Tempus autem fproſequendę appellationis bene prorogari põt,ſecundũ eundẽ in dicta l.fin.C.de tempo.appell. refert & ſequitur Ludo.Roma.in ſolenni ſua repetitione rubricæ,de arbit.in 20.col.Tu vero vide Ang.de Peruſio in l.2.ff.de re iudic,vbi reputauit gl.d.l.2.incip.preſcriptio nẽ.pro vnica & ſingulari.& vide domi.meum in capi.dilectus filius.de procura.vbi magni facit illã gl.Et not.quod hoc põt conſuetudo ſeu ſtatutum,& non iudex.ratio, qa iudex non põt immutare ius ſuperioris, quia ageretur, de eius ꝓiudicio,per id quod legitur & not.in clemen.ne Romani.de elect.& in c.cum inferior.de maio.& obed.& in c.inferior.2 1.diſtin.Et pro veritate huius rei,vide doc. & Modern.in.leg.2.ff.de re iudica.& dominum meum & Modernos in c.cum ſit Roma.de appellatio.

ADDITIONES.

Iſtũ articulũ plenè examinauit Georgius Natã per quatuor articulos in clementin. ſepe. in principio.in 18.colum.& ſequen.de verborum ſignificatio.Felin.in c.cũ ſit Ro. hic alleg.vbi limitat 8.modis.Imol.cõſil.86.in ſexta colum. Adde Andr.Tiraquel.in tracta.de retractu conſangui.in



§.1.in verſi.intra annum.nu.34.Gab.Sar.

10 *Auxilium.*

1 *Aſsiſtens armatus videtur dare opem,& ideo debet puniri ſecuto homicidio.*

1 SIaliquis fvadit ad occidẽdum aliquem,& tu vadis ſecũ armatus,& nil facis,vtrum ex illa aſsiſtentia debeas puniri,tanquam præſtans opem?Innocen.in c.continentia de clerico percuſſo.ſing.determinat quod ſic.quia videtur dare opem.refert & ſequitur Bald.in l.1.C.de ſeruis fugi.& in l.raptores.C.de epiſco.& cleri.& Ludo.Roma.in l.1.§. in eo.ff.ad Silla.& do.meus do.And.in ca. repellantur.de accu.& dicit iſtud dictum Inn.eſſe cõtra ſtatutũ Bononię diſponens,quod teneatur de homicidio qui præſtat auxilium cooperatiuũ.Pro veritate huius dicti vide nota. in c. 1.de offi.deleg.& no.in l.is qui opem.ff.de furti.§.penul. ff.eo.& in l.non ſolum.§.ſi mandato.ff.de iniur.

ADDITIONES.

Aduerte quod nunquam licitum ſit habenti licentiam ſeu facultatem occidendi aliquem,conuocare ſocios,& vtrum tales ſocij in iſto caſu præbentes auxilium puniantur,vide domi.meũ Ia.in l.j.§.ſi.in 3.&4.col.ff.de noui ope.nun.& in l.2.in prima col.ff.de iuriſdictione omnium iudicum. Feli.in c.quę in eccleſiarum.in quarta col.extrà de conſti. de materia iſtius ſingularis recurrenduni eſt ad Feli.in c.1. extra de offi.& poteſtate iudi.dele.qui plenè examinat.& eundem Feli.in c.ſicut diguum.de homicidio.adde Ale. in cõſil.411.incipi.viſo proceſſu inquiſitionis formatæ.in 1.& 2.col.in primo vol.

Adde quæ latè tradit Ludo.Carrer.in practi.crimi.in §.homicidium.2.nu.10.Gab.Sar.

11 *Appellatio.* V.

1 *Appellatio non tuetur appellantem,vt poſsit id facere, propter quod appellauit,licet iudex appellationi deferat.*

2 *Iudex à quo poteſt attentare omnia tendentia in faciliorem exitum cauſæ appellationis,non tamen cognoſcendo de viribus appellationis.*

1 LIcet iudex fdeferat appellationi,nihilominus poſſet ꝓcipere parti ne attentet id,propter quod appellauit,& ſic appellatio non tuetur appellantem, vt poſsit id facere, propter quod appellauit.tex.eſt iuncta gl.in c.ex literis.in verbo,diſtrictius.de mat.cõtra. cõtra interdic. eccle.q ſingulariter not.& de illo tex.iuncta gl.facit ibi feſtum do. Abb.hoc idem tenuit Io.And.in c.cũ appellationibus.friuolis.de appellatio.lib.6.Et ex prælegia.gl.colligit ibi do
2 mi.Ant.iudicem à quo fpoſſe attentare omnia tendentia in faciliorẽ exitum cauſæ appellationis,non tamen cognoſcendo de viribus appellationis,pro hoc c.quã fronte.de appellatio.& vide ibi domi.Abb.Modernos.& altius per eum & alios in c.cum teneamur.eodem tit.& vide quod voluit idem domi.Abb.in c.ſacro. de ſenten. excommu.

ADDIIO.

Vide Dida.Couarru. in practicis queſtio.c.23.nu.1.ver.prima igitur.& ver.tertia.Gab.Sar.

12 *Accuſatio.*

1 *Laicus an poſsit accuſare clericum primæ tonſuræ?*

2 *Intellectus cap. clericus ſi tõſura dimiſſa.de vita & honeſta te clericorum.*

3 *Clericus in minoribus,largè dicitur eſſe in ordinibus ſacris.*

4 *Clericorum appellatione in materia fauorabili veniunt omnes etiam in minoribus conſtituti.*

1 AN laicus f poſsit accuſare clericum primę tonſuræ? Diceres tu quod ſic,nam talis dicitur eſſe ſine gradu, vt in ca.clericus ſi tonſura dimiſſa.de vita & honeſta.cleri.Contrarium tamen decidit Domini.de ſan.Gemin.in cap.ſicut ſacerdos.2.q.7.& nota. hanc theoricam, quia à nemine vidi tactam.non obſt.d.cap.clericus.ibi, ſine gradu.quia debet fintelligi ſine gradu, ſcilicet ſacro.nam clericus in minoribus flargo ſumpto vocabulo dicitur eſſe in ordinibus ſacris.gloſſ.eſt ſing.32.diſtinct.in ſumma.& hanc

hanc theoricam Domi.refert & ſequitur do.meus in c.cũ P.Manconella.de accuſa.Ego dico,quod Dominicus rectè loquitur,nam iura indiſtinctè prohibent laicos accuſare clericos,vt legitur & no.in c.decetero.de teſtib.& in
4 dicto c.cum P.Manconella.& clericorum appellatione in materia fauorabili veniunt omnes etiam in minoribus cõſtituti,vt voluit do.Abb.in rubri.de vita & honeſta.cleri. & probatur in c.clericos.21.diſtinct.cũ ſimi. Cum ergo iſte caſus ſit fauorabilis clericis,quod non accuſentur à laicis,quia laici oppido ſunt infeſti clericis.vt in c.laicos.& in c.laici.2.quæſtio.7.& in c.clerici. de immunita.eccl.lib. 6.cum ſimilib. ergo laicus nõ poteſt accuſare clericum in minoribus conſtitutum.quod nota perpetuo.

ADDITIONES.

Adde quod dicit Ale.quod laicus quoquomodo non poteſt ſe impedire de clerico etiam ſimplicis tonſuræ ſiue in ciuili ſiue in criminali.ita tenet Alex.in conſi.9.incip. ſuper hac conſultatione.in 2.col.in primo volu.

Vide late do.Thomam Gramma.in voto 33.incip.in cauſa clerici.nu.3.Gab.Sar.

13 *Actio hypothecaria.*

1 *Hypothecaria agens contra donatarium,debet probare hypothecam præceſsiſſe donationem.Fallit in fiſco.*

1 PRiuatus† agens hypothecaria contra donatariũ debet probare hypothecam præceſsiſſe donationem . caſus eſt in l.de rebus.C.de dona.nup.quem ad hoc reputauit ſingu.Bar.in l.ſi prius.C.de iure fiſci.lib.10. Fallit in fiſco,q nõ probat,ſed donatarius probat rem prius donatam, quã obligatam,vt eſt caſus in dicta l.ſi prius.Et de materia primi dicti vide Bar.in dicta l.de rebus.Cy.& Bar.& Sali.in l. cum res.C.ſi aliena res pigno.da.ſit.& Flo.in l.ante omnia ff.de probatio.& Bar.& Sali.in l.rem alienam.ff.de pigno. actio.Ang.Areti.in §.item Seruiana.in 3.char.Inſti.de act. in ver.& q̃ euidentia.adde Ang.in l.matrem.C.de probatio.in fin.& Areti.in d.§.item Seruiana.in 54.char.& do. Ludoui.Roma.in ſing.159.vide plene per do.meum in legibus do.Alex.de Imol.in d.l.ſi prius.in addi.

ADDITIO.

Vide Roma.ſing.159.& ibi in additio.Gab.Sar.

14 *Alienatio.* I.

1 *Feudi alienatione feudum perditur quando deuentum eſt ad traditionem. idem in pignore,vel alienatione ſub pœna prohibita ſi ad traditionem deuentum ſit,alias ſecus, quia per verbalẽ pignorationẽ nunquam incurritur pœna.*

1 PEr alienationem† feudi quis perdit feudum, vt legitur & no.in c.ex parte.de feu.& in titu.quibus mod.feu. amit.§.2.& 3.Tamen hoc intellige verum, quando deuẽtum eſt ad traditionem.ita ſingu.dixit Bal.in c.1.§.vt libellario.in ti.quib.mod.feu.amit.Et ita dicit in pignore, q̃ per ſimplicem hypothecam nudo verbo factam nunquã intelligitur eſſe deuentum ad traditionem,licet alias hypoteca nudo conſenſu contrahatur.tamen in caſu illius §. non eſt ita.& ratio eſt,quia inania verba nõ nocẽ., niſi ſit proceſſum ad actum facti.Et idem dicit,ſi per ſtatutum, ſeu per teſtatorem in ſuo teſtamento prohibeatur alienatio ſub pœna,quia nunquam per verbalem pignorationẽ incurritur pœna.quod dicit eſſe not.dignum.Ego adducrationẽ,quia permittere non eſt alienare.l.ad eum.§. Lucius.ff.de dona.facit in fim.quod voluit Bal.in l.voluntas. C.de fideicommiſſ.& in c.imperialem. in princip.de prohib.alien.feud.& quod voluit Iac. Butri.in l.1.C.de pact. pigno.& vide dominum meum domi.Anto.in repetitione rubricæ de rebus eccl.non alienan.in 19.colum.vbi diſcutit hunc paſſum,vt ibi per eum quem omnino vide,p veritate huius articuli,quia aliter non diſcutio.

ADDITIO.

Vide de hoc domi. Alex.in conſi.30.incip. quoniam omne datum optimum.in ſeptima col.in primo volumi. repetito in conſi.2.in 5.vol.

11 *Ambaſiator* I.

1 *Ambaſiatum ſuſcipere quis cogi poteſt.*

2 *Ambaſiator debet portare literas. per quas pateat quod de licentia,& mandato ſuæ ciuitatis vadat.*

1 QVis cogi poteſt† ſuſcipere ambaſiatam.& ita probat tex.iuncta gl.& Bar.in l.ſi quis.C.de decurio.lib.10.
2 Item not.ex illo tex.quod ambaſiator† debet portare literas,per quas pateat,quod de licentia & mandato ſuæ ciuitatis vadit,vt ibi colligitur ſecundum vnam lecturam,inquantum ibi dicitur,quod debet habere literas à iudice ſuæ terræ,& hoc nota perpetuo.& vide eundem Bar.in l. palatinos.C.de colla.fundo.fiſcal.lib.10.vbi hoc idem voluit.& alle.l.miſsi opifices.C.de exacto.tributo.eo.lib.

ADDITIO.

Et adde quod debent mitti illi qui ſunt beneuoli & grati illi ad quem mittuntur.Panor.in rub.de vita & hone.cleri.& infra fing.proximo,nu.4.

2 *Ambaſiator.* II.

1 *Ambaſiatores,qui vadũt per viam tanſuerſam,vt diutius ſtent in ambaſiata,& maius ſalarium conſequantur, debent habere ſalariũ,quod haberent ſi feciſſent viã rectã.*

2 *Repertus cum rebus vetitis portari extra territorium, in via non conſueta,ſuſpectus eſt quod eas velit exportare cõtra deuetum.*

3 *Arma portans contra vetitum,ſi per officialem non fuit repertus an incidat in pœnam ſtatuti?*

4 *Ambaſiatores debent eſſe beneuoli illi,ad quem mittuntur.*

1 AMbaſiatores ad hoc† vt habeant maius ſalariũ,& maiori tempore ſtent in ambaſiata, vadũt per viam tranſuerſalem , & non rectam , dic quod eo caſu poſſunt conſequi ſalarium pro illo tempore , pro quo conſequerentur,ſi iuiſſent per viam rectam.iſtud dixit Bart. per illum tex.in l.qui fiſcales.C.de nauicularijs.lib.11.idẽ tenuit Bart.in l.pennul.ff.de itine.actuque priua.& in l.nõ ſolum.§.diuus.ff.de excuſ.tut.& in l.1.§.fi.ff. ſi quis caut. & in prin.ff.de his qui deiece.vel effu. vbi quærit vtrum debeatur ſalarium pro via noua longiori.& in dicta l.qui fiſcales etiam Bar.colligit argumentũ,imò dicit eſſe quaſi
2 caſum,quod ſi quis† reperiatur cum ſalma frumenti , vel cum alijs rebus vetitis portari extra territorium in aliqua via non recta,& nõ conſueta,quod eſt ſuſpectus,quod eas velit exportare contra deuetum,facit l.ſi quis publicum. C.de curſu publico.libr.12.& l.eos.in fin.ſecundum vnã lectu.ff.ad legem Cornel.de fal.& dicit ita poſſe practicari l.ſi fugitiui.in ver.deprehendatur.C.de ſer.fugi. Et quo modo poterit probari quod habuit animum tranſeundi, cum fuerit captus in actu tranſeundi antequam tranſiuerit?dicit quod hoc probabitur,& cognoſcetur ex qualitate loci,vbi eſſet inuentus.& dic,vt in dicta l.ſi fugitiui. Et
3 quid† ſi portat arma contra deuetum,non tamen per officialem fuit repertus,an incidat in pœnam ſtatuti? vide Ange.& Imol.in l.3.§.Neratius.ff.de acquirẽ.poſſeſſ.per Areti in tractatu maleficiorum,in ver.arma,& Barto.in l.1.C.de litoribus & itineribus publicis.li.12.dat cautelam , quod timens acculari notificet officiali ad quem locum vadit, vt non præſumatur contra deuetum ire.vide Bar.in l.cæſera.§.ſiquis ad opus.ff.de leg.1.idem voluit Bal.in dicta l. ſi fugitiui.& Iaco.But.& Bal.in l.ſi quis non dicam rapere.C.de epiſco.& cleri.Adde quo ad primum Ang. Areti. Inſti.de iure natu.§.his itaque.& no.quod Ambaſiatores
4 † debent mitti viri beneuoli ipſi cui mittuntur tex. ſing. in c.in grauibus.3.quæſtio.7.quem tex.magnifecit Abb. in rubri.de vita & honeſta cleric.Et de materia ambaſiatorum vide text.& Gemi.in cap.ad apoſtolicæ.de re iudi: lib.6.& Barto.in l.vero.§.item quicquid.ff. ſoluto matrimo.gloſſ.& doct.in l.qui proprio.§.procurator vt in cæteris.ff.de procura.Gemi.poſt alios in capit.à collatione, de appella.libro.6.Abb.in capitu l.poſtulaſti.de conceſſ. præben.Bartol.in lege.hi qui.§.tandiu.ff.ex quibus cau. maior.& in l.inter cauſas.§.non omnia.ff.manda.& in l.ſi ſeruus



ſi ſeruus.§.1.ff.de furtis &† Barto.in l.2.§.legatis.ff.de iudic.& Bal.dic.& Bald.in dicta l.hi qui,§.tandiu. Barto.in l. ſi quis decurio.1.C.de decur.Alexan.in l.quoties.C.de leg. eo.lib.Ang.in l.1.C.eo.tit.& Barto.& Sali.in l.mercatores. C.de commercijs. Barto.in l.deciſione.ff.ſol.matr.Bart.in l.1.ff.ad l.Iul.maieſ.Bar.ĩ l.cõuentionũ,ſin fi.ff.de pac.Abb. in cap.2.de p̃ca.in c.in ſingulis.de ſtat.mo.& in ca.ſi aliqñ. de ſen.excom.Et dico plenè in tracta.meo de ambaſiato.

ADDITIO.

Adde ad materiam do.Feli. in cap.olim.in 2.colum. extra de except.

17 *Actio.*

1 *Obligati ſi plures ſint inſolidum, & actum ſit contra vnum an contra tertium poſſeſſorum agi poſſit,non excuſſo primo alio correo inſolidum obligato?*

1 PLures† ſunt obligati inſolidum,actum eſt cõtra vnum, & fuit facta excuſsio realis & perſonalis quæritur an poſsit agi contra tertium poſſeſſorem rerum non excuſso primo alio correo obligato inſolidum?Legem habes,quę in facti contingentia ad hoc fuit allegata, ſecundum Ang. ibi poſt Barto.in l.quoties.C.quo ordine quis cõueniatur. lib.11.& illum tex.ad hoc ne obliuioni tradas.

ADDITIO.

* Adde Cremenſ.ſing.164.

18 *Aqua*

1 *Aquam hauriendi ius ſi pluribus ſimul concedatur, quomodo inter eos diuidi debeat hauſtus aquæ.*

1 QVando† pluribus ius hauriendi aquam ſimul concedi tur,ille hauſtus debet diuidi inter eos pro modo & arbitrio iudicis.iſtud probat te.iũcta theorica Bar.in l.ſi quis. in vltimo reſponſo.C.de aquæductu.lib.11.

ADDITIO.

* Adde quod iſtud fuit prius dictum à Ludoui.Roma.ſing. 811.ru ſcis,quod ius aquæductus.cui adde Bar.Iaſ.& Rip. in l.quominus.ff.de fluminib.Iaſ.in l.ſtipulationes non diuiduntur.nu.13.ff.de ver.oblig.

19 *Arbiter*

1 *Laudum ſi feratur ſuper rebus deductis in compromiſſo valet ſecus ſi feratur ſuper rebus extra compromiſſum, etiam ſi laudum fuerit homologatum,niſi cauſa pacis ineundæ ſtet.*

1 LAudum† fab arbitro ita valet, ſi feratur ſuper rebus deductis in compromiſſo,ſed ſi feratur ſuper rebus extra compromiſſum, non valet, etiam ſi poſt compromiſſum laudum fuerit homologatum.ita dixit Bald.in tit.de pace Conſtan.§.ſententiæ quoque.in vſib.feu.& alleg.tex.& caſum in c.examinata.de confir.vti.vel inuti. & illum tex.ad hoc allegauit pro vnico & ſingulari Ludoui.Roma.in con. ſilijs ſuis,conſi.102. facit quod voluit Bald.in l.h vxorem. C.de condi.inſer. & Bar.in l.Aquiliana.ſi.de tranſact. faci. ad hoc te.in ca.Raynaidus.in ver.ex forma compromiſsi. & ibi dominus meus in repetitione,de teſta.dicit prædicta procedere,niſi ratione pacis ineundæ inter ipſos litigãtes arbiter poneret os circa rem non deductã in compromiſſo,tunc.n.poteſt ponere manũ ad rem ſibi non cõmiſſam. ſingula.eſt te.in c.niſi eſſent.de præben.quod eſt bene notandum ſecũdum Ant.ibi facit quod voluit Bar.in d.l.Aquliana,& quod voluit Cardi.in c.ſuper eo.de tranſact. & Ludo.Rom.in præalleg.conſi.& Ant.in c.conſtitutus.de religio.domib.

ADDITIO.

Adde Ale.conſi.124.inci.in cauſa & lite vertente.in 3.col.in 2.vol.eundem Ale.in conſi.131.incipiẽ.in cauſa & lite vertente.in 2.col.in 2.vol.

20 *Additio*

1 *Additio ſi ſtatuto fiat idem in ea iuris eſt,quod ſtatuto quo ad pœnam, & quo ad alia.*

2 *Pœna,aut pœnalis conſtitutio non extenditur,nec debet imponi niſi à lege exprimatur.*

1 SI alicui ſtatuto fiat aliqua additio , idem iuris intelligitur repetitũ in additione , quod erat in ſtatuto, quo ad pœnam & quo ad alia.ita no.Lapus in cle.ſtatutum.de elec. ſuper verbo conſuetudine.quod Cardi.ibi dicit eſſe ſingulariter notandum,& eſt ratio ſecũdum eum , quia id quod venit per modum addendi fit pars illius, cui additur.l.ſed ſi manente.ff.de precar. Sed hoc mihi videtur valde durũ & rigoroſum,& non fortè verum, & adduco te.iuncta gl. in cle.2.§.ſi.in ver.ſanctioni.de vi.& hone.cler.vbi ſanctio illa eſt pœnalis,& Papa facit additionem illi ſanctioni,& tamen gl.ibi dicit,q̃ illa additio non erit ſanctio,quaſi velit, q̃ cum ſanctio ſit pœnalis,additio non erit pœnalis , adeo q̃ pœna appoſita in ſanctione non videtur habere locũ in additione,per no.3.diſt.in ſumma.Erit autem in additione locus pœnæ arbitrariæ , ex quo certa non ſtatuitur . de offi.deleg.c.de cauſis.l.1.§.ait prætor.ff. de iur.delibe.l.1.
2 § .expilatores.ff.de effracto.& expilato.nam pœna† non debet excedere proprium caſum.§.pœna.de pœnit. diſt.1.& odia reſtringi debent,non ampliari.regula,odia.de reg.iur. libro.6.l.cum quidã.ff.de libe.& poſthu.cum ſi. Addo q̃d ſing.dixit Io.And.in d.c.diſpendia.de reſcri.lib.6.q̃ ex idẽ titate rationis debet extendi conſtitutio,ſed non pœna cõſtitutionis.refert & ſequitur Abb.in c.1.de loca.Item pœna non debet imponi niſi à iure exprimatur.gl.eſt ſing.ſm Abb.in c.ſi.de iure patro.alia eſt ſecundum do.meum.2.o. q.8.in ſumma.optime facit tex.in authen.de non eligen.ſecun.nuben.in princi.in ver.non eſt lex tale quid dicens. & in l.at ſi quis in verſ.cum in eum pœna ſtatuta non ſit.ff.de religio.& ſumpti.funer. Et dixit Abb.in d.ca.ſi.q̃ pœna nõ debet extendi per identitatem rationis,per d.§.pœna.facit quod notat Io.And.in dicta regula,odia.& in regula,in pœnis.eod.tit.Cum ergo in additione facta ad ſtatutum nulla mentio ſit de pœna,ergo non debet imponi. imponitur ergo pœna extraordinaria,per d.c.de cauſis.cũ ſi. Et hoc puto procedere,niſi ſtatuens apponat aliquod verbum in additione, quod eſſet repetitiuum omnium exiſtentium in ſtatuto.ad hoc bonus tex.in ca.de multa.in verſi.hoc idem in perſonalibus,& c.de præben.& vide quod plenè legitur & not,in l.Titia.§.1.ff.de ver.oblig.cum ſimi.

ADDITIO.

Adde Iaſonem præceptorem meũ in l.ſi.ff.de in ius voc.Feli. in c.cauſam quæ in 4.col. extra de reſcrip.de hac regula Iaſon in l.diuortio.§.ſi.ff.ſol.matri.in 3.colũ.eundem Iaſonẽ præceptorem meum in l.ſi quis maior. in 2.col.C.de tranſact.eundem Iaſonem in l.quod te.in 16.col.ff.ſi certum petatur.Feli.in ca.ex parte . in 1.& 2.col.extra de reſcrip.& in c.translato.in pen.col.extra de conſtit.Feli.in c.at ſi clerici.in 2.col.extra de iudi.Iaſon in l.1.in fine.C. de trãſactio. & in authen.non licet.C.de liber.& poſthu.in ſecunda & tertia columna.

21 *Appellatio.* VI.

1 *Appellationis iudex an poſsit confirmare ſententiam, à qua is,pro quo fuit lata,per errorem appellauit?*

1 SI ille, pro† quo lata ſententia appellat,dicendo illam iniquam,petens eam infirmari , & hoc per errorem,an iudex appellationis videns q̃ eſt æqua,poterit illam confirmare?dic quod ſic.quod eſt mirabile.text.eſt valde ſingularis in l.Sciæ amicæ.ff.de auro & argento lega. ſiue cõfirmata ſit ex nouis actis,ſiue antiquis.l. Titianus.ff.q̃ cum eo. ita egregiè dixit Bald.in l.præſes.C.de ſententijs & interlecutio.omnium iudicum, quod dictũ refert & ſequitur Ludouic.Roman.in ſingul.375.ſententia. Sed tu adde Bal. in c.ſuper eo.de appellatio.cap.dilecta.& in ca.ex parte 2. de reſcript.& in c.2.de probatio.& in c.veritatis. de iureiurand.& in c.ſignificauerunt.de exceptio.& dominũ meũ dom.Andrę.in repeti.c.Raynaldus.de teſta. vbi per eos allegatur.

ADDITIO.

Latè per Romā.ſing.375.& ibi in additio. Gab.Sar.

22 *Appellatio.* VII.

*1 Appellari ad priores ciuitatis debet, ſi vacat iudex appellationis.*

1 POne, ꝗ pars† vellet appellare à ſententia ſecundum cōſilium lata, ſi vacat iudex appellationis, ad quem appellabitur? dic ꝗ ad primores ciuitatis. fuit elegans doctrina Bar.in l.vbi abſentis.ff.de tuto.& cur.da.ab his.quam theoricam ſequitur Bal.in l.2.C.quando fiſcus vel priua. allegādo caſum pro ea, quem dicit non eſſe alibi, in auth.vt nul. iudicū.§.hoc peruenit.ibi, dum dicit, primatibus ciuitatū. de quo vide per eundem in l.1.de offi.conſul.& in ca.1.ſi de feu.inter do.& vaſ.lis oriatur.limitarē hoc eſſe verum, vbi eſſet ciuitas habens merum imperium, aliter dictum Bart.locum non haberet.refert & ſequitur Ludo. Romanus in repe.rubricæ de arbi.in 19.columna.

ADDITIO.

Vide do.Ale.in conſi.3.inci. viſo proceſſu cauſæ principalis in 2.col.in 2.vol.Ale.in l.antea.§.fi.ff.de leg.1.Pau.de Caſ. in conſi.3.in 7.col.in 5.dubio.in 2.vol.

23 *Alienatio.* II.

*1 Hæres de reſtituendo ſub conditione grauatus, ſi interim alienet, purificata conditione alienatio reuocatur, niſi hæres & emptor iuſtam cauſam ignorantiæ habuiſſent, quia tunc non auocantur ab emptore alienata, ſed tantum precium fideicommiſſario debetur ab hærede inſtituto alienante.*

*2 Legis ratio vbicunque amplior eſt, diſpoſitio ad amplitudinē rationis legis extenditur.*

1 SI res† eſt ſub conditione reſtituenda, & hæres rogatus interim alienauit, purificata cōditione reuocatur alienatio.l.fi.§.ſin autem.C.communia de leg.Limita, niſi hęres de reſtituendo grauatus, habuiſſet iuſtam cām ignorandi illam prohibitionem alienationis, & eodē modo iuſtè ignoraſſet emptor, quia licet hæres alienauerit, non auocabitur res alienata ab emptore, ſed bene pretium eius debebitur fi commiſſario ab hærede inſtituto alienante.text.eſt vnicus & ſing.in l.fi.§.fi.ff.leg.2.quē.text.facit ſing.Franci.Tigri. alibi, & dixit aureis literis ſcribendum fore, & per ipſum te.infinitis vicibus conſuluit in cōtingētia facti do.meus, prout ipſe refert in c.Raynaldus.de teſta.& ſæpenumero audiui ipſum viua voce mihi dicentem hoc, & per ipſum tex.dixit Bal.in authen.res quæ.C.cōmunia de leg.in prin. eſſe ſpeciale propter iuſtam ignorantiam emptoris, & venditoris.& allegat Pet.& Cyn.& ipſe dicit ſe addere, dummodo illa ignorantia ſit cauſata facto & opera ipſius teſtatoris, quia fecit codicillos, quos aperiri vetuit viuente hærede.& ideo propter prohibitionem teſtatoris non peruenerat ad notitiam ipſius hæredis, ſed ſi prætenderet ignorantiam teſtamenti, tunc ſecus eſſet.allegat l.cum hæres.ff. de ligat.do.meus in d.c.Raynaldus.impugnat hanc theoricam Bal.& bene iudicio meo, quia ſi ille tex.in d.l.fi.§.fi. ſubtiliter pōderetur, conſiderat iuſtam ignorantiam, quo caſu ſequitur, ꝗ ſiue cauſetur ex codicillis prohibitis aperiri in vita teſtatoris, ſiue alio modo cauſetur ignorantia, ſi tamen iuſta eſt & excuſabilis, ſufficit ex eo, quia vbicūque
2 †ratio legis eſt amplior, diſpoſitio extenditur ad limites, & ad amplitudinem ipſius rōnis legis, l.regula.§.licet.& ibi Bar.& Bal.ff.de iur.& fac.igno.glo.in clem.1.de elec.& ibi do.Car.optimè facit l.pater filium.§.fundum.ff.de leg.3. l.cū pater.§.dulciſsimis.ff.de lega.2.& hoc voluit do.Abb. in c.ſicut.de teſti.licet ergo diſpoſitum illius legis ſit conceptum in codicillis prohibitis aperiri, nihilominus ratio eſt generalior propter iuſtam ignorantiam. Siue ergo ignorantia cauſetur ex codicillis prohibitis aperiri, ſiue ex teſtamento, dummodo ſit iuſta, & probabilis, excuſat venditorem & emptorē, & per conſequens non rectè dixit Bal.& vide Bal.in l.iubemus.in prin.C.ad Trebel. vbi allegat d.l. fi.§.fi.Ang.in l.fi.§.ſed quia.C.communia de leg.vbi dicit, ꝗ cautus debet eſſe aduocatus actoris, vt ſemper deducat ſcientiam alienātis, alias ſuccumberet. Sed debuit Ang.ſupplere ſecundum d.meum in d.c.Raynaldus.& bene, quod etiam debet deducere ſcientiam emptoris emēntis, quia ille §.ſi requirit ignorantiam vtriuſque. & pro limitatione dicti §.final.vide Paul.de Caſtr.conſilio 10.& contra Pau. de Caſtr.vide dom.meum in d.capitu. Raynaldus.in 67. colum.

ADDITIONES.

Adde Iaſonem in l.illam.C.de colla.& in l.Gallus.§.quid ſi is.in 5.col.ff.de lib.& poſthu.& in l.ſancimus.in 4.col.C.de iudi.& idem do.meus in l.licet.in 2.col.C.de pactis.

Ibi, quia vbicunque &c. Adde Bal.in c.2.requiris.de appellat. Roma.conſi.174.& eundem Corſet.in tracta.de poteſtat. Reg.chart.3.Geminia.conſi.39.cum ſeq.Curtium ſenior. cōſi.44.col.5.Iaſ.in l.1.ff.in ius voca.vt eant.l.1.§.fuit quęſitum.col.4.ff.ad Trebel.& Alexan.& ibi Carol.Molin.in conſi.59.attentis verbis.col.2.nu.3.verſi.& confirmari poteſt.vol.3. Gab.Sar.

24 *Argumentum.* VI.

*1 Negatū de vno, de alijs videtur conceſſum, niſi ea ſint connexa.fallit in frequentato, vt hic.*

1 TV† habes in c.nonne.de præſump.& in l.cum prætor. ff.de iudi.& in l.maritus.C.de procu.& in c.qualis.25. diſt.cum ſimi.quod ſi de vno negatur, de alijs concedi videtur. Limita primo ſecundum do.Ant.in ca.translato.de conſtitu.non procedere, vbicunque eſſent duo connexa, quia eo caſu expreſsio vnius operatur expreſsionem alterius.d.c.translato. Item limita ſecundum do.Ant.in cle.1. de reſcrip.quando prohiberetur vnum, quod eſt frequentatum, quia prohibitum videtur id quod non eſt frequentatum.facit ibi gl.& quod plenè ibi ſcribit do.meus.& vide quod voluit Pet.de Bellapertica, qui refert Cyn.in dicta l.maritus ꝗ ſi maritus prohibuit aliquid vxori, videtur ꝓhibuiſſe id quod erat ſimile.facit l.1.& l.filium habeo.ff. ad Macedo.vide plenè do.meum in d.c.translato.tene mēti has pulchras limitationes ad illa iura.

ADDITIO.

Vide do.meū in d.l.maritus.& in l.ſed & ſi quis.ff.de vulgar. & pup.ratio poteſt eſſe, quia connexorum idem eſt iudicium.vide per eundem do.meum in l.2.C.de tranſac. vbi infinita ſcripſi ad materiam connexorum poſt do.meum ibi. Adde do.Feli.in rub.de re iudi.in 4.col.

25 *Alienatio.* III.

*1 Alienatio rei eccleſiæ ſi communi opinione reputetur vtilis eccleſiæ, licet re vera non ſit, valet.*

1 SI prælatus† interueniente debita iuris ſolennitate alienat rem eccleſiæ, & communi opinione reputabatur illa alienatio vtilis eccleſię, licet re vera non eſſet, iſto caſu tenet alienatio, ſingu.eſt gl.in c.cum apoſtolica.de his quę fi. à pręla.de qua gl.fecit feſtum do.Ant.de But.ibi, & allegarem, quod habetur in l.tutor qui repertorium.§.ſi poſt.ff. de admi.tuto.bene facit quod habetur in l.quid ergo.§.ſufficit.ff.de contraria tute.acti.& per gl.in dicto ca.cum apoſtolica.in ver.profuturum.ſalua duas gloſ.quæ communi opinione doc.ſunt reprobatæ, in ca.fine exceptione.12.q. 2.& in ſumma ea.cauſa & quæſtio.quę dicunt, quod ſi alienatio fiat ex iuſta cauſa, & tamen interueniat ſolennitas canonica, & in caſu non licitò nec conceſſo à iure, tenet ipſo iure alienatio. refert & ſequitur do.meus do.Andræ.in c.quæ in eccleſiarum.de conſti.& in repe.c.Raynaldus.de teſta.in vlti.col.

ADDITIO.

De materia alienationis rei eccleſiæ, vide Guido. Papę deciſio.Grationopo.149.cum decem ſequentibus deciſio.& deciſio.594.& in deciſio.Tholoſa.quęſtio.97. Gabriel Sarayna.

DE



DE LITERA B.

26 *Beneficium.*

*1 Beneficium principis ſimpliciter conceſſum, intelligitur cōceſſum pleno iure, & perpetuo.*

*2 Beneficia quæ, de ſe ſunt materialia, ſi conferuntur à Papa, intelliguntur conferri perpetuo.*

1 BEneficium† principis ſimpliciter conceſſum, intelligitur conceſſum pleno iure.vt in authen.vt liber.de cęt. non ege.aur.anu.§.1.col.6.Et etiam videtur conceſſum ꝑpetuo, vt in authen.conſti.quę de digni.§.illud.colla.ea.ita pulchrè dixit Bal.in l.beneficium.ff.de conſti.prin.refert & ſequitur do.meus in c.cum dilecti.de dona.per quod di
2 cit ſe alias conſuluiſſe Romæ, ꝗ beneficia† quæ de ſe ſunt materialia, ſi conferuntur à Papa intelliguntur conferri perpetuo.quod eſt mirabile dictum, & menti tenendum.

DE LITERA C.

27 *Confeſsio* I.

*1 Confeſsio prætextu erroris non poteſt reuocari poſt ſententiam diffinitiuam, ſecus ſi poſt præceptum de ſoluendo factum à iudice.*

*2 Præceptum iudicis de ſoluendo factum ante litis conteſtationem non habet vim diffinitiuæ, niſi factum ſit cum cauſæ cognitione.*

1 LIcet† confeſsio prætextu erroris non poſsit reuocari poſt ſententiam diffinitiuam, vt in ca.fi.de cōfeſsis.& in l.error.C.de iur.& facti ignoran.tñ reuocari poteſt præceptum factum per iudicē de ſatisfaciendo poſt confeſsio
2 nem.præceptum ergo† factum per iudicem poſt cōfeſsionem ante litis conteſtationem non habet vim diffinitiuæ. iſtud dixit glo.valde notabilis iuncta theorica do.Abb.ibi in c.ex parte.1.in verſi.allegare errorem ſuum.de ver.ſig. & hoc etiam voluit notabiliter Barto.in l.non fatetur.ff. de confeſ.Quod tamen limita, niſi præceptum fuiſſet factum cum cauſæ cognitione, vtputa, quia fuiſſet datus terminus ad allegandum, quia tunc confeſsio non differretur mandari executioni.argum.in l.penultim.ff.eod.titu. quod not.

28 *Citatio.*

*1 Citatio facta abſenti vt ſatisfaciat, vel compareat, alias, ꝗ iudex eum excommunicat, valet: nec ab ea poteſt appellari.*

1 NOta practicam† hodiernam citandi, maximè in Curia Romana, vt ante citationem rei, antequam cōſtet iudici de delicto vel de debito, poſsit per ſuas literas ꝑcipere abſenti, vt ſatisfaciat vel compareat, alias excommunicat eum.iſta eſt gl.elegans, quam ad hoc inducit do.Abb.& dicit menti tenendam in ca.ex parte 1.de ver.ſign. Ex hoc.n. præcepto ante cauſæ cognitionem facto, non poteſt dicere reus ſe grauatum, ex quo iudex iuſtificauit pręceptum. nam propter illam iuſtificationem, vt comparet, reſoluitur præceptum in ſimplicē citationem ſi vult comparere. & fuit adinuenta hæc practica pro faciliori exitu iudiciorū. & pro hoc facit tex.iuncta gl.in l.de pupillo.§.meminiſſe. ff.de ope.no.nuntia.& vide latius de hoc do.Abb.& dominum meum in c.1.de cauſa poſſ.& proprie.

29 *Conditio* I.

*1 Conditio impoſsibilis adiecta donationi cauſa mortis, non vitiat donationem.*

1 COnditio† impoſsibilis adiecta donationi cauſa mortis non vitiat donationem.ſingu.eſt tex.in l.quæ ſub conditione.§.hoc edictum.ff.de condi.inſti.& illum tex.allegauit pro ſingu.Ludo.Roma.in l.impoſsibilis.ff.de verbor. obliga.

30 *Conſultatio*

*1 Conſultationi ſi iuriſlator reſpondeat, quando dicatur introducere ius nouum, vel ius commune oſtendere.*

*2 Sententia principis facit ius quò ad omnes, ſecus eius conſultatio quando per eam non intendit diſponere ſed id quod iure cautum eſt, approbare.*

*3 Iura quæ diriguntur ad certam perſonam faciunt ius etiā inter alios, quando Papa reſpondet per uiam iuris.*

QVando iuriſlator rñdet conſultationi, non introducit ius nouū, ſed ius cōe oſtendit.duas gl.habes in iure ca
1 nonico ſolitarias, quas †ſequūtur omnes ſcribentes ibi, & alijs locis.& do.Abb.in c.ſi diligenti.de foro compe.& in c.peruenit.de emp.& vē.& in c.cum ſimus.de reg.& in c. tuæ fraternitati.de ſponſalib.& matrimon.& in ca.paſtoralis.in 1.no.de exce.& in c.fin.de ſenten.& re iudica. Vnam habes in c.1.extra de filijs presby.& aliam in c.conſultationi de tempo.ordi. Sed ego non puto hoc indiſtinctè verū, niſi diceres diſtinguendo ꝗ aut iuriſlator reſpondens conſultationi determinat illam per ius commune, & tunc procedat theorica gl.& doc.aut determinat illam per id quod non eſt iure cautum, & tunc inducit ius nouum.& ad hoc adduco tibi text.rotundum & apertum à nemine ponderatum, niſi à me diuina fauente gratia in c.ex multa in ver.in conſultatione ius editur.de voto.quem te.ad hoc tene mēti.& adduco quod voluit Bar.in l.nemo.C.de ſent.& inter
2 locut.om.iudi.vbi dicit, ꝗ licet ſententia† principis faciat ius quo ad omnes, nō tamen facit ius eius conſultatio, ſeu reſponſio. Quod intellige verū, quando princeps per illam conſultationem, & reſponſionem non intendit diſponere, & introducere ius, ſed id quod iure cautū eſt, approbare. Adde tex.& ibi Gemi.in c.Romana.§.fi.de offi.ord.lib.6.
3 vbi colligitur argu.pro & contra, quod iura† quæ dirigūtur ad certam perſonam, faciunt ius etiam inter alias perſonas quando Papa reſpondet per viam iuris.ad hoc de iur.cal.c. 1.de quo per gl.in proœ.cle.& facit quod no.gl.in clemen. dudum.in §.huiuſmodi.in princi.de ſepul.& vide gl.in ca. Romana.§.cum ante.de app.eo.li.verſi.cui pro tempore. & pondera te.in d.c.multa.quia poſſet cauillari, cum dicat, ius in conſultatione editur, id eſt, editum eſſe oſtendit.ſed tene primum quod prædixi.

31 *Compromiſſum.* I.

*1 Cōpromiſſum ſuper poteſtate eligendi non poteſt fieri, niſi omnibus canonicis conſentientibus.*

*2 Conſentire omnes de vniuerſitate debent in arduis explicandis, nec ſufficit quod actus explicetur per aliquos nomine aliorum.*

1 COmpromiſſum ſuper† poteſtate eligēdi non poteſt fieri, niſi oībus canonicis & ſingulis conſentientibus, vnde nō ſufficit maior pars capituli, quia cuiuſlibet intereſt vt eligat per ſe, & non per aliū, ideo quilibet poteſt contradicere ne fiat cōpromiſſum, & ideo ſi compromiſſum fiat ab vno nomine omniū, alijs præſentibus & non contradicentibus, non valet, quia cum iſta res non ſit leuis, imo magnæ importantiæ, debent ſigillatim omnes requiri, & expreſsè cōſentire. Iſtud eſt dictū ſingulare & obliuioni non tradendū, Compoſtel.in c.in cauſis.de electio.quod dom. Abb.ibi reputat mirabile.facit in ar.d.c.in cauſis, & c.quia
5 ſcriptum.eo.tit. Ex quo ſume regulam quod in arduis† explicandis in vniuerſitate debent omnes expreſsè conſentire, nec ſufficit ꝗ actus explicetur ꝑ aliquos noīe aliorū, licet illi taceant & non contradicant, quia in re oneroſa & graui debet interuenire conſenſus expreſſus, per id quod voluit Inno.in c.in geneſi.de electio.& gl.in regula, is qui tacet.de reg.iur.li.6.& gl.in c.ſicut.de electio.in 6.& quod legitur & notatur in l.qui patitur.ff.manda.

ADDITIONES.

Caſus in quibus non ſufficit minor pars capituli, ponit Fel.in c.cum omnes.in 9.colu.cum tribus ſequentibus, extra de conſtitutio.

Latè tradit Hierony.Cagno.in l.ſemper qui non prohibet.in prin.ff.de reg.iur. Gab.Sar.

32 *Commiſſarius.*

*1 Commiſſarius quod facit, fingitur factum per committentē.*

1 ILlud quod fit† per commiſſarium, fingitur eſſe factū per ipſum committentem.id probatur in text.ad hoc celebri, in c.in cauſis.de elect.ſecundum doct.& domin.Abb.ibi, qui inducit ad quæſtio.& dicit ſe in facto fuiſſe conſultum.

fultum. Quidam testator mandauit certa bona sua distribui in pias causas secundum quod suis executoribus testamenti videbitur. illi executores elegerunt negotium priuilegiatum vt puta fabricam ecclesiæ. episcopus loci petebat quartam, bonorum legatorum, replicabatur ꝙ de relicto facto pro fabrica non debetur quarta, vt in c. fi. de test. Replicabatur quod testator nõ elegerat fabricam, sed executores, quærebatur quid iuris. Respondet do. Abb. quod non debebatur quarta quia illud, quod fit per executores, testamẽti videtur factum per ipsum testatorem. vnde perinde est ac si ipse testator elegisset fabricam, arg. opti. d. c. in causis & l. vnum ex familia. §. fi. ff. de le. 2. & ibi hoc firmat Bar. per illum tex. Et ex his. dicit haberi bonam practicam impediẽdi quartam episcopi, ꝙ vbi testator reliquit in genere ad pias causas cautela est ꝙ executor testamenti eligat aliquam causam priuilegiatam, ex qua non debeatur, quarta. & quæ sint causæ priuilegiatæ? dic vt legitur & notatur in dicto c. fi. & in c. 2. de sepul. Tene menti istud pulcrum & generosum dictum. faciunt quæ habentur & notãtur in c. mulieres de sent. excom. & in regula qui per aliũ de regu. iuris lib. 6. & in l. ita tamen. §. gessisse. ff. de admi. tuto. & in l. non solum. §. si mandato. ff. de iureiur. cum simi. Adde Bal. in l. distrahente. C. de reb. alien. non alie. quod cõmissarius præiudicat committenti scienti licet se non subscripserit. & sic illud quod facit commissarius nocet committenti.

ADDITIONES.

Adde quod dicit Feli. in c. inter cæteras. in 3. & 4. col. extra de rescrip. ꝙ paria sunt ꝙ quis eligat per se, vel quod alius ꝓ eo eius mandato. vt dicit ibi Panor. in 2. colum. consuluit Roma. consilio 116. vbi quædam dicit quæ faciunt ad propositum.

Ibi, ad pias causas. Istam limitatationem ponit Ias. in l. ita demum. in 2. col. in 15. fallen. C. de procu. & Fel. in d. c. inter. hic allegat. Gab. Sar.

33 *Clausula.* I.

*1 Clausula, appellatione remota, intelligitur quo ad partem, nõ quo ad tertium.*

1 VBi in† aliqua cõmissione, seu rescripto apponitur clausula, appellatione remota, intelligitur remota quo ad partem, non quo ad tertium. iste est casus vnicus & sing. in c. super eo. de offi. deleg. de quo fecit festum do. Ant. in ca. vt debitus. de appel. & in facti contingentia ita respondit per illum tex. tu adde quod voluit gl. in fine. in l. creditor. in prin. in ver. pone. ff. manda. quam retuli suprà singu. 6. inci. regula est, ꝙ nihil est innouãdum. Et adde aliud, ꝙ licet exceptio dilatoria sit proponenda ante litis contestationem. c. inter monasterium. de re iudi. ca. pastoralis. de exceptio. & quod ibi not. in l. fi. C. eodem. l. exceptionẽ. C. de probat. 3. q. 6. §. exceptio, intelligitur hoc esse verũ quo ad partes, secus quo ad tertium. sing. est casus secundum Angel. in l. si quis libertatem. ff. de peti. hæred.

ADDITIO.

Istud latè tradit Didac. Couarru. in practicis quæstionibus, c. 15. nu. 4. versi. 4. si ad amussim omnia. G. S.

34 *Clausula.* II.

*1 Causula in fine apposita, non debet referri ad omnia præcedentia, quãdo ex tali relatione sequeretur absurdum, vel inconueniens, seu iurium correctio.*

1 CLausula† in fine apposita, non debet referri ad omnia ꝑcedentia, quando ex tali relatione sequeretur absurdũ, vel inconueniẽs, seu iurium correctio. debet. n. esse vniformis rationibus præcedentibus, ad hoc vt clausula sequens referatur ad omnia: secus si potest reddi diuersitatis ratio inter præcedentia. textus est singula. & alibi censura canonica non reperitur secundum do. Abb. in ca. ecclesia vestra. 2. in ver. non debeat ad contentum, & alia quæ non sunt de forma referri. de elect. ad hoc vide Bar. in l. prætor. 2. ff. vi bo. rap. & in l. talis scriptura. ff. de leg. 1. & do. Abb. in de 2. requiris. de appe. & ꝙ no. in c. inquisitioni. eo. tit. & vide Bal. in l. 1. C. de diuer. rescrip. & in l. 1. C. de liber. præter. in l. 1. C. de legi. hæredi. & in l. 1. ff. de postu. Nico. de Neapo. in l. consi. ff. de carat. furio. Ioan. Imo. & domin. meum in cap. 1. de pactis. Barto. consi. 5. incip. Andriolus. Ludou. Roma. consilio 129. & 110. Paulum de Castro consi. 344. glo. singu. secundum Ange. post Guliẽ. de Cune. & Bart. in l. si idẽ cum eodem. ad finẽ. ff. de iurisdic. omni. iudic. vbi clausula refertur ad proximum præcedens, quando commodè attentari nõ potest ad omnia præcedentia. & licet do. Abb. fecerit sing. dictum c. ecclesia. facit optime te. in ca. cum dilecti. de dona. vide ibi scribentes, & vide do. Card. in clem. 1. §. fi. de iure patro.

ADDITIO.

Vide do. Nic. Boer. decisio. 146. nu. 3. & Roma. sing. 672. scis quod conditio. in fi.

35 *Careo.*

*1 Careo verbum, intelligitur ipso iure.*
*2 Verbum decernimus est aliquando declaratorium, aliquãdo noui iuris introductorium.*

1 VErbum† careo, intelligitur ipso iure. gl. est singularis & vulgaris in l. prouidẽdum. in verbo, careat foro. C. de postu. quam gl. reputant sing. Ang. Rapha. Fulg. & communiter omnes legistæ. & vide elegans consilium do. Pet. de Anchar. quod incip. ex curia negligentia. & est 6. in ordine, positum inter consilia Ioan. Cal. in tit. de feu. vbi dixit, quod licet verbũ careo, proferatur in futuro tempore, est tamen canon latæ sententiæ. & alle. gl. d. l. prouidendũ. & ratio est secundum eum, quia licet verba sint futuri temporis, si tamen sint de sui natura priuatiua, sunt canon latæ sententiæ. & alle. glos. d. l. prouidendum, vide plenè de hoc verbo, & similibus, do. meum in c. si diligenti. in versi. perdatur. super gl. de foro comp. Ego allego tibi aliam gl. in c. nouit. in vers. carere decernimus. de his quæ fi. à præla. sine consensu capituli. quam gl. allegauit ad hoc do. Abb. in ca. super his. de fide instrumen. Sed dici potest, ꝙ ibi non solũ
2 consideratur natura† verbi decernimus, quod est verbum declaratoriũ, vt per doctor. in d. c. decernimus. de iudic. aliquando est iuris noui introductorium, & hoc de sui natura vt in dicto c. decernimus. nam verba declaratoria licet nõ proferãtur in præteritum, sunt canon latæ sententiæ ita voluit do. Abb. in d. c. si diligenti. & alleg. te. iuncta gl. d. c. nouit, & ita sentit in dicto c. sup his. Sed iudicio meo potius consideranda est natura verbi Careo, in d. c. nouit. quã natura verbi decerno. nec apparet ratio quare ibi considetur potius natura vnius verbi, quã alterius, cũ gl. ibi dicat, ꝙ comprehendit vtrunque verbũ. & sic apertè sentit, ꝙ vtrunque verbum est canon latæ sententiæ, nam si voluisset denotare solum naturam verbi decerno, apposuisset dũtaxat illud, & non verbum careo, nam syllaba non debet poni superfluo in lege. vt dixit glo. in l. 1. ff. qđ metus cau. nec dictio, vt est gl. in c. solitę. in ver. tanquam. de maio. & obedi. facit ca. si Romanorum. 19. distinct. & l. ampliorẽ. §. in refutatorijs. C. de app. & quod voluit Bal. in rub. C. de contrah. emp. & quod legitur & notatur in procemio Gregor. & quod voluit Bar. in l. lecta. ff. si cer. pe. & in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de ver. ob. ergo illa gl. latuit patres nostros. & non est vsque nunc ab alio ponderata. Tene menti, & idem dic in verbo vlterius quod sit canon latæ sententiæ. te. est iuncta theorica Bal. in c. cum accessissent. de constit. refert & sequitur ibi do. meus, & in d. c. si diligenti. vide ibi per eum.

36 *Citatio.* II.

*1 Nuntius si citet præsente iudice, & mandante, habetur perinde ac si iudex citasset.*
*2 Iniuriam alicui dicens in uoce ita punitur, sicut dicẽs in scriptis*

a SI nuntius[a] † citat præsente iudice, & mandante, habetur
1 perinde ac si iudex citasset, & est satisfactum solennitati l. 2. C.



l. 2. C. quõ. & quando iud. istud fuit singula. dictum Bal. in d. l. 2. & ampliat illum tex. cum sua gl. Barb. in c. consuluit. de offi. delega. & adduco tibi elegans dictum Ang. in auth. amplius. C. de fideicom. vbi dicit se habuisse de facto. monitio in casu illius authent. est fienda à iudice, si fuit facta per nuntium, vel epistolam, satisfactum est illi authen. & alle. gl. quam alibi dicit se nescire, in auth. de hære. & falc. §. quoque. in versic. de certo. & ista duo dicta refert do. meus in repeti. rubricæ de fide instru. in 4. col. & ratio esse potest, quia non refert an iudex moneat ore proprio, an per epistolam, vel nuntium. cum paria sint aliquid proferre in voce, vel in scriptis, vel per nuntium. tex. est melior in iure in l. non figura. in verbo, non minus valere quod scriptura, quam quod vocibus lingua figuratis significatur. ff. ad act. & obli. & vide gl. in ca. constitutionem. de sent. excom. li. 6. & tex. in c. vbi periculum. §. nulli. de electio. eo. lib. c. qui in aliquo. 1. dist. facit c. perlectis. 25. dist. & item apud Labeonẽ. §. conuitium. & l. lex Cornelia. §. si quis librũ. ff. de iniu. quæ duo iura allegauit Ludo. Roma. in quodam suo consilio, vbi consuluit, † ꝙ ita punitur dicens alicui iniuriã in uo
a ce, sicut in scriptis[b], licet aliter voluerit Bal. in l. 1. in prin. ff. de ver. obli. & in auth. habita. C. ne filius pro patre. Et adduco tibi dictum stupendum do. Ant. de But. in d. c. cũ causam. de iur. cal. vbi dicit, ꝙ licet c. 2. de confes. lib. 6. velit, ꝙ reus debet esse iussus & monitus à iudice, tamen sufficit ꝙ moueatur à iudice per nuntium, de quo dicto exclamat ibi Ioan. de Imo. dicens non fuisse dictum ab alio, & fortè singulare & memoria dignum. vide ibi domin. meum, & in d. rubrica.

ADDITIONES.

a Si nuntius. Adde in proposito do. meum do. Ias. in l. si quis id quod. in 3. col. ff. de iurisd. om. iudi. & in l. 1. §. si iusserim. in primo notab. ff. de acqui. pos. & in l. iubemus. col. fi. C. de testa. & plenè in l. fi. ff. de ferijs.

b Sicut in scriptis. ratio est, nam iniuria facta per epistolam dicitur verbalis. Rom. consi. 265. & do. Ias. in l. 1. ff. de verborum obliga.

Latè & eleganter id tradit Didac. Couarru. in c. si hęredes. nu. 7. in 2. conclusione. extra de testam. G. S.

37 *Cassatio.*

*1 Constitutione cassata, non cassatur eius effectus per prius editus. fallit tamen in casu.*

1 CAssata † constitutione non cassatur eius effectus per prius editus. bonus est tex. in ar. in c. quæ in ecclesiarũ de consti. vbi Papa cassauit nedum constitutiones, sed venditiones inde factas. & hoc collegit do. Abb. ibi. Sed iudicio meo te. est ibi clarus, & apertus, & non in argumentũ. nam vbi est tex. apertus, cessat argumentũ, per id quod voluit Io. And. in c. 1. de pac. & putat hoc procedere do. Abb. in d. c. quæ in ecclesiarum. vbi statutum tenuit. Tẽperat tñ, nisi in cassatione diceretur, vt constitutio habeatur pro infecta, quia tunc omnis effectus censetur sublatus. & alle. gl. notabilem in clement. vna in ver. pro infectis. de immu. eccle. & illam gl. fecit singularem do. Card. ibi. & dicit illum text. & gloss. singular. & se nescire alibi, & facere ad multa, inquantum reuocantur retro gesta, & Papa circa ea quæ sunt de iure positiuo habet potestatem illa reuocandi ex tunc. & magnifecit etiam illam gl. idem Cardi. in c. ad petitionem. de accus. & do. Abb. in c. si aliquando. de sen. excõ. do. Ant. & Io. de Imo. in c. cæterum. de rescri. Vide ibi do. meum. & limitauit illam gl. do. Car. in d. ca. ad petitionẽ. nõ habere locum, vbi ageretur de præiudicio tertij. vide do. meum in d. c. quæ in ecclesiarũ. in 15. col. vbi refert quæstionem quam habuit in facto do. Card. & etiam ipse, & dicit ꝙ do. Car. fuit sibi contrarius. vide eum ibi omnino. & vide do. Abb. in capitul. non debet. de consanguini. & affini. circa finem.

38 *Confessio.* II.

*1 Confessio facta super crimine plenè præiudicat, quando fit in iudicio, & in præsentia iudicis, etiam nullo præcedente processu. & quando dicatur facta in iudicio.*

1 COnfessio[a] † facta super crimine plenè ꝑiudicat, quando fit in iudicio, & in præsentia iudicis sui, quo casu plenè præiudicat, etiam nullo præcedente processu. argum. c. at si clerici. de iud. & singu. not. Innoc. in ca. qualiter & quãdo. 2. de accus. & facit tex. in c. 1. de accu. lib. 6.[b] quẽ ad hoc ponderat do. Abb. in d. ca. at si clerici. & vide Bar. in l. si confessus. ff. de custo. & exhib. reo. vbi dicit dictum Inno. habere locum quando confessio fit principaliter, & propter se. tunc. n. valet sine processu. argu. in illa l. secus si fiat incidẽter per quandam cõsequentiam. l. si filium. C. de liber. cau. & hoc dictum Bart. no. pro limitatione illius dicti Inno. & pro illa limitatione Bart. est gl. quam reputo singu. ca. ex pœnitentibus. 50. dist. in fin. quæ dicit, quod si promouendus confitetur suum crimen, non debet ex hoc puniri, sed solum repelli ab ordinis susceptione, quia ad hoc non agebatur. Et no. quod tunc confessio intelligitur facta in iudicio, non solum quando fit in præsentia iudicis, sed oportet ꝙ iudex sedeat pro tribunali, vt in l. penult. ff. de iustitia & iure. & vide tex. cum gl. no. 2. q. 1. in §. quando autẽ. & hoc quãdo causa exigit plenam probationem, secus si exigat semiplenam, tunc sufficit iudicem itinerare per locum iudicij. vide bonum tex. cum gloss. in l. voluit. ff. de interroga. actio. & vide do. Abb. in c. 2. de confessis. & in dicto c. qualiter & quando.

ADDITIONES.

a Confessio facta in criminalibus quando præiudicet. vide plenè Guid. Papæ decisio. Grationo. 339. vbi multa in hac materia ponit.

b Vbi dicit Inno. & c. Istud dictum Innocentij tenet Ang. & Ale. in l. 2. ff. de libe. & posthu. Felin. in ca. cum dilectus. 20. col. extra de rescri. Ale. consi. 34. in 3. vol. incip. visa inquisitione formata. idem Ale. in consi. 227. incip. visa inquisitione. col. 1. vol. 4. Panor. in consi. 25. incip. saluatore. in 1. col. Bald. in l. 2. C. de re iudicata. Mathesil. singul. suo 52. incip. nota vtilem. Contrarium tenet Ange. in consil. 297. incip. pro Dei nomine, pro prædictis duo examinanda sunt. & in consilio 178. incip. visis actis prædictis. & ibi adducit duo motiua. Gab. Sar.

39 *Confessio.*

*1 Confessio inciẽdter facta non sufficit ad imponendam pœnã ordinariam. fallit in casu vt ibi.*

1 COnfessio† incidenter facta non sufficit ad imponendã pœnam ordinariã. potest tamen iudex inchoare nouũ processum, & adducere illam confessionem ad probationem delicti. iste est casus singularis secundum vnam lecturam in c. 2. de confes. ad hoc facit quod not. Innoc. in c. per inquisitionem. de elec. & ꝙ voluit Io. And. post Compost. in c. mandatum. de rescrip. vbi dicit, ꝙ si in causa beneficiali reus confitetur se ius non habere, & actor nihil probat de iure suo, ꝙ inferior à Papa non põt procedere super illa instantia contra reum confitentem, quia nihil potest vltra libellum. de simo. c. licet heli. l. fi. C. de fideicommis. liber. sed inchoando postea nouam instantiam per viam inquisitionis poterit procedere contra illum, & eum priuare ex eius confessione, per notata in dicto ca. per inquisitionẽ. refert & sequitur istud dictum do. Abb. in d. c. 2. de confes. vide do. Antonium in c. causam quæ. 1. de testib. quem refert & sequitur ibi do. Abb. Hoc limita non habere locum in Papa, quia potest & consueuit incontinenti super illa instantia pronuntiare contra vtrunque. & alij conferre beneficium, secundum Io. And. post Compost. in dicto ca. mandatum. & dominum Abb. in dicto c. 2. hoc idem sequitur Arc. & alij scribentes post eum in c. fi. de iureiur. lib. 6. & Spe. in tit. de actio. & petit. §. super actio. versi. quid si reus. quod tene perpetuo menti.

ADDITIO.

Adde Hippo. de Marsi. in l. 1. in princip. nume. 36. ff. de quæst. Gab. Sar.

40 *Caro.*

1 *Ouæ quibus diebus comedere licet, licitum est etiam comedere saginam.*

2 *Carnis appellatione non venit lardum, nec sagina.*

1 PRo solatio dico tibi vnum, q illis diebus † quibus licitũ est comedere ouа, licitum est comedere saginã, gl. duæ sunt solitariæ & vnicæ. vna in c. presbyter. 81. dist. aliæ in c. admonere. 33. q. 2. ego pro illis duabus gl. allego tibi te. in
2 l. 1. C. de eroga. mili. anno. li. 12. vbi appellatione † carnium non venit lardum, & per cõsequens nec sagina. nam ibi ponuntur vt species distinctæ carnes & lardum. & ibi Bart. dicit not. q lardum non est caro, nec econtra, quia lardum & carnes ponuntur vt species separatæ, adeo quod secundum eum appellatione macellatorum carnium non veniunt macellatores carnium & lardi. tene menti, quia illa lex nõ solet allegari per aliquem pro illis duabus gl. de ceteti.

ADDITIO.

Nescio an id sit vsquequaque verum, cum lardum & sagina ex carne fiant, & nihil aliud sit sagina, quam pinguedo carnis, imò caro obæsa. vide tamen Barba. allegãtem illas duas gl. in l. 1. §. si quis simpliciter. col. 9. ff. de verb. oblig.

41 *Contractus.*

1 *Contractus emphyteuticus quando dicatur esse, & quando cõtractus locationis.*

2 *Emphyteusis ecclesiæ non transit ad extraneos hæredes.*

3 *Emphyteuticus contractus quando dicatur esse perpetuus, & quando temporalis?*

1 COntractus † præsumitur esse emphyteuticus, si locatio est perpetua, & pensio parua, & etiam ex qualitate pactorum, & ex cõsuetudine pensionis, & communi vsu loquendi, alias præsumitur esse contractus locationis, si pensio correspondet fructibus. gl. est singularis & peregrina in l. 1. §. 1. ff. de superfi. quam reputauit sing. Bal. in c. 2. de dilatio. & dicit hoc considerandum. Nam eum ibi, quia simplex locatio transit ad quemlibet hæredem, vt in l. viam veritatis. C. loca. sed † emphyteusis ecclesiæ non transit ad hæ-
2 redes extraneas. a de quo vide notata in c. in præsentia. de probatio. & per Lud. Rom. & Moder. & alios in l. etiam. ff. soluto matrimonio. dominus meus in dicto ca. 2. dicit, q Bald. verius diceret isto modo. Contractus emphyteuticus df il le, qui sub modica pensione datur ad meliorandum. ita dixit Bar. in l. 1. C. de iure emphyteutico. Et videmus quotidie emphyteusim concedi ad soluendum vnam libram pipe ris, vel decem solidos, & dicit quod ille est propriè contractus emphyteuticus, quando est & datur modica pensio & vilis, & interuenit melioratio, posito q in contractu essent apposita illa verba, locauit, quia verba debent intelligi secundum subiectam materiam. l. si vno. ff. loc. Si autem pensio esset magna, adeo q commensuraretur fructibus, qui ex re illa percipiuntur, tunc præsumitur esse locatio, & non contractus emphyteuticus, ex eo, quia repugnat naturæ emphyteusis. & ad hoc dom. meus adducit quod voluit Bal. in d. l. 1. C. de iure emphy. & dicit se aliàs in facto, consuluisse Bononiæ, cum fuisset concessa quædam domus in emphyteusim sub magna mercede, adeo q non daretur maior ex locatione, quod debebat fieri remissio si casu fortuito non poterat frui plenè domo illa. vide quod latè scripsit lucerna iur. do. meus in cap. propter sterilitatem de lo-
3 ca. Et an contractus emphyteuticus † præsumatur esse perpetuus seu temporalis, hic nõ examino, sed vide plenè domi. meum in cap. 3. de dilatio. vbi bellissimè discutit hunc passum.

ADDITIO.

a Non transit ad hæredes, &c. do. Alexan. cons. 38. incip. consideratis his de quibus in themate. in 2. volum. dicit, q ista est magis cõmunis. & in cons. 89. incip. Vtrum emphyteusis. in 4. volum. & vide eundem Alexand. in cons. 23. incip. opportunè consideratis. in 3. colu. vol. 1. Sed contrariũ tenet ipsemet do. Ale. in consi. 189. incip. viso & maturè discusso. in 5. vol. Gab. Sar.

42 *Cautio.*

1 *Cautio simpliciter facta intelligitur de nuda, & quomodo id intelligatur?*

2 *Cautio idonea dicitur, cum interuenit pignus, vel fideiussor.*

3 *Cautio sufficiens, & idonea si à lege requiratur, debent dari fideiussores & pignora. Et quid si præstari debeat mediocris cautio? vel cautio cõpetens? Et quid si dicatur, caueat vel satisfet? an reus præstare possit vel pignora, vel fideiussores, an verò vtrunque præstari oporteat?*

1 CAutio simpliciter † facta licet intelligatur de nuda. vt in l. ancimus. C. de verbo. signifi. cum similib. tamen nõ debet esse nuda à validitate, debet. n. esse valida. gl. est sing. in l. huiusmodi. ff. de legatis primo. Itẽ non debet esse nuda ab obligatione bonorum, vel à pœna. ita pulchè dixit Bart. in l. si prius. ff. de operis noui nũtiatione. facit gl. in l. 2. §. si debitetur. ff. de iudicijs. & in l. 1. §. hoc autẽ. ff. si cui plusquã per l. Falcidiã. Sed gl. habet in c. prima. igitur. de consecra. distinct. 4. quæ dicit, q simplex cautio intelligitur idonea cautio, licet secũdum eum lex dicat, q cum dicitur idonea cautio, intelligendum sit pignus, vel fideiussor. l. 4. §. addici. ff. de fideicommiss. liberta. quod est mirabile. & videtur illa gl. obstare d. l. sancimus. nisi dicas secundum dominum meum, Dominum Andræ. in rubrica, de pignor. q illa gl. procedit in cautione expressa à lege, in qua interueniũt pignora. l. si mandato Titij. §. fi. ff. mand. Mihi videtur, quod tũc simplex cautio dicitur idonea cautio, qũ lex requirit, & vult quod sit certissima. ad hoc põdero d. c. prima. igitur. in ver. certissima cautione. & gl. ibi dicit, ex eo q dicit certissima, nota argumentum q simplex cautio & c. & certè ad hoc doctores non animaduerterunt. Nota etiam quãdo
3 lex † seu aliqua dispositio requirit sufficientem, & idoneã cautionem, q eo casu debent dari fideiussores & pignora, vt in dicta l. si mandato Titij. §. fi. Sed quid si promittatur, & debeat præstari mediocris cautio? dic q tunc venit obligatio omnium bonorũ. casus est singu. in l. filio. ff. vt lega. nomi. caueatur. secundum Ludo. Roma. in l. diuortio. §. interdum. ff. solu. mat. Quid si dicatur cautio competens? dic quod intelligitur fideiusio, seu pignus gl. est sing. in l. si de bitori. ff. de iudic. secundũ do. meũ in rub. de pig. sed etiam fecit sing. Lud. Roma. in d. l. diuortio. §. interdum. Et quid si dicatur, caueat vel satisfet? dic q si est suspecta persona, debet cauere cũ fideiussore. gl. est sing. in l. pen. §. & cũ res. ff. de peti. hær. vide quod habetur & notatur in c. ad nostrã 1. de iureiur. in c. Pisanis. de rettit. spo. & in c. per vestras. de dona. inter vir. & vxo. & dot. post diuor. restit. & in c. qm̃ frequenter. §. in alijs. vt lite non conte. cum si. adde tñ elegans dictum. Bal. in l. vniuersa. C. de preci. impera. offe. Statuto cauetur, q quando petitur compromissum, caueatur idoneè, quod intelligitur arbitrio iudicis. & refert se ita in facti contingentia consuluisse refert & sequitur istud dictũ Bal. do. meus in rub. de pig. Et licet in facto sequerer istud dictum Bal. tamen mihi videtur dicẽdũ aliter intelligi idoneè cauere, sed idoneã cautionẽ, pignora vel fideiussores, vt in d. l. si mãdato Titij. §. fi. & in d. l. 4. tunc sic, quãdo duo debentur alternatiuè, optio competit debitori. regula, in alternatiuis. de reg. iur. li. 6. l. plerunque. §. gener. ff. de iure do. si ergo qui idoneè cauet, debet præstare fideiussores, seu pignora, ergo sufficit illud præstare, quod sibi videtur, dummodo illud sit sufficiens & idoneum, quia dato sufficienti & idoneo fideiussore, iudex poterit dicere, ego volo pignora & non fideiussores, & econtra, datis sufficientibus pignoribus, seu sufficienti pignore, iudex non poterit dicere, volo pignus, sed fideiussores. Dictum tamen Bal. putaré procedere, quando esset dubium de idoneitate cautionis, quia tunc iudex posset arbitrari dicẽdo, volo q des pignora, & non fideiussores, & econtrà, quia forsitan dubitaret de idoneitate fideiussoris seu pignoris, secus si liqueret & cõstaret, & hoc ponderabis, quia istud tẽperamentũ à nemi



ne habui, nisi ex ingenij fabricatione diuina præcedente gratia, & adduco in simili quod voluit Bar. in l. 2. ff. de effrac. & expila. vbi vult, quod quando constitutio prouidet simpliciter loquendo impersonaliter, puta, suspendatur ab officio, vel beneficio, amputet sibi man' vel cõdẽnet ad mille, vel per verba similia, in pœnis alternatiuis optio debet dari reo, quia in pœnis est minor interpretatio facienda. vt in iuribus vulgaribus, regula, in pœnis. de regulis iuris. libro sexto. cum. simi refert & sequitur istud dictum Bart. do. Abb. in ca. à crapula. de vita & hone. cleri. & in alijs, locis. Cum ergo in casu nostro d. l. si mãdato Titij. loquatur impersonaliter, per consequens optio debet dari reo.

ADDITIO.

Item adde quod cautio prætoria non debet esse nuda à pignore, & fideiussoribus. Ias. in l. iubere cauere, colum. 1. de iurisdictione omnium iudicum. Idem tradit Barthol. Chassen. in commentar. consuetudi. Burgund. in 6. rubri. §. 4. *entre gens nobiles.* in verb. *caution suffisante.* in prin. & Hieron. Cagnol. in l. plus cautionis. circa finem. ff. de regulis iuris. & faciunt quæ notat Andr. Tiraquel. in tracta. de pœnis temperand. in causa. 51. nu. 40. Gab. Sar.

43 *Concessio.*

1 *Concessio simpliciter facta intelligitur facta ad postulationẽ, non motu proprio, & quid in concessione legis?*

1 COncessio simpliciter † facta ineligitur facta ad postulationem, nisi exprimatur motu proprio. c. si motu proprio. de preben. lib. 6. ita dicit Bart. in l. quisquis. C. de bõpe. sublat. lib. 10. Sed quid in concessione, quæ fieret per legem? vide eundem Bar. in l. 1. circa finem. C. de bon. vocã. & per hoc intelligas quod voluit Bal. in l. 1. C. de fruct. & lit. expen. dicit enim, princeps concesit priuilegium filiofami. vt possit testari de bonis suis, nulla legitima relicta patri, nunquid pater hoc itidem facere poterit? Distinguit aut princeps concessit hoc ad instantiam filii, quod semp præsumitur, nisi appareat, & exprimatur, & fiat mentio de motu „pprio, vt d. c. si motu „pprio. & tunc pater hoc itidẽ facere poterit aut princeps motu „prio cõcessit & tũc pa. nó. potest. 16, quia primo casu non cessat ratio auaritiæ, & ambitionis. Secundo casu sic. Sed hæc ratio non satisfacit mihi. pondera.

ADDITIO.

Vide do. Ias. in l. 3. ff. quod quisque iur. Gab. Sar.

44 *Collecta.* I.

1 *Collectus soluere grauatus potest dicere officiali, ostende mihi si sum in quinterno, & si in eo nõ reperiatur, iniustè grauatur, & qualiter probetur, quod non sim descriptus in libro?*

1 ILle qui est grauatus † vt soluat collectas, seu tributa, potest dicere officiali, ostende mihi si sum in quinterno, & si non reperiatur, iniustè grauatur. tex. est peregrinus iuncta theorica Bart. in l. ducennarii. C. de exact. trib. lib. 10. Et qualiter probetur, quod nõ sim descriptus in libro? dic quod cum ista negatiua sit coarctata ad certam scripturã est probabilis, & incumbit onus probandi illi qui ita negat per tex. d. l. ducennarij. & ad idem bonus tex. in l. cum lege. de probatio. & idem firmat Bar. in l. ei qui. in fi. C. de appellatio. vbi si dico, quod sententia est nulla, quia non fuit citatus, & volo probare per inspectionem actorũ, possum & mihi incumbit onus probandi. de quo adde nota. per Bald. in leg. actor. C. de probatio. & in leg. hoc iure. & in l. in illa. ff. de verborum obligati & Hostien. & docto. in c. bonæ. de elect. bonus tex. in c. conquerente. de cleri. non resi. vbi ista negatiua, quod quis non residerit in beneficio probatur per diligentem inquisitionem in loco factam, vbi residere debet.

45 *Commixtio.*

1 *Corruptum cum incorrupto licitum est commisceri.*

1 LIcitum † est commisceri corruptum cum incorrupto. text. est celebris in l. omnia. C. de conditis in publicis horreis. lib. 10. & ibi Bar. dicit illum tex. ad hoc esse menti tenendum, quia contrarium secundum eum dicerent laici, quod non est verum vt ibi.

ADDITIO.

1 Vide Roma. sing. 532. fui interrogatus ab vno episcopo. & ibi late in additio. Gab. Sar.

46 *Collecta.* II.

1 *Collegium nouiter ingressus non tenetur pro debito antea cõtracto. idem in cue nouiter facto, & in successore.*

1 QVi de nouo † venit in collegiũ, non tenetur pro debito antea contracto. quod facit, vt ciues nouiter recepti, non teneantur ad collectas, quæ pro debitis antiquis ponuntur. ita no. sing. Dy. in l. incola. ff. ad municip. allegãdo. l. prouidendum. C. de decurio. lib. 10. & ibi Bar. refert & sequitur Dy. & Roma. sing. 490. qui uouiter. & ibi in ad dit. Et vide Bar. in l. 1. §. si hærede. in fi. ff. ad legem Falcid. & in dicta. l. incola. & Bal. in apostillis in l. 1. ad finem. ff. q cuiusque vniuer. nõ. vbi ponit aliquas regulas, & pulchras quæstion. & adde Bar. in suo tractat. represaliarum. in 4. q. 1. stio. primæ quæsti. principalis, prope finem. Et not. illum tex. quod successor in officio non tenetur pro debito præcessorum. & de hac quæstio. vide Iaco. de Belui. in corpore, vt nulli iud. §. hoc vero iubemus. collatione 9. & vide Bar. in l. ciuitas. ff. si cer. peta. & ibi plene per Moder.

47 *Conditio.* II.

1 *Conditio si nupserit, habet tempus limitatum à iure, quo debet adimpleri scilicet triennium post pubertatem.*

1 ITa † conditio, si nupserit, habet tempus limitatum à iure, quo debet adimpleri, scilicet triennium post pubertatem, iste est casus mirabilis secundum Bartol. in l. 2. §. ad filiorum. C. quando & qui. quarta pars debetur. libro. 10. quod no. quia facit ad multa. & vide Bal. in l. sancimus. C. de nupt.

ADDITIO.

Vide domi. meum Ias. in l. 2. col. quarta. C. de institut. & substitu. Gab. Sar.

48 *Collecta.* III.

1 *Collecta si officiali soluatur, qui postea aufugit, non imputatur soluenti.*

2 *Collegij priuilegio gaudet, qui ex eo extrahi debet, donec illud declaratum fuerit.*

1 SI soluatur † alicui officiali collecta, si postea aufugit, non imputatur soluenti. casus est peregrinus, & hoc not. ibi
2 Bar. in l. pro his quæ. C. de naufrag. lib. 11. Licet aliquis † debeat extrahi de vno collegio, quod intrauit. nihilominus gaudet interim priuilegio, donec illud declaratum fuerit, quia cũ sit in possessione iuris illius priuilegij, debet gaudere priuilegio illo. arg. ff. de aqua quoti. & æsti. l. fina. ita not. Bar. per illum tex. in l. 1. ad finem. C. de collegijs. li. 11. quod no. Et no. aliud secundum eum ibi, quod si vnus de vno collegio remouetur, & alius subrogatur, quòd hoc debet fieri de voluntate & consilio eorum, qui præsunt collegio, vt ibi per eum. vide ad hoc no. in c. constitutus. de electio. secundum vnam lecturam, vbi recedenti de collegio non potest pro futuris reseruari vox in electione, licet possit vnus qui non sit de collegio dare vocem in illo collegio, si omnes voluerint. c. scriptum. eodem ti. & c. bonæ. de postula. prælat. & vno contradicente non posset, secundum Compost. in dicto. c. scriptum. vbi refert Ioan. And. in nouella. vide Ludo. Roma. in singularib. ita addit dominus meus dom. Alex. de Imol. ad d. l. 1. circa finem.

49 *Clericus.*

1 *Clericus beneficiatus decedens transmittit fructus perceptos ex sua prebenda ad hæredes, & an id procedat in simplici clerico?*

1 SI clericus † decesit post fructus perceptos præbendæ suæ, potest transmittere ad hæredes suos. Istud dicit gl. celebris in l. 1. C. de anno. ciuili. lib. 12. quam sequitur ibi

Bart

Bart.& alleg.c.1.de offic.ordi.lib.6.& remittit se ad no.p eum in l.diuortio.ff.solu.matrimo.sed debuit allegare ꝙ legitur & notatur in c.præsenti.de offic.ordin.eo.lib.& ꝙ plenè not.in c.fina.de pecu.cleri.& ibi vide do.meum do. Anto.plenè,vbi allegat plures gl.& plenè per do. Abb.in repetitio.c.cum esses.de testib.vbi de hoc.adde tex.in ca. relatum.2.eodem ti.vbi habetur,quod transeat ad succes sores,& est communis opinio doc.in clerico de beneficia to habente administrationem. In clerico vero simplici,est maius dubium secundum doct.ibi.vide Bal.& Soli.in authen.licentiã.C.de episc.& cler.& doct.in l.commodis.ff. de reiud.quos refert do.Alex.de Imol.in d.l.1. in addit.

*50* *Confessio.* *IIII.*

*1 Confessio extraiudicialis qua confiteor dominium rei meæ esse tuum,non præiudicat mihi,nisi in iudicio fiat.*

1 CONfessio extraiudicialis qua ego confiteor dominiũ rei meæ esse tuum,non præiudicat mihi.l.cum falsa. C.de iur.& fac.igno. Sed si est facta in iudicio est secus.ita not.Bar.per illum tex.in l.rura.C.de omni agro deser.lib. 11.& facit ratio,quia vestitur calore iudicij.ar.l.cum ostẽdimus.§.fin.ff.de fideiuss.tut.& l.eum pro quo.ff.de in ius vocan.& in l.1.de iudic.secundum vnam lecturam,quam dat ibi dominus meus.l.si quis vxori.§.si seruum fugitiuum.ff.de furt.l.manumissio per lictores.ff.de manumiss. vindi.& tex.in d.l.cum ostendimus.§.fi.allegant pro singulari scribentes l.1.in prin.ff.de verborum obliga. quia propter calorem iudicii omnis dispositio fortificatur vltra suam naturam.

ADDITIO.

Vide de hoc latè Rebuf.in tractatu nominationũ.q.12.nu. 16.versi.secundo requiritur.Gab.Sar.

*51* *Consuetudo.*

*1 Gabellæ vẽdicio facta vltra solitũ morem & modũ est nulla.*
*2 Notarius debet opponere in instrumento clausulas cõsuetas, nõ incõsuetas,alias ẽ suspectus de falso,& de eo puniri põt.*

1 OFficiales deputati ad vendendum gabellas, debent vendere more solito, si tamen contractus venditio
a nis est celebratus vltra solitum morem[a] & modum, est nullus.ad hoc bonus tex.in argumentum in l.1.C.de pascuis publ.vel priuatis.lib.11.quia intelligitur concessa potestas,vt vendat more solito,secũdum Bar.ibi. optimè facit ad hoc l.domini prædiorum.C.de agri.& censi.lib.11. & ibi Bar.dicit casum illius legis sing.esse notãdum, quod si consuetudo est,quod colonus soluat certum quid domino,quod tenetur ad præstationem illius rei,licet pactũ, non extitit.& ratio est,quia res intelligitur concessa secundum morem solitum.faciunt ea quę habentur & notantur per docto.in l.si priui.§.rectè.ff.de aqua pluuia arcen. & in l.excepto.C.loca.& quod voluit Bal.in l.fin per illũ tex.C.de fideiusso.& quod voluit idem Bal.in rubri.C.de fide instrumen.& in rubri.C.de his quæ in fraudem credi. & in titu.de loca.in additio.ad Spec.& in l.fin.C.de fideicõmiss.& quod voluit Petr.de Ancha.in c.causam. quæ.2.de
2 testib.vbi dixit,quod notarius tñ in conficiendis instrumẽtis debet apponere clausulas consuetas apponi,tamen dicitur esse suspectus de falso,si apponat inconsuetas. & pro primo dicto allegat gl.in d.l.si.C.de fideicommiss.& in dicta l.excepto.& ꝙ debeat puniri de falso.alleg.l.iubemus ad si.C.de testamen.hoc idem voluit Bald.in l.quoties.§. si quis.ff.de hæred.instit.& alleg.d.l.iubemus.Sed no.Ioã. de Imo.in dicta.l.quoties.§.si quis.damnat hoc dictũ Bal. per legem quam alleg.quia illa lex loquitur in testamẽto, inquantũ dicit ibi te.ibi,tam necessaria causa dolosè &c.dictum tamen in se est verum,vt alibi dicam, si dabitur facultas dicendi.faciunt ea quæ plenè notantur per dominũ meum in repetitio.cap.cum M.Ferarien sis.de constitu. in versi.sicut consuevit.vbi plenè de hoc videas.& videꝙ voluit Bartol.in l.rem priuatã.C.de priuileg.domus.Aut. lib.11.vbi dixi argumento illius legis,quod si de consuetudine ciuitatis est,quòd comitatenses sint soliti portare certum quid ad certum locum,quod nõ poterunt cogi,vt portent rem illam ad longiorem locum,& magis distãte. & facit ad prędicta bonus tex.in l.qui semisses.ff.de vsuris & l.vel vniuersorum.ff.de pigno.actio.& quod voluit Ludo.Roma.in sing.

ADDITIO.

Vltra solitum morem.&c.Faciunt ad propositum quæ dicit Feli.in c.1.in 2.col.extra de litis contesta.Faciunt quæ plenissimè dicit Iaf.in l.certi condictio.§.si nummos.in tertia col.ff.si certum peta.& in l.vt liberis.in 3.col.C.de collatio.Felin.in c.literis.extra de fide instrumen.in 7.& vlti. col.Feli.post Barba.in c.cum M.Ferrarien sis.in tertia col. extra de constitu.vbi plenè tractat,quod à solitis bonum est argumentum.Gab.Sar.

*52* *Colonus.*

*1 Coloni,qui faciunt cultiuari agros per inexpertos, tenentur dominis,si ex hoc agri fiant deteriores.*

1 COloni, qui faciunt laborari & cultiuari possessiones, & arbores p indoctos,ineruditos,& nõ expertos cultureꝙ,si prædia ex hoc effecta sint deteriora, tenẽtur dominis,quia imputandum est ipsis colonis,cur ineruditos miserint ad culturam.iste est tex.hoc directè probans secundum Bar.ibi,in l.1.C.de mancip.& colonis patrimon.lib. 11.quod no.contra colonos.

*53* *Citatio.* *III.*

*1 Citatio de comparendo potest fieri per nuntium absque literis. fallit si citentur clarissimi.Et quid si quis citetur,vt ostendat iura sua?*

1 LIcet citatio de comparendo posset fieri per nuntium absque literis,vt in l.si interpellatur.§.1.ff.de arbit. & tetigit Bartol.in l.Palatinos.C.de collat.fund.fisca.lib.11. & in l.missi.C.de exacto.tribu.lib.10.tamen hoc fallit in clarissimis,nam citatio facta illis nunquam valet, nisi fiat per scripturam.singularis est casus in l.quoties.C.de digni. lib.12.& ratio reddi potest,quia iura deferunt dignitati. optime facit c.quia pontificiali.de offi.deleg.lib.6. & ca. quam periculosum.de senten.excommu.eo.li.facit quod voluit Bal.in l.quicunque.C.vbi senat.vel clarissi.&.l. milites.C.de quæstio.Sed quæro,quid si citor te, vt ostendas iura tua,an valeat talis citatio,siue ego citans sim priuatus siue in dignitate constitutus? dic quod non valet,sed est ipso iure nulla,quia tex.iuris est,quod nemo debet cogi ostẽdere titulum suæ possessionis.l.cog.C.de petitio.hęredit. ita dicit Bar.per illum tex.in l.1.C.de cõduct.& procurat. siue acto.prædi.fisc.& domus august.li.11.ego adduco ꝙ legitur & notatur in c.1.de.probationib.vbi quis non tenetur edere instrumenta,& iura sua contra se,facit l.nimis C.de testib.& l.qui accusare.C.de edendo:& 4.quæst.3.§. qui intendit.cum similibus.

ADDITIO.

Iaſ.præceptor meus in §.quadruplũ.in 3.col.Insti.de actio.& Feli.in c.1.in 6.col.extra de iudi.Gab.Sar.

*54* *Custodia*

*1 Iudex si præcipiat aliquem detineri sub custodia, an debeat mitti in carcerem?*
*2 Carcerare aliud est,& aliud custodire. & an carcer detur ad pœnam de iure ciuili,& quid de iure canonico?*

1 IVdex precipit quod aliquis detineatur sub custodia,an debeat mitti in carcerem? dic quod non.gl. habes quam ad hoc reputo celebrem,in leg.agens.C.de decurio.libro. 10.vbi dicit,quod aliud est mittere in carcerem, & aliud sub custodia detinere.& hoc voluit ibi Bar.& facit secundum eum l.2.C.de exact.tribu.lib.10.Et ex hac l.infertur
2 & notari potest,quod t carcerare aliud est,& aliud custodire. Tex.videtur in contrarium in leg.aut damnum.in §. solent.ff.de quæstionib.vbi carcer.fit ad custodiam.ad idẽ leg.1.ff.de priua,carceribus & leg.incredibile.C. de pœnis.quod est verum,vbi est pœna certa pro delicto,secus vero vbi nulla esset certa pœna,quia tunc diceretur carcer ad



cer ad pœnam,non ad custodiam.te.in l.senatus. ff. de iniur.& in l.1.§.fin.ff.de aleato. & Bart.in dicto §.soient. & in l.imperium.ff.de iurisdictione omnium iudic. Cy.& in l.1.C. de infamib. Et quid de iure canonico? dic quod ad pœnam.tex.est in c.quamuis.de pœn.lib.6.& vide Ludo. Rom.in sing.711.incip.tu scis quod de iure ciuili.

ADDITIO.

Adde quæ latè scribit do.Hippol.de Marsi.in practi.crimi.in §.attingam.nu.26. Gab.Sar.

*55* *Conditio personæ.*

*1 Promissio regulatur secundum qualitatem personæ,cui promittitur.*
*2 Maritus legans vxori lectum,intelligitur de viduali.*
*3 Sartores non possunt accipere profactura vnius clamidis,nisi vnum florenum.*

1 ALiquis promisit mihi facere vestem, seu clamidem, an sufficiat,quod dem illi vnum florenum? Bart.per tex.iuncta gl.sua in l.fortissimis.C.de mili.veste,libro.12. dicit,quod debet considerari conditio personæ,nam si ꝙ mittitur secundum eum vni militi,vel vni doctori,debet esse maioris pretij,secus si alicui vili personę.optimè facit l.plenum.§.equitij.& quod voluit ibi Bald.ff.de vsu & ha
2 bi.Maritus legauit t vxori suæ lectum, an intelligatur de serico? dic quod non,sed de viduali.quia verba debent intelligi secundum conditionem personę, cui diriguntur. & vide tex.& quod voluit ibi Bal.in l.ex militari.ff.de testa.milita.& quod voluit Bar.in l.codicillis.§.instituto filio.ff.de legat.2.& quod voluit Pet.de Anch.in c.solitę. de maio.& obedien.& do.Abb.in c. Raynutius.de testa.vbi dixit,quod verba sunt intelligenda secundum qualitates ꝙ sonarum,inter quas proferuntur.& alle.c.magnę.de voto & vot.redemptione.& capi.requisisti.de restam.vbi ponderatur,an relictum fiat à consanguineo, an ab extraneo. & vide gl.in c.deinde.26.distin.c.cum sim.Et nota vnum
3 contra sartores, t vt non possint pro factura vnius clamidis accipere,nisi vnum florenum.ita colligit Bar. in argu. in dicta l.fortissimis.& vide gl.notabilem Instit.de rerum diuisio.§.cũ ex aliena,quę dixit,quod valet consequentia, fartor,ergo fur.Adde ꝙ voluit Bar. in l.1.in 2.col.in prin. ff.ad legem Falcid.vbi dixit,quod verba debent intelligi secundum qualitatem personæ,ad quam referuntur.alleg.d. l.plenum.§.equitii.& l.si quis exhęredato.ff.de iniuto ru. & irrito testamen.& vide Bal.in authen.ex testamento.C. de collatio.vbi idem quod in d.§.equitii.& idem in l.pen. alias fi.C.de leg.In contrarium vide Bart.in l.librorum.§. fin.ff.de leg.3.per illum tex.& in l.fi.§.vxori.ff.de auro & argẽ.leg.& in l.stratum.ff.de verb.sign. adde etiã quod voluit Inno.in c.pastoralis.de donatio.& ibi Ab.in fi.& no: in c.fi.de offic.Archi.facit quod voluit Geminia.in c.legitima.in ver.recognoscant.de appel.lib.6.

ADDITIONES.

Adde plene de materia per Feli.in c.causam quę.in 12.col.de rescrip.& in c.cum quę.in fi.de re iudi. Faciunt quæ dicit Iaſ.in l.1.in prima col.C.de leg.vbi ponit istam decisionẽ de certo legato vxori.

Conditionem personę esse inspiciendam scribit latè Barth. Chassæn.in commentar.consuetu.Burgund.in rubri.11. in §.*Seigneur quand.*in verti.*& sur iceux les frais*.in fin.& Hierony.Cagno.in l.quoties idem sermo.ff.de regulis iuris.Gab.Sar.

*56* *Consuetudo.*

*1 Officiales quãdo creantur,debet mos antiquus seruari,alias electio est nulla.*

1 VBicunque t creantur aliqui officiales,debet mos antiquus seruari,alias creatio seu electio est nulla. casus est in l.actuarios.C.de num.& chartu.lib.12.dicit ibi Bar. no.hic casum,quod syndicus creatus non cõgregata vniuersitate ad sonum campanę,vel alio sono, vel non congregata in loco vbi alias consueta fuerat cõgregari, vel nõ congregata de mandato superioris,prout consueuerat,nõ dicitur legitime ordinatus.& dicit ita de facto se obtinuisse per dictam.l.actuarios.

ADDITIONES.

Contra istud singulare faciunt ea quæ dicit dominus meus do.Io.in l.vniuersis.C.de precibus Imperato.offeren. & in l.1.in 2.col.ff.de legibus.Felin.in ca.cum dilecta.in 18. col.de rescriptis.

Vide Bart.Chassæ.in comm.consuet.Burg.in 1.rub.in versi. *mesſiers & sergens.*nu.7. faciunt ea quæ ad hoc cumulauit diffusè Didac.Segura in repe.l.3.§.fi. nu.31. cum multis sequen.ff.de li.& postu.& quę ibi addidit Didacus Perez. Gab.Sar.

*57* *Citatio.* *IIII.*

*1 Citatio in criminali quomodo debeat fieri?*

1 NOta modum citandi cum debeat ferri sententia contra absentem in causa criminali,quod debeat fieri cõminatio,quod nisi citatus infra talẽ terminum veniat, feretur sententia condemnatoria contra eum,non ergo sufficit ipsum citari simpliciter ad audiendum sententiam, sed quod veniat,alias sententia feretur contra ipsum.glo. habes notabilem in l.si apparitor.C.de coarctatibus principum.lib.12.quam sequitur ibi Bar.& idem dicit in ciuili vbi lite non contestata potest ferri sentẽtia, vt si quis est absens,quod debeat fieri comminatio loco predicto,alias non nocebit,secundum eum. Ego dico,quod iste modus citandi seu monendi optimè probatur in c.tum ex literis. ad finem.de in integrum restitu.& illum tex.ad hoc proposito à nemine vidi inductum.

*58* *Compromissum.* *II.*

*1 Solennitas iuris ciuilis censetur sublata,si dicatur,quod possit procedi nulla iuris solennitate seruata.Sed ea quæ sunt de iure naturali,remanent. Et an per hoc verba auferri possit defensio? & an examinari possint testes nulla parte præsente,& sine iuramento,& diebus feriatis, & an admitti possint inhabiles? Et an procedi possit sine citatione?*

1 FVit factum compromissum in quendam,vt posset procedere nulla iuris solennitate seruata,quid importẽt, ista verba? dic quod tollitur omnis solennitas iuris ciuilis, ea vero quę sunt de iure naturali remanent, nam si de iure naturali,vel diuino in ore duorum vel trium stat omne verbum.cap.cum esses.ca.relatum.de testa.c. licet vniuersis.cap.in omni negotio.de testi.sufficit quod res constet per duos testes,etiam si esset maleficium.l.1. & diuus.ff. de testamen.mili.& l.Lucius.eodem titu.Et an possit auferri defensio per verba prædicta? dic quod non, cum defensio sit de iure gentium.le. vt vim.ff.de iusti.& iure.& no.in l.pactum.ff.de pact.in gl.magna.& est tex.rotundus & expressus in clemen.pastoralis.de re iud.& de hoc vide Bar.in l.filiusfamilias.ff.de donatio.Et an per prædictam clausulam possint examinari testes nulla parte præsente, & sine iuramento,& diebus feriatis,& possint admitti p sonæ inhabiles prætextu dictorum verborum? vide eundem Bar.in dicta l.filiusfamilias.ff.de donatio.Ego addu co tibi Lud.Roma.in repet.rubricæ.ff.de arbi.in 7.col.& Bar.in l.1.ff.de testa.mili.& in extravaganti,ad reprimendum.super verbo,videbitur.Et an prætextu talium verborũ iudex possit procedere sine citatione? vide ibi per cũ. & vide Dominum meum domi.Andræam, in c.1.de cõstitu.vbi loquitur de clausula,;prætermissa obseruatione legum.& de primo dicto vide Dominum Abba.in c.dilecti.de iudi.& ibi etiam Domi.meum.

ADDITIO.

Illa clausula,sine solennitate iuris, quid operetur? vide domi.meũ Iaſ.in §.bonæ fidei.vbi infinita dicit in 4.& 5.col. Institu.de actio.& ad istud,quod non est sublata inhabilitas iuris naturalis,vide Feli.in c.sollicitatus.in 3.col.extrà de rescrip.& de hac clausula per eundem Feli.in cap.1.in 16.& 17.col.extra de constitu.

*59* *Conductor.*

*1 Equus conductus ad nauim,si à conductore ligno percussus perit*

*reat, ad conductorem periculum ſpectat, & quid ſi eum percutiat calcaribus, vel flagello?*

1 ALiquis conduxit equum, & vtambularet, percuſſit eum ligno, vel fuſtibus, adeo quod ex illa percuſsione equus eſt deterioratus, quæritur quid iuris? & dic quod ad conductorem ſpectat periculum, quia non debuit percutere eum cum ligno vel fuſte. Sed ſi percuſſiſſet eum cum flagello, vel calcaribus, & caſu equus eſſet mortuus, aut etiam deterioratus, tunc non ſpectaret ad eum periculũ, q ia licitè potuit equum flagello, vel calcaribus cædere. ita ſingulariter colligit. Bar. per illum tex. in l. 1. in ver. non lignis, vel fuſtibus. C. de curſu publi. vel angar. lib. 12. quod no. perpetuo, quia quotidie accidit in facto. & ratio reddi poteſt, quia equus ſeu ſimile animal, ſolicitari & percuti ſoletcum calcaribus, & flagellis, & non cum lignis, & attendi debet id quod conſueuit fieri. argumen. eorum quæ leguntur & notantur in l. excepto. C. loca. & l. ſi prius. §. recte. ff. de aqua pluuia arcen. cum ſimilibus.

ADDITIONES.

Facit etiam, quia inſolita arguunt dolum. gl. in l. quæ ſub conditione. ff. de conditio. inſtitu. & in cap. quanto. extra de crimin. falſi.

Vide Hierony. Cagol. in l. contractus. numero. 65. ff. de regulis iuris. Gab. Sar.

60 *Contractus.*

1 *Modus appoſitus in omnibus contractibus, ſi ſit cauſa finalis contractus, poteſt agi ad reuocationem ſi modus non ſeruetur, ſecus ſi non ſit cauſa finalis, quia tantum eo caſu agitur ad obſeruantiam. Et an modus in donatione eccleſiæ cõſetur cauſa finalis, necne?*

1 IN omnibus contractibus tam nominatis, quam innominatis, ſi modus appoſitus fuerit finalis cauſa contract⁹ poteſt agi ad reuocationem, ſi modus non ſeruetur, vt eſt tex. in l. cum te fundum. C. de pact. inter emp. & vendit. & in l. 1. C. de dona. quæ ſub modo. Si autem modus non fuit finalis cauſa contractus, tunc nõ agitur ad reuocationem. ſed ad obſeruantiam modi. & ita videtur intelligi tex. in l. ea conditione. C. de reſcinden. vend. Sed reſpectu donationis factæ eccleſiæ ſemper debet præſumi, quod modus non ſit cauſa finalis contractus, & ſic ex non obſeruantia modi nõ reuocabitur donatio facta eccleſię, niſi ſit dictũ in donatione, vt poſſit reuocari. tex. in. quem alibi neſcit do. Abb. in cap. verum de condi. appo. Et ratio ſecundum eum ibi, quia donãs eccleſię ſub modo, videtur principaliter donaſſe propter deum, & pro remedio peccatorũ ſuorum, arg. c. requiſiſti. de teſtamẽ. agetur ergo ſolum ad implementum, niſi ſit dictum, vt poſsit reuocari. Ego limita rem iſtud dictũ do. Abb. procedere, vbi in dubio eſſemus, quia nullo modo appareret de mente donatoris, vt eo caſu præſumatur donaſſe propter deum, per iura per eum allegata. ſed vbi ex verbis teſtatoris, ſeu donatoris poſsit conijcturari mens, quod donauerit ex alia cauſa, tunc ex non obſeruantia modi reuocabitur, ac ſi expreſsè dixiſſet, vt reuocaretur, nam non dicitur expreſſum ſolum iſtud, quod apparet ex verbis expreſsis, ſed etiam dicitur expreſſum, & euidens, quod ex coniecturis reſultat. ad hoc bonus tex. in l. licet imperator. ff. de leg. 1. l. ſi quis locuples. ff. de manumiſ. teſtamen. quod nota perpetuò.

ADDITIO.

Vide Didac. Couarru. lib. 1. variarum reſolutio. c. 14. num. 6. Gabri. Sar.

61 *Clauſula.* III.

1 *Lex vbi diſponit, & opponit clauſulam decreti irritantis, cõſenſus priuatorum non poteſt diſponere, quod actus aliter factus teneat.*

1 VBicunque lex diſponit, & opponit clauſulam decreti irritantis, conſenſus priuatorum non poteſt diſponere, quod actus aliter factus teneat. dictum eſt Innocen. quod communiter reputatur ſingulare in capi. dilecto. de præbend. refert & ſequitur Domi. meus in cap. prudentiam. §. addicimus. de officio delega. & in pleriſque locis alij ſcribentes.

ADDITIO.

Adde quod dixit do. Iaſ. in l. dedi. 1. §. idem erit. ff. de condic. ob cau. quod in contractibus innominatis factis piæ cauſæ cauſa non ſecuta, non eſt locus pœnitentiæ. & vide quę dicit idem Dominus meus Iaſ. in §. ex maleficijs in 11. col. Inſtit. de actio. Gab. Sar.

62 *Contumatia.* I.

1 *Iudex ob nimiam rei contumaciam, poteſt mandare quod actor miſſus in poſſeſsionẽ cauſa cuſtodiæ, licite percipiat fructus, & illos faciat ſuos.*

1 IVdex propter nimiam contumaciam rei poteſt mandare, quod actor miſſus in poſſeſsionem cauſa cuſtodię, lucretur ſibi fructus, & illos faciat ſuos. tex. eſt ſingula. in l. Fulcinius. §. fina. ff. ex quibus cauſis in poſſeſſ. eatur. vide ibi Bart. & alios. & notatur in cap. contingit. de dolo & cõtuma. & in c. quoniam frequenter. §. penultimo. vt lite non conteſta.

ADDITIO.

Dominus meus do. Iaſ. in l. prætor ait. in prin. ff. de noui ope. nun. & Feli. idem dicit in c. tranſlato. in 1. & 2. col. extrà de conſti. neſcio quis illorum furatus fuerit alteri, quia ſunt quaſi verba formalia. Gab. Sar.

63 *Contumacia.* II.

1 *Remiſsio etiam in cauſa ciuili fit ob nimiam cõtumaciã rei.*

1 LIcet in cauſa ciuili non ſit locus remiſsioni, tamen propter nimiam contumaciam reus remittitur. text. eſt ſing. ſecundum Bal. ibi, in l. conſentaneum. C. quomodo & quando iudex. refert & ſequitur Do. meus in repetitione c. Raynaldus. de teſta.

ADDITIO.

Adde plenè per Hippol. de Marſi. in practi. crimi. in §. oppor tunè. nu. 34. multa ſimilia, vbi quis propter contumaciam & contemptum punitur, per Bar. in conſi. 6. col. 5. vol. 1. & illum tex. dicit etiam ſingularem Abb. in c. quoniam. §. in alijs. col. 2. extra vt lit. non conteſta. Gab. Sar.

64 *Contumacia.* III.

1 *Iudex propter nimiam contumaciam poteſt denegare contumaci audientiam in omni ſua cauſa.*

1 IVdex propter nimiam contumaciam poteſt denegare contumaci audientiam in omni ſua cauſa. tex. eſt ungu. & vnicus, in l. ſed ſi per prætorem. §. ſed ſi dum decreto. ff. ex quibus cauſis maior. in integrum. de quo fecit teſtum. Dominus meus vltra alios in c. Raynaldus. de teſtamen.

ADDITIO.

Aduerte etiam, quia nõ ſoluit in vna cauſa, ſed etiam in omnibus donec ſatisfecerit. ita Iaſ. in l. faccimus. col. 1. C. de iudic. & quod poſsit iudex denegare audientiam propter contumaciam iudicis, Iaſ. in l. 1. §. ſed & ſi is cui. & in le. ſi prius. col. 10. ff. de operis noui nũtiatio. Adde Bar. Chaſſæn. in commentar. conſuetud. Burgund. in prima rubri. in ver. *s'il n'a grace.* nu. 61. Gab. Sar.

65 *Contumax.*

1 *Contumax poteſt à iudice excommunicari.*

1 IVdex poteſt excommunicare contumacem. ſingula. eſt gl. apud leges, in l. in actionibus. ff. de in litem iuran. cum quelibet contumacia, etiã minima, ſit digna excõicatione. ſingul. eſt gloſ. in cap. duo. 96. diſtinctio. quam reputauit ſingula. domi. Abb. in ca. ex parte. 1. de verborum ſignifi.

ADDITIO.

Vtrum poſsit excommunicari abſque noua citatione. Feli. poſt Abb. in c. 1. in 5. col. de iudi. Gab. Sar.

66 *Correctio.*

1 *Lex quoties ꝑ parte approbatur, & pro parte nõ, illud verbis expreſsis exprimitur, & an ſufficiat fieri per æquipollens? & quid in correctione legis antiquæ?*



1 QVotiescunq; approbatur lex pro parte, & pro parte non, illud exprimitur verbis expreſsis. tex. habes vnicum & ſing. ſecundum Bald. ibi, in l. 1. §. fin. C. de lati. liber. tol len. & gl. ibi multũ celebris dicit, quod ſcriptura pro ꝑte tenet, & pro parte non. de quo tex. cum glo. & Bald. facit feſtum Ludo. Roma. conſi. 55. & facit quod voluit Bar. in extrauagandi. ad reprimendum. in verſi. non obſtante & quod voluit gl. in authen. de hered. ab inteſta. §. non obſtã tibus. & tex. melior de iure in l. fin. C. de indi. vidui. tollen. quem tex. ita allegauit Ludo. Roma. in repetit. authen. ſimiliter. C. ad legem Falci. ad hoc quod vbi lex noua corrigit legem antiquam, opus eſt quod de ea expreſſam fecerit mentionem. ſed Bar. in l. 1. ff. vi bono. rapto. dixit ſuffi cere quod exprimatur per æquipollens, & ſic per verba æquipollentia. vt ibi pulchre loquitur. & ſic ſentit paria ex ſe aliquid fieri verbis expreſsis, vel per æquippollens. refert, & ſequitur Domi. meus in dicto ca. Raynaldus. de teſtamen. & in repetitione rubricæ, de cauſa poſſeſsio. & pro prieta. circa finem. vbi dicit illam doctrinam Bar. in dicta. l. 1. eſſe ſingulariter notandam pro declaratione d. l. fina. quia per alios ibi non ponitur. Non obſtat ſi opponatur de c. 1. de conſtitut. lib. 6. vbi iuriſtator condens conſtitutionem poſteriorem noſcitur, & videtur reuocare priorem, cum de ea nulla ſit facta mentio, & licet iſtud contrarium ſit difficile, quia correctio non ꝓſumitur, niſi exprimatur. l. ſancimus. C. de teſtamen. l. præcipimus. C. de appellatiõ. tamẽ do. meus in prallega. loco rubricæ, de cauſa poſſeſſ. & proprieta. dat egregium reſponſum, quia aut quæritur ſi lex noua non faciat aliud, niſi quod corrigat legem antiquam, & tunc debet fieri mentio de lege antiqua expreſſe, vel per verba æquipollentia, & ita procedit d. l. fin. & qđ voluit Bar. in dicta l. 1. ff. vi bono. rapto. Aut lex noua ſtatuit contrarium, tunc videtur tollere legem antiquam, & certe illius contrarii ego fui cauſa, quia in deſcenſu cathedræ illam oppoſitionem feci.

67 *Cancellatio.*

1 *Relictum ad pias cauſas repertum in vltima voluntate cancellatum, iuris præſumptione cenſetur cancellatum ſine teſtatoris intentione.*

1 RElictum ad pias cauſas repertum cancellatum in vltima voluntate, iuris præſumptione inconſulte, hoc eſt abſque teſtatoris intentione, cancellatum cenſetur. igitur eſt debitum. de hoc eſt caſus ſing. in libertate loquens, quẽ Bar. ibi, & recte, extendit ad pias cauſas. in l. proximè. in fi. ff. de his quæ in teſte. delen. refert & ſequitur Ludo. Rom. in repetione authen. ſimiliter. in 17. col. C. ad legem. Falci.

ADDITIO.

De libertate enim ad pias cauſas, bonum eſt argumentum. Iaſ. in l. quidam æſtimauerunt. col. 4. ff. ſi cer. pet. Gab. Sar.

68 *Cardinalis.*

1 *Cardinalis liberat à morte reum obuium, qui ad ſupplicium ducitur, & hoc ſit ſimpliciter verum?*

a DIxit Bald.ª in l. addictos. C. de appellatio. quod Cardinales habent priuilegium inductum à cõſuetudine, ꝙ

1 ſi quis ducitur ad mortem, & alicui eorum obuiat, poteſt talis, cardinalis eum liberare à morte. & hoc ſimpliciter ſequitur Marti. Lauden. in tracta. de Card. conclu. 48. Sed dicit Bal. quod illud priuilegium eſt contra illam legem q̃ dicit quod addictos ſupplicio, & condemnatos nulli per vim aut vſurpationem vendicare, ac tenere licet. idem dicit l. addictos. C. de epiſc. audien. Pro cuius dicto facit rõ, nam conſuetudo, quæ dat materiam delinquendi non debet valere. argu. l. conuenire. ff. de pactis dota. & c. quanto de diuor. & c. erit autem lex. 4. diſtinctio. ſed hæc conſuetudo daret materiam delinquendi, quia homines fierent auditiores ad delinquendum, ergo. Item quia delicta nõ debent remanere impunita. l. ita vulneratus. ff. ad legem, Aquil. cap. vt famæ. in fine. de ſenten. excommu. maximè quia hoc priuilegium non habet Ieſus Chriſtus ſecundũ gloſ. in c. quæſitum. 13. quæſtio. 2. quæ voluit, quod non debet retardari mors condemnato, licet illo die acceperit euchariſtiam. vnde dicit illa gl. quod eccleſia ſolum habet hoc priuilegium, quod quis fugiens ad eam ſit tutus. & de illa gl. mentionem fecit Ludo. Roma. ſing. 339. vbi quæſiuit an videſ corpus Chriſti ire per ciuitatem, ſi eſt ample xus ſacerdotem illud portãtem poſsit capi licitè. & dicit quod hanc quæſtion. habuit de facto in ciuitate Vrbini, & videtur ſequi illam gl. Hoſtien. tamen in ſumma de imꝑmu. eccle. in 7. col. tenet, quod non poteſt ca. plus ibi ſubdit, quod carcerati, qui ex delicto mori debent, non debẽt mori illo die, in quo aſſumunt corpus Chriſti, ſed expectari debet dies ſequens. Sed contrarium hic Bononiæ ſeruat conſuetudo. & contra Hoſtien. facit prælegata gl. Doc. tamen in c. ſanè. de celebra. miſſa. communiter tranſeunt cum opin. Hoſtien. videlicet quod fugiẽs ad corpus Chriſti, ſit immunis & liberatus. vide ibi per eos. Hoc habuit in voce à domino meo dom. Troylo de Maluitijs, & vide etiã domi. Ioan. de Imol. in clemen. 1. de pœni. & remiſſ.

ADDITIONES.

a Dixit Bal. Adde Cæpol. cautel. 2. in prin.

Vide quæ no. Hippoly. de Marſi. in rubi. ff. de falſ. nu. 13. & Ro. ſing. 339. & ibi in addito. & late per Tiraquel. in tracta. de pœnis temperãd. aut remittẽd. cauſa 55. & Pe. Duẽę nam in regula 81. incipien. Cardinales ex conſuetudine. Gab. Sar.

69 *Conſenſus.*

1 *Agnatorum conſenſus ſi in matrimonio pupillæ à ſtatuto requiratur, & ipſi ſine cauſa aſſentire nolint, an compelli poſſint à iudice ad conſentiendum?*

1 STatuto cauetur, quod nullus contrahat matrimoniũ cum pupilla, ſeu cũ minore 25. annis, ſine cõſenſu duorum agnatorum ipſius puellæ, ſi agnati requiſiti ſine cauſa denegant præſtare conſenſum, poteſt adiri ſuperior, vel vt ipſe det licentiam cauſa cognita, vel vt compellat cognatos ad conſentiendum. optimè facit ad hoc bonus tex. in c. nullus. de iure patrona. & quod voluit ibi do. Ab. & vide eundem in ca. relatũ. de cleri. non reſiden. hoc idẽ ſentit in ca. 1. de rerum permuta. & videtur hoc de mente Bar. in l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. ff. ſoluto matrimo. & in l. fin. C. de bo. quæ libe. & in l. tranſactione. C. de tranſact. & in l. turpia. §. 1. ff. de lega. 1. & vide Bal. in dicta l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. in l. in copulandis. C. de nup. & vide Ludo. Roma. in conſi. 35. facit in argu. l. multa non committitur. ff. de condi. & demõſtratio. & hoc voluit dominus meus dominus Andræas in ca. ex parte. de accuſatio. in additio. & vide quod voluit domi. Abb. in ca. auaritiæ. ad finem. de præbend. & in c. quod dei timorem. de ſtatu monachorũ. vbi in terminis ponit iſtã quæſtionem. & allegat Bar. in dicta l. ſi cum dotem. & ſecundum eum. idem Bar. videtur hoc ſentire in l. cum non ſolum. C. de bo. quæ libe. & de materia allegat Bal. in d. l. in copulandis. & pro certo miror, quod Moderni non viderint, do. Abb. in d. c. quod Dei timorem, & domi. Petr. de Anchar. in repetio. c. canonum ſtatuta. de conſtitu. in 39. charta. vide de hoc.

ADDITIO.

Ibi, Vel vt compellat cognatos, &c. Vide Bartho. Caſſæn. in commentar. conſuetud. Burgũ. in 6. rubri. in *§. entre gens nobles*, in verſ. *du conſentemnent de ſes parens.* in prin. & latiſsimè tradit Io. Bap. Plot. in repeti. l. ſi quando. C. vnde vi in §. & prædicta. nu. 37. verſi. & quod plus eſt. Gab. Sar.

70 *Conſilium.*

1 *Conſilium alicuius ſi in aliquo actu requiratur, an actus poſſit fieri eo non habito?*

2 *Actus vbi debet exerceri per certam perſonã, & ſub certa forma, licet recedat à perſona, nõ videtur receſſum forma*

Quando

a QVando aſ in aliquo actu requiritur cõſilium alicuius,
1 an poſsit fieri eo non habito? recurre ad Bar.in l.1.§. ſi plures vbi plene de hoc.ff.de exercit.& ad Trebellianũ in rubri.& adde Cyn.& Richardum Malumb.in l.idem.§ ſi quis ea.ff.manda.& per eundem Cyn.in l.quidam decedens.ff.de excuſatio.tuto.in additio.& per Canoniſtas in c.cum in veteri.& in c.ne pro defectu.de elect.& in c.cũ olim.de arbitris.& per dominum Abb.& dominum meũ
b in c.ex parte.de conſtitu. Vnum tamen ſingul.memoriæ
2 commendandum tibi trado,quod vbi actus debet exerceri per certam perſonam,& ſub certa forma licet receda tur à perſona non videtur receſſum à forma. pone exem plum,teſtator mandauit executori,quod diſtribuat bona ſua in pauperes,ſecundum conſilium guardiani ſancti Frãciſci,ipſe executor negligens fuit infra annum ad exequẽdum voluntarem teſtatoris,deuoluta eſt poteſtas ad epiſcopum,per l.nulli.C.de epiſcopo.& cleri.& c.nos quidẽ. de teſta.& quod vtrobique no.in l.id quod pauperibus.C. de epiſco.& cleri.tamen epiſcopus tenetur ſeruare formã, quia debet exequi ſecundum conſilium guardiani,quia licet ſit receſſum à perſona executoris,tñ nõ eſt receſſum à forma.Iſtud fuit ſingulare dictum Bald.de Perufio in l.ſi pupillã.C.ſi manci.ita fue.alie.quem refert & ſequitur domi nus meus do. Barbatia in ca.dura.de crimin.fal.qui dicit eſſe ibi caſum pro illo dicto Bald.in ver.iuxta preſcriptã formam.vbi probatur,quod licet perſona magnæ authoritatis poſsit recipere literas apoſtolicas.tamen debet recipere ſecundum formam ibi preſcriptam,& ſic licet ſit receſſum à perſona,vt dixi,tamen non eſt receſſum à forma Ego dico hoc etiam probari in clemen. vna de ſuppleu. negli.præla.vbi ſi collatio beneficiorum ſpectat ad inferiores ab epiſcopo,& per negligentiam deuoluatur ad epiſcopum,ipſe epiſcopus tenetur conferre illa beneficia illis perſonis.quibus tenebantur conferre ipſi inferiores prælati.& illos duos tex.ſic inductos ne obliuioni tradas. vide de hoc Io.And.in c.publicato.& ibi do.Abb.poſt alios de elec.& vide do.meũ Bar.in c.venerabili.de of.dele.in 5. col.vide Ab.in c.poſſeſſiones.de reb.eccle. nõ alienã.in fi.

ADDITIONES.

a Quando.vide do.Iaſ.in l.1.col.7.C.qui admit. & Felin.in c.cum acceſsiſſent.col.9.de conſtit.Faciunt quæ dicit idẽ Iaſ.in l.bonorum.col.3.C.qui admit.& in l.ſi infanti. per illum tex.C.de iure delibe.

b Vnum tamen.vide domi.Iaſ.in l.ſi eum.§.qui iniuriarum col.4.ff.ſi quis cautio.Feli.in c.cũ dilecta.col.14.de reſcri. Adde quę plenè notat Rubuff.in tractatu nominationum,in 8.q.nu.17.verſi.& idem ſi patronus. Gab.Sar.

*71* *Communitas.*

1 *Communis ſi ſit domus inter fratres,quorum alter ſuperiorẽ partem poſsidet,alter inferiorem,ſi ex ſtatuto ob fratris delictum inferior pars ſit deſtruenda,an tota domus deſtrui debeat?*

1 DVo fratres habent domum,vel turrim communem quorum vnus partem ſuperiorem,alter inferiorem poſsidet.& ratione ſtatuti venit deſtruenda domus habẽtis partem inferiorẽ,an debeat deſtrui tota domus. Variæ ſunt opiniones,ſed inter cętera eſt vna ſatis æqua opinio vt cõmutetur illa pœna in aliam.ar.eorum quæ nõ.in l. quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his qui no.infa.cum ſim. & p conſequens domus non eſt deſtruenda.& pro hac q ſtione optimè facit tex.in c.ſuper ſpecula. de priuilegijs. vbi domi.Abb.poſt alios doct.colligit ex illo tex.quẽ puniri ratione vicinitatis ſine culpa ſua.pro qua quæſt.vide Bar.Brixien.in quæſtio.Venereal.44.& vide gl.de pœn. diſtinct.2.c.ſed & continuo & Io.And.in dicto ca.ſuper ſpecu.vbi ponit tres opiniones,vt ibi per eum per Archi. in c.felicis.de pœnis,li.6.& per Io.And.in rub.de pœnis. alias de iniuriis,in additio.ad Spec.& per Bar.in l.Atteius. §.fi.ff.de aqua plu.arcen.vbi ponit alias opin.& inter cęteras illam,quam prædixi,& vide eundem Bart. poſt Dyn. in l.non amplius.§.fi.ff.de leg.1,in fi.& in l.cum alicui.ff. de neg.geſt in l.ſtipulatio,§.1.ff.de noui operis nuntia.vbi videtur eſſe tex.vide ibi Moderniores.& per Cy.in l.filiũ quem habentem.C.fami.erciſcun.per Bal.in l.& ſi ſeuerior.C.de infam.& in l.2.C.in quibus cauſis ſerui pro prę mio liberta.accip.Et concludendo tene prædictam opinionem,quæ videtur æquior,& communiter,tenetur. Et quod domus tàlis,ſeu turris non debeat deſtrui,ego in ſimili adduco tibi tex.ſingu.in l.ſi communem.ff.quema dmodum ſeruit.amit.facit quod voluit Bar.per illum te. in l.precipimus.C.de appellatio.& quod voluit Ba.in c.1. in ti.quibus mod.feu.amit.vbi dicit,duo fratres habent feudum in communi,quidam eſt demeritus & ingratus, alter gratus & meritus,dicit quod reſpectu fratris meriti demeritus non amittit partem feudi,& hoc ratione communitatis,& mixturæ,& quod voluit idem Bald.in l.imperator.ff.de ſtat.homi.& facit tex.valde ſing. ſecundum Dy.& Bart.in l.ſi is qui duos.ff.de liber.lega. & quod voluit Petr.de Anch.in c.vnico.de iure patronu.lib.6.& do. Cardi.in c.Io.de teſtamen.& ibi vide plene per dominũ, meum do.And.Barbatiam.& quod voluit do.Abb.in ca. fi.de iure patron. & Feder.de Senis conſi.63.

ADDITIONES.

Vide dominum meum do.Iaſ.in l.1.in 1.col.C.de tranſa.& eundem audiui in voce addentem duas deciſiones Bar.ad illam ampliationem dicendo,quod nunquam in cõſilijs & lecturis dimiſit vnam deciſionẽ Bar.ſed pro certo hoc caſu non allegat Bar.in l.qui iuriſdictioni præeſt.in fi.ff. de iuriſ.om.iu.& de hac materia vide Feli.in c.1.de pſcri.
Idem tenet.Hippol.de Marſi.ſing.180.Tiraquel.in tract.de vtroque retractu.fol.246.nu.31.& facit l.ſi communem. ff.quemadmodum ſeruit.amit.c.penul.de appel.gl.fin.in c.1.de iure patrona.lib.6.Bar.in l.1.C.ſi in communi eadem que cauſa.nu.6.& in l.Atteius.§.1.ff.de aqua plu.arcen.Roch.de Curt.de iure patrona.in verb.ius. nu.15. Et Gomes Arianus in l.7.nu.54.in legibus Tauri.Hippo.in conſi.67.nu.62.verſi.prætetea reſpõde.præceptor meus Alcia.in l.2.in princ.verſi.punctus.nu.38.ff.de verb.obligatio.& Cagnol.in repetitio.l.diem functo.num. 197.ff. de offi.aſſeſſ.& in l.ſi emancipati.nu.103.C.de colla.& ali quid per Didac.Seguram in tract.de bonis lucratis conſtãte matrimonio.inter maritum & vxorẽ.nu.26.Ga.Sa.

*72* *Committo.*

1 *Mandans an comprehendatur à ſtatuto dicente,ſi quis commiſerit homicidium.*

1 SI ſtatutum vtitur hoc verbo,committo,puta, ſi quis commiſerit homicidium,ex proprio ſignificato comprehẽditur mandãs,& fieri faciens.iſtud fuit ſing. dictũ Sali.in l.non ideo minus.in 13.col.in ver.& hæc iura niſi verbũ adiectũ.C.de accuſa.& dicit iſtũ eſſe vnũ intellectũ ad c.mulieris.de ſenten.excõmu.alleg.tex.& gl.& do.ſuũ Richar.de Salic.in l.& ſi amicis.ff.ad legem Iul.de adult. et gl. & do. ſuum in l.nõ dubiũ.C.de l.& cũ illo dicto trã ſiuit Lu.Ro.in l.ſi qs ,p emptore.ff.de vſuca.refert & ſequitur do.meus,in repetitione rubricæ,de fide inſtrumẽ.in 18.col.& lõge miratur de his,q nõ viderint Albe.de Roſ. in tractatu ſtatutorũ,in 3.par.q.40.vbi refert ſe audiuiſſe dicit tũ q nõ reperit in ſubſcriptione fuiſſe dictũ Io.But. q mẽti cõmẽda. Adde Do.de S.Ge.in c.1.de te.li.6.vbi dicit,quod ſtatutum imponens pœnam committentibus delictum. includit etiam mediatores.per illum tex.

*73* *Confeſsio.* *V.*

1 *Epiſtola,qua confiteor me eſſe tuum debitorem,ſi antequam tibi præſentetur moriar,an præiudicet meis hæredibus?*

1 SI ſcribo tibi epiſtolã,& confiteor me tibi in mille eſſe debitorẽ, licet,antequã epiſtola tibi pſentet,moriar,an illa epiſtola nocebit,& piudicabit hæredib meis? Dic q nõ.ſing.ſuit dictũ Inn.in c.cũ dilectus.de ſuc.ab inteſt.q dictũ reputauit ſin.do.Ant.de Bu.in c.fi.de confeſ.et do. meus,in d.c.cũ dilectus.et in c.poſt ceſsionem.de proba.

ADDITIO



ADDITIO.

Vide Hippoly.de Marſi. in l.ſi.nu.34.ff.de quæſtio.& Pe.Gerar.in ſingu..27.& eundem Hippoly.in l.qui ſine.nu.34.ff. de quæſtio.& in l.is qui cum telo.nu.42.C.ad legem Cornelde ficar. Gab.Sa.

*74* *Confeſsio.* *VI.*

1 *Confeſsio adminiſtratoris facta per epiſtolam,ſe habere debitum alienum penes ſe,conſtitutum inducit.*

1 NOta,quod adminiſtrator confitens per epiſtolam ſeu literas debitum alienum habere penes ſe,videtur conſtituere,adeo quod tenetur actione de conſtituta pecunia. ſing.eſt tex.in l.quidam.ff.de conſtit.pecu.quem tex.reputauit ſing.Bal.in l.in fi.ff.eo.tit.& vide Ludo.Roma.in lingula.423.

*DE LITERA D.*

*75* *Defenſio.* *I.*

1 *Defenſioni renuntiare reus non poteſt in cauſa criminali,ſaltim in publico & famoſo latrone,vel in reperto in flagranti crimine,vel ſi dicat defenſiones non habere. Et de quibus defenſionibus ad id intelligatur,& an poſsit renuntiare dilationibus?*

1 REus non poteſt renũtiare propriæ defenſioni in cauſa criminali.gl.eſt ſingu.& vnica,in l.pactum quod inter hæredem.ff.de pact.& reputauit eam ſingula.do. meus in c.ſi diligenti.de foro compe.& allegauit eam Ludo.Ro. in repetitione rubricæ de arbitris.in 6.col.Quam primo limita ſecundum eum eſſe verã, niſi à publico & famoſo latrone,ſecundum Bal.in l.prouinciarum.C.de ferijs.Secundo,niſi repertus fuerit in flagranti crimine,ſecundum eũdem in l.vt vim.ff.de iuſti. & iu.poteſt.n.tunc de facto puniri.ad hoc ff.de condi.ob cau.l.penu.& per gl.in l.actus fuſtium.ff.de his qui notand.infa.Tertio limita, niſi dicat ſe alias defenſiones non habere,ſecundum gl.ſing. ſecũdum Lod.Roma.in prædicto loco,in l.1.ff.de fur.balne.quã ita notat Bald.in l.ſeruum quoque.§.publicè.ff.de procur.& Ang.ibi in d.l.pactum. Et hoc intelligit ,pcedere in defenſionibus iure naturali introductis. In alijs autẽ à iure ciuili introductis quid ſit? dic ſecundum Bal.elegãter in l.1.C. qui accuſa.non poſſunt.q aut per illas excluditur crimẽ, & tunc renuntiari non poteſt,vt in l.non tñ.ff.de appel.Aut non excluditur crimen,ſed ideo introductæ ſunt, vt reus faciliter reſpondere poſsit,& his renũciare poteſt gl.eſt notabilis,ſecundum Bal.in l.ſi accuſatoribus.C.de accuſa.in 1. gl.circa fi. Sed an dilationibus inductis à lege vel ſtatuto fauore rei pro crimine capitali detẽti renuntiari poſsit? vide Bar.in l.cuſtodias.ff.de publ.iudi.& Bal.in l.in pecuniarijs. ff.de fer.& Lud.Rom.in prædicto loco.& vide de materia primi dicti not.per do.meum poſt alios in d.c.ſi diligenti. & faciunt notata in l.ius publicum.ff.de pact.

ADDITIO.

Vide ad hoc do. Iaſ.in l.ſi quis in conſcribendo.colu.6.C.de pact.& in auth.iubemus.col.2.C.de iudic. Adde Hippol. de Marſil.in l.1.§.ſi quis vltro.num.65.ff.de quæſtio.Gabriel Saray.

*76* *Diligenter.*

1 *Verbum diligenter,exponitur ſecundum ſubiectam materiã.*
2 *Intellectus l.diuus.ff.de offi.præſid.*

1 VErbum diligenter, exponitur ſecundum ſubiectam materiã.ita dixit dominus meus in c.ſuper eo.de crimine,falſi.& in ca.ad falſariorum eod.tit.vbi dixit, q aliquando refertur ad oculum intellectus,& ad ſubtilem modum inueſtigandi. & optimè probatur ſecundum eum in c.quam graui.& in c.licet.eo.titu.& refert Bald.hoc tenere in l.1.ff.de legi, Aliquando exponitur.i.in carceribus.gl.celebris eſt in l.1.§.fin.iuncta theorica Bald.ff.de ſer.fugit.& optimè probatur in d.c.ſuper eo.in verſi.retineri facias diligẽter,vt exponatur.i.in carceribus,per gl.in d.l.1. Et per
2 iſta datur intellectus ad l.diuus.ff.de offic.præſi. Aliquando exponitur diligenter,id eſt,bona fide.l.ſi ita fuerit.ff.de manumiſ.teſtamen.& hoc voluit ibi Benedictus de Plumbi.probatur in l.Labeo.& ibi per Nicol.de Neapo.ff.de ſtatuliber.& vide do.meum,in d.c.ſuper eo.Adde Bald.in c. 1.in 5.col.de controuer.inueſt.vbi verbum diligenter,exponitur,id eſt,cauſa cognita.

*77* *Denuntiatio.*

1 *Denuntiatio de lite mota emptori,poteſt fieri venditori quoli libet tempore niſi ſit in cauſa concluſum.*

1 DEnuntiatio de lite mota emptori poteſt fieri venditori quolibet tẽpore.l.ſi rem.§.quolibet tempore.ff. de euictio.tamen ſi eſt in cauſa concluſum, non poterit fieri. elegans gl.eſt in d.l.ſi rem.§.quolibet tempore. quam reputauit ſingularem Bal.in l.2.alias ſi.C.de vſu.rei iudi. refert & ſequitur do.meus in repeti.d.c.paſtoralis. de cauſa poſſeſ.& proprieta.

ADDITIONES.

Aduerte,quia paria ſunt ſententiam eſſe latam,vel cõcurſum eſſe in cauſa, per ea quæ plenè do.meus do.Iaſ.in repeti.ſua ſolenni l.admonendi.in 24.col.ff.de iureiu. & in lectura illius legis. 10.col.& adde vnum verbum per eundem Iaſ.in l.error.in 2.col.C.de iuris & facti ignorantia.
Vide Hippol.de Marſi.in l.vnius.§.cognitũrum.nu.19.ff. de quæſtionibus. Gab.Sar.

*78* *Dilatio.*

1 *Dilatio ad producendum inſtrumenta non operatur quod teſtes poſsint produci.*

1 DIlatio data ad producendum inſtrumenta non operatur,q teſtes poſsint produci.ſingulare fuit dictũ Spe. in tit.de dilatio.§.videndum.verſi.item nota.quod dictum refert & ſequitur do.meus do. And. in repetitione rubricæ,de fide inſtrumen.in 15.col.& refert & ſequitur Bald. in l.1.C.de iura.calu.& in l.ſi ex falſis.C.de tranſactio. & in l.1.ff.e.prout refert do. meus in prædicto loco. pro quo dicto dicit eſſe caſum , ad quem nemo animaduertit, & reputat meliorem de iure in leg.1.in ver.perſona, vel inſtrumenta.C.de dilatio.quem te.literis aureis ſcribe.

*79* *Doctor.*

1 *Doctor mutuans ſcholari vt intret ſecum,committit vſurã:*

1 PRo ſolatio dico tibi vnum quod retulit Io Cald.in c.nauiganti.de vſu. & alij eum ibi ſequentes, quod doctor
2 tex mutuo quod facit ſcholari committit vſuram,ſi conte platione mutui intrat ſecum,alias non intraturus,ſi ex tali introitu aliquam vtilitatem æſtimabilem percipit doctor puta, quia propter augmentationem famæ augmentatur ſibi ſalarium,vel lucra aliundè percipit do. Abb.refert in c.1.depoſito,& dicit ſic intelligendã glo.in l.2.ff.de calum. & in l.1.ff.de of.præfec. vrb. & facit gl. Inſti.de ſuſpectis tutor.§.ſed ſi præſens.in ver. remittitur.quæ colligit argu.cõtra doct.qui pecunia data ſibi acquirunt ſcholares.& alle. l.1.§.item ſolent.ff.de officio præfect.vrb.& in authent.vt ea quę dicuntur in ſinuata.§.1.collatio.5.

ADDITIONES.

Vide dom. Iaſonem in l.rogaſti.§.ſi tibi dedero.in fi.ff.ſi certum petatur.
Adde Io.Arno.problema.19.

*80* *Donatio.*

1 *Donatio facta à patre filiæ ſuæ,dum adhuc ſtat in eius domo non valet,niſi ſit in domo mariti.*

1 DOnatio facta à patre filiæ ſuæ dum adhuc exiſtit in domo ſua,non valet.ita dixit Bal.in ca.iurauit. de probatio.niſi ſit in domo mariti. & allegat tex.quem reputat ſing.iuncta gl.in l.nec inter.C.de donatio. inter virum & vxorem.& ibi,Iaco.de Aren.& refert & ſequitur do. Andræ.in d.c.iurauit.

ADDITIO.

Item refert & ſequitur domi.Bartholo.Chaſſæn.in cõment.

consuetu.Burgund.in tertia rubrica,in §.*la femme soit*.in ver.*en puissance de son mari*.nu.16.& an dicta donatio firmetur iuramento,tradit Guido Pap.decisio.Gratianop. 146.imo & si dicta donatio.& cons.20. viso facto.num.3. & consilio 164.præsuppositis.nu.3.& consi.263. honesta mulier.nu.2.

*81 Donatio. II.*

*1 Vxor donans marito aliquid in via, an videatur donare in domo patris,vel mariti?*

1 VXor donauit † marito aliquid in via,an videatur donare in domo patris,an mariti?Bal.in c.iurauit.de probatio.determinat quod valet talis donatio.& allegat gl. singu. in l.si te.C.de donatio.inter virum & vxorem , secundum Iac. de Aret.in d.l.si te.dicit ibi , quod debet attendi illud, quod consueuit fieri.. & allegat l.si prius.ff.de aqua pluuia arcenda.sed si ipsa ex via accedebat ad domũ mariti,præsumitur esse in domo mariti.do.meus in dicto capit.iurauit. dicit, ꝙ res destinata ad locum,habet perindè ac si esset in loco , vt in cle. ne Romani.de elect.l. vel vestimentum.ff. de auro & argento leg.l.ex facto.§.rerum.ff.de hæredi.instituen.Tene mẽti, quia pulchrum,& generosum est hoc dictum.Sed an sit differentia,& ad rem pertineat, quando vxor est in domo patris, vel quando vxor est in domo mariti,ex quo vir non habeat ea in domo?Bald.in d.c.iurauit. determinat ꝙ sic.nam donatio valet,quando vxor non est traducta in domo mariti,ex quo vir nõ habet eã in domo. Sed Azo in summa de donatio.inter virum & vxorem. dixit, ꝙ si mulier non est traducta ad domum mariti , si est in domo patris,valet,& tenet donatio,& illud dictũ refert Ioá. de Imo.in l.si socer.§. Lucius.ff.sol.matr.& do.meus in d.c.iurauit. pro veritate tamẽ huius dicti, vide omnino Modernos in d.§.Lucius.

ADDITIO.

Vide Feli.plenè in c.cum adeo . extra de rescrip.& adde,quia sicut clericus habet potestatem declinãdi forum,per c.si iudex.de sen.exc.in 6.ita etiã destinatus ad clericatum per votum.do. meus do.Ias. in l.quædam puella.in 3.col.ff. de iuris.om.iudi.

*82 Donatio. IIII.*

*1 Donatio perfecta quæ dicatur,& quando?*

1 QVæ donatio † dicatur perfecta, habes Instit.de donat. §.aliæ.& C.eod.l.si quis argentum. sed quo ad materiam l.si prius.C.de iure fisci. lib.10.donatio dicitur perfecta traditione.ante.n. quam tradatur, donans remanet dominus. & sic obligare potest , vt in l.quod sæpè.§. si res.ff. de contrahen.empt.de hoc est te.expressus in l.penul.§.Lucius.ff.de donatio. & facit l.quoties.C.de rei ven. quod est valde notabile , secundum Bart.in d.l.si prius.& dicit se de facto habuisse.

*83 Doctor. II.*

*1 Doctores non habent necesse semper vti insignis doctoratus, sed possunt si velint,etiam vbi est princeps.*

1 DOctores † non habent necesse semper vti insignijs doctoratus,sed possunt,si volũt,etiam vbi est princeps. ita no.Bar.per illum tex.iuncta gl.in l.1.C.de honoratorũ vehiculis.lib.11.quod not.

*84 Defensio. II.*

*1 Amici & vicini mei etiam peregrini possunt percutere volentem expellere me de possessione mea.*

*2 Vltio quandoque accipitur pro defensione.*

1 ALiquis † vult expellere me de possessione mea , amici mei & vicini mei etiam peregrini possunt percutere volentem expellere me , vt non expellar.text. habes valde notabilem,in l.deuotum.C. de metatis & epedimeticis. li.12.quem ad hoc magnifacit ibi Bar.faci,optimè quod legitur & notatur in c.dilecti.de sen.excommunic.libro.6.& plus no.Bart.in d.l.deuotum.per illum te.ꝙ pro defenden

2 da mea possessione licitum est vlcisci .& talis † vltio nõ est vltio propriè,sed defensio,secundum gl.ibi,quod dicit esse notandum pro eo,qui in iudicio dicit,ꝙ ad sui defensionẽ Titium vlciscendo percussit.nam illud verbum vltionis, non accipitur pro offensa , sed potius pro defensa, vt ibi in gl.quam ad hoc tene menti.

ADDITIO.

Adde Ias.in l.vt vim.col.6.nu.29. versi.sed pulchrum. & nu. 30.ff.de iusti.& iur.& hæc est cõmunis opinio,vt per Hippol.de Marsi.sing.351.amicitia.Lud.Carre.in pract. cri. in §.homicidium, nu.37.ver.& nota quod pro.Ang.de malefic.in ver.& dictus Titius defendendo.col.pe. Pau.de Cas. in l.refectionis.ff.communia prædio.Cępo.in tract.de serui.verba.prædio.c.23.Hippo.de Marsi.in l.1.in 1.not.C.de raptu virgin. cũ alijs alleg. & Io.Baptistam Plotum in repet.l.si quando.in §.præmitto . nu.39.C.vnde vi. & nouissimè Petrum Dueñas in reg.191.incipiẽ. defensio licita est. in 3.ampliatione.per Petrum à Plaza Hispanium in libr. 1. capit.38.epitomes delictorum.numero.31. in quarto casu. Gab.Sar.

*85 Dispensatio.*

*1 Episcopus an possit dispensare circa votum simplex?*

*2 Intellectus c.veniens.qui cleri.vel vouen.*

1 EPiscopus † potest dispensare circa votum simplex sing. est dictum Spec.in tit.de leg.in §.nunc de episcoporũ versi.223.& volens allegare c.veniens.qui cleri.vel vo.per errorem allegauit c.præcedens.quod dictum do.Abb.in d. c.veniens.dicit esse singulare . & se nescire alibi. Quod dictum intellige procedere in termiuis in d.ca.veniens.nam dictum docto. debet intelligi secundum legem quam allegat, per id quod id quod dixit Barto.in l.non solum.§.libe

2 rationis.ff.de liber.lega.Item quia † in terminis illius c.pro ut dicit ibi do.Abb. reperimus casum concessum ab ecclesia, nec reperitur sibi prohibita dispensatio.facit quod no. Inn.in c.ex tenore.alias in c.dilectus.de tem po.ordinã.Sed extra casum d.c.veniens. putat do.Abb. ꝙ episcopus non poterit,quia casus est valde arduus & dubius, quod tamen cogitãdum relinquo.Tamẽ in stricta disputatione tenerẽ contrarium. nam habeo regulam,ꝙ vbi conditor canonis sibi specialiter aliquid non reseruat, episcopo videtur concessa facultas.ar. ca.nuper.de sen.excom.sed non est casus, nec te.denegans hoc episcpo,ergo.imo est casus,in d.c.veniens.vbi videtur data sibi facultas.Non ob.quod dicit do. Abb.quia putat hoc procedere in terminis illius cap.quia idẽ puto in alijs terminis ,quia sicut Papa ex causa cõcessit hoc episcopo in terminis illius c. idẽ fecisset in alijs terminis,si iusta causa subesset.arg. eius quod no.glo.in l.tale pactũ.§.fi.ff.de pact. & gl.in cle.1.de rescri.cũ si.tñ hoc ꝑ cõstanti non assero,sed adhæreo opinioni communi doct. & decisioni sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ.

*86 Donatio.*

*1 Donatio omniũ bonorum facta ad pias causas, an per superuenientiam liberorum reuocetur,saltem in legitima?*

1 LIcet donatio † omniũ bonorum ,vel maioris partis facta per non habentem filios annulletur filijs postea susceptis,vt est casus in l.si vnquam.C.de reuo.donat.tamẽ donatio talis facta ad pias,causas per superueniẽtiam liberorum non reuocatur,nisi in legitima.gl.est sing.in ca.quicunque.17.q.vlti. quam summè põderauit Bar.in l. Titia. ff.de legatis 2.& Bald. in l.prima.C.de inofficio . donatio. & reputauit eam singularem Ludoui. Roma.in repeti.authen.similiter.in 7.col.C.ad legem Falcidiam.

*87 Delictum.*

*1 Delictum si in conspectu iudicis pro tribunali sedentis committatur,alia probatio non exigitur.*

1 SI delictum † est commissum in conspectu iudicis adhuc sedentis pro tribunali,non exigitur alia probatio , quia de eo constat vt iudici. istud dixit gloss.singula.§.final.2.q. 1.quam reputauit singula.Alb.de Rosa.in l.illicitas.§.veritas .ff.de offi.præsid.Tu vide do.Ant.in repetiti.c.vestra. in 61.col.de cohabi.cleri.& mulier. & vide quod not.in c. consuluit.de appel.& dictum Pet.de San.quod recitat Spe. in tit.de notorio.cura in alijs concord.



*88 Decretum.*

*1 Decretum alienatiuum valet,& tenet.*

1 AN decretum † alienatiuum valeat, & teneat?dic ꝙ sic. casum habes vnicum,& in iure solitarium,in l.si pupillorum.§.si prætor.ff.de rebus eorum.refert & sequitur dominus meus in c.ex parte.de foro competen.& in ca.cõstitutus.de in integrum rest.& in ca.cum dilecti. de emptio. & vendit.& in c. Raynaldus.de testamen. in suo repertor.

*DE LITERA H.*

*89 Extensio.*

*1 Dispositio simplex non solum trahitur ad alium casum ex idẽtitate rõnis,sed etiam casus exceptus à regula.*

*2 Exceptio firmat regulam,& quomodo id intelligatur?*

*3 Extensio non fit de similibus ad similia,nec de similibus personis ad similes in priuilegijs,& in alijs ibi notatis casibus:*

1 DIspositio † simplex nedum trahitur ad aliũ casum ex identitate rationis,sed etiam casus exceptus à regula. te.est elegans & celebris in c.cũ dilecta.de confirm.vtili vel inutili.vbi Papa casum exceptum in c.quoniam frequẽter vt lite non contest.in teste.vt recipi possit lite non contestata,& sic non seruata iuris solennitatate , trahit ex identitate rationis ad innouationem priuilegij, quem famosissimus iuris pontificij monarcha do.Abb.reputat ibi mirabilem,& tenendum menti.& illum te.ad hoc allegauit idem do.Abb.in c.cum omnes.in 5.col.de consti.& in c.pastoralis.in 1.col.de rescript.& in c.quemadmodum. de iureiur. & in plerisque locis,& dicit esse casum in d.ca.dilecta. pro glo.notabili in l. 1.C.de condi.indebit. Et per hoc limitat

2 regulam,& id quod dicitur, † exceptionem firmare regulã in casibus nõ exceptis , vt in d.c.dominus.32.q.7.& bonus te.in ca.2.de coniug.lepro.procedit.n.talis regula, seu tale dictum, vt restringatur regula ad casus non consimiles exceptis . optimè facit secundum eum,quod voluit Bart.in l.serui.ff.de vsuca.vbi dixit,ꝙ si exceptio est facta ꝑ dictionem taxatiuam,nihilominus extenditur ad alium casum,si in alia parte iuris reperitur exceptus,vt ibi notatur. videtur probari in d.c.quoniam frequenter.in prin. Si autem specificè alibi non excipitur , tunc per identitatem rationis extenditur in materia fauorabili & pia, vt sensit gl.notab.in l. illud.C.de sacrosan.eccle.in verb.alicuius . Secus in materia restringibili.vt not.in l.1.C.de patri.qui filios distraxe. & ita residet ibi do.Abb.Posset tamen quispiam subtiliter insurgere contra do. Abb.ad ostendendum, ꝙ te.in d.c.cũ dilecta.non sit ita celebris & sing.nam id quod disponitur ibi de innouatione priuilegiorum , propter nimiam vetustatem & antiquitatem consumptorum disponitur etiam in c.fi.de fide instru.& sic dicitur,ꝙ per illum te.d.ca.fi.iuncto d.c.qm̃ frequenter.doctrina Abb.probatur,& per consequens non est extẽsio , & pro certo est pura & noua inuẽtio à nemine inducta,nisi à me diuina fauente gratia . Nihilominus potest saluari Cõsiculus meus,ꝙ ille te.clarius & apertius probat hoc.& ille te.melius hoc ostendit per se tãtum,ꝙ per identitatem rationis casus exceptus extẽdatur ad similem casum,quàm faciat tẽ.in d.c.fi.coniuncto d.ca. quoniam frequenter. Vel potest dici, ꝙ licet erat dispositũ de innouatione priuilegij,in d.c.fi.tamen de extensione d. c.quoniam frequẽter.non erat dispositum,nec disponitur, nisi in d.ca.cum dilecta. & ideo Papa dicit ibi, eiusdẽ æquitatis similitudine prouocati. Idem d.c.fi.de fide instr.emanauit,& fuit posterius cum sit Gregorij 9.& d.c.cũ dilecta sit Inn.3.Et hoc adduco in testẽ eũdẽ d. Abb.in c.cũ ad monasteriũ de statu monach. Sed prima respõsio est verior.& pro dicta theorica vide te.meliorem in corpore iuris ciuilis secundum Bal.in l.solis.C.de reuo.dona.vbi illa lex enumerat certos modos reuocandi donationem.& glo.ponit ibi alios.& vide quo ad extensionem alicuius casus similẽ casum , te.in c.1.§.porro.in ti.quæ fuit prima causa benefi. amit.quem te.dicit ibi Bal.esse meliorem de iure,ꝙ in pęnalibus statutis & consuetudinibus proceditur de similibus ad similia.& dicit de hoc notari in l.si quis seruo. C.de furt.& hanc theoricam dicit ibi. Bal.non habere lo-

3 cum in priuilegijs, quia † tunc nulla potest fieri extensio de similibus personis ad similes,nec de casibus ad casus.& de hoc dicit esse gl.ordinariã & sing. Insti. de actio.§. itẽ mixta est actio , contra eos quæ incipit, in iudicio.quam glos. dicit esse menti tenendam , refert & sequitur dominus. meus do.And.in c.fi.de dona.facit secundum eum l.ob ęs. C.de pręd.minor.& quod volunt Cy.Sali.& alij in l.ita nobis pudor.C.de adu.Angel.in l.si per imprudentiam.ff.de euictio.& l.si tamen.§. in ædilitijs.in versic. nec cæteris rebus similibus.ff.de ædil.edic.Bal.in auth.præsente.C.de fideiussor.Bart.in l. 1.§. 1.ff.quod vi aut clam . Bal.in ca. 1.in tit.an agna. vel cogna.dixit , quod vbi lex est contra naturalem rationem,vt l.quisquis.C.ad l.Iu.maiest.non fit extensio de simili ad simile.idem voluit Bal.in l.3.C. de iure dot.& dixit ibi ,ꝙ vbi statutum non habet aliam rationẽ, nisi quia ita placuit principi, nũquam fit extensio.no.hoc pro limitatione ca.si quando.de rescr.& l. 1.ff.de constitu. princ.& Insti.de iure natu.gent.& ciuili.§.sed quod principi.& in l.1.§.pueritiam.in ver.ratus.ff.de postu. Et idem Bal.in l.fi.C.de interdict.matri.dixit,ꝙ vbi actus est odiosus,nunquam fit extensio de simili ad simile . Sed dictum eius cõfunditur per d.c.1.§.porro.& per d.l.his solis. iũcta gl. facit elegans in c. 1. de temp.ordi.li.6.gl.in cle. 1. de electio.& in cle.auditor.de rescri.& quod voluit. Io. Calder. in c.series.de testi.refert & sequitur do.Ab.in c.iurauit.de probatio.& vide Cy.in l.quicunque C.de ser.fugi. vbi loquitur quando statutum debet extendi per identitatem rationis.plenè per Lud.Ro.post alios in l.si vero.§.de viro. ff.sol.ma.& per eundem aliquid in authẽ.similiter.C. ad l. Falci.in repeti. ad quæ iura & doctor.te remitto, quia materia difficilis,intricata,& periculosa est.& vide quod no. Bar.in l.si constante.ff.sol. ma.in 7.q.& in auth.quas actiones.C.de sac.san.eccl.& per Io. And.in regula,odia.de reg. iur.lib.6.& in regula,pro possessore.eo.ti.& lib.in mercu. alias allegationes,& iura causa breuitatis omitto. & vide quæ dicam infra singu.99.in verb.extensio.2.incipiente,licet lex pœnalis.tene menti perpetuo.

*90 Expensa I.*

*1 Expensæ factæ ab aliquo contra voluntatem eius expressam à quo petuntur,licet in eius vtilitatem factæ fuerint,repeti non possunt. Limita quinque modis.*

*2 Repetitio pro alio etiam inuito soluti,vel expensi, quibus casibus fieri possit?*

TV habes in l.fin.C.de neg.gest.ꝙ nulla actio competit negotiorum gestori de expensis factis pro administratione rerum domino nolente , & contradicente illum esse suum negotiorum gestorem,& sic no.regulam,ꝙ quis

1 non potest † repetere expensas ab aliquo,si eas fecit contra voluntatem eius expressam,licet in eius vtilitatem. Limi

2 ta,nisi † medicus,pro infirmi liberatione expensas faceret licet cõtra ipsius infirmi volũtatẽ,quia eo casu põt illas repetere.gl.est no.83.dist.c.prouidendum.Tempera tamen hoc,nisi medicus esset propinquus infirmo.Subdit etiam ꝙ si aliquis vult te interficere,nisi debitam des ei pecuniã ꝙ teneris ei dare,& postea poteris repetere.facit in simili gl.in l.culpa caret.ff.de regulis iur. & vide gl. ad hoc.ff.loca.l.Marcellus.& ibi Bald.reputat sing.glo.§.prouidẽdum. Secundo limita regulam,nisi quis impendat pro liberãdo illum,pro quo si non fuisset facta solutio,incurrisset in pœnã personalem,vel status mutationẽ, ita sing.dixit Io. And. in ca.cum.C.laicus.de foro compe. lib .6.Et licet docto. non allegent,videtur gl.in d.§.prouidẽdũ.facit quod voluit Barto.in leg. Stichus.ff.de pecu.legat. Tertio limita , nisi quis impendat mutuando filio alterius in studio existenti. & ita diligenter operanti , quod peritissimus efficiatur, nam tunc licet contra patris sui voluntatem mu-

 tuauerit

tuauerit,potest repetere,vt est gl.singul.secundum Ludo; Roma.in l. sed & Iulianus.§.quod dicitur ff.ad Macedo. pro hoc facit secundum eum q̃ licet alienum agrum inuito domino nõ possim ingredi, vt in l.per agrum.C.de serui.& aqua.et am ad quærendum theusum, vt in l.1.§.in alienis.C.de thesau.lib.10.tamen si in fundo alieno dicitur esse vena lapidis, vel ferri, possum tãquã bonus magister domino inuito intrare, quia in hoc versatur publica vtilitas vt est gl.sing.in l.3.iuncta l.quotidã.C.de metal.li.11.'Quar
b to limita,[b] nisi quis p̃ funere impenderet defuncti quia tunc licet impenderit cõtra voluntatem hæredis, tñ repetit dictas expensas, vt est casus singular. in l.siquis.§.ideo Labeo ait.ff. de religio. & sumptib. fune. Quinto fallit in casu l. si quis mancipijs vel iuramentis.§. Proculus. versiculo. si vero ille.ff.de instito. tene menti ad limitationem d.l.quia ibi per docto. non habes has fallentias in vnum fasciculum ductas.

ADDITIONES.

a Nisi medicus. Vide Roman.sing. 124.& ibi in additio.

b Quarto limita,& c. Adde latè Petrũ Dueñas in reg.327.incip.funeraria actio.versicu.sexto competit hæc actio.'Gabriel Saray.

### 91 Exceptio. I.

*1 Exceptio legitima & rationabilis nunquam videtur exclusa licet dicatur,nullam exceptionem admitti debere.*

1 SI statutum,vel rescriptum† principis dicat nullam exceptionem in aliquo facto debere admitti, debet intelligi de exceptione minus legitima, & rationabili, non autẽ de legitimis & rationabilibus exceptionibus, ista est gl. celebris & singul.iuncto tex.in c.ex parte.2.de offic.delega..Et ratio,quia non verisimile quod princeps per verba generalia velit tollere iuris obseruãtiã maximè tanto præiudicio priuati,per l.si quando.C.de testam. & c.ecclesia. 2.de electio.nisi exceptio specialiter tollatur,licet sit in se rationabilis,secundum do.Abb.in d.ca.ex parte. Et ratio, quia tunc apparet de mẽte principis. vide ad hoc quod voluit Bart.in l.omnes popul.ff.de iusti. & iure. & in l.1.§.& parui.ff.quod vi aut clam.& in l.1.ff.à quibus appella. non licet.& Io.And.in c.2.de mutu.petitio.& plenè per dominum meum in d.c.ex parte.

ADDITIO.

Vide latè tradita per Celsum Hugo.in apostil.ad Lanfran.de Oria.in c.quoniam cõtra.in verb.exceptiones.in fi.in apostil.incip.adde quod illam glo.de probat.& per Hippolyt. de Marsil.in practic.crimi.in §.vltima quæstio.numero 2. Gabriel Saray.

### 92 Exceptio. II.

*1 Statutum si in aliquo casu tollat exceptionem,intelligitur,nisi quis velit incontinenti probare exceptionem legitimam nisi contra eum esset præsumptio calumniæ,vel malitiæ.*

1 SI statutum† tollat exceptionem in aliquo casu, debet intelligi,nisi quis velit incontinenti probare exceptionem legitimam,quia eo casu,debet audiri, non obstante statuto,quia statutum videtur excluisse exceptiones non legitimas propter præsumptam fraudẽ opponẽtium,quæ præsumptio cessat in probatione, quæ offertur incontinenti. pro hoc vide bonum tex.in c.literas,de restitu.spolia. & q̃d not.glo.in l.1.§. hoc interdictũ.in vers.sed & si falsum.ff. de tabu.exhibend.istud fuit celebre dictum do. Abb.in ca.sci scitata.super gl.in ver.effectum.de in integrum rest.,quam gl.ibi profitetur se solitum esse multum adducere in consiljs ad statuta excludentia omnes exceptiones contra sentẽtiam, seu alium actum.Istud idem voluit do.Abb.in ca.super eo.ad finem,de officio delega. vide dicta per eum in c. ex parte.2.eodem tit.Ego limito istud dictum do.Abb.esse verum, nisi esset præsumptio contra eum, q̃ calumniosè exciperet,licet offerat se probaturũ incontinenti . Istud voluit glo.quã ad hoc nescio alibi,in d.c.sciscitata,quæ gl.limitat d.ca.literas.& istud dictum sensit do.Abb. in d.c.super eo. vbi Bal. singulariter dixit per illum tex.iuncta gl. quod a summaria cognitione potest quis repelli,vbi præsupponitur quis calumniari.quod dictum dicit mentẽ tenẽdum,& no.in d.ca.veniens.2.de testib.in l.fi.C. de ordi.cogni. Putat tamen domi. Abb.in d.c.super eo.illud dictum gl.& Bal.procedere , vbi opponens offert se probaturũ incontinenti, & præsumptio est de malitia,quia per talẽ obligationem non purgatur præsumptio malitiæ. quod dictum ita limitatum perpetuo tene menti.

ADDITIO.

Hoc latè traditur per Dida.Couar.in practicis quæst.cap.16. nu.2. Gab.Sar.

### 93 Emphyteuta. I.

*1 Emphyteuta ecclesiæ nõ soluens canonem singulis annis, licet non possit expelli,nisi elapso biennio, fallit nisi iurasset singulis annis soluere pensionem, & non soluisset,nam elapso anno poterit expelli.*

*2 Intellectus c.querelam.de iureiur.*

1 LIcet emphyteuta† ecclesiæ non soluens canonem singulis annis,non possit expelli nisi elapso biennio, vt in c. potuit. de locato. tamen si iuraret soluere singulis annis pensionem, & non solueret, elapso anno potest expelli. quod sing.nota ad limitationem d.c.potuit.ita dixit Bal.in c.querelam.de iureiur.Et licet quibusdã videatur hoc non
2 probari ex illo tex.iudicio meo probatur ibi.nam Papa† ibi non considerauit huiusmodi,sed iuramentum , cuius transgressorem vult remoueri, ex quo illud non seruauit. ergo non solum post biennium,sed ante biennium põt remoueri,& priuari iure emphyteutico . nam fuit ibi contingentia facti , & non iuris ministerium, quod cessauit per biennium Item si ibi cõsideretur biennium,ibi fuisset quæstio de indubitabili, contra l.q̃ Labeo.ff.de Carbo.edi.& c.cũ in iure peritus . de offic.dele.cum de biennio iure cautum fit,vt in c.potuit.de locato. Adde eundem Bal.in ca.literas de dila.& Ale. consilio 126.incip.non puto id de quo quæritur.in primo volumi.

### 94 Effusio.

*1 Verbum effusio,denotat abundantiam.*

*2 Minima an sint in consideratione iuris.*

1 VErbum† effusio , denotat abundantiam. bonus te.est cum gl.secundum Abb.in c.cum illorum. in §.quid si clausurales.in ver.nisi.& in vers. sanguinis effusio.de sent. excom.Ex quo nota,quod vbi requiritur effusio sanguinis oportet q̃ inde processerit multũ sanguinis . facit ad multa secundum do.Abb.ibi,& vide eundem dom. Abb.in c. proposuisti.de consecra.eccle.vel vbi cõmemorat hoc,& facit festum.& gl.iuncto te.d.c.cum illorum.§.quid si clausurales. in ver. effusionem. quod dicit esse notandum pro statutis , quę quandoque requirunt sanguinis effusionem. tu vide pro illa gl. Mansuetum de Mansuetis de Perusio in
2 l.fi.ff. si quadru.pau.fecit.dica.vbi dixit, † q̃ statutum imponens pœnam effundentibus sanguinem , non habet locum in parua sanguinis effusione,& dicit esse gl.secũdum Ludo.Roma.in d.ccum illorum.in ver.effusionem.Et adduco tibi aliam gl.quã isti patres non allegant,in cle.ne Romani.in ver.effundendis.de elec.& vide pulchrum te.in c. reuertimini.16.q.1.in versi.verbum effusionis nomen largiratis ostendit.facit l.quæsitũ ff.de re iudi.l.j.§.sed sciendũ ff.de ædi.edic.& te.coniuncta gl,in c.placuit.17.di.& quod voluit Bal.in l.si prædium.C.de ædi.actio.statuto(inquit) cauetur q̃ faciens vulnus alicui in platea puniatur pœna magna,quod non habebit locum in faciente vulnusculũ. facit l.si oleum.ff.de dolo,& l.scio. de in integr.resti.& l.senatus.§.Marcellus.ff.de leg.1.iuncta theorica.Ange.& q̃ plenè voluit d.meus in rubrica,de pl° petitio.plenè disputat,an minima sint in consideratione iuris.vide per eum.

ADDITIO.

Adde quę dixi in additioni.ad Rom.singulari.17. Gabriel Sarayna.

Emphyteuta



### 95 Emphyteuta. I.

*1 Emphyteuta ecclesiæ si per annum cum dimidio cessauit à solutione canonis,& citatus à prælato fuerit cõtumax, cadit ab emphyteusi,non expectato toto biennio.*

1 SI elapso† anno cum dimidio emphyteuta ecclesiæ cessauit à solutione canonis , & prælatus ecclesiæ citari fecit eum, vt solueret. & ipse non obstante citatione fuit contumax,& non soluit,q̃ cadit ab emphyteusi non expectato biennio toto,quia illa requisitio operatur laptum sex mensium.ita pulchrè dixit Bar. in l.locorum per illum te.C.de omni agro deserto.li.11.& cum illo dicto trãsiuit ibi Ang. & facit ad hoc l.qui agros.eo.tit.& cum illo dicto transiuit Io.de Platea & transiuit do. meus.in ca.3.de dila.quod dictum reputat mirabile ex eo,quia d.l.locorum loquitur in prædio tributario,& non in prædio emphyteutico. & tamen Bar.extendit illum tex. ad emphyteusim. quod sing. not.pro limitatione ca.potuit.de locato.

### 96 Expensa. I.

*1 Non est faciendum illud,in quo plus expenditur,quam sit lucrpercipitur.*

*2 Iudex non debet facere citari testes ad locum iudicij,quando tantum distant , quod plus in eorum aduentu expenderetur,quam sit valor causæ,sed tunc debet delegare examinatorem.*

1 NOn est faciendum† illud,in quo plus expenditur,quã sit quod percipitur.te.est iudicio meo melior de corpore iuris , in l.mediteraneæ.C.de anno.& tribu.lib.10.q̃ Bar.ibi dicit esse notãdum ad multa pro tutoribus, quibus non debet imputari,si non exigant debitum, in quo oportebat plus eos expendere,quam inde percipiérent , vel propter eo,qui non reficit domum,in qua plus expenderetur , quã valeret,vel pro his,qui non facerent inuentarium eo casu, quo plus expenderetur in eius cõfectione,quam esset vtilitas.vt l.tutor qui repertorium.in prin.ff.de admi. tuto. Itẽ in causis breuioribus,quando plus expẽderetur in scriptu-
2 ris,quam sit valor causæ.Itẽ iudex non debet facere citari testes ad locum iudicij,quando tantum distant, q̃ plus in eorum aduentu expenderetur,quam sit valor causæ.argu. d.l.mediteraneæ.sed tunc debet iudex delegare examinationẽ.vt in l.generaliter.§.his de præsentibus.C.de iureiu. & facit authen.apud eloquentissimum.C.de fide instru.& quod no.per Abb.in ca.cum causam.de testib.& 3.quæsti. 9.c.testes.per Arc.Itẽ facit secundum eum, q̃ si in habẽdo recursum ad superiorem plus expẽderetur, quam sit valor rei, q̃ eo casu possunt concedi represaliæ, de quibus plenè examinauit Bart.in tractatu suo de represa. & vide not.in cap.vnico.de iniurijs,li.6.& ita residet ibi Bar. Addo Abb. in c.de appellationibus.extra.de appel.& Ioan. de Imo.in c.cum sit Romana.eo.ti.& etiam ego addo quod pulchrè voluit do.Pe.de Ancha.in c.nonnulli.de rescrip. & in c.cũ te.de offi.ordi.& in c.finẽ litibus . de dolo & contu.vbi dixit, q̃ licet Episcopus possit reddere ius in quolibet loco suæ diœcesis,vt in c.cum Episcopus.de offi.ordin.lib.6.tñ si habet amplissimam diœcesim,& pars vexaretur,si cõueniretur in loco remoto, vbi degit episcopus,puta , qa reus stat in extrema parte diœcesis , & episcopus staret in alia parte extrema , & causa esset breuis, & expensa esset maior pro testibus producendis,& pro salario,quam causa,& iudex nolit committere & delegare causam,quod pars potest appellare allegat l.cum post sententiam.C.de appella. & c.anteriorum. §.ad hoc.2.q.6.& dicit se alias in quæstione facti ita dixisse.quod no.pro limitatione d.c.cũ episcopus.facit quod volunt doct.post Inno.in c.olim.de restitu. spolia. & vide plenè do.meum in d.ca.nonnulli.& aliquid in d.c.cum te.vbi de hoc . & vide Per.de Anch.in c.cũ causam.de testib.vbi idem voluit.Et circa dictam l.mediterraneæ.in princip.vide quod voluit do.Ant.in c.2.de dilatio. vbi posuit de eo,qui equum ponit in hospitio . Et inquantum dixi,quod iusta esset appellationis causa , faciat secundum dominum meum do.Ale. de Imo.in d.l. mediterraneæ.in additio.ca.constitutus.de fideiuss. & quod ibi notatur.c.statutum.§.fi.de rescrip.lib.6.idem eum do.Per.in d. c.fi.vbi bonus te.facit c.litigantes.de offi.ordi.lib.6.

### 97 Exactio.

*1 Exactionem qui infra certum tempus facere tenetur , si non facit,cogitur soluere de suo.*

1 QVi tenetur facere† exactionem infra certum tempus si non facit , cogitur soluere de suo.te.est notabilis secundum Bar.ibi,in l. missi.C.de exactor.tributo.li.10.quod no.contra syndicos comittatus,& similes.

### 98 Emphyteusis.

*1 Emphyteusis concessa alicui à monasterio,cum pacto , quod etiam in fœminam transeat,quæ nubat subdito iurisdictioni monasterij , potest retineri licet extraneo nupserit , si is velit iurisdictioni se submittere.*

1 MOnasteria habent† possessiones cõcessas alicui in emphyteusim sub hoc pacto,q̃ transeat in fœminã, q̃ tamen nubat alicui subdito iurisdictioni monasterij , q̃ nihilominus si nubat extraneo,qui vult effici de iurisdictione monasterij,retinebit emphyteusim.istud probat ibi ar. secundum Bar.ibi,l.murileguli.C.de murile.lib.11. facit l. 1.C.de imp.lucrat descri.lib.10.Et potest esse ratio secundum Ange.ibi in additio. quia conditio personę non mutatur.vt in dicta l.1.

### 99 Extensio. II.

*1 Pœnalis lex quæ tendit ad fauorem reip.ita extenditur,sicut fauorabilis,*

*2 Pœna statuti punientis facientem maleficium, punitur fieri faciens,nisi requiratur homicidium reale.*

*3 Statutum loquens in faciente , an habeat locum in mandante?*

1 LIcet lex pœnalis † & odiosa non debeat excedere proprium casum,ad hoc bonus te.in §.pe.de pœn.dist.1.regula,odia.de reg.iur.li.6.l.cũ quidã.ff.de li.& posthu. cum si.tamen vbi extensio tendit ad fauorẽ reipu.ita debemus ipsam extendere sicut legẽ fauorabilẽ.& ideo cũ pertineat ad fauorẽ reipub.puniri maleficia,ad hoc vt prouincia quiẽte permaneat,vt in l.congruit.ff.de offi.præsi.& ff.de iudi.si longius.§.si filius .pœna statuti† punientis faciẽtem maleficium punietur fieri faciens.ita bellissimè no. Bar.per il lã gl.ad hoc quã reputo mirabilem de iure ciuili,in l.quemadmodum.C.de agri.& censi.li.11.facit l.si quis id.ff. de iurisd.om.iud.facit gl. reputata sing.c.1.de tẽpo.or.li.6.tu vide Io.And.in c.sicut dignum. super gl.in ver.cõsiliũ.de homic.vbi dicit, q̃ assessores fori ciuilis multũ vtũtur illa gl. ĩducẽtes eã ad intellectũ puniẽtiũ .statutorũ homicidas,vt verificẽtur etiã in pcipiẽtibus fieri homicidiũ,pro hoc d. l.si quis suadente.18.q.4.iuncto pulchro te.c.mulieres.& q̃ plenè scribit ibi do.Ab.de sen.excõ.refert & sequitur idẽ do.Abb.in d.ca.sicut dignũ.& alleg.no.per Bar.in l.aut qui aliter.§.hæc verba.ff.quod vi aut clam.& in l.hæc verba.ff. de adul.& in l.non solũ.ff.de iniu. & dicit Io.And.in d.ca. sicut dignũ.hoc procedere , vbi statutũ aliquid exprimat, p q̃ videatur requirere homicidiũ reale, vt si dicat,si quis homicidiũ manu cõmiserit vel ense, tũc statutũ nõ cõprehẽdit mãdantẽ fieri.allegat c.in nostra.de iniur.quasi velit dicere , q̃ statuta sunt stricti iuris, vnde debent intelligi in ꝓprio casu,qd̃ dictũ si verũ sit,limitat gl.& theoricã Bar. in d.l.quẽadmodũ. Sed do.Abb.in d.ca.sicut dignũ.dubitat de hoc p d.c.si quis.vbi dẽ,si qs manus iniecerit,& sic exigit iniectionẽ realẽ. & tñ illa pœna cõprehẽditur mãdans, vt in d.c.mulieres.dicit tñ mẽti tenẽdũ dictũ Io. And.Ego dico dictũ Io. And.esse verisimũ. quia eo casu vẽ cõtemplata pson̄a,& statutũ restringit,& declarat se, & per cõse quẽs nõ debet extẽdi ad aliã personã.arg.eorũ quę notantẽ in c.fi.de offi.dele.& in l.inter artifices.ff.de solutio. & l.p hanc.C.de eroga.mili.anno.libr.12.cum li . Non obst.d.c. si quis.quia potius facit contra do.Abb.quam pro eo,quia si non emanasset d.ca.mulieres,mãdans non comprehen-

fus fuisset sub dispositione d.c.si quis.& adduco quod voluit Nic.de Nea.in l.si quis mihi bona.§.quod si manda.ff. de acquir.hære.vbi per tex.in l.certè.§.1.ff.de preca.in ver. me mandante,vel ratum habente.dixit,quod statutum loquens de faciente habet locum in mandante, quod est contra illud de Barbadoro,quem referunt ibi Cy.& Bar.fuisse decapitatũ Florentiæ,licet esset de nobili domo. & ad hoc Nico.de Neap.reputat tex.d.l.certè.§.1.vnicum & singularem,quem te.non alle.Bart.in d.l.quemadmodum,per glo. illius legis, nec do.Abb.in d.c.sicut dignum.facit quod voluit Bart.in rub.ff.de oper.noui nun.& retulit mihi hęc domeus in repetione rubricæ, de causa pos.& proprie. in 22. charta.in lib.meo.& hunc passum ita coadunatum à nemine reperi. Vide etiam do.Abb.in c.quintauallis.in 7. differentia.de iureiur. Adde tamen quod voluit dom.Abb.in c. ex tenore. qui fi.sint legi. vbi dicit quandam rationem Io. And.ibi esse singulariter notandam ,& obliuioni non tradẽdam,ꝙ constitutio pœnalis debet extendi, & largo modo interpretari quando emanat, vt euitentur animarum pericula.facit secundum eum quod in simili not.gl.in ca.sciãt cuncti.de elect.lib.6.Et vide eundem do.Abb.in c.2. de diuor.ad fi.vbi dicit,quod in materia pœnali verbum generale intelligitur largo modo, si dispositio tendit in fauorẽ fidei.facit gl. sing.in authen.sacramenta puberum.C. si ad versus. vendi. & quod voluit Ioan.Andræ.in ca.pro humani,de homi.libro 6.de hoc dico in alio notabili, adde te.in l.hoc modo.ff.de condit.& demon.& Im.in l.cætera.§.sed & si quis.ff.de l.1.& vide Dominicũ in d.c.pro humani.§. fi.in 1.col.vbi allegat gl.in d.c.sciant.& vide quæ dixi latissimè,& plenissimè supra sing.89.inci.dispositio.& sing. 72.inci.ñ statutum vtitur.in verbo,committo.

ADDITIONES.

Ibi. Tamen vbi extẽtio tendit ad fauorem reipu.Idem sequitur Hippo.de Marsi.in pract.crim.in §.diligenter.nu.130.& 135.§.aggredior. nu.58.59.& 60.vbi latè ponit & similia adducit pro confirmatione doctrinæ Bart.in d.l.quemadmodum.C.de agric.& censi.lib. 11.& idem in l.is qui aggresso rem.nu.29.C.ad l.Cor.de sicar.& vide Cagnol.in l.in omnibus quidem.nu.16.ff.de regu.iur.& latè per Arium Pinelum in repeti.l.1.C.de bo.mater.in tertia parte,nu.64.vers. Quod iuuatur ex gl. Gab.Sar.

160 *Emphyteusis.* II.

1 *Emphyteuta ecclesiæ non soluens canonem per biennium, incidit in cõmissum. Et quid si appositum fuit pactum, quod ratione canonis non soluti,non incidat in commissum, an valeat pactum?*

1 EMphyteuta ecclesiæ non soluens canonem per biennium incidit in commissum.tex.habes in c.potuit.de loca.Sed pone ꝙ ecclesia concesit fundum in emphyteusim apposito pacto,vt ratione canonis non soluti non incidat in commissum,an valebit istud pactum?dic ꝙ sic,quia ex quo hoc potest facere fiscus,vt l.fundi.alias,si qui à prioribus.& ibi Bar.C.de fun.patri.lib.11.ergo & ecclesia, nã ecclesia & fiscus paribus passibus ambulant.vt in l.final.C. de sacrosanctis ecclesijs.& notatur in c.1.& in c.auditis.de integr.restit.per consequens ecclesia poterit hoc facere tamen propter hoc non reuelabitur emphyteuta à præstatione canonis.vt in dicta l.fundi.quod not.pro his quæ notantur in dicto ca.potuit. quia doctо.ibi hoc non ponunt, nisi do.meus do.And.qui ibi dicit se dubitare, an hoc dictum sit verũ,quia agitur de præiudicio ecclesiæ,& prælatus non potest præiudicare ecclesiæ.vt in l.iubemus nullã. C.de sacrosan.ecc.Mihi videtur ꝙ opinio Barto.potest saluari,quando prælatus vna cũ capitulo hoc facit. & ita videtur loqui Bar.quia nõ loquitur de prælato . sed de ecclesia, quo casu bene ecclesia potest renuntiare iuri suo,vt voluit gl.& doct.in dicto cap.potuit.& gl.in regula, delictum de regulis iuris libro sexto . doctor.in cap.1.de dolo & contumacia.Si vero prælatus solus hoc faceret,procedit opinio domini mei,prout not.in prælegatis iuribus . Item dictũ Bar.procedit in iure quærendo , in quo solus prælatus potest præiudicare ecclesiæ,vt notatur in d.c.potuit . & in ca. 1.de do.& contu. & quod voluit Fede. de Senis consi.9.& Innoc.in ca.admonet.de renuntia.& Bald.in authen.si qua mulier.C.de sacrosan.eccle.& in l.imperatores.ff.de pactis & in l.pupillorum.C.de repu.hære.Pet.de Ancha.& alij in c.super de rebus eccle.non alie.& ibi plenè per do.meum. Sed do.meus in c.3.de dilatio.refert & sequitur Bar.& bene,vt dictum est,& sic mutuauit opinionem in melius,tene menti.Et an valeat tale pactum? videtur tenere Bald.ꝙ no.in l.2.in 1.col.C. de iure emphy. vbi simpliciter loquitur non faciendo mentionem de fisco,vel ecclesia. ad hoc bene faciunt no.per eundẽ Bal.instit.de vsufructu , in princip.in versi.ne tamen . ꝙ non valeret rescriptum superioris sic concedentis, vt not.Bald in l.si à te.C.de pactis inter empto. & vẽdito.refert do. Ale.de Imol.in additio.suis in d.l.fundi.

101 *Emphyteusis.* III.

1 *Emphyteuta ecclesia non potest expellere colonum bene laborantem de fundo,in quo per maximum tempus steterit,aliàs priuatur emphyteusi.*

1 ECclesia concesit fundũ in emphyteusim, in quo fundo quidam steterat ad laborandum per maximum tempus quod si emphyteuta repellit illum colonum , cum bonus esset, & alium subrogauit in locum eius, quod debet emphyteusi priuari.ita no.Bar.in l.cognouimus.C. de mãci.& col.patri.lib.10.& ibi dicit illam facere ad istam quæstio.quod not.

ADDITIO.

Vide Roma.sing.63.& ibi in additio. Gab.Sar.

102 *Error communis.*

1 *Acta ab vno uti tali,cum talis non sit,an valeant?*
2 *Intellectus.l.Barbarius.ff.de offi.prator.*

1 LIcet aliquis habeatur , & reputetur ꝙ publico officiali,& reuera non sit , quia non fuit legitimè ordinatus, vel reputetur aliquis tabellio cum non sit, vel iudex , cum non sit , quod omnia acta per eum sunt nullius momenti, ipse faciens punitur.nec obstat secũdum Bar.in l.actuarios C.de numera.& chartu.li.12.Barbarius.ff.de of.quia quandoque quis est electus solemniter , & licet ꝓp defectũ personæ non possit esse, tamen facta per eum valent ob vtilitatem publicam,secus si non est electus secundum formã debitam,quia tunc facta per eum non valent.& alleg.Guli. de Cu.ita tenentẽ in d.l.Barbarius.ꝙ nota pro intellectu dictæ l.Barbarius. & idẽ Bal.in l.de quibus.ff.de legi.idẽ voluit & allegat d.l.actuarios . fuit tamen originaliter dictum Guli.de Cu.in d.l.de quibus.sed Bar.in l.1.C.de manu.vindi.dicit,quidã notarius est priuatus officio notariatus, & in loco vbi est priuatus,est manifesta eius priuatio,sed in alio loco nescitur,& ibi conficit instrumenta. dicit,ꝙ sunt ipso iure nulla. Non obst.td.l.Barbarius.quia habet locũ in prætore cõstituto à principe, & durat prætor.& alleg.Bar. in prælegatis locis,quod singulariter nota pro intellectu d.l.Barbarius.refert & sequitur do.meus in ca.post cessionẽ.de proba.Vide Spe.& Io.And.in tit.de instr.& edit.§.restat.versi.quid si is.& versi.ex præmissis.& in tit.de prob. §.1.ver.illud autem.vbi idem tenẽt,per te.in l.Hærennius. vbi voluit Bar.ff.de decu.de qua quæstione.d.l.Barbarius. per Inno.& alios in c.1.de fide instru. & Guid. de Suza.in l.decernimus.C.de sacr.san.eccle.per Ia.de Bel.in disputatione inci.cauetur aliquo iure . quã ponit post l.2.C.quo. & quan.iu.Pau.de Leaza.in c. cum dilectus.de fide instr.p dom.Anto.in capit.consultationibus.de iure patrona.per Imo.in l.testiũ.ff.de testi. per Bal.in l.2.C.de serui. & aqua l.non ignorat.C. qui accusar.non possunt.per Ioan. Fabri, in §.sed cum aliquis.Institut.de testament. per Ange.in authent.de tabellio.§.penult. vel fina. Bald. Salicetus & Angel.in leg.1.C.de testament.vbi limitant esse verum, nisi interueniisset decretum,vel creatio superioris , quo casu



casu licet non esset tabellio,tamen hoc casu valent gesta peum.& hoc expresè vult Bar.Et respondent ad d.l.1.C. de testa.quia illa non facit ad propositum suum,quia loquitur in actu testandi,qui est permissus de iure communi,cũ omnes liberi à natura nascantur,& per consequens in tali actu non requiritur decretum , secus in casu nostro. Dicta l.Hærennius.& l.Barbarius.prælegat.& cap.ad ꝓp

a bandum.de re iudic.limitari possunt , a quod sententia ab infame,& excommunicato,vel seruo ratione communis erroris validatur, procedunt nisi illi , inter quos est lata

b sententia, b sciant illum communem errorem esse falsum, quia tunc non validatur ratione cõmunis erroris.ita sing. no.Ian.Calde.in dicto c.ad probandum.quem refert.do. Anto.in c.scifcitatus.de rescrip.ratio est,quia ratione cõperta cedit opinio veritati.& ratio huius dicti colligitur ex tex.c.consuetudo.8.distinct.Adde Abb.in c.ad nostrã 4.de iureiuran.in gl.2.& in c.1.in 7.col.de fide instrumen. quod communis error facit ius,quando quis habuit potestatem à superiore,licet ex aliqua causa non poterat illud facere,quia erat seruus occulte,& sic dicit loqui dictam l. Barbarius.& vide Ioan.And.pro d.l.Barbarius.in d.c.dilectus.2.de prẽben.

ADDITIONES.

a Limitari possunt.Quod error communis faciat ius,intelige verũ in depẽdẽtibus à iureiusdictione secus in depẽdẽtib.ab ordine seu in sacramẽtalibus.sm Ab.in c.2.de ẽbyt.non baptiz.in his enim attenditur veritas non opinio facit quod no.gl.in c.dudum.2.de elect.& in c.nihil.& in c.sicut.eo.titu.

b Nisi illi,inter quos est lata sententia.Vide latè per Hippo. de Marsi.in practi.crimi.in §.aggredior.nu.2.Gab.Sar.

103 *Expensa.* III.

1 *Debitor carceratus,non habens vnde se alat,est à creditore alendus,alias relaxatur,vel iudex eum de suo alit.*

1 CReditor qui fecit carcerare debitorem debet eum alere suis sumptibus,si debitor non habet aliunde alias iudex facit eum relaxari.gl.est sing.in l.fi.C.de erog.mili.anno.lib.12.quam gl.Ang.de Are.Inst.de act.§.fi.in fi. reputauit sing.Et si iudex hoc non facit,alet eum de suo, per l.iudices.C.de episco.audien.& facit quod voluit do. Cardi.& ibi plenè per do.meum in c.cęterum.de rescrip.

ADDITIO.

Idem tenet Guid.Pap.decision.Grationop.211.nu.2.& Stepha.Auser.decisio.Tholosa.100.& Bar.in l.sanctum.nu.3 ff.de rerum diuisio.An. in §.fi.insti.de actio.& in additio. ad Bal.in l.quoniam liberi.super parte gl.inducit nu.5.C. de testib.Isa.in l.4.§.fin.nu.11.ff.de edendo.& in le.si victum.nu.2.ff.de re iudi. Gab.Sar.

104 *Expensa.* IIII.

1 *Expensa facta ab institore præposito mercantiæ in honorem mercatorum qui secum contrahebant,an sint imputandæ?*
2 *Expensas faciens in capiendo bannitum eas repetere potest.*

1 QVidam institor præpositus in ciuitate Perusij à quadam societate de Florentia cum pleno mandato,imputabat societati quasdam expensas factas in honorem, mercatorum,qui secum contrahebant,fuit dubitatum an posit?Bar.habuit hanc quęstio.de facto,& dixit quod sic si iusta ratione fecit.& dicit , quod pro hac quæstio. optimè facit nobilis.l.filius fami.ff.de donatio.Et vide Guliel. de Cuneo in l.1.quem refert & sequitur ibi Ang.ff.de iustitia & iure quod potestas,seu aliquis capiens bannitum & faciens in hoc sumptus,potest repetere,per tex. not.in l.mulier in opus salinarum.ff.de capti.& ꝓstlimi.reuer.

105 *Emphyteusis.* IIII.

1 *Emphyteuta soluere obligati quotannis quatuor denarios , si vnus hæres soluit pro duobus annis duos denarios , alius cessauit ; an solutio duorũ annorũ coniungi debeat ꝓ vtroque,& sic habeatur,ac si soluissent ambo pro vno anno,ne res incidat in commissum?*

1 ERant duo hæredes emphyteutę, qui quolibet anno tenebãt soluere quatuor denarios,vnus soluit duob'anduos denarios , alius cessauit,an debeat solutio duorum annorũ coniungi pro vtroque, & sic habebatur,ac si soluissent ambo pro vno anno,ad hoc, vt res non incidat in cõmissum?Guiel.de Cun.in l.si necessarias.§.si vnus.ff.de pigno.acti. decidit,quod debet coniungi, quia particularis solutio vnius habet vim vnius solutionis perfectæ,& sic res non incidit in cõmissum,quasi solutio cedat in causam grauiorem;vt in l.1.cum l.sequen.ff.de solutio.refert & sequitur hoc dictum Gul.Ba.in l.fraudati vectigalis.ff.de publica.& ꝓvectiga.& istud reputat valde singu.do.meus do. And.in c.ex parte.de feu.in 7.col.Sed Ioan.And.in tit.de loca.§.nunc vero aliqua.versi.31.in additio.ad Spec.tenet cõtra Guli.quia particularis solutio facta à socio videtur facta nomine suo,& non nomine alterius.vt in l.& magis ff.de solut.& ideo persona alterius non debet subintelligi l.ita stipulatus.§.Chrisogonus.ff.de verborũ obligat. Nec obstant secũdum eum in contrarium allegata,quia loquũtur in vno obligato,sed in casu isto erant duo obligati,& sic casus est dissimilis.dominus meus do.And.in d. c.ex parte.dicit,quod ex quo vnus est census vna persona, & emphyteutis,& sic præsumitur de iure quod dũtaxat vna erat emphyteusis.& allegat tex.meliorem de iure in l.si plura.ff.de ædil.edict.de quo secundum eum exclamauit Bal.in authen.si quas ruinas.ad finem.C.de sacrosanct.eccle.facit secundum eum l.si communem.ff. quemadmo. serui.amit.& quod habetur in l.si is qui duos.& ibi Dyn. & Bar.ff.de libe.lega.& quod not.glo.in l.fina.C.de mun. & hono.libro.10.& quod no.Federi.de Sen. consi.63.& do.Abb.in c.fina.de iure patron.& Bar.in l.si emancipati. C.de collatio.& facit in simili.tex.singu.in l.Paulus.§.Caius.ff.de liber.cau.Mihi videtur,quod opinio Guli.Bar.& domi.mei sit verior,& dico quod hoc ideo est quia sumus in obligatione hæreditaria,quo casu licet sint duo hæredes,habentur loco vnius,argu.clemen.plures.de iure patrona.& per consequens debet fieri talis coniunctio. Sed eo casu quo duo simpliciter acciperent rem in emphyteusim,& promitterent solutionem canonis simpliciter,qui libet teneretur pro parte.vt in l.reos.§.cum in tabulis.ff. de duobus reis.& vno cessante portio eius reuerteretur, ad dominum,vt in dicta.l.fraudati.& isto casu procedat, opinio Ioan.And.& hanc cõcordiam,si fortè vera sit, subtiliter collegi ex mente verborum Bar.in dicta l.fraudati. tene menti.

106 *Extensio.* III.

1 *Lex vbi tendit ad fauorem animæ,extenditur de proprio vocabulo ad improprium.*

1 VBicunque lex tendit ad fauorem animæ,extenditur de proprio vocabulo ad improprium. ista est gl.sing.secundum omnes in auhen.sacramenta puberum.C.si aduersus vendi.facit quod voluit Io.And.in c.pro humani.de homi.li.6.vbi,fauore animę constitutio loquens de principe,quamuis pœnalis,vendicat sibi locum in principe supremi gradus.

197 *Epistola.* I.

1 *Epistola si proprio sigillo sigillet ur,sed nomen scribentium nõ apponatur,an valeat?*

1 ALiquis scripsit epistolam,apposuit suum sigillum,& notum non apposuit nomen suum, an valeat? dic ꝙ non.ita singulariter dixit Bald.in prima constitutio.ff. & allegat.l.ad testium.§.si quis testibus.ff.de testibus. refert & sequitur dominus meus in cap.1.de probationi.quod est no.dignum.

ADDITIO.

1 Vide Nicol.Boer.deci.82.nu.19. Gab.Sar.

108 *Epistola.* II.

1 *Epistola si scribatur, & apponatur nomen scribentis, sed scribens non se subscribat, an valeat?*

1 ALiquis scripsit epistolam suam, & apposuit suum nomen proprium, dicens, sua manu eam scripsisse, & nō se subscripsit, an valeat? dic quod sic. bonus tex. est l. cum antiquitas. C. de testa. ita dixit Bald. in prima constitutio. ff. vbi refert Cyn. hoc tenuisse in facto, refert & sequitur dominus meus domi. Andræas in dicto ca. 1. de proba. & in procemio clemen.

109 *Epistola.* III.

1 *Epistola si scribatur, & apponatur nomen, sed non cognomē scribentis, an in re ardua valeat?*

1 ALiquis scripsit epistolam, & apposuit nomen, nō cognomen consuetum, & res erat ardua, an valeat? dic quod non. ita determinauit Bal. in prima consti. ff. & allegat. l. sacri affatus. C. de diuer. rescri. refert & sequitur dominus meus in d. c. 1. de probat.

11 *Epistola.* IIII.

1 *Epistola scripta sub nomine proprio, non apposito nomine dignitatis eius cui scribitur, an vitietur.*

1 ALiquis scripsit sub nomine proprio, & non apposuit nomen dignitatis eius, cui scribit, an vitietur epistola? Bal. in prima constitutio. ff. dicit quod non, quia videtur scribere ei vt personæ priuatæ. allegat c. quoniam Abbas. de offic. delega. refert & sequitur dominus meus in dicto c. 1. de probatio.

111 *Epistola.* V.

1 *Per epistolam si quis cum alio contrahat, dicitur fieri contractus in loco vbi recipitur epistola:*

1 SI contrahat cum aliquo per epistolam, contractus dicitur celebratus esse in loco, vbi epistola recipitur, & illi consentitur. celebris theorica Bal. est in l. multum. C. si quis alteri vel sibi.

112 *Epistola.*

1 *Emptum de pecunia ecclesia nomine ementis ecclesiæ adijcit.*
2 *Intellectus c. de pecul. cleric.*
3 *Priuilegium tributum militi seculari extenditur ad militem Dei.*

1 LIcet alias emptum de pecunia mea, nomine tamen ementis, non efficiatur meum, vt C. cōmunia vtriusque iudic. l. si patruus. C. de donatio. inter virum & vxo, l. & si de tua. C. de rei vendi. l. si ex ea pecunia. emptum tū de pecunia ecclesiæ, licet nomine ipsius ementis, ecclesiæ adijcitur, vt gl. legales terminant, ad instar eius quod dicitur de pupillo atque milite. C. de rei vendic. l. si vt proponis. vbi de milite. & in l. 3. C. arbitr. tute. vbi de pupillo. & gl. iuris canonici in c. inquirendum. de pecul. clerico. Et licet ibi Hostien. & Io. And. cum quibus concordat Lapus in nouella, dicant hoc expte sè non reperiri aliquo canone cautum, nihilominus copiosus doctor Ludo. Rom. in repeti. authen. similiter. in 8. col. dicit, quod satis hoc videtur probari 12. quæstio. 4. in c. fixum. Ego tdico, quod de hoc videtur etiam tex. in c. 1. de pecu. clerico. vbi videtur tex. quasi expressus, quod res acquisita ex pecunia ecclesiæ per administratorem efficitur ecclesiæ, licet clericus emerit nomine proprio, nam si emisset ibi nomine ecclesiæ, non oportuisset inuestigare vtrum habuerit propriū vel ne. Loquitur ergo quando fraudulenter emerit nomine proprio. & sic ille tex. ponit casum specialem in ecclesia, cum regulariter disponatur contrariū, vt supra dictū est, & hoc firmat ibi do. Abb. vbi dicit, quod ad idem videtur tex. in dicto c. 1. de testa. Idem dicit do. Abb. in dicto. c. inquirendum. quod satis probatur in dicto c. 1. de pec. clerico. & in dicto c. j. de test. & dicit se credere, cp hoc posse procedere in quolibet clerico, quia priuilegiū tributum militi seculari extenditur ad militē Dei, vt no. gl. & Bart. in l. miles. ff. de re iud. & do. Ab. in c. 1. de clerico ægro. Tu verro allega aliam glo. in l. 2. §. miles. ff. de his qui notan. infami. quam gl. allegauit do. Abb. in c. quærelam, de iure iuran. & vide aliam in l. stipendia. Co. de executio. rei iudica. & l. nullum. C. de testib. & in l. milites. C. loca. & in l. neque fœmina. ff. de procura. & in c. studeat. 50. distinct. & vide dominum meum in c. verum. de foro compet. & in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. in 25. col. & vide ad materiam quod no. Cy. in dicta l. si vt proponis. & in l. mater. C. eodem. & vide domi. Abb. in dicto c. 1. de testa. vbi etiam de hoc.

ADDITIO.

Vide domi. Didacum Couarru. in c. 1. nu. 5. versi. 3. ex vltimis. extra de testame. vbi in hac quæst. multa scribit, & declarat. Gab. Sar

113 *Exceptio.* III.

1 *Exceptio non numeratæ pecuniæ per confitentem opponi non potest post biennium. fallit in pio loco.*

1 LIcet exceptio non numeratæ pecuniæ per confitentē opponi non possit post biennium. C. de non numerata pecunia per totum. Institu. de litera. oblig. & notatur p Canonistas in c. fin. de solutio. nihilominus pius locus, puta, ecclesia, exceptionem non numeratæ pecuniæ poterit opponere. hoc singulariter voluit Bald. in authen. hoc ius porrectum. C. de sacrosanctis eccl. per tex. ibi ad hoc subtiliter inductum refert & sequitur Ludō. Roma. in repetitio. authen similiter. in 16. colu. C. ad legem Falcidiam.

*DE LITERA F.*

114 *Furtum.*

1 *Furari impunè aliquid vincenti, & tenenti barattariam in domo licitum est perdenti, & de furto accusari non potest.*

1 LIcitum t est perdenti impunè furari aliquid vincenti, & tenenti barattariam in domo, adeo quod non potest accusari de furto. tex. est elegans in l. 1. §. item notan lum. ff. de aleato. quem reputarunt sing. Rayn. de Forli. & dom. Floria. de Bono. & referunt in facti contingentia ità consuluisse. retulit mihi dominus meus in capit. 1. de sortileg.

115 *Festum.*

1 *Festa Sanctorum celebrantur die qua mortui sunt, & non die natiuitatis.*

1 SAnctorum t festa celebrantur die qua mortui sunt, & non die natiuitatis, quia in die mortis renascuntur ad gloriam. gloss. est secundum Ludo. Roma. singu. 33. incip. quia cras est festum. in leg. cum quidam. ff. de annu. lega. Sed domi. Abb. in capit. licet. in secundo notab. de fer. allegat aliam gloss. in capit. licet in quadragesima. 34. quæst. 4. Ego allego tertiam. Institu. de ingenu. §. final. & illæ duæ gloss. fuerunt penitus incognitæ & occultæ Ludo. Rom. in dicto singu. 33. in quantum duntaxat allegauit gl. in dicta l. cum quidem.

ADDITIO.

Vide Roma. sing. 33. & ibi in additio. Gab. Sar.

116 *Falsum.* I.

1 *Instrumentum in iudicio à se productum lacerans, an teneatur pœna falsi, si pars aduersa prædixisset se velle illud vti falsum reprobare?*

1 QVidam t produxit instrumentum in iudicio, pars aduersa habēs illud præ manibus dixit, quod volebat reprobare illud de falso, producens de manibus extraxit, & in ignem proiecit, quæritur, an cadat in pœnam falsi? videtur dicendum quod sic, quia ille qui combuirit acta, punitur pœna falsi: l. in fraudem. §. quoties. & ibi per Bartol. ff. de iure fisc. vbi qui furatur instrumentum, & in ignē proiicit, cadit in falsum. Tamen contrarium est verius, quia ex quo instrumentum illud non erat registratum, non dicitur de actis, & non dicitur combusisse acta quia adhuc licebat, & poterat penitere & renocare illam productionem. l. si falsos. C. de fal. & vt dixi, instrumētū quando non est registratum, non est de actis etiam si sit productum



productum post litem contestatam. secundum Bartol. in extrauagan. ad reprimen. in versi. de plano. & Ioan. de Imo. l. penul. §. fina. de re iudic. Lud. Rom. in consi. 157. inci. honorande domine collateral. Nec obst. d. l. in fraudem. §. quoties. quia istud est verum in eo, qui comburit instrumentum alterius, prout dicit etiam Bald. in l. 1. C. de fide instru. & vide de ista quæstione Pet. de Anch. consi. 173. incip. circa primum dubium, dubium, de quo quæritur &c. faciunt no. in l. is apud quem. C. de eden.

ADDITIO.

Et quid sit de lacerante literas principis, vel regiminis operæ tradit Guido Pap. decisio. Grationop. 233. aliquis fregit.

117 *Facere.*

1 *Fieri non posse dicitur quod fit per remedium extraordinarium, vel fit per principem, vel per dispensationem.*

1 ID non dicitur posse fieri, quod fit per remedium extraordinarium, vel fit per principem. singulare est dictum Inn. in ca. pastoralis. de causa possess. & proprieta. pro quo do. meus Andr. ibi in sua repetitio. dicit fore casum melio rem. de iure, in l. 4. §. si is qui. ff. de fideicommis. liber. quē tex. refert ibi Ang. de audiisse Bart. in l. 1. ff. de inofficio. testamen. in cathedra allegantem pro vnico & singulari, quod non dicitur posse fieri id quod non potest fieri sine dispensatione. & alleg. l. apud Iulianum. §. fina. ff. de lega. 1. & l. 1. §. fina. ff. de contratab. vide quod voluit Bar. in l. cō tinuus. §. cum quis. & in l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verborum oblig. & in dicta l. apud Iulianum. §. fina. & in l. quandiu. ff. de acquir. hæredi. & in l. 1. ff. de vulga. & pupi. & in l. interdicit. ff. de conditio. & demonstratio. & in l. 1. §. si quis filium. & §. fi. ff. de contratabu. & Cardi. in d. c. pastoralis. & in c. super eo. de condi. appo. & in c. nisi. de offi. deleg. licet aliter voluerit ibi Raph. Cuma. in dicta l. apud Iulianum. vbi tenet contra Inno. & maiè. Pro cuius dicti veritate & examinatione, vide do. meum in dicto c. pastoralis. in antepenulti. col. in sua repetitio. vbi plenè de hoc. Ego adduco pau. de Leaza. & do. Cardi. reputantes singulare dictum Inno. & sequentes illud in clemen. vnica. causa possessio. & proprieta. & vide do. Abb. in dicto c. super eo. & vide eundem in c. fraternitatis. de frigi. & maleft. vbi dixit quod reputatur impossibile quod dependet ex facto vnius, per d. l. apud Iulianum. in fi. & vide eūdem do. Abb. in c. quod dei timorem. de statu mona. vbi de hoc, & allegat dictum Inno. in d. c. pastoralis. & facit secundum eum c. faciat homo. 22. q. 2. Adde gl. Petrum & ibi doct. in cap. gra. de rest. li. 6. & La. in reg. iur. li. 6. gl. 63. dist. epis. c. & Ba. in c. 1. in 5. col. in titul. hic finitur lex, deinde incip. consue.

118 *Frequentia.*

*Frequentia causa expressum, non excludit alios casus.*

1 DOminus feudi t fecit pactum cum colono, quod haberet quartam partem vini de vitibus plantandis per
2 eum in fundo, colonus plantat alias arbores, an dominus debeat consequi fructus aliarum arborum? Et videretur, dicendum quod non, quia contractus ex conuentione legem accipiunt. l. 1. §. si conuenerit. ff. depos. regula contractus. de regulis iuris. lib. 6. regula, contractus. ff. eodem. cū similibus. Sed dic contrarium esse verius, quod idem erit in alijs arboribus per eum plantandis, quia de vitibus fuit expressum propter frequentiam. istud fuit peregrinum dictum Io. And. in additio. Spe. in ti. de loca. §. 1. prope principium. optimè ad hoc facit gl. quæ communiter reputat sing. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. & gl. fin. & m do. Ant. in cle. 1. de reseri. vbi illa cle. est exorbitās, & loquitur in p̄latis religiosis, & glo. dicit esse idē in p̄latis secularibus. & ideo ibi Papa ex presit de religiosis, quia magis erat frequentatū. Ioan. de Imol. ibi dicit; quod illa gl. est singu. de iure cano. & gloss. in dicta l. tale pactum. §. final. est singularis de iure ciuili. do. meus do. And. vberrimus iuris fons in repetitio. rubri. de rebus eccle. non alienan. & in plerisque locis dicit, quod est dare aliam gloss. in ca. vnico, de rerum permutatio. libr. 6. & not. gloss. in clemen. vnica. de supplen. negligen. præla. & in c. diaconi. 27. distin. vbi texloquitur de diacono. & gl. dicit idem in subdiacono. facit gl. multum solennis in c. 2. de confessis. li. 6. vbi dispositio illius capituli loquens in reo habet locū in actore. & ideo potius ibi tex. expressit de reo quam actore, quia erat magis frequentatum. & allego. tex. in cap. 1. §. si quis rusticus. de pace tenen. & Bald. ibi dicit, quod licet prohibitio illi' tex. loquatur in rustico, nihilominus habet locum in alijs personis, & ideo expressit potius de rustico propter frequentiam. facit gl. in l. 1. C. de rap. virgi. quæ dicit idem in muliere rapiente iuuenem. tex. enim ibi propter frequentiam expressit de masculo. & ibi Ang. dicit se facto vidisse Florentiæ, quendam meretricem comburi. & pro istis gl. allegatur tex. in l. scire oportet. §. fi. ff. de excusatio. tut. quē tex. allegat do. meus in repetitio. dictæ rubri. de reb. eccle. non alienan. Ego adduco tibi gl. in l. 1. C. de Nili agge. nō rumpendis. vbi tex. loquitur de fractione aggerum Nili. & gl. dicit idem in aliis fluminibus. & ibi Cyn. dicit, quod illa gl. potest defendi in flumine, cuius fractio aggerum affert maximum præiudicium & damnū. vt in Pado Ferrariensi. referunt & sequuntur Ang. & Sali. ibi, licet Petrus aliter senserit. & adduco quod voluit Sal. in l. si vt allegas. C. de ficar. & Bar. in l. furem. ff. eo. facit gl. in authen. cassa & irrita. C. de sacrosc. eccl. & in l. 1. C. de his qui ad eccl. confug. & in l. non impossibile. ff. de pact. & in l. Imperator. ff. de statu homi. & quod voluit do. Car. in c. Abb. de rescrip. vbi tex. loquitur de collatoribus, dicit ipse idem in alijs p̄uisoribus. facit quod ipse voluit in c. de cætero. de homi. & in c. præterea. 1. de transactio. & in c. tua. de homi. & in c. plerique. de pact. & in c. præterea 1. de appel. cum simi.

ADDITIO.

Adde quæ plenè ad hoc notat Rebuff. in tracta. nominationum, in quæstio. 5. nu. 26. versi. vnde si dominus. Pet. Gerard. de Petra sancti. sing. 97. nu. 4. Ias. in l. 1 §. 1. ff. de iustitia & iure. l. 1. col. 3. ff. de legib. And. Tiraquel. in tract. de vtroque retract. §. 20. nu. 4. cum sequen. & Alex. consi. 119, ad fin. nu. 45. vol. 6. Gab. Sar.

119 *Fideiussio.*

1 *Fideiussio officialis ob defectum alicuius solennitatis non liberat debitorem, sed officialis prius conuenitur.*

1 LIcet securitas t facta ob officiali propter defectum alicuius solennitatis non liberet debitorem, tamen facit quod officialis prius conueniatur. ita sing. no. Bar. per illū tex. in l. fisco. C. de conue. fisci debi. lib. 10.

120 *Fiscus.*

1 *Fiscus si habeat multum frumentum quod conseruare non potest, potest imponere subditis necessitatem emendi.*

1 SI fiscus t habeat multum frumentum quod conseruare non potest, potest imponere subditis necessitatē emēdi, & istud est onus patrimoniale, vt ille qui plus, cogatur emere plus. si enim intelligeres de munere personali, hoc est de cura emendi, multi excusarentur, quod est contra totum titulum C. vt nemi. lice. in empti. specie. se excus. lib. 10. ita probatur in l. quoties. C. eo. & ibi Bar. dicit istum casum esse notandum, quia sæpe occurrit.

121 *Falsum.* II.

1 *Falsum instrumentum immunitatis conscribens, debet igne comburi.*

1 QVi falsum t instrumentum immunitatis conscripsit debet igne comburi. tex. est peregrinus in leg. 1. C. de immu. nemini conceden. lin. 10. licet alias pœna falsi sit minor, vt in l. 1. §. fi. ff. de fal.

ADDITIO.

*. Adde Roma. sing. 385. & ibi in additio.

122 *Feudum.*

1 *Feudū licet nō possit alienari inuito domino, fallit quādo emptor subiret omne onus, cp sustinebat primus feudatarius.*

1 LIcet feudum t non possit alienari in inuito domino, vt legitur & no. in c. ex parte de feu. cum simil. tamē hoc

hoc fallit quando emptor vult ſubire omne onus, quod ſubſtinebat primus feudatarius. illud probat tex. in argumentum optimum ſecundum Bar. & Ange. ibi in l. muri leguli. C. de murileg. li. 11. quod no. pro limitatione d. cap. ex parte. & eorum quæ ibi notantur. Adde Roma. ſingu. 444. & ibi in additio.

ADDITIO.

Adde Ioan. Arno. dialog. 27. Gab. Sar.

123 *Frumentum.*

1 *Quod ſolui debet in pane, non debet ſolui in frumento.*
2 *Rectores ciuitatum poſſunt ordinare ſuper frumēto vēdēdo.*

1 Illud quod† debet ſolui in pane, non debet ſolui nec dari in frumento. iſte eſt caſus peregrinus, & ibi Bartol. in l. nulli. C. de frumen. vrb. Conſtantin. lib. 11. & ratio eſt ſecūdum Bar. ibi, quia ſi datur frumentum poteſt conuerti ad alium vſum, quam ad panem. & ſic diſpergeretur & efficeretur cariſtia. Et no. ex illo tex. quod ex mala adminiſtratione frumenti creſcit cariſtia. ex quo no. ibi Bartol. quod
2 priores† & rectores ciuitatum. qui habēt arbitrium ſuper
* abundātia, poſſunt huius nomine ponere ordinem * qualiter & quo ordine in ciuitate, & quantum frumentū poſſit vendi quolibet die vel menſe. facit. ff. de offic. præfect. vrb. l. 1. §. cura carnis, & ff. ad legem Iul. de anno. l. fin. & ff. de extraor. criminib. l. annonam. & per totum. quod not.

ADDITIO.

* Ponere ordinem. Adde Guid. Papæ ſingular. 304. & ſingular. 406.

124 *Falcidia.*

1 *Falcidia non detrahitur de legato ad pias cauſas, vbi id quod ſupereſt non ſufficit ad implendam circa actum piū teſtatoris voluntatem.*

1 De legato† ad pias cauſas Falcidia non detrahitur, vbi detractione facta, id quod ſupereſt non ſufficiat ad implendam circa pium actum teſtatoris voluntatem. ſingu. eſt caſus in l. decem. ff. de fideicom. libe. quem reputauit ſingu. Ludo. Roma. in repetitio. authen. ſimiliter. C. ad legem Falcidiam. in 4. col.

125 *Forum conſcientiæ.*

1 *Damni ad emendā quis in foro cōſcientiæ quādo teneatur?*

1 In foro† animæ quis tenetur ad emendam damni, quando fuit in dolo, vel lata culpa, quæ æquiparatur dolo. l. quod Nerua. ff. depoſi. ſecus ſi fuit in leui, vel leuiſsima culpa, licet enim tunc poſſet agi ad emendam damni in foro contentioſo lege Aquilia, quæ tendit ad conſeruationem patrimonij, vt l. in lege Aquil. ff. ad legem Aquil. ſecus in foro animæ, quia imponeretur pœnitentia iuxta modum culpȩ argu. 15. q. 1. c. inebriauerunt. ſing. eſt dictum Innocen. in c. ſicut dignum. circa finem. de homicid. quod dictū reputauit ſingulare do. Abb. in c. 1. de conſtit. in c. quoniam contra. de probatio. & in c. ſi greſſus. de iniurijs, & in ca. ſi. eo. titu. & in c. presbyterū. de homici. & in ca. 1. de cuſto. eucha. & in c. audiuimus. de ſimo. & in aliis pleriſque locis, quod dictū tene menti perpetuo, licet dominus meus do. And. Conſiculus ſubtiliter & argumentatiuè & per viuas rationes reprehēdat dictū Innocentii in c. Raynaldus. de teſta. Inno. tamen communiter omnes ſequuntur.

ADDITIO.

Tradit latè do. Thomas Gramma. deciſio. 3. col. ſi. nu. 16. & Roma. ſing. 106. & ibi in additionibus dixi. & adde Hier. Cagn. in l. quod à quoquam. nu. 7. ff. de reg. iur. & eundem Corſet. infra ſing. 256. in verb. pœna 12. Gab. Sar.

126 *Fornicatio.*

1 *Clericus an propter ſimplicem fornicationem hodie debeat deponi?*
2 *Crimen nullum depoſitione dignum dicitur, niſi reperiatur, in iure expreſſum.*
3 *Matrimoniū cōtrahere qbus clericis olim fuerit permiſſum?*
4 *Intellectus c. à multis. de ætate & qualitate.*
5 *Epiſcopi non dicuntur committere ſimplicem fornicationem ſed adulterium.*

1 Propter ſimplicem† fornicationē clericus hodie nō debet deponi. duæ gl. ſunt ſingulares, vna eſt in c. Maximianus. 81. diſtinctio. Alia eſt in c. lator. 2. q. 7. quas reputauit ſingulares Ioan. de Imol. in capit. vt clericorum mores de vita & honeſtate clericorum. Ego adduco aliam gl. in cap. presbyter. 82. diſtinct. pro quibus gl. dico fore caſum in dicto c. presbyter. & de materia vide domin. Andræ. & Abb. & dominum meum in c. at ſi clerici. de iudic. & vide eundem do. Ab. & etiā domi. meū, & Io. de Imol. poſt alios in d. c. vt clericorum. & vide do. Abb. in c. ſicut & in capit. ſi autem. de cohabit. cleric. & muli. & aliquid per eum in capi. ſi. de purg. cano. & vide Pau de Leaza. in cle. 1. de off. ord. & ibi alios poſt eum. Et licet do. Abb. in d. at ſi cleri. dicat, quod aliàs dubitauit ſuper hoc paſſu, ex quo iura vario mō diſponunt, Ego dico, quod quo ad ſimplicē fornicationem non eſt hæſitandum, per d. c. presbyter. & per gl. præallegatas. & per tex. in ca. fraternitatis. 34. diſtinct. vbi dicitur, quod ætas noſtri temporis, quibus non ſolum merita, ſed etiam corpora defecerunt, cenſuram antiquorum canonum manere non patitur. Et pro iſta parte quā teneo, & communiter tenēt omnes, licet aliter voluerit, Pau. de Leaza. & ſequaces, arguo ſic, vbi in aliquo caſu reperitur rigor ſcriptus, & æquitas ſcripta, tunc æquitas ſcripta præfertur rigori ſcripto. ita legitur & not. per legiſtas in l. placuit. C. de iudi. & per Canoniſtas in c. ſi. de tranſac. Cum ergo in caſu noſtro per Canones apoſtolorum reperiatur rigor ſcriptus, quod clericus conſtitutus in ſacris ꝓpter ſimplicem fornicationem debeat deponi, vt in capi. presbiter. & in c. ſi quis epiſcopus. cum pluribus ſimilibus 81. diſtinctio. & æquitas ſcripta ſit, quod non debeat deponi, vt in dicto c. presbiter. 82. diſtinct. & in dicto c. fraternitatis. & ratio aſsignatur ibi in tex. Item & ſecundo, nullū
2 †crimen eſt depoſitione dignū, niſi reperiatur in iure expreſſum. ita no. in c. at ſi clerici. de iud. & 15. q. 8. in ſumma cū ſimi. licet detur alia regula in cōtrariū, vt no. in d. iuribus. Item nullus debet deponi, niſi pro graui crimine, vt in cap. tuæ de pœnis. & bonus tex. in c. inuentū. 16. q. 7. cū ſimi. Itē pœna non debet imponi à iure niſi exprimatur gl. ſing. ſm do. Abb. in c. fin. de iure patronatus. dominus meus allegat ſimilē 15. qō. 8. in ſumma. optimè facit tex. in leg. at ſi quis. in verſi. cum in eū pœna ſtatuta nō ſit. ff. de religio. & ſump. funerū & facit authen. de nō eligēdo ſecundo nubentes mulieres. in verſi. non eſt lex tale quid dicēs. ſicut ergo in caſu noſtro hodie non deponatur per d. c. presbyter. & gl. præallegatas, & communē opi. doctorū & iſtud non ſit graue crimen, vt no. in d. c. at ſi cleric. §. de adulteriis. nec iſta pœna hodie imponitur à iure, ſed alia, vt in prȩallegatis iuribus, ſequitur, ergo non debet deponi. do. meus do. And. in c. at ſi clerici, preallegatis dicit, quod communis opin. eſt vera, quia remota cauſa remouetur effectus. c. cū ceſſante. de appel. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patrona. cum ſimi. Sed cauſa quare olim deponebantur clerici propter ſimplicē fornicationē erat, quia
3 †poterant contrahere matrimonium in minoribus conſtituti, & vti illo in ſacris. c. cum olim. de cleri. coniug. ca. Nicena. 31. diſtinctio. & idcirco ſi committebant ſimplicē fornicationē grauius peccab., & ꝓ cōſequēs deponebātur cum ergo hodie non poſsint contrahere matrimoniū in minoribus conſtituti, nec vti eo exiſtentes in ſacris, merito debet ceſſare ille rigor. nam vt dicit, ipſe Ioan. And. & alij in dicto c. vt clericorum. dicunt quod magis puniꝛ laicus coniugatus committens fornicationem, quàm clericus non coniugatus. & dicit quod iſta fuit ratio, quare apoſtoli conſtituerunt clericos fornicatores deponi. Mihi videtur quod iſta ratio licet ſit colorata, tamen forte non procedit, quia nunquam leg, quod fuerit permiſſum clericis occidentalibus contrahere matrimonium, & vti eo, ſed tantum clericis græcis & orientalibus. & ita ꝓcedunt iura allegata per domi. meum vt d. cap. Nicena. et

vt ha-

vt habetur in ca. cum olim. & vt no. in dicto c. de libellis. 20. diſtinct. quia eccleſia orientalis noluit acceptare continentiam, vt ibi notat. Sed ratio fundamentalis eſt illa; quæ habetur in d. cap. fraternitatis. Non obſt. d. ca. à multis. de ætat. & qualit. vbi clerici in ſacris, ſi non caſtè viuāt
4 ſunt excludendi ab eorum gradibus. Quia reſpōdeo† tripliciter ad illum. tex. quia Papa ibi non intendit approbare antiquos canones, ſed inducit ad aliud propoſitum ad probādum, quod ſubdiaconatus eſt ſacer ordo, ſi rectè ponderetur ille. tex. ſecundum illud capitulum quod eſt extractum à c. erubeſcant. 32. diſtinctio. quod cap. procedit in fornicatione manifeſta & notoria, & per conſequēs qualificata, non ſimplici, inquantum textus. dicit ibi de manifeſtis autem &c. Tertio poteſt intelligi ille tex. in detinente concubinam, & ſic in concubinario, licet aliter, de hoc ſeruetur, vt habetur in c. clericis. & in c. ſicut. & in c. ſi autem. de coha. cler. & mul. inquantum tex. ibi dicit, ſi mulierculas à ſe non abiecerint. ergo. Non ob. d. c. vt clericum. inquantum domi. Abb. dicit ibi poſt alios. quod ille tex. facit contra communem opi. inquantum generaliter loquitur. Quia reſpondeo, quod potius facit pro, quam cōtra. nam dicit ibi tex. qui laborat vitio incontinētiæ debet puniri, prout magis & minus ſecundum canonicas ſanctiones, &c. tunc ſic. illud quod refertur ad aliud debet intelligi ſecundum illud, ad quod ſit relatio, per ea quæ no. in authenti. ſi quis in aliquo documento. C. de eden. & in c. 1. de probatio. & per id quod voluit Bal. in authen. ſacramenta, puberū. C. ſi aduerſus vendi. cum ergo d. c. vt clericorum. referat ſe ad canones antiquos, & in quibuſdam canonibꝰ reperitur rigor, & in quibuſdam æquitas, ergo potiùs debet referri ad canones continentes æquitatem, quàm rigorem, prout dixi ſuprà. Item poſteriores derogant prioribꝰ l. nam & poſteriores. ff. de leg. c. 1. de conſtitu. li. 6. cū ſimi. cum ergo canon, conciliariis, de quo in d. c. presbyter. ſit poſterior cōtinens æquitatem, ergo præfertur canonibus prioribus apoſtolorum continentibus rigorem. Non obſtat c. fraternitatis. de frigi. & malefic. quod allegatur in argumētū contra hanc opinionem. Quia reſpondeo, quod argum. ceſſat, quando contrarium reperitur in iure cautū, vt no. in c. publicato. de elec. & in c. cū apoſtolica. de his q ſi. à maio. parte c. & in c. a nobis. de ſen. excom. & in l. 1. ff. de off. eius cui man. eſt iuriſd. & in l. conuenticulam. C. de epiſco. & cle. & in l. 2. C. de condi. inſer. ſed in dicto c. preſbyter. & in d. c. fraternitatis. contrarium reperitur, ergo. Et hæc, & alia motiua feci cuidam nobiliſsimo, doctiſsimo, ac amiciſsimo meo publicè diſputanti. Bononiæ, & contrariam partem tenenti, dum eſſem ibidē ſcholaris. In epiſcopis & prælatis committentibus ſimplicem fornicationem, fortè poſſet procedere opinio Pauli de Leaza. & ſequacium, qui cū ipſi propriè contrahant matrimonium cum eccleſia, vt legitur & no. in c. ne pro defectu. & in c. quia propter. de electio. & in c. inter corporalia de tranſla. prȩlat. & in c. requiſiſti. de teſta. non dicuntur
5 †committere ſimplicem fornicationem, ſed adulteriū & ita ſentit domi. Abb. in cap. fina. de purga. cano. in clericis autem inferioribus ſecus, cum proprie non contrahāt matrimonium cum eccleſia. vt notatur in dictis iuribus, & iſto modo poſſunt reduci opin. ad concordiam. Sed in facti contingentia indiſtinctè ſequerer communem opinionem in iudicando & conſulendo. Non obſtat gl. in d. l. 2. C. de epiſc. & cler. quȩ dicit, quod filij ſacerdotum ſunt inceſtuoſi. & ſic ſentit, quod clericus quando fornicatur, nō fornicaꝛ ſimpliciter. Quia rñdeo, quod illa gl. dānatur cōmuniter per Cy. & Bar. ibi, & per Bal. in l. ſi quis inceſti. C. de inceſt. nupt. licet in dicta l. 2. fuerit ſecutus eam. Vel aliter poteſt dici, quod illa gl. procedebat olim ſed hodie nō. per d. c. presbiter. & d. c. fraternitatis. 54. diſtinctio. & glo. prȩallegatas. & intelligitur vbi fornicatur cum aliqua filia ſpirituali. c. ſi quis ſacerdos. 30. q. 1. per Bal. in c. in prȩſentia. de probatio. vbi reprobauit illam glo. licet ibi non fuerit memor illius gl. Conclude ergo, quod illa gloſſ. hodie non procedit. & iſta mihi videtur verior. reſponſio per iura præallegata.

ADDITIO.

Vide Nic. Boer. deciſ. 72. nu. 2. & plene vide per Pet. Duēnas in rugu. 101. incip. clerici propter fornicationem. vbi hoc diffuſe tradit. & in reg. 366. incip. filius ſpurius de iure ciuili. In ſecunda limit. verſi. quod in nepote. Gab. Sar.

*DE LITERA G.*

127 *Gabella.* *I.*

1 *Clerici, vel ſcholares immunes à ſolutione gabellarum alios excuſare non debent, alias priuilegium amittunt.*

1 Clerici, vel alij, †puta ſcolares, & aliȩ perſonæ habentes immunitates à gabellis & datijs, ſub eorum prætextu. non debent alios excuſare. optime facit in argu. l. illud. C. de anno. & tribut. lib. 10. & hoc colligitur ibi. Tu dic, quod ſi fraus detegatur, bona illa publicantur. vt tenet idem Bar. in l. 1. C. de nauibus non excuſan. lib. 11. vbi. colligit argumentum ex illo tex. imo dicit eſſe caſum contra comitatenſes, qui faciunt aliquem ciuem emere res pro eis vt ſub titulo ciuium non ſubſint oneribus eis impoſitis, quia tales res ſunt publicandæ, & ille qui committit iſtā fraudem, videlicet, ſi eſt ſcolaris, ſeu alius, amittit priuilegium. argu. l. qui ſub prætextu. C. de ſacroſanct. eccle.

128 *Gabella.* *II.*

1 *Suſpecti quod aliquid portent contra deuetum ſi non ſinunt ſe perquiri, poſſunt capi, & ex ſola reſiſtentia puniri.*

1 Aliqui reperiūtur† in itinere de quibus eſt ſuſpicio, ne aliquid portent vltra deuetum, nam ſi non permittūt ſe ſcrutari, poſſunt capi & detineri per cuſtodes ad hoc deputatos, & ex ſola reſiſtentia debent acriter puniri. caſum habes, & ibi Bar. in l. euictiones. C. de cur. publi. & anga. lib. 12. quod no. quia ſæpe contingit de facto.

129 *Gabella.* *III.*

1 *Gabellarij ſi dederunt licētiā mihi extrahēdi res meas, illæ poſſunt per mulionē extrahi, licet in licētia nō cōtineatur.*

1 Gabellarij portarum† dederunt mihi licētiam exportandi res meas, vel meam arneſiam extra ciuitatem, & diſtrictum, ſi tales res, vel talis arneſia portātur, ſeu portatur poſtmodum per mulionem, licet mulio non ſit deſcriptus in licentia, ſed ſolum ego, licet poſſunt portari ꝑ eum, hoc voluit Bar. in l. Parhippum. C. de curſu publi. & anga. lib. 12. quod no.

130 *Gabella.* *IIII.*

1 *Licentia extrahendi res, vel frumentum extra comitatum, durat ſolum per ſeptem dies*

1 Si alicui eſt† data licentia de extrahendo certum frumētum, vel bladum extra comitatum; quod hæc licentia non extenditur vltra numerum ſeptem dierum, quorum quis duos habet ad arripiendum iter, alios vero quinque pro itinere perficiendo. textus eſt in optimum argumentum ſecundum Bar. ibi, in l. vnica. C. de tract. & ſtati. lib. 12. quod facit pro licentijs, quæ dantur. per gabellariū portarum de extrahendo ſalmas frumenti, & ſimilium extra diſtrictum, ſecundum Bart. ibi, quod not. tu vide Ludo. Roma. hoc volentem in repetitione rubricæ. ff. de arbitris. in 19. col.

*DE LITERA H.*

131 *Hæres.* *I.*

1 *Princeps ſi concedat nobili pauperi aliquos redditus, hoc non trāſit ad hæredes, niſi in inſtrumētum hæredū fiat mētio.*

1 Si princeps† concedit alicui nobili pauperi aliquos redditus, non tranſit huiuſmodi beneficium ad hæredes, niſi in inſtrumento fiat mentio hæredum. tex. & ibi Iaco. de Belui. & And. de Ieſer. in capitu. 1. §. fina. in titu. quis dicatur dux, marchio. in vſib. fud. quod dictum aureum memoriæ manda.

Homicidium

132 *Homicidium.*

1 *Homicida verus an liberetur per decapitationem alterius innocentis?*

1 DVo sunt Titij, † vnus interfecit Seium, iudex per errorem decapitauit alterum an veras homicida tit liberatus? Bal. in c. 1. §. iniuria. de pace iuramen. firman. in vsib. feu. determinat quod non, & allegat tex. no. in l. qui seruũ ff. de interro. actio. vide ibi doctores. Tu. adde Ang. & Io. de Imol. & ibi plenè per Modernos in le. quoties. in fin. ff. solu. matri. & vide Bald. & ibi scribentes in l. duobus. §. 1. ff. de iureiuran. vbi quærunt an condemnatio vnius prosit vel noceat alteri?

ADDITIO.

Vide latè Hippo. de Mar. in practi. crim. in §. opportune. nu. 13. & in l. 1. §. si quis vltro. nu. 53. ff. de quæstio. Gab. Sa.

133 *Habeatur.*

1 *Verbum habeatur, quando denotet fictionem, & quando veritatem?*

2 *Geminatio verborum inducit efficaciorem effectum.*

1 LIcet † verbum habeatur, denotet fictionem & non veritatem, tamen si illa verba, in omnibus & per omnia, precedant illud verbum habeatur, denotat veritatem. tex. est singular. in l. 2. §. furiosus. in verbo, in omnibus & per omnia habeatur. ff. de iure codicil. quẽ tex. reputauit sing. Ang. in l. in negotiis. ff. de re iudica. ita refert & sequitur domi. meus in repetitione rubricæ, de fide instrumen. in 16. col. & adduco quod voluit Bal. in prima constitutio. ff. in fi. prin. vbi dixit, quod ad hoc vt forẽsis effectus ciuis gaudeat, priuilegio verorum ciuium, cautela est, vt apponantur verba mixta, scilicet habeatur & sit, & sic sentit quod verbum, habeo, de se denotat fictionem. & allegat tex. peregrinum, quẽ solus ipse ad hoc ponderat in l. 1. §. hæc aũt verba. ff. quod quisque iuris. refert & sequitur domi. meus in repetitione rubricæ, & in commento c. vnici. de lit. contesta. in finalibus verbis. & Moderni in d. l. 1. §. hęc autem verb. & vide Pet. de Anc. in repetione c. canonũ statuto de constitut. in 42. ch vbi pulchrè de hoc, & vide Bal. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. & do. Ab. in c. tanta. qui filii sint legitimi. facit quod ipse notat post alios in c. ex parte. de sponsa. & domi. Ant. in c. nuper. de biga. Et vide Pet. de Ancha. in c. cum in ecclesia. de præben. lib. 6. vbi dicit, aliud esse canonicum. & haberi loco canonici. l. aliud. ff. de verborum significatio. & per Bar. in l. si maritus. ff. de adulter. & Bal. in d. constitu. respondet ad dictum Bar. in l. his qui pro emptore. ff. de vsuca. vbi dixit, q̃ illa verba, habeat pro ciue, faciunt verum ciuem, quia habita ratione ad originalem ciuitatem illa nõ dicitur vera, sed ficta ciuitas, & sic no. q̃ ad hoc vt verbũ, habeatur, importet veritatem, esset necesse apponere aliud verbũ, q̃ denotaret veritatẽ. & illũ tex. d. l. 2. §. furiosus. fecit singularẽ idem Ang. in cõsil. quinto. pro illis verbis in omnibus & p omnia. Et istud
2 operatur † geminatio verborũ, q̃ inducit efficaciorẽ effectũ per id quod voluit Bal. in aut. sed cũ testator. C. ad legẽ Falcid. & in l. neque natales. C. de probatio & in dicto. c. vnico. de lit contest. vbi per eundẽ in c. eã te. de rescrip. & per id quod voluit do. Anto. in c. per venerabilẽ. qui filij sint legiti. in repetitione. & per id quod voluit Io. de Imol. in cõsilio 155. alias 138. & Lud. Ro. cõsi. 53. Et vide Io. de Imo. in c. & si Christus. de iureiuran. vbi dixit, sermo duplicat' cẽsetur cũ maiori, & matura deliberatione prolatus. faciat gl. sing. in clemen. fin. de appella. tex. ibi Bar. in l. cũ simus. C. de agrico. & censi. lib. 11. Ang. in l. vnica. C. de plus petitionibus. Ab. in c. cũ dilectus. in fi. de succesio. ab intestato. Itẽ ga illa verba sunt nimis generalia & multũ prægnãtia, & nihil excludẽtia. arg. eius q̃ no. in l. balista. ff. ad Trebel. & q̃ voluit do. Cardin. in c. fi. de accusa. & q̃ no. glo. in cle. 1. de iudi. in ver. quibuscũque. & q̃ no. in l. si extraneus. de iure do. & in l. cum pœna. ff. de arbi. & quod legitur & notatur in l. de pretio. ff. de publicia. cum simi.

ADDITIO.

Hierony. Cagnol. in l. res iudicata. in prin. ff. de reg. iur. G. Sa.

134 *Hæres. I.*

1 *Hæres institutus à debitore, si repudiet hæreditatẽ, omnibus bonis non solum hæreditarijs, sed quocunque titulo ad eum deuolutis à testatore, priuatur.*

1 INstitutus † hęres à debitore alicuius, si repudiet eius hæreditatem, priuatur omnibus bonis: non solum hæreditarijs, sed quocunque titulo ad eum deuolutis à testatore. sing. est casus secundum Bar. ibi in l. hæredes. C. de omni agro deserto. lib. 11. & ad dictam l. iuxta fin. adde fm do. Ale. de Imol. ibi. l. si patroni. §. qui fideicom. ff. ad. Trebel.

135 *Hospitale.*

1 *Hospitalia quæ nobiles in eorum domibus priuatis habent, an gaudeant priuilegio hospitalium publicorum? & si quid eis legetur, non. detrahetur Falcidia aut Trebellianica.*

1 MVlti † nobiles sunt, qui habent hospitalia priuata in palatijs & domib. suis, illa talia hospitalia nõ gaudẽt priuile. hospitaliũ, vt in l. orphanotrophos. & ibi Ba. C. de episco. & cleri. Sed pone, quod fiunt talia legata talibus priuatis hospitalibus, dicas quod licet non gaudeant priuilegio publici hospitalis, vt dictum est, tamen de talibus relictis nõ detrahetur falcidia aut trebellianica. ita bellisimè consuluit Pau. de Castr. consi. 295. faciat quod voluit An. consi. 114. refert & sequitur dominus meus. do. Ant. in c. Raynaldus. de testamentis, in 77. char.

136 *Hæres. II.*

1 *Transuersales à testatore prateriti quando præferantur, & hæredem instituta repellant?*

1 EGo † induxi testatorẽ, vt instituat me, & nõ suos transuersales, mortuo testatore dubitatur quid iuris de hæreditate illius? dic quod si transuersales fuit in possessione, quod ipsi præferuntur, & repellunt me dolo malo. ita pulchrè dixit Bal. in l. 1. C. si quis aliquem testari prohibu. & allegat tex. quem dicit valde singularem, in l. 1. ff. de doli excep. refert & sequitur dominus meus in repetitione rubricę, de cau. pos. & proprie.

137 *Hæres. III.*

1 *Nepos legitimus natus ex spurio potest ab auo instituí, secus si natus ex incestuoso.*

1 LIcet † nepos † legitimus natus ex spurio possit institui ab auo suo. gl. est sing. in authen. quibus modis natura les efficiun. su. §. penultimo. collatio. 7. quam reputauit singu. Bal. in præsentia. de probatio. facit q̃ ipse voluit in l. fi. & ibi gl. C. de natural. li. & gl. in §. in nouissimo. in authen.
a de restit. fideicommis. colla. 9. Nihilominus [a] si est natus ex incestuoso, licet sit legitimus, nullo modo poterit institui hęres ab auo. casus est sing. in l. si quis incesti. C. de incest. nup. secundum Bal. in dicto c. in præsentia. refert & sequitur ibi domi. meus, quod dicit esse mirabile.

ADDITIO.

a Nihilominus. Idem probat Alexan. in l. Gallus. §. quid si is ff. de liberis & posthumis. & Hipp. sing. 143. & est cõmunis opinio, vt dicit Sali. in dicta l. si quis incesti. & Corne. consilio. 25. vol. 1. licet Isa. in dicto §. quid si is. discutiat. cõmunẽ tñ sequitur. & Didacus Couarru. in epito. quarti libri Decretal. in secunda parte cap. 8. nu. 14. Hippo. fin. 143 Bermodus Choueron. in tract. de publicis concubinarijs pag. 352. nu. 70. ver. ista cõclusio indubitater. in concord. Michael Confuentes in l. 9. nu. 7. Tauri. Guliel. Benedict. in repetitio. c. Raynutius. in ver. & vxorẽ nomine Adelasiam. decisio, 5. nu. 131. Corne. cõsi. 25. nu. 15. vol. 1. Dida. de Castilio in d. l. 9. Tauri. in versi. ex testamento. Roderi. Suars in lectura l. 11. ti. 6. l. 3. fori. fol. 89. pa. 1. Martinus Laudẽsis in tracta. de legiti. nu. 73. cum aliis additioni. per Petrum Duenas in reg. 366. inci. filius spurius de iure ciuili. in secunda limitatione. verhcu. quæ limitatio in nepote

Gab. Saray.

Hæres



138 *Hæres. V.*

1 *Hæres non faciens id, ad quod defunctus tenebatur, excusatur, si probabiliter ignorauit.*

1 HAeres † non faciens id, ad quod tenebatur defunctus, excusatur, si probabiliter ignorauit. ista est gl. valde singu. l. 1. C. de iure emphy. & ibi per Bart. Dy. in c. si quis in ius alterius. de reg. iur. lib. 6. & in l. in hac. §. fi. ius. ff. de ver. obli. & do. meus in repe. c. Raynaldus. de testa. in Ioannina circa finem.

*DE LITERA V.*

139 *In integrum restitutio. I.*

1 *Restitutio in integrum in causa fauorabili maiori cõceditur allegata iusta causa, & ea semiplenè probata.*

1 REstitutio † in integrũ † in causa matrimoniali, seu in causa fauorabili concedenda est maiori allegata iusta causa, licet plenè non probetur illa causa, sed semiplenè, puta per iuramentum, vel vnum testem. iste est textus vnicus, & singula. & alibi non repertus secundum dominum Cardinalem, & domin. Abbat. in cap. ex literis. de in integ. restitutio.

140 *In integrum restitutio. II.*

1 *Restitutio in integrum licet aduersus sententiam principis petatur, tamen interim eius sententia mandatur executioni.*

1 LIcet † petatur † restitutio in integrum aduersus sententiã principis speciale est in eo, vt interim sententia mandetur executioni indistinctè. istud sing. dicit Bald. in l. si causa cognita. C. de transac. refert & simpliciter sequitur Martin. de Laudu. in tracta. suo de principibus. Tu adde casum specialem etiam in capit. scisitata de in integr. restitutio.

ADDITIO.

Idem tenent Ale. Ias. & Ripa. in l. 4. §. comdemnatum. ff. de re iudi. Vitalis in tracta. clausula. in c. nil nouari restitutio. in integrum pendente. Autre. in decis. Tholos. 54. Capici. decisio. Neapoli. 53. & Didac. Couarru. in pract. q. c. 25. col. fi. versi. 12. Gab. Sar.

141 *Ignorantia.*

1 *Statutum, quod non possit ignorantia allegari, valet.*

1 STatutum † disponens, q̃ † non possit allegari ignorantia, validũ est. ita dixit Bal. in l. diuus Claudius. ff. ad leg. Cornel. de fal. quem te. dicit esse meliorem de iure, & singular. vbi dicitur, q̃ non datur venia his, qui prætendunt se ignorasse veritatem edicti. & sic non licet dicere, ignorans fecit idem voluit Bald. in l. 1. ff. de legib. & allegat d. l. diuus. in princip. retulit, mihi do. meus in rubrica, de crimine fal.

ADDITIO.

Vide Andr. Tiraq. in tract. de retractu consangui. in §. 35. ver. ignorantes. nu. 24. Gab. Sar.

142 *Ingratitudo.*

1 *Ingratitudo an excludat quem à successione ab intestato.*

1 INgratitudo † excludit quem à successione ab intestato. gl. est celebris in cap. fi. de postl. quæ mouetur per l. liberi. C. de inoffi. test. Io. de Imo. ibi dicit illã gl. esse singularem, & se nescire alibi. deinde dicit fortè eã fallam. quia d. l. liberi quam allegat gl. loquitur de ingratitudine repellente quẽ à successione ex testamento, & non ab intestato. dom. meus. do. And. in d. ca. fi. refert Nico. de Neap. in l. si spurius. ff. vn de cogna. tenere quod ingratitudo repellit quẽ à successione ab intestato. & ibi Nic. de Neapo. refert Iaco. de Beluisio allegat. gl. sing. secundum eum in auth. de nuptijs. §. ingratitudinem. ipse allegat aliam in authen. de non eligen. secũdo nuben. in §. cum igitur. facit l. 3. §. præterea. & l. ex parte. ff. de adimen. leg. quæ iura allegauit Iaco. de Belui. in dicto §. ingratitudinem. & dicit quod talis hæreditas pertinet ad fiscum. & allegat. his consequenter. §. primo. ff. famil. erciscun. Et in quantum Io. de Imo. dãnauit gl. d. c. fin. C. de reuocan. dona. do. meus reprehendit Io. de Imo. & dicit „ quod non bene arguit, per motiua quæ adducit dom. meus in dicto c. fi. Item dicit do. meus, quod in dicta l. liberi. bene facit, quia licet loquatur in successione ex testamẽto, idẽ erit censendũ in successione ab intestato. & ideo di spofuit de testamẽto propter facti frequẽtiã. ar. q̃ eius voluit gl. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pac. cum simili. & ad hoc adducit gl. quam ipse dicit esse celebrem in l. vnica. C. de bis qui ante aper. tabul. vbi te. loquitur de successione ex testamento. & gl. ibi dicit idem in successione ab intestato, & dicit quod istud subtiliter voluit glo. dicti ca. fi. quod d. l. liberi. haberet locum in successione ab intestato. Et ista ne tradas obliuioni, vide te. iuncta gl. in authen. vt cum de appella. cognosc. §. aliud. in ve. quarum aliquæ.

ADDITIO.

Vide Io. de Garo. in authe. eo testamento. num. 42. & 43 [C]. de secun. nupt. ver. nono adde etiam pro hac parte. Gabriel Sarayna.

143 *Index.*

1 *Iudex non condemnans partem in expensis si fuerint petitæ, de suo resarcire tenetur.*

1 IVdex † non † cõdemnans partem in expensis, tenetur resarcire de suo. quod intellige verum, quãdo expensæ fuerunt petitę per partem, & ratio est, quia iudex non tenetur impartire officium suum non petitum ad vtilitatem priuatam. l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect. & ibi Bar. & quod no. in l. sancimus. C. de iudic. facit quod not. Inno. in c. ad nostram. 2. de iureiur. istud dixit gl. vnica & sing. in c. fi. de rescrip. Et facit ad hoc ad quæstionem statuti disponentis. q̃ si iudex non finit quæstionem infra certum terminum, debeat soluere certam pœnam, q̃ iudex non incidat in pœnam, si non fuerit petitum à partibus, vt decideretur infra certum terminum. hoc tenuit domi. Andrea. in ca. venerabilis. de iudi. quem referunt & sequuntur ibi doctor. & dominus meus & domi. Abb. in dicto c. fi. vide eos ibi. facit quod in simili no. Bar. in l. properandũ. C. de iudic.

144 *Iudicium.*

1 *Iudicium vbi cœptum est, ibi finiri debet limitatur pluribus modis.*

2 *Intellectus & limitationes l. vbi cœptam ff. de iudic.*

1 REgula est, vbi † cœptum est iudicium, ibi finiri debet. l. vbi cœptum. ff. de iud. facit. c. propoluisti. de fo. compe. & l. si quis postea. ff. de iudi. Et ideo Legatus potest adiri per viam querelæ. vt in c. 1. de offi. leg. tamen si causa esset cœpta coram ordinario loci, non põt adiri, quia vbi cœptum est iudicium &c. d. l. vbi cœptum. Abb. in ca. cum in ecclesia. de appel. Sed do tibi pulchras limitationes ad d. l. vbi cœptum. Et primo limita eam secũdum do. Abb. in c. postulasti. de homi. vbi dixit per illum tex. ex quo tibi cœptum fuit iudicium coram ecclesiastico, & finitum corã laico, q̃ † d. l. vbi cœptum. habet locum quando coram primo iudice controuersia põt habere finẽ, alias secus. nam in casu d. c. postulasti. cõtendebatur de excommunicatione, & sic non poterat finiri iudicium per ecclesiasticum iudicẽ, & fuit recursum ad seculare iudicẽ. Secundo limita regulam secundum Bal. in c. Imperialem. §. præterea. de prohi. alie. feud. per Feder. vbi dixit, q̃ d. l. cœptum. non habet locum, vbi agitur de præiudicio alterius iurisdictionis. nã si vasallus litigat super feudo, & nõ recurrit ad dominum feudi, sed vadit ad alium, tunc dominus feudi potest mandare sub pœna, q̃ amplius non compareat corã eo. & subdit q̃ Io. Mona. in c. accusatus. de hæret. li. 6. dixit hoc. Tertio limita per id, quod voluit Bar. in l. sepulchri. ff. de sepulchris. vbi quærit, formata est inquisitio contra aliquem in Marchia, ille absentat se, & vadit ad ducatum, dux incipit inquirere contra eum, & dicit quod iudicium est cœptum, & sic non potest amplius inchoari. dicit ibi Barto. quod regula d. l. vbi cœptum. non potest allegari per eum, &

dicit ſæpenumero conſuluiſſe ſuper hoc. Quarto adduco illud quod dicunt doct.in c.cum plures.de offic.deleg.li.6. quod d.l.vbi cœptum. habet locum reſpectu perſonæ, & non reſpectu loci.nam ſi commiſſa ſit cauſa mihi, & incepit iudicium in iſto loco,poſtea committitur duobus alijs qui poterunt finire in loco vbi voluerunt,& non obſt.d.l. vbi cœptum,quia vt dixi,habet locum reſpectu perſonæ, & non reſpectu loci. Quinto adduco quod volunt doct.in c.vt debitus.de appel.vbi dicunt,iudicium principale eſt inceptum ab vno articulo ad aliquem iudicem,poteſt proſequi & decidi ille ſ articulus coram eo. & ſic non habet locũ in d.l.vbi cœptum. Sexto adduco tibi Bal.in authe.ſed no vo iure.C.de ſer.fugi.vbi dicit,duo ſunt in ciuitate,qui habent æqualem iuriſdictionẽ,puta, poteſtas & capitaneus, inchoatur iudicium ab vno,nunquid poſſit recurri ad aliũ quia locus eſt præuentioni? dic aut opponitur,& tunc poteſt,aut non opponitur,& dicit ꝙ non poteſt.& dicit fuiſſe ſingula.dictum Inn.in cap. cum M. de conſtitu. vide ibi do.meum dom.Abb.ſeptimo adduco dom. Abb.in ca. ex tenore.de reſcr.vbi per illam gl.iuncto tex.dicit ꝙ faciens citari aduerſarium coram diuerſis iudicibus non debet regulariter perdere cauſam,ſed ſatis eſt,ꝙ reo excipiente cõdemnetur in expenſis ſecundi iudicij.& dicit ſic eſſe intelligendam d.l.vbi cœptum.& dicit fallere fauore libertatis quod actor tunc perdat cauſam.& ſic intelligitur l.1.C.de aſſer.tollen.Ex quo no.quod quando inceptum eſt iudiciũ vigore literarum, quę nullæ erant coram delegato, ſi deinde emanãt ſecundæ literæ,& inchoatur idẽ iudicium coram iudice ſecundarum literarum, non poteſt opponi d.l.vbi cœptum.ex quo primum iudicium erat nullum. & hc d.l. vbi cœptum.non habet locum, vbi iudicium eſſet nullum nec ſecundæ literæ debent facere mentionẽ de primis nullis.Abb.in c.oblatæ.de appel.Butri.& Imo.in c.tenor.de re iudi.Adde Ab.in c.cum M.Ferrarienſis.de conſti.vbi dicit ꝙ d.l.vbi cœptum.habet locum quando excipitur, ſecus ſi non excipitur,quia tunc valebit proceſſus factus ab vtroque.Vide plures limitationes per do.meum & do.Fely.de reſcrip.in c.ex tenore. & vide do.meum de hoc in d.c.ex tenore.& in d.c.poſtulaſti.& adduco ego do.Ab.in c.dilecti.de foro compe.vbi dixit,ꝙ data negligẽtia iudicis, vel contumacia rei, non obſtante diſpoſitione l.vbi cœptum. poteſt adiri alius iudex. & remittit ſe ad no.per Barto.in l. quamuis.ff.de dam.infe.& in d.l.ſepulcri.& ad te. iuncta gl. & quod voluit ibi Inn.in c.ex conqueſtione.de reſtit.ſpo. & has vt celebres limitationes ꝓpetuo memoratu dignas aureis literis ſcribe.

*141* *Iudex.* *I.*

*1 Iudex ſi multitudine cauſarum impeditus cauſam expedire non potuit, an currant parti tempora, & terminus?*

1 SI iudex † impeditus multitudine cauſarum non potuit expedire cauſam,currunt parti aduerſæ tempora & terminus.fing.& elegans gl.eſt in l.ſenatuſconſulto.ff. de off. preſi.& ibi Ang.fecit etiam ſingulare.& do.meus in ca. venerabilis.de iudi.in 6.col.& in cap.tam ex literis.de in integ.reſti.& per illam gl.dicit Bal.in prœmio.ff.quod ſi iudex impeditus nõ potuit expedire cauſam de die, expediet de nocte,& ſic limitatur authen.de iudi.§.ſedebunt. & ꝓ illa gl.dico fore calum ſecũdum veram & communem lecturam in d.c.tam ex literis.vbi volunt doc.quod quadriẽnium non currit eccleſiæ,ſi impedita fuit ex facto iudicis vel aduerſarij.& ratio reddi poteſt,quia mihi imputari nõ debet quod per me non ſtat.l.ſi.C.de condi.indeb.ca.anteriorum.§.ad hæc ſancimus.2.q.6.cum ſi. & ſic ex quo per me non deficit, mihi præiudicari non debet.vide gl.in cle. vna.de in integr.reſtit.facit in arg.l.ſi.in fi.C.de adul. & l.ſi cum ipſe.ff. de excuſa.tut.iuncta l.præcedenti. & quod ibi not.Et ex primo dicto infero, quod licet de iure ciuili inſtantia duret triennio in cauſa ciuili, vt in l.properandum. in 1.reſpõſo.C.de iud.& no.in d.ca.cum venerabilis.tamẽ ſi inſtantia labitur facto iudicis, vel aduerſarij, adeo quod nõ ſtetit per me, quin expediretur,mihi non imputabitur per gl.d.l.ſenatuſconſulto. & per no.in d.c.cum venerabilis.quod no.ad limitationem d.l.properandum. vide Bald. in d.l.ſi cum ipſe.& Ang.in auth. vt ſpon.largi.§. hi quoq;. vnde ſumitur authen. item ſi appellatione.C.de tempo.appel.& ibi eſt gl. quaſi ſimilis gl.d.l.ſenatuſconſulto. & vide Bar.ibi,& vide Azo.in ſumma,de tempo.appe.& Ant. in c.ex ratione.de appel.& in ca.penul.de iud.& Cy.in l.r. C.qui accu.non poſ.in pen.& vlt.q.adde Bald.in d.l.ſi cum ipſe.vbi concludit,quod impedito propter factum iudicis ſeu aduerſarij non currit dilatio,per prælegata iura. Et diſtingue de materia,vt plenè no.in d.l.ſenatuſconſulto.& in alijs prælegatis iuribus. & ſubdit no.in d.l.ſi cum ipſe.ſequendo Dy.& Cy.quod ſi ſtatutum ſit in ciuitate, quod cauſa infra tres menſes decidatur, & aduerſarius cauſa teſtium producendorum exiſtentium in lõginquis partibus petierit dilationem, quæ vltra tres menſes extendatur,ni hilominus poterit iudex teſtes examinatos ſuſcipere,& de cauſa cognoſcere etiam poſt tres menſes,quod dicit eſſe no.dignum.

ADDITIO.

Vide Nico Boer.deciſ.247.nu.10. Gab.Sar.

*146* *Iudex.*

*1 Aduerſarius meus in vna lite põt recuſari, ſi contra me datur in iudicem in alia cauſa, licet de re mea non litigetur.*

1 ADuerſarius meus in vna lite licitè poteſt recuſari, ſi contra me detur in iudicem in alia cauſa, nedum ſi litigium eſt ſuper re propria,ſed etiam ſuper re eccleſiæ. mirabilis & fing.eſt gl.iuncta deciſione tex.in c.cum ſuper abbatia.de offi.deleg.de qua magnificit ibi do. Ant.do.Abb. & do.meus poſt eum ibi,& in capi.1.de iudic.& per dom. meum in repeti.ca.teſtimonium.in 3.col.de teſtib.

*147* *Integer.*

*1 Integer homo non potest dici, emendatus de crimine,nec in causa capitali etiam ciuiliter mota testis esse potest.*
*2 Infames infamia facti nõ dicuntur testes esse integra opinionis.*
*3 Testes omni exceptione maiores qui dicantur,& qui idonei?*

1 INteger † homo non põt dici ille,qui eſt emendatus de crimine:cũ in cauſa criminali emendatus de crimine teſtis eſſe non põt in cauſa criminali ciuiliter mota.tex.in c. teſtimoniũ.de teſtib.ibi do.meus adducit tex.in l.quæſitũ in verſi.ſtatus.ff.de teſti. vbi teſtis producẽtus in cauſa criminali debet eſſe ſtatus integri, ſed emẽdatus nõ eſt ſtatus integri,vt dictũ eſt,ergo &c. & adduco do. Abb.in c.ſi.eoti.ꝙ in eo actu in quo requiritur homo integer,repellitur accuſatus de crimine criminaliter,qui interim non dicitur homo integer.l.rerũ criminis.C.de ꝓcur.l.reus delatus.ff. de mune.& hono.qui de liberta.ff.qui & à quib. ca.epiſcopus.de accuſ. & ibi do.Abb.dixit,ꝙ ſi quis ex forma ſtatuti debet eſſe omni exceptione maior, non poterit ille talis teſtis teſtificari,quia ex quo non eſt integer, nõ dicitur oĩ exceptione maior.& adduco tibi tex.in c.1.§.ſacramentũ. in verſi.alia de cauſa iudicis arbitrio committenda. in ti.de conſue.recti feu.& ibi Bal.dicit,ꝙ infamis infamia facti,q̃ habet debilitare eius fidem,nõ eſt integer teſtis ad deferẽdũ iuramentũ,vt no.ff.de ſena.l.Caſsius.& C.de ſum. tri.l. 1.& vide no.in l.admonendi.ff.de iureiur.& ibi Lud.Ro. poſt alios.& adduco tibi tex.iũcta theorica Bal.in c.1.ver. integræ opinionis.in tit.quot teſtes ſunt neceſ.ad probandum feudi ingratitudinẽ.vbi Bal.colligit ex illo tex.ꝙ infamia facti repellit teſtes,qui producũtur ad probandũ ingratitudinẽ,inquãtũ tex.dicit integrę opinionis.infamis autẽ nõ põt dici integrę opinionis,vt ff.de eden.l.ſi quis ex argẽtarijs.§.1.& illum tex.in d.c.1.in ver.integræ.allegauit profing.Lud.Ro.in cõmẽto d.l.admonẽdi tradẽs regulã valde elegãtẽ,ꝙ vbicũque ſtatutũ requirit probationẽ per teſtes integræ opinionis,repellũtur infames ĩfamia facti,adeo ꝙ nõ poterit deferri iuramẽtũ, iuxta no.in d.l.admonẽdi. & in c.ſi.de iureiu.& in l.in bonæ fidei.C.eo.refert & ſequitẽ dominus in d.c.teſtimoniũ.licet errore ſcriptorum in repetitione d.c.teſtimonium. per do.meum reperiatur allegatum c.1.& ibi Bal.in tit. qui teſtes ſunt neceſ.ad probandum inueſti.Sed Ludo.Roma. poterat allegare Bal. hoc di centem in d.c.1.§.ſacramentum.& vide tex.ſing.iuncta gl. in l.4.C.de epiſcaudien.vbi tex.requirit,ꝙ intentans actionem populare debet eſſe integer.& gl.ibi dicit, ꝙ infamis non intentabit. & illum tex.allegat pro ſing.iuncta gl.do. meus in d.c.teſtimonium. vbi infert,ꝙ emendatus de crimine nõ remanet integer,& ſic nõ poterit intentare actionem popularem.Ex iſtis habetis intellectum ad iura multa requirentia homines integræ famæ, vt dixit tex.in l.capitalium.§.ſi.in verſi.integræ famæ.ff.de pœnis.& ad iura dicentia debere eſſe integræ opinionis.l.teſtium.C.de teſtib. l.ſi quis ex ſignatoribus.ff. quemadmodum teſta.aperi.in auth.de hæred.& falci.§.ſancimus.& no.pro ſtatutis.Item
3 quitteſtes dicãtur oĩ exceptione maiores,vide gl.in c.1.de cõſang.& affi.q̃ dicit,ꝙ ille dr̃ teſtis oĩ exceptione maior, q̃ nulla exceptione repelli poteſt. & illa gl. communiter,al legatur pro ſingu.Et qui dicũtur teſtes idonei.do. tibi duas gl.vna eſt in c.1.de teſtibus.alia eſt Inſtitu.de inuti.ſtipula. §.item verborum obligatio. quæ dicunt illum teſtem dici idoneum, qui nulla exceptione repelli põt.quod not.pro ſtatutis ſæpè requirentibus iſtas qualitates.Et vide de teſtibus omni exceptione maioribus,quod voluit Bal.in l.1.C. de ſum.trini.vbi dicit, ꝙ infamis infamia facti non dicitur teſtis omni exceptione maior. & idẽ voluit Ange.in l.qui iudicio.ff. de accuſat.ſubdens.ꝙ ſi ex forma ſtatuti debeat credi denuntiatori,vel actori damni dati cum iuramento vnius,& alterius,ꝙ non ſtabitur iuramento denuntiantis, ſi eſſet infamis infamia facti. & refert ꝙ cum bis iſta quæſtio occurriſſet de facto, ita fuiſſet iudicatum & determinatum.quæ omnia ſingulariter not.

ADDITIO.

Adde quę latè ponit in notabili quæſti.Tho.Gramma.in vo to 34.incip.in cauſa notabilis mulieris Sabbæ.colum.3.nu. 9.& conſi.crimi.61.inci.cauſa egregij notarij. & conſi.70. incip.in cauſa Cæſarelli.col.3.numer.8.vbi doctrinam Angel.in d.l. qui iudicio.ff.de accuſatio. refert & ſequitur. Gab.Sar.

*148* *Iudex.* *II.*

*1 Iudex non debet admittere aliquem ad probandum quod probatum non releuat.*
*2 Capitula à iure admitti debent,ſi & inquantum.*

1 IVdex † non debet admittere aliquem ad probãdum,quod probatum non releuat..ideo debet iudex ante omnia examinare capitula, quæ pars intendit probare, & ſi dubium
2 ſit,debet iudex interloquendo proteſtari,ꝙ non admittit illum ad probandum,niſi ſi & inquantum de iure debeat admitti.& hoc tempore diſputationis examinabitur. iſta eſt gl.ſing.fm Bal.in c.cum contingat.de offi.deleg.Et an hoc ſit indiſtinctè verum,vide do.meum do.And.ibi,quia lo. aliter,ſentit.& vide quo ad principiũ huius dicti,do.Andr. in c.1.vt lit.non conteſt.& Federi.de Sen.conſi.157.tex.& do.Abb.ibi,poſt alios in c.ad id quod.de ſponſa.& matri.

ADDITIO.

Vide Lanfran.de Oria.in ca.quoniam contra.in verſi. dilationes.nu.9.verſi.& ideo quæro.de prob.& do.Sebaſtia.Vant. in tractat.nullitatis proceſ.in rubri.de nullitate ex defectu iuriſdictionis ordinariæ. nu.149.in verſi.ſi vero cõſilium fuerit petitum. Gab.Sar.

*149* *Iuriſdictio.* *I.*

*1 Intellectus & limitationes ad l.ſi quis ex aliena.ff.de iudicijs.*
*2 Iudex quo caſu cognoſcat an ſua ſit iuriſdictio.*

1 DO tibi pulchras † & ſolennes limitationes ad l.ſi quis ex aliena.ff.de iudi.& ad l.2.ff.ſi quis in ius voc.non ierit. & ad c.ſuper literis.de reſcript. & ad id quod not.in capi.ſi duobus.de appella.cum ſimil. & primo adduco tibi celebre theoricam Inn.in c.cæterum.de iudi.vbi dicit, quod dominus feudi non põt cognoſcere,an ſua ſit iuriſdictio, cũ negatur dominus,& ſic diſpoſitio d.l.ſi quis ex aliena. nõ habet locum in domino feudi,& eſt ratio ſecundum d.Abb. ibi,quia non contenditur de nudo exercitio iuriſdictionis imo de proprietate ipſius iudicis, quo caſu non poteſt cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio.ad hoc allegat bonam glo.in l.de iure.ff.ad municip. & c.ad audientiam.de appell.& ꝙ not.Inn.in c.venerabili.de cenſi. vide eundem do. Abb.& do.meum in d.c.ſuper literis. Secundo adduco tibi Inn.in
2 c.ex parte.de verb.ſign.vbi dicit †,quod tunc iudex cognoſcit an ſua ſit iuriſdictio,quando eſt diſceptatio iuriſdictionis inter ipſas partes,ſecus ſi eſt inter ipſum iudicem & partem, quia tunc iudex ipſe non cognoſcit.quo caſu non habet locum diſpoſitio d.l.ſi quis ex aliena.Bal.in ca.1.in tit. de inueſti.in mari.fac.& Innoc.in ca.cum contingat.de reſcr.Tertio adduco tibi gl.in c.accuſatus.de hæreti.li.6.quę dicit,ꝙ d.l.ſi quis ex aliena.habet locum,& loquitur in iudice ordinario.Et quid dicendum in iudice delegato? dic per doct.in d.c.accuſatus.& vide no.in d.cap.ſuper literis. Quarto adduco tibi Inn.in c. Romana.de appel.lib.6. vbi dixit,ꝙ d.l.ſi quis ex aliena.habet locum, quando citatus eſt in territorio citantis,alias ſecus.& vide eundẽ Inno.in c.dilecti.de foro compe.& voluit glo.in l.1.ff.ſi quis in ius voc.non ierit. Quinto no.vnum ad cautelã illius legis, ꝙ ſi appareat quis fruſtrator,quia traxit ad iudicem non ſuũ, ꝙ poterit illemet iudex condemnare illũ talem in expẽſis c.ſi.de reſcri.& quod no.in c.cæterum.eod.ti.tẽe menti. Adde ſexto Butr.in cã.ſtatutum.ſuper gl.in verbo copia.in fi.de reſcri.li.9.& ibi Gemi.dicunt, quod quando iudex ſe facit partem,aſſumendo vna cum parte diſputationem, ꝙ ipſe non poteſt pronuntiare, an ſua ſit iuriſdictio. & dicit gl.in d.verbo,copia.in fi. non eſſe alibi. & dictum Inno. in c.ex parte.1.de verb.ſigni. Adde ſeptimo, iudicem cognoſcere nõ poſſe, an ſua ſit iuriſdictio,quando notorię cõſtat ipſum non eſſe iudicem: ſecundum Abb.poſt Butri.in ca. de accuſa.in ver. extra gl.& in c.veniens. in vlti.notabi.de accuſa.& in gl.ſi.per doct.& probatur hæc concluſio in ca. ſi duobus.de appel.Limita octauo iudicẽ non poſſe cognoſcere,an ſua ſit iuriſdictio, quando fuit ab eo appellatum, ita ſentit Io.And.poſt gl.in d.c.ad audiantiam.& ibi Ab.Limita nono, vbi aliquid commodũ ſaltẽ in cõſequentia venit applicandum iudici, quia tunc non põt cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio.Et in quantum allegauit gl.in l.de iure.in verb.prouinciæ.ff.ad municipa. tempera eam, vt ſecundũ quantitatem ſportularum, & qualitatem perſonæ iudicetur ſuſpectus,vel non ſuſpectus ſecundum Abb.in d.ca.ad audientiam.in 2.col.Tempera ſecundo gloſſ.d.l.de iure.eſſe veram,ſi ſportulæ pertineant ad perſonam iudicis,ſecus ad ſedem,vel dignitatem, ſecundum Bal.ſingulariter in c. conquerente.in 2.col.de reſti.ſpol.

*150* *Iura mentum.*

*1 Poteſtas quando poſſit venire contra ſtatutum iuratum?*

1 TEmpore pacis † eſt ſtatutum iurare coram poteſtate,ꝙ nemo portet arma,deinde ſuperuenit guerra,vel partialitas in ciuitate,an poteſtas poterit venire contra tale ſtatutum iuratũ,& permittere quod homines portent arma? dic ꝙ ſic.iſta fuit celebris doctrina Bal.in l.1.C.qui admit. & mouetur per te.in l.ſi hominem.ff.de manda.quẽ tex.reputauit Bald.ſingula.ibi refert & ſequitur dominus meus in dicto capi.1.de ferijs.& de illo tex.in dicta l.ſi hominẽ, vide do.meum dom.And.in repeti.rub.i.qui admitti.vbi allegat doctor.pluribus in locis magnificientes illum tex & vide eunnem dominum meum in c.fin.de conſue.& in c.at ſi clerici.de iudi.pro illo tex.d.l.ſi hominem.

*151* *Inſimul fieri.*

*1 Illa quæ fiunt ſucceſsiuè,& vnum poſt aliud immediatè,dicũtur inſimul fieri,*
*2 Simul ſtare qui dicantur.*

1 ILla quæ fiunt ſucceſsiuè, & vnū poſt aliud immediatè, dicuntur inſimul fieri. ita probatur in l. ſi plures. ff. de iurijs. quem te. ibi Bar. inducit ad dicta teſtium deponētiū ſe vidiſſe vnum poſt alium per foramen. & allegat Cy. in l. teſtium. C. de t. ſtib. in 5. q. de quo habetur in l. antiqui. ff. ſi pars hæredi. peta & quod ibi not. & vide Bald. in repe. l. petens. C. de pact. in penul. col. & quod idem voluit in c. cum dilectus. de cau. poſ. & proprie. & quod not. per alios in ca. cum tu. de teſti. & in c. translato. de conſti. & vide d. Abb. in c. 1. de mutu. peti. vbi per illum te. iuncta gl. voluit hoc. & ibi do. meū d. And. & vide eundē do. meū in c. cū dilect. in 10. col. de ordi. cog. & vbique allegat quod voluit gl. in l. in operis. ff. loca. & quod voluit ibi Bart. & gl. in clemē. 1. de appellat. vbi do. Ant. dicit eſſe notandum pro concordia teſtium, ſi dicant teſtes, q tales poſſederunt ſimul talē, & alij dicunt t pe quo vnus poſſedit, alius nō poſſedit, nā certe poſsūt ſaluari, vt notetur ſimultas in actu poſſidēdi, nō ſimultas in tpe. Eodem modo ſi teſtes aliqui dicunt, q tales ſimul cōmiſerunt adulterium cum tali, vel turbauerunt poſſeſsionem talis, apparet q inter actum vnius & alterius fuit diuerſitas in tempore, & etiam in loco, ſaluātur teſtes, vt illud verbum notet ſimultatem in actu. non in p dicamentis loci, & temporis. quod eſt bene notandum refert & ſequitur Ioā. de Imo. ibi, & alleg. gl. notabilem. quæ dicit idem de verbo, pariter. in c. bonæ memoriæ de elect. in gl. ſi. quam dicit eſſe notādam, & refert do. Ant. de facto allegaſſe illam gl. ad ſaluandum vnum teſtē, de facto tamē fuit mitriatus, & erat de contrata ſancti Fridiani in Florentia, vbi ſunt teſtes multum infamati, ſecūdum Io. de Imo. in d. cle. 1. de appellat. Ego allego tibi te. quem in locis vbi tangitur hoc, nullus nec antiquus, nec modernus allegat, in l. 1. C. ſi vnus ex pluribus appellaue. quem ad hoc ponderat ibi Bal. tene menti. Dicitur etiam aliquid ſimul ab omnibus recitari, quando recitatur ab vno alijs preſentibus & mandantibus. te. & ibi Gem. in c. pe. de reg. iur. lib. 6. Et qui
2 t dicantur ſimul ſtare, vide Bar. in l. ſi quis ita. in fi. ff. de condi. & demon. quod ſimul viuant, & dicuntur ſimul ſtare, ſi per aliquem non ſtat quin per eum alantur, tex. & ibi Abb. in c. translato de conſti.

*152* **Infirmus.**

1 *Infirmus an debeat habere diſtributiones quotidianas?*

1 AN quilibet t infirmus debeat habere fructus præbendę ſeu diſtributiones quotidianas? nam de iure communi infirmus debet habere etiam illas diſtributiones quotidianas, vt in c. 1. de cle. non reſi. li. 6. Doct. & do. Abb. poſt eos in c. ad audientiam. de cler. non reſi. dicunt & bene, q non, ſed ille infirmus percipiet, qui impeditur reſidere, vel intereſſe ratione infirmitatis duntaxat. vnde ſi alias non reſidebat, vel non erat ſolitus reſidere vel intereſſe diuinis, licet tunc infirmaretur, non habebit fructus in abſentia, quia infirmitas non præſtitit cauſam. argumen. bonum in l. 4. §. Sthicus ſi hæredi. ff. de ſta. liber. vbi famuli ægri quos curamus, nobis ſeruire intelliguntur. facit l. 2. ff. ſi quis cau. & quod ibi no. & quod in ſimili Innocen. in capitu. extranſmiſſa. de præſcrip. & quod no. do. Abb. poſt alios in ca. per tuas. de dona. & quod not. in c. propter ſterilitatem. de loca. & quod in ſimili habetur in l. de ætate. ff. ad Trebe. & q no. Bar. in l. 1. ff. de bo. poſ. & Bal. in l. ſi. C. de teſta. & Ange. in l. ſi vacantia. C. de bon. vac. li. 10. & in authen. de non alie. §. quia vero. Sulic. in l. cum à matribus. C. qui pet. tut. glo. in c. ſi vero. de iureiur. gl. in c. ad ſupplicationem. de renunt. & ibi do. Ant. te. in c. cōmunis filius. 34. diſt. cum alijs concor.

*153* **Iudex** *V.*

1 *Ciues omnes puniuntur ob delictum iudicis.*

1 PRopter t delictum iudicis puniuntur omnes ciues, iſtud probat te. mirabilis in l. iudices. C. de nauicula. libro. 11. quem text. inducit ibi Bar. quod propter negatam iuſtitiā à iudice, vel rectore loci concedūtur repreſaliæ contra omnes ciues ciuitatis. quod not. & vide per eum in tracta tu ſuo de repreſalijs, & per Canoniſt. in c. vnico, de iniurijs lib. 6. cum ſimil.

*154* **Iuriſdictio.** *II*

1 *Piratæ delictum in mari committentes, puniuntur ab eo iudice, qui præeſt territorio propinquiori ipſi mari, vbi delictū eſt commiſſum.*

1 NOn ſolum t poteſt quis delinquētes in ſuo territorio punire, ſed etiam in mari adiacenti illi ciuitati, vel p uinciæ. caſus eſt peregrinus & celebris in l. claſſem. quæ lex vnica eſt. C. de claſsi. li. 11. hoc no. ibi Bar. Ego adduco tibi celebrem theoricam Ange. in l. inſulæ. ff. de iudi. vbi dixit, quod quidam piratæ intulerunt damnum in territorio Piſano, & reduxerunt ſe ad quandam partem inſulæ maris Piſani, quos galeoti ceperunt, illi opponebant, q nō ceperūt eos in territorio Piſano, replicabatur q ceperunt eos in diſtrictu Piſano, & dicit q capti fuerunt decapitati in ciuitate Piſana per caſum d. l. claſſem. alias l. 1. C. de claſsi. & illud dictum refert & ſequitur do. meus do. And. in ca. licet de ferijs & in c. licet cauſam. de proba. facit q no. Do. de S. Ge. in c. vbi periculū. §. porro de elec. li. 6. vbi tenet & vult aliud, quā gl. ibi. Sed cum di. gl. tranſit Io. Mona. ibi, & Bal. in rub. de rerum diuiſ. in verſic. ſed quæro, an piratæ maris, & vide quod no. in cle. ne Romani eo. tit. & quod not. Bal. in d. c. licet cauſam. & in c. accedens. 2. vt lit. non conteſta. & in l. fi. C. de teſta. & in d. rubr. ff. de rer. diui. & in l. 2. C. quemad. teſt. aper. & in c. ex literis. de proba. & in l. ſi teſtamentum. & ibi Moder. C. de iuſti. & ſubſti. ſub cōdi. factis. & vide Ang. de Vbal. in d. l. vnica. in additio. vbi dicit quod arg. eſt, q ſi aliquis deliquit in mari, ad illū ſpectat punitio, qui eſt iudex territorij propinquioris illi loco, in quo maleficium eſt commiſſum. pro quo eſt caſus ſecundum eum in l. 2. C. de naufrag. li. 11. facit ſecundum eūdem l. quoties & l. de ſubmerſis. C. eo. tit. vide etiam quod no. in l. pupilus. §. territorium. ff. de ver. ſig. & Inſt. de actio. in §. rurſus & ibi gl. & quod not. do. meus, in d. c. licet. de fer. & in d. c. licet cauſam. de proba. vbi de territorio & diſtrictu vide eum omnino, vbi plenè de hoc, & aliquid per eum in rub. de ſo. compe.

*155* **Inuentarium.**

1 *Inuentarij copiam an habere debeat, qui litigat cum tutore, vel curatore adulti.*

1 ALiquis litigat t cū tutore, vel curatore adulti, an debeat habere copiam inuentarij? Bar. in l. 1. ff. de cur. bon. dā do. refert ſe alias dixiſſe quod ſic, & putat in hoc dicere verum, quia alias conditio eius qui litigaret cum tutore vel curatore eſſet deterior, quod eſſe non debet. l. 2. §. defendi. ff. ex quib. cau. in poſ. eatur. nam cū tutor nihil poſsit agere in inuentario nō confecto, vt l. fi. C. arbi. tu. ſemper poſſet dicere, non valet iudicium. quia non eſt factum inuentarium, & ille non poſſet probare eſſe factum. & ideo ſua intereſſe videtur habere copiam inuentarij, ſicut tutelæ, & procuratorij. Quare concludit q debet dari copia inuentarij ſine rebus, hoc modo, dicet notarius, hęc eſt copia cuiuſdam inuentarij producti per talem tutorem coram tali iudice, ex cuius mandato data eſt copia aduerſario ſine rebus: cuius tenor &c. per hoc eſt conſultū parti, quia pōt p bare eſſe factū inuētariū. Itē p hoc eſt cōſultum minori cuius intereſt, ne oēs ſciāt, q in eo legitur. vt in l. vl. C. de ali. pupil. præſtan. & l. 2. C. quando & quibus quarta pars debetur. cū igitur hoc ſufficiat agēti cum tutore, illud ſibi tā tum tradatur, & non plus. vt l. argentarius. §. edi. ff. de edē do. quod nota, quia bona, & optima practica eſt.

*156* **Inſtrumentum.**

1 *Filiatio per mortem extinguitur, & patre mortuo quis nō dicitur filius. Et quid ſi in inſtrumento dictum ſit, talis filius talis, cum pater eſſet mortuus, an vitietur?*

1 AN inſtrumentum t in quo mortuo patre dicitur, filius talis, cum ille non ſit in rerum natura, reddatur vitioſum?



Et videtur prima facie dicēdū quod ſic, quia per mortem filiatio extinguitur, & patre mortuo non dicitur filius. nam mors omnia ſoluit. in authen. de nup. §. deinceps colla. 4. Tamen cōtrarium eſt verius, & debet fieri ſuppletio, filij Sempronij. l. quondam, vel olim. gl. habes in l. eius qui in prouincia. ff. ſi certum petatur. hoc voluit ibi Bart. & vide ibi do. Ale. de Imo. faciat l. inſula. ad fi. ff. de acquir. rerum domi. & hoc voluit ibi Bart. faciat l. diuortio. in pri. ff. de nego. geſt. Sed do. And. Monarcha legum, & canonū pater pro illis gl. & doctrina Bar. dicit eſſe caſum nouiſsimē ab eo conſideratū in cap. Raynaldus Peponis filius. de teſta. vbi Pepo ille erat mortuus, vt apparet in verſi. Pepo ne mortuo, & nihilominus dicitur ibi Raynaldus Peponis filius. vide eum in d. c. Raynaldus. in reper. in 4. col. & tenementi illum tex. ad hoc, quia optimè probat doctrinam gl. & Bart. Tu vide Spec. hoc tenentem in tit. de inſtrument. edit. §. reſtat. ad fi. quem refert & ſequitur Io. Andræ. in ca. cum contra. de pigno. & ibi hoc voluit do. Abb. & domi. meus, facit quod voluit Inno. in c. fraternitatis. de hæreticis. & quod notat do. meus in ca. ex parte B. de ſo. compe. cum ſimi.

*157* **Integrè.**

1 *Integra ſolutio dicitur fieri, quando ſit ſine aliqua deductione ac diminutione. Et quid ſi teſtator iubeat integra legata ſolui an detrahatur Falcidia, Et ſi fructus integrè ſolui debeant, an deducantur expenſæ.*

2 VBi aliquid t debet ſolui integrè, ſolutio debet fieri ſine aliqua deductione ac diminutione, adeo quod ſi decē ſint ſoluenda, non fiet diminutio. gl. eſt ſing. in l. decem. ff. de fideicom. liberta. quam reputauit ſing. Bal. in l. precibus. C. de impube. & aliis ſubſtitu. & in auth. ſed cum teſtator. C. ad l. Falc. & dom. meus in repetitione c. Raynaldus. de te ſtamen. in Ioannina 22. cha. Sed quid iuris, quando teſtator vult integra legata ſolui? vide ibi do. meum poſt alios, vbi melius quam alius doctor latitsimē diſcutit iſtum paſſum an eo caſu debeat detrahi falcidia, an teſtator videatur prohibuiſſe? vide ibi per eum. doc. in d. auth. ſed cum teſtator. & Ang. in authen. de hære. & falcid. §. ſi verò expreſsim. & in alijs locis per eum & alios, de quibus vide per do. meum in loco prēallegato, & dicta gl. d. l. decem. probatur in c. tua nobis. & in c. in aliquibus. & in c. cōmiſſum. & in c. peruenit. de deci. vbi dicitur, q decimæ debent ſolui integrè & exponūt iura, & gl. illud verbū i. non deductis expenſis. & hoc tenuit do. Car. in c. paſtoralis. eo. tit. per quæ iura alias do. meus ita in facti contingentia dum Ferrariæ legeret, cōſuluit, dum per Papam Nicolaum quintum mandabantur per vniuerſum orbem exactores, vt exigerent decimā papalem, & quod integrè ſolueretur, prout ipſe refert in præallegato loco, & in cathedra viua voce ſæpius retulit. Ex quo infert, quod ſi quis integrè debet ſoluere fructus alicui ius fundi, q tales fructus debentur ſine deductione expenſarum, & adducit quod voluit Bal. in c. conquerente. de reſtit. ſpol. vnde per illum te. in ver. integrè. dicit, q quādo fit reſtitutio beneficij, debet fieri vſque ad vnum quadrātem. Sed pro certo ille te. nō vtitur illo verbo integrè. ſed dicit cum redditibus inde percepti reſtituas. ita dicit do. meus & bene in præallegato loco. adducit tamen pro eo te. in ca. grauis. in ver. cum integritate. de reſtitu. ſpolia. & Io. And. in c. ſi. de voto. vbi dixit, q prelatus, qui colligit fructus, debet ſoluere vigeſimam, vt ibi habetur, non deductis expēſis, quia illam integrè debet ſoluere, vt in decima, quæ debetur deo, vt in c. cum homines. de decim. vide textum in extrauagan. ſuſcepti. in verſi. integraliter. vide te. iuncta gl. ſua in clemen. dudum. §. huiuſmodi. in verbo. portio integrè debeatur. de ſepult. facit te. in capit. cum liberum. & in capitu. fina. de ſepultu. & de verbo plenariè, vide rex. iuncta gl. in clementi. 1. de reiudi. & ibi plene videas dominū meum.

ADDITIO.

Vide An. Tiraquel. in tracta. de retractu conſangui. in §. 15. in verſi. fructus. nu. 9. Gab. Sar.

*158* **Iudex.** *VI.*

1 *Ius agendi ex alia cauſa competens, debet reſeruari à iudice actori, qui egit ex mala cauſa, ſi id ſibi ex actis appareat.*

1 VBicunque t apparet malè eſſe actum ex vna cauſa, & hoc apparet ex actis, & ex eiſdem apparet, q ex alia cauſa bene potuiſſet agi, non poteſt iudex condemnare ex illa acta cauſa, ſed debet abſoluere reum, & nihilominus ip ſe iudex in ſententia ſua debet reſeruare parti ius agendi competens ſibi ex alia cauſa. te. eſt ſingularis valde in l. Bebius Marilius. ff. de pactis dota. de quo facit teſtum Bald. ibi, & in auth. ſed & ſi quis. C. de ſecū. nup. in l. prima. C. de pig. actio. & in peculio ſuo, quod fecit ſuper Inno. in litera A. in verſi. actio. refert & ſequitur do. meus do. Andr. in repeti. c. Raynaldus. de teſta. in 75. char, & vide eundem in c. examinata de iudic. in 7. colum. & illum te. ad hoc propoſitum allegauit Angel. in l. Claudius. ff. qui potio. in pigno. habean. referens doct. ſuum Bald. ſolere illum te. ad hoc p poſitum allegare. vide Bal. in l. fi. ff. de hæredi. inſti. vbi allegat illum te. & vide do. meum in præallegatis locis, vbi allegat plures tex. probantes doctrinam d. l. Bebius. qui facit ad hoc.

ADDITIO.

Adde latè do. M. Mantuam conſi. 179. incipi. in præſenti cauſa. col. 4. nu. 50. Gab. Sar.

*DE LITERA L.*

*159* **Licentia.**

1 *Licentia vbi in actu requiritur, an debeat eſſe expreſſa, vel tacita ſufficiat?*

QVid de licētia? vide notata in l. ſi quis mihi bona. §. qui tuſſu. ff. de acquir. hæredi. & in l. fin. §. licentia. C. de bonis quæ liber. & quod voluit Ioā. Andr. in c. ſi Abbatem. de electio. lib. 6. quem refert Bal. in d. §. licentia. & Ludo. Roma. in l. 2. ff. ſolu. mat. & Lapus in allegatio. 88. & Domini. in d. c. ſi Abbatem. & concludunt omnes, & præſertim Bal.
1 in d. §. licentia. quod vbi in actu requiritur licentia, requiritur expreſſa, non tacita. Contrarium videtur velle Io. And. in regula, qui tacet. de regu. iur. lib. 6. quem refert & ſequitur do. Abb. in c. nōne. de præſump. & in c. cum dilectus. de conſuetudi. & ibi plenè per do. meum. Et contrarium videtur velle Bald. in l. ſi filius. C. de perit. hæredita. vbi dixit, ſtatuto cauetur, quod filius non poſsit vendere ſine cōſenſu & licentia ſui patris, filius vendit ſine licentia, emptor poſſedit decem annis patre ſciente, & non contradicente, dicit, q tenet venditio. Item videtur te. in l. cum pater. §. libertis. ff. de legat. 2. vbi probatur, q ſi quis non poteſt vendere ſine licentia alicuius, quod ſi vendat eo ſciente, & nō contradicente, valet venditio. Vide omnino pro ſolutione contrariorū domi. meum in d. c. cum dilectus. Tene tamen in practica theoricam Io. And. in d. c. ſi Abbatem. q requiratur expreſſa, quæ communiter tenetur. Et vide ēt de verbo licentia, do. Ab. in c. cum ad monaſterium. ad fin. de ſtatu monach. Bart. in l. alio. ff. de alimen. & cibar. lega. & in eetrauaganti ad reprimendum. Adde quod volūt do ctо. in c. cum nuncius. de teſtibus. & in c. 1. de iuramento calumniæ. & vide gloſ. iuncta doctrina doct. in clementina vnica. in verſi. ante omnia. de foro competenti.

ADDITIO.

Adde plenè per Io. Bapti. Plotum in repetitio. l. ſi quando. C. vnde vi. in § perpetuo notabis. nu. 22. verſi. reſpectu. verò. Gabriel Saray.

*160* **Lex.**

1 *Legis natura eſt dare formam futuris, & non præteritis. Et*

*quid ſi actus eſt in parte geſtus, & in parte gerendus, an cõ ſtitutio ſuperueniens habet locum in parte gerenda?*
2 *Præiudicare in quærendis quis alicui poteſt, & quomodo hoc intelligatur?*
3 *Procurator ſi ille conſtituatur à Seio, qui antea nomine Seij agere cœperat, an geſta per eũ ante procuratorium videantur ratificata?*

1 DE natura legis eſt dare formam futuris, & non præteritis. c. 2. & fi. de conſtitu. l. leges. C. de legib. tñ ſi actus eſt in parte geſtus, & in parte gerendus, ſi noua cõſtitutio ſuperueniat, non habebit locũ in illa parte gerenda, quæ eſt connexa parti geſtæ, & hoc quando pars gerenda reddere tur inutilis ſine parte geſta. gl. habes ſing. ſecundum oẽs, & ibi do. Card. in clem. vnica, in verbo, deputatis. circa fin. de teſtib. de qua fecit feſtum do. meus in repetitione rubricæ, de cauſa poſſeſ. & proprieta. circa fin. Et ſubdit, quod licet
2 quis poſsit renuntiare, vel præiudicare alicui in quærendis, vt in l. qui autem. ff. quæ in frau. cred. & in l. ſi ſponſus. §. ſi maritus hæres. ff. de dona. inter vir. & vxor. & per id q voluit Inno. in c. admonet. alias in c. quod in dubijs. de renuntia. & Federicus de Senis conſi. 9. & Bald. in auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſan. eccle. in l. pupillo. C. re repu. hæredi. cum concordan. Tamen dicit hoc eſſe verum, niſi quærendum eſſet cõnexum quæſito, per id quod voluit gl. in d. cle. vnica. in ar. tamen. & adduco quod ſing. voluit Ange. de Peruſio in l. Iulianus. ff. qui ſatisdare cogan. per illum te. ſecũdum vnam lecturã, vbi dicit ſe alibi non legiſſe. q ſi poſtquam cœpiſti agere nomine meo, conſtituis te procurato rem meum, videor ratificaſſe omnia geſta per te. & ſic in caſu illius legis non videtur fuiſſe mutata conditio procuratoris, quoniam mandatum ſuperueniens trahitur retro ad principium. & ſic videtur ſemper habuiſſe mandatũ, vt dicit gl. in d. l. Iulianus. vide q voluit Ioan. And. in additio. Spec. in tit. de procura. §. 1. ſuper verbo, ſed quid ſi procuratorium. vbi limitat hæc, niſi ego conſtituens te procurato rem ignoraſſem geſta per te ante mandatum, quia non videor ratificaſſe ea, quæ ignorabam. ar. l. qui cum tutoribus. §. fi. ff. de tranſactio. & l. ſi quis ita. §. penu. ff. de teſta. tut. vide quod volunt do. de Rota, concluſione 443. inci. itẽ fuit dubitatum vtrũm procurator &c. & quod voluit do. Ant. in c. ex parte decani. de reſcrip. & vide Moderniores in d. l. Iulianus. in primo notabili. & do. meum in d. clementina vnica.

## 161 *Libellus.* I.

1 *Libellus habet ſe vt ſubiectum, ſententia vero vt prædicatũ.*
2 *Sententia debet eſſe conformis libello.*

1 LIbellus ſeu petitio habet ſe vt ſubiectum, ſententia vero vt prædicatum, & per conſequens talia ſunt ſubiecta qualia permittunt prædicari. ſing. eſt glo. in c. dudũ. in fi. de decimis. quã dicit ibi do. Abb. ſe ſolitum pro ſingu. quotidie allegaſſe. Sed ego allego ſimilẽ gl. in c. inter dilectos. de fide inſtr. ſuper verbo, nequiuiſſent. quam glo. ibi dom. Abb. non ponderauit, ſed bene allegauit eam in c. cum dilectus. de ſucceſ. ab inteſtato. ex quo ſequitur vulgata regula
2 quod ſententia debet eſſe conformis libello. ca. qualiter & quando. 2. de accuſa. c. licet Heli. de ſimo. l. vt fundus. ff. cõ. diuid. cũ ſimil. & limita eam, vt in dictis iuribus notatur.

ADDITIO.

Idem tradit Celſus Hugo. in apoſtil. ad Lanfranc. de Oria. in c. quoniam contra. in verſi. petitiones. in apoſtil. inci. adde quod libellus ſeu petitio, extra de probatio. Ga. Sar.

## 162 *Legitima.*

1 *Filius an poſsit petere legitimam, ſi pater ingrediatur monaſterium?*
2 *Legitima non debetur patre viuente.*
3 *Intellectus c. cum ſimus. de regularibus.*
4 *Gloſſa authoritas eſt magna.*
5 *Mors ciuilis quando æquiparetur naturali.*

1 AN filius poſsit petere legitimam, ſi pater ingrediatur monaſterium, ſeu religionẽ? Et videtur quod ſic. tex. habes ſing. & alibi non repertum in c. cum ſimus. de regu. la. quem te. ad hoc reputauit ſing. Bal. in auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſan. eccl. & dicit, q de æquitate canonica poteſt filius petere legitimã, per te. d. c. cum ſimus. ſed de iure ciuili non. ita procedit dictum Barto. in dicta authent. ſi qua mulier. vbi tenuit, quod hoc caſu filius non põt petere legitimã, quinimo plus ſentit in authẽ. idẽ. C. de bonis quæ liberis. vbi dixit, quod cum hoc caſu ſoluatur patria poteſtas, vt voluit gl. in ca. 1. 20. q. 2. & in l. ſi ex cauſa. §. ait Papinianus. & ibi Barto. ff. de minori. & do. Abb. in c. in præſentia. de probatio. poſt alios. & no. in c. indecorum. de æta. & qualita. & Federic. de Senis conſi. 34. & do. Abb. in c. conſtitutus. de in integr. reſtitu. & in d. ca. cum ſimus. de facto patris remanet medietas vſus fructus bonorum aduentitiorum apud patrem. vt in l. cum oportet. in §. cum autem. C. de bon. quæ libe. idem Bar. & alij excepto Bal. in l. ſi cũ dotem. ff. ſolu. matr. ſumunt, q non debetur. licet gl. in authẽ. ſi qua mulier. præallegata, tituber. Non obſtat ſecundũ eos te. in d. c. cum ſimus. quia ſecundum aliquos non probat, nec q legitima debeatur patre naturaliter viuẽte, ſi ingreſſus eſt religionem, imo in contrarium eſt ſecundum eos, te. in dicta authen. ſi qua mulier. facit pro eis ſecundũ Mo
2 dernos in d. l. ſi cum dotem. quia regulam habemus, † q le
2 ri,ſemper debet viuus concremari.tex.habes in l.vniuerſi. in verſi.viuus concremetur.C. vbi cauſæ fiſcales. nam cri mina extinguuntur morte, vt in c.quorundam.23.diſt.C. ſi reus vel accuſ.mortuus fue.l.1.& 2.de quo legitur & no.
3 in c.à nobis.2.de ſentent.excom. tamen † quis poteſt puni ri poſt mortem propter horrendum crimen. vt Inſtitu.de hæredi.quæ ab inteſta.deferuntur.§.per contrarium.in ver ſic.memoria damnata fuerit.Et ſic limita iliud quod voluit Bald.in l.ex hoc iure.ff.de iuſti.& iur.ſtatuto(inquit)caue
4 tur,ꝙ bannitus poſſit † percuti & diſrobari, ꝙ ſi eſt defun ctus,non poterit diſrobari,quia homo mortuus eſt liberatus à fiſco.& quod voluit Ange.in l.defuncto.ff.de public. iudi.vbi arguit contra iudices,qui ponunt mortuos in pati bulo,& non poſſunt.voluit Cy.in l.1.C.qui teſta.face. poſ. & vide tex.in c.mulier.15 q.1.vbi animal brutum propter horrendum crimen punitur.Et alibi dixit gloſſ.iuris ciuilis,quam ad præſens non habeo menti,quod homo mortuus propter horrendum crimen eſt tradendus beſtijs. & vide Bar.in l.ſi conſtat.ff.de appella.& Bald.in l.1.C. ex delict.defunct.vbi dicit,quod propter horrēdum crimen homines imbadaglātur. & per prædicta limita dictum c.quo rundam.& dictā l.1.& 2.quod licet crimina regulariter ex tinguātur morte,fallit tamen vbi crimen eſt horrendum. vide quod not.in d.c.à nobis.& per Arch.in c.accuſatus.de hæreti.lib.6.& c.cum.ſecundum leges.eod.titu.& lib.

242 *Priuilegium.* II.

1 *Priuilegium principis motu proprio conceſſum,valet.fallit in caſu, vt ibi.*
2 *Officiū habere nō potēs, ſi illud acceptet,qua pœna puniatur?*

1 PRiuilegium † principis motu proprio conceſſum,valet & tenet,caſum habes in c.ſi motu proprio. de præben. lib.6.Sed ſi aliquis eſt obligatus cohorti ex priuilegio prin cipis conceſſo motu proprio,ad aliam dignitatem non aſpi rabit,& carebit effectu priuilegij,& commodum cohorta lis militiæ non habebit.tex.eſt in l.quiſquis.C.de cohorta. prin.& ibi Bart.dicit,no. caſum ſingularem,in quo priui legium principis conceſſum motu proprio eſt nullius mo menti,licet regulariter ſit contra,per d.c.ſi motu proprio. Et dicit ibi eſſe caſum expreſſum,ꝙ ſi ſtatutum dicat,ꝙ ha
2 bens † vnum officium,nō debet habere,nec accipere aliud, quod ſi accipiat, ille talis acceptans carebit officio accepta to,& eius effectu.& etiam punitur in hoc, quia non debe bit habere ſtipendium primi officij,nec etiam eius priuile gium.optimè facit quod legitur & notatur in ca.de multa. de præbend.cum ſimilib.

243 *Pœna.* VI.

1 *Officiales non punientes maleficia,& non imponentes pœnas legibus ſtatutas,quomodo puniantur?*

1 QVæ pœna puniantur officiales diſſimulatione non pu nientes maleficia, & non imponentes pœnas legibus vel ſtatutis impoſitas? vide gloſ.notabi. in l.1.C.de defer to.& occultato.lib.12.& ibi Bar.dicit illam gl.eſſe notādā contra capitaneos Peruſij,qui malefactores gratia vel diſſi mulatione non puniunt. ad quod facit ſecundum eum.C. de lætitia & conſulum apparitione.l.quicquid. vbi dicit il lam legem eſſe ad hoc notandam.

244 *Pœna* VII.

1 *Pœna appoſita hæredi nō vindicanti mortem defuncti, quando habeat locum?*

1 QVidam fuit occiſus,& opponebā hæredi, ꝙ non vin dicauit necem defuncti,& per conſequens quod non debet habere hæreditatem, quæro† quando habet locum pœna appoſita hæredi non vindicanti necem defunctidо. Abb.in repe.c. extirpandæ.§. qui vero.in 10.col.de prebē. dicit,ꝙ pœna ipſo facto committitur, cum affuit facultas illum actum gerendi,& minimè fuit geſtus etiam nulla ad monitione præambula.& de hoc allegat gl.ſing.in l.1.C.de his qui.vt indig.& dicit quod de illa glo.fecit feſtum Bal. in l.in cognitione.ff.ad Sylla.per illam gl.dixit,ꝙ pœna in flicta pp non factum, incontinenti dicitur committi, cū affuit facultas & facilitas, & opportunitas actum faciēdi, & minimè fuit geſtus. Ego de hoc allego Bal.in ca.3.loco, de proba.vbi idem tener.& allegat Innoc.in c.ſuper his.de accuſatio.dominus meus do.And.vidit de facto hanc quę ſtionem,& allegauit Inno.in dicto c.extirpandæ,§.qui ve ro quē refert Dominic.in c.1.de vita & honeſtate clericor. lib.6.& Bar.in l.inficiando.§.infans.ff.de furtis.& Bal.in l. 2.C.de ſponſa. & allegauit gl.d.l.1.vbi Bal.ibidem facit fe ſtum de illa gl.tene menti.

ADDITIO.

Vide Hippol.de Marſi.in l.vnius.§.cogniturum.num.4.ff.de quæſtio. Gab.Sar.

245 *Pœna.* VIII.

1 *Promittens aliquid habere ratum vel firmum ſub pœna, an incidat in pœnam,ſi de facto contraueniat?*

1 ALiquis promiſit † ſub pœna aliquid habere ratum, an committatur pœna,ſi quis contrauenit de facto? Bar. in l.id quod pauperibus.C.de epiſco.& cleri.dicit. ꝙ nō,ſe eus ſi promittit habere firmū, quia verbū ratū refertur ad ius,verbum firmū refertur ad factum. & dicit de hoc eſſe gl.ſingu.in d.l.id ꝙ pauperibus.iſtud dictū refert & ſequi tur do.Abb.in c.Raynaldus.de teſt.i6.co.& ibi do.meus, do.Andr.& in alijs pleriſque locis,quod nota pro contra ctibus, in quibus apponuntur talia verba. Et ideo cau tus aduocatus debet de conſenſu partium talia verba apponere, vt aliquis non poſſit nec de iure nec de facto contra-

contrauenire. facit c.eum ab eccleſiarum.in verſi.rata de bet & firma conſiſtere.de offi.ordi.cum.ſi.

246 *Probatio.* II.

1 *Probās cum vno teſte & fama de ſuo titulo anteriori, ſi alius per teſtes idoneos de titulo citeriore probet, vter præferatur?*
2 *Fama an ſemper faciat ſemiplenam probationem?*
3 *Matrimonium manifeſtum quando præiudicat clandeſtino.*

1 SI aliquis † probat cum vno teſte,& fama de ſuo titulo an teriori,alius vero probat per teſtes idoneos de titulo ci teriori,iudicandum eſt ſecundum clariorem probationē. Et ratio huius dicti eſt, quia ſtandum eſt probationi aper tiori & meliori,per ea quæ habentur & notātur in c. in no ſtra.de teſti.c.præterea.eo.tit.c.licet cauſam,de proba.l.ob carmen.§.ſi teſte.ff.de teſti.cum ſimi.nam non ſemper eſt
2 verum,quod fama † faciat ſemiplenā probationē,vt notant ſcribentes in c.veniens.1.de teſti.& Bart.in l.de minore.§. tormenta.ff. de quæſtio. & iſtud fuit notabile dictum do. Abb.in c.2.de clandeſt. deſpon.ad ſaluandum dictum Vi cen.volunt, quod manifeſtum † matrimonium præiudicat
3 clandeſtino etiam ſi habeat pro ſe vnum teſtem & famam. quod dictum Gaſpar de Cald.dicit eſſe bene notādum,ſed aliter ſentit ibi do.Card.& malè, inquantum dicit, quod vnus teſtis & fama plenè probant,quia hoc nō eſt verū,& licet plenè probent,tamen ſtādum eſt potius alij probatio ni clariori,& meliori,per iura prælleata.Tene menti,qa in facti contingentia de hoc dicto do. Abb.cōſecutus ſum maximum honorem coram Legato Bononiæ,dum allega rem in quadam cauſa.& ita obtinui.

247 *Præſcriptio.*

1 *Præſcriptio non interrumpitur per libellum non legitime cōceptum,& litis conteſtatio non legitime facta non prodeſt.*

1 LIbellus † non legitimè conceptus non interrumpit præ ſcriptionem.tex.habes valde ſingul.in l.ſi acculatus.ff. ad leg.Iul.de adulte. Et litis conteſtatio non legitimè facta non prodeſt.gl.habes ſing.in l.ſi pater.C. ne de ſtatu defun cto.& illam gl.reputauit ſingularem do.meus prætermiſ ſis alijs in c.Raynaldus.de teſtam.in ſua repeti.in 18. char.

248 *Pœna.* IX.

1 *Pœna appoſita in conuentione committitur ex ſola contrauentione,licet contrauentio non habuerit effectum.*

1 POena † appoſita in cōuentione committitur ex ſola cō trauentione facti,ſeu contradictione,licet contradictio non habuit impedire legatum factum auunculis,& tamen pœna appoſita ex conuentione habuit effectum.tex.eſt nō tabi.in d.c.Raynaldus.de teſtam.quem do. Abb.ibi dicit fa cere pro pœna appoſita in compromiſsis contra & aduer ſus contrauenientes,vt committatur pœna,licet contrauē tio nō habuerit aliquem effectum, ſimiliter committitur pœna ex contrauentione iuris,ſeu de iure facta.vt in l. nu da.C.de contrahen.& commit.ſtipu.refert & ſequitur do. meus in dicto ca. Raynaldus.in repeti.quod no. perpetuo, quia quotidie poteſt euenire in facto.

249 *Præſumptio.* III.

1 *Celeritas actus inducit ſuſpitionem fraudis.*

1 CEleritas † factus inducit ſuſpitionē fraudis. hoc probat text.iuncta gl.in l.ſi ventri.§.eorum.ff.de priuileg.cre di.quam gl.ſupremus doctor Bart.inducit ad quæſtion. qui dam accuſabatur de conſilio præſtito ad homicidum, & de homicidio probatur per famam, item probatur quod
a fuit locutus † homicidæ, & ſtatim occidit eum,ſed neſcie batur quid dixerit,dicit ibi Barto.ꝙ ex breuitate ſpatij p ſumitur conſilium dediſſe ei, per illam gl.quod perpetuo not.ibi.Et ibidē pulchrè dixit Bart.ꝙ ſi donaui bona mea Titio, & incontinenti fecit homicidium, quod talis dona tio præſumitur facta in fraudem propter celeritatē actus. idem voluit in l.poſt contractum.ff.de dona.& vide quod no.doc.in l.ſi quis poſt hanc.C.de bo.dā.vbi per Cyn. facit

quod voluit Bald.in l.1.C.de ſeru.fug.hoc idem voluit do. meus do. And.in quodā ſuo celebri conſilio,inci. vilo pun cto & facti contingentia ſtat difficultas,vtrum ſit contra ctum matrimonium,Et poteſt reddi ratio,quia id quod in continenti fit,præſumitur præordinatum & pręcogitatū. & vide quod voluit Bar.in l.ſi vir vxori.ff.de do.inter vir. & vxo.vbi habetur,ꝙ ſi facto diuortio mulier reuertitur ad maritū incontinenti,quod præſumitur illud diuortium ſimulatum.& ibi dicit Bar.ꝙ ſi dominus licētiat famulum, & poſtea incontinenti illum reaſſumat,ꝙ talis dimiſsio & licētia fuit ficta,& ſimulata. & vide quod voluit Bal.in l.2. C.de repu.hære. vbi dicit,filius abſtinuit ſe ab hæreditate paterna,ſed incontinenti facta abſtenſione reperitur eſſe in poſſeſsione bonorū,ꝙ tunc præſumitur abſtenſio ſimu lata.ad hoc alle.Cy.in d.l.poſt cōtractū. & mouetur ex eō, quia id quod fit incontinenti,præſumitur prędordinatū. & ſic ratione vicinitatis actus præſumitur fraus. facit quod no.Spe.in ti.de dona.§.1.in ver.item pone aliquis.& quod voluit idem Spec.in tit.de actio.& peti.§.in anterioribus. ver. ꝙ ſi forte.& l.1.C.de iur.fiſ.li.10.& quod voluit Bal. in l.fraus.ff.de legib.ꝙ ſimulatus titulus non eſt titulus, & ſimulata traditio non eſt traditio.l.emptor.ff. de aqua plu uia arcen.l.cum ea.C.de tranſact.& hæc omnia, tanquam floſculos,menti commenda.

ADDITIO.

a Idem probatur quod fuit locutus. Idē tradit Bal.in l.1.col. 3.verſi.& ille dicitur mandare.& per Bar.in l.ſi ventri.§.fi. ff.de his quæ in fraudem credito.& per Io.de Ana.in conſi. 59.& per Bal.in ca.veritatis.& de do. & contu.& in c.1.§. vel furti.de pace iuram.firm.& in c.ſi quis deceſſerit. ſi de feud.fuer.contro.& plenè per Lud.Carr.in pract.cri.in §. circa.2.nu.48.& 53. Gabriel Saray.

250 *Prohibitoria conſtitutio.*

1 *Prohibitoria conſtitutioni partes renuntiare non poſſunt.*

1 COnſtitutioni † prohibitoriæ partes renuntiare non poſ ſunt.gl.eſt celebris in l.à diuo Pio.ff.de ritu nupt.quam reputauit ſing.do.Bal.in l.non dubium.C.de legi.Idem vo luit in l.quos prohibet.ff.de poſt.vbi alle.Cyn.in l.1.C. ne fideiuſ.dotiū den.& in l.ſi mulier.C.ad Velleia.& vide ꝙ voluit Pau.de Caſt.cōſi.ſuo 346.& Bal.in trac.ſchiſmatis. in 3.col.Et tempera dictum gl.niſi ab eodem ſtatuto per mitteretur.tex.eſt ſing.ſm do.meū in c.nulli.in ver.niſi cō ſenſus partium. de reſcri.vbi plenè per eum. optimè facit c.ſtatutū.§. in nullo.in ver. nec ad id expreſſus acceſſerit earundem conſenſus.de reſcri.lib.6.& vide Lud. Rom.in conſi.147.& Bald.in l.1.C.qui admit.& gl. ſing.in l.nemo poteſt.ff.de leg.1.quam reputauit ſingu.Bal.in l.3.C.vt in poſſ.lega.Non ob.l.17.ff.de fer. quæ videtur prædictis obuiare,quia ibi lex vltim. procedit permittendo, vt poſsit conſtitutioni prohibitoriæ renuntiare,ergo in vltra nō ꝙ ceſsiſſet,eſſet ſecus.& vide do.meum in rep.c,Raynaldus de teſt.in Ioānina,maximè id.47.vel 48.char. Et ſi aliquis opponat de auth.non licet.C.de libe. præte. vbi dicitur. ꝙ non licet, parentibus ex hæredare, vel præterire aliquē ex filijs,niſi ille filius probetur ingratus.& clarum eſt, quod illa conſtitutio eſt prohibitoria,& tamen illi renuntiare po teſt filius,quia ſua intereſt approbare vel improbare teſta mentū,vt in l.filio præterito.ff.de iniuſto teſtamē. Reſpō deo glo.d.l.à diuo Pio procedere, niſi per alia iura diſpona tur, ꝙ conſtitutioni prohibitoriæ renuntiari poſsit,quate nus factum priuatum,& ius priuatorum concernat.

251 *Pœna.* X.

1 *Pœna grauiſsima dicitur pœna mortis.*

1 VBicūque lex, ſeu ſtatutum † apponit pœnam grauiſsi mam.venit pœna mortis,iſta eſt gloſ.quæ reputatur ſing.in l.2.C.de eun.do.meus do. And. in ca.prudentiam. §.addicimus de offi.deleg.alleg.aliam gl. in rubr.C. nemi. hice. ſignum ſalua. quæ dicit fortè venit pœna morti appellatione pœnæ grauiſsimæ, & allegat gloſſam in l.1.co.tit.& facit tex.in l.1.in verſi.grauiſsimam multam.

de seditio.& gl.dicit ibi mortem, vel aliam,secundum qualitatẽ personæ.facit l.fi.versi.grauissimis pœnis & in l.si quis ad declinandam.in versic.grauissima pœna.C.de episco. & cleri.cum simil.& vide quod voluit Pe.de Anchar.in cõsi. 15.vbi per pœnam grauissimam intelligit pœnam mortis. Sed pro veritate huius rei vide do.meum in d.c. pruẽtiã. §.addicimus.circa fi.vbi suo more solito, & pulchrè & copiosè loquitur.quod nota pro statutis,& alijs dispositionibus apponentibus talia:verba.

252 *Pactum.* I.

1 *Pactum vt obseruetur, si actum sit inter contrahentes, quod res ipsa sit specialiter obligata,ea non poterit alienari.*

1 SI propter obseruantiam pacti est actum inter ipsos contrahentes,quod res ipsa sit specialiter obligata,non poterit illa res alienari.ita multum singu.dixit Bar.in l.si creditor.§.fi.ff.de distra.pign.& per hoc tradidit ibi Bar.sing. cautelam, vt cõducens rem aliquam, puta domum vel fundum,quod pro obseruantia contractus recipiat obligationem omnium bonorum locatoris, quia tunc cum habeat ius in re illa sibi locata pro obseruantia contractus,& non poterit expelli per ipsum locatorem, nec per successorem eius etiam singularem. quod est sempiterna dignum memoria.& vt pro mirabili commemorauit istud dictũ Bar. in plerisque locis, videlicet in l.1.§.quod ait prætor.ff.de superfi.dicens se de facto pluries consuluisse. idem dicit in l.si filio.§.si vir.ff.solu.ma.& ibi per moder. & in l.emptorẽ. C.loca.refert se in facto ita obtinuisse.Item voluit in l.qui fundum.ff.loca.& quod voluit in l.si ea lege.C.de cõdi. ob cau.& in d.l.si creditor.§.fi.& in l.si ita quis.§.ea lege.ff.de verbo.obli.sequitur Ange.in d.l.1.§.qui superficiem.ff.de superfi.& in d.§.ea lege.Bal.in l.nihil.§. Seruius.ff.de leg.1. &ibi per Mod.in dicta l.emptorem.do.Abb.in c.fi. ne pla.vices suas.dixit tamen Bar. quod communiter non ponderatur.& in d.l.emptorem.opus esse, vt colonus protestetur,& dicat,ego nolo recedere à re mihi locata, donec mihi satisfiat de pœna, vel interesse meo, cũ res ista sit mihi obligata.& cum de facto occurrisset,refert Bar.fecisse fieri protestationem hoc modo. Item poterit dicere iste conductor,quod iste retinet iure pignoris, licet Io.de Imo.in d.l.si filio.§.si vir.conetur mordere doctrinam Bar.sed ipse nõn ponderat formalia verba Bart.in d.l. emptorem.C. loca.Sali.in d.l.emptorem.refert se dixisse sæpenumero dictum Bar.procedere,si conductor dicat se velle retinere rẽ locatam iure pignoris,donec soluatur ei intesse, vel pœna adiecta,& non vltra,tunc cautela erit, qꝙ emptor rei locatæ, vel successor offerat interesse vel pœnam, vbi pœna esset appositа, quo casu poterit expelli conductor, quia illa hypotheca ad aliud non fuit apposita, nisi gratia facilioris executionis pœnę vel interesse, nisi patientia per locatorẽ non præstaretur.nec ad aliud obligatur locator qui non patitur conductorem stare in re locata.l.si merces.§.1.ff.loca. l.mancipia.C.de reb.alie. & quod voluit ibidem Sali.& qꝙ ita Bar.intellexit id quod ipse voluit in d.si filio.§.si vir.dicit Salic.apparere ex reportatis Bar.in d.l.emptorem.quod dicit Salic.sibi fuisse gratissimum,vidisse Bart.ita tenere in dicta l.emptorem.licet Io.de Imol.Bal.& Ange.non rectè põderauerint dicta Bar.in dicta l.emptorem.& sic not. cautelam contra cautelam. vide quæ plenè dicit do. meus do. And.in addi.suis in c.propter sterilitatem.de loca.vide eũdem in repeti.c.Raynaldus.in Ioannina,in 46.char.

ADDITIO.

Vide And.Tiraquel.in tract.de retractu conuentio.in §.3.in versi.aut aliis.nu.4.fo.282.& Pe.Duefias in regu.240.inci. emptor non tenetur.in 7.limitatione. Gab.Sar.

153 *Prohibitio.*

1 *Prohibitio legis vbicunque concurrit cum prohibitione hominis,res illa alienari non potest,etiam in casibus alias à iure permissis.*

1 VBicunque cõcurrit prohibitio legis,& prohibitio hominis,seu testatoris circa alienationẽ, corroboratur prohibitio,in tantum,qꝙ non potest res illa alienari, etiam in casu à iure permisso.ita mirabiliter & sing.cõlligit Io.de Imo.in l.filius familias.§.diui.ff.de lega.1.in 1.col.ad intel lectum l.2.C.de vsuc.quod est mirabile dictum, refert & sequitur do.meus in c.Raynald.de testa.in 46.char. in Ioannina.Ex quo infert vnum sempiternа dignum memoria, quod si testator rẽ suã legat ecclesiæ, vel donat,cum hoc, quod non alienet,qꝙ ecclesia non poterit rem illam alienare,etiã in casu à iure permisso.per auth.hoc ius porrectũ. C.de sac.san.eccl.& sic fortificatur prohlbitio alienationis facta à iure per aduentum pacti.optimè facit l.legitima.& ibi Bar.ff.de pact.vbi dispositio legis recipit fomentum & fortitudinem à pacto.voluit Barto.in l.non possibile.ff.de pact.facit,quia duo vincula magis stringunt.c.1.de treu.& pac.auth.itaq;.C.communia de succes. sed pro enucleatione huius dicti vide do.meum in prædallegato loco. & Moder.in d.l.filius familias.§.diui.

254 *Pœna.*

1 *Alienare prohibitus sub pœna sirẽ alienari prohibitam det pignori,an & quando in pœnam incidat?*

1 PRohitus alienare sub certa pœna aliquam rem, si dat illam pignori pro eodem bono,seu pretio,quod æquiualet pignori,quia si pignus venderetur non valeret plus,tũc non videtur pignori exposita,sed verè vendita & alienata & per consequens iste pignorans incidit in pœnam, iste est casus singu.de quo ibi factum Nic.de Neapol.in l.qui habebat.ff.de leg.3.Rõ,quia tunc non est spes luitionis pignoris.bellissima fuit doctrina Gul.de Cu.in l.mamumissiones.ff.de iust.& iu.quam ibi refert & sequitur Bal.idem dixit Bal.in l.voluntas.C.de fideic. & in l.fi.C.de reb.alie.nõ alie.& in c.1.§.vel libellario in tit.qui.mo. feu.amit.alias regulariter prohibitus alienare,si rem illam pignorat,non incidit in pœnam.vt nõ.in dictis iuribus.& do.meus in repe.c.Raynaldus.de testa.in Ioannina in 46.chart. Et an prohibitus alienare prohibeatur pignorare.vide plenè per do. meum in repe.rubricæ,de rebus eccl.non alie. & Bar. in l. in quorũ.ff.de pigno.& do.Abb.in c.fi.de feu.& in ca.1.de pign.& in c.quod quibusdam.de fideiuſ.vbi de hoc, & ibi per do.meum.

255 *Pactum.* II.

1 *Pactum quod pater cadat à feudo propter feloniam filij, non valet tanquam iniustum.*

1 PActum non valet qꝙ pater cadat à feudo propter feloniam filij,est enim mandatũ iniustũ.ita dixit Bal.in l.1. C.de pœna iudi.qui malè iudi.& alle.in arg.d.l. paterfa.testamẽto.quã dicit esse sing.& gl.in c.Raynutius.de test. in verbo, addicens,quæ dicit, qꝙ licet hæres teneatur parere mandato testatoris,non tũ tenetur parere, si mandatum, est iniustũ.quam gl.nõ tradas obliuioni.optimè facit l.quidã in suo.ff.de cõdi.insti.do.meus do.And.in repe.c. Raynaldus.de testa.in Ioannina,alle.gl.in l.nõ videntur.§. qui iussu.ff.de reg.iu.quæ dicit, qꝙ iurans obedire mãdato potestatis,intelligitur si mandatũ est iustũ. nã vbi vnicũ verbũ se habet ad bonum & ad malũ,quia est æquiuocũ, capitur in bonũ & non in malũ.ita dixit Bal.per illã gl.in l.ti ad excludendã.C.de iureiu.& adducit do.meus gl.in l.1.§.fi. ff.de his qui sunt sui, vel alie.iur.quæ voluit, qꝙ iurans seruare statuta populi,intelligitur si sint iusta,alias secus,quã gl.ibi Nic.de Neap.refert &m quosdam reputari singularẽ & in iure peregrinã,sed ipse dicit se allegare sociã in l.eos. C.de vsu.do.meus in d.c.Raynaldus adducit glo.in c.1.qꝙ me.cau.& illam gl.ponderat do.Ab.& alle.do. meus gl.in c.cũ iuramento.de homi.& in c.tuas.de vsu.& in c.ne dei. de simo.& in c.ad hæc.2.de appel.& in c.ex parte.de accus. & in c.ex tenore.de sen.excom.& in c.ad aures.de temp.ordi.& in c.ego N.de iureiur.& in c.veniẽs,& in c.quemadmodũ.& in ca.quintauallis.e.tit.& in c.nerui.13.dist. & in c.2.de maio.& obe.& in c.3.de accus.& quod voluit Inn. in c.dilecti filij.de maio.& obe.vbi dicit quod si episcopus iure



iuret seruare consuetudines; quas hactenus superiores episcopi obseruauerunt,qꝙ veniunt consuetudines laudabiles & honestæ.ita residet do.meus do.And.in prædallega.loco.Ego adduco gl.in ca.intimauit.de testib. & tex.celebrẽ in c.1.de iureiur.li.6.tex.in c.Iulianus.& in c.nõ semper.c. si do.c.qui resistit.11.q.3.vbi nõ est parendum superiori cũ peccato & offensa Dei,facit quod pulchrè dixit Inno.in c. inquisitioni.de senten.excom.& in c.quanto.de consuetu. & vtrobique videas do.Abb.& do.meum in d.ca. quanto. Et ex istis omnibus concludo,qꝙ iurans obedire seu quite netur alicui parere,intelligitur in honestis & licitis,alias secus.

ADDITIO.

Adde quæ eleganter scribit Didac.Couarru.in d.ca.Raynaldus.nu.6.& nu.7.extra de testamen. Gab.Sar.

256 *Pœna.* XIII.

1 *Pœna in foro conscientiæ non exigitur.*

1 IN foro conscientiæ non exigitur pœna.glo.est celebris, in c.fraternitas.12.q.de qua fecit festum domi. Abb.in c. Raynaldus.de testa.& in ca.1.de constit.& in c.si egressus. de iniur.& in c.quib.plerique.de immuni.eccl. & in c.audiuimus.de simo.& in alijs locis. facit quod voluit ipse in c. de custod.eucha.& facit quod habetur in c.sicut.3.de iure iur.& ibi Bal.dicit,quod censura ecclesiastica non curat de pœnis ciuilibus, sed de iuris restitutione.& alleg.gl. in d. c.fraternitas.& illam gl.pro sing.allegauit do.Ant. de But. in d.c.quia plerique.& in c.1.de do.& contu.& in c.1.de rescri.Lud.Ro.in rub.ff.de acqui.hær. Pe.de Anch.in ca.1.de consti.li.6.vbi dixit,quod ius competens ad vindictã,non habet locũ de iure canonico. & allegat d.glo.c.fraternitas Bal.in l.post desertionem.C. de fur.quod fur non tenetur in foro conscientiæ,nisi ad restitutionem rei furtiuæ.& alleg gl.d.c.fraternitas,eandem gl.allegauit Bal.in l.iubemus §.sanè.C.de sacrosan.ecc.& in auth.ad hæc.C.de vsur.& in l.id quod pauperibus.C.de epis.& cler.licet do.meus aliter fuerit interpretatus.tex.& gl.d.c.fraternitas.in repet.d.ca. Raynaldus.in Ioannina.tamen communiter solet allegari gl.d.c.fraternitas.ad id quod dictum est,aliter nunc nõ examino.Et quæ sit ratio,vide do.Abb.in d.c. Raynaldus. & in d.c.1.de consti.egó adduco Ludo.Ro.in repe.rub. de arbi.in fi.verbis,vbi alleg.gl.sing.in d.c.fraternitas. quam secundum eum facit sing.Bald.in extractis gl.decreti, dicẽs pœnas dupli vel quadrupli,ob furtũ à iure ciuili inductas iure canonico minimè peti posse.Idem dixit in d.c. sicut. vbi tex.dicit,vt occupata restituat.non dicit pœnam quadrupli reddat.& vide Abb.in rubr.de appel.in fi. vbi alleg. d.glo.& in c.tua.de vsur.in fi.& Abb.post Goffr.& doc.in c.dilecti p Goffr.gl.fi.ibi quæ allegat illum te.de arb.Et limita d.gl.procedere in pœna imponenda per iudicem, secus qñ pœna cõmittitur ipso facto,per l.commissa. publi. secundum Abb.in d.c.dilecti.

ADDITIO.

Adde Cagnol.in l.quodà quoquam. nu.5.ff.de regulis iuris. & eundem Corset.suprà sing.125.in verb.Forum conscietię. Gab.Saray.

157 *Pœna.* XIII.

1 *Pœna æris & personæ,importat mortem,publicationem bonorum.limita vt ibi.*

1 IVdex potest comminari sub pœna æris & personę,quę pœna importat mortem, & publicationem bonorum. gl.est sing.in authen.de armis.de fi.de qua glo. exclamauit Ange.pro singu.in consi.suo 217. nam quidam patronus nauis obliguit se cuidam mercatori, vt apportaret cum naui illam certam summam frumenti ad portum Pisarum, deinde accepit mandatum à rege Aragonum patronus illius nauis, quod sub pœna æris & personæ deberet præsentare se, cum naui coram maiestate sua apud Barcellonam, qui timens incurrere indignationem regiam,paruit,agebatur ad interesse, & ad pœnam per illum mercatorem contra patronum nauis.bellissimè Angel.ex cusauit eum,vt in d.cõsilio videri potest.refert & sequitur do.meus do.And.in repet.c.Raynaldus.vide eundem Ange.pro illa glo.in l.nullus.C.vt inscio principe.& etiã Bal. in c.2.de maio.& obed.vbi illam gl.reputat sing,quod non. quia quotidianum,& sæpenumero in facto euenit,& corã legato Bononiæ in facto obtinui,& lucratus sum quatuor aureos existẽs scholaris Bononię.Limita,nisi curia haberet certum & determinatũ stylum circa puniẽdum contumacem, puta, quia esset de stylo,vt sub pœna 10.librarũ teneretur cõparere coram iudice,& iudex spreto illo stylo misit cedulam citatoriam ꝓ causa ciuili, vt citatus compareret sub pœna æris & personæ, & citatus spreuit illud mandatum,& nõ cõparuit,quod est excusatus.te.est multum sing.in l.fina.C.de cano. præstatio.lib.10.ita pulchrè voluit ibi Ange.

258 *Patronus.* II.

1 *Patronatus ius probatur per antiquam possessionem.*

1 PEr antiquam possessionem nobiles laici probant se habere ius patronus ecclesiarum, licet non habeant titulum.ita dixit singul.Bald.in l.cum super.C.de rei vend.refert & sequitur dom.meus in repe.rubr.de causa possess.& proprie.

ADDITIO.

De hoc vide latè per Dida. Couar.in pract.q.c.36.numer.6 ver.4. Gab.Sar.

259 *Possessio.*

1 *Possidens præsumitur possidere ex titulo præcedenti,& ab eodem.*

1 VBi quis possidet,præsumitur possidere ex titulo precedenti,& ab eodem.gl.sing.in l.quidam.ff.de rei vẽ. de qua fecit festum ibi Ang.sequitur illam gl.Bart.in l.nõ solum.ff.de vsuca.refert & sequitur do.meus in repe.rub. de cau.possess.& proprie,& not.casum d.l.non solum.esse singula.secundum Bartol. ibi Item ibi dicit, quod interruptio præscriptionis non interrumpit effectum præcedentis tituli veri.vt in l.si is qui pro emptore.§.si quis bona.cum gl.& l.eum qui ædes.§.fi.ff.co. sed bene interrumpit effectum præscriptionis precedentis tituli putatiui.qꝙ dicit esse notabile & sing.ibi.

ADDITIO.

Vide Nicol.Boer.decisio.77.nu.3.& Ale.consi.133.viso processu.col.2.ver.obstat.nu.3.volu.1.Cyn.in l.pen.C.de prescrip.longi temporis.Bal.Instit.de vsucap.in princi. col.1. Pau.de Castro.consi.51.col.2.do.meus Alciat.de præsumptio.reg.2.præsumptio.22. Ale. in l.quis ex argentarijs. §. fi.ff.de edendo.Aret.consi.120.& dixit in annota.ad Mæth. sing.116. Gab.Sar.

260 *Probatio possessionis.*

1 *Possessionis extremis probatis, præsumuntur probata media. vnde sufficit probare principium,& finem, vt medio tempore quis possedisse præsumatur.*

1 PRobatis extremis possessionis præsumũtur probata media possessionis. vnde sufficit probare principium possessionis, & finem,quo casu præsumitur quis medio tempore possedisse. ista est gl. valde sing.quam communiter sequuntur doc.in c.volumus.16.quæstio.4.ita dicit do. Abb.in ca.accedentibus.de priuileg. Bart.tamen prout refert do.Abb.in dicto c.accedentibus.dicit sufficere quod probetur principiũ possessionis, & allegetur possessio de præsentia.quia possessio semel posita præsumitur cõtinuata & durare.l.siue possidetis.C. de probat. Quis verius dixerit,vide omnino do.Abb.in d.ca.accedentibus.& dom. meum in repet.rub.de cau.pos.& proprie.in 7.char. & vide quod voluit gl.& do.Ant.in ca.cum ad sedem.de restit. spol.gl.dom.Anto.& alios in ca.accedens.de conuer.coniug.& in capit.ex parte.de rescrip.& in capit.olim.3.de restitu.spol.Bar.in l.si cut.§.superuacuum.ff.quib.mod.pig. vel hyp.fol.& in l.admonendi.ff.de iureiu.& in 1.constit C.& in l.ordinarij.C.de rei vendic.Per.de Anch.in c.fi.de

prescrip.vbi tenent,quod probata possessione principij & finis præsumuntur probata media.& vide Mathæum de Mathesila.in sing.116.

ADDITIO.

Adde quę latè dixi in annotationibus meis ad Matthæ.Mathe.sing.196.nota mirabilem doctrinam. Ga.Sar.

261 *Pena.* XIIII.

1 *Pœna vbicunque apponitur ipso iure à lege,debetur non solum in foro iudiciali,sed etiam in foro conscientiæ.*

1 VBicunque † pœna apponitur ipso iure à lege, debetur nō solum in foro iudiciali,sed etiam in foro consciētiæ,seu pœnitentiæ. istud assumptum probatur in c.2. de prescri.lib.6.hoc voluit do.Abb.in c.1.de constitutio. refert & sequitur dominus meus in repetitio.ca.Raynaldus de testa.circa fi.

262 *Pœna.* XV.

1 *Pœna fisco applicanda ob delictum in committendo consistēs, quando possit fisco auferri.*

1 LIcet pœna † applicāda fisco in delicto consistente in cōmittendo non possit auferri fisco, vt in l.transigere.C. de transact.per Bald.& in l.non omnes.§.rectè.ff. de furt. per Bar.tamen si venit illa ex delicto consistente in omittēdo,potest pacto priuatorum auferri fisco.gl.est sing. secundum Dy.in l.2.ff.ad Sylla.refert & sequitur do.And. in repetitio.d.c.Raynald.de testamen.& adduco tibi gl.in l.auxilium.ff.de minorib.quam Ange.reputat sing.in tract.de inuentario,quæ voluit,quod minor omittens facere inuentarium restituitur in integrum, ex quo illud delictum consistit in omittendo.bene facit gl.aurea in l.si mora.ff. soluto matrimonio.& vide quod voluit gl.in c.placuit.decimasexta quæstio.3.

ADDITIO.

Hoc latissimè prosequitur do.Andr.Tiraquel.in tract.de pœnis temperan.aut remitten.in 44.causa. numer.43.ver. ad hæc facit.Et dixi in annotationibus ad Mathes.singu.164. & ibi dictis adde dominum Petrum de Plaza Hispanum libro primo epitomes delictorum,capitulo.6.numero 42. Gabriel Sarayna.

263 *Præscriptio* IIII.

1 *Ecclesia potest agere ad emendationem damni contra prælatum,& eius hæredes,qui passus est rem ecclesiæ præscribi.*

1 NOta vnum † quotidianum,& menti tenendum, quod vbi prælatus passus est rem ecclesiæ præscribi,ecclesia poterit agere contra prælatum, seu eius hæredes ad emendationem damni.gl.est sing.in c.placuit.2. 6.q.3. quam reputauit singu.do.Abb.in c.1.de in integ.resti.facit tex.in l.qc quid.C.arbi.tute.aliam vidi in decretis,quam nunc non habeo menti.

264 *Princeps.* IIII.

1 *Principes non recognoscentes superiorem in temporalibus possunt exercere ea,quæ sunt reseruata Imperatori in signum specialis priuilegij.*

1 PRincipes † non recognoscentes superiorem in temporalibus saltē de facto,possunt exercere ea,quæ sunt reseruata Imperatori in signum specialis priuilegij, vt legitimare,famæ restituere,interponere authoritatem in arrogatione,& similia.hoc probat tex.singul. quem tenebis semper menti in c.per venerabilem.qui fil.sint legit.de quo tex.facit magnum festum ibi dom.Abbas.Ex quo infertur secūdum eum,quod ciuitates Italię,quæ hodie non recognoscunt superiorem in temporalibus, possunt exercere dicta iura. pro hoc vide quod notat Barto. in l.infamem.ff.de public. iudic.in l.prima.ff.de aqua pluuia arcenda.pro quo dicit domin.Abb.in dicto c.per venerabilem.esse ibi tex.apertum & de materia vide Marti.Lauden.in tracta.de princ. & domi.meum do.And.in suo solenni tracta.de præstantia Imperatoris & regum. vbi copiosè de hoc,ad quem tractatū te remitto.

265 *Præscriptio.* V.

1 *Principis iura reseruata in signum specialis priuilegij,quanto tempore præscribi possint?*

1 NOta † quod iura principi reseruata in signum specialis priuilegij possunt præscribi per tantum tempus,de cuius initio memoria non existit.te.est sing. & perpetuo mēti tenendus in c.super quibusdam.de verborum significa. quem tex.reputauit sing.& dicit se non alibi legisse ita clarè,dom.Abb.in dicto c.super quibusdam.vbi infert,quod domini inferiores, & ciuitates possunt præscribere potestatē legitimandi spurios,item restituendi famæ, creandi tabelliones,& similia, quę sunt reseruata principi,si subest tantum tempus,vt ibi.de quo in dicto c.super quibusdam.gl. tamen in c.vnico.de clerico ęgrotan.lib.6.prope principiū sentit oppositum. Sed primum dictum placet do.Abb.in dic.c.super quibusdam.intelligendo de consuetudine præscripta.Limita tamē hoc per vnum notabile dictum Bart. in l.si publicanus.§.vlt.ff.de publi.vbi dicit tantum tēpus requiri quando pręscribitur contra principem,secus si cōtra priuatum,qui acquisiuerit ista priuilegio,vel consuetudine,quod tunc non requiritur tātum tempus, sed sufficit tempus decem annorum cum titulo,vel 30.sine titulo. sicut dicitur in vsufructu præscribendo.l.fi.de præscrip. longi tempo.facit in simili glos.notabilis in c. ad audientiam. de pręscri.& c.dilectus.de capellis monachorum.

266 *Pia causa.* II.

1 *Ordinatio per viam constitutionis,vel consuetudinis à municipibus facta,de distribuendo aliquid annuatim ad pias causas iure eleemosynæ,non potest per eosdem tolli.*

1 ORdinatio † per viam constitutionis vel consuetudinis per municipium facta de annuatim distribuendo aliquid ad pias causas iure eleemosynæ,non potest per idem municipium tolli.tex.est notabilis,vnde hoc sumpsit Barto.in l.priuilegia.C.de sacrosanct. eccle.si.sed est melior casus in c.ad apostolicam.de simo.secundum Ludo.Rom.in repet.authē.similiter.in 8.col.C.ad legem Falci. Et vide quod idem determinat Io.And.in tit.de instru.edi.§.nunc vero aliqua.ad fi.Tu vide de hoc,quod voluit do.Abb.in d.c. ad apostolicam. vbi dicit illum tex.esse menti tenendum secundū vnam lecturā,quæ ponitur in pri.gl.fi.illius ca.quę est notabilis & singularis,& non probatur alibi secundum eum,nisi ibi,vt intelligatur de consuetudine, per quam laici consueuerunt liberaliter offerre ecclesijs aliqua temporalia,quando percipiebant sacramenta.idem voluit gl. per dictum c.ad apostolicam.in c.sua.eod.tit.& de materia vide ibi Consiculum meum do. Ab.vbi plenissimè & pulchrè loquitur,vt sui moris est.

167 *Præscriptio.* VI.

1 *Præscriptio non valet contra supremam potestatem Papæ.*

1 COntra † supremam potestatem Papæ,nulla valet præscriptio.dictum est Inno.in ca.bonę.2.de postul.prælat.quod pro notabili alleg.do.Ab.in c.2.de cler.non resid. Idem dicit do.meus do.Troylus de Malui. in eius priuilegio habente hanc clausulam, si secus factum fuerit,sit irritum & inane.nā contra talē priuilegium nō poterit præscribi.dictū est Bald.singulare secundū eum in l.si solennibus. in fi.C.de fide instrumen.& hoc audiui viua voce.

268 *Priuilegium.* III.

1 *Priuilegium immunitatis à solutione vectigalium alicui concessum,an amittatur,si postea per tres annos vectigalia ab eo fuerint soluta?*

1 IAnuenses † & Pisani habuerūt priuilegium immunitatis à solutione vectigalium eis concessum à rege Apulię, & soluerunt per tres annos post priuilegium concessum, fuit



fuit dubitatum,an propter hoc amiserint priuilegium illud,& teneantur soluere in futurum? Deciditur quod nō, quia ille actus recipit iterationem,vnde sequitur spaciū, triginta vel quadraginta annorum.iuxta not.in c.accedentibus.de pręscrip.ita singulariter And.de Barulo.in l.2.C. de his,qui ex maio.pecu.suscep.lib.10.vbi dicit hoc de facto se vidisse terminari.refert & sequitur dominus & præceptor meus do.And.in commento c.cum accessissent.in 22.col.de constitu.& addit etiam ibi And.de Barulo,quod si habet immunitatem à datijs,& à collectis,si describatur in libro communis,vt soluat vna cum alijs,& non Appellet infra tempus debitum postquam hoc sciuit,non poterit postea se iuuare ex priuilegio suæ immunitatis.l.1.§. si quis tutor.ff.quando apppellā.sit.& casum illius legis dicit singulariter esse peregrinum,& communiter ignorari. refert & sequit. do. meus in dicto c.cum accessissent.

ADDITIO.

De hoc vide Guido.Pap.decisio.Grationo po.388.Sed quid. Gabriel.Saray.

## DE LITERA Q.

269 *Qualitas.*

1 *Qualitas si in aliquo requiratur,iuri non est satisfactum, si illud sine ea qualitate interueniat.*

1 VBi requiritur † certum quid cum aliqua qualitate,non est satisfactum iuri, si interueniat illud sine qualitate. gl.est cōmuniter reputata sing.& vnica, in ca.significasti. 33.quæstio.5.quam ad hoc dicit esse menti tenēdam do. Abb.in c.Abbas.quod metus causa facit c.Pisanis.de restitutio.spolia.& c.statutum.iuncto c.licet canon.de elect. lib.6.Vide quod voluit,cōsuluit,& disputauit Iac.de Arē. quem refert & sequitur Cy.& Bald.in l.2.C.de probatio. Bar.in l.denuntiasse.§.quid tamē.ff.de adulter.& in cōsi. 10.incip.accusatio fuit instituta.Guliel.de Cun.& ibi Bar. in l.quod ergo.§.pœna grauio.ff. de his qui no.infami.Pet.de Anc.& alij scribentes,in c.significasti.de adulte.& in c.qa propter.de elect.Lud.Rom.consi.166.consi.108.egregiè facit tex.in c.vbi periculum.§.cæterum. de elect.lib.6.& vide quod voluit do.Abb.& do.meus in c.licet causam.de probatio.& vide do.meum in quodā suo solenni consilio incip.viso puncto & facti serie processu,ac bulla obseruāde memoriæ Papę Martini,quod concessio dictæ emphyteusis &c.& vide do,Abb.in c.examinata.de iud.in tertia col.vbi refert Cy.in dict.l.2.& vide eundem do.Abb.in c. 1.de regula. Vide gl.fi.in l.non solum.§.sciendum.ff.de noui operis nūtia.iuncto tex.& ibi Bart.& docto.tex.in l. fi.C.an seruus ex facto suo.& ibi Bal.& Salic.gl. penul.in c.venerabilibus.de sententen.excommu.lib.6.Bar.in l.libellorum.in princi.ff.de accusatio.in 5.col.in ver.circa tempus. & per Bar.in l.si is qui.§.fin.ff.de iure fisci.Bal.in l.si quis non dicā rapere.C.de episco.& cleri.circa 3.vel 4.col. dū, refert dictum Ioan.And.in c.1.de homic.li.6.Inn.& Bar. in l.1.in princ.per illum tex.ff.ne quid in flumin.publi.gl. in clemen.fi.in ver.reatum.de rescrip.quam alleg. Bart.in dicto §.sciendum.& Bal.in l.post dotem.ff. soluto matri. & ibi per Imol.& vide Ab.in c.de his in fi.de accusatio.Facit quod no.in simili gl.in ca.vt circa.de electio.lib.6.quæ dicit quod si ad actum requiritur iuramentum cum tactu scripturæ,si pręstatur iuramentum sine tactura.nō est satisfactum constitutioni seu dispositioni,licet in veritate sit iuratū sine tactura.& vide quod voluit gl.in clemen.1. versi.corporaliter à se tacta.de hæreticis.

ADDITIO.

Sed quid si aliqua qualitas in actione,vel accusatione posita, probata non fuerit,an sententia absolutoria,vel condēnatoria sequi debeat,latē ponit Guid.Pap.decis.Grationop. 553.si quis accusetur. Gab.Sar.

270 *Querela.* I.

1 *Querela an verificetur tam in causa criminali,quam ciuili Et quid de verbo actionis,& de verbo accuso.*

1 QVerela † non tantum verificatur in causa ciuili,vt in c.querelam.de procurato.& in c.querelam.de iureiurando.tamen verificatur in causa criminali.gl.est communiter reputata sing.in c.Maximianus in versi.querelam.80.distin. quam ad hoc reputauit sing.dom.meus in c.dilecti.de iu. in quarta col.circa princ.pro qua dicit fore casum in indiuiduo.in c.cum contingat.de foro competen.idem dicit in d.c.dilecti.de verbo actionis,quod verbum actio verificatur tam in causa ciuili, vt Institu.de actio.in princi.quā in criminali,vt in l.3.ff.de sepul.violat.cum simi.& refert hoc voluisse Lud.Ro.in l.viro atque vxore.ff.soluto matrimo.quod si constituo procuratorem ad agendum, poterit accusare quia sub verbo,actio,comprehenditur accusatio.Idem voluit do.meus in c.1.in verbo actionibus.de constitu.Idem dico de verbo,Accuso, quod verificatur, tam in causa ciuili quam in causa criminali gl.& doc.& ibi Moder.in l.viro atque vxore.præallegata.do.meus in cap. tuæ.de procurat.Io.And.& alii in c.cum in tua.de testi.& ibidem do.Abb.in c.literis.de præsumptio.Et Conclude quod licet verbum actio,proprie importet causam ciuilem, vt Institu.de actio.in princip.& verbum accuso criminalē, vt no.in dicto c.cum in tua.& ff.& C.de accusatio per totum tamen attendi debet materia subiecta,arg.l.si vno.ff. loca.cum simi.& vide quod voluit Io.de Fantu.de verbo accuso,in c.1.versi.accusare.11.quæstio.1.

271 *Querela.* II.

1 *Appellari quo casu non potest,an possit querelari,& quid cōtra?& quid iuris sit de supplicatione?*

1 VBi sumus † in casu,in quo non potest appellari, poterit querelari.sing.est gl.secundum dom.Cardi.ibi, in c.querelam.de procurato.cum querela sit actus citerior appellatione,vt dixit ibi gl.quam do.Abb.ibi dicit esse notādam propter statuta prouidentia contra querelātē in certis causis.vt non extendatur ad legitimè appellantem, cū sint stricti iuris.l.quicquid adstringendæ.ff. de verborum obliga.l.3.2.hæc autem verba.ff.de nego.gest.& ibi Bart. c.in nostra.de iniur.& dam.dato.Idem dic econtra eadē ratione.& ad hoc adduco ego celebrem tex.in c.concertationi.de apdel.lib.6.vbi si grauamen non pōt reuocari per remedium appellationis propter lapsum decennij, poterit tamen reuocari per alia iuris remedia.& illum tex.allegant scribentes,& do.Cardi.in cle.constitutionem.§.insuper.de electio.l.fi.§.illud.C.de tem.appellationum vbi est casus,quod à negligentia iudicis non appellatur,sed querelatur.ibi in versi.tarditatem iudicis in querelam inducere.& hoc voluit ibi Bal.& hoc teneas in practica.Itē dic, quod prohibita appellatione non prohibetur supplicatio tex.in l.vnica.C.de senten.præfect.prętorio.& tex.in l.prefecti prętorio.ff.de mino.iuncta l.si quis aduersus.C.de preci.imperato.offer.& gl.ordi.in c.ex literis.in versi. supplicauit de in integ.restitutio.Et an in casibus,in quibus sit, prohibita appellatio,sit prohibita supplicatio.Bar.in leg. vna.C.ne liceat in vna eadēque causa tertio prouo. tenuit quod sic.idem voluit Bal.in l.fi.C.de edicto diui Adria. tollen.& Io.de Imo.in c.ex literis.præallegato.vbi reprehendit do.Anto.tenentem ibi contrarium eius,quod voluit Bar.in d.l.vnica.& quod do.Ant.sequitur do. Abb.in c.tum ex literis.de in integrum restitutio.vbi ex illo tex. colligit,quod licet non possit tertio prouocari, poterit tertio supplicari.dom.meus do.And. nouorum repertor dicit in dicto c.tum ex literis,quod Bar.& Ioan.de Imol. rectius loquutur,quam do Ant.& do.Abb.& non solum non licet tertio supplicare,imò nec secundo. & allegat tex.celebrem in dicta l.si quis aduersus,qui hoc optimè probat.Non obstat d.c.tum ex literis.quia iudicio meo pōt taliter responderi,vt procedat in principe admittente illā supplicationem ex sola benignitate,& non secundum rigorem iuris.nam ex solo rigore iuris processit, vt tertio non

non posſit appellari.cum ergo princeps ſit ſupra ius.capi. propoſuit.de conceſ.præbend.& ex ſola voluntate poſsit diſpenſare contra ius poſitiuum,vt voluit Innocen.in ca. cum ad monaſterium,de ſtatu monach.quẽ refert & ſequitur do.Ant.in c.2.de conſtitu. & do. Abb.in dicto cap.tũ ex literis.& in c.de multa.de præbend.ergo poterit contra ius diſpenſare ſupplicationem admittendo.arg.d.c.i.p poſuit.& iſto modo procedat opinio do.Abb.& do.Anto. alias procedit doctrina Bar.& ſequacium. Vel aliter iudicio meo,vt ille tex.non loquatur in ſupplicatione,cũ tex. rotundum habeamus quod non poſsit iterum ſupplicari. in d.l.ſi quis aduerſus. Tene tamen primam reſponſionẽ, & concorda doctor.prout dixi.Et pro primo dicto ſi vis tenere contrarium diſputando,& conferendo,vide dom. meum in c.1.de offic.lega.vbi plene diſputauit, an prohibita appellatione videatur eſſe prohibita querela,vide eũ ibi in additione. In practica tamen non recedas à communi opinione gl.& doctorum.Adde doct.& ibi Gemin. in c.Roma.in primo reſponſo.de appella.lib.6.ad quæſtio. an epiſcopus poſsit adiri ſine ſuo officiali per viam ſupplicationis.& vide Barba.in c.ex literis.de in integrum reſtitutio.tex.& ibi Pau.& doc.in cle.conſtitutionem.§.inſuper.de electio.Et vide Pau.de Caſt.in l.fi.in ver.miſſus. ibi nec poteſt appellare.C.de edicto diui Adriã.tollen.& Alex.in conſi.92.incip.in cauſa domini Bartholomæi.in prima col.in 4.vol.vbi vult,quod ſtatutum tollens appellationem,non intelligitur tollere querelã.allegat Bal. & Sa. in d.l.fi.& vide Pau.de Leaza.in cle.1.de ſequeſt.poſſeſ.gl. Inno.& doct.in dic.c.ex literis.in ver.ſupplicauit.& Abb. in d.c.querelam.& plene per Imol.in l.ex conſenſu,§. fin. in penul.& vltima col.ff.de appellatio.& in l.1.§.fi. in 20. col.ff.à quibus appellare non licet & per Sal.in l.fi.circa vltimam col.C.de ſenten.& per Ang.in l.1.C.de ſenten.prefecti prætor.& Butr.in c.paſtoralis.de appel.in not. dixi plene in c.1.de offr delega.

ADDITIO.

Idem latè tradit Dydac. Couar.in pract.quæſtio.cap.9. nu.2.verſi.querela vero dicitur.& per Hippo.de Marſi.in pract.crimi.in §.oportunè.nu.52.& ſequen. Gab.Sar.

272 *Quaſi contractus.*

ũ *Statutum tranſiens in quaſi contractum cum ſubdito poteſt à ſuperiore exiſtã cauſa reuocari.*

1 SVperior ex iuſta cauſa poteſt reuocare ſtatutum tranſiens in quaſi contractum cum ſubdito.iſtud ſing.dixit Innocen.in c.in noſtra.de iniur.refert & ſequitur do.me in c.at ſi clerici.§.de adulter.in 22.col.de iudi.licet ſecundũ,eũ aliqui reprobent illud dictum,tamẽ eſt pura veritas pro quo dicto allegat te.valde ſing.Titius.ff.de obſequiis à lib.patro.præſt.& de materia vide in c.nouit.de iudicijs & Bar.in l.omnes populi.ff.de iuſti.& iure.& in l.penult. ff.de decret.ab ordin.facien.& in l.eos qui.ff.de vacat.& excuſa.mune.& in l.priuilegia.C.de ſacroſanct. eccleſi.& Bal.in l.qui ſe patris.C.vnde libe.& in l.ſi cum mihi.ff.de dolo.& in l.non nuptæ.ff.de ſenato.& in l.digna vox.C. de leg.faciunt ea quæ habentur in c.quæ in eccleſiarum. de conſtitu.& in l.1.C.ſi contra ius vel vti.publi. & vide plenè per dominũ meum in dicto c.nouit.in 18.char. vbi pro hoc dicto Innoc.allegauit te.in d.l.Titius. pro valde ſing.& vide eundem dom.meum.in c.1.de conſti.vbi de materia.& illum te.d.l.Titius.reputauit vnicum & ſin.ad hoc Lu.Ro.alibi,ad pſens nõ habeo mẽti,q̃ ſingular.no.

273 *Quadrageſima.*

1 *Pœnitentia trium quadrageſimarum,ſi à canone imponatur an intelligatur de quadrageſimis triũ annorum?*

1 VBi aliqua lex vel canon imponit pœnitentiam triũ quadrageſimarum,an intelligatur de quadrageſimis trium annorum?dic quod non,ſed intelligetur de tribus quadrageſimis vnius anni.Prima erit ante feſtum natalis, alia ante paſcha,tertia ante feſtum ſancti Ioan.Baptiſt. gl. habes notabilem in c.ſi quis compulſus.22.q.5.quam ſequitur ibi Archidia.& iſtam gl.didici ab eximio iuris pontificii doctore,& ſacrorum Canonum patre dõmino,& præceptore meo de mane domino Io.de Sali.& tene mẽti illam gl.ad hoc.Sed ego dubito,an illa gl.dicat verum, primo,quia nullum ius,nec legem allegat probans,ſeu probantem hoc,& per conſequens erubeſcimus cum ſine lege loquimur l.illam.C.de collatio. in authen.de triente & ſemiſſe §.conſideremus.c.1.ne ſede vacan.cum ſimi. Itẽ licet authoritas Io.Theutonici ſit magna,tamẽ creditur doctori,in quantum mouet ſe ratione,vt eſt bonus tex.in c.ego ſolus.9.diſtin. Ego diſputationis gratia dicerem, q̃ vbi lex facit mẽtionem de quadrageſima,debet intelligi tale verbum in potiori ſuo ſignificatu.arg.l.1.§.qui in peritũ.ff.ſi ager vectigalis vel emphyt.peta.l.1.§.ſi is qui, nauem.ff.de exercito.l.3.§.hæc autem.verba.ff. de negoget,cum ſimi.Cum ergo quadrageſima,propriè dicatur quadrageſima ante paſcha.de conſec.diſt.5.c.quadrageſima.ergo de ea debet intelligi.Item vbi lex non dicit, nec nos dicere debemus.l.ſi ſeruum.§.non dixit prætor.ff.de acquir-hæred.facit quod voluit Bal.in c.venerabilem.de elect.& in c.Rodulphus.de reſcrip.& in c.ſi de probatio. Cum ergo iure cautum non ſit,quod tres quadrageſimæ impoſite pro pœnitentia ita interpretentur,ergo nec nos dicamus.Ego tamen in facto non recederem à gl.d.c.ſi qs compulſus.& per eam intellige & expone te.in c.accuſaſti.de accuſatio.in ver.p tres debes quadrageſimas pœnit.

*DE LITERA R.*

274 *Res.*

1 *Homo venit appellatione rei largo ſumpto vocabulo. Et appellatione propriorum bonorum veniunt ſubditi.*

1 APpellatione rei largo ſumpto vocabulo venit homo, tex.eſt iudicio meo melior de iure.in l.omnia.§.fi.ff. de leg.2.& vide ibi Bal.& Ioan.de Imol.& vide Bal.in l.1. ff.de ſtatu hom.vbi idem tenet.& alleg.d.l.omnia.§.fi.& l. fi.C.de verbo.ſignifi.& l.talem.§ fi.ff.de hæredi.inſtituen. vide Lu.Ro.conſi.247.in ſecundo dubio illius conſi.vbi conſuluit,quod appellatione propriorum bonorum veniũt ſubditi: vide dominum meum de hoc in c.2.de conſtitu. Adde Bar.in l.licet.C.de pact.vbi dixit per illum tex. quod ſi bona relinquuntur ſub appellatione rerum,cõtinetur tota hæreditas,vbi & tibi res eius non obligar.l. fin.ff. de vſufru.l.qa ibi erat hæres vniuerſalis,& in d.l.licet nõ.

275 *Religio.*

1 *Religionem ingreſſus,& profeſſus,bona ſua in monaſterium non transfert,quando religioſorum dolo,vt eius bona lucrarentur,ad profeſsionem faciendam fuit inductus.*

1 SI aliqui religioſi dolo inducant aliquem ad religionẽ, vt lucrentur bona ſua,ſi ille ſic inductus facit profeſsionem,tenet profeſsio,ſed bona non veniunt ad monaſterium,& hoc in odium ipſorum,quia non propter Deum ſed propter bona temporalia induxerunt illum ad monaſteriũ,ſiue religionẽ.te.eſt fin.et alibi nõ repert'in c.cõſtituit.20.q.3.& illũ tex.reputauit fin.do.Abb.in pleriſque locis,& maximè in c.in præſentia.de probatio & in c.præterea.de offi.deleg.& in c.cum dilectus.de his quæ vi metuſue cauſa fiunt.Et licet quidam dicet,quod ille tex. hoc non probat,quia loquitur in Epiſcopis,& Abbatibus tondentibus aliquos per circũuẽtionem, vt habeant eorũ bona,tamen ſi ſubtiliter ponderetur,probat dictum Abbatis iuncta gl.quia ad hoc tondebant,vt intrarent monaſterium.patet,quia ſi aliter diceretur,non faceret ad quæſtionem illius cauſæ,quod non eſt dicendum.arg.l.Imperatores.ff.de in diem adiect.Et quod tondebantur,vt profiterentur,& eſſent monachi,facit optime tex.iuncta glo. in c.1.de regula.& in capitulo ſecundo eodem titulo.

Relatio



276 *Relatio.*

1 *Relatum ad aliud intelligitur ſecundum id ad quod refertur & habetur,ac ſi fuiſſet expreſſum.*

1 SI quis in ſupplicatione,vel aliqua ſcriptura refert ſe ad aliqua inſtrumenta,&.acta pro veriori expreſsione cõtentorum,illa habentur ac ſi fuiſſent expreſſa.caſus elegãs eſt de hoc ſecundum Ang.ibi,in l.omnes.in ver.tanquam ſuper ſingulis.C.de quadrien. præſcrip.facit l.ſi duo.ff.de adminiſtratio.tutor.& quod not.in authen.ſi quis ſn aliquo documento.C.de edendo.& in c.1.de probatio.nam id quod ad aliud refert,intelligitur ſecundũ id ad quod refertur,& ſit relatio.ita dixit Bald.poſt Iac.Butr.in authen. ſacramenta puberum.C. ſi aduerſus vendi.relatio.in dubio cenſetur ſimplex.l.Iulianus refert.& ibi gl.ff.de hæredibus inſtituen. & Bal.in l.2.C.mandat.

277 *Re exigente.*

1 *Clauſula,Re exigente,quomodo exponatur.*

1 STatuto cauetur,quod teſtamentum valeat cum ſex teſtibus,& re exigente valeat cum quinque. No.per illa verba,re exigente.quod ſi teſtator reperiretur eſſe adeo, in extremis quod impoſsibilis fuiſſet conuocatio ſex teſtium,quod valeret cum quinque propter æquitatem.nã, illa verba,re exigente,exponuntur,id eſt,æquitate ſuadente,id eſt,dictante.ita dixit gl.no.in l.1.in verbo,re exigente.C.de in ius vocando.quam ad hoc ponderauit quidam doctor Moder. Bononienſis,ſcilicet domin. Vincen.de Palleotis.

278 *Robore ſuo.*

1 *Clauſula,in ſuo robore duratura,non tribuit robur nouum.*

1 VErba,in ſuo robore duratura,non tribuũt,nec dant robur nouum.ita dixit Ang.in l.omnes.in verſi.ſuo robore.C.de præſcrip.30. annorum. vbi allegat.l.ſcripturas.C.qui pot.in pig.habe.& authenti.quas actiones.C. de ſacroſanct.eccle.& in corpore vnde ſumitur.& dicit hoc, eſſe vtile pro ſtatutis,& contractibus.& vide eundem An. in l.fi.§.fin.alias in princ.C.de tempor.appellatio.vbi dicit ſe audiuiſſe Iac.Butr.dixiſſe,quod talia verba in ſtatuto.nullam vim conferunt,niſi ſtatutum fuiſſet abrogatum quia tunc illa verba tollerent abrogationẽ. & dicit de facto ſe infinitis vicibus practicaſſe,vide de hoc Bal.& do. meum in commento c.cum acceſsiſſent.in verbo,in ſuo robore.de conſtitui.& vide Richar.& Bartho.de Salic.in l.legem.C.de pactis.vbi dant hanc doctrinam.& vide dominum meum in commento c.intelleximus.de iudic.& in c.1.de pact.vbi optime facit tex.ille ſecundum dominum meum ibi,& Richar.& Bart.Sali.in dicta l.legem.

279 *Remiſsio.*

1 *Remiſsio in criminalibus quando locum habeat:*

1 ALiquis fecit furtum Bononiæ,& acceſsit in Sicilia,vt impuniatur,non habet locum remiſsio. ita incidenter, dixit Bal.in l.ſi abducta.C.de furt.vt ibi plenè per eum. refert & ſequitur do.meus in c.1.de rap.tu vide Sali.in authen.ſi vero criminis.C.ad legem Iul.de adulter.& in l.1. C.vbi de crimi.agi oportet.vbi dicit,quod Dyn.tenet ibi quod remiſsio eſt fienda ad locum delicti,antequã iudex domicilij condẽnet eum, alias ſecus.& mouetur per l.relegatorum.§.interdicere.ff.de interdict.& relegat.quod, not.Et vide notata in c.poſtulaſti & ibi per Per.de Anc.in repeti.de foro compe.& in ſi.eo.ti.& in cle.paſtoralis.de re iud.& in authen.qua in prouincia.C.vbi de crimin.agi opor.& in l.ſi cui.ff.de accuſa.

ADDITIO.

Adde Guid.Pap.deciſi.Gratianop.138.vbi tractat multa de remiſsione,& maxime,vtrum homicida deprehenſus in habitu clericali debeat remitti ad epiſcopum,& quot requirantur ad hoc vt remiſsio criminis de vno loco ad aliũ fiat tradit deciſi.202.in remiſsione.& ibi in additio.vbi plene materiam remiſsionis tractat.& deciſi.103.Cuius autem expẽſis fieri debeat iſta carcerati remiſsio, latè tradit do. Stephan.Aufrer.deciſi.Tholoſ.100.& per Hippoly.in practi.crimi.in §.opportune.num.32.& plene per Didac. Couaru.in practicis quæſtio.c.11.nu.4.in fi.ver.ſecundo illud eſt.& per totum.Et an quando de delictis agitur ciuiliter habeat locum remiſsio.vide deci.Tholo.319.G.S.

270 *Reſcriptum. I.*

1 *Reſcriptum apoſtolicum ab vno impetratum ſi mandet prouideri de primo beneficio vacaturo in diœceſi Bononienſi, an hic præferatur alij qui impetrauit aliud reſcriptum de primo beneficio vacaturo in eccleſia cathedrali ſi vacat beneficiũ in eccleſia cathedrali?*

1 QVidam impetrauit reſcriptum à ſede apoſtolica, in quo mandatur prouideri impetranti de primo beneficio vacaturo in diœceſi Bononienſi. quidam vero alter, impetrauit aliud reſcriptum, in quo mandatur prouideri impetranti de primo beneficio vacaturo in eccleſia cathedraliciuitatis Bononiæ.Contingit quod vacat beneficium in eccleſia cathedrali,quæſitum fuit quid iuris, an ſecundus debeat præferri primo? Et prima facie videtur dicẽdũ quod ſic,per regulam,generi per ſpeciem.de regul.iur.li.6.c.1.& c.paſtoralis.§.quoniam.c.Abbatem. de reſcrip.l. alimenta.§.baſilicę.ff.de ali.& cib.leg.l.ſanctio legum.ff. de pœnis.cum ſi.Tamen in facti cõtingentia apud Parmã exiſtens ſcholaris Bononiæ conſului,& tenui contrarium & in terminis adduxi celebrem theoricam Bar.in l.ſi dominus.ff.de le.1.vbi voluit hoc,motus ratione, quod vbi vtraque diſpoſitio ſolum venit verificãda in certa ſpecie, licet altera ſit magis generalis quo ad verba non habet locum illa regula,generi per ſpeciem. & optime facit d.l.ſi domino.leg.ſi hæres.ff.de op. leg. & pro illa theorica Bartol.adduco caſum iuncta gl.in c.ex parte.1.de offic.deleg.& illum textum.iuncta ſua glo.ad hoc ponderat ibi, do.Abb.& idem voluit in d.c.paſtoralis.§.quoniã.Ex quo ſume theoricam,quod licet diſpoſitio ſit generalis, ſi tñ non poteſt verificari ſub qualibet ſpecie contenta ſub illo genere,illa gratia dicitur ſpecialis,& non generalis.quod ſing.no.pro limitatione d.c.generi per ſpeciem.cum ſimi.

271 *Recuſatio.*

1 *Iudex poteſt recuſari à tertio comparente pro iure, & interesse ſuo cum cauſa.*

1 TErtius comparens pro intereſſe ſuo poteſt recuſare iudicem,ſi habet cauſam legitimam recuſandi eum. nam ex quo admittitur pro intereſſe ſuo,vt in c.veniens. 2.de teſtib.& in c.cum ſuper.de reſcrip.ergo debent audiri omnes defenſiones ſuę.arg.c.cum inter.de excep.ſing. eſt gl.quam do.Abb.dicit ſe neſcire alibi in c.cum ſuper. de offic.deleg.& illam glo.ſequitur ibi do.Andr.& domi. Cardinal.& dominus meus dominus Andræ. non tradas obliuioni,quia generoſum & ſtupendum dictum eſt.

282 *Reſcriptum. II.*

1 *Reſcriptum ſuper aliqua re ſi impetrari lege prohibeatur,vel ſit in eo ponatur clauſula,non obſtante lege,& quod iudex debeat admittere.*

1 ALiqua lex prohibet aliquod reſcriptum,ſeu priuilegium impetrari ſuper aliqua re,& prohibet iudices, admittere.Cautelam tibi do,ſi vis conſequi intẽtum tuũ, vt impetres reſcriptum,in quo inſeratur clauſula,non obſtante lege,quæ prohibet impetrari,vel concedi,& quod fiat mẽtio,quod iudex debeat admittere,quia ſi nulla mẽtio fieret de iudice,iudex poſſet dicere, fateor tuum reſcriptum valere,& te eſſe excuſatum pœna imperandi, ſed ego non poſſum admittere vel audire.iſte eſt tex.iudicio meo ſingularis & ibi Bart.in leg.nemine.C.de cano. fru.vr.Rom.lib.11.& vide no.per Cano.in capi.nonnulli.de reſcrip.& per Ioan.Andr.in capi.vnico.de exceſſ.præla.lib.6.in nouel.& per Bartol.& alios in leg.fin. C.ſi contra ius vel vti.publi.& in extrauagan.ad reprimendum.in verſic.legibus non obſtantibus.& aliquid per Bald.in leg. humanum.C.de legibus & plene per do.meum in dicto.

cap.

c.nonnulli.ad quem te remitto.& adduco tibi gloss.celebrem in l.omnes.C.de aqueduct.lib.11.vbi Barto.per illã gl.dicit,quod licet lex expresse prohibeat,quod rescriptũ principis concessum super tali negotio etiam ex certa sciẽtia non valeat ipso iure,tamen si princeps rescribit, & in rescripto dicit non obstãre tali lege, valet.do.meus dom. Alexan.de Imol.ibi, in additio.allegat glos.magistram in authen.de hæred.& fal.in gl.1.& doct.in dicta l.fi.& Bar. in d.extravagan.ad reprimendum.in verb.non obstantib. Bal.& doct.in l.sed & si quis.§.quæsitum ff.si quis cau.per Bar.& doct.in l.si quis in principio testamenti de lega.3.p Bal.in dicta l.humanum per Bal.& do.doct.in l.sancimus. C.de testamen.per Bal.& doct.in l.nemo potest.ff.de le. 1.& per Aretinum Institu.de actio.in §.in bonæ fidei.in finalib.verbis.& in l.si constat de appel.sed vide do. meum do. And.plenius in d.c.nonnulli.

ADDITIO.

Vide Hippoly.de Marsi.in practi.crimina.in §.quæritur.col. fi.nu.16. Gab.Sar.

*283 Reuertantur.*

1 *Verbũ,reuertantur,significat translationẽ dominij ipso iure.*

1 VErbum reuertantur,significat translationem dominij ipso iure tex.habes peregrinum quem ad hoc ponderat ibi Bart.in l.quisquis.in versic.reuertantur.C.de omni agro deser.lib.11.quod no.quia est vtile pro substitutionibus.de quo habes in l.si vnquam.C.de reuo.dona.& C. de inoffi.doti.l.si totas.& vide Bart.in l.Centurio.& ibi p Moder.ff.de vulg.& pupil.substi.

*284 Rescriptum. III.*

1 *Rescripta impetrata à potentibus existentibus in curia Romana,sunt ipso iure nulla,quãdo inferũt alicui iudiciũ.*

1 REscripta impetrata à potentibus existentibus in curia Romana,sunt ipso iure nulla,quando inferunt alicui præiudicium,istud probat.tex.optimus in argumentũ in l.1.C.de fund.limi.lib.11.in ver. quicquid vel potentia vniuscuiusque. & illum texr.ad hoc magnifecit Andr. de Barulo,quem refert & sequitur ibi Bar.

ADDITIO

Adde Sebastia.Vant.in tracta.de nullita.proces.in rubric.de nullitate ex defectu inhabilitatis, seu mandati cõparẽtiũ, nu.58.vbi ad id multos alios allegat,& idem tenet. Ga.Sa.

*285 Restitutio.*

1 *Restituere obligatus, liberatur restituendo pauperibus non superstitibus illis,quibus facienda esset restitutio.*

1 OBligatus ad restitutionem liberatus restituendo pauperibus non superstitibus illis,quibus facienda esset restitutio,adeo quod restitutio non spectat ad episcopum nec distributio malè ablatorũ,sed ipsemet,qui occupauit, potest pauperibus restituere,& in foro animæ liberatur. ad hoc facit elegans tex.in ar.optimum,& si subtiliter põderetur,hoc probatur in c.sicut dignum.de homi.quẽ te. ad hoc magnifecit do.Abb.Vide eundem in c.cum sit.de iudæis.

*286 Repetitio.*

1 *Repetitio eorum quæ in præfationibus ponũtur, quando sunt præparatoria sequentium, semper in sequentibus repetita videntur.*

1 VBicunque tea quæ ponuntur in præfationibus sunt præparatoria sequentium,tunc semper videntur repetita in sequentibus.sing.ell doctrina Pet.de Bella perti. quẽ refert & sequitur Cy.in l.p retẽtionẽ.C.de vsur.& ẽt ibi refert & sequtur do.meus do.And.in repeti.c. Raynal. de test.ad fi.quod no.pro his q̃ notantur in l.Titia.§.1.ff. de verb.obli. cum simi.

*DE LITERA S.*

*287 Statutum. I.*

1 *Nullitas si à Statuto prohibeatur,an censeatur prohibita ea, quæ ea usatur à defectu iurisdictionis?*

1 STatuto cauetur,quod à sententiis consulum non possit appellari,vel de nullitate quæri,dic quod tale statutũ non vendicabit sibi locum in nullitate,quæ causatur à defectu iurisdictionis.ista est gl.elegans in clem. vnica,in verbo,non obstante.de sequestr.possess.& fruct.quam gl.magnifecit Ang.in quodam suo solenni consi.in ordine 185. & illam gl.reputauit sing.do.Cardi.in dicta clemen. vna. pro qua dicit esse casum iũcta theorica Bar.in l.fideiussori. §.ait prætor.ff.qui satisd.cogan.Et vide plenissime pro illa gl.supremum vtriusque iuris Docto.do. meum in c.at si clerici.in 4.col.de iudic.vbi allegat, & refert plures doct. allegantes illam gl.& pro illa gl.esse plures te.vide ibi omnino.Tu vide Moder.post Ang.in l.de pupillo.§.qui opus. ff.de noui operis nuntia.vbi plene scripserunt de veritate illius gl.& fallentiis ad eam.

*288 Societas. I.*

1 *Societas an cadat in Iudæum?*

1 AN societas cadat in Iudeum? Bart.in l.1.ff.ad legem Iul.maiesta.dubitauit de ista quæst. sed non decidit. Ang.ibi,& in l.vtimur.ff.de sepul.viola. decidit & refert fuisse obtentum de facto,quod appellatione sociorum venit Iudæus in mercimoniis.& istam theoricam An.refert & sequitur do.meus in c.post miserabilem.de vsu. quem tex.ad hoc ponderat in ver.tam in mercimoniis,quam in aliis communionem omnimodam &c.qui tex.innuit cõmunionem in mercimoniis non esse prohibitam inter Iudæos & Christianos cessantibus, vel restitutis vsuris.& hoc idem voluit ibi Abb.post alios vbi colligit argumentum à contrario sensu,quod Christani non peccant cõmunicantes cum iudæis in mercimoniis,ex quo ibi in pœnã interdicitur eis communio.nam secundum eum regulariter non est interdicta,sed nimia familiaritas & conuersatio bene interdicitur,vt 28.q.1.c.sepe.& c.nullus de Judæ. c.1.& c.ad hoc.eodem titu.cum simi.facit c.& si Iudæos. de iudæ.& tex.& quod voluit ibi Abb.in c.postulasti.eodẽ titu.c.iudæi.de testi.ad finem.in versi.ab eis sola humanitate faueri.Sed iudicio meo licet ista theorica sit sequẽda, tamen mihi videt dura & periculosa,& forte de rigore iuris non vera.nam societas est quædam fraternitas.tex.est apertus in l.verum.ff.pro soc.sed inter iudæos & christianos nulla est fraternitas, quia solum christiani dicuntur, fratres propter regenerationis lauacrum, vt in c.nos ad mensam.11.q.3.ergo.sed de æquitate theorica Angel.& do.mei procedit,quia ex quo ecclesia patitur communionem esse inter fideles & iudæos & humanitate quadã tolerantur,per consequens in mercimoniis & negotiis appellatione sociorum venit iudeus in mercimoniis,adeo quod si quis habeat saluum conductum pro se & sociis,& adducat secum iudæum,veniet appellatione sociorum,si inter eos erat societas in mercimoniis.& hoc ponderabis,& sic procedit dictũ c.post miserabilem.& theorica Angel.& sequacium.

ADDITIO.

Vide de hoc latè per And.Tiraquel.in tract.de iure primigenio.q.66.nu.13.versi.idem. Gab.Sar.

*289 Statutum II.*

1 *Statutum loquens in vendente non habet locum in faciente pactum de vendendo.*

1 STatutum loquens in vẽdente non habet locum in faciente pactum de vendendo.ista fuit elegans doctrina Iac.de But.in l.1.C.de pac.pigno.vbi singu. dixit, statuto cauetur,quod de venditione soluatur gabella,dicit quod non soluetur,si fuit factum pactum de vendendo,quia aliud est vendere,& aliud est facere pactum de vendendo, facit in arg.l.amplius.ff. rem ratam habe.vbi aliud est agere, & aliud agere velle,& aliud petere,& aliud velle petere. & istam doctrinam retulit mihi dominus meus in plateis Bononiæ, dum declararet mihi aliqua dubia post descensum cathedræ, & dixit, q̃ consuluit secundũ illam doctrinam, quam vt celebrem & verissimam memoriæ mandaui,



mandaui,& originaliter vidi.Adde tex.& ibi Pet.de An. & Io.de Ana.in c.meminimus.de accu.quod aliud est accusare,& aliud velle accusare.& Salic.in l.si quis argẽtũ.§. sed & si quidem.C.de dona.vbi si quis dixit,ego donabo tibi talem rem,vel per pactum conuenio tecum quod donabo tibi talem rem,quod ex tali pacto non datur actio, quia non est donatio de præsenti,sed conuentio de donando in futurum. vt in simili notatur.ff. de eo quod certo loco.l.in bonæ fidei.Et vide Gemi.in c.à collatione.de appel.libro 6.vbi dixit,quod aliud est vendere.& aliud est vẽditioni consentire.capit.vnico.ne sede vacan.lib.6.& vide gl.in c.eum qui.de præben.li.6.vbi diuersum est conferre, & mandare cõferri.& vide gl.in c.si postquam.eodem titu.& lib.& doct.in c.fi.de offic.leg.& gl.in c.si apostolicæ. de præben.lib.6.vide Io.de Imo.in l.in ædibus §.ex rebus. ff.de donatio.in secunda col.in fi.vbi dicit,quod aliud est donare,& aliud pactum de donando.licut aliud est vendere,& aliud facere pactum de vendendo.iuxta not.in d.l.in bonæ fidei,& in c.penul.& ibi gl.de elect.lib.6.

ADDITIO.

Adde Nico.Boer.decis.3.& decisio.48.nu.9.& quæ late dixi in annotatio.meis ad Mathes.sing.46.Nota quod aliud est vendere,& Hippol.sing.469.

*390 Statutum XVII.*

1 *Bannitum occidere si ex Statuto etiam cum præmio quis possit,an præmium consequi possit ille,qui indiscrete proijcien do,bannitum interfecerit?*

1 SI statuto cauetur,quod si quis occiderit aliquem bannitum habeat mille seu centum.quidam proiecit indiscrete,& interfecit bannitum,an habebit præmium?dic quod non.ita dixit Inno.in c.ad audientiam,de homici.& Bar.in l.2.ff.de conditio.& demõstra.& in l.genero.ff.de infami. & in l.nulla macula.C.de dela.lib.10.do.Abb.in c.in eccl. de censi.& in c.nemo.de simon.& Bal.in l.qui hæredi.ff. de condi.& dem.& in l.si quis in graui.& ibi omnes.ff.ad Syllan.do.Card.& ibi do.meus in c.cognoscentes.de constitutio.& dominus meus in dicto c.ad audientiam.

*291 Surreptio.*

1 *Gratia dicitur surreptitia,si impetrans non fecerit mentionem de loco suæ originis.*

1 SI forensis impetrat beneficium,& non facit mentionẽ de loco suæ originis, gratia est surreptitia, quia in dubio Papa intendit prouidere cuicunque in patria sua.gl.singu.& alibi non reperta secundum do.Abb.in c.si proponente.de rescrip.Sed do.Ant.ibi non approbat illam gl.p notata in c.ne pro defectu.de elect.do.Abb.dicit illam gl. verissimam. Non obstant secundum eum no.in d.c.ne p defectu.quia procedunt in his,qui scienter eligendo forẽsem videntur renuntiare eorum fauori.Sed gl.d.c.si proponente.procedit in impetratione à Papa,qui non præsumitur scire nationem impetrantis,vnde taciturnitas nationis inducit surreptionem,quia si expressisset suam nationem,Papa nõ concessisset sibi gratiam in partibus alienis,vel saltem ita de facili.vt colligitur de cleric.peregri.p totum.ad idem bonus tex.in c.bone.2.in ver. nec vellemus ei proficere alienum.de postula.prælato.& vide tex. in c.nullus inuitis.61.distinctio.& ad c.ad decorem.de in sti.quod videt obstare & cõtrariari prædictis,dic vt ibi no. vide ibi do.Abb.& hanc partem vt verisimam sequor,& in facti contingentia ita obtinui Bononiæ pro vno Canonico.tene menti.

ADDITIO.

De gl.in c.si proponente.de rescri.multa scribit Dida.Coua. in practicis quæst.c.35.nu.5.versi.secundo notandum.& vide quæ notat Rebuf.in tracta.nominationum quæst.9. nu.48.versi.imo etiam de iure. Gab.Sar.

*292 Sententia. I.*

1 *Sententia interlocutoria si esset executioni demandata,non poterit reuocari nisi de consensu partium.*

1 INterlocutoria si est executioni demandata,non poterit reuocari,nisi de consensu partium.sing.est gl.in l.1.§.fi. ff.de præto.stipula.secundum do.Cardi.in dicta clemen.fi. de appel.& in c.cum cessante.eodem titu.& per moder.in l.quod iussit.ff.de re iudica.& in dicta l.1.§.fin.& Barto.in dicta l.quod iussit.& Bal.in l.eleganter §.si quis post.ff.de condi.indeb.& in l.arbitrio.ff.qui satisfda.cog.Idem si esset talis interlocutoria,quæ secum traheret executionem secundum Bar.& doct.in d.l.1.§.fi.Et hoc intellige, si interlocutoria sit valida,secus si nulla,quia licet executa sit, poterit sine causę cognitione & de facto retractari p iudicem,quatenus de facto processit secũdum Bal.in l.post sententiam.C.de senten.& interlocu.om.iudi,vbi ad hoc allegat gl.sing.secundum eum in l.minor.in prin.in gl.2. ff.de euict.& idem Bal.in dicta l.arbitrio.referũt & sequũtur Moder.in d.l.quod iussit.Ego allego aliam gl.in c.primates,2.q.1.quam allegauit pro celebri Bal.in c.accedes. 1. vt lite non contest.quod factum de facto,ollitur de facto & allego aliam in l.verum.§.ex facto.in ver.reducere. ff.de minor.& aliam in l.1.versi.infirmabitur.ff. de fer.& vide Bal.per illum tex.ad hoc celebrem in c.graue.de offi. ordi.in vers.per te ipsum relaxes.& vide no.tex.in l.1.in prin.in ver.facilis.ff.si mulier ven.no.per quem tex. dixit Bal.in c.1.de mili.vasal.qui contu.est,quod iudex, qui fecit primum decretum per errorem, ipsemet potest reuocare.& vide eundem Bal.in l.ob maritorum C.ne vxor pro mari.& in l.si pactum.C.de pact.& in l.si deserta.C.si ob pub.pensi.& in rub.de succes.edic.C.vbi allegat tex.d. l.1.in ver.facilis.& aliis etiam locis allegat,quæ breuitatis gratia omitto.& vide dominum meum in c.ex hibita.de iudic.in quarta col.vbi de hoc.

*293 Sententia. II.*

1 *Sententia interlocutoria in qua iudex interpretatur verba ambiguæ sententiæ,non potest reuocari.*

1 INterlocutoria in qua iudex interpretatur verba ambiguæ sententiæ reuocari non potest.gl.est sing.in l.quicquid adstringendę.ver.secundum promissorem.ff.de ver. oblig.vbi dicitur,quod inter pretatio.non põt fieri, nisi semel.quam gl.reputauit sing. Ang.in l.quo iusit.ff. de re iud.Ioan.de Imol.ibi dicit,quod Ang.in dicta l.quicquid contrarium tenuit per d.l.quod iussit.& respondet ad di. gl.quod loquatur & procedat in iure declinandi,quod cõpetit parti Solennis doctor do.Ale.de Tartagnis de Imo. in dicta l.quod iussit.refert Bal.in l.2.C.de senten.ex peri cu.reci.& Io.de Imol.in l.ab executore.in princi.ff.de appella.si impliciter tenere,quod tenet Ang.in d.l.quod iussit per illam gl.sing.in dicta l.quicquid.& dicit se putare illã gl.procedere in interpretatione sententiæ interlocutoriæ & dicit,quod ita videtur tenere Bar.in l.inter stipulantẽ. §.1.ff de verborum obligatio.per d.gl.sing.in d.l.quicquid facit secundum eum quod no.Barto.in d.l.quod iussit.in ver.quæro an iudex possit pluries.sicut enim interlocutoriam pluries reuocare potest,vt in d.l.quod iussit.iunctis no.per Bart.ibi.ita potest interpretari.nam secundum eũ sicut testator pluries potest reuocare testamentum, ita sine dubio pluries poterit interpretari.facit l.hæredes palã. §.sed si notan. ff. de testamen. & quod voluit Dominic.in c.1.de summa trini.& fide catho.li.6.& quod voluit Bal. in rubri.C.de rerum permutatio.& quod notatur in c.dilecti.de accusa.Sed diffinitiuam sententiam iudex reuocare non potest.l.iudex post quam.ff. de re iudica.c.In literis.de offic.deleg.ideo eam semel poterit interpretari, per d.gl. singu.& dicit hanc rationem fuisse de mente Ang.in d.le. quicquid.quam gl.ita intellectam menti commenda.

*294 Sententia. III.*

1 *Sententia interlocutoria,quæ habet vim diffinitiuæ, reuocari non potest.*

1 INterlocutoria quæ habet vim diffinitiuæ reuocari non potest.glosa.est valde notabilis.in capi.fina.in verb.inanes.de elect.libro 6.nota.Bald.in leg.arbitro.ff.qui satisfda. cogan.

cogan.& in l.hac edictali.§.quam obſeruationem.C.de ſe cun.nup.& domi.Ant.in c.1.de re iudica.& in c. cum ceſſante.de appella.& ſcribentes in l.quod iuſsit.ff.de re iudi.

295 *Sententia.* IIII.

1 *Sententia interlocutoria notoriè iniuſta poteſt à iudice ſine citatione reuocari.*

1 SI iudex ſine cauſæ cognitione,& parte non citata protulit interlocutoriam,& ſic erat notoriè iniuſta, poterit eam ſine citatione reuocare.ita notabiliter dixit Anto.de But.in c.cum ceſſante.de appel.idem voluit Bal.in l.ſi pacto quo pœnam.in princip.C.de pac.& in l.2.in 11.col.C. de ſerui.& aqua.& in l.ſi.in 2.col.C.de edi.diui Adria.tollē & ſo.And.in additio.Spe.in titu.de ſenten.prola.§.ſpecies verſi quoque.cuius verba reaſſumpſit Ang.& etiam Io.de Imol.in l.de vnoquoque.ff.de re iudic. vide quod voluit Bar.in l.quod iuſsit.ff.eodem titu.& in l.ſi opus.ff.de noui operis nuntia.& Bal.in l.perem ptorias.C. ſenten. reſcin. non poſſ.in 2.col.& Sali.in l.poſt ſententiam.C.de ſenten. & interlocu.omnium iudic.eadem enim facilitate debet de facto reuocare.& allegant prædicti doct.dotata per gl. 2.in l.minor.in princ.ff.de euict.& in l.1.§.edictum.ff.ſi mulier vent.no.& hoc cōmuniter tenetur,licet aliud ſenſerit Bal.in l.ſi deſerta.C.ſi ob pub.penſi.per illum tex.in fi.Et quando interlocutoria reuocari poſsit,& quādo nō, vide notata in dicto c.cum ceſſante.& ibi per dominum meum,& per Modernos in dicta l.quod iuſsit.

296 *Sententia.* V.

1 *Sententia interlocutoria in qua iudex pronuntiat ſe iudicē incompetentem,reuocari non poteſt.*

1 INterlocutoria,in qua iudex pronuntiat ſe iudicem incōpetentem,& ſi expirat eius officium, reuocari nō pōt. ſing.eſt gl.in authen.habita.C.ne filius pro patre.& dico fore caſum in c.ſignificantibus.de offic.dele.& facit optimē c.iudex poſtquam.eodem titu.lib.6. & hanc partem ſequuntur omnes in dicta l.quod iuſsit.& Cy.in l.2.in 6. quæſt.ff.ſi quis in ius voc.non ier.& Bar. & Salic.in l.poſt ſententiam.C.de ſenten.& interlocu.om.iudi. & Bal.in l. arbitro.ff.qui ſatisda.cogan.& in l.eleganter.§.ſi quis poſt ff.de condi.indeb.& Bal.in additio.Spe.in tit.de ſent.in 2. col.& Ang.in l.1.§.ſi.ff.de præto.ſtip.& do.meus do.And. in d.c.ſignificantibus.Ex quo nota,q; vbi per interlocutoriam finitur iudicis officiū reuocari non poterit illa inter locutoria p d.c.ſignificātib. Quod intellige verum in iudice delegato,ſecus in iudice ordinario,ſm Bal.in l.ſi præſes.per illum tex.C. quomodo & quando iud. & idē ſentit in l.1.ad finem.C.de pact.& Pau.de Caſt.in l.2.in fi.ff.ſi qs in ius voc.non ier.licet de Bal. nullam mentionem faciat Moderni in dicta.l.quod iuſsit.dicunt,quod ſibi videtur quod etiam ordinarius non poſsit reuocare,quia etiam in eo habet locum ratio aſsignata per Bar.in dicta l.quod iuſsit,videlicet, quia expirat iudicis officium in illa cauſa. Non obſt.ſecundum eos d.l.ſi præſes.quia præſes ibi iterū cognoſcit ex eo, quia prima ſententia fuit nulla.l.4.C. de accu.Tu vero pro veritate huius dicti pondera,& vide notata in l.ſi vt proponis.1.C.quomodo & quando iudex.& plenius per Bar.in l.ſi expreſsim.in penul.col.ff. de appel. & per do.Abb.in c.in literis.de offic. delega. vide ibi do. meum.& per eundem aliud in dicto c.ſignificantibus.Itē limita d.c.ſignificantibus.procedere,ſi iudex pronuntiauit ſe eſſe competentem ſuper principali negotio, quia non poteſt reuocare. ſecus ſi aliquo dependente à principali.c.dilectis.3.de præben.quem tex.ita intellexit Pau. de Leazar.vt refert Ang.in dicta.l.poſt ſententiam. Et ratio patet,quia non expirat officium iudicis. Item limita d.c.ſignificātibus.cum ſimi.non procedere,vbi eſſet appellatum ab illa interlocutoria quia tunc omnis interlocutoria etiam per quam expirat officium iudicis,poteſt reuocari,ſi ab ea ſit appellatum, quia cum per appellationem ſit ſuſpenſa ſeu extincta ſententia.l.ſi cauſa cognita. C. de tranſac.fingitur de preſenti non lata.ideo poſt ius primi iudicis remanet integra.ita ſing.concludunt domi.de Rota ſua concluſione 80.incip.item quod auditor.& in concluſione incip.item ſi à pronuntiatione,& etiam ſequitur do.Ant.& do.Ab.in dicto.c.cum ceſſante de appel.& do. Abb.in c.peruenit.2.eodem titu.Et hæc omnia adde vt plenius hoc intelligas ad Ludo.Roma.in ſuis ſingul. not. 150.vbi allegat pro ſing.gl.in d.authen. habita.& tex.d.c. ſignificantibus.facit d.c.iudex.vbi probatur,quod ſi pronuntiatum eſt quem non debere eſſe iudicem in illa cauſa omnino deſinit eſſe iudex.& facit l.diem proferre.& quod ibi notatur.ff.de arbit.

297 *Sportulæ.*

1 *Sportulæ à iure canonico ſunt reprobatæ. Et an valeat conſuetudo in contrarium?*

1 IVſt canonum reprobauit ſportulas.co.cum ab omni.de vita & honeſta.clerico.Sed an valeat conſuetudo in contrarium?Spec.in titu.de ſalariis.§.1. verſi.ſi vero ordinarius.tenet quod ſic.Gloſſ.ſing.in clemen.ſtatutū.de elect. tenet contrarium,& alleg.d.c.cum ab omni.in verb.pro diuerſa terrarum conſuetudine.& illa opinio tenetur ſecundum Lud.Rom.in ſing.no.183.vbi in hoc caſu eſt ſicut pica.Ego dicerem iſto modo,quod ſi iudex ſiue ordinarius ſiue delegatus non habet beneficium ſufficiēs, nec redditus ſibi ſufficientes,quod eo caſu ius canonicum nō reprobat ſportulas.& hoc probo per dictum c.cum ab omni.per arg.à contrario ſenſu,in ver.non obſtante. quod eſt validum in iure.c.cum apoſtolic.de his quæ fiunt à præla. ſine conſen.c.& in l.1.§.huius rei.ff.de offic.eius cui mā. da.eſt iuriſd.cum ſimi.& licet loquatur in delegato d.c.cū ab omni.habet locum in ordinario propter rationem decidendi,quę non minus concernit ordinarios,quam delegatos,cum & ipſi ſint beneficiati.nam vbi ratio legis eſt amplior dicti o legis,extenditur diſpoſitum legis ad amplitudinem rationis.l.regula.in verſi.licet initium cōſtitutionis demonſtret.& ibi Bar.& Bal.ff.de iur.& fact.ignoran. tex.melior de iure in l.pater filium.§.fundum.ff.de leg.3. l.cum pater.§.dulciſsimis.ff.de lega.2.& quod legitur & notatur in c.ſecundo requiris.de appel.gl.fing.in clemē. 1. de electio.ſecundum dom.Cardi.ibi.& ibi do.meus allegat pro illa gl.prælegatos tex.Item ceſſante ratione legis ceſſat diſpoſitio legis.arg.c.cum ceſſante.de appe.l.adigere.§.quamuis.ff.de iure patrō.§.his omnibus.61.diſtinctio.cum ſimi.Cum ergo in caſu noſtro ceſſat prohibitio d.c.cum ab omni. ex quo nō habet redditus ſufficientes; ergo poterit conſequi ſportulas etiam de iure canonico. & valebit conſuetudo hoc modo conſiderata,alias procedit gl.in dicta clemen.ſtatutum.& opinio ſequacium.& adduco quod voluit Sali.nec ab antiqua nec à moderna iuriſprudentia adductus in hoc caſu.l.iubemus.C.ad legem Iul.repetun.vbi concludit,quod licet iudicibus non habē tibus ſalarium accipere de publico munera pro premio ſui ſalarii,& non vltra.vt in authen. de manda. principū. §.illud.& in authen.de iudic.§.ne autem labor.& licet loquatur quo ad diſpoſitionem iuris ciuilis,eadem ratio militat de iure canonico prout dixi,per arg.à contrario ſenſu,dic.c.cum ab omni.& hæc tene menti perpetuo, quia puto veriſsima.

298 *Spurius.* I.

1 *Spurij non ſuccedunt patribus,& quomodo poſsint eis ſuccedere?*

1 SPurii non ſuccedunt*patribus,vt legitur & notatur, * in authen.licet.C.de naturalibus li.tex.eſt in c.per venerabilem.ad fi.qui fil.ſint leg.& no.in c.cum haberet.de eo qui dux.in mat.& in c.niſi cum pridem.de renun.cum ſi.Sed tamen patres poſſunt relinquere eis tacite medietatem omnium bonorum,inſtituendo ſocium omnium bonorum illius ſpurii. ſing.eſt tex.ſecundum Dy.ibi in l.ſi is qui duos.ff.de libe.lega.refert & ſequitur ibi Bar.dūmodo non appareret de fraude.ſequitur Sali.in l.ſocietatē.C. pro ſocio.facit ad hoc gl.in l.fina.C.de mune.& hon. non conti.

conti.lib.10.& quod no.Bal.in l.ſi emancipati.C.de colla. & tex.in l.ſi communem.ff.quēadmodum ſerui.amittant. & tex.in l.ſi quis exargentarijs.§.ſinautem.ff.de eden.& q; not.Bar.in l.precipimus ad ſi.C.de appe.& in l.ſolent.ff.de ali.& ciba.lega.& do.Abb.in c.ſi.de iure patro.& in c.1.de præſcri.& Ange.in conſilijs ſuis conſi.1.& Bal.in l.imperator.ff.de ſta.homi.& Iac.But.in d.§.ſinautem.& Bal.in l. 2.C.de teſta.& do.meus poſt do.Car.in c.Ioannes.de teſta. & in repe.rubricæ.de reb.eccl.non alienand.in 22.col.circa fin.& Ioan.de Imo.in c.ſi.de poſtu.do. Abb.in c.cū dilectus.de iure patro.Pe.de Anch.in c.1.de jure patro.lib.6. poſt alios.Bal.in c.1.quib.mo.feu.amit.gl.& ibi Pe.de Ancha.in cle.ſi religioſus.de procur.Fed.de Senis conſi.63.Ex quibus nota quod actus illicitus reſpectu certæ perſonæ cēſetur licitus reſpectu adiuncti.Item quod quis habeat aliquid per alium,quod per ſe habere non poteſt,ita dixit gl. in d.l.ſi is qui duos. & allegat l.Ariſto.ff.quæ reſpign.ob. poſ.& l.poſt rem.ff.de tranſactio.

ADDITIONES.

* Non ſuccedunt.Nota tamen q; ſpurius legitimatus cōparatur legitimè nato,ideo poteſt inſtitui hæres à patre corā duobus teſtibus,prout in verè legitimis conceditur per l. hac conſultiſsima.§.ex imperfecto.C.de teſta.& etiam debetur legitima iure naturæ,prout alijs.ita ſing.Bald.in c.de caulis.col.pen.verſi.& ideo ſpurius.extra de offi.deleg.& pro ſingu.commendat Iaſ.in auth.ſi qua mulier. verſic.2. moueor.C.de ſacroſancto.eccle.& in d.§.ex imperfecto. col.1.& Dec.conſi.258.Sed an valeat legatum factum filio ſpurio ſub conditione legitimationis?Bal.notab. tenuit q; ſic,in l.1.quæſt.6.C.de inſti.& ſubſti.cuius deciſio ab omnibus approbatus,& idem Bal.in l.fin.ff.de his qui ſunt ſui vel alien.iur.& conſi.388.reſpondendo ad dubia.libr.5.& in l.gallus.§.inſtituens.notabi.vlt.per illum tex.ff. de liber. & poſthu.vbi refert idem tenere Iacob. de Aren.in l.libertis.ff.de manumiſſ.teſta.& idem tenet Pau. de Caſt. in l.ſeruus teſtamēto.C.de legat.vbi reprobat Bald.qui in hoc variauit in l.eam quam.col.antepenu.verſi.ex his apparet.C. de fideicommiſſ. cum multis concordant.quas tradūt Ale. & Iaſ. in d.§.inſtituens.Adde Bar.Cæpol.caute.38.vbi colligit duodecim cautelas relinquendi ſpurijs.

Hoc tradit Tiraquel.in tracta. de retractu conſangui.in §.26. in ver.non poteſt cedi.nu.30. Gab.Sar.

299 *Suſpitio.*

1 *Doctor ſuſpectus ſcholari intrāti examen,an poſsit recuſari?*

1 SCholaris qui debet intrare examē, ſi habet aliquem ex doctoribus ſuſpectum ex legitima cauſa, fuit dubitatū Tholoſæ prout percepi à quibuſdam ſocijs meis dominis Francigenis,an poſsit recuſari?Audio q; fuit determinatū quod ſic,quia ſaltem doctores ſunt ibi vt teſtes.vide dom. Abb.vbi in terminis ponit hanc quæſtionem in c.cauſam quæ.1.de offi.deleg.& vide no.per eundem in c.propoſuiſti.de probatio.& no.per Bar. in proœmio ff. veteris.& teſtes debent eſſe ſine ſuſpitione.vt in c.in literis.de teſti.cū ſimi.Adde etiam ſecundum do.Ale.de Imo.in l.vnica.C. de profeſ.qui in vrbe Conſtātino.lib.12. quod ſi doctores collegij dant fabas reprobatorias ſcholari per odiū, & non iuſtē,& cancellarius ſiue notarius collegij hoc videat, q; ſolum per odium,ipſe ſolus poteſt approbare ſcholarem. ita dixit Io.de Imo.in c. ex literis.de conſti. qui allegat Io. de Ligna.& vide do.Abb.in d.ca.cauſam,q; ſi ſcholaris habet aliquem doctorem de collegio ſuſpectum, poteſt talis ſcholaris ire ad rectorem, & ei proponere cauſam ſuſpitionis,qua ſuſpitione docta poteſt rector prohibere talem doctorem ne ingrediatur examen.

300 *Simonia.*

1 *Expenſæ factæ à me ſimoniacè, vt tibi beneficiū cōferatur, an poſsint repeti? Et quid de expenſis factis poſtulationis cā?*

1 AMicus meus ſt expendit aliqua ſimoniacè,vt tibi conferatur certum beneficium,an poſsit à te repetere illas expenſas? dic quod non,quia iniuſtas illas fecit, nec etiam haberet actionem mandati,ſi tu mandaſſes illi, vt illas expenſas faceret,quia ex turpi mandato non oritur actio. vt in l.ſi vero non remunerandi.in §.rei turpis.ff.mandati.& eſt gl.notabilis in l.quod vtiliter.ff.de neg.geſt. Tene menti hoc dictum. faciunt ea quæ notantur in c.bonæ memoriæ.2.de poſtu.præla.vide ibi do.Abb.& do.meum vbi de hac quæſtion.Sed reſpectu expenſarum poſtulationis qd iuris ſit?vide quod legitur & not.in gl.fin.ca.cupientes.de elec.lib.6.& diſtingue vt ibi.

301 *Solutio.*

1 *Pro bannito vbi à filio alimēta ſolui debeant? Et an reus poſsit compelli ad ſoluendum alibi,quam in loco deſtinatæ ſolutionis?*

1 SI actor non poteſt ire, vel mittere ad locum deſtinatæ ſolutionis,an reus poſsit compelli ſoluere alibi, quā in loco,vbi promiſit ſoluere?caſum habes notabilem ſecūdū vnam lecturam, in l.vſuras.C.de ſolutio. quod ſic. & ita Cy.commemorat iſtam quæſtionem fuiſſe de facto inter commune Lucæ & commune Piſarum. refert & ſequitur do.meus d.And.in commento c.vnici.de plus petitio.optimē facit quod habetur in authenti.de inceſt.nup.§.ſi vero contigerit & ibi Nico.de Neap.refert, q; Rayne.de Forli. per illum te.commemorat fuiſſe quæſt.de facto. Quidā pater fuerat bannitus,nec poterat venire ad locum, vbi erat filius ad petēdum ſibi alimenta. ibi enim eſt te. quod filius tenetur præſtare alimenta patri bānito,decidit quod filius tenetur mittere alimentra ad locum,vbi erat pater.& bene concludit hoc gl.notabilis ibi in verbo,neceſſaria,quæ incipit,ad veſtitum. quod dicit eſſe bene notandum. Tu limita hanc doctrinam, niſi pater eſſet bannitus ratione pacis fractæ,quia tunc filius non teneretur alimenta præſtare patri.c.1.§.ſi quis hominem. de pace tenen.& violato. eius vide Bal.in co.tit.vbi dicit, q; filius non poteſt alimentare patrem bannitum, vel hoſtem.& ſi contrarium facit punitur in amiſsione bonorū.& ſic pater propter bannitum priuatur iure naturæ.& iſtud voluit Ludo.Roma.in l.ſi vero. §.de viro.ff.ſol.ma.& illam q; bono pacis refert & ſequitur do.meus in d.c. vnico.Sed quæ eſt practica quæ competit pro pecunia extra locum deſtinatum ſolutionis?recurre ad gl.Inſtit.de actio.§.ſi quis agens.in ver.loco.debet enim facere mentionem illius loci,vbi deſtinata fuit ſolutio, dicēdo & libellando, Peto 10.vt mihi ſoluas hic,vel vbi ſolue re promiſiſti.& poſt hoc niſi ſoluat, poterit eum conuenire vbicunque, dummodo locus ſit idoneus. & iſtud communiter tenent ſcribentes in l.1.alias 2.ff.de eo quod certo loco.

302 *Sententia.* VI.

1 *Sententia poteſt reuocari,ſi error probabilis detegatur,& an id procedat in ſententia quæ tranſiuit in rem iudicatam?*

1 SEntentia poteſt reuocari,ſi error probabilis poſtea detegatur.ſing.eſt glo.in c.fraternitatis.in verſi.per errorē. de frig.& maleſi.quam reputauit ſingu.ibi do.Abb.& intelligit procedere quando detegeretur error non per probationes admittendas,quia poſſet excipi vt non admittātur propter tranſitum in rem iudicatam,ſed quando alias in ipſa apparuit de errore vt in d.c. fraternitatis.& per iura allegata ibi in gl.Ex quo do.Abb.infert, q; hoc dictum nō ſit reſtringendum ad cauſam matrimonialem, ſed procedit etiam in alia cauſa.& vide quod legitur & notatur in c.2.de purga.vulga.ibi do.Abb.& vide notata in l.admonendi.ff. de iureiur. Et ſi probationes iniuſtæ de facto admitterentur,iudex debet retractare ſententiam,non obſtāte,quod tranſiſſet in rem iudicatam.ita ſingula.dixit Inno.in d.cap. cum dilecta.de reſcrip.& in capit. cum Bertoldus.de re iudica.refert & ſequitur do.Abb.in dicto c.fraternitatis.

ADDITIO.

Vide latè Hippoly.de Marſil.ſingul.473.memini me.Gabr. Sarayna.

303 *Sententia.* VII.

1 *Sententia si notoriè iniusta appareat debet reuocari, licet ab ea non fuerit appellatum, quia sententia continens manifestam iniquitatem est ipso iure nulla.*

1 SI notoriè appareat sententiam esse iniustam, debet reuocari, non obstante quod non fuit appellatum. singulare fuit dictum Inn. in c. fraternitatis. de frigi. & maleficis. refert & sequitur ibi do. Abb. & in ca. 2. de purg. vulg. & optimè facit verque text. nam notorietas iniustitiæ reddit sententiam nullam, vt in c. inter cæteras. de re iudic. & sententia iniusta tenet propter præsumptionem, quæ cessat, vbi notorietas iniustitiæ est in cõtrarium. & opinio debet cedere veritati. 8. dist. c. veritate. cum si. Et vide de sententia notoriè & euidenter iniqua, quod voluit do. Card. in c. cũ Bertholdus. de re iudi. & Hosti. in c. fi. de præbẽ. & do. Ant. in c. suam. de pœ. & do. Abb. in ca. nouit. de iud. & ibi dom. meus. Hosti. in c. 2. de arb. Bal. in l. vnica. C. si de momen. pos. fue. appella. scribentes in c. interposita. de app. & quod voluit Bar. in l. 1. in prin. ff. de oper. no. nun. & Ange. in l. si pars. ff. de inof. testa. & vide do. Abb. in d. ca. nouit. de iud. & in consi. 151. & vide eundem do. Abb. in d. c. inter cæteras. vbi refert & sequitur istud dictum Inn. & nota illum tex. d. c. inter cæteras. esse valde notabilem secundum eum, q̃ sententia continens manifestam iniquitatem est ipso iure nulla. vide ibi per scribentes vbi plenè de hoc. Ex quo dicto Inn. do. Abb. in c. fraternitatis. infert, q̃ sententia notoriè iniusta est nulla, vel saltem reuocabilis, non obstante q̃ appellatũ non fuerit, etiã si notorietas iniustitiæ postea acciderit, vt probatur in d. c. fraternitatis. optimè facit d. c. inter cæteras. & quod ibi notatur, quod dictum dicit nũquã esse obliuioni tradendum. Et potest esse ratio secũdum eũ quia sententia iniusta à iure fuit inetur, quia præsumitur iusta propter auctoritatem iudicis, vt in c. bonæ. de elect. & in c. in præsentia. de renuntia. quæ ratio cessat cum constat notoriè de iniustitia. & istã rationem suprà tetigi. tene mẽti perpetuo.

ADDITIO.

Adde Feli. in c. quoniam contra falsam. col. 12. de proba. An. de Iser. in c. 1. quæ sunt regul. ver. condemnatorum. in pri. in vsib. feudo. Guid. Pap. consi. 121. col. fi. Matth. de Afflic. decisio. Neapol. 39. Hippo. de Marsi. sing. 373. inci. memini me alias. & Ale. consi. 77. visis dubitationibus. col. 1. ver. item cum contineat. nu. 3. vol. 3. Gab. Sar.

304 *Sententia.* VIII.

1 *Sententia si contra ius litigatoris sit lata, & trãsierit in rẽ iudicatam, an possit peti in integrum restitutio ex clausula generali?*

1 NOta peregrinum dictum Hosti. si verum sit in c. 2. de purga. vulg. vbi dixit, q̃ si sententia est lata contra ius litigatoris, & transiuit in rem iudicatam, licet non debeat iure ordinario retractari, posset tamen peti restitutio in integrum, ex clausula generali. arg. c. ex literis. de in integr. restitu. & in l. 1. ff. ex quib. causis maio. & idem sensit gl. in l. fideiussor. §. in omnibus. ff. manda. & in l. si sine. ff. rem ratã hab. Et licet canonistæ transeant cum dicto Hosti. ũ doc. Legistæ cõiter hoc nõ admittunt, vt notatur in l. 1. C. de cõdict. inde. & per Bar. in d. l. si sine. & cum hac opinione Legistarũ transit do. Abb. in d. ca. 2. de purga. vulg. Tẽperat tñ, nisi à principe petatur hæc restitutio in integrum, nam solius principis est hoc concedere, per tex. in l. diui. ff. de pœ. & ibi Bar. nam cũ sententia faciat ius inter partes, vt in c. cũ inter. de re iudi. & in l. res iudicata. ff. de reg. iur. non potest inferior à principe ius parti quæsitum tollere. ad idem l. 1. & l. 2. C. sen. rescin. non poss. vbi iura generaliter dicunt, q̃ nec proferens nec successor potest sententiam retractare. Mihi videretur aliter dicendum, q̃ vt ille desistat à peccato, poterit agi per viam denuntiationis euangelicæ, per ea quæ leguntur & not. in c. nouit. de iudic. & in c. peccauerit 2. quæstio. 1. cum simi. nam non potest salua conscientia rẽ illam detinere, quia nunquam dimittitur peccatum, & c. cum tu. de vsur. c. peccatum. de reg. iur. lib. 6. ca. si res. 14. q. 6. cum similibus.

305 *Sententia.* IX.

1 *Sententia qua iudex dicit, condemno te ad id quod debes, an valeat, si certa quantitas in actis appareat?*

1 VIdex dicit, t condemno te ad id quod debes, non referẽdo se ad acta. & in aliqua parte actorum continetur certa quantitas, an valeat talis sententia? glo. habes in l. 3. C. de senten. quę sine certa quantitate quę tenet quod non valet. Contrarium videtur tenere gl. in l. quid tñ. §. Pomponius. ff. de arbit. Bar. in l. ait prætor. §. 1. ff. de re iud. sustinet vtrãque gl. dicens, q̃ quandoque sententia fertur faciendo relationem ad certam quantitatem actorum, & tunc valet si in parte actorum continetur quantitas siue in actis probatorijs siue assertorijs, vt hic. Et quæ sint acta assertoria & quæ probatoria, & ad quæ acta dicatur fieri relatio sententiæ, vide Bar. in d. l. 3. C. de sen. quæ sine certa quãt. prætermissis alijs allegationibus ad hoc, & dicit q̃ hoc modo loquitur d. l. 3. C. de sen. & in l. in summa. in 2. respon. ff. de re iud. Si verò non refert se ad acta, sed dicit condemnote in eo, q̃ debes, & tunc si in actis probatorijs cõtinetur quãtitas, vt in dictis testiũ, & in instrumẽtis publicis, & tũc talis sententia valet, & ita procedat gl. in d. l. quid tã. §. Põponius. Si verò non cõtinetur in actis probatorijs, sed in actis assertorijs, vt in libello, vel in positionibus nõ probatis, vel confessis, & non valet, vt in gl. d. l. 3. C. de senten. quæ sine cer. quanti. quam doctrinam vt auream, & verissimã menti commẽda. & vide Moder. in d. l. ait prætor. §. i. & vide d. meũ do. And in c. illa. de accusa. vbi refert & sequitur hanc theoricam Bart. Tu vide gl. fi. in l. non possumus. ff. si pars hæredi. peta. & glos. 1. & 3. in §. curare. Insti. de actio. & ibi doct. & Spe. in tit. de sen. §. qualiter. ver. itẽ debet esse sentẽtia certa ad hoc si iudex dicat, condemno te ad id quod debes. Sed quid si iudex in principio sententiæ dixit, & expressit verbũ condemnamus, licet postea in fine dicat, vi ctum victori, & omittat verbum condemnamus, an valebit sententia ex quo dictum verbum, condẽnamus, præcessit? dic q̃ sic, quia primordium statuti, vel legis inspiciendũ est, vt in l. 1. C. de impo. lucra. de cri. li. 10. in ver. à primordio tituli posterior formatur euentus. l. regula. in ver. licet initium constitutionis demonstrat. & ibi Bart. & Bal. ff. de iur. & fact. ignor. l. fi. de hære. instit. cũ si. facit l. per retentionem. C. de vsufru. & ibi Cy. & Bar. q̃ vbi præcedentia sunt præparatoria sequentium, semper videntur repetita in sequentibus. & fuit doctrina Petri de Bellaper. retulit & secutus est eã do. meus in d. c. illa. & dico de hoc in quodam notabili. Item vide quod pulchrè voluit Inn. in c. cũ ex officij. de præscrip. vbi dixit, q̃ si iudex fert sententiam, & allegat legem quæ non facit ad propositum, q̃ nihilominus sententia valebit. & vide quod voluit Bal. in l. præses. C. de sen. & interloc. om. iu. de quo dico in quodam alio no. Sed quid si iudex dicat, condemno te vt in tali instrumento cõtinetur, an valeat sententia? dic q̃ sic, si illud instrumentũ appareat apud acta, alias non valet, vt per totum. C. de sen. quæ sine cer. quanti. & d. §. curare. 11. q. 3. graue. 30. q. vlti. §. vlti. & in c. fi. 33. dist. cum si. hoc voluit Inno. in c. 2. de libel. oblatio. Ang. & Io. de Imo. in l. si conuenerit. ff. de re iudi. vide ibi Moder. do. Ant. in c. venerabilis. de relig. dom. Inn. in c. cum venerabilis. de exce. Bal. in l. 1. C. de sen. ex pe ric. recit. & quod voluit Bar. in d. l. ait prætor. §. 1. do. meus d. And. in d. c. illa. de accu. dicit se de hoc allegare gl. quam ad hoc nullus ponderauit in d. c. illa. & pro certo ibi est gl. peregrina pro ista quæstione, quam ad hoc propositum tene menti. & adde ad alias gl. quas allegauit Bart. in dicta l. ait prætor. §. 1. tene menti prædicta, quia quotidiana.

306 *Statutum.* IIII.

1 *Statutum disponens in materia iuris, & excipiẽs casus alios à iure exceptos, non videtur includere alios casus prorsus similes à iure exceptos.*

Not



NOta vnum dictum satis notabile, quod ponit domi. Abb. in c. ad audiẽtiam. de cleri. non resid. vbi dicit, q̃ 1 statutum t disponens in materia iuris, & excipiens duos casus alias à iure exceptos, non videtur includere alios casus prorsus cõsimiles à iure exceptos. & hoc ideo quia ex quo disponit in materia iuris non agit specificè derogare iuri, & recipit omnes limitationes iuris. nam de iure nõ residẽtes priuantur fructibus, & excipiuntur in firmi & existentes in seruitio Papæ, vel episcopi. statutum vero de quo in d. c. ad audientiam. de cleric. non residen. excipiebat solum duos casus. nec per hoc exclũdit tertium casum, imo intelligitur exceptus, sicut excipitur à iure communi, quod videtur longè mirabile contra illam regulam quod exceptio firmat regulam in casibus non exceptis. 32. q. 7. ca. dominus. l. nam quod liquidè. ff. de penu. leg. cum si. & facit optimè text. d. ca. ad audientiam. in arg. quod sicut casus exceptus à iure extenditur ad consimilem casum propter idem titatem rationis vt in c. cum dilecta. de cõfir. vti. vel inuti. gl. in l. 1. C. de condi. indeb. dixi de hoc in quodam no. ita & casus exceptus à statuto, vbi disponit statutum in materia iuris, vt probatur in d. c. ad audiẽtiam. Si autem disponeret contra, vel prẽter ius, fortè aliter diceretur, secundum do. Abb. in d. c. ad audientiam. quia casus expressè nõ prouisus relinquitur dispositioni iuris communis. in l. commodissimè. ff. de lib. & post hu. & in c. susceptum. de rescri. lib. 6. & c. in nostra. de iniurijs. & l. si extraneus. ff. de condi. ob caus. cum si. Ex prædictis & ex tex. d. ca. ad audientiam. ibi, cum absentes dici nõ debeant & c. no. secundum do. Abb. q̃ statutum disponens in materia iuris verificatur etiam in casu ficto, quando casus fictus est verus, vel æquiparatur vero à iure. quod dicit do. Abb. esse no. dignum.

307 *Statutum.* V.

1 *Iudex an pro homicidio possit arbitrari aliã pœnam, si vno statuto caueatur, q̃ pro homicidio imponatur pœna mortis, & alio, quod pro criminibus Iudex possit imponere pœnam suo arbitrio?*

1 STatuto t cauetur, q̃ pro homicidio imponatur pœna mortis, alio statuto cauetur, q̃ in omnibus criminibus potestas possit imponere pœnam suo arbitrio. fuit dubitatum vtrum pro homicidio possit arbitrari aliam pœnam? Bal. in facto cõsuluit, vt ipse refert in c. ad rescr. quod nõ, quia illud statutũ licet generaliter, & vniuersaliter loquatur, non comprehendit specialiter disposita per aliud statutum, quia species derogat generi. ca. generi per speciẽ. de regul. iur. lib. 6. & in d. capitu. primo de rescrip. cum simi. & facit quod singul. voluit Guliel. de Cun. in l. sed & poste riores. ff. de legi. cuius verba formaliter refert & sequitur Bar. & facit quod consuluit Pe. de Ancha. apud Trituissum vt ipse refert in c. statutum. §. cum autem. de rescri. in 6. & copiosius circa hoc allegat in repetit. sua capi. canonum statuta. de constitu. Vide plenè de diuersitate statutorum quæ videntur sibi contrariari do. meum do. And. in d. c. 1. de rescri. & aliqua etiam per eum in repet. c. Raynaldus. de testamen. in Ioannina. in 77. & 78. charta.

ADDITIO.

Vide Hippoli. de Marsi. in practica crimi. in §. constante. col. 10. nu. 28. in §. succesiuè. nu. 13. Gab. Sar.

308 *Statutum.* VI.

1 *Statuto dicente, quod pro quolibet verbo iniurioso imponatur tanta pœna, intelligitur, id est, pro qualibet oratione.*

1 STatuto t cauetur, quod pro quolibet verbo iniurioso imponatur tanta pœna, dic quod tale statutum intelligitur, seu illa verba, pro quolibet verbo, exponuntur, i. pro qualibet oratione. ista est celebris gl. in l. si quando. C. de bo. vacan. lib. 10. & ibi Bar. collegit hoc. & dicit illam gl. esse notandam pro statutis ita disponentibus vide eundem Bart. in l. item apud Labeonem. §. conuitium. alias §. sed quod adijcitur. ff. de iniur.

ADDITIO.

Vide de hoc latissimè & eleganter per Petrum à Plaza Hispanum in epitome delictorum lib. 1. c. 1. nu. 17. Gab. Sara.

309 *Statutum.* VII.

1 *Præmium à statuto concessum ei, qui manifestet, vel occidat delinquentem vel bannitum, an ei debeatur, qui ad suam defensionem manifestauit, vel occidit?*

1 STatuto t cauetur quod manifestans aliquem delinquentem habeat præmium 20. aureorum. aliquis qui inculpabatur ad sui defensionem delinquẽtem monstrauit, quæritur an habebit præmium? dic quod non. tex. est in argumẽtum optimum in l. nulla macula. C. de delato. li. 10. hoc colligit ibi Bar. Item dicit, si statutum concedit præmium occidenti aliquem hostem, vel rebellem, & aliquis eum occidit se defendendo, quod non debet habere præmium, vt * hic. quod puto verum. nam præmium datur * illi, qui vltro & sponte se offert ad faciendum illud, quod est cauta præmij, secus si casu vel fortuna hoc fecerit, vt in l. si quis in graui. §. vtrum. ff. ad Silla. vide ibi Ludo. post alios. & in l. 2. ff. de condi. & demon. & ibi plenè per doct. & tex. in d. l. si quis in graui. reputauit satis singularem & notandum Sali. in repe. l. ea quidem. in 14. col. C. de accusa. vbi partem eum, q̃ præmium pollicitum denuntiantibus spontaneis non necessitatis necessitate causatiua; debetur. Sed pro veritate huius rei vide. do. meum in legibus do. Ale. de Imo. in d. l. nulla. in addi. vbi plenè de hoc. & vide do. Abb. in ca. ecclesijs. de censi. dixi supra.

ADDITIONES.

Idem tradit Io. de Arno. soliloqui. 86. Gab. Sar.

* Præmium datur. Idem tradit Petr. Gerard. singu. 14. numero 10.

310 *Statutum.* VIII.

1 *Statuti reformatio prohibita cẽsetur super eo, super quo prohibetur aliquid proponi, vel allegari in consilio.*

1 STatuto t prohibetur aliquid proponi in cõsilio, vel allegari, prohibita est reformatio super eodem. ita colligit ibi Bar. per illum tex. in l. quisquis. C. de bo. pe. sub. lib. de cimo. Non obstat secundum eum l. 5. C. de preci. impera. offe. quia ille loquitur, quando prohibetur persona petere, seu proponere, licet hoc fallat in excommunicato secundum eum, vt in c. 1. de excep. lib. 6. & d. l. quisquis. loquitur quando prohibetur petitio seu propositio respectu rei.

311 *Salarium.* I.

1 *Iudici delinquenti an salarium debeatur?*

1 IVdici t delinquenti non debetur salarium. istam quæst. determinauit Iac. de Are. in l. qui negotiationem. §. 1. & §. penul. ff. de admin. tut. pro qua Bar. dicit esse casum notatum in l. iudices. C. de anno. & tribu. li. 10. Quod dicit esse intelligendum quando illud delictum negligentiæ respicit vniformiter totum tempus officij, alias pro ea parte pro qua non fuit negligẽs, sibi salarium debebitur. ar. l. fundus. ff. loc. vide eundem Bar. in l. Mæuia. in prin. ff. de annu. leg. & in l. diem functo. ff. de offi. asse. & Bal. in l. Nesennius. in fi. in versi. remouendus. ff. de excu. tut. & adde quod no. in l. manicipia. C. de ser. fugi. vbi Bald. dicit, quod potestas seu officialis remotus propter suspicionem, nõ debet habere salarium. & vide do. Abb. in c. cum sit. de Iudæis.

312 *Salarium.* II.

1 *Salarium legati decedentis, vel officium non adimplẽtis an accrescat ei, qui solus impleuit.*

1 SI vnus ex Ambasiatoribus decedat, vel alias officium non impleat, q̃ salarium decedentis, vel alias non impletis, non accrescit ei, qui solus impleuit. ita sin. no. Bar. per illum text. in l. 7. C. de lega. libr. 10. quod no. perpetuo.

313 *Statutum.* IX.

1 *Statutum quod inter homines diuersarum terrarũ, vel agnati inter se matrimonium non contrahant sub certa pœna, an valeat?*

1 STatuto cauetur, quod inter homines diuersarum terrarum non contrahatur matrimonium sub certa pœna an valeat? dic quod prima facie videtur q̃ sic, per te. in l. addicimus. C. de murile. li. 11. vbi no. in fi. qđ mulier moneta ria prohibetur nubere extraneis. & ibi Bar. dicit illã legem facere ad quæst. prefati statuti. Contrarium videtur verius q̃ non valeat, quia aufert libertatem contrahendi matrimonium, vt. ff. sol. ma. l. Titia. & l. si diuortio. ff. de condi. & demon. l. cum ita. Sed dic secũdum Bar. in d. l. addicimus. quod statutum non valet quantum ad hoc, vt faciat matrimonium irritum si contrahant, quia cum sit sacramẽtum, & res spiritualis, vt no. gl. in c. veniens. de transa. & gl. in §. sed notandum. 1. q. 1. laici non possunt statuere contra illud, cũ non sit de iurisdictione sua, sed ecclesiæ, vt in c. cau sam. matrimonij. de offi. deleg. & in c. ex literis. de consan. & affi. & no. gl. c. ex tenore. de foro compe. Et an valeat statutum q̃ non possit contrahi matrimonium cum agnatis? Et dicitur quod sic, quia quædam matrimonia de iure ciui prohibẽtur. Insti. de nup. in prin. sed statutum est ius ciuile, nam ius ciuile potest distinguere naturale. Cõtrariũ est verum q̃ istud statutum non potest fieri ad impediendum matrimonium, quia istud est de iure diuino, sed quantum ad impediẽdum ius patriæ potestatis, & effectus successionis bene potest, quia sunt de iure ciuili. insti. de pa. pote. in prin. ita dicit Ang. in l. 1. §. ius naturale. ff. de iusti. & iu. & vi de Bal. in c. clerici. de iud. & ibi Barb. ponentes, quæstion. an valeat statutum q̃ Guelfus nõ possit contrahere matrimonium cum Gebellina, sub pœna capitis. determinãt q̃ sic, quo ad pœnam, quia non. punitur matrimonium, quod est de iure diuino, sed eius qualitas, alleg. no. in c. statutum. de hære. lib. 6. in nouel. vide Bal. in l. omnẽ. C. ad Tertul. & in l. 1. §. ius naturale. præallegata. & in l. nemini. C. de nupt. & in l. Paulus. ff. de sta. ho. & in rubri. de consue. Abb. in c. 1. de sponsa. & in repeti. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. & Bar. in d. l. addicimus. & Butrium in c. 2. desponsa. Rom. in rub. ff. so. ma. Ang. in l. fi. C. de interdic. matri. & Gasp. Cal. in c. 2. de clande. despõ. cũ sim, faciunt notata per Bar. in d. l. Titia. & per doc. in l. fi. de secun. nup. faciunt quæ leguntur & notantur in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. & in c. q̃ clericis. de fo. compe. & in c. constitutus. de in integ. restit. & per Ant. post Host. in c. cũa. de deci. & per Io. And. in ca. eos. de immu. eccles. lib. 6. cum §. Sed an valeat quantũ ad hoc, vt contrafacientes puniantur? videtur dicendum, q̃ si quidẽ possunt honestè nubere seruata forma statuti, quia in qualibet secta sunt tot, quot matrimonia contrahi possunt. & tunc contrafacientes incidunt in poenam, alias secus, vt in d. l. cum ita. & l. seq. & in d. l. addicimus. ita reſidet ibi Bar. Tu adde, & vide de ista q. Bal. in l. omnem. alias in l. fi. C. ad Tertu. & in l. nemini. C. de nupt. & in l. 1. §. ius naturale. ff. de iusti. & iur. & Io. An. & sequaces in c. statutum. de hæret. li. 6. in nouel. & Lud. Ro. in rub. ff. mat. ad fin. vi de Io. And. in c. 1. de sponsa. vbi remittit se ad d. c. statutum. & per Inno. & per do. Abb. in d. c. 1. & per do. Abb. in cõsil. 12. & in c. ecclesia. de consti. Petr. de Ancha. in c. canonum statuta. de cõstit. & in d. c. statutum. & ibi Io. de Fant. Ange. in l. 1. de interdi. matr. & in l. hac consultissima. C. de testa. Iac. But. in l. fi. de interdi. mat. Andre. de Isernia in c. 1. quibus modis feudum amittatur. & in c. imperialem de prohibita feudi alienatione. Pet. de Anch. consilio suo 20. Bal. in c. clerici de iudi. & ibi per do. meum. & idem Bal. in c. 1. de constitu. & vide de hac q. plenè per do. meum in repeti. capitul. 1. de spon. & vide Bald. in l. Paulus. ff. de stat. homi. & in rub. de constit. & ibi per do. meum. & vide Feder. de Sen. consi. 35. & de hac quæst. vide omnino Abb. in d. cap. 1. de spon. vbi pulchrè distinguit, & vide Bart. in l. cunctos populos. in 3. q. prin. C. de sum. tri. & fide catho. Are. Insti. de iure natu. in prin. in ver. quæro ergo an per statutum. & Ang. de Vbal. in addi. suis in d. l. addicimus. & do. Alex. de Imo. in addi. suis in d. l. addicimus. Et an valeat consuetudo circa facultatem inhabilitandi vel habilitandi aliquos ad matrimonium? vide do. Abb. post alios in c. super eo. de cogna. spir. vbi de hoc.

314 *Statutum.* X.

1 *Statutum quod vno de agnatione delinquẽte cæteri de agnatione teneantur, an valeat.*

1 STatuto Florentinorum cauetur, q̃ vnus de agnatione delinquente cæteri de agnatione teneantur, an valeat talе statutum? dic q̃ sic. istud probat tex. in optimum arg. in iure prouisum. C. de fabricen. li. 11. hoc colligit ibi Barto. & ratio statuti & illius legis ponitur in tex. ibi scilicet, quia alij curabũt ne aliquis delinquat. & sic no. ibi casum, in quo vnus pro alio tenetur. simile in l. fi. C. de naut. lib. 11. alia similia notantur per gl. in l. 1. §. si plures. ff. de exerci. facit. C. de primipil. l. fina. lib. 11. Tu de hac quæsti. statuti vide Bal. in l. 1. alias in rub. C. res inter alios acta. & plenè per d. meũ in c. 2. de consti. vbi latissimè examina de statutis punientibus vnum pro delicto alterius, & ibi videas per eũ remissiones. & aliquid per eum in rub. de hæreticis. ad fin. Et vide quod voluit Bal. in l. 1. C. ne fi. pro patr. in l. si qua. ff. de his qui sunt sui, &c.

315 *Supernumerarius.*

1 *Supernumerarius admissus in collegio, non gaudet beneficio collegij.*

1 QVi est super numerum si admittitur in collegio, non gaudet beneficio collegij. casus est in l. 1. §. quod autẽ. C. de colla. lib. 11. tu vide Barto. in l. si duas. §. decet. in ver. hunc numerum. ff. de excusa. tut. & in authen. vt determi. sit numerus cleric. §. nõ enim. collatio. 1. & ibi Iaco. de Bel ui. facit cap. quoniam. de vita & honesta. cleric. c. cum M. Ferrariensis. & quod ibi notatur, de consti. & in c. fi. de verbo. signi. c. 1. & c. authoritate. de insti. cum sim.

316 *Statutum.* XI.

1 *Statuto distante quod pro animali nascente in territorio debeatur solidum, an debeatur solidum, si dominus animal duxerit prægnans ad pariendum extra territorium?*

1 STatuto cauetur, q̃ pro animali nascenti in territorio debeat soluere dominus vnum solidũ, aliquis habebat animalia prægnantia, & duxit vt parerẽt extra territoriũ an propter hoc euitabit solutionem? dic q̃ non, quia fraudem facit statuto. istud voluit Bar. in l. si cũ satis. C. de agri. & censi. lib. 11. & dicit glo. ibi optimè facere ad quæstionẽ hanc. statuti. in ver. item daretur occasio. facit secundũ eũ. ff. de hære. instit. l. ex facto. faciunt notata, & quod voluit ibi Bal. in hoc non dubium. C. de legib. & quod no. Dy. in regula fi. de reg. iur. lib. 6. cum simili lib.

317 *Statutum.* XII.

1 *Statutum quod talis non habeat vocem in capitulo, quid operetur?*

1 STatuto cauetur, q̃ talis non habeat vocem in capitulo, dic q̃ per tale statutum est precluſa via illi in iudicio, ita singulariter dixit Bar. per te. in l. coloni. in ver. voce negamus. C. in quibus cau. coloni censi. lib. 11. quod tene menti perpetuo pro his, quæ leguntur & no. in cle. vt hi qui. de æta. & quali.

318 *Salarium.* III.

1 *Officiali defuncto ante finitum officium, an integrũ salariũ debeatur hæredi? Et quid in domestico, & protectore? & quid de locatore operarum suarum, & quid in officiali decedenti in itinere antequam officium ingrediatur?*

1 LIcet hæres deberet consequi salarium totius temporis, si officialis defunctus decesserit ante finitum officium, vt in l. si quis in sacris. C. de proxi. sacr. scri. lib. 12. & in l. post duos. §. fi. C. de aduo. diuer. iud. & in l. 2. C. de primipilo. & C. de agen. in reb. l. 3. tamen in domestico & protectore aliter disponitur, quia non solum hęres eius debet consequi salarium totius temporis, sed etiã vnius anni sub sequentis. mirabilis & stupendus est casus in l. pragmatica. C. de domest. & protect. lib. 12. & ibi Bar. dicit hoc esse mirabile in tali officiali, quod no. Et vide quod volunt Bart. Ray. Alb. Ang. & Bal. post gl. in l. diem functo ff. de offi. assel. facit l. 1. §. diuus. in ratione sui. ff. de var. & extraord. cogn. Et ista est vera opinio licet Cy. in addi. post Iac. But. in d. l. diem voluerit contrariũ, vt ibi habes per Mart. Lauden. & Bal. in c. 1. qs dic. du x vel marchio, fuit secutus opi. Cy. Sed pone quod casus in eũ qui locauit operas suas contingat, an debeatur salarium? dic quod non l. si vno. §. certè. & §. cum quidam. ff. loc. Abb. in c. licut. 3. de iureiur. l. in rebus. ff. commo. & ibi no. & Bar. in l. diem functo. ff. de offi. assel. vide in l. 1. C. de re mili. li. 12. & in l. Seio. ff. de annu. legat. & in l. si cum dotem. §. finautẽ. ff. solut. matri. Sed quid in officiali quis cum paratus est ingredi ciuitatẽ in officio decessit in itinere, an debebitur salarium hæredibus? Bald. in d. c. 1. concludit q̃ non, quod limita nisi missiset aliũ loco sui, per §. prohibemus. in authen. de col. & voluit Bart. in d. l. diem functo. Adde tamen quod licet non debeatur hoc casu hæredibus, debent tamen releuari ab impensa facta per officialem in itinere. ar. l. si pecuniam. in princ. ff. de condi. ob causam. Dicas quod si officialis fuisset ingressus ciuitatẽ, & antequam administraret officium decessisset, deberet habere salarium secundum Bar. in d. l. 1. §. diuus. ad de quod licet nulliter exercuit officium, quia electio nulla, tamen debetur ei salarium secundum Alber. in d. l. diẽ functo. per l. ab administratione. C. de legat. facit ad hoc in simili de procuratore. in l. 1. ff. manda. secundũ Bald. q̃ licet mandatũ procuratoris sit nullũ, & inefficax quo ad agendum. l. 1. ff. de procu. tamen si exercuit officium, debet habere salarium. Et adde quod si non decessit officialis pendẽte officio, sed recessit, quia non poterat iustitiã facere, debet habere salarium, ſm Bart. in d. l. 1. §. diuus. in ver. iuxta prædicta quæro, aliquis est electus. & de materia vide in l. si vno. §. item cum quidam. ff. loca. & vide do. Ale. de Imo. in d. l. pragmatica. in addi. & vide quod not in l. matriculã. C. de agen. in reb. lib. 12.

319 *Statutum.* XIII.

1 *Notarius si non possit esse de antianis ciuitatis, an possit esse de illis, quando fecit se cancellari de matricula notariorũ.*

1 STatuto cauetur, quod notarius nõ possit esse decurio, vel de antianis, & de prioribus ciuitatis, quidã fuit semel descriptus in matricula notariorũ, sed postea fecit se eleuari, & cancellari de matricula, an poterit esse? dic quod non. arg. opt. habes in l. præcipua. & ibi hoc voluit Bar. C. de primice. li. 12. quod facit ad multa statuta quarundam ciuitatum prohibentia aliquos assumi ad officia, quod si habent artẽ per quã nõ possunt cõsequi officiũ ex dispositione statuti, quod si dimittant, non poterunt cõsequi officiũ illud.

320 *Statutum.* XIIII.

1 *Officialium numerus si statuto ad minorem numerum reducatur, an præiudicium fieri possit officialibus iam electis?*

1 SI per formam alicuius statuti numerus officialium reducitur ad minorem numerum, puta cum essent 10. reducitur ad numerum quinque, quod talis reductio nullum generat præiudiciũ illis talibus officialibus, qui erãt electi tẽpore reductionis. præiudicabit ergo tãtũ nouæ creationi officialium. ita pulchè colligit Bar. in l. comperimus. C. de proxim. sacr. scrinio. lib. 12. quod not.

321 *Statutum.* XV.

1 *Scholaris, si ex statuto non possit conueniri nisi solũ corã suo Rectore, corã eo debet etiam in criminali causa cõueniri.*

1 STatuto cauetur, quod scholaris non possit pulsari, & cõueniri coram iudice alio, quam coram rectore, dic quod tale statutum intelligitur non solum pro causa ciuili, sed etiam in criminali, & multo fortius pro criminali. ita notãter dixit Bar. per illum te. in l. ex eo. C. de agen. in reb. li. 12. & intellige statutum tale habere locum donec scholaris est in illa ciuitate, in qua degit ad studium, & est tale statutum, sed extra ciuitatem poterit per alium iudicem. conueniri, per d. l. ex eo. quod not.

322 *Substitutus.*

1 *Seruire volens per substitutum, debet seruire per æquè idoneum.*

1 VOlens seruire per substitutum, semper debet seruire per hominem æqualis conditionis. ita probatur in l. 1. C. de præpo. agen. in reb. lib. 12. hoc voluit ibi Bar. quod dicit esse notandum, q̃ si doctor vult seruire per substitutum, debet seruire per doctorem, & non per scholarem, licet sufficiens sit. Idem dicit esse dicendum in milite, quia si vult seruire per substitutum, debet seruire per alium militem, & non per domicellũ. & dicit, q̃ substitutus debet esse moribus præditus, & scientia & peritia eruditus. qđ nota pro locis, vbi viget studium, q̃ doctores non poterũt substituere scholares, licet hoc aliquando non seruetur, vt quotidie videmus.

323 *Sententia.* X.

1 *Sententia debet ferri scriptis, & de consensu partium potest ferri sine scriptis. Et multa de consensu partium, quo multa actus solennitates possunt remitti.*

1 SEntentia, vt scis, debet proferri in scriptis. tex. habes in l. 2. & 3. C. de sen. ex pericu. recitan. canonizata 2. q. 1. c. in primis. ad fi. & vt legitur & notatur in c. fi. de re
a iudi. lib. 6. tamen ex consensu partium a potest fieri vt sententia nõ feratur in scriptis. gl. habes iuncto tex. & ibi Bar. in d. l. quoties. & sic habes q̃ talis solennitas potest remitti de partium voluntate. idem dicit ibi Bar. in iuramento testis, quod remitti potest, & alleg. l. 1. ff. de feri. & l. 2. §. sed quia. C. de iur. cal. Tu melius alleg. c. tuis. de testi. cũ si. Idẽ in libello, quia libellus potest omitti ſm eum, licet non expresse remitti, vt no. gl. in authen. offeratur. C. de lit. cõtest. & ibi plenè per Cyn. licet quidam contra. Tu vide qđ plenè notatur in c. 1. de libel. obla. & in c. de causis. de offi. delega. Idem dicit esse in iuramento calumniæ, quia omitti potest, licet non expresse remitti, vt in d. §. sed quia. dic de hoc vt hodie legitur & notatur in c. 1. de iura. cal. libr. 6. vide Bar. in l. de pupillo. §. qui opus. de no. oper. nun. & in l. 1. de iura. calum. Et ratio quare ordo iudiciarius remittitur non potest, est, quia dicitur inuentus in fauorem & vtilitatem publicam, ſm do. Car. in cle. sæpe. de ver. sign. in prin. in 12. q. cui renuntiari non potest. l. ius publicũ. ff. de pact. Quod est verum in ordinarijs, secus in summarijs iuxta dicta in extrauag. ad reprimendum. Limita prædicta, si coram iudice procedit, vt ordinario, secus si coram eo vt arbitratore. vt dixit do. Car. in d. cle. sæpe. Acta tamen, videlicet testes & positiones possunt dimitti. Vide do. Car. in d. cle. sæpe. vbi quærit an litis contestatio possit omitti? & dic q̃ litis contestatio nec expresse nec tacitè potest omitti, vt voluit Bar. in d. l. quoties. & allegat nota. per Io. And. in d. c. de causis. tu vide quod notatur in d. c. 1. de libelli oblatio. & in c. vnico. de lit. contesta. & not. primum dictum.

ADDITIO.

a Tamen ex consensu partium. Vide latè do. Sebastia. Vanti. in tracta. de nullita. proces. in rubri. de nullitate ex defectu proces. nu. 73. & Hippol. de Marsil. in practi. crimi. in §. 2 nu. 74. & nu. 84. Gab. Sar.

324 *Sequestrum.*

1 *Sequestrum fieri non potest, nisi debitum ostendatur per publicum instrumentum.*

1 QVis nõ potest petere sequestrum fieri de re alicuius nisi debitum ostendat per publicum instrumentum. casum habes peregrinum, quem ad hoc not. Bart. in l. per hanc. C. de erog. milita. anno. libro. 12. idem voluit Barto. in l. litibus. C. de agri. & censi. lib. 11. Et an hoc indistinctè

procedat,nunc non examino, vide quod no.in c.examinata,de iudic.& in l.licet.ff.depo.& per do.Abb.in c.2.de ſequeſt.poſ.& fruct.

### 321 *Statutum.* XVI.

1 *Conſuetudo an det iuriſdictionem ordinariam.*

1 STatuto† cauetur, ꝙ ſcholaris debeat conueniri tantum ſub epiſcopo,& de conſuetudine eſt,quod,rector etiam contra eum cognoſcit,an per tale ſtatutum ſit derogatum iuriſdictioni rectoris,quam habet ex conſuetudine? dic ꝙ non.tex. habes quem ad hoc no.Bar.in l.viros.C.de diuer. offi.libr. 12.ſecus ſi haberet à lege.pro hoc facit quod notatur in c.1.de conſti.li.6. Tene menti & collige ex illo tex. quod cõſuetudo dat iuriſdictionem ordinariam ſicut lex. ita voluit ibi Bart.per illum text.iuncta gl.& habetur in l. 1.& fi.C.de emancipa. libe.te.habes meliorem de corpore iuris in c.cum cõtingat.de foro compe.& optimè probat tex.in c.conqueſtus.9.q.3.cum ſimi. vide l.cum prætor.§. 1.ff.de iudi.& ibi gloſſ.& in l.more.& ibi doc.& in l.ſeq.in ver.nec ipſa lex.ff.de iuriſdi.om.iud.de quo per Ioã.Andr. in c.1.de offi.ordi.& in c.quanto.de conſue.& in c.Romana.circa.prin.de foro competẽ.in 6.& in c.fi.de excep.eo. lib.facit quod no.in d.c.cum contingat. vide tex.& Bart.in l.final.§.1.de aqua plu.arcen.& ibi per Modernos, & Lud. Rom.in notabilibus.

ADDITIO.

* Adde Guid.Pap.ſing.284.nu.1.

### 327 *Societas.* II.

1 *Societas tacita ex ſolo vſu contrahitur inter fratres, & tacitè diſſoluitur.*

1 INter fratres† ex ſolo vſu cõtrahitur ſocietas tacita.ita dicũt Cy.& Oldr.quos refert & ſequitur Bar.in l.1.§.ſi quis hoc interdicto.ff.de iti.actuque priua.& tacitè diſſoluitur. l.itaque.ff.pro ſoc. Tamen Bar.ſing. pro glo.in d.§. ſi quis hoc interdicto.limitat hoc dictum eſſe verum in eo tantũ, in quo apparet vſus,quia ambo erant artifices & cõmunicabant vſum illius artis, & in illa arte tantum videtur contracta ſocietas,& in fructibus tãtum illis videtur facta cõmunio,non in alijs emptionibus.Vide tu quod voluit idẽ Bart.in l.Titium.§.altero.ff. de admi.tut.& in l.ſi patruus. C.commu. vtriuſque iudic.& in l.cum duobus.§. Papinianus.ff.pro ſocio.

### 326 *Sententia.* XI.

1 *Sciens actum, & ignorãs qualitatem,an dicatur ſcire, ſi lex ponderat ſcientiam actus reſpectu certæ qualitatis?*

1 VBi lex† vel ſtatutum ponderat ſcientiam actus reſpectu certæ qualitatis,ille non dicitur ſcire,qui ſcit actũ & ignorat qualitatem.iſta eſt gl.notabilis in c.concertationi.de appel.libr.6.de qua fecit feſtum ibi Do.de ſancto Gemi.quod dicit eſſe notandũ pro ſtatutis, quæ imponunt quandoque pœnam ſcientibus actum,& non reuelãtibus, ſicut dicunt quãdoque, quod qui ſciuerit aliquem receptare bannitum,& non reuelat,incurrit certam pœnam, quia dato quod ſciret vnum receptantem, niſi ſciret illum bannitum eſſe, non incurreret pœnam.vnde debet eſſe cautus articulans in materia, vt concludat illum ſciuiſſe bannitum & ita reſidet ibi Domin.Tu vide Bar.hoc idem tenentem in l.omnes.2.C.de agri.& cenſi.lib.11.& l.1.C.de colo. illiric.eo.li.& in l.penul.C.de fabricen.eo.li.& in l.1.C.de deſerto.li.12.& in l.Methrodorum.ff.de pœn.& in l.ne quid. ff.de incen.rui.naufra.& in l.1.ff.de recept.& vide Bald.in l.data opera.C.qui accuſ.non poſ.& ibi do.meum. & vide gl.in l.ſi quis abſentis.§.longè minus.ff.de act.& oblig.& adduco Ange.in l.1.C.de Nili agge.non rumpen.vbi dixit ſe obtinuiſſet Peruſij. Quidam pręſtitit opẽ nobili, & ex quo nõ fuit articulatum, & probatum ſciebat illum quod nobliem,fuit abſolutus.& adduco do.meũ do.Andr.vtriuſque iuris lucernam in c.cum viceſimum.de offic.dele.vbi ponderat illum tex.in verſi.ſcienter ad hoc quod vbi lex vel ſtatutum requirit quod actus fiat ab aliquo ſciẽter debet liberari de ſcientia, & probari, & dicit quod Bononiæ tempore huius regiminis fuit facta quædam reformatio, ꝙ loquẽs cum rebelle puniatur pœna mortis,& inquiſitus, quod locutus fuerat quidam cum rebelle, & poteſtas volebat eum decapitare,conſuluit ad inſtantiam do.Cardi.quatuor coronatorũ Legati Bononiæ, ꝙ non debebat decapitari,imo abſolui, ex eo,quia in illa inquiſitione non fuit articulatum, ꝙ ſciebat illum rebellem &c. Et aliud dicebat, ꝙ illa reformatio intelligitur, quando loqueretur cum rebelle ad præiudicium regiminis,alias ſecus. & allegabat te. ſing.in l.1.ff.ad leg.Iul.maieſta.& dicit ꝙ ille fuit liberatus. vide eum oĩno.vbi pulchrè loquitur, & allegat multa iura probantia hanc generoſam theoricam. & vide eũdem do. meum in clementi.1.de procu. & in c.ſicut.de hæret. & vide tex.in c.2.de hæreti.lib.6.vbi præſtans opem hæretico ſcienter, debet puniri, ſed debet probari & articulari de ſcientia,vt dictum eſt.

### 328 *Subſtitutio.*

1 *Subſtitutus quando à liberis,de quibus teſtator in genere præſumitur cogitaſſe,non excludatur.*

1 VBicunque teſtator† cogitauit de liberis in genere, vel præſumitur de illis cogitaſſe in genere, nunquam videtur illos liberos voluiſſe præferre ſubſtitutis, & per cõſequens non excludunt ſubſtitutum. exemplum, teſtator inſtituit filios ſuos maſculos, & ſi ſine liberis decederet, ſubſtituit extraneum,ex quo teſtator præſumitur cogitaſſe de filiabus in genere,quia exprimẽdo maſculos,videtur voluiſſe præferre ſubſtitutũ filiabus, ergo ſubſtitutus excludet filias fœmineas.text.eſt ſingu.pro dicto in l.qui in iure.ff.de teſtamen.milit.vbi ſciẽtia de filio in genere pręiudicat ipſi filio.quem tex.reputat ſing.Bal.ibi.& illum te. ad hoc allegauit ſing.Ange.in pleriſq; locis in l.tres fratres. ff.de pact.& in l.manifeſtiſſimi.§ ſin autem neſcimus.C.de fur.& in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de verb.oblig.& in l.ſi cũ vel in vtero.C.de teſta.mili.& in auth.de cauſa.C.de libe.præte.& in l.filio præterito.ff.de iniuſto rupto teſta. & Ang.in conſilijs ſuis,non habeo ad præſens memoriam illius conſilij. Et ideo pulchrè dixit Bart.in l.Titia.§.imperator.ff.de leg.2.vbi quærit,quid ſi pater donauit alicui bona ſua non habens filios, & tamen in genere cogitauit de filijs,an propter natiuitatem filiorum reuocetur donatio? decidit quod nõ.& eſt ſingularis limitatio ad l.ſi vnquam. C.de reuocand.donatio.& mouetur ibi Bar.quia pater cogitauit.de filijs in genere. & ad hoc allegauit dictã l.qui in iure.& eandem allegauit Ioan.de Imo.in capitulo final.de donat. Sed Ioan.Andr.in additio. ad Specu. intit. de inſtrument.edit.§.porro.in ver.hoc autem certum eſt. tenet ꝙ beneficio d.l.ſi vnquam,renuntiari non poteſt, quia illa lex non eſt inducta donantis fauore,ſed fauore ipſorũ. Sed Bar.in d.§.Imperator.tenet contrarium, & verior eſt opinio Bar.& in do.meum do.And.in repeti.c.Raynaldus. de teſtamen.in Ioannina.in 9.col.quia ſecundum eum d.l. ſi vnquam emanauerat in fauorem filiorum, tamen ille fauor habet ſubſiſtentiam ex mente patris, & ideo renuntiatio illius pendebit ex voluntate paterna. & iſtud voluit Bal.in l.prima.C.de inofficio.donatio.& gl.in d.l.ſi vnquã & per conſequens ſecundum eum non rectè locutus eſt Io.And. Dicit tamen æquam eſſe eius opi.Sed quidam Salic.in d.l.ſi vnquam.refert & ſequitur Io.And.in præallegi loco.Cogitandum tamen hoc relinquo,& no.caſum in d.l. ſi vnquã eſſe notabilem & ſingularem ſecundum Sali.ibi.

### 329 *Sufficit.*

1 *Verbum,ſufficit,quod ſignificet?*

1 VBi in aliqua† diſpoſitione apponitur verbum, ſufficit, dic quod de ſignificato talis verbi eſt,vt nihil aliud requiratur.ita dicit gloſſ.notabi.in capitu.ſtatutum. in princip.in ver.canonicis.de reſcript.libr.6.quæ tacitè hoc ſentit.& illã gloſſ.ad hoc allegauit do.Abb.in ca.1.de poſtul. præla. & in c.cũ dilectus.de ſucceſ.ab inteſta. & do.meus do.And



do.And.vtrobique.& adduco Dominic.de S.Gemi.in d. c.ſtatutum in ver.canonicis.vbi dicit quod verbum, ſufficit,non requirit aſsiſtentiam aliarum qualitatum, quam expreſſarum,quo ad perfectionem actus.Et dicit illã glo. eſſe notandam pro ſtatutis,& priuilegijs vbi verbum tale poneretur.vide do.Abb.in ca.fin.de ſponſa.duo vbi etiam allegauit illam gl.&.eandem gl.alleg.in ca.cum locum. de ſponſa.& in c.cum apud.& in c.tuę fraternitati.eodem ti. quod ſing.no.Vide Lu.Roma.in l.cum mulier.in 17.col. in princi.ff.ſoluto.matrimo.vbi alleg.illam gl.& vide Ab. in c.quoniam contra in 32.col.de probatio. Sed pondera in contrarium gl.in c.conſuluiſti.de celebra.miſſarum.quę videtur ſentire cõtrarium.ſed dicit illam procedere, niſi aliter à iure caueat.& materia ſubiecta aliud ſuadeat.& in hoc ponderat tex.in dicto c.conſuluiſti. iuncto c.ſufficit. de conſecreta.diſtin.1.

### 330 *Spurius.* I.

1 *Spurij & nati ex damnato coitu de iure canonico ali debent à parentibus ſecundum eorum facultates.*

1 FIlii ſpurii, vel nati† ex damnato coitu,de iure canonico debent ali,* & nutriri à parentibus ſecundum facultates eorum.tex.eſt ſingul.in c.cum haberet.ad finem.de eo.qui duxit in matri.quam pol.per adulter.& ibi do.Ab. dicit illum tex.non eſſe alibi.& in hoc hodie ſtatur iuri canonico,etiam de iure ciuili ſecundum eum,quia eccleſia induxit hoc ex quadam ęquitate naturali,& ne filii alimẽtis priuati pereant.& etiam ſentit Bar.in auth.ex complexu.C.de inceſ.nup.vbi per rationem d.c.cum haberet. dicit parentes poſſe legare filiis ſpuriis ratione alimentorũ & quod poterunt parentes donare,vel relinquere dotes filiabus,cum dos ſuccedat loco alimentorum, quod ſingu. notabis.

ADDITIONES.

Adde Iaſ.in conſi.26.nu.4.vol.1.Io.Duran.in tracta.de arte teſtandi.nu.1.cautela 14.nu.13.& Petrum Dueñas in reg. 366.incip.filius ſpurius.in 4.limitatio. Gab.Sar.

* Debent ali.Idem tradit.Bar.in l.fin.col.2.ff.de iis quibus vt indig.Et quod valeat legatum factum filiæ ex moniali ſuſceptæ,dũ legitimam non excedat,conſuluit Dec.conſi. 61 1.ad fin.nec.poteſt pater prohibere ne eius ſpurio alimenta præſtentur,ſecundum Bal.ſing.in l.id quod pauperibus.verſi.vltimo quæritur.C.de epiſco.& cler. & addit Iaſ.conſi.26.col.vlti.lib.1.quod diſpoſitio d.c.cum haberet.ſeruari debet etiam in terris imperii,& quod ſi ſpurius habet ſubſtitutum,quod illi ſubſtituto defertur illud plus quod ſpurio legari non poterat,& quod in eo ſubſtitutus cohæredes excludit.

### 331 *Sponſalia.*

1 *Sponſalia de futuro non tolluntur per ſimplex votum caſtitatis ſequens.*

1 SPonſalia† de futuro non tolluntur per ſimplex votum caſtitatis ſequens.ſing.eſt gl.ſecundum do.Abb.in cap. veniens.qui cleri.vel vouen in verſi.ibi de ſeueritate, ibi, non obſtante voto ſimplici.hoc voluit & tenuit ibi Inno. & do.Abb.& do.And.& Hoſtien.in c.rurſus.eodem titu. Licet do.And.& Gaſpar de Calde contrarium tenuerint, & non bene in d.c.veniens.Et opin.communem puto veriorem poſt do.Abb.per hanc rationem nam cum ſit orta obligatio ſponſo ſeu ſponſæ,non videtur,quod in ipſius, præiudicium poſſit vouere caſtitatem.arg.c.ex parte. de conuerſ.coniug.& pro hoc facit tex.d.c.veniẽs.Nec obſt. ſi dicatur,quod in d.c.veniens.põderatur votum poſt ſpõſalia.emiſſum,quia reſpondetur quod votũ obligauit mulierem quo ad ſe,& ſolutis ſponſalibus per ſequens matrimonium per virum contractum in ſuo robore remanſit. Item aſsigno aliam rationem,vbicunque occurrunt duo vincula æqualia,vbi vnum non præpondetat alteri.præcedens vinculum nõ debet tolli per ſequens,niſi illud ſit fortius & validius.arg.c.accedens.de crimi.falſi.c.literas.de pſump. & l.diuus.ff.de in integrũ reſti.ſed votũ ſimplex, & ſponſalia de futuro æquiparantur.ita notabiliter ſentit gl. in d.c.veniẽs.inquantum alleg.c.ſicut.de ſponſa.ergo.Itẽ gl.in c.rurſus.qui cleri.vel vouent.æquiparat ſimplex votum ſimplici loquelæ.ergo cum in ſponſalibus de futuro interueniat fides,adeo quod de fide mentita debet imponi pœnitentia,vt in d.c.veniens,& vt not.in c.ſicut.& in c.pen.de ſponſa.ergo votum ſimplex.ſequens fortius non debet dirimere & tollere ſpõſalia de futuro pręcedentia. quod tene menti perpetuò.

### 332 *Saluo iure.*

1 *Verba,ſaluo iure,modificant,limitant,& reſeruant.*

1 ISta verba,ſaluo† iure,modificant,& limitant,& reſeruãt. gl.celebris quæ reputatur ſingularis,in l.item Labeo.§. 1.ff.fami.erciſcun.quæ dicit ſaluo &c.optime facit textu. in c.Rainaldus in ver.ſaluo.& ibi do.meus de teſta. vide Ang.in conſi.21.vbi dixit,quod ſi accuſatus fuit confeſſus cõtẽta in inquiſitione eſſe vera,ſaluo &c.quod illa dictio,ſaluo,modificat & limitat illam confeſsionem.& alleg.pręallegatam gl.facit d.c. Raynaldus.& quod voluit do.Cardi.in c.expoſita.de arbi.& in c.qualiter.1.de accuſa. Bal.in authen.interdicimus.C.de epiſco.& cleri.& in l.peremptorias.C.ſenten.reſcin.non poſſ.& in l.aſſe toto.ff.de hæredibus inſtitu.& in l.ſi certarum.ff.de teſtamen.militi.& in l.penult.alias fin.C.de inſti.& ſubſtitu.ſub condi. factis.& in l.non dubium.C.de leg.& in l.termino.C.de fruct.& lit.expen.& in l.cum iudex.C.de ſenten.& interlocu.omnium iudi.& in l.eum.qui §.iudicare.ff.de iuriſdictio.omnium iudicum.& ibi per Moder.in d.l.item Labeo.Ang.& alii in l.iudex poſteaquam.ff.de re iudica.& in d.l.ſi certarum Bal.in tit.de pace Conſtantiæ.§.amplius. verſi.ſaluo vbi allegat gl.d.l.item Labeo.§.1.& vide dom. meum in præallegato loco,vbi allegat plures tex.apponẽtes verbum,ſaluo,& in tribus locis loquitur de iſta dictione,ſaluo.ſed illos tex.allegat in tertio loco,ſcilicet,in 43. charta.quod no.pro contractibus & aliis diſpoſitionibus hoc verbo vtentibus.

### 333 *Securus.*

1 *Securum facere promittens,ad quid teneatur?*

1 SI quis† promittit facere ſecurum aliquem in aliquo facto,debet intelligi quod non fiat ſibi exceptio aliqua iuris,& debet promittens ita ipſam rem diſponere, vt nihil de iure poſsit ſibi obiici,ita quod poſsit ſentire læſionem.ita notabiliter colligit do.Anr.in c.quoties.de pact.quem refert & ſequitur ibi do.Ab.ſed nihil allegãt Ioan.de Imol.allegat gl.in l.ſi mandato Titii.§.fi.ff.manda.& pro illa gl.vide Bart.& doct.in l.illa inſtitutio.ff.de hæredibus inſti.vbi plura per Io.de Imol.& vide Ang.& ibi tex.in l.1.ff.qui ſatiſda.cogan.de illo qui promiſit facere ſecurum,vide Bal.in l.ſancimus.C.de verborum ſignificatio.do.meus do.And.allegat gl.ſing.ſecundum eum in l.1.C.ſi aduerſus ſolutio.quod debet facere ſecurum, ita quod reſtitutionem non poſsit pati,nec poſsit fieri aliqua exceptio.quam gl.dicit Bal.ibi eſſe notandam pro eo qui promiſsit facere ſecurum.facit tex.in l.Papinianus.§. mortis cauſa.in ver.ſecurè.ff.de inoffi.teſta.& ibi Angel. allegat caſum in l.1.ff.de præto.ſtipula.& ibi dicit, quod fidantia data bannitis,vt veniant ad ciuitatem,debet ſeruari,& vide ibi Bartol. Et quid iuris ſi alicui data eſt ſecuritas veniendi an videatur ei conceſſa ſecuritas redeundi? vide eundem Bartol.in l.vtimur.ff.de ſepu.viola.& plene per eum in l.1.ff.ad leg.Iul.maieſt.in prin.& in l.nullam vim.C.de nauicu.lib.11.dicit tamen ibi illũ tex. facere in cõtrariũ, qa non expreſsiſſet in eundo & redeũdo,niſi neceſſe fuiſſet,dicit ibi Bar.quod non venit ſecure qui non põt redire ſecure.l.ſciendum.ff.de l.& ff.ad Trebel.l.de ætate.& ad d.l.nullã dic,quod ibi apponitur cauſa maioris declarationis.Et vide Abb.in ca.fin.de treuga & pace.& in c.ego N.de iureiuran.Barto.in leg.relegati.ff.de pœn.& in l.fin.C.de digni.libro.12.& Doct.in c.diſciplina.45.diſt.in l.ſi cui.ff.ex quibus cauſis maio.

34 *Statutum.* XVII.

1 *Statutũ loquẽs in numero plurali, an habeat locũ ĩ ſingulari?*

1 STatuta† Italiæ diſponunt quod vir lucretur dotẽ vxore prædecedente ſine filijs, quid ſi præcedat vxor cum, vno filio, an vir lucretur dotem? Et videretur prima facie dicendum quod non, quia cum talia ſtatuta ſint exorbitantia, & concipiant verba ſua in plurali numero, ergo in illo caſu debent intelligi, & non in alio. arg. l. ſi ſeruum. verſi. non dixit prætor. ff. de acquir. hære. c. ad audientiẽ. de deci. Tamen dic quod contrarium eſt verius, quia ratio naturalis magis attenditur, quam pluralis locutio, & licet vera & recta natura pluralis numeri non ſit contenta vnico indiuiduo, vt in l. ſi. ff. ad Trebel. & in l. vbi numerus. ff. de teſti. & in c. pluralis locutio. de regulis iur. lib. 6. & vnitas non ſit numerus, ſed principium numeri, tamen ſecus eſt de ratione naturali. iſtud belliſsime decidit Bal. in l. 1. C. de condi. inſer. & ibi eum vide, quia dicit alia ſimilia. & facit ad hoc, quia lex concipiens verba ſua in plurali numero habet locum in ſing. quod nota pro ſtatutis punientib. producentes falſos teſtes, quod habebit locum in producente vnum falſum teſtem. l. 4. §. in negotiis. ff. de nego. geſt. vbi per Iac. But. Bar. & alios, & vide gl. in c. ſecundo requiris de appell. vbi probat hoc iuncto tex. & ibi doct. & illam gl. alleg. do. meus in c. Raynaldus. de teſtamen. in Ioannina. circa medium, adducens ad queſt. præfati. ſtatuti: vide gl. in c. accepta. de appel. & Bal. in c. quoniã. de appel. & Bar. in l. pretor ait. ff. vi bono. rapto. & Ba. in l. Stichus. ff. de lega. 1. & Bal. in c. 1. mandatum. de reſcrip. & do. meum in c. prudentiam. §. addicimus. de offi. dele ga. & in c. vnico alias rubri. de plus petitio. & in cle. & ſi principalis. de reſcri. & do. Abb. in dicto §. addicimus. Io. And. in additio. ad Spec. in titu. de teſt. §. 1. in addit. quæ incipit. 4. q. Arch. in ſuis reportatis, in c. accepimus. de æta. & qualita. quem refert & ſequitur Domi. de S. Gemi. in c. quamuis. de preben. in 6. & quod ibi voluit Pet. de Anch. & in ca. relatum. de teſta. & in c. vnico. de lit. conteſta. & vide do. meum in d. c. relatũ. de teſt. & in aliis locis ſuperius allegat. Bal. & in l. quicunque. C. de ſeruis fugiti. gl. & Bal. in l. diuus. §. diuus ff. de peti. heredi. gl. in c. ſi compromiſſarius. de electio. li. 6 & vide quod legitur, & quod notatur in l. pater Seuerinam §. 1. ff. de condi. & demonſtratio. & in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebe. cum ſimilibus.

235 *Statutum* XVIII.

1 *Gabella ſi ex ſtatuti diſpoſitione de legatis ſolui debeat, an ſit ſoluenda de legato facto pro male ablatis?*

1 STatuto cauetur, quod† de legatis ſoluatur gabella, vel quod legata debeãt inſinuari, an tale ſtatutum habebit locum, quando teſtator legat pro malè ablatis? dic quod non ita ſing. dixit Bal. per celebrem tex. in l. ſi ſeruo. verſic. extroquere. ff. de hæredi. inſtit. ratio, quia non eſt legatum ex quo aliquid acquiratur, vnde autem habemus reſpectũ ad teſtatorem legantem, & certe non eſt legatũ, quia impẽdit debitum, aut loquimur reſpectu eius, à quo fuit ablatũ & tunc non eſt lucrum, ſed debitum. refert & ſequitur dominus meus do. And. Conſiculus meus in repetitio. capit. Raynaldus. in Ioannina, de teſtamen. in 62. charta.

336 *Statutum.* XIX.

1 *Statutum ſpecifice diſponens in certo caſu, derogat ſtatuto, generaliter loquenti, & vtrunque ſeruatur in caſu ſuo.*

1 STatuto cauetur, quod frater† excludat ſororem dotatã, alio ſtatuto cauetur, ꝙ ſi frater, qui excludit ſororem, dotatam decedat ſine filio maſculo fratris, teneatur relinquere ſorori dimidiã eius, quod ipſa filia debebat habere in bonis paternis. modo pater habens filiũ, & filiam dotatam, fecit teſtamentum, & inſtituit filium hæredem vniuerſalem, & inſtitutit filiam in dote, & deceſsit relicto filio. fuit dubitatum vtrũ filius veniẽs ad mortẽ, teneretur, relinquere dimidiẽ eius, quod illa ſoror debebat habere, vt dicitur in alio ſtatuto? Videbatur dicendum quod ſic, quia vnum ſtatutum recipit limitationem, & debet intelligi ſecundum aliud. Nihilominus contrarium eſt verius iſta fuit celebris theorica Bal. in l. 1. C. de legi. hæred. vbi refert ſe ita conſuluiſſe. & mouetur, quia vbi diſpoſitio habet clauſulam ſuam ſpecificam & determinatam ſufficit, & non tollitur per generalem. & allegat tex. mirabilem in l. 1. §. deinde. ff. de poſtulan. & illud dictum Bal. allegauit, & ſecundum ipſum conſuluit Ludo. Rom. conſilio trigeſimo primo. & vide ad hoc quod voluit Pau. de Caſt. conſilio 355. vbi in hac materia conſuluit. & dominus Ab. cõſi. 182. incip. queſtio talis eſt, ſtatutũ &c. & Ludo. Ro. conſi. 41. vbi in effectu conſuluerunt, quod ſtatutum ſpecificè diſponens in certo caſu derogat ſtatuto generaliter loquẽti, & vtrunque ſeruatur in caſu ſuo, & vide do. meum in c. Raynaldus. de teſta. in 69. charta. & in c. 1. de reſcrip. vbi plene de hoc.

337 *Sententia.* XII.

1 *Sententia quæ tranſiuit in rem iudicatam, habet præſumptionem quod rite, & recte lata fuerit, quæ tamen præſumptio tolli poteſt per confeſsionem partis.*

1 SEntentia† poſtquam tranſiuit in rem iudicatam inducit præſumptionem iuris, & de iure, quod rite & rectè lata fuerit. c. cum inter vos. de re iudic. Nihilominus admittitur in contrarium partis confeſsio, & tollitur illa ꝑſumptio. ſingulare fuit dictum Innoce. in c. quia plerique. de immuni. eccle. quod dictum magnifecit Bal. in rubric. C. de probatio. faciunt tres gl. quę alibi in iure non reperiuntur in authen. ſed iam neceſſe C. de donatio. ante. nup. & in corpore vnde ſumitur. & gl. in l. in contractibus. §. illo. C. de non nume. pec. quas gl. didici à domino meo do. And. & viua voce & in commentis ſuis, & præſertim in repetitio. d. c. Raynaldus. de teſta. & illud dictum Innoc. reputauit ſingulare do. Abb. in d. c. quia plerique. & in c. fraternitatis. de frigi. & malefi. & in c. 2. de purg. vul. & in ca. per tuas. de ſenten. excommu. & tacite ſentit do. Abb. in c. 1. de conſtitu. Adde Abb. in c. cum contingat. in 19. col. de iureiuran. & in c. 1. in fine, de conce. præbend. ratio eſt, quia ſententia iniuſta ſuſtinetur ex ſola preſumptione iuſtitię, ſed iſta præſumptio tollitur per comfeſsionẽ illius, in cuius vtilitatem ius induxit illam præſumptionem, & ſic præſumptio cedit veritati c. veritate. 8. di. cum ſimi.

338 *Statutum.* XX.

1 *Filia dotata ſi ex ſtatuti diſpoſitione a bonis dotantis excludatur, an ad ea regreſſum habeat ſi dotans non de ſuis, ſed de alienis bonis dotauerit?*

1 STatuto cauetur, quod filia† dotata à patre non habeat regreſſum ad bona paterna. vel dotata à fratre non ſuccedat fratri. Modo in primo caſu pater dotauit filiã in bonis matris, & in ſecundo caſu frater dotauit ſororem de portione ſororis, q̃ritur an ſic dotata habebit regreſſum ad dicta bona fraterna vel paterna? Et Bal. in l. mater. C. de iur. dot. tenet quod ſic, quia cũ effectu nõ põt dici dotata ab eis, & verbũ dotare ius ſignificat, nõ actũ nudi miniſterii. arg. ff. de manumiſ. vindi. l. pater ex prouincia. in fi. & de iure dotium l. ſi res. refert & ſequitur Pet. de Anch. in repeti. cap. canonum ſtatuta. de conſti. in 39. char.

339 *Statutum.* XXI.

1 *Conſanguineorum paternorum conſenſus ſi in contractu minoris debeat interuenire, alias maternorum, ſi vnus tantum ex patre præſens adſit, & ex parte matris alius, an contractus celebrari poſsit cum eorum conſenſu?*

1 STatutum exigit† cõſenſum duorũ cõſanguineorũ ex parte patris, ſi extãt alias ex parte matris, minor nõ habet niſi ex parte patris vnũ, ex parte matris aliũ, nũquid valeat cõtractus cũ cõſenſu eorũ? Bar. in l. Stichũ ꝗ meus erit. ff. de leg. 1. determinat ꝙ ſic. vide ibi Moder. & illam theoricã Bar. refert & ſequitur Bal. in l. in cõiunctionibus C. de nup. vbi ſubdit quid iuris, ſi nolunt conſentire, & dicit quod minor poterit appellare, & deferre querelã ad iudicẽ. l. ſi. ff. de appell. recipi. facit ad hoc c. nullus. & quod voluit ibi do. Abb. de iure patrona. & in capi. relatum. de cleri. non reſi. per eundem, & quod voluit Bar. in l. ſi cum dotem. §. eo. autem tempore. & ibi alii. ff. ſolu. matrimo. & Bal. in l. ſi furioſi. C. de ſecun. nup. Ludo. Roman. in conſi. 35. facit quod voluit do. Ab. in c. 1. de rer. permuta. & de prima queſtio. vide eundem do. Abb. in c. quoties. de teſt. vbi refert hanc quæſtion. & alleg. Bart. in d. l. Stichum qui meus erit. & vide Ancha. in repeti. cap. canonum ſtatuta. de conſti. in 39. char.

340 *Statutum* XXII.

1 *Statutum ſi velit adhiberi præſentiam quatuor virorum in actu, & adhibeantur decem, vel plures, an actus valeat?*

1 SI in aliquo† actu ſtatutum prohibet adhiberi præſentiam, vel conſenſum quatuor virorum, alias non valet, vtrum ſi adhibeãtur decem, vel plures, reddatur actus inualidus tanquam non ſeruata forma? Et videtur quod ſic quia omiſsio modi & formæ vitiat diſpoſitionem. l. qui Romę. §. Flauius. ff. de verborum obliga. c. piſanis. de reſti tu. ſpolia. c. cum dilecta. de reſcri. c. cum ſuper Abbatia. de offic. delega. Contrarium tamen reperitur fuiſſe conſultũ pro vt refert Pet. de Anch. in repe. c. canonum ſtatuta. de conſti. in 39. chart. quia licet ad ſolennitatem lex ſtatuat certum numerum, ampliatio numeri non vitiat. l. hęredes palam. in prin. ff. de teſtament. & l. cum tabulæ. ff. de ſecũ. tabul. pro hoc l. non ſolet. ff. de regulis iur. & l. qui mutuã. ff. mand. l. pediculis. §. Labeo. ff. de auro & arg. lega. Item in maiori numero ineſt minor. l. 1. §. ſi ſtipulanti. de verbo. oblig. Præterea numerus ampliatus non diuerſificat formam. l. non ſunt liberi. ff. de ſtat. homi. facit l. is cui. ff. quemadmo. ſerui. amit. l. 1. §. item quæritur. ff. de aqua quotidiana & æſtiua. facit quod no. Bar. in l. ſi prius. ff. eodẽ tit.

341 *Statutum.* XXIII.

1 *Statuto diſponente, quod qui duo homicidia commiſerit, capite puniatur, & alio, quod qui homicidium fecerit, puniatur in centum, an ſi quis homicidium commiſit, & ſoluit centum, ſi poſt ea aliud committat, debeat decapitari?*

1 STatuto† cauetur, quod homicida puniatur in centum, alio ſtatuto cauetur, quod qui commiſerit duo homicidia capite puniatur, vtrum ſi quis commiſit homicidiũ, & ſoluit centum, an ſi cõmittat aliud, debeat decapitari? Et videtur quod non, quia pro primo eſt ſatisfactum, ergo non debet amplius puniri. nam paria ſunt condemnatũ ſoluiſſe pœnam, & abſolutum fuiſſe. C. ad legem Aquil. l. contra negantem. Contrarium tenet Bal. quod debeat decapitari, in authen. qui ſemel. C. quomodo & quãdo iudex quia facta non poſſunt haberi pro infectis. l. in bello §. factæ. ff. de captiuis & poſtlimin. reuerſ. licet ergo obligatio ſit extincta, primum tamen homicidium aggrauat ſecundum ſicut prima contumacia quantũcunque purgata aggrauat aliam ſequentem, vt in dicta authen. qui ſemel. & hoc dicit Bal. verum, etiam ſi primum homicidium eſſet præſcriptione ſublatum, nam non obſtante præſcriptione cognoſcetur de illo, non propter ipſum ſed incidenter, ꝓ aliud aggrauandum. quod eſt notandum ſecundum eum in dicta authen. qui ſemel. refert & ſimpliciter ſequitur dom. Pet. de Anch. in repetitio. c. canonum ſtatuta. de cõſtitu. in 32. char.

342 *Sententia.* XIII.

1 *Sententia corporis afflictiua poſt lapſum decem dierum non poteſt iure communi retractari, licet poſtea appareant probationes innocentiæ, ſed ex gratia ſpeciali a principe reſtitutio fieri poteſt.*

1 SEntentia† corporis afflictiua poſt lapſum decem dierũ non poteſt iure communi retractari, licet ex poſt facto appareant probationes innocentiæ, ſed ex gratia ſpeciali põt fieri reſtitutio à principe. ſing. eſt caſus in l. diui. ff. de pœn. quem tex. reputauit ſing. do. Abb. in c. de his. de accuſa. & ibi vide contraria, quę ad hoc formari poſſent. & illum tex. magnifecit idem do. Ab. in c. conſanguinei. ad fi. de re iudic.

343 *Sententia.* XIIII.

1 *Iudex qui debet ferre ſententiam de conſilio ſapientis, illud conſilium adhibere non debet quando in illa cauſa habet caſum legis expreſſum.*

1 SI iudex† debet ferre ſententiam de conſilio ſapientis, & pro illa cauſa habet caſum legis expreſſum, non tenetur adhibere conſilium ſapientis. iſtud ſing. voluit Bar. in l. ille aut ille. §. cum in verbis. & in l. non aliter. ff. de leg. 3. & in l. 1. C. de rela. Bal. in l. ancillæ. C. de furt. & in l. 2. C. de legib. refert & ſequitur lucerna vtriuſque iuris. Quod dictum tempera & limita, niſi ex forma ſtatuti teneretur adhibere conſiliũ ſapientis, quia tunc licet haberet caſum legis expreſſum, nihilominus teneretur adhibere conſilium ſapientis. ita pulchre dixit Bal. in l. 1. ff. de libe. & poſthu. & Ludo. Roma. in l. hac conſultiſsima. C. qui teſta. fac. poſ. licet aliter dixerit ibi Ang.

344 *Statutum.* XXIIII.

1 *Iuramentum an validet contractum factum à minore ſine interuentu & licentia curatoris, qui a ſtatuto requiritur?*

1 STatuto† cauetur, quod filiusfamil. non poſsit contrahere ſine conſenſu expreſſo, ſeu expreſſa licẽtia patris nec minor ſine licentia tutoris, vel ſaltem duorum proximorum conſanguineorum, ſi tutorem vel curatorem nõ habet, & quod contractus aliter factus non valeat. Modo quidam filiusfami. contraxit ſine licentia patris, & minor etiam ſine licentia prædictorum. Item filiusfamilias iurauit non contrauenire, idem fecit minor. Quæritur vtrũ, valeat contractus factus cum dicto filiofamil. vel minore ſaltem propter iuramentum? Iac. de Beluiſ. quem refert & ſequitur Pet. de Anch. in repeti. c. canonum ſtatuta. de conſtitu. in 39. char. tenuit diſputando quod nõ valet, nec tenet quia dicta lex municipalis reſiſtit, & non aſsiſtit in eo caſu, cum licentia non eſt adhibita, vt in l. non dubium C. de legi. nec iuramentum confirmat talem contractum de quo per Bart. in l. cum lege. ff. de fideiuſſ. & in l. ſi quis pro eo. ff. eo. vide not. in c. cum contingat. de iureiurani. & in c. quamuis. de pact. lib. 6. Et ex hac eius deciſione dom. Pet. de Anch. in præallegato loco dicit eſſe notandũ, quod dolus contrahentis non firmat contractum, in quo deficit ſolennitas ſtatutaria. ſi autem ſolum deficit ratione doli, tunc aduerſus dolum committentis contractus erit validus, ſi placuerit contrahenti ſecum, vt in l. eleganter. ff. de dolo. facit quod no. ibi. & per Pet. de Anch. in c. 1. de reſcriptis, lib. 6. quod no.

345 *Sententia.* XV.

1 *Intellectus l. poſthumus. §. ſi quis ex his, ff. de inoffi. teſta.*

1 TV habes † tex. in l. poſthumus. §. ſi quis ex his. ff. de inofficio. teſtamen. vbi ſententia fuit lata pro eo, cui non competebat actio inofficioſi teſtamenti, & licet ſibi non proſit, nihilominus prodeſt ei, cuius intereſt. pro cuius intellectu do. meus. do. Andræ. viua voce dedit mihi duas remiſsiones à Bal. interpretantem illam legem, ſcilicet, in l. ſi. C. de fideicommiſſ. lib. vbi ſing. dicit, ꝙ d. §. ſi qs ex his. caret ſpiritu rationis. ſed in l. 2. C. de re iudi. in fi. dixit ꝙ d. l. poſthumus. §. ſi quis ex his. procedit eo caſu quo expreſsè in libello non apparebat, quod alio modo non competebat agẽti, ſecus ſi expreſsè apparuiſſet, quod nec agenti, nec ei cuius intererat profuiſſet. facit quod voluit do. Anto. in c. ſi. de procur. & ibi do. meus, & quod voluit Bal. in c. 1. de iureiuran. & do. Cardi. in c. debitores. eod. ti. quod ſing. no. quia Bononiæ iſta interpretatio Bal. in facti contingentia fecit mihi magnum honorem, & d. leg. poſthumus §. ſi quis ex his. allegauit Inno. in capit. ſuper his. de accuſ. licet non probet id, ad quod alleget, vt ibi videre poteris. & Bal. in l. cum patronus. ff. de fideiuſ. vbi dixit, quod ſi ineptitudo eſt tacita, valet ſententia. & allegat d. l. poſthumus. §. ſi quis ex his. vide domi. meum domi. And. de intellectu illius legis, in d. c. ſuper his. & in ca. ex parte Adę. de teſtib.

ADDITIO.

ADDITIO.

Vide Roma.in ſing.253.& ibi in additio. Gab.Sar.

346 *Sententia.* *XVI.*

1 *Sententia lata per metum iudicum eſt ipſo iure nulla.*

1 DIcebat† Ludo.Roma.ſing.92.quod ſententia cenſurę &,excommunicationis lata per metum iudicis eſt, nulla ipſo iure.c.1.quod metus cauſa.lib.6.idem dicit in pecuniarijs ſiue ſecularibus ſententiis,per glo. quam dicit eſſe vnicam in mundo,in c.quatuor.11.q.3.Sed dum audirem do.meum do.Troylum de Maluiciis eximium vtriuſque iuris interpretem,dicebat,quod illa gl.tenet contrarium,ſcilicet quod eſt annullanda ope exceptionis,licet poſtea dicat arg.contra &c.& pro illa gl.allegat aliâ in terminis hoc dicentem in c.iniuſtum.ea cauſa & qõ.& ſic cũ ſupportatione Lud.nõ bene põderauit gl.in d.ca.qualiter.

347 *Salarium.* *IIII.*

1 *Doctor reconductus ad legendum,creditur reconductus pro eodẽ ſalario,q̃ prius habebat,niſi mutata ſit cõditio pſonæ.*

DVm audirem vno mane do.meum dom. Troylum de Maluicijs vtriuſque iuris doctorem celeberrimũ; ipſe allegauit Bal.in l.etiam.in fi. C.de iure do. dicentem,

1 quod ſi communitas conducit † pro vno anno doctorem ad legendum ſub certo ſalario,qui finito anno receſsit,demum elapſis pluribus annis eadem communitas recẽduxit eundem nulla facta mentione de ſalario, quòd intelligitur reconductus pro eodem ſalario, per illum textum & per l.penulti.§.vſur.ff.ſoluto matrimo.& ita remanſit Bal.Sed prefatus dom.meus limitauit illud dictum, niſi eſſet mutata conditio perſonæ,puta quia effectus eſſet excellens in ſcientia,quia debebit augmentari ſalarium ſecũdum eius excellentiam.nam conditio perſonę debet eſſe in conſideratione.glo.in cap epiſcopus,10.q.2.facit c.non cogantur.11.diſtin.& in l.ſi quis.ff.de vſufru.qui eſt caſus ſing.ad hoc.& in c.cum ad monaſterium de ſtatu monac. facit quod dicit do.Abb.in c.cum omnes.in gl.penult. de conſtitu.& hoc erit in arbitrio iudicantis.arg.c.de cauſis, de offi.deleg.cum ſimili. Item limitauit per aliud dictum Bal.in c.cum M.in princ.4.col.de conſtitu.id eſſe verum, ſi ſalarium erat illi lecturę perpetuo ordinatum,& non pẽdebat ex arbitrio electoris.arg.l.licet,C.loc.nam quæ incerta ſunt,promitti non videntur.l.ſalarium.C.mand.l.Seia.§.Medico.ff.de annuis lega.

348 *Sententia.* *XVII.*

1 *Arbitratores tres ſi in vna cauſa ſententias diuerſas in quãtitate ferant,de qua quantitate pronuntiaſſe cenſeantur?*

1 SI tres arbitratores dantur in vna cauſa,& diuerſas ſeu ſententias ferant in quantitate,debent omnes quantitates accumulari,& fieri tres partes,& in tertia ex illis videtur pronuntiare.ita dixit Sali.in l.hac edictali.§.his illud. C.de ſecun.nup.per tex.ad hoc celebrem,in l.cum fundũ. §.inautem.in ver.ita vt omnes ſummas &c.ff.mandati.& illum tex.facit ſin.Bal.in l.1.C.ſi ſeruus extero.quod no. quia ſingulare.

ADDITIO.

Adde quæ ſcribit Didac.Couar.in lib.1.variarum reſolutio.c.2.nu.6.verſi.Quamobrem dicta conſtitutio. Et Gerard.Petraſancta in ſing.25. Gab.Sar.

349 *Sententia.* *XVIII.*

1 *Clericus homicida vtrum ipſo iure ſit priuatus beneficio, an per ſententiam?*

1 CLericus † homicida non eſt priuatus ipſo iure beneficio ſuo,ſed venit priuandus per ſententiam, celebre fuit dictum Innocen.in c.cum noſtris.de conſuet. præben. quem referunt & ſequũtur ibi communiter doct.& intelligehoc procedere in clerico beneficiato. Quod homicidiũ ſuperueniens ſeu irregularitas non priuat quem ipſo facto beneficio ſuo,ſed opus eſt ſententia. pro hoc bene facit c.clericis.in verſi.honore priuetur & loco ne cleric. vel monach.vbi exercens iudicium ſanguinis,& incurrẽs irregularitatem non eſt priuatus ipſo iure beneficio ſuo, ſed debet priuari.& hoc tenet ibi eo.Abb.poſt alios,referens Inn.in d.c.cum noſtris.& videtur etiam hoc probari in c.ex literis. de exceſsib.prælat.Et notabis illa duo iura ad hoc.Sed ſi homicidiũ ſeu irregularitas præceſsit collationem, tunc non tenet collatio, quia facta indigno ad executionem officii, vt in c.ſi.de tempo.ord.hoc voluit Inno.in c.conſtitutionem.2.de appellatio.& ita intelligit Inn.in dicto c.cum noſtris.qui prima fronte videtur ſibi contrarius ſecundum do.Abb.ibi & vide eundem Abb. in c.querelam.de iureiuran.vbi tenet hãc partem,& alle. Inn.in dicto c.cum noſtris.hoc etiam voluit Bald.in l.cũ fratrem,C.de his quib.vt indig.& in l.ſi maritus.C.de donatio.inter virum & vxo, & vtrobique allegat Innocen. in dicto c.cùm noſtris.Adde Ioan.de Ana.in c.inquiſitionis.de accuſat. in primo reſpon.hanc opin.tenet do.meus do.And.in dicto c.querelam,& in c.cũ ſuper.de cauſa poſſeſſ.& proprietate.vbi refert Bal.in dictis locis, & ſequitur Inn.Idem tenuit Benedictus in dicto c.cum noſtris.poſt Io.de Imo.ibi,& vide Io.de Ana.in rubri.de cleri.excõmi.vbi de hoc.Sed Archi.in c.ſtudeat.50.diſtinctio.tenuit contrarium per illum tex.quod ſit priuatus ipſo iure,inquantum ibi beneficium gratioſè conceditur homicidę.& ſic Papa diſpẽſat ibi in beneficio,ergo de iure erat priuatus.& videtur ille tex.multum ſtringere cõtra Inn. & ſequaces.Itẽ d.c.clericis.& d.c.ex literis,potius faciunt contra Inn.quam pro,quia ibi ponuntur verba executiua quæ præſupponũt ſententiam laram à iure, & potius ad remotionem facti quam iuris referuntur per id quòd voluit do.Ant.in c.fin.de poſtu.& Bar.in l.ſi quis maior.C. de tranſact.& do.meus in dicto c.fi.& in dicto c.ſi diligẽti.de foro compe.Sed ſequere dictum Inn.quod communiter tenetur.non obſt.d.c.ſtudeat. & alia iura per eum ibi allegata,quia aperte hoc non probant, quod ipſo iure ſit priuatus,licet Papa concedat in d.c.quod ſtudeat.& teneat beneficium,& non ſequitur propter hoc, quod fuit priuatus ipſo facto.imo poteſt intelligi,quod Papa fecit ibi gratiam,vt non veniret priuandus per ſententiam, & non quod erat priuatus ipſo iure.Nõ obſt.quod verba executiua apponantur in dicto c.clericis.& in dicto c.ex literis.quia reſpondeo quod ſatis eſt quod non dicitur,quod ipſo iure,vnde non debemus imponere hanc pœnam,ex quo de iure canonico hoc nõ cauetur expreſsè.& hoc voluit do.Abb.in dicto c.querelam.per verbum remouentes poſitum ibi in tex.facit in ſimili quod no.gl.in c.fin. de iure patrona.& 15.q.8.in ſumma.& tex.in l.at ſi quis, §.idem Labeo.in ver.cum in eum pœna ſtatuta non ſit.ff. de relig.& ſump.fune. & tex.in authen.de non eligen. ſcũdo nubẽ.in princi.in ver.non eſt lex talequid dicens.

*DE LITERA T.*

350 *Terminus.*

1 *Paria ſunt appellationem eſſe interpoſitam,vel eſſe infra tẽpora,infra quæ poteſt appellari?*

1 INquantum ſupra ſing.7.incip.idem operatur tempus datum &c.allegaui gl.ſing.ſecundum Dy.in l.ex iudicium.in verbo,ſecuta ff.de accuſa.adde aliam gl.in l.vnica. ff.nil nou.appella.pend.ex qua Ang.de Are.ibi poſt alios

1 dicit ſing.notandum eſſe,quod paria ſunt appellationem eſſe interpoſitam,vel eſſe infra tempora, infra quæ poteſt appellari.& allego tibi aliam gl.in c.nõ ſolum. de appella. lib.6.in verb.innouata,quæ alleg.gl.d.l.vnicæ. Ex quibus no.quod ſicut appellatiõe interpoſita ſiue ſit recepta, vel non,nil poteſt innouari,& innouatum aut attentatum reuocatur.ita etiam tempore appellationis interponendæ, quia eſt beneficium indultum à iure.de hoc dicit do.ſoã. de Ana. quod eſt tex.ſingu.de iure ciuili in l.à ſententia.§. hęres.in fine.ff.de appella.nam ibi ſi fuerit tranſactum p hæredem,& non appellatum,nõ nocet legatariis,& ſic qa appellari potuit,igitur idẽ operatur tempus quo poterat appellari.quod ſatis placet Ang.Aret.in dicta l.vnica.Licet ſecundum eum poſſet reſpõderi,q̃ ibi cõtingit, quia legatarij etiam infra ſua tempora,videlicet,à die eorum ſciente poſſunt appellare,igitur tranſactio hęredis nil eis nocet.& de intellectu d.§.hæres.vide ibi Ange.Aret. in l. fin.ff.de appel.recip.Sed Ang.in d.l.vnica dicit de hoc eſſe caſum apertum,in l.poſt rem.in prin.ff.de tranſact. Et prædicta limita prout not.per eundum Angel.poſt alios in dicta l.vnica.& vide per eundem Ang.alias limitationes an appellatione pendente debeat aliquid fieri.& adde illas ad eas,quas poſui ſupra in notabili 6.incipiente,regula eſt quod nihil.&c.

ADDITIO.

Adde eundem Corſe.ſupra ſing.7.in verſi.appellatio.& Hippoly.de Marſi.in l.quæſtionis habendæ.nu.17.ff.de quæſtio.& in pract.cri.in §.expedita.nu.18.& in l.ſi quis percuſſorem.ou.4.ad legem Corne.de ſicar. Gab.Sar.

351 *Teſtis.* *I.*

1 *Teſtes inhabiles ſi producantur,iudex ex officio eos repellere tenetur,etiam parte non opponente.*

1 SI teſtes inhabiles † producantur à parte,iudex ex officio ſuo eos etiam parte non petente repellere tenetur. ita exquiſitè dixit Inno.in c.intimauit.de teſti.quem omnes ibi communiter ſequuntur,licet aliud voluerit ibi ſolennis doctor Io.de Ligna.& Pe.de Anc.in c.ſuper de teſt.& illud dictũ Inn.Lu.eſt Ro.in rep.ro.de arbi.in 9.ſecurus ẽ col.vbi etiam dicit,quod ipſe iudex etiam de conditione, teſtis & perſonę inquirere tenetur. & dicit eſſe gl.notab. in l.1.ff.de magiſt.conueni.vide Ang.poſt Nico.de Neap. & Bal.in l.quos prohibet.ff.de poſtu.vbi magnificat illam gl.Tu vide ſing.gl.in c.quærendum.2.q.7.& quod voluit ibi Archid.& do.meus in ſua ſolenni repeti.c.teſtimonio. in 6,col.de teſti.dicit eſſe aliam gl.in l.3.in prin.in gl. quæ incipit,his omnibus.ff.de teſtib.& allegat aliam gl.in authen.de teſti.§.ſancimus.quę dicit,quod ſi homines villæ vel loci ſunt infames,quod iudex debet eos remouere, & ſi partes conſentiant.& hoc innuit ille tex. ſecundum eũ in ver.præcipuè.& allegat aliam gl.licet hoc nõ dicat clare ſm eũ in l.age cũ Geminiano.C.de tranſact.vide ibi p eũ.

352 *Teſtis.* *II.*

1 *Teſti de conſenſu partium producto non poteſt aliquis defectus opponi,& die feriato recipi poteſt.*

1 VBicunque teſtis † de conſenſu partium fuit adductus, non poteſt opponi crimẽ ei,ſeu aliquis defectus.iſta eſt gl.celebris in authe.de teſti.in §.licet.in verſic.ſuppliciis.quam reputauit ſing.Ang.in l.1.C.de teſt. & Bal.in l. ſi quis teſtibus.C.de teſti.Quinimmò ſi erant recepti teſtes die feriato de conſenſu partium,valeret eorum receptio, & tamẽ mutaretur ordo iuris.ita dixit Bal.in l.1.ff. de fer. & c.cum cauſam.in penul. col.de teſti. Tu intellige ſanè hoc vltimum dictum eſſe verum in feriis introductis in fauorem & neceſsitatẽ hominũ,p d.l.1.ſecus in feriis introductis in honorẽ Dei,quia talis receptio non valeret, per id q̃ habetur & no.in c.conqueſtus,de fer.cum ſimil.

ADDITIO.

Adde Curt.Senior.in l.2.§.ſed quia veremur.C.de iura.calũ. & conſi.55.nu.8.Iaſ.in l.1.col.2.C.de teſt.Alex.conſi.4.in fi.vol.3.& conſi.191.in prin.vol.7. Gab.Sar.

353 *Teſtis.* *III.*

1 *Teſtis vnus ſemiplene probat,ſi deponat cum cauſa.*

1 LIcet vnus teſtis † deponendo ſemiplene probet, * vt

* no.in l.admonendi.ff.de iureiuran.& in l.in bonæ fidei C.eo.& in c.ex inſinuatione.de procur.& in c.fi.de iureiu. illud eſt verum ſi deponat cum cauſa,ſecus ſi ſine cauſa. ita dixit Bal.in c.1.§.non autem.de contrauer.inueſtitur. refert & ſequitur Ludoui.Roma.in repetitio.rubric.de arbitr.in octaua colum.faciunt ea quæ habentur in l.ſolam. C.de teſtib.canonizata 4.q.3.& in ca.cum cauſam eod. tit.

ADDITIO.

Semiplene probet.Teſtis reddens rationem dicti ſui ſemiplenè probat,alias ſecus.quia ſatis exorbitat fides vnius teſtis à iure communi,imo iudex eſt aliqua ex parte ſuſpect' ex quo non laborauit ad veritatem inquirendam.ita ſing. Bal.in c.1.§.ſacramentum.in titu.de conſuetu.rect. feud. quem citat Alex.conſi.32.lib.1.& conſi.56.verſi. & ſi dicatur.lib.2.poſt Ro.in l.1.ad finem princ.de operis noui nũtiat.Et dicit Bal.ſin.in repetitio.l.de quibus.verſi.& not. quod ſitus.ff.de legi.quod ſi ex duobus teſtibus contrariis vnus reddit rationem,alter non,ille qui non reddit rationem dicti ſui nõ debilitat fidem alterius.& hæc duo dicta pro ſing.commendat Ial.in repetitio.l.admonẽdi.col.78. verſi.quarto ergo. ff.de iureiuran.& propterea idem Bal. in l.conueniticula.verſi.idem multo fortius.C. de epiſc.& cleric.dicit,quod ratio in teſte validat aut inualidat eius dictum.quod eſt ſing.& multoties allegatur in conſiliis ſecundum Ial.in l.vlti.in ſecundo notab.ff.de offic. procurat.Cæſar.vbi inter cæteros citat Alex.conſi.109.col. penul.ad finem.lib.1.& conſi.20.col.fi.& conſi.80. verſic. item alia ratione.& conſi.147.lib.2.

354 *Teſtis.* *IIII.*

1 *Teſtis de cauſa interrogatus,& ſimpliciter deponens,præfertur teſti de cauſa non interrogato ſimpliciter deponenti.*

1 SI duo teſtes † non interrogati de cauſa ſimpliciter deponant,duo autem teſtes de cauſa interrogati pure deponant,præferuntur iſti duo vltimi contrarii illis primis, ratione cauſæ concernentis ſubſtantiam dicti, ſecundum Iac.Butri.in diſputa.quæ incip.quęſtio talis eſt. quam refert Bal.in l.præsbyteri.C.de epiſco.& cleri.& dicit ſe alibi non legiſſe,licet dixerit gl.in l.1.ff.de noui ope.nuntia. & in l.ſolam.C.de teſti.non teneri teſtes ad aſsignationem cauſæ,niſi fuerint interrogati.ff.de tranſactio.l.cum hi.§. ex cauſa.per quod tamen limita.id quod dicit Innoc.in c. cauſam quæ.de teſtib.& iſtud celebre dictum refert & ſequitur Ludo.Roma.in præallega.loco, ſcilicet, in repeti. d.rubri.de arbit.

355 *Teſtis.* *V.*

1 *Teſtes tabelliones præferuntur teſtibus non tabellionibus, & religioſi laicis,& magis creditur tot teſtibus,quam totidem iudicibus.*

1 DVo teſtes † qui ſunt tabelliones,præferuntur duobus aliis non tabellionibus.gl.eſt valde ſing.in authen.de hære.& falci.§.ſi vero.in fi.in princi. magnæ gl.quam ad hoc ponderat Bal.in authen.ſed cum teſtator.C.ad legem Falcid.refert & ſequitur Lud.Rom.in fin.365.tu vide eũdem Ludo.in repeti.rubri.de arbit.in 8.col.faciũt ea quæ habentur in c.in noſtra.de teſti.& in l.3.ff.eo.& 4.quęſtio. 3.§.item in criminali.verſi.item in teſtibus.& adduco Bal. in c.ſuper hoc.in ver.ad dignitatem & opinionem. de renuntia.vbi dicit illum tex.eſſe valde celebrem & ſingularem,quod ſtandum eſt teſtibus dignioribus & melioris famæ.& dicit non eſſe ſimpliciter in arbitrio iudicantis, ſed inſpecta dignitate & fama eorum in probatione facię da qualitas teſtium eſt conſideranda,vnde creditur magis religioſis,quã laicis.tex.eſt,& ibi Abb.in c.in noſtra.de p cura.Et magis creditur tot teſtibus,quam totidem iudicibus Bal.in dicto c.in noſtra.in fi.

ADDITIO.

Ibi,religioſis.Adde an religioſi,& fratres mendicantes,poſſint adhiberi teſtes in teſtamentis,codicillis,& contractibus,plene tradit Guid.Pap.deci.517.vtrum religioſi.G.S.

356 *Teſtis.* *VI.*

1 *Teſtes maſculi præferuntur fœminis.*

2 *Præſentatus à patrono maſculo præfertur præſentato à fœmina patrona.*

1 DVo teſtes † maſculi præferuntur duabus mulieribus ratione inſtabilitatis,quam per ſe habent.ita notanter dixit Bal.in l.fina.ff.de fide inſtrumen.ad quod l.1.ff.de ſenat.& q̃ ibi plene notatur,& per Bald.in l. in multis, ff.de

ff.de ſtatu hominum.refert & ſequitur Ludou.Roma. in prę allegato loco rubricæ de arbit. Dicit Bal.in dicta l.1.
2 ff.de ſenato.ſunt duo† patroni,vnus maſculus & alius fœmina,fœmina præſentat vnum,maſculus alium, præfertur præſentatus à maſculo,vt refert Franci.Aret.in c.quoniam de teſtib.

ADDITIO.

Vide limitationem traditam per Hippo.de Marſi.in l.vnius facinoris.§.in ea cauſa.nu.8.ff.de quæſtio.& dixi in ſing. 11.Petri Gerardi de Petraſancta: Gab.Sar.

337 *Teſtis.* VII.

1 *Teſtibus deponentibus id quod eſt conforme iuri cõmuni, & veriſimile,quam aliis aliter deponẽtibus,magis creditur.*

1 STatur magis† teſtibus deponẽtibus id quod eſt conforme & conſonum iuri communi,quam aliis aliter deponentibus. iſta fuit elegans doctrina Inn.in ca.auditis. de præſcript. quam refert Bald. in c.primo.de controuer. inueſtitu.& Pet.de Anchara.& do.Anto.in c.1.de præſcrip. in 6.Ludo.Rom.in repetitio.rubri.de arbit.in prælegato loco.vide dom.Abb.& dom.meum in ca.licet cauſam de probatio.vbi referunt illam doctrinam Inn.in quarta col.in princip.& vide quod voluit gl.fin.in c.1.de præſcri. lib.6.& vide quod legitur & nota.in lob carmen.§.fi.ff.de teſtib.& in c.in noſtra.eodem titu.& 4.quæſtio.3.§.item in criminali.verſi.non enim.& quando aliqua dicantur veriſimiliora,vel aptiora,do.Abb.in dicto c.licet cauſam.dicit,quod arbitrabitur iudex ex† variis coniecturis.arg.l.3. ff.de teſtib.in verſi.tu magis ſcire potes,& in cap.præterea.eo.titu.

338 *Teſtis.* VIII.

1 *Teſtibus deponentibus quem non eſſe frigidæ naturæ, magis ſtatur,quam aliis affirmantibus.*

1 DVo teſtes† deponunt quod vir eſt frigidæ naturę, alij duo deponunt,ꝙ non eſt frigidus.ſtatur duobus vltimis teſtibus tanquam deponẽtibus veriſimiliora,& aptiora naturæ.argumen.dict.c.præterea.de teſtib.& d.l.lob carmen.§.fi.ff.eodem tit.iſtud fuit celebre dictum Inn.in c. fi.de frigi.& malefi.refert & ſequitur dom.meus in ca.in noſtra.de teſtib.

359 *Teſtis.* IX.

1 *Teſtes laici deponentes pro reo, præferuntur clericis deponentibus contra reum.*

2 *Teſtes deponentes equum eſſe bulſum,an præferantur teſtibus contrarium affirmantibus.*

3 *Medicis deponentibus vulnus non fuiſſe mortale,magis creditur,quam aliis teſtibus contrarium aſſerentibus.*

4 *Teſtibus duobus affirmantibus magis credi, quam centum negantibus,quomodo intelligatur?*

1 DVo† teſtes clerici deponunt me commiſiſſe fornicationem tali die,duo laici dicunt me fuiſſe ſecum tota die,& negant me commiſiſſe fornicationem,ſtatur dicto laicorum,ex quo deponunt pro reo,nam rei ſunt fauorabiliores.l.fauorabiliores.ff.de regu.iur.c.ex literis.de ꝓba.cum ſim.& capienda eſt via, vt excludamus delictum, per id quod voluit Bart.in l.non ſolum.§. ſed vt probari. ff.de noui operis nuntiatio.quem refert & ſequitur dom. Abb.in c.in præſentia.de probatio.& per id quod voluit Inno.in c.dudum.1.de electio.cum ſimilibus.& iſtud de-
a cidit gl.a elegans in c.cleri.81.diſtinctio, quam reputauit ſing.Bal.in l.data opera.C.qui accuſa.non poſſunt. & do. Abb.in c.1.de probatio.& in c.ad noſtram.eodẽ titu.& in c.cum P.Manconella.de accuſat.vbi pulchrè pro intellectu illius gl.& eandem gl.allegauit do.Abb.in c.quoties. & c.inter.de teſtib.& in c.1.de purgatio.cano.& do.meus in commento rubri. de plus petitio.& in dicto c.in preſentia.Adde do.Abb.in c.bonæ memorię.1.in octaua colu. de electio.vbi allegat gl.in dicto cap.cleri.& vide eundem in c.in noſtra.de teſtib.vbi dupliciter limitat illam glo.& per eundem in c.ex tenore.eodem titu.Adde celebre dictum Bal.in authen.omnes peregrini.C.cõmunia de ſucce.in fi.Staturum dicit,equus non† redhibetur,niſi ſit bulſus,duo teſtes dicunt eſſe bullum,alij duo contrarium, ius autem commune dicit omne vitium occultum redhibendum,& dicit in dubio præſumi in cauſa redhibitionis,quia dubium facti debet decidi ſecundum naturalem equitatem,vt refert dom.meus in capit. ex literis.in quarta col.de probatio.adde Ang.in prima conſtitutio.ff.in ter
3 tia col.vbi dicit facere ad quęſtionem,duo teſtes † dicunt Titium fuiſſe mortuum ex vulnere,duo medici dicunt contrarium,ſcilicet vulnus non fuiſſe mortale, quorum dicto ſtabitur?Et videtur quod dicto affirmantium.ff.de arbit.l.diem proferre.§.ſi plus.Contrarium dicit eſſe verũ quia ſtatur dicto illorum qui melius cognoſcũt,ergo &c. Nec obſt.d.§.ſi plures.quia debet intelligi in teſtibus negantibus ſenſum.vel loquitur de negatiua non coarctata. l.lacus & ſtagnum.§.1.ff.de acquiren.rerum domi.Et not.
4 † quod illa regula,plus creditur duobus teſtibus affirman
* tibus,*quam centum negatiua coarctata,ſed in negatiua credulitatis,& purgationis,ſecundum Abb.in dicto ca.bonæ memorię.1.in 8.col.de elect.& vide Bal.in d.c.ad noſtram.de probatio.vbi allegat gl.in dicto §.ſi plures.& vide Nicol.de Neapol.in l.1.ff.de vent.inſpi. vbi refert Machagnabũ de Azoguidis poſt Oldra.quod gl.in dicto §.ſi plures.eſt vera,niſi negantes deponant de peritia ſuę artis.

ADDITIONES.

a Et iſtud decidit gl.Eandem gl.exclamat Iaſ.in rubri.ff.de iureiuran.col.fi.in prin. Gab.Sara.

* Adde eundem Corſer.infrà fin.366.

360 *Teſtis.* X.

1 *Teſtes duo deponentes de metu præferuntur mille negãtibus.*

1 MIlle† teſtes† deponunt de ſpontanea voluntate, duo autem deponunt de vi vel metu, quibus ſtandum, eſt?dic quod duobus teſtibus deponentibus & affirmantibus verum potius ſtatur,quam mille negantibus.iſta fuit celebris & præſtans theorica Inno.in c.ſuper hoc.de renuntia.refert & ſequitur do.Abb.in c.1.quod metus cauſa.& vide rationem ibi per eum.& vide Lud. Ro. in repetitio.rub.de arbi.in 7.col.vbi refert Bal.allegantem hoc dictum Inn.in tracta.ſchiſmatis,quem poſuit ante rubricã C.ſi quis aliquem teſta.prohi.& retulit etiam in l.obſerua re.§.proficiſci.ff.de offi.proconſul.dom.meus do.An.Baba.in dicto c.1.refert Ang.in l.1.C.quod met.cau.& inl. ſi quis à ſe fundum.C.ad legem.Iul.de vi publi.ſequentẽ illud dictum Inno.in dicto c.ſuper hoc.& dicit quod idẽ Ang.in l.non veriſimile.ff.quod metus cauſa.damnauit dictum Inn.& dicit,quod prima facie videretur quod Ang. rectè loquitur contra Inn.nam regula eſt quod ſtatur teſtibus deponentibus veriſimiliora.l.ob carmen.ff.de teſti.c. præterea.capitu.in noſtra.eodem titul.ſed teſtes deponentes de ſpontanea voluntate,præſumuntur dicere veriſimiliora,ergo &c.& mouetur per d.l.non eſt veriſimile. Deinde dat quandam concordiam,dicens quod dictum Inn. procedit,quando præceſſit metus,quia præſumitur quare,niſi probetur mutatus.arg.c.maiores.de baptiſ.alias ꝓcedat doctrina Ang.dicit tamen iudicando & conſuledo ſequendam eſſe doctrinã Inn.Mihi videtur quod doctrina Inn.ſit veriſima.& moueor iſto modo, veriſimilius eſt quod quis metu & vi renuntiet beneficio ſuo acquiſito multis ſumptibus & laboribus,quam ſponte.iſte eſt text. rotundus & apertus,in c.ſuper hoc.de renun.ſed Inn. loquitur de beneficio,ergo idem erit dicendum in renuntiatione cuiuſlibet alterius rei prophanæ.arg.cum de indebito.ff.de proba.& per conſequens Angel.non bene loquitur in d.leg.non eſt veriſimile.nec illa l.ſi bene ponderetur,eſt contra Inno.

361 *Teſtis.* XI.

1 *Pater vel cõiũctus licet nõ poſſit eſſe teſtis in cauſa filij vel cõiuncti*



*iunctꝰ,tamen ſi fuit deſcriptus in inſtrumento,vt teſtis,ad miniculatur inſtrumento.*

2 *Teſtis qui propter ſuſpitionem examinari non debuit,ſi examinatus facit aliquod indicium.*

3 *Inſtrumentum ſcriptum diuerſis manibus tabellionum, an valeat?*

1 LIcet† pater & coniunctus nõ poſſit eſſe teſtis in cauſa filij vel coniuncti,tamen ſi fuit deſcriptus in inſtrumẽto vt teſtis, adminiculatur inſtrumento. hoc probatur in c.ex literis.ſecundum lecturam do.An.ibi, de tranſact.do. Abb.dicit ibi hoc non probari ex illo text.quia tẽpore deſcriptionis ille erat ſuſpectus.dictum tamen ſuum putat eſ
2 ſe verum, quia regula traditur,quod vbi teſtis nõ debuit examinari propter ſuſpitionem, tamen ſi fuerit examinatus,facit aliquod indicium, vt no.Barto.in l.maritus.ff.de quæſtio.& iſtud dictum aureum menti commenda.facit ꝙ pulchrè voluit Bald.in l.imperator.ff.de ſtatu homi. duo notarij ſunt rogati ad conficiendum inſtrumentum,vnus eſt infamis,alter bonæ famæ,ſi conficiunt inſtrumentum toleratur propter illum,qui eſt bonæ famæ, & allegat celebrem tex.in l.ſi quis ex argentarijs.§.1.de eden.& addueo quod pulchrè voluit Ang.in conſi.1.quod licet cõiunctus non poſſit eſſe teſtis in cauſa coniuncti,tamen ſi cõcurrit vna cum alijs teſtibus,admittitur, & facit fidem,per d.l.ſi quis ex argentarijs §.1,& illum te.allegauit Bald.in titu.de
3 controuer.inueſtitu.§.ſinautem,in vlti.feud.vbi dixit,† ſi ſunt diuerſæ manus duorum tabellionũ, quod vnus ſcribit,& aliter de mandato eius ſubſcripſit, an valeat? dic vt not.in c.inter dilectos. de fide inſtrumen. & facit l.Trebatius §.fi.ff.de teſta.milit.

ADDITIO.

Vide Lanfran.de Oria.in c.quoniam contra.in ver.teſtiũ depoſitiones.nu.62.de probatio.& Nic.Boer.deciſio.21. nume.3. Gab.Sar.

362 *Teſtis.* XII.

1 *Teſtis falſus in cauſa homicidij punitur vt homicida,ſi dolo malo deponat contra innocentem.*

1 FAlſus† teſtis† in cauſa homicidij punitur tãquam homicida,ſi dolo malo deponat contra innocentẽ.Egregius te.eſt in l.1.poſt princ.ibi, quo quis falſum iudicium profiteretur.ff.ad leg.Cornel.de ſicar.quẽ te.reputauit ſing.Bal. in tit.de pace iura.firman.c.1.§.iniuria.ad fi.& dom.meus in rub.de fideiuſſo.

ADDITIO.

Adde Bal.in l.2.C.de rebus creditis.Iaſ.in l.& ſi leges.nu.5.C. ſi contra ius,vel vtilitatem pub.& in l.ſi duo patroni,§.ſi. nu.5.ff.de iureiur.in §.item ſi quis poſtulante.nu.64. Inſtit. de actio.Chaſſæn.in conſuetudi.Burgund.rubric.1.in tit. *des iuſtices* fol.14.col.3.nu.15.pro quo eſt gl.in c.Rex debet furta.23.q.5.vt tradit Petr.Dueñas, in reg.27.incip.accuſans aliquem tenetur.in fi. Gab.Sar.

363 *Teſtator.* I.

1 *Fideicommiſſum tacitum præſumitur,ex eo quod teſtator voluit rem remanere in ſua agnatione.*

1 TEſtator† in teſtamento ſuo voluit ædes, & domos ſuas non vendi ab hæredibus,an per illa verba videatur relinquere per fideicommiſſum de vno in alium? Interrogatus de facto à duobus procuratoribus doctiſsimis Bononiæ dixi,ꝙ ſic.& allegaui Bald.in terminis hoc dicentem
2 in l.quoties.C.de fideicommiſſ.vbi dicit,quod eo ipſo† ꝙ teſtator voluit remanere in ſua agnatione, ꝙ præſumitur tacitum fideicommiſſum.& refert & ſequitur illud dictũ iuris lucerna do.meus do.Andr.in repeti.rub.de rebus eccle.non alie.in 12.col.circa fi.& refert ſe vidiſſe illud dictũ allegatum per quendam ſolennem doctorem Romanum in ardua quæſtione.illuſtrium dominorum de Sauellis,pro quo dicto dicit fore gl.in l.codicillis.§.inſtituto.ff.de leg.2. de qua Bal.in d.l.quoties.non meminit,& illam gl.ad hoc reputo mirabilem, & ſingu.

364 *Teſtis.* XIII.

1 *Litium redemptor, & continuus litigator non poteſt eſſe teſtis,nec accuſator.*

1 ANt redemptor litium, * & continuus litigator poſſit
* eſſe teſtis?dic quod non, nec etiam poteſt eſſe accuſator.cafum habes vnicum ſecũdum Ludouicum Romanũ notabili 318.in c.ſuſpectos. tertia quæſtione 5.ſed ſimilẽ te.habes in cap.nullus.ea.cauſa & queſtion.& illum te.didici à domino meo in repetitione c.teſtimonium. do teſtib. in 18.col.

ADDITIO.

* Redemptor litium.Adde ca.ſimiliter.3.q.5.alleg.per Roſing.738.Rip.in l.2.col.9.ff.ſolut.matri. Crot.in tracta.de teſtib.part.4.nu.182.Et eſt ratio,quia omnia mala ſciunt, & omnia mala faciunt.gl.in l.ab Anaſtaſio. verb.morantur, C.mandat.

365 *Teſtis.* XIIII.

1 *Papa poteſt habilitare periuros, & criminoſos ad teſtificandum,niſi inducantur ad teſtificandum in cõſiſtorio principis,vel niſi ſint iure naturæ inhabiles.*

2 *Infamis non poteſt eſſe procurator in Curia Romana,nec vbi Imperator poteſt morari: & de quo infami ſit intelligendi.*

3 *Epiſcopus venit appellatione principis.*

1 COmmunis concluſio doctorum eſt, quod Papa† poſſit habilitare periuros,& criminoſos ad teſtificandum.ita not.in c.teſtimonium.de teſti.Dic non habere locũ, quando infames & criminoſi inducuntur in teſtes in conſiſtorio principis. duo iura ad hoc habes ſingularia & ſolitaria in iure.l.ſed & milites.in §.in nemine. in ver.quia ingredi vrbem eis non licet.ff.de excuſa.tut.& ibi dicit Bald.quod ſicut infamis non poteſt ingredi vrbem,ita non poterit ingredi conſiſtorium principis, quia vbi eſt princeps, ibi eſt
2 Roma.vnde licet procurator† poſſit eſſe infamis, ſecundũ eum,nõ tamen habet locum in curia Romana. & ita dicit limitare te.inſti.de excep.§.final.facit.l.athletas.§.ignominiæ cauſa miſſus nec in vrbe,nec ſibi alibi,vbi Imperator poteſt morari.&c.ff de his qui not.infam. & iſta duo iura reuelauit mihi do.meus, in repetit.d.c.teſtimonium.Ego pondero vnum,ꝙ tex.Inſtit.de excep.§.ſi.non procedit indiſtinctè,ſed debet intelligi de infami infamia facti,quia ſi eſſet infamis per ſententiam,non ſolum in principe,ſed etiam in quolibet alio priuato erit verũ, quia nõ poterit eſſe procurator.& ad hoc adduco tibi te.iuncta gl.3.q.6.c.1.incipit infamis. & quod non poſſit infamis eſſe procurator princips, adducerem tex.optimum.ca.quia epiſcopus.5.q. 3.vbi procurator epiſcopi debet eſſe non malæ famæ ſuſpectus,ſed & bonæ opinionis & laudabilis artis. & clarũ eſt
3 quod appellatione† principis venit epiſcopus.ca.ſi quis. de maiori.& obed. & glo.in clem.1.de baptiſ.Limita etiam prefatam concluſionem non habere locum, niſi talis inhabilitas in teſte proueniret ex diſpoſitione iuris naturalis, tunc Papa nõ põt talẽ inhabilẽ habilitare. pone exemplum in inimicitia.nam talis inhabilitas cauſatur à iure naturali,vt in c.quia ſuſpecti.3.q.5.& ideo conſtitutio Papæ habilitãs inhabiles,nõ vt habilitare inhabiles reſpectu inimicitiæ. iſte eſt tex.in ca.per tuas.de ſimo.facit ſing.dictum Inn.in c.ſciſcitatus. de reſcrip. quod dictum refert Ange.in l.cũ prætor.ff.de iudic.vbi dicit,ꝙ illi,qui impediuntur eſſe iudices naturali impedimento,puta,quia ſunt furioſi,& ſimiles,ſi procedunt in cauſa,& non excipitur de inhabilitate, proceſſus eſt ipſo iure nullus,ſecus dicit ſi eſt impedimentum iuris ciuilis.vide do.meum. in d.c.teſtimonium. in repeti.& in d.c.ſciſcitatus.tene menti.

366 *Teſtis.* XV.

1 *Teſtes duo affirmantes præferuntur mille negantibus,& quo modo id procedat.*

1 DVo testes affirmantes proferuntur mille negantibus. gl. est singu. in l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbitr. quam glo. Oldr. Lauden. quem refert & sequitur Nico. de Neap. in l. 1. in prin ff. de ven. inspi. dixit procedere, quãdo negatiua illa nõ est probabilis, sed si probari potest, tũc secus, pone exemplum, in collegio ad doctorandum requiruntur septem doctores. l. si quis. C. de professo. & medi. libro. 10. contingit quod tres dicũt illum peritum, quatuor imperitum, qui testes præferantur? dic quod quatuor, quia sunt plures, & præsumitur quod dicant verius. c. in nostra. de testib. Nõ ob. gl in d. §. si plures. quia procedit quando negatiua probari nõ potest, sed isto casu probari põt. & dicit q̃ do. suus do. Machagnanus de Azoguidis, tenuit hanc partem in d. l. diem proferre. §. si plures refert & sequitur do. meus in c. proposuisti. de probatio. & dicit illũ optimè facere ad hoc, si rectè põderetur, quod nota & põdera illum textum an probet hoc.

ADDITIONES.

Vide quæ tradit Lanfr. de Oria. in c. quonim cõtra. in ver. Testiũ depositiones. nu. 23. vers. est tamen singulariter. de probatio. & per Deci. in l. in omnibus causis. nu. 9. ff. de reg. iur. Gab. Saray.

* Adde eundem Corset. supra sing. 359. nu. 4.

*367* *Testamentum.*

1 *Frater in ciuilibus potest pro fratre testificari, & in certis casibus in causa criminali, nisi cum fratre, pro quo deponit, cohabitet.*

1 LIcet frater † possit testificari pro fratre saltem in ciuilibus, vt no. gl. 3. q. 5. in c. 1. & in §. item lege iulia, & in §. parentes. 4. q. 5. & in certis casibus in causa criminali, vt legitur & no. in c. literas. de præsump. iuncta theorica Bal. in l. parentes. C. de testi. tamen si frater cohabitat cum fratre, non poterit tunc testificari, quia cohabitatio aliquid operatur, & ex eo acquiritur maior amicitia, dilectio, & affectio quæ inducit præsumptionem, q̃ frater semper testificaretur in commodum fratris. ita pulchrè dixit Bal. in d. l. parẽtes. & allegat singularem casum in l. si vt allegas. C. de castren. pecu. li. 12. & idem voluit Bal. in l. 1. C. de epis. & cleri. & in tract. de duob. fra. & consuluit Io. de Imo. cons. 13. alias 133. refert & sequitur istud dictum dom. meus dom. And. in c. repellantur. de accusatio. faciunt optimè ea, quæ ibi notantur.

ADDITIO.

Vide multa tradita ad hoc per Petrum Dueñas in reg. 382. incip. pater pro fratre. Gab. Sar.

*368* *Testis.* *XVI.*

1 *Furiosus si faciat testamentũ, vt quilibet sapiens, an valeat? Et quid de sententia ab eo iustè lata?*

2 *Fatui habent in certis rebus eleuatum ingenium. Vnde Bar. conferebat cum mercatoribus, quãdo in aliquo articulo cõsulere debebat.*

1 TV habes in l. furiosum. C. qui testa. fa. pos. † quod furiosus non potest concedere testamẽtum. sed pone quod furiosus faceret testamentum tale, quod faceret quilibet sapiens, an valeat? dic q̃ tunc non præsumitur furiosus, & tale testamentum valebit, quia eo casu præsumitur esse in sana mente, & habere dilucida interualla, & sic actus tenet. ista fuit sing. & peregrina theorica do. Io. And. in c. cum dilectus. de succes. ab intesta. quẽ refert & sequitur ibi do. meus. & in rub. de accus. in addi. vbi narrat, quod tempore Romanorũ quidam furiosus fecit testamentum adeo mũltum solenne, vt videretur factum ab homine sanę mentis & licet fuisset dubitatum multum de tali testamẽto, tamẽ fuit iudicatũ vt valeret ratione prædicta. facit optimè qđ no. Host. in c. ad nostram. de consue. quem referunt & sequuntur Io. And. do. Abb. & alij ibi. nam quidam fatuus Parisiensis determinauit quæstionem miro modo inter tabernarium & quendam pauperem, à quo tabernarius volebat extorquere pecuniam, quia comederat panem ad odorem assati, nam determinauit solui illi, ex sono vnius denarij Turonensis. quam quæstionem non potuisset Cato melius decidisse ad pacificandum animos imprudentium, &

2 non mirum, quia quandoque fatui & parum sapientes habent in certa re eleuatum & egregium intellectum, & ingenium, & acutius sciunt discutere & decidere vnum casum quam omnes sapientes, secundum do. Abb. in d. c. ad nostram. & hoc experientia docet, quæ omnium rerum est magistra. c. quam sit. de elect. lib. 6. cle. dispendiosam. de iudi. cum simi. & subdit ibi d. Abb. q̃ do. suus do. Cardi. viua voce dicebat, quod Bar. pluries quando debebat consulere super aliquo articulo, conferebat cum mercatoribus. & vide quod voluit Pet. de Anch. in cle. si furiosus. de homicid. vbi dixit, quod sententia iustè lata à fatuo & tenet, facit text. singular. in capit. sunt qui opes. 17. q. 4. vbi donatio facta ecclesiæ quodam impulsu mentis, & sine iudicio discretionis, valet & tenet, & nõ reuocatur, & si dixerit reuocandam incurrit crimen sacrilegij. & hoc quia quilibet fanus & discretus præsuia ratione faceret donationem illã. & si bene recordor, & non fallor, illum textum facit sing. Lud. Rom. in singularibus.

ADDITIO.

Vide Durand. in tract. de arte testandi, cautel. 6. in rub. de his qui non habent factio. testa. & Ale. consil. 141. ponderatis. col. 2. nu. 1. ver. sed ita est. volu. 1. & ibi Carol. Moli. in addi. incip. quia rectè. Gab. Sar.

*269* *Tabellio.*

1 *Notarius semel de falso instrumento condemnatus, notariatus officium amplius exercere non potest.*

1 SI notarius † est semel condemnatus de falso instrumẽto, de cætero notariatus officium exercere nõ potest. istud colligit Bar. in l. si aliquid. C. de suscepto. & Archa. li. 10. vbi probatur, & est casus, q̃ nõ potest quis exercere officium, in quo semel deliquit. & illum tex. ad hoc reputo meliorẽ de corpore iuris. facit ff. de eden. l. si quis ex argentarijs. §. 1. & ibi gl. allega. d. l. si aliquid. faciat regula, semel malus. de reg. iur. li. 6. & c. paruuli. 22. q. 2. & quod voluit Inno. in ca. cum oporteat. de accusa. & vide plenè per do. meum in legibus, do. Ale. de Imo. in d. l. si aliquid. in addi. suis, vbi pulchrè. & vide q̃ voluit Pau. de Cas. in l. si manumissus. C. de libertis & eorum libe. vbi ponit, vtrum si aliquis in officio semel deliquit, poterit ipsum officiũ exercere. & adde Bal. in d. l. si mamumissus. vbi ponit de doctore, vtrũ possit amplius examen conficere. & per Spe. in tit. de instru. editio. §. instrumentum ergo. vers. item oppo. q̃ tabellio. & §. restat. vers. quid si tabellio. Inno. in c. fraternitatis. de hæreticis. & vide omnino do. meum, in addi. suis.

ADDITIONES.

Notarius tamen cõdemnatus de falso potest perficere instrumenta, de quibus antè fuerat rogatus. ita not. Bar. to. in l. ad testamentum. §. 1. vers. & sic. nu. 3. ff. de testamen. Gabri. Sarayna.

* Adde Guid. Pap. sing. 780. nu. 2.

*370* *Testis.* *XVII.*

1 *Testis deponens rem tanti valere, secundum suam opinionẽ an probet.*

1 AN testis † probet, si dicat rem valere tantum, secũdum opinionem suam? dic q̃ probat. istud dixit Bart. per illum te. in l. hi qui. C. de prædijs, & omnibus rebus nauicula. lib. 11. Quod intelligit esse vetum, si opinionem suã referat ad communem æstimationem. nam de re quæ nõ est exposita vænalis, nõ potest fieri æstimatio per opinionẽ, quæ sit secundum æstimationem rerum, quæ sunt in eodẽ loco. & habẽt eas dem qualitates. vt in l. pretia rerum. & ibi Bar. ff. ad legem Falcid. & vide notata in l. 2. C. de rescindẽ. vendi. & in capitul. 1. & in cap. cum dilecti. & in capi. cum causa. de emptio. & vend. & in c. cum causa, quæ inter œconomum. de testi. & tene menti te. d. l. hi qui. ad hanc quæstionem.

ADDITIO



ADDITIO.

Sed videtur quod potius non probet, per ea quæ plenè scribit Ias. post alios, in rubr. ff. de iureiur. col. 2. per totum. & in l. 3. in prin. vbi ponit, quod non valet dictum testis, qui dicit verum esse secundum conscientiam suam. allegat Bal. in c. nisi cum pridem. in 4. col. extra de renuntia. Gab. Sa.

*371* *Testis.* *XVIII.*

1 *Casum passus debet super eo in loco, vbi illum patitur, examinari facere testes, qui postea facient fidem coram competenti iudice. & in hac examinatione non est opus partem citare, si sit in longinquo.*

1 IN loco † vbi aliquis patitur aliquem casum, practica est, q̃ faciat examinari testes de casu illo, & illæ probationes facient postea fidem coram iudice competenti. ista est mirabilis practica quam dat ibi Bar. per illum tex. in l. si quis. C. de naufrag. lib. 11. Et aduertemirabile dictum, q̃ in tali exa

* minatione non est necesse partem citari, * quæ fortè mul tũ sit à lõginquo, & sic põt ĩtelligi l. scire oportet. §. sufficit. de excusa. tut. vbi habetur, q̃ sufficit probari casum ex naturali iustitia, hoc est, secundum ius gẽtium, in quo in ore duorum vel trium stat omne verbum, non attenta solennitate ciuili. & vide q̃ dixit ibi Bart. & Guliel. in l. 2. §. quod diximus. ff. si quis cautio. & ibi Barto. & vide eundem in l. contumacia. ff. de re iudi. & eundem Bar. & Imol. in l. quæsitum. ff. eo. ad idem do. Anto. in c. querelam. de procu. per gl. in c. quisquis. 4. q. 3. per Azo. in summa de dila. & p Bal. in l. 1. eo. tit. per Spe. eo. ti. §. fi. vers. in summa. per Archid. & Io. And. in c. 1. de dolo & contu. in 6. per Io. And. in addi. ad Spe. in tit. de appel. §. nunc breuiter. vers. quid ergo. per Cyn. & Bald. in l. fin. cum glo. in ver. sanctum. C. de fide instru. per do. Ant. in c. ex ratione. de appella. per Ang. in l. fin. ff. de feriis. Bart. in l. si quis ex argentarijs. §. pen. de eden. & Bar. in l. qui accusare. C. eod. tit. Et in quantum dictum est nõ esse necesse partem citari, alium casum vide, vt scripsit do. meus do. Ale. post. alias, in l. ait prætor. §. si debitore. ff. de his quæ in frau. cred. alios casus vide per Ludo. Rom. in sing. 369. inci. fuit vnus ex vobis regulariter contra. l. si quãdo. C. de testib. in c. in nomine domini. eo. tit. & in hoc Ludo. Roma. lueret pœnam, quam ipse sibi imposuit, inquantum dicit alios casus non reperiri.

ADDITIO.

* Partem citari. Adde Hip. Marsi. sing. 24. & sing. 30. vbi ponit alios casus in quibus nõ requiritur partis citatio in examinatione testium.

*372* *Testis.* *XIX.*

1 *Testis dictum asserentis se recognoscere aliquem, quia illum tali tempore vidit valet, & probat.*

2 *Mortui cadauer deformatum quomodo recognoscatur?*

3 *Equus quomodo recognoscatur.*

1 DIctum † testis asserentis se recognoscere aliquem, quia vidit illũ, qui tali tempore fuit in studio, & eius faciẽ inspexit, valet & probat. vt in l. cũ in diuersis. ff. de religio. & sumptib. funer. istam solennem practicam probat te. secũdum Bar. ibi, in l. stigmata. C. de fabricen. libr. 11. sed pone secũdum eum ibi, prout de facto accidit. Inuenitur homo

2 mortuus, † cuius facies est adeo deformata, & deuastata, quod per eam non potest cognosci, certè deueniẽdum est ad alia signa. vnde si testis dicat recognosco, quod est tali cicatrice, quam habet in aliqua parte corporis, quod talis testis rectè probat. casus est in d. l. stigmata. facit etiam q̃ animalia ex istis signis seu stigmatibus recognoscãtur. Et ideo inoleuit consuetudo, q̃ equi & multa alia animalia signen

3 tur certis signis, quibus recognoscantur. Et qualiter † recognoscatur equus, vide in l. 3. C. de frumẽ. Ale. lib. 11. & ista vt quotidiana, menti commenda. Adde etiam secundũ do. meum do. Alex. de Imo. in addi. ad d. l. stigmata quod põt peti exhiberi vt recognoscatur, vt in l. si cum exhibuisset. §. 1. de publi. & in l. 3. §. si quis noxali. ff. ad exhiben. & Bar. & Bal. in l. si & causas. C. ad exhiben. Bart. in tract. de teste. in 2. col.

*373* *Testis.* *XX.*

1 *Domesticus partis, licet repellatur à testimonio, non tamen domesticus domestici partis.*

1 *Iudex ordinarius si vt suspectus recusetur, eius vicarius erit iudex.*

1 LIcet domesticus † partis repellatur à testimonio. l. etiã. C. de testib. c. in literis. eo. tit. cum simil. non tamen repelletur domesticus domestici partis. fuit singulare dictũ Inn. in c. insinuante. de offi. deleg. refert & sequitur ibi do. Per. de Ancha. & Bal. in l. qui testamento. §. quicunque aũt. ff. de testa. & cum illo dicto transit ibi do: Ant. & do. meus do. And. in d. c. insinuante. pro quo dicto dicit ibi do. meus esse casum quem ad hoc reputat singu. in l. 1. C. si quacunq. prædi. potestate. in vers. vicario competat. vbi probatur, q̃

1 si iudex † ordinarius recusatur vt suspectus, q̃ nihilominus vicarius erit iudex. & sic collige, q̃ licet dominus non possit producere familiarem suum in testem & in iudicem, tamen potest producere in testem & in iudicem fratrem sui familiaris, licet familiaris possit recusari. ita colligit do. Pe. de Anc. in d. c. insinuante. licet quidam Moderni tenuerint contrarium, & reprobant dictum Inno. in d. c. insinuãte. per illum te. pro cuius cõtrarij solutione vide omnino do. meum ibi, vbi pulchrè & subtiliter saluat, & sustinet dictum Inno.

ADDITIO.

Vide quæ not. Hipp. de Mars. in l. si quis obrepserit. nu. 7. ff. ad leg. Cornel. de fal. G.S.

*374* *Testator.* *II.*

1 *Testator non potest aliquem punire propter inobedientiam tertij.*

1 QVis † non potest puniri à testatore propter inobedientiam tertij. casus est in iure vnicus, & sing. in l. paterfamilias testamento. ff. de hæredib. instituẽ. quem sic allegauit Bald. in l. 1. C. de his quæ pœn. nomi. refert & sequitur do. meus do. mi. Andr. in repetit. c. Raynaldus. de testam. in Iohannina.

ADDITIO.

Adde quæ supra posui ad Roma. sing. 112. Ga. S.

*375* *Testis.* *XXI.*

1 *Testes produci non possunt publicatis attestationibus. Et quãdo contrarium sit?*

1 PVblicatis † attestationibus testes produci non possunt. cle. 2. de testib. c. fraternitatis. eod. tit. authen. de test. §. si vero. cum simil. & hoc timore subornationis. Limita hãc rationem non habere locum, si producam testes excõmunicatos, seu alia inhabilitate impeditos, tunc ego cogor p iudicem eosdem ad alios post didicita testificata produce re. ita sing. dixit Inno. in c. auditis. in fi. de in integrum restit. refert & sequitur Lud. Rom. in d. repeti. rubr. de arbit. in 19. col. & scribentes in prædallegatis locis.

*376* *Testis.* *XXII.*

1 *Testes vt post didicita testificata produci possint, qua cautela vtendum sit?*

1 * CAutelam nouã habes, † quam dat Bal. in l. ampliorem C. de appellatio. l. cũ tu post didicita testificata * vis testes producere, des nomina testium in scriptis iudici, qui ex officio suo testes repetet, & examinabit, quod videtur dubiũ cũ causa subornationis nõ cesset, q̃ dictũ si est verũ est mirabile, sed dato q̃ sit verũ, quod non puto, Lud. Roma. præfatã cautelam limitat in repetit. rub. de arbi. in 19. col. esse verã, quando iudicis culpa testes in prima examinatione non rectè examinati fuerunt, secus si partis, vt dicit Inno. de testib. c. per tuas. quẽ refert Bal. in l. veluti. ff. de eden. & optimè probat te. ille. Ego adduco Ang. in auth. de testib. §. quia vero. collatio. 7. in 3. column. in ver. solutio. vbi dixit, quod si iudex negligentia vel dolo omisit, & non fecit interrogari testes cum interrogatorijs datis à parte, quod post publicatũ processum poterunt produci

testes.& allegat d.c.per tuas.& consuluit in facti continge̅tia domi.meus,prout mihi retulit.

ADDITIO.

* Post didicita testificata.Adde Guido.Pap.sing.109.versi. in dicta materia.& quæ ibi addidi.

377 *Testis.* XXIII.

1 *Falsum testimonium dicens in foro contentioso tenetur de falso,& de omni damno ex illo contingente. Et an id procedat in foro conscientiæ?*

1 SI aliquis† dixit falsum testimonium, licet in foro contẽtioso teneatur de falso testimonio, & de omni dãno cõtingente ex illo, & per consequens de delicto,& omni exitu ipsius delicti, vt voluit gl.in c.presbyterum.de homici. & in c.imputari.de reg.iur.libr.6.& habetur in ca.sicut.de testib.& est casus peregrinus, & melior de iure,in ca.1.de custod.eucharist.facit quod voluit Bar.in l.furem.ff.de fur. & Salic.in l.quoniam multa facinora.C.ad leg.Iul.de vi publi.Nihilominus in foro conscientiæ tenetur duntaxat de dicto falso testimonio,& non de omni damno, quod ex illo sequitur.illud fuit singulare dictum Vincen. quod omnes communiter sequuntur in d.c.1.de custod. eucharist. licet dominus meus do.Andr.disputandi gratia istud impugnet.& subtiliter in capitul.Raynaldus.de testamen.vbi omnino vide.

378 *Tabellio.* II.

1 *Notarius non potest cogi reficere instrumentum à paribus deperditum,nisi iurent calumniæ causa non petere.*

1 QVando quis † perdidit instrumentum publicum sibi redditum à notario,notarius non debet cogi reficere,nisi iuret calumniæ causa non petere, & quod primum instrumentum perdiderit, vt probatur in l.cum plures.ff. de bo.autho.iudic.possi. & pro hoc facit quod no.Guli.in Spec.in tit.de instrumen.edi.§.sed postquam.ver. sed nunquid in vers.vbi autem. sed quod fiat copia ex simplici iuramento non fit verbis tantum,vt in d.l.cum plures.sed ꝓbando causam aliter potest fieri copia,quoties opus fuerit vt l.veluti.§.1.& ibi per Moder.ff.de edẽdo. quæ allegatur pro cõtraria in d.l.cum plures.Sed dic secundum Bart.ibi, ex noua causa fit sæpius copia,quæ causa aliter probabitur quam per iuramentum.quod not.

379 *Tutor.*

1 *Tutelæ instrumentum non valet,nisi in eo exprimatur, ꝙ tutor aget vtilia,& prætermittet inutilia pro pupillo, saltem per verba æquippollentia.*

1 TVtor debet† exprimere in instrumento tutelæ, ꝙ aget vtilia & prætermittet inutilia pro pupillo.vnde si hoc non exprimatur in instrumento,non valet instrumentum tutelæ.tex.est valde sing.secundum Bart.in l.fi.§.omnẽ.C. de admini.tu.per quem tex.dixit se cassasse plura instrumẽta tutelę.refert & sequitur do.meus d.And. in repe.c.Raynaldus.de test.in Ioan.in 34.char. & pondera illum te.quia hoc probat,quia ibi apponuntur verba necessitatiua,& ꝙ percipitur,necesse est fieri.l.1.ff.quod iussu.14.quæst.1.ca. quod percipitur.& quod notatur in cle.pastoralis.de re iudic.cum simi.Item quia datur forma citationis, & vbi apponitur forma, debet adimpleri.c.cum dilecta.de rescri.l. cum hi.§.ait prætor.ff.de transact.cum sim.alias est actus ipso iure nullus,prout probatur in dictis iuribus. nam forma dat esse rei.l.Iulianus.§.sed si quis.ff.ad exhiben. Et nota,quod si non exprimatur dicta clausula, sed æquipollẽs, valebit,& tenebit, secundum Bald.in d.§.omnem.quia nil refert quid ex æquippollentibus fiat.c.licet ex quadam.de testi.cap.tua.de consangui.& affini.l.certum.ff.si cert.peta. l.in summa.ff.de re iudic. cum simi. & eo casu intelligas non esse recessum à forma, cum seruetur per æquipollens.

ADDITIO.

Vide decisio.Tholosa.64.& ibi Aufrer. vbi ponit quæ requirantur ad hoc,vt tutor administrare possit. & dixi in annotationibus meis ad Mathes.sing.107. Gab.Sar.

380 *Titulus.*

1 *Titulus beneficij quando præsumatur ex antiqua possessione.*

1 VBicunque† possessio est antiqua,seu longa, concurrente patientia diœcesani, præsumitur titulus beneficij, adeo vt beneficiatus non potest compelli edere titulum. sing.est dictum Innocen.in c.illud.de præsumpt.vide Hostien. in c.licet Hely.de simo.& sunt duo tex.sing. in iure ciuili probantes hanc doctrinam.l. qui in aliena.§.quod si non adierit.vbi per Bal.& Ang.& ibi do.meus.ff. de acquirend.hære.alius te.in l.filius.C.de petitio.hære.dom.Card. & domi.meus vbi plenè de hoc in ca.requisisti.de testa.& in repetitio.rubri.de causa posse.& proprie.do. Abb.in dicto cap.illud.Ioan.de Anan.in dicto capitul.licet Hely. & Ioannes de Imol.vide omnino dominum meum in dictis locis.

381 *Taciturnitas.*

1 *Tacens quando habeatur pro contradicente? & quando pro consentiente?*

2 *Cambij literas recipiens,si nihil dicat,videtur eas acceptare.*

1 IN onerosis,† & maximè in obligationibus personam regulariter tacens habetur pro contradicẽte, vt notatur in l.filiusfamilias.§.inuitus.ff.de procura. secus in re concupiscibili seu honorabili,& commodum afferente, vt not. in l.qui patitur.ff.manda. & fuit theorica Inno.in ca.in genesi.de elect.& habetur per gloss.in regula,qui tacet.de regulis iuris,libro sexto.& in cap.sicut de elect. libro 6.facit quod habetur in glo.ca.fi.de procurato. & quod plenè scripsit do.Abb.in ca.nonne.de præsumpt. Tamen do tibi pulchram & stupendam doctrinam,nam in cle.1.de procurator.habes,ꝙ si quis scienter recipit instrumentum,quo cõstituitur procurator, videtur tacitè se obligare ad illud officium,vt est ibi tex.notabilis.& hoc ideo,quia vltra taciturnitatem interuenit actus positiuus.ad idem facit c.ex ore. de his quæ fi.à maior.part.cap.Et ex hoc cape vnam bonã theoricam,quod vbi tractatur de præiudicio alicuius,si vltra taciturnitatem facit aliquem actum,qui videtur venire ad probationem actus,videtur tunc cõsentire.ad hoc bonus tex.in l.filiusfamil.ff.ad Macedo.& ibi per Bartolum, quem tex.reputo ad hoc meliorem de corpore iuris.& vide ibi Ange.qui ad hoc ponderat illum textũ, & dicit face
2 ret pro literis cambij, quia si mercator seu campsor recipit literas cambij,& legit,& retineat apud se,licet taceat,videtur eas approbare & acceptare.& vide quod no. Bart.in l.quo enim.ff.rẽ rat.habe.& in l.Titius.ff.depositi.& doct. præsertim do.meum do.Andr.in dicta cle.1.& vide dom. And.in c.fi.circa fi.de procu.tene menti, quia quotidianũ.

*DE LITERA V.*

382 *Vis.*

1 *Raptor dicitur etiam qui adit causa inferendi violẽtiam,licet non intulerit,quia neminem inuenit.*

1 SI adeo† domum tuam causa inferendi violentiam cum hominibus armatis,& neminem inuenio, licet nõ intulerim violentiam, ex quo animo inferendi violentiam accessi,dicor raptor.sing.est gloss.Institu.vi bonorum raptorum in principio. secundum Baldum in l.1.C.vti poss.& mouetur per l.si quis in tantam,C.vnde vi.tu vide casum pro illa glossa in l.si quis ex domo. quem ad hoc ponderauit ibi Bart.& alij sequuntur.

ADDITIO.

Adde an si quis attentauerit aliquã mulierẽ rapere,& nõ potuit,

tuit,quia non inuenit mulierẽ in domo,an dicatur raptor, & teneatur pœna l.1.C.de raptu virginum. vide Hipp.de Marsi.in d.l.1.in chart.14.ver.quæro aliquis vadit & Lud. Carrer.in pract.crimi.in §.circa.nu.286.& plenè tradit nouissimè do.Io.Baptista Plotus in repeti.l.si quando. in suo §.primo itaque.num.10.versi. secundo amplia.C.vnde vi. Gab.Saray.

383 *Vxor.*

1 *Vxor tenetur laborare pro hæredibus viri,si ab eis vxori alimenta debeantur.& an filius operari debeat patri?*

1 VBi alimenta† debentur vxori mortuo marito ad hæredibus,donec hæredes restituant dotẽ ipsi vxori,vxor tenetur laborare pro hæredibus viri.ista est gl.vnica & singul.& alibi non reperta in l.sicut.ff.de oper.liberto. quam Sali.Bono.in l.vnica.§.exactio.C.de rei vxor.actio. in versic.tunc quæro,an infra tempus quo alere tenetur, &c.reputat vnicam & sing.& dixit non esse alibi.Quam gl.intellige procedere secundum Salicetum in dicto loco, quando alimenta debentur ex dispositione legis, secus quando debentur ex dispositione hominis. tunc.n.nõ tenetur prestare operas hæredibus mariti.& allegat ibi Salic.l.libertis.§.1.ff.de alimentis & ciba.legat.Et quas operas teneatur præstare vxor suo viro,vide Io.Andræ.in c.literas. de restitutio.spoliatio.& in c.ad abolendam.de fi.presby. & doc.ibi eum sequuntur.& quod voluit Bal.in l.si vxorem.C.de cõdi.insert.& quod voluit Ang.in l.in rebus.§.possunt.ff.commo.& vide celebre consilium domini mei,dom. And.incipiens,Mihi videtur de aperto iure dicendum ꝙ huiusmodi laudũ,&c. vbi bellissimè loquitur copiosè & subtiliter more suo. vide quod voluit Bart.in diuortio ff. soluto matrimonio.Et an operæ mulieris sint viri, vide Lud.Roma. in l.ex diuerso.§.fina.ff.eodem. & quod legitur & notatur in l.si mulier.§.fi.cum l.sequen.& in l.sed si vir.ff.de dona. inter virum & vxorẽ. & voluit beatus Thomas in prima parte quæsti.41.articul.1.& quod voluit Philosophus 10. Ethicorum vbi dicit,ꝙ masculus & fœmina coniunguntur non solum propter generationem, sed propter aliqua domestica opera viri & mulieris.& ꝙ voluit beatus Thomas in prima parte quæstion.42.articu.2.& 3.& quod voluit Apostolus 2.ad Corinthios 11.& quod legitur nota.in capit.hæc imago.33.quæst.5.& in ca.mulierem.& in c.manifestum.ea.causa & quæstion.in c.quæcunque.30. distinctio. Genesis 2.Et quid in alijs cui teneantur operari,vide Bald. in l.si nupta.C.de nuptijs. Et an vxor debeat stare & laborare in domo priuigni,vide Bal.in authen. hoc locum. C.si secundo nupserit mulier.& Nicol.de Neapol.in l.si disceptetur.ff.vbi pupillus educari vel morari debeat.& Bar. in d.l.diuortio.Et qd in filio, an teneatur operari patri? vide Bal.in authen.ex testamento.C. de collatio.& Ange.in consi.29.

384 *Vniuersitas.* I.

1 *Pactum à maiori parte collegij, regulariter valet.limitatur, vt hic.*

1 QVod fit à maiori † a parte capituli,seu collegij,seu vni-
a uersitatis,regulariter valet.l. quod maior.ff.ad municip.c.1.de his quæ fiũt à maiori parte capituli. c.cũ inter canonicos.& cap.dudum.1.capi.in Genesi.capi.cum in veteri.& cap.congregato.de elect.cum similib.vide tex.no.iuncta gl.& theorica Bar.ibi,in l.quicunque.C.de omni. agro deserto. libro.11.in ver.consensu omnium. & gl.ibi dixit sufficere consensum maioris partis, & ibi dicit Bart.illam gl.esse vtilem ad quæst.statuti dicentis, ꝙ factum per maiores studij nõn valeat reprobari, quod verum est, si sit factum per maiorem partem, vt ibi.facit singu.secundũ Nicolaum de Neapoli ibi in l.vbi absunt.ff.de tutoribus & curatoribus datis ab his.Limita primo nõ habere locum, vbi tractaretur de reformatione alicuius officialis in ciuitate, quia tunc non est sufficiens maior pars,sed est opus ꝙ oẽs in vnum consentiant.iste est casus sing.sm omnes in auth. de defensio.ciui.§.& si quidem.ibi dum dicit., communi consensu & nullo reluctante.& illum tex.allegauit Roma. in repetitio. rubric.de arbit.in 14.col.& Ang.de Perusio in l.maiorẽ.de pactis. & Ioã.And.in c.cum olim.de testib. & ibi dominus meus.quod not.pro confirmatione rectoris,seu alterius officialis.& vide dominum meum in ca.fi. de iudi.in 14.colum.vbi dicit,ꝙ quis potest confirmari in officio per biennium, dummodo fiat nemine discrepante illorum,ad quos spectet, & dicit esse casum sing.in dicto. §.& si quidem.& refert Ang. in dicta l.maiorẽ.& infert id quod superius dixi de rectore. & hoc intellige procedere de iure communi secus si aliter disponeretur per statuta, vt hic Bononiæ,nam vocatus ab vniuersitate scholarium ad videndum statuta, reperi statutum disponens quod sufficit maior pars vniuersitatis, & adde ad hoc Lud. Roma. in sing.96.& 669.Limita etiam prædictam regulam quod non valet quod fit à maiori parte, vbi tractaretur de reuocatione libertatis in seruitutem.text.singu.secundum Angel.ibi,& Rayne. de Forliuio per priùs in l.si quis hac lege. §.quoties.ff.qui & à qui.manu.liber. non fi.tu vide Ludo. Rom.in repetitio.rubric.de arbitr.in 13.colum.in fi.vbi allegauit illum textum pro sing.ego adduco gl.& ꝙ volunt ibi scribentes in c.cũ olim.de testi.vbi de hoc. vide ea quæ habentur in c.cum omnes.de constitut.Limita etiam non habere locum,vbi maior pars vellet aliquid statuere cõtra illud, quod iam semel omnes ordinassent.ita eleganter dixit Inn.in c.humilis.de maio. & obed.& refert & sequitur Lud.Rom.in repetitio.rub.de arbitr.in 15.colum. & facit pro ratione iudicio meo capit.omnis res.de regulis iuris.l. nihil tam naturale.ff.eod.l. Sthicum aut Pamphilum.§.naturalis.ff.de solutio.Limita etiam, nisi alij vellẽt statuere contra ius,vt dixit idem Inno.in ca.cum omnes.de constitutio.refert & sequitur Lud.Roma.in d.repet.rub.de arbit. in 15.colum.& remittit se ad Bal.referentem hæc duo ꝓxima dicta in l.fin.C.de authori.præstan.& de hac materia per eundem Bal.in l.1.de offi.procon.tene menti.& de materia vide vt plenè instruaris in dicto c.cum omnes. Adde Ang.in l.exactiones.C.de suscepto.præposi. & archa.libr. 10.cum te.dicit,omnium,& glo.dicit quod sufficit cõsensus maioris partis,per d.l.quod maior.quod secũdum eum facit ad quæstionem, plures sunt electi fideicommissarij in testamento,in quo apponitur,quod illud quod fuerit factum per omnes,obtineat firmitatem,certè valebit si fuerit factum per maiorem partem,sicut si per omnes.Item facit ad quęstionem,compromissum fuit in plures,vt illud, quod iudicatum fuerit per ipsos,valeat,& debeat obseruari,,certè illud quod fuerit iudicatũ, obseruabitur si per maiorem partem fuerit iudicatum.& vide gl.in c.fin.de re iudicat.& Gemin.in c.præsentium.de testi.lib.6.in 10.col.in ver.conuentu.& Bar.in l.si vni.ff.de re iudi.doct.in c. quia propter.de elect.Abb.in c.prudentiam.de offi.dele.Et addead prædicta aliam limitationem quam ponit Abb.in c. gratum.in 5.column.de postu.prælato. & vide plenè de materia regulam d.l.quod maior.cum fallentijs suis per Barb.& Felyn.in capitulo cum omnes.de constitu.Limita etiam & dic regulam ꝓcedere,vbi maior pars in collegio fuerit,secus si maior ratificauerit extra collegium illud ꝙ minor dixit.iste est tex.valde sing.& stupendus in capit.in causis.de electio.quem ad hoc allegauit Bal.in l.per fundũ. ff.de seruitutibus rusticorũ prædiorum. refert & sequitur Ludo.Roma.in dicta sua repetition.rubric.de arbit.in 15. colum.

ADDITIONES.

a Quod fit à maiori.Adde domi.Hieronym. Cagnolum.in l.aliud est vendere.§.refertur ad vniuersos.nu.12.ff.de regulis iuris.

b Limita primo,&c.Adde ea quæ dixi ad singul. Roma.96. heri fui interrogatus.& sing.669.ad eligendum vnum.Gabriel Saray.

385 *Vagabundus.*

1 *Beneficiũ eius qui vagatur, & dubitetur an ſit mortuus, vel viuat poteſt conferri. Et plurà de vagabundo reciſentur.*

1 SI beneficiatus eſt vagabundus, & tandiu abſit, & dubitetur an viuat, an mortuus ſit, beneficiũ eius poterit alteri conferri. gl. eſt fing. & alibi non reperta in c. non oportet. 2. de conſecratio. diſtinctio. vlti. quam magnificiũt ibi ſcribentes, & in ca. ex tuæ. de cle. non reſi. Ego addo aliqua ſempiterna digna memoria quo ad vagabũdum, & primo celebrem tex. in l. quod niſi. §. ex prouincia. ff. de ope. liber. vbi libertus non tenetur inſequi patronum vagabundum ad præſtandum operas. & ibi Nicol. de Neapol. inducit ad vaſallum, qui tenetur ſeruire domino, ſi incipit vagari per mundum, non tenetur. & vide quod voluit idem Nico. de Neapo. in l. itẽ illa. ff. de conſtitu. pecu. vbi dixit, ꝙ debitor non tenetur inuenire creditorem vagabundum, & ſoluere ei debitũ, licet alias ſecus, vt ibi plenè notatur. & vide Spe. in tit. de loca. §. nunc aliqua. ver. 164. vbi dixit, ꝙ ſi emphyteuta cœpit vagari per mũdum, priuatur emphyteuſi. quẽ refert Bal. in authẽ. ſi quas ruinas. C. de ſacroſanctis eccleſ. & vide quod voluit te. in l. libera peculij adminiſtratio. ff. de pec. vbi ſi dominus conceſſit liberam adminiſtrationẽ peculij ſeruo, qui incipit vagari, qđ intelligitur finita eius adminiſtratio, quia habetur pro mortuo. facit gl. dicti ca. non oportet. & adduco gl. in ca. cum tuo. de vſur. quam gl. reputauit ſingu. do. meus do. And. ꝙ licet vſurarius teneatur præſtare vſuras illi, à quo extorſit, illud eſt verũ, ſi nouit vbi habitat, ſecus ſi ignorat vbi ſit creditor, puta, quia vagaret per mundũ, quia tunc non tenetur inquirendo vagari. & adduco gl. in cap. vnaquæque. 13. quæſtio. 2. quæ dixit, quod vxor non tenetur ſequi virum vagabundum. quã gl. fecit fing. Io. de Imol. in rub. ff. ſoluto matrimo. licet per errorem allegauerit gl. in c. Ebron. ea. cauſa & queſti., & iſta retulit mihi viua voce, & in cathedra do. meus in ca. cũ tu. præalleg. & in c. 3. de rap. Et inquantum Io. de Imol. allegat gl. fing. in d. c. vnaquæque. ego allego aliam in ca. de illis. de ſponſa. & in c. ſi quis neceſsitate ineuitabili. 34. quæſt. 2. & in c. 1. de coniug. lepro. & illæ tres gl. latuerunt Io. de Imo. inquantũ allegauit gl. in d. c. vnaquæque. pro ſingulari. Adde quartam gl. in c. fina. qui matri. accu. poſ. Limita omnes has gl. niſi ſcienter mulier duxiſſet in virum aliquẽ hiſtrionem, qui ſolet vagari, quo caſu tenebitur ſequi virum. ita dixit gl. in d. c. vnaquæque. & in d. c. ſi quis. & vide quod voluit Bar. in l. Mæuia. §. vxore. ff. de annuis leg. & ſcribentes in d. rub. & Io. de Imo. in l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. ff. ſolu. matrimo.

386 *Vniuerſitas. II.*

1 *Actus geſtus collegialiter ab habilibus & inhabilibus, ſuſtinetur propter habiles. fallit in tribus caſibus.*

1 REgula eſt, qđ actus geſtus ab vniuerſitate, in qua fuerunt aliqui inhabiles, etiam ſi ſint præſidentes, non inficitur propter intereſſentiam illorum inhabilium. Valet ergo actus geſtus collegialiter ab habilibus & inhabilibus, & ſuſtinetur actus propter habiles. iſte eſt tex. meli or de corpore iuris, & alibi non ita bene probatur ſecundũ do. Abb. in c. ſi, de procura. optimè facit quod voluit Bal. in ca. 1. §. ſi autem. in tit. de contro. inueſti. & quod voluit Ang. conſil. 1. retuli ſuprà in alio notabili. Fallit in tribus caſibus, de quibus in d. c. ſi. Et intellige tertium caſum ſecundũ do. Abb. ibi procedere, vt diſtinguitur ibi per eum.

387 *Vox.*

1 *Vocem habens nomine proprio, & nomine alieno, an poſſit illas diuidere?*

1 HAbens vocem nomine proprio, & nomine canonici, an poſsit illas voces diuidere in diuerſas? videtur primo quod ſic. quia ex quo ſuſtinet vices plurium debet censeri iure plurimorum, vt in cap. cum olim. de re iudic. Contrarium tenet Vin. in ca. quamuis. de offic. delega. vbi dicit quod delegatus principis ſi procedit nomine proprio, & nomine ſui collegæ, nõ potuit ferre diuerſas ſententias, & mouetur per tex. ſingu. in cap. penu. de elect. lib. 6. vbi probatur primum dictum, & ſic extendit dictũ c. quamuis. Et ratio eſt, quia qua cõſcientia putat aliquid iuſtum nomine proprio, debet cenſere iuſtum nomine conſocij, ſeu ſubdelegantis. & refert & ſequitur eum do. Abb. in dicto c. quãuis. & tex. in d. c. pe. allegauit pro ſingulari Ludo. Roma. in fing. 77. ſcholaris cui eſt commiſſa. nulla tamen mentione facta de Vincen. in d. c. quamuis.

388 *Votum.*

1 *Votum factum ante ingreſſum religionis, an diſſoluatur per ingreſſum de voluntate Abbatis?*

1 AN votum factum ante ingreſſum religionis diſſoluatur per ingreſſum de voluntate ſuperioris. ſ. Abbatis? Scis ꝙ vota obligãt quẽ Deo, vouete & reddite. ca. ſi Chriſ de iureiu. cap. magnæ. de vot. & vot. redẽp. ſed ſuperior nõ debet poſſe tollere obligationẽ Deo quæſitã. Tu dic, ꝙ cõtrarium eſt verum. fing. eſt gl. fecũdũ Lud. Rom. fing. 504. 20. q. 4. c. monacho. Sed ego allego aliam in c. noluit. 33. q. 5. quod do. Abb. in ca. ſcripturæ. de vo. intelligit verum in voto religioni non conſono. nã ſi prius vouiſſet dicere plaſterium, vel quid ſimile, non putat hoc tolli per ingreſſum religionis. quod no. ꝙ limitatione prẽallegati dicti, & pro limitatione eius quod legitur & no. in dicto capitulo ſcriptura. Item Ludo. Romano. in prælleg. notabili quinquageſimo quarto ſubdit, quod diſſoluitur votum per matrimonium contractum accedente conſenſu alterius coniugis. & allegat gl. fing. in d. c. noluit. Sed dic quod nõ eſt opus allegare gl. quia tex. ibi probat. & vide Abb. in c. peruenit. 2. de iureiurand.

389 *Venditio. I.*

1 *Venditio facta ab Abbate de re vnius conuentus ſibi non ſubditi, ſed tantum de eius menſa, an poſsit reuocari?*

1 ABbas vendidit rem vnius conuentus ſibi ſubditi, quæ eſt alterius conuentus, an poſsit reuocare illam vendi tionem? dic quod non. gl. eſt in l. grauiſsimum. C. ne fiſcus rem quam vendidit, euincat. libr. 10. Quod intellige verũ ſm Bar. ibi, qñ illi duo cõuẽtus erant de mẽſa Abbatis, ſiue abbatiæ, tunc. n. talis error nõ attẽditur, quia idem iuris eſt, ſiue ſit vnius conuentus, ſiue alterius. arg. l. quod ſi dubitetur. ff. de acquire. hære. Sed ſi non eſſet de mẽſa, tũ nõ poſſet vendere ſine conſenſu rectoris conuentus ſibi ſubditi, vt in cle. 1. de rebus eccleſ. non alie. & ideo ſi venderet tãquam alterius, talis error vitiaret. Quod ſemper intellige, ſi in vẽditione fuit adhibita debita ſolennitas, alias ſecus. faciunt ea quæ habentur in c. ſuper. de rebus eccle. non alien. quod legitur & not. in cle. frequens. de exceſ. præla. & per Mod. in l. ſi vacantia. C. de bon. vacan. lib. 10. in addi. ibi in eadem l. ver. quæro.

390 *Non Valeat.*

1 *Verbum, non valeat, an intelligatur ipſo iure? Et quid de verbo, non poteſt?*

1 VErbum non valeat, an intelligatur ipſo iure? dic quod quando lex ſimpliciter dixit, non valeat, intelligitur ipſo iure, vt in l. ſi quid. & ibi Bart. C. de canon. frumenta. li. 11. & in l. non dubium. C. de legi. Quandoquẽ lex dicit, non valeat, ſi per te aliquid fuerit factum, vel commiſſum, & tunc intelligitur ope exceptionis, vt in l. vniuerſa. C. de preci. impe. offe. Quod facit ad ſtatutum diſponens, quod ſi contrahentes non ſoluant gabellam infra octo dies, contractus non valeat, quod intelligitur ope exceptionis. vt dixit Bart. in l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de verborum obliga. & vide ibi Moder. & vide notata in c. in nomine domini. de teſti. & in d. l. non dubium. quod ſingula. not. Sed pondera an hoc ſit verum per illam dictionem negatiuam appoſi tam verbo valeat, ſicut dicimus quando præcedit verbum poteſt, vt eſt gloſſ. in capitu. 1. de regu. iur. libro. 6. & voluit domi. Abb. in cap. 1. de cau. poſ. & proprie. & in cap. 1. de teſti. de teſti. cogen. & Bar. in l. Gallus. ff. de liber. & poſthu. Sed do. Abb. in c. nonnulli. §. ſunt & alii. de reſcrip. in verſi. nõ valeat. dicit poſt alios quod illa verba, non valeat, ex quo ſunt futuri temporis, & non preſentis, non inducunt nullitatem ipſo facto, iuxta theoricam gl. in regula, in pœnis. de reg. iur. lib. 6. & vide plene per eundem do. Abb. & do. meum de materia, in c. ſi diligenti. de foro compe. & per gl. & Bar. in l. in criminali. C. de iuriſdict. omnium iud. ad idem allegat do. Abb. in dicto §. ſunt & alii. tex. optimum iuncta gl. & Barto. in l. vniuerſa. C. de preci. impe. offe. vbi per verbum non valeat, non inducitur nullitas ipſo facto & ad hoc tenebis ſemper menti d. ca. nonnulli. cum d. l. vniuerſa. & theoricam Bar. in dicta l. ſi quis. Vide quod voluit do. Abb. in c. in nomine domi. in vlti. no. de teſti. De hoc verbo non valeat, vide gl. & Inno. in clemen. diſpendioſam. in verbo, valeat. de iudic. & vide Bald. in c. cum ordinem. in 8. col. de reſcrip. quod quando in iure reperitur hoc verbum, non valeat, & nihil vltra cauetur, intelligitur per ſententiam, quia cum ſuper hoc debeat cognoſci, ergo & ꝓnũtiari. arg. C. de preci. impe. offe. l. vniuerſa &c.

ADDITIO.

Adde quæ notat. idem Corſet. ſupra fing. 211. in ver. poteſt. & quæ ibi addidi. Gab. Sar.

391 *Venditio. II.*

*Frumentum quanti valeat, inſpicitur quanti vendi poteſt in loco fori publici, non alibi. & ibi de valore rei probando.*

1 QVantum frumentum valeat, vel aliæ res vænales, nũ quam debet inſpici, niſi in loco publici fori, & quãti ibi vendi potuiſſet. vnde ſi res poteſt vendi. multo plus, vel multo minus alibi, ſed non in foro, debemus locum fori inſpicere, & ſic conſiderare debet æſtimationem ſecũdum locum publici fori. caſum habes peregrinum & expreſſum ſecundũ vnam lectură, quam ſequitur ibi Ba. in l. ſeptem. C. de eroga. mili. anno. libr. 12. nota pro his, quæ notantur in l. pretia rerum. ff. ad legem Falcid. & in c. cum dilecti. & in c. cum cauſa. de empt. & vendi. & c. cum cauſa quæ inter cœconomum. de teſti. cum ſimi. addе alium tex. quem Bar. non ponderauit, quia non fuit bonus canoniſta in c. 1. de empt. & vendi. ibi, non carius vendat quam in mercato vendere poſſunt. & ita ibi, dicit do. Pet. quod debet inſpici locus, vbi res venditur, non pretium loci, de quo eſt vendens, & licet forenſes & peregrini non ſortiãtur forum in loco, l. hæres abſens. ff. de iudi. tamen poſſunt ſe iuuare conſuetudine loci in rebus emendis. idem Pet. in d. c. cum cauſa. 2. vbi de materia, de teſtibus de valore rei probando, vide Bar. in l. fi. C. de nauicula. li. 11. & in l. 1, §. ſi hæres. ff. ad Trebel. & in l. ſi ſeruus. ff. de condi. furti.

ADDITIO.

Multa in hoc tradit Bartho. Chaſſæn. in cõmentar. conſuetu. Burgun. in prima rubri. in §. *meſsiers. & ſergens* in ver. *en meſsſage*. num. 7. Gab. Sar.

392 *Veſtis.*

1 *Veſtes hyemales quo tempore debeãtur, & quo tẽpore æſtiuæ?*

1 PRo ſalario famulis pro mittuntur veſtes hyemales, & veſtes æſtiuę, quando & in quo tempore debentur ſibi tales veſtes? dic quod veſtes hyemales debent fieri calendis menſis Septẽpris, & debent durare vſque ad calendas menſis Aprilis, & veſtes æſtiuæ à calendis męſis Aprilis vſque ad calendas menſis Septembris caſum habes in l. 1. C. de mili. veſt. lib. 12. & ibi Bar. quod dicit eſſe notandum pro familiaribus, quibus promittuntur veſtes hyemales & æſtiuæ. & ſequitur Roma. fing. 601.

393 *Vſus fructus.*

1 *Fructuarius rem naturaliter poſsidet, ius tamẽ vſusfructus quaſi poſsidet ciuiliter & naturaliter.*

1 LIcet fructuarius rem naturaliter poſsideat, vt in l. naturaliter. ff. de acqui. poſſ. tamen ius vſusfructus quaſi poſsidet ciuiliter & naturaliter, adeo quod dicitur quaſi poſſeſſor iuris. gl. eſt fing. ſecundum Bar. ibi, in l. cum à te alias l. ſi plures. §. deiectum. ff. de vi & vi arma. meliorem gl. habes ſecundum eũdem ibi, l. ait prætor. §. item ſi. ff. ex quibus cauſis maiores.

ADDITIO.

Vide Nico. Bouer, deciſ. 199. nu. 8. Gab. Sar.

394 *Venditio. III.*

1 *Venditiones plures dicuntur, ſi plures res vno pretio emãtur, & dictum ſit tantum pro vna, & tantum pro alia.*

1 LIcet pluresfres ſint emptę vno pretio, tamen ſi ſit dictum, tantum pro vna, & tantum pro reliqua, plures dicuntur venditiones. gl. eſt fing. in l. ædiles. in verſi. vno pretio. ibi, pro vno, id eſt, vnico facto ex pretio ſingulorũ ff. de ædil. edict. quam reputauit fing. Bar. in quæſtio. incipiente, publicanus, de publicanis. pro quo vide tex. l. cum duo ſerui. ff. de in diem adiect. faciunt ea quę habentur & no. in l. cũ eiuſdem. & in dicta l. ædiles. ff. de ędil. edict.

ADDITIO.

Late tradit And. Titaquel. in tract. de retractu conſangui. in §. 23. in verſi. non reperiretur. nu. 18. Gab. Sar.

*Expliciunt ſingularia per do. Anto. Corſetum Siculum vtriuſque Iuris doctorem peritiſsimum compilata.*

Do. Hip-

*SINGVLARIA*

# DO. HIPPOLYTI A MARSILIIS,

## IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS ET INTERPRETIS CLARISSIMI.

*Additionibus nunc primum illustrata.*

I.

1 *Argumentum ab his quæ communiter accidunt, in iure valid um esse, ac efficax, non ciuili modo sed & crimin ali quo que negotio, ab iura tractantibus receptum est.*

2 *Argumento à cõmuniter accidẽtibus, torturam ac quæstionẽ à Potestate reo datã, ac sic inde confessionem extortam, violentam, coactã, ac non spontaneam, velut certis coniecturis probari. Et id quibus rationibus, usque ad nu. seq.*

3 *Assessores Potestatum in adhibendis quæstionibus, ac tortu ris homicidas videri, ac proinde scripta super confessioni bus per quæstiones extortis falsa censeri. Et ad probandas huiusmodi confessiones coactas non spontaneas coniectu ræ locum urgentem esse.*

4 *Hippolytus Syndicator officialium ducis Mediolani.*

5 *Argumentũ à cõmuniter accidentibus adeò validum, vt lo cus à cõmuniter accidẽtibus iudicium faciat indubitatũ.*

1 ARGVMENTVM tà communiter accidẽtibus validum est in iure. l. certi condictio. §. finum mos. ff. si certum petatur. l. certi, iuris. C. de iudi. l. iurisgentiũ. §. pactorũ. ff. de pactis. l. pa lã. §. si qua cauponã. ff. de ritu nuptia. notabil. est tex. in l. in fideicomisi. post princi. ff. de vsur. & in l. si pactum, in fi. ibi, plerunque. ff. de probation. c. prudentiam. versi. vt solet. extra de offic. delega. glo. in l. neque natales. C. de probatio. gl. & ibi Bal. in l. cum dotem C. de iure dot. Bal. in l. cõuenticulam. C. de episco. & cleri. & in auth. habita. C. ne filius pro patre. cum simi. & teneamenti quod hæc regula est adeo vera quod non solum habet locũ in ciuilibus causis, sed ẽt in criminalibus. Vide Bal. cõsi. 20. in ver. incip. Duo fratres, vnus maior & Socicõsi. 46. inci. In presenti cõsultatione. Et ideo dixit sing. Per. de Anc. in elegãti cõsi. suo 23. incip. Visa inquisitione formata cõtra Philip. in 2. col. ver. Preterea aduertẽdũ. se habuisse de facto, q; quidã erat cõfessus maleficiũ p tormẽta, & tñ Potestas & ei' curia dicebãt, q; cõfessus erat spõte sine tormentis, iste aũt tortus nõ poterat ꝓbare tortura, qa qã fuerat tortus, nemo aderat nisi famuli Potestatis. dicit ibi Per. de Anc. q; Bal. cõsuluit in contingẽtia facti, quẽ ipse ẽt sequit, q; ille fuerat tortus. & hoc p arg. à cõmuniter accidentibus, nam isti Potestates terrarum communiter ponũt homines ad torturã nocturno tẽpore nemine ibi existẽte. q; ẽ valde no. & faciũt ẽt no. verba Bal. in l. ob seruare. in §. pficisci. in 13. q. 5. de offi. procõsul. ibi videas. & idẽ dixit Alex. in cõsi. 189. incip. In causa & lite. in tertia col. in 6. vol. Et istud cõsiliũ Bal. in ordine est 669. inci. Prætermittẽdũ est, q; interdũ tortura &c. in 6. vol. & idẽ cõsuluit ipse Bal. & melius & clarius in consi. suo 161. in co. vol. incip. Tres sunt casus &c. Et illud cõsiliũ Pet. de Anc. refert & sequit̃ do. Alex. in cõsi. suo 275. ℣m ordi. meũ incip. Viso themate. circa fi. Et do. Paris de Puteo in tract. suo syndi. in 96. charta. in 3. col. ver. qdã fuit tortus. Et p hoc dicto faciũt optimè dicta p Bal. in l. 1. C. ne ex delic.
3 defun. vbi dixit, q; † Assessores videntur homicidæ, qa in camera torquent, & postea ad bãchũ faciunt scribi q; spõte cõfessus est. pro quo facit notab. verbũ Bal. in l. 2. C. de custo. reo. in versic. & ideo assessores. vbi dicit, quod quando scriptura dicit, quod reus est sponte confessus, quod talis scriptura vt plurimum est falsa. Et faciunt dicta per Barb. in consi. suo 70. incip. Viso puncto. 3. col. in quarto vol. & faciunt dicta per Bal. in additio. Specu. in ti. de appel. in. 4. r col. in princ. & per Sali. in l. in illa stipulatione. in fi. ff. de verborum obligatio. Facit etiam, nam ad probãdum torturã & sic confessionem coactam, & non spontaneã, cũ istud sit difficile valde, vt dixi, admittitur probatio per coniecturas, secundum Ant. in c. veniẽs. 1. extra de testi. in vlt. col. & Io. de Imol. in c. veniẽs. de verborũ significatio. & Bald. in authen. quas actiones. in vlti. col. C. de sacrosanct. eccle. & Alex. in consilio 77. incip. In causa. in fi. in 7. vol. de quo latissimè dixi in repetitio. mea. l. fina. C. de probatio. in 66. char. circa medium. vbi videas quę omnia tenemẽti, qa sunt quotidiana, & ego alias plures habui in facto dũ essem
4 †syndicator officialium ducis Mediolani &c. Et teneas ẽt menti quod adeo est vera ista regula, videlicet quod argu
5 mentum tà communiter accidentibus facit iudicium indubitatum. Ita singu. dixit Bal. in additio. Spe. in ti. de sen. in antepenul. col. in versi. ad mortem. quod est singulariter no. ad multa.

II.

1 *Fideiussores plures pro aliquo intercedentes ex æquo obligari omnes, nisi is cuius nomine intercedunt, diui Adriani epistola, aut nouæ constitutionis beneficio renuntiarit. Et quid de duobus reis debendi?*

1 SI plures fideiussores intercedunt pro aliquo, omnes pariter sunt obligati, tnisi renuntiauerint beneficio epistolæ diui Adriani, vel beneficio nouæ constitutionis de duobus reis, vt habetur in l. 3. C. de fideiuss. in authen. hoc habita. C. de duobus reis. & per Spec. in titu. de renun. fin. conclusione, circa medium. Scias tamen quod si plures rei debendi constituerentur, attamen si in rei veritate ad vnum tantum peruenit pecunia, alii habentur loco fideiussorum & gaudent beneficio fideiussorum. Ita singulariter dixit Gul. de cun. in l. sed Iulianus. §. idem ait si duos. per illlum tex. ff. ad Macedon. ad quod alleg. etiam gl. in authenti. de fideiuss. §. 1. quod dictum pro valde notab. refert. & sequitur Lud. Rom. in consi. suo 114. incip. Visis supra consultis &c. in prin. quod est no. & idem firmat Ioan. de Ana. in consi. suo. 9. incip. In quęstione ista. vbi no. loquitur, & alia in hac materia ibi dicit, quæ videas omnino. & idem tenet Alex. in l. Marcellus. ff. de fideiuss. & Franci. de Are. in cõsi. suo 33. incip. Cõsultatio præmissa in prima col. q; dictum tamen limita & restringe, vt per eundem do. Franc. Aret. in prędicto consilio suo 33. in quinta col. in ver. prima est quod licet &c. Et vide quæ dixi in repeti. mea rubric. ff. de fideiuss. in 12. col. post med.

III.

1 *Debitor pro quo fideiussor interuenerit, nisi vtriusque facultatum discussione facta incarcerari non debet, cum in solutionem debiti, vtriusque facultates aggregatæ censeantur.*

1 AD hoc vt ad carcerationem † debitoris peruenri possit, est non solum necessaria excussio ipsius debitoris sed etiam fideiussoris eius. cum & fideiussoris facultates, quo ad effectum solutionis eius debiti pro quo fideiussit facultatibus ipsius debitoris aggregatæ censeantur. Iste est tex. valde nota. in l. si plures. in §. præterea. 2. ff. de fideiussoribꝰ. quem tex. ad hoc proposítum allegauit Ludoui. Roman. in consilio suo 320. incipien. Hæc istorum quinque &c. in princip.

Sententia



IIII.

1 *Sententia contra vnũ lata alij nocitura si in cõtumaciã partis se non defendentis lata fuerit, non præiudicat ipsi, cui alioqui præiudicare, ac nocere poterat, vt quæ ob contumaciam, non ius, lata esse præsumatur.*

1 QVamuis, aliquo casu sententiat contra vnum lata, præiudicet alteri, tamen tene menti perpetuo, quod talis sententia nunquam præiudicabit alteri, si lata fuerit in contumaciã partis se non defendentis, quia tunc præsumptio iuris est, quod talis sententia sit lata propter contumaciam, non autem propter ius. iste est tex. in l. præses. C. de pig. & in l. si ideo. ff. de euict. & in l. Papinianus. §. memnisse. & in l. repudiantis. §. fi. ff. de inofficio. testamen. & in c. fi. de emptio. & vendit. quę iura ad hoc alleg. Ludo. Ro. in consi. suo 329. incip. Presens consultatio. in penul. col. alleg. etiam Bar. in l. sæpe. ff. de re iudica. & Bal. in l. res inter alios. C. quibus. res iudi. non nocet. & Ant. in c. quamuis. de re iudica. pro quibus optimè faciunt dicta per Fel. in c. fraternitatis. in secunda col. ver. Tertio fallit. de hære. vbi videas. & per eũdem in c. in literis. in 10. col. ver. Pro quo optime facit de constitu. & per Bal. in l. 1. circa finem C. de calum. quem vide. & per Soci. in consi. suo 18. incip. Prosequendo &c. in 6. col. Vide omnino Bald. in l. fina. in versic. quero hic si tabellio. C. de fide instrument. & omnino Bal. super statutis, in verbo, bannitus. in 8. col. in vlt. versi. vide Cor. in consi. meo incip. videtur. in 1. vol. in vlt. col. & quæ dixi in consi. meo incip. Scientiarum omnium elargitor &c. in 3. & 4. char. & Alex. in repeti. l. sæpe. in 19. col. ff. de re iudic. vbi no. loquitur in materia. Quæ omnia tamen limita & restringe. vt per Pau. de Castr. in consi. suo 325. incipien. Dicta substantia. circa finem. & per Nellum in tract. banni. in prima parte primi tempo. in 8. quæstio. circa medium. & in eo. tract. in quarta parte primi tempo. in 2. quæst. & in eod. tract. in 1. part. secundi tempo. in 4. quæst. circa med. & in eo. tract. in eadem prima parte secũdi tempo. quæst. 34. & ibidem omnino in quæstio. 49. incip. Quero an tales, per totam illam quæst. & per do. Feli. in c. causam, quæ. in 2. col. de testi. Et per gl. in l. 2. in vers. absens. C. de contrario iud. tut. & Ioan. de Ana. in dicto ca. fraternitatis. Et hic adde in materia ista plura singularia dicta cumulata per do. Feli. in c. cum Bertoldus. in 9. col. de re iudicata. vbi omnino videas, nota. prædicta limitat pluribus modis. vt ibi per eum, & vide Matthæ. notab. 25. incipien. Nota regulam, & notab. 26.

V.

1 *Familiares, & si ab testimonio repellantur; famuli tamen salarium non merentes, nequaquam arcentur. fallit.*

1 REgula est, quod familiares † repelluntur à testimonio. l. 2. C. de testib. l. eos. eodem titu. l. idonei. & l. testes ff. eodem titu. & in c. si testes. §. item eos. 5. q. 3. cum simi. Limita tamen hanc regulam duobus modis. Primo, non habente salarium, quia talis famulus admittitur ad testificandum pro domino. Ita singulariter dixit Spe. in tit. de teste. §. 1. versi. Sed de quo mercenario, &c. quod dictum refert & sequitur Lud. Roma. in consilio suo 420. incipi. Proposita quæstio, &c. Et non sunt adhuc duo menses, quibus ego habui in facto, & hoc extendi, vt per Spec. & Ludo. Roma. in dictis locis, quia pars aduersa hoc negabat. Pro quibus faciunt optime dicta per dominum Feli. in c. cum à nobis. in vltima col. circa finem extra de testib. Secundo limita prædictam regulam non habere locum in familiaribus honestæ vitæ, quia tales admittuntur ad testificandũ non obstante familiaritate. Ita dicit. tex. gl. & Inn. in c. literis. extra de testi. & Bal. in d. l. 2. C. de testi. & Ludo. Ro. in dicto suo consi. 420. incip. Proposita quæstio. in 2. col. Ad primum tamen dictum vide do. Feli. in ca. literis. in 2. col. versi. Ex quo datur intelligi, &c. extra te testi.

VI.

1 *Principi iustitiam iustamque causam inesse, præsumptio tanta est, vt in contrarium probatio non admittatur, & id qualiter accipiendum? Et quid si ad alterius requisitionẽ rescribat Princeps, an eadem sit præsumptio? nu. 2.*

1 IN principe semper præsumitur iustitia, seu iusta causa, adeo quod non admittitur probatio in contrarium, vt singulariter dixit Cy. in l. rescrip. C. de precib. imper. offe. & in l. fi. C. si contra ius vel vti. pub. & do. Ant. in c. quæ in ecclesiarum. de constit. & ibi do. Felin. in 21. col. Idem dixit do. Floria. in l. si irruptio. in §. ad officium. in 2. col. ff. finium regun. vide latissime per do. Francisc Curt. in consilio suo 50. incip. Memoriæ. nu. 130. per vnam col. & Lud. Rom. in consilio suo 436. inci. quod indultum. in 4. col. q; tamen intellige esse verum, vbi ipse princeps statuit generaliter, vel vbi aliquid facit specialiter motu proprio. Sed
2 † vbi aliquid rescriberet ad alterius postulationem, tunc illa præsumptio cessat quia tali casu magis præsumitur ad importunitatem postulantis scripsisse, quam ex sua volũtate. Ita singulariter dixit Lud. Roma. in dicto cõsilio suo 436. incipien. Quod indultum, &c. in 4. col. allegat quæ habentur in l. 1. C. de petit. bonorum sublatis. li. 10. quod est no. quod etiam firmat do. Feli. in dicto c. quæ in ecclesiarum. in 22. col. ver. Limita quinto, &c. Et vide omnino Ias. in l. si testamentum. in prima col. C. de testamẽ. & omnino Socin. in consilio 62. incip. Visis. in penultima col. in 4. vol. & idem dixit Lud. Roma. in repeti. l. si vero. in §. de viro. in 24. fallen. circa med. ff. solu. matri. & Socin. in consi. 120. incip. Memini, &c. in 8. col. in tertio volu.

VII.

1 *Exceptionem cedendarum actionum aduersus instrumentũ guarentigiatum, statuto etiam non obstãte, fideiussori, aut correo ex eodem instrumento conuento, non denegari. Et id qua ratione.*

COmmuniter per Italiam viget statutum, quod contra instrumentum guarentigiatum nulla possit opponi exceptio; &c. Sed tu scias, quod non obstante tali statuto fideiussor seu correus ex eo instrumento conuentus poterit opponere exceptionem cedẽdarum actionum, qa nunquam intelligitur remota exceptio, quæ descendit ex eo fonte, ex quo petitio, & ipsi petitioni inest. Ita singul. dixit Bal. in l. prædiis. C. de euictio. & in authen. præsente. C. de fideiuss. quam doctrinam pro no. refert & sequitur Lud. Rom. in consi. suo 41. incip. Visis, &c. in 2. col. & in consi. 472. incip. In eo quod quæritur. & Barba. in ca. 1. in 43. col. de offic. ordin. de quo latius scripsi in l. 2. C. de excep. rei iudi.

VIII.

1 *Papa, & si maxime moueri iustis in statuendo causis censeatur, sitque pro illius facto præsumptio, non tamen perpetuum est, nec semper procedit.*

2 *Papa aduersus constitutionem ecclesiasticã generalem respicientem, quid faciens, non est sustinendus, nisi cũ magna causa aliis nota, expressa, & quæ probari queat, id faciat.*

1 PRæsumendum est regulariter pro facto † Papę, vt habetur in c. proposuit. de consess. præben. per do. Anto. in c. quæ in ecclesiarum. de constitu. per doctos. in l. rescripta. C. de preci. imper. offe. Nam ipse semper præsumitur moueri ex iusta causa, vt in dictis locis. Hoc tamen limita nõ
2 procedere nec esse verum, vbi papa † facit aliquid contra constitutionem respicientem generalem statutum ecclesiæ, nam tunc non est sustinendus, nisi faciat cũ causa magna aliis nota, & est necesse illam probari & exprimi, qa alias non præsumitur. Istud fuit singulare dictum Inn. in in c. quanto. extra de consuetudi. quod dictum pro sing. alleg. & sequitur Ludo. Roma. consilio 483. incipien. Dubitatur. in penul. col. vbi pro hoc alleg. gl. in c. literis. de restit. spolia. & in dicto c. proposuit. de consess. præben. idẽ etiam dixit ipse Lud. Roma. in consilio suo 499. incip. In præmissa. in fi. penul. col. vbi alleg. Inn. sed corruptè. nam hoc dicit in dicto capit. quanto. de consuet. & ibi vide Barbat. in 14. col. Et vide etiam do. Feli. in c. nulli. de sent. excom. per totum cap.

IX.

1 *Communi perstare cogendus nemo & quid si testamento perstandum*

*standum hæredibus cauerit testator?*

2 *Communioni, quia nemo perstare cogendus, quin pluriũ cõmunionẽ inter se habentium, vnus reliquos ad bonorum diuisionem efficaciter prouocat, num idem in bonorum feudalium diuisione petenda inter plures cõuasallos sit sequendũ?*

1 NEmo cogitur stare in † communione. l. si C. cõmuni diui. l. si non sortem. §. si centum. ff. de condict. inde. l. in hoc iudicium. §. si conueniat. ff. communi diui. cũ simi. Quinimo non valet etiam dispositio testatoris, in qua mandat hæredibus suis, quod sempr stent in communione & in societate. d. §. si conueniat. & ita dixit Pau. de Cast. in dicto §. si centum & do. Alex. in cõsilio. 334. secundum ordinem meum incip. Circa primum, &c. in 3. col. nec ẽt cogitur quis stare in communione, etiam si iurasset stare, secundum Old. consi. 24 1. incipe. Factum tale est, paterfa-
2 milias. Scias† tamen vnũ, quod licet in diuisione bonorum sufficiat vnum ex sociis prouocare, vt habetur in dictis iuribus, & in toto. tit. ff. communi diui. attamen diuisione bonorum feudalium secus est, quia non sufficit prouocatio vnius vasalli, sed debent omnes cõuasalli conuenire & cõcordare, alias nõ potest fieri diuisi. ita probat te. vnicus & sing. in c. Imperialem. § præterea ducatus. de prohi. feu. alie. per Fede. in versi. si consortes voluerũt. ita illum tex. pro sing. ad hoc propositum allegat Abb. in consil. suo. 82. incip. Conditor omnium. in 6. col. ver. ego tamen notanter dico. vbi etiam adducit gl. iuncto tex. in clemen. sæpe. de verb. sig. quod est no. Et istud dictum Abb. refert & sequitur do. Feli. in c. quæ in ecclesiarum. in 35. col. de cõsti. ver. Secundo limitatur. & illum tex. ad hoc etiam allega. do. Alex. in consilio suo 7. incipien. In consultatione præmissa. in prin. in. 5. vol.

## X.

1 *Exceptionem ex iurisdictionis defectu quandocunque opponi posse, etiam post sententias conformes tres,*
2 *Exceptionem incompetentiæ, non obstante statuto omnes exceptiones excludente, opponi posse.*
3 *Iurisdictio iudicii fundamentorum fundamentum est.*
4 *Papa an de plenitudine potestatis sententiam à iurisdictione carente latam, ratificare ac approbare queat?*
5 *Attestationes alioqui inualidæ, num partium consensu validari possint? & id num perpetuum sit?*

1 TV scis, quod exceptio† proueniens ex defectu iurisdictionis, potest quandocunque opponi, & etiam post tres sententias conformes. gl. est sing. in clemẽ. 1. de sequestratione possessio. & fructuum. quam sequitur ibi Pet. de Anc. & Io. de Imol. & alij, & illam dixit singularẽ, & eam sequitur Pet. de Anc. in consi. suo 372. incip. De titulis. in vlti. col. circa medium. & Pet. de Anc. consi. suo 61. incip. Duplici respectu. in fin. & illam sequitur. etiam ipse Petr. de Ancha. in consi. 163. incip. De viribus & efficacia. in vl. col. & in consi. 16. incip. Visis diligenter. in princi. & Petr. de Anc. in cle. 1. de re iudi. & Bal. in l. si quis filio. §. quod si quis. ff. de iniusto test. & Abb. in c. episcopi. in prima col. extra de reb. eccle. non alien. & Ang. in consilio suo 159. incip. Dicta interlocutoria. in fin. & Ang. in consi. 248. incipien. Super primo quæsito. & illam glo. refert & sequitur Abb. in consi. suo 97. incip. Attingentia iuris ordinem. & Ludo. Rom. in consi. 42. incip. Visis quę &c. & Barbat. in consil. 20. incipien. Viso puncto, & his quæ agitata &c. in tertia col. in tertio vol. & Pau. de Cast. in l. fina. C. de arbi. & Abb. in consi. 82. incip. Conditor omnium. in fi. 5. col. & Flor. in l. quædam mulier. circa finem. ff. famil. erciscũ. & Corse. in not. 287. inci. Statuto cauetur, quod à sententiis &c. sub verbo, statutũ. 1. & Ang. de Are. in rub. insti. de excep. in 15. col. & in §. appellantur. in 9. col. eo. ti. quem omnino vide. Alex. in l. 1. §. & parui. in prima col. circa mediũ vbi latè loquitur. ff. q vi aut clã. p qua gl. & eius materia vide Lu. Ro. in dicto consi. 42. & in cõsi. 115. in fin. Ioan. de Ana. in consi. 50. in penul. colum. Bal. in additio. spe. in ti. de senten. in 2. char. versi. sententia lata à iudice incompetẽti & c. Alex. in consi. 77. in 5. 6. & 7. col. in 2. volu. Barba. in c. cũ in iure. in penul. col. in vlti. char. de offi. delega. Franci. de Aret. consi. 45. incip. diligenter & mature in 7. col. ver. Primo quidem. Bal. in l. 1. C. ne liceat in vna eadẽque cau. Ang. in l. 1. C. quando prouo. non est neces. Ang. & Imol. in leg. de pupillo. §. qui opus. ff. de operis noui nuntia. Lanfranc. in c. quoniam contra de probatio. Bal. super statutis in ver. bannitus. in 12. col. in quarta ver. Bal. in l. testamen. omnia. in prin. C. de testa. & do. Feli. in c. pastoralis. in fi. 3. col. & in princip. 4. col. de excep. vbi alle. plures alias. gl. dicentes illud idem, quod gl. in dicta clemen. 1. de sequestra. poss. & fruct. & alia dicit in hac materia, de quibus ibi per
2 eum, quem omnino videas. Et† adde quod dicta exceptio incompetentiæ potest opponi non obstante statuto excludente omnes exceptiones. secundum Bal. in l. exceptionẽ. circa fin. versi. sed pone statutũ. C. de probat. & alios quos adducit do. Philip. Decius. in consi. 38. incip. Circa primũ in penul. colu. Quinimo dicit Innocen. in capi. ex ratione. de appel. Bal. in Marg. sua, in versic. agens. quod. etiam post exceptionem sententiæ potest hoc ventilari. Et ratio
3 prædictorum potest esse, quia† iurisdictio est fundamentũ fundamẽtorũ iudicii, sẽm Ba. in cõsi. suo 15. inci. Ista causa &c. in princi. in primo vol. & Ludo. Bolog. in suo consi. 8. in fine. 1. col. Tene tamen singulariter menti vnum in hac
4 materia, quod† papa de plenitudine potestatis potest ratificare sententiam latam à iurisdictione carente, secundum Inn. in c. prudentiã. de offic deleg. in gl. quæ incipit, sed qd si iudex. quam doctrinam pro valde no. refert & sequitur Angel. in l. obseruare. in §. post hęc. ff. de offic. præsi. vbi ad hoc etiam alleg. gl. no. in c. nullus. 1. 9. q. 2. & tex. in ca. hoc quippe. 3. q. 6. & etiam cã refert & sequitur do. Felin. in c. ea quæ circa fi. de re iudi. Et vide omnino, quę dixi infra in sing. 201. incip. In confessum &c. post medium. vel circa. Et circa supra dictam materiã faciunt dicta per domi. Feli. in c. cum causam. in 14. col. in versi. fallit secundo &c.
5 de testib. vbi dixit, quod† licet alias attestationes inualidæ possint consensu partium validari, tamen hoc fallit nisi sint inualidæ, quia receptę à iuridictione carente. ad quod alle. do. de Rot. & alia de quibus ibi per eum. quę omnia tene menti, quia materia dictæ gl. est quotidiana. & ego infinitis vicibus eam habui in facto, & fortè non facilè alibi inuenies ad materiam dictæ gl. tot simul cumulata.

## XI.

1 *Spoliatum ante omnia restituendum, qualiter intelligendũ? & quid si ius non habeat spoliatus an idem in spiritualibus, quod in prophanis seruandum sit?*

a REgula vulgata est apud omnes, quod spoliatus ante omnia[a] est restituendus, de qua in l. si quis à se fundũ. C. ad legem Iul. de vi. & latè per Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquiren. poss. vbi ponit multas fallentias & limitationes ad hãc regulam de quibus etiam late
1 per Berth. in reperto. suo in versi. spoliatus. Sed† tene menti quod inquantum doctor. dicunt. dictam regulam non habere locum, quando apparet spoliatum nullum ius habere, de quo in c. cum ecclesia. de causa possess. & proprie. & in c. super eo. eodem titu. & in c. decimas. de restitutio. spolia. in. 6. & per Bald. in l. penul. in vlti. col. C. si a non cõpe. iudi. hæc sua limitatio limitatur, & restringitur habere locum in spiritualibus tantum, ne detur materia peccandi, secus in prophanis. Ita singulariter dixit. Oldra. in cõsi. suo 1. incip. In causa. in 2. col. alleg. ad hoc c. significasti. de diuor. & no. per Inn. in c. constitutus. de filiis presby. & c. literas. de resti. spol. & alia de quibus ibi per eũ, ad q vide ẽt Ang. in. l. Paulus. §. 1. ff. quibus modis pig. vel hyp. solu.

### ADDITIO.

a Spoliatus ante omnia. Adde Abb. in c. accedens. 2. no. vlt. lit. non contest. & Bald. in c. conquerente. col. 1. de restitu. spoliat. Ias. in consi. 122. lib. 4. Dec. consi. 34. col. vlt. & cõsi. 252. colum. 1. Et vlterius dicit sing. Abb. post Vincen. in cap. venerabili. de offi. deleg. quod postquam fuit restitu-

tus,



tus, non potest cogi comparere, donec steterit pacificè in possessione tanto tempore, quanto spolium durauit. & sequitur pro sing. Curt. cõsi. 41. in fin. Sed Rip. limitat in spoliato bonis omnibus, vel maiori parte, in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 49. ff. de acquiren. possess. Hanc tamen regulã, quod spoliatus ante omnia restituatur, limita sing. per Bal. in l. 1. versi. vel dic planius. C. de appellatio. vt nõ procedat, si reus vellet probare quod de illo mense quo dicitur facta spoliatio, ipse, vel etiam alius possideret, quia talia capitula debent admitti. & est aureum dictum secundum Iaco. de S. Georg. in l. si de vi. col. fi. ff. de iudi. vbi refert 25. limitationes ad dictam regul. Limitatur & secundo d. regula, quando quis ageret ad ad feudum & reus exciperet spolium rei mobilis priuatæ, quia talis exceptio non obstat, vt tradit Matthæ. de Afflict. decis. 19. incip. quidam Baro. quod est memoria dignum. & ibi idem dicit, si ageretur ad rem ecclesiæ. per c. frequens. de restitu. spol. lib. 6.

## XII.

1 *Confessioni ore proprio factæ nemò contrauenire potest, & quid de confessione ex contumacia præsumpta?*

1 NOlti, quod nemo† potest venire cõtra illud quod ore proprio confessus est. tex. est in l. generaliter. C. de nõ nume. pecu. & in c. per tuas. de probatio. Et tene menti, q istud habet locum nedum in confessione ore proprio facta, sed etiam habet locum in confessione pręsumta, puta ex contumacia, vt si statutum dicit quod cõtumax habeatur pro confesso. ita sing. dixit Oldr. in consi. 320. inci. Breues allegationes &c. in prima col. ad quod alleg. l. consillarios. C. de assesso. & l. locorũ. C. de omni agro deser. li. 11. § si vero quidam. in authen. de exhib. reis &c.

## XIII.

1 *Iudæi, quibus ex statuto, vel priuilegio sub vsuris pecuniam in rem furto sublatam mutuare licet, nec teneantur rẽ vero domino restituere, nisi resoluta cum vsuris pecunia ab his data, an in omni re furto subtracta idem efficere possent?*

1 VOlo tibi dare auream & singularem doctrinam, quæ vt puto, posset ibi dare de lacte & lana, ideo animaduertas: Tu scis, quod communiter per totam Italiam sunt statuta & priuilegia Iudæorum, volentia quod ipsi Iudæi possint mutuare sub vsuris pecuniam super re furto subtracta, nec teneanturr illam restituere vero domino, nisi si
2 bi soluatur pecunia sua vna cum vsuris. Sed† scias tu, quod tale statutum seu eorum priuilegium limitatur non habere locum in Iudęis mutuantibus pecuniam super re aliena scientibus ipsis Iudæis illam rem esse alienam vel furto subtractam, quia tunc tenentur illam restituere vero domino sine pecunia p eos exbursata & sine vsuris. iste est casus valde sing. in l. seruus cuiusdã. ff. de condict. indebi. vbi Ba. & docto. hoc volunt, quod etiã melius & apertius firmat Io. de Ana. in consilio suo 70. incip. Visis & põderatis &c. vbi singulariter loquitur, & idem firmat Bal. in consi. 92. incip. Tria possunt &c. in quarto. vol. & do. Feli. in c. causam quæ. in 9. col. post med. versi. interpretatio priuilegii &c. de rescrip. Et illum tex. etiam magnificauit Bald. in l. eos. c. de furt. dicẽs eũ esse no. cõtra receptãtes res furtiuas scienter. & illum tex. etiam summe not. ipse Bal. in rubri. C. de condict. ob turpem causam. & Ang. de Are. in tract. malefi. in ver. & vestem celestem. in 5. cha. versi. quid si qs emit sciẽter. Et vide Ias. omnino in dicta l. seruus. vbi no. loquitur in materia, & vide quę dixi in practica mea cau. crimi. in §. aggredior. nu. 31. Limita & secundo dictũ statutũ, seu priuilegium Iudęorum, videlicet, nisi bona subtracta essent ecclesię, vel alicuius forensis, qui nõ esset suppositus iurisdictioni statuentium, vel eius qui fecit tale priuilegium Iudæis. quia tales non obligantur tali priuilegio vel statuto, sed sunt in terminis iuris communis. ita singulariter dixit do. Abb. in c. quod clericis. de foro competen. in 9. col. ver. & ex hoc infero. & Bar. latius in cõsilio 75. inc. Viso puncto. circa 3. char. in ver. quarto facit in 3. vol. vbi alia plura allegat in proposito. Vide do. Rochũ in cap. fi. in 115. col. circa fin. de consuetu. Ad quæ etiã optime faciũt dicta per do. Alex. in consilio suo 44. incip. Videtur &c. in 3. & 4. col. in 5. vol. vbi videas. Et vide etiam Abb. idem tenentem in c. ecclesia sanctæ Mariæ de constit. in repetit. in vlti. char. in versi. ex hoc infero &c. & ibi domi. Feli. in 46. col. circa medium & Barba. in dicto suo consi. 75. incipi. Viso puncto. in sexta col. in tertio volu. Quæ omnia tene perpetuo menti, ego alias in ciuitate Comarũ practicaui primã limitationẽ, & ex ea cõsecutus sum decus & lucrũ.

## XIIII.

1 *Inquisitio fieri per iudicem non debet de delicto, fama non præcedente.*
2 *Inquisitio manans ex propria principis conscientia, de delicto famam præcedentem non desiderat. Et quid si ad alterius petitionem impetrata fuerit? 3.*

1 AD hoc vt† inquisitio possit formari per iudicem de delicto contra aliquem oportet quod fama seu diffamatio præcedat, aliter iudex non potest procedere cõtra aliquem, vt habetur in c. qualiter & quando. & in ca. inquisitionis. de accu. & ibi hoc no. Inu. & Io. And. & alii, & voluit Ang. in repetitio. l. si vacantia. C. de bon. vac. & Bart. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. & in l. fi. & in l. 1. in princ. eodem ti. Vide omnino Alex. consi. 179. inci. In causa Anglorum. in penul. col. in 2. vol. & vide in meo repert.
2 ad literam I. 25. char. in 3. notab. Hoc† tamen scias non procedere, nec locum habere, quãdo inquisitio emanat de cõscientia principis, quia tunc nõ requiritur, quod præcedat fama seu diffamatio, vel indicia, nam consciẽtia principis supplet omnem solennitatem. ita dixit singulariter Inn. in c. cum oporteat. de accusa. & Bal. eum sequendo. in l. nullus. C. ad legem cul. maiesta. & Ang. Aretin. in tracta. malefic. in versi. fama publica. versi. aduertendum autem, &c. & do. Bar. Cæpol. in consi. suo 17. incip. uisa. in vlti. colum. Quam tamen limitationẽ sanè intelligas, quando inquisitio formatur de mandato seu ex conscientia principis ex motu proprio ipsius principis. nam tũc non requiritur dif-
3 famatio, nec alia, secus† si ad postulationem alterius princeps hoc mandat. ista est gl. singu. c. 2. de accusa. lib. 6. Alias etiam limitationes ad prædicta vide per Specul. in titul. de inquisitio §. nunc tractemus. versic. hoc autem not. & ibi Io. And. in addit. & vide latius per domi. de sancto Gemi. post Io. And. & Archi. in dicto ca. 2. & per doct. in dicto. cap. cum oporteat, & in c. fi. de accusa.

## XV.

1 *Maleficio auxilium, consilium, vel fauorem præbentes, num eadem, qua præcipuè committens, pœna puniri debeãt, maximè id statuto cauente?*
2 *Et qualiter statuta huiusmodi intelligi debeant?*
3 *Puniri mitius illum, in cuius domo quid admittitur, eodem patiente, quam principaliter deliquentem.*

1 STatuta† communiter extant per Italiam, disponentia, quod præbentes auxilium, consilium, vel fauorem maleficio, puniantur eadem pœna qua committennes. quod etiam videtur cautum de iure ciuili, vt habetur in l. si quẽquam. C. de episco. & cleri. & in l. quisquis. C. ad legem Iul. maiesta. & in l. 3. ff. ad legem Cornel. de sicar. cum simil. At tamen tene menti, quod si quis præstiterit opem, auxiliũ vel fauorem maleficio, non debet puniri eadem pœna qua ipse principaliter committẽs maleficium, sed debet mitius
a puniri.[a] Ita singulariter dixit Sali. in l. 1. C. de raptu virgi. quem refert & sequitur do. Bart. Cæpol. in cõsi. suo 27. in-
a Filio incestuoso.Idẽ probat Corsc.sin.137.inci.licet nepos.& Alex.in l.Gallus.§.quid si his.ff.de lib.& posth.& est communis opinio, vt dicit Sal.in d.l.si quis incesti.& Corne.consi.25.vol.1.licet Ias.in dicto §.quid si is.discutiat.& Pet.Duenas in reg.366.incip.filius spurius de iure ciuili.in 2.limitat.versi.quæ limitatio in nepote nato.

CXLIIII.

1 *Error in nomine appellatiuo, si modo de corpore constet, actũ aut dispositionem nõ vitiat. Et ideo si error in nomine appellatiuo banniti sit, bannum ob id inefficax non redditur.*

1 Error†in nomine appellatiuo nõ vitiat actum, seu dispositionem, dummodo de corpore cõstet.ita habetur per scriben.in l.si quis in fundi vocabuco.ff.de lega. 1.& in l.his verbis.§.fi.ff.de hæredi.instituen.& per docto.post gl.in l.quæ extrinsecus.ff.de verborum obligatio.Et ideo tene menti, ꝙ si quis, putà Titius, fuit exbannitus ex ciuitate pp homicidium, & in banno iudex errauit, quia debebat dicere, ꝙ banniebat Titiũ de Mutina, quia erat de Mutina, & dixit Titiũ de Ferraria, & sic errauit in nomine patriæ, attamen valebit tale bannũ, si cõstat de corpore, & de maleficio per eũ commisso.ita sing.dixit Ang.in d.l.his verbis.§.fi.ff.de hære.instit.vbi refert alias quendã hic Bononiæ fuisse decapitatum, qui erat descriptus in numero bannitorũ tãquã esset de vna ciuitate, cũ esset de alia, & ipse pp hoc nõ credebat esse bannitum, attamen fuit captus, & decapitatus & iustè, ẽm Angel.ibi, ex quo cõstabat eum fore citatum & maleficium commisisse, & istud dictum refert, & sequitur pro valde not.Bar.in c.significante.in 4.char.de rescrip.

CXLV.

1 *Fidem frangenti, eidem quoque fides frangenda Et ideo si nouandi animo transactum sit, in idq; datum pignus, nec seruetur transactio pignus merito retinetur.*

1 Frangenti†fidem fides frangatur eidem.l.quæro.§.inter locatorem.ff.loca.cũ simili. Attamen teneas mẽti, ꝙ licet transactio sit facta animo nouandi, & ex ea pignus datum sit, si tamen transactio non seruatur, pignus non restituitur, sed pro obligatione nouata retinetur, ꝙ est valde notatu dignum, ita sing.dixit Ange.in l.est differentia.ff.in quibus causis pigno.tac.contraha.& vide Ang.de Are.in §.item Seruiana.in 3.col.versi. quæro an inuecta &c.Institu.de actio.

CXLVI.

1 *Creditorem pecuniam sibi promissam recipere ante tempus, nisi alioqui debitoris intersit, cogi non posse, & quid de vino, oleo, grano, & id genus speciebus, quæ temporis cursu deteriores fieri possunt.nu.2.*

1 Creditor†non põt cogi ante tempus ad recipiẽdam pecuniam sibi promissam, nisi intersit debitoris, vt habetur in l.si pecuniã.ff.si certum peta.& in l.Titius.ff. quæ res pign.oblig.pos.& l.qui Romæ.in princ.ff.de verborum obligat.Scias tñ in hac materia ꝙ licet aliquo casu creditor cogi possit recipere pecuniam sibi debitam
2 ante tps, attamen†qñ aliquis debet recipere aliquid ab aliquo ꝙ cursu temporis deteriorari põt, vt vinum, granum, oleum, & similia, nunquam hoc casu cogitur recipere ante tempus. Istud fuit singular.dictũ Gulie.de Cu. in l.comparatione.C.de fide instru.quod dictũ pro valde, not.refert & sequit Ang.in d.l.Titius.in fi.ff.quæ res pig. obli.pos.de quo etiam aliquid per Pau.de Cast.in l.item, quia.in fi.versi.vltimò quæro ff.de pact.

CXLVII.

1 *Filius præsens ac tacens ex matrimonio per parentes suos cõtracto obligari põt. Et quid de alijs parẽtibus cõsanguineis filij, vel filiæ? At si reticẽtiam huiusmodi causa cognita ob parentum, vel alterius reuerentiã, intercessisse appareat, minimè filius, vel filia tali obligabitur matrimonio.nu.2.*

1 Filius†præsens & tacens obligat ex matrimonio cõtracto per parentes suos.c.vnico de despon.impube.li.6.& hoc procedit, & inductum est fauore matrimonij & fauore parentũ, secus tñ est in alijs cõsanguineis illius, filij, vel filię, quia licet sit pñs & tacens, nõ obligatur ex matrimonio contracto per tales consanguineos, ẽm Io. And.in dicto c.vnico.in nouella.& do.Abb.in c.nonne. de præsump.& in c.1.in vlti.not.extrà de matri.contra.
2 contra interdic.eccle.Sed†hoc dictum limitatur, videlicet, nisi causa cognita constaret filium vel filiã ob reuerentiam parentum, vel alterius ipsorum, tacuisse, quia tunc filius qui tacuit, non obligabitur tali matrimonio. Ita sing.dixit do.Abb.in d.c.nonne.in vl.co.de præsum. ꝙ dictum refert & sequitur do.Fel.ibi, in 2.col.& de eo facit magnum festum, dicens, ꝙ nunquam obliuiscaris hoc dictum, quia istud dictum ipse alibi non legi, & ꝙ istud dictum est aptum infringere mille sponsalia. Vide infrà in singul.215.incip.validum est argumentum, & in sing.347.incip.matrimonium &c.

CXLVIII.

1 *Fidẽ fallere graue; pacta seruare fidei humanæ congruere, nihilq; fide melius, nihil itẽ in principe fide recta splẽdidius.*

2 *Actio ex pacto nudo quanquam non prodeat, ex eo tamen iustitia petita degradari minimè debet. nam verecũdia est, denegare, quod pacto nudo promisit.*

3 *Fide Deum obligari, qui nec inter simplicem loquelam ac iuramentum differentiam facit.*

4 *Fidẽ his temporib. pessum ijsse, prorsusq; interijsse, insidos ac improbos alios anteire, & à complurib. venerados haberi.*

1 Graue†est fidẽ fallere.l.1.ff.de const.pecu.in princi. Et nihil tã congruum humanæ fidei, quã pacta seruare.l.1.ff.de pact.l.iurisgentiũ.§.prætor ait.eodem tit. Vide Decium in l.ea est natura.ff.de reg.iuris.ad fin. Et ideo dixit gl.& Bal.ibi postea in l.à procuratore. C. mã. ꝙ nihil est melius bona fide.& facit tex.in epistola, inter claras.C.de summa trin.& fide cath.vbi dicit, ꝙ nil luce, præfulget quam recta fides in principe. Et ideo tene mẽ
2 ti singulare verbũ do.Andr.nã tu scis, q†ex pacto nudo nõ oritur actio regulariter l.iurisgentium.§.sed cũ nulla.ff.de pact.cum simil.attamen licet pactum nudũ non pariat actionem de iure, quia tñ procedit ẽm præcepta iurisgentium, non debet denegari iustitia si pro illo petatur.ita sin.dixit do.Ant.in c.quæ in ecclesiarũ. de const. quod dictum refert, & sequitur do. Alex.in l.Quintus. in apost.ad Bart.ff.manda.pro quo dicto ipse do.Alex. allegat aliqua ibi, de quo dicto vide eundem Alexan. in dicto §.sed cum nulla.circa finẽ.& pro istis facit quod dixit Barto.in dicta l.Quintus.vbi inquit, ꝙ verecundia est denegare quod pacto nudo quis promisit.& ideo dixit Bal.in dicta l.1.ff.de pact.in princi.quòd Aristoteles dixit ad Alexandrũ, ò Alexãder, serua fidem, & ibi etiã refert
3 refert magistrum sententiarum dicentem, q†Deus obligatur ex fide.& pro istis facit tex.in c.iuramenti.22.q.2. vbi dicitur, ꝙ inter simplicem loquelam & iuramentũ. Deus non facit differentiam.quod etiam dixit gl.in c.1. extra de pac.& faciunt dicta per doct.in l.digna vox.C.
4 de legi.attamen†prædicta cessant modernis temporib. quia vt experientia docet, fides in totum est annihilata, & infidi & improbi sunt in pretio, & alios antecedunt, & à quam pluribus venerantur.

CXLIX.

1 *Vota à vouẽtibus persoluẽda, si tamẽ causa iusta id nõ vetet & iura votis, ac vota persoluẽtib. fauere. Ac proinde qui cõfinia sibi sub pœnã assignata, votorum persoluendorũ causa egreditur, ea violare nõ censetur, nec in pœnã cadit.*

2 *Voti persoluendi occasione mulier de carceribus exiens, non dicitur de carceribus aufugere.*

3 *Filius monasterio addictus patris alendi causa libere exire monasterium potest.*

1 Vouentes†tenẽtur vota adimplere, nisi aliqua iusta causa adsit. vt habetur in toto titulo extra de vot. facit illud, videlicet, Vouete & reddite, &c.& iura fauẽt votis, & vota adimplere volentib.Ideo tene menti, ꝙ si alicui sint assignata confinia.& ille promittat non exire de confinibus sub pœna, si tñ exit de cõfinibus, vt vadat ad complendum votum, non cadit in pœnã.text. est, & gl.sing.in l.illud.ff.de offi.præsid.quæ iura ad hoc allegant Moder.in c.literaturã.de voto. Et facit, quòd dicit
2 Bal.in leg.2.in 3 col. C. de edil.act.vbi dixit † quod mulier exiens de carceribus vt vadat ad aliquam ecclesiam causa implendi votum, non dr̃ aufugisse de carceribus, quod nota. Adde hic Pau.de Cast.in l.si filiusfamiliàs.§. fi.ff.de procurat.vbi dr̃, quòd facta religionis gratia excusant facientem. Et facit dictum Rayne.de Forli.in l. qui cũ vno.§.fi.de re milita.vbi dixit per illum te.quòd
3 †filio existenti in religione licitum est illã exire pro alẽdo patrem.quod dictũ refert & sequitur Nellus in tractatu bannitorum, in prima parte secundi temporis, qõne 48.incip.Quæro an bannitus.in fin.

CL.

1 *Meretricis publicæ non nuptæ & si accessus impunè sit, ad meretricem publicam nec nuptam carceri iniectam adire impunè non licet no.4.*

2 *Bannitum in carceratum occidere, aut offendere impunè non licet, licet alias id statutum permitteret. Et quid si huiusmodi incarcerato proximi affines venena neci deuitãtandæ mortis alterius causa propinent nu.3.6.*

5 *Occidere inimicum bello licito captum non licet.*

1 Accessus†ad meretrices publicas non nuptas est impunibilis de iure.vt habetur in l.si vxor.& ibi p Bar. ff.ad legem Iul.de adulte.& in l.si ea.& in l. qui adulterium.& vtrobique per Ang.C.de adulte.& habetur in l. verũ.ff.de fur.vbi voluit hoc Bart. dicens, quòd coitus cũ meretrice ẽ impunitus, alle.l.j.C.de cõcub.Vide Alex. in consi.99.incip.visa inquisitione.in 6.vol.in vlt. col.in princi.Et hoc voluit Alber.Gandi.in suo tra. maleficiorum, sub rub.de aliquibus qõnibus variis in maleficijs. in 1.col.in fi.ver.quæstio de facto.Do tñ tibi casum sin. in quo accessus ad publicas meretrices ẽt non nuptas, & habens rem secũ, punitur tãquam si accessisset ad mulierem honestam, qui casus est qñ meretrix ipsa est carcerata, nam tunc accedens ad eam, & habens rem secũ, punitur ac si accessisset ad mulierẽ honestam. Ita sing. dixit do.Paris de Puteo in suo solenni tractatu syndicatus, in 16.char.sub verbo, adulteriũ.in 1.col.Mouetur ad hoc
2 dicendum rõne notabili, videlicet, Nam†licet ex forma statuti bannitus possit impunè occidi & offendi, attamẽ istud fallit in bannito capto & carcerato, quia talis bãnitus & carceratus non potest offendi, quia carcerati sunt sub protectione curiæ l.fi.C.de custo.reo.& offendẽs talem bannitum debet puniri.ita dixit Bart.in l.in laqueũ .ff.de acquiren.rer.dom.& in l.3.§.transfugas.ff.ad legẽ Cornel.de sicar.& in lege legis Iuliæ.ff. ad legem Iul. de vi priua.Sed tu adde quòd idem tenet do.Nellus in tracta.bannitorum.in 2.parte secundi temporis, qõ. 28.& ibi in quæstio.23.incip.quæro quidam.& Bal.in l.liber-
3 tas.ff.de statu.homi.vbi subdit in proposito, quòd†si captus est bãnitus & carceratus, & debet suspendi, quòd si affines sui eum venenant in carcere, ne vituperentur, ꝙ puniri debent tanquam paricidæ.idem dixit Io.de Anani.in c.cum iuramento.in vlt.col.de homici.& de bannito carcerato tenuit idẽ Bal.in l.fi.C.de malefi.& mathe.& in l.fideicommissa.§.si quis.ff.de lega.3.& in l.1. C.vnde vi.in penul.col.& voluit Bart.in §.arripiat.in authen.vt omnes obe.iud.& Io.And.in additio. Specu.in titu.de accusat.in 4.parte.in §.sequitur.in additio. magna.in 3.co.& Io.de Im.in l.Publius.§.1.de cõditi.& demonstratio.& Io.de Ana.in dicto c.cum iuramento. & in c.1.in fi.de sortileg.Et sic ex hac rõne conclusit ipse
4 do.Paris in d.suo tracta.quod† licet meretrix possit impunè cognosci, non tamen hoc habet locum in meretrice carcerata, ne fiat iniuria castitati carcerũ, & loci qui est publicus, per l.1.C.de offi.ciuil.iud.& per rationem authen.nouo iure.C.de custo.reo.tene menti, quia alibi non legi hoc dictum.Pro quibus etiam facit quod volui Pau.de Cast.in consi.suo 196.incip.viso processu. in secunda col.vbi dixit, †quod etiam in bello licito non est
5 licitum occidere inimicum postquam est captus, per d. l.libertas.& vide Alber.de Catan.in tract. violantes. in verbo, mortui.in 3.char.in 3.col.in fi. & ibi in sequent. col.Et idem dixit te.in c.noli æstimare.23.q.1.& Alber. Gand.in tracta.maleficiorum, sub rubr.de bannitis pro
6 maleficio.in 7.col.ver.vltimò duas quæstiones.vbi† melius omnibus alijs examinat illud de bannito capto, an possit tunc impunè occidi à priuato vigore statuti permittentis bannitum posse impunè occidi.

CLI.

1 *Interpretatio benignior ĩ dubijs & obscuris semp desumẽda ẽ.*

2 *Et an id vbi de animæ vtilitate agendum locum habeat?*

3 *Vsurarius si in testamẽto se vsurarium fassus fuerit, ad quod vitæ & quantum tempus referatur.*

4 *Irregularem se in foro animæ quis præsumere debet.*

1 Semper†in dubijs & obscuris benignior interpretatio est fienda l.semper in obscuris.de reg.iur.l.Arrianus .ff.de act.& oblig.l.absentem.ff.de pœn.l.merito.ff.pro soc.cum infinitis similibus.de quo ego latè locutus sum adducendo fortè centum doctrinas, & pulchra dicta in repetitio.mea l.final.C.de probatio.in quinquagesima
2 char.Sed scias, †quòd ista regula non habet locum, vbi agitur de vtilitate animæ.quia tali casu melius est præsumere delictum quàm non delictum.ita singu.dixit Pet. de Anchara.in consilio suo 179.incipi.prima facie.vbi
3 †consuluit, aliquis in testamento cõfessus est se esse vsurarium, vtrum ista cõfessio referatur ad totum tempus præteritæ vitæ, vel ad quantum, adeò quòd possit agi cõtra hæredem vt restituat?& concludit, ꝙ refertur ad totum tempus vitæ, cum agatur de salute animarum.vnde cessat d.l.merito.& alia iura allegata, quia in foro aĩæ timenda est culpa, etiam vbi culpa non est c.consilium. de obser.ieiu.& istud dictum pro valde no.allegat & sequitur do.Fel.in c.dudum.in 5.col.in princ.de præscri. vbi pro hoc etiam allegat Inno.in c.ad audientiam. de
4 homi.vbi dicit, †quòd in foro animæ debet quis in dubio præsumere se irregularem.& allegat c.illud.de cler. excom.mini.& gl.in c.consulti.de regu.& illud dictum etiam refere & sequitur do.Fel.in c.auditis.in antepen. col.de præscr.vbi ipse per duas colũ.ponit multa circa materiam dictæ regulæ, quòd semper in dubiis, &c. Et vide Cazalu.in repet.l.admonendi.in 19 char.in 3.col. ver.quinimo.ff.de iureiu.& Bal.in c.j.in princ.in 6. col. circa prin.quib.mod.feud.amit.

CLII.

1 *Sententia, si intra decẽ dies appellatum nõ sit licet in rẽ iudi*

ca'am

*catam tranſierit, agenti tamen de ſententia nullitate probabili ratione interim appellandi tempus.*

1 SVccumbens ſin cauſa habet decem dies ad appellãdũ. authen. hodie. C. de appellatio. & in corpore vñ ſumitur, aliàs non appellando intra decẽ dies à tpe ſnĩæ ipſa ſententia tranſiuit in rem iudicatam, vt in dictis iuribus habetur. Scias tñ vnum, ꝙ ſi aliquis agendo principaliter de nullitate dicit ſententiam nullam, & probabili ratione hoc facit, ꝙ interim ei non currit tempus appellãdi. ita multum not. dixit Bal. in l. contra maiores. circa finem. C. de inofficio. teſt. quod dictum pro valde notab. & eleganti refert & ſequitur Ang. in l. Paulus. in §. hæres rogatus. in fi. primæ col. ff. de vſur. & vide quæ dixi ſupra in ſingula. 5 i. incip. inſtantia cauſæ, &c.

CLIII.

1 *Clauſula, ſi preces veritate nitantur, magni eſt effectus. Vnde ſi Papa certum quid fieri mandet ſub excommunicationis lata ſententia pœna, nec id fiat, non incurritur non obediendo excommunicatio, ſi narrata vera non ſint.*

1 CLauſula, † ſi preces veritate nitantur, eſt magnæ importantiæ, de qua per Hoſti. & docto. in c. ex parte 1. de reſcrip. Bar. in l. à diuo Pio. ff. de re iudic. & in l. iuſtè poſſidet. ff. de acquiren. poſſeſſ. & in conſi. incipien. miſſus in poſſeſſionem. per Innocen. in c. cum noſtris. de cõceſſ. præben. per gl. & docto. in l. item quia. ff. de pact. per Bal. in l. præſcriptione. C. ſi cõtra ius vel vti. publi. ꝑ Ho. in ſum. in titu. de reſcrip. §. quid iuriſdictio conferat. per Ang. in §. ſed quod princip. Inſtit. de iure natu. ver. addas ꝙ non præſumitur placere. Et in materia huius clauſulæ tene menti, vnum ſingula. verbum, videlicet, ꝙ ſi Papa mandat fieri certum quid ſub pœna excõicationis læ ſnĩæ, & illud non fiat, non incurritur excõicatio non obediendo, ſi narrata non ſunt vera, quia iſta conditio, ſi præces veritate nitãtur, quæ ſubintelligitur, ſuſpendit excommunicationem ante eius verificationẽ. iuxta no. in c. præterea. de appel. Ita ſingu. & egregiè dixit Petr. de Anch. in conſi. ſuo 241. incip. per prædicta, & c. ad fi. qđ dictum refert, & ſequitur pro valde nõ. do. Fel. in c. 1. in 10. col. poſt medium. de præſum. & in c. ex parte. in princip. 5. col. de reſcrip.

CLIIII.

1 *Parietem, vel domum ad cœlum vſque attollere cuilibet licet. Id autem quot caſibus non liceat?*

2 *Feneſtram vel in pariete proprio ad alterius æmulationem facere non licere.*

1 CVilibet licitum eſt parietem, vel domum ſuam tollere vſque ad cœlum, vt habetur in l. altius. C. de ſeruit. & aqua. & in l. fi. ff. de ſeruit. & in l. fi. §. pen. ff. quod vi aut clam. & in l. cum eo. cum ſimi. ff. de ſeruit. vrba. prædio. Tamen limita hoc tribus modis. Primo per caſum notabilem in l. fi. §. fi. ff. de ſeruit. vrba. prædio. Secundo limita ꝙ non licet tollere domũ ſeu parietẽ qñ præiudicaret vſufructuario vicino. Ita not. dixit Ang. in l. ſi is q. ff. de vſufruct. vbi dicit hoc eſſe notandum contra illos qui locant domos, vel vſumfructum earum concedunt, vt non poſſint poſtea altius tollere ædes ſuas, per quas auferatur lumen domorum locatarum. ꝙ dicit ibi Ang. eſſe not. quia quotidianum. Tertio limita, niſi quis velit tollere ædes ſuas vel parietem principaliter aõ & intẽtione nocendi, & non alia neceſſitate ductus, quia tunc non põt. ita not. dixit Ludo. Ro. in conſilio ſuo 52. inci. in qõne. circa finem. allegat l. 1. §. denique. ff. de aqua pluuia arcen. & idem apertius firmat Pau. de Caſt. in d. l. fin. ff. de ſeruit. vrba. prædior. vbi dixit, ꝙ conſultus ita de facto reſpondit. Vide Alex. in conſil. 9. incip. conſideratis. in 6. vol. per totum. Et pro hoc faciunt optimè dicta p
2 Salic. poſt Bal. in d. l. altius. vbi dixit, † ꝙ etiam in ꝓprio pariete quis non poteſt facere feneſtram ad emulationẽ alterius, putà vt inſpiciat religioſos, vel religioſas, vel vxorẽ, vel filiam vicini, ſecus aũt ſi concurreret vtilitas ſua, quia tũc poſſet, licet tunc vicinus dãnum pateret. ita dicunt doctor. in dictis locis. tene menti prædicta, quia quotidiana, & aliàs dum fui in officio pluries iudicaui ſuper huiuſmodi feneſtris, vel muris fiendis, vel non fiẽdis inter vicinos rixoſos & nequiſſimos, quia ſæpius proſequuntur ſe capitali odio, vt docet experientia.

CLV.

1 *Iudex etiam poſtquam in cauſa concluſum eſt, vſque ad ſententiam pro diſcutiendis circa cauſæ merita dubijs, ad priuatam vtilitatem partes interrogare poteſt. Et qualiter id limitetur ac procedat.*

1 DOctrina fac concluſio cõis doctorum eſt, ꝙ poſt cõcluſum in cauſa vſq; ad ſnĩam iudex poteſt interrogare partes ad clarificanda dubia circa merita cauſæ, ẽt ſi procedat ad vtilitatem priuatam, de quo habetur per docto. in c. paſtoralis de cauſ. poſſ. & proprieta. per Bar. in l. ſi ꝙ ex Pamphila. in fi. ff. de le. 2. in l. 1. C. de ſent. quę pro eo ꝙ intereſt, per Bal. in c. eam te. in 3. col. de reſcri. ex parte. in 4. col. eodem tit. & in c. cum clamor vbi per docto. de teſti. & in l. 2. C. de reſcinden. ven. & in l. tranſigere. in 4. col. C. de tranſactio. & in l. presbyteri. in 2. co. C. de epiſc. & cleri. & in c. cum Io. vbi eſt bonus text. extrà de fide inſtrum. & in pluribus alijs locis, quæ non refero breuitatis cauſa. Limitatur, † & reſtringitur ſingul.
2 per Inno. procedere & habere locum dummodo iudex ipſe interroget circa dubia eorum quæ acta ſunt ante cõcluſionem in cauſa, ſecus autẽ ſi vellet de alijs quærere, vel interrogare, quia non poſſet ſm Inno. in di. c. cum Ioan. quod eſt multum not. ꝙ dictum dicit ibi do. Cardin. eſſe incognitum ſeu ignotum, & ꝙ ipſe ſæpe vidit hoc dictum ignorari inter eos qui reputabantur peritiſſimi in iure. ideo eſt ſignandum ſm ipſum. & iſtud dictũ commemorat do. Fel. in d. c. cum Ioãnes. referens prædicta verba do. Cardi. ſubdens ꝙ ita etiam dixit Spec. in ti. de poſi. §. 4. ver. ſed ſi ante. & Bal. in l. per hanc. circa prin. ci. C. de tempo. appel. & Pet. de Anc. dicens ſe ita conſuluiſſe in c. 1. in 1. col. de conteſſ. in 6. & Ludo. Ro. in l. 4. §. hoc autem iudicium. in vlt. col. ff. de dam. infect. & Domici. in c. 2. in vlt. col. de reſtitu. in integrum. li. 6. & Specu. in tit. de teſte. §. ſatis vtiliter. verſi. Quid ergo ſi peto. & dicit ꝙ ita conſuluit do. Car. conſilio 74. inci. Titius, & alia ibi adducit ad propoſitum not. quæ videas per te. Vide tamen do. Alex. in d. l. 4. in d §. hoc autem iudiciũ. in 3. col. in verſi. tertio adducit. ff. do dam. infect. vbi tenet expreſsè contrarium.

CLVI.

1 *Teſtamenti ſolennitas ſeptem teſtes deſiderat, probaritamẽ per duos teſtes teſtamentum poteſt & id quando.*

2 *Statutorum volumine per dito, tenorem ipſorum teſtibus probari poſſe, quæ probatio quoddam notorium dicitur.*

1 NEmo prudens eſt, qui neſciat, ꝙ ad validitatem teſtamenti requiruntur ſeptem teſtes, vulgata le. hac conſultiſſima. in princ. C. de teſta. Inſti. §. 1. l. fi. in fi. C. de codicil. habetur in l. hæredes palam. in §. penul. ff. de teſt. cum ſimilib. Tenetamen menti perpetuò, ꝙ eſt dare caſum quo ſufficit probare teſtamentum per duos teſtes. Nam licet regulariter teſtamentum debeat probari per ſeptem teſtes, vt dixi, tñ ſi ipſa ſcriptura teſtamenti facta fuit corã ſeptem teſtibus, & eſt deperdita, ſufficiet hoc caſu probare per duos teſtes. caſum amiſſionis illius ſcripturæ, & continentiam ipſius, ad hoc vt dicatur eſſe plenè probatũ teſtamentum. Ita ſingulariter dixit Bal. per illũ. tex. in l. teſtium. in 2. col. C. de teſti. ꝙ eſt menti tenẽdum ſm eum ibi, quod dictum ſequitur ibi Sali. & illud refert & approbat Ludo. Ro. in l. 2. C. de bonorum poſſ. ſecundum tabu. & Rapha. Cuman. in dicta l. hæredes palam. in prin. vbi dicit hoc dictum eſſe menti tenendum, de quo dicto etiam facit teſtum do. Bapti. de S. Seuer in repetitio. ſua l. admonendi. in 44. col. in fi. ff. de iureiuran. & do. Alexan. in dicta l. 2. C. de bono. poſſeſſ. ſecundum tabu. vbi plura bona dicta pro hoc dicto Bal. adducit, & idem do. Alexan. in l. ſi vnus poſt princi. C. de teſta. &



ſta. & in l. 2. §. diuus. ff. de iure fiſci. Pro quo optimè faciũt
2 dicta per Bal. in l. 1. §. fi. C. de cadu. tollen. vbi dicit, quòd perdito volumine ſtatutorum poteſt eorum tenor probari per teſtes, quæ probatio eſt quoddam notorium. ꝙ dictum refert & ſequitur do. Fel. in rubri. de conſtitu. in 2. col. & faciunt dicta per Bal. in c. 1. §. ſacramentum. in 3. col. in fi. de conſue. rect. feu. & per eundem in ca. 1. §. ſi. n. domino. in prin. quid ſit inue. & p eundẽ in c. 1. in vlt. col. quot teſtes ſint neceſſarij. & per Bal. in l. comparationes. ver. 3. not. C. de fide inſtrum. & per do. Alex. in conſi. 47. in fi. penul. col. incip. abundè. in 2. parte conſi. & in eo. vol. conſi. 195. incip. viſo teſtamento. in 2. col.

CLVII.

1 *Statuto cauẽte, ne probatio fieri poſſit niſi per publicũ inſtrumentum in certis caſibus, quinque tamen teſtibus fieri poteſt, vt qui vicem publici inſtrumenti præſtent.*

VOlo te docere ſingulare verbum, & vtilem doctrinam puram in materia probationum, in quo tpe iuuẽtutis meæ dum eram ſcholaris allegaui in voce, & in ſcriptis, poſtea doctor bis conſului & obtinui. Sæpenume-
1 ro† vigent in ciuitatibus ſtatuta prohibentia probationem fieri in aliquibus caſibus, niſi per publicum inſtrumentum, tñ etiam hoc caſu poterit fieri probatio ꝑ teſtes non obſtante tali ſtatuto, nam hoc loco inſtrumẽti publici poterit fieri probatio ꝑ quinque teſtes, & erit plena & valida. Iſtud fuit ſingu. dictum Cyn. in l. optimã. C. de contrahen. & committen. ſtipula. alleg. tex. in l. teſtium. C. de teſtib. idem dixit do. Abb. referens Cy. in d. l. optimam. in c. ſicut conſuetudo. extrà de probatio. & in c. cum Io. in recollectis Parmẽſibus. de fide inſtrum. ꝙ dictum ẽt commemorat do. Fel. in d. c. ſicut conſuetudo. in 5. col. de quo etiam dixi in conſilio meo 44. quod incip. in cauſa præſenti. in 2. char. poſt medium. vbi videas. Et vide do. Fel. in c. ſi quando. in 10. col. in princ. de reſcrip. Quod dictum non tradas obliuioni, quia not. & lucroſum eſt, & ego eum habui in facto dum aſſiderem in ciuitate Albiganæ in partibus ſanuenſium.

CLVIII.

1 *Conſtitutum, ſeu præcarium in obligatione pro obſeruatione contentorum appoſitum magni effectus eſſe, & cõtra poſſeſſorem condictione ex l. ſi. C. de acq. poſſ. nulla excuſſione ad uerſus debitorem facta patere.*

1 HOdie cõiter in obligationibus apponitur conſtitutum ſeu præcarium, nã debitor dicit, ꝙ pro obſeruatione contentorum in tali obligatione, vel inſtrumẽto conſtituit ſe nomine creditoris oĩa bona ſua poſſidere, iuxta l. quod meo. l. interdũ. cum ſequen. ff. de acqui. poſſeſſio. quæ appoſitio conſtituti ſeu præcarij eſt maximi effectus. nam tunc ſi ipſe debitor alienat aliqua bona poteſt creditor tanquam poſſeſſione priuatus agere contra poſſeſſorem nulla facta excuſſione contra debitorẽ, & põt agere condictione ex l. ſi. C. de acquir. poſſeſſio. & fortius ẽt non excuſſis alijs ſi plures eſſent ad eundẽ debitum obligati, ſm Iacob. Butrig. in auth. hoc ſi debitor in fi. verbis. C. de pig. ꝙ ẽt voluit Ang. in l. exitus controuerſiæ. & ibi Rap. & Io. de Imo. ff. de acqui. poſſeſſ. idẽ firmat do. Alexan. ibi, circa finem. dicens, ꝙ hoc etiam voluit Iaco. Butrig. in l. ſi. cum authen. ibi poſita. C. de actio. & obliga. & Pet. de Anch. ibi in ſuis reportatis. & Ange. in d. l. ſi. C. de acquiren. poſſeſſio. & Bal. in le. 1. C. de reuoca. his quæ in fraudem credito. vbi dicit hoc eſſe verum, quando intentatur conditio in d. l. ſi. ſecus ſi agere tur hypothecaria. idem voluit Ang. in leg. 2. §. in hac actione 2. in fi. ff. vi bonorum rapto. & Bal. in l. 1. in fi. in reportatis antiquis. ff. pro Soc. Ita reſidet do. Alexan. in dicta le. exitus. ſed vltra eum dicas, quòd idem voluit do. Flor. in d. authen. hoc ſi debitor. & Ang. de Are. in §. item ſi quis in fraudem. in 6. col. in fi. ver. adde prædictis. inſtitu. de act. quæ omnia perpetuo teneas mẽti, quia ſæpè & ſæpius occurrunt in facto.

CLIX.

1 *Obligationem ſide iuſſoriam in hæredes permeare, non tamẽ eam, quæ pro maleficio intereſſet.*

2 *Et quid ſi in eam cauſam pœna ſtipulatione promiſſa ſit?*

1 OBligatio † fideiuſſoria † tranſit in hæredes. l. 4. ff. de fideiuſſ. l. fideiuſſoris. C. eo. Inſtit. eo. §. fideiuſſor. habẽ in l. ex contractib. & in l. ex depoſiti. ff. de act. & obliga. cum ſimi. Scias tñ & teneas mẽti, ꝙ hoc fallit in fideiuſſione facta pro maleficio, nam talis fideiuſſio extinguitur morte fideiuſſoris, & non tranſit ad hæredes. ita dixit gl. multum ſingularis Inſti. de fideiuſ. in dicto §. fideiuſſor. quàm gl. ibi ſummè not. & exclamat Ange. de Are. ſubdens hoc eſſe verum, & procedere, qñ fideiuſſit ſimpliciter pro furto, vel alio delicto, ſecus ſi promiſi-
2 ſet † pœnã centum, licet non dicatur pro furto, quia tunc talis pœnalis ſtipulatio tranſit contra hæredem, & contra hæreditatem iacentem, qñ fuit pura obligatio vel in diem, vel ad diẽ. ff. de verb. oblig. & ibi Bar. Ang. & Imo. ſecus ſi ſit ſub cõditione, & ſic nullã ſubſiſtentiã incipit habere cõtra defunctũ, de quo ibi latius ꝑ Ang. † quẽ vide. Vide in frà, in fin. 304. inci. aĩa duertãt creditores &c.

CLX.

1 *Patrem ac filium perſonam vnam cenſeri, & non dici libere relaxatum de carceribus, qui filium ſui ibidem relinquere pro obſide cogitur.*

2 *Pater ꝑ filium, vbi perſona electa eſt induſtria, ſeruire poteſt. Et ſi patri violentia inferatur corporalis, fecerit ꝙ filius quippiam ad patrem liberandum actus huiuſmodi per metum factus dicitur, velut ſi filio ipſi illata fuiſſet.*

3 *Confeſſio metu tormentorum facta, vt non valet, ita nec renuntiatio ob metum torquendi filium facta.*

4 *Pater vaſallus non tenetur iuuare dominũ contra propriũ filium. Sic econtrario vaſallus, qui non iuuat patrẽ domini ſui feudo venit priuandus, ac ſi dominum ſuum non iuuet.*

5 *Feudum ſimpliciter receptum, tam pro ſe, quam pro ſuis hæredibus maſculis, etiam ſi de nullo hærede mentio facta ſit receptum intelligetur, & quid in emphyteuſi?*

1 PAter † & filius cenſentur vna & eadem perſona l. cum ſcimus. ad finem. C. de agric. & cenſi. li. 11. & in §. authoritate. 25. q. 3. cum ſimi. pro quo faciunt q habentur in l. iſti quidẽ. ff. ꝙ metus cau. Et ideo conſuluit do. Maria. Soc. in conſi. 53. inci. Magnifice capitanee &c. ꝙ nõ dĩ quis libere relaxatus de carceribus, qñ cogitur filium relinquere in carceribus pro obſide. Vide do. Philip. Decium in conſi. 219. incip. viſo puncto. in 3. col. in fin. & in conſi. 262. in cauſa. in 2. col. ad fi. & dixit Ludou. Ro. not.
2 verbum, in leg. 1. ff. in ius vocat. vt eant &c. ꝙ vbi õt electa eſt induſtria perſonæ, põt quis ſeruire per filium. allegat textu. in lege. ſciendum. §. legati. ff. de lega. Et dicit ſingu. Innoc. in c. cum locum. in princi. extrà de ſpon. ꝙ ſi patri ſit violentia corporalis, & filius aliquid fecit vt liberaret patrẽ, ꝙ ille actus dĩ factus per metum, ac ſi illa ta fuiſſet filio. & dixit ſin. Bal. in l. ea leg. in 8. col. C. de cõdi. ob cau. ꝙ prohibitus alienare in potentiorem, poteſt alienare in filiũ, quãuis potẽtiorem. alle. gl. l. ſi ita quis. §. ea leg. ff. de verborum oblig. & dixit not. Alber. de Roſa. in l. cũ qui probabilem. C. de epiſco. & cler. per illum te. ꝙ ſi filius verberet patrem, vel ſi pater ſtuprat filiam, nec ille filius, nec ille pater præſumitur. Et adeò eſt verum hoc, ꝙ pater & filius cenſeantur vna & eadem per
3 ſona, quòd ſicut non valet confeſſio facta metu tormẽtorum, ſic nec renuntiatio facta ob metum torquendi filium, ſm docto. poſt gl. in c. afferte, de præſump. Item ẽt
4 pro iſtis facit optimè, nãm vaſallus non tenetur iuuare dominum contra proprium filium, ſm Bal. in c. 1. de noua for. fideli. & in leg. 1. in 2. q. ff. de rerum diui. & in l. 1. §. neaũt. C. de cad. tolle. pro quo facit tex. in §. ſi. Inſt. de noxa ibi, quis. n. patitur filium ſuum &c. Et pro iſtis ẽt optimè faciũt alia ad hoc propoſitũ adducta per do. Fel. in dicto c. afferte. in 1. col. & per eundem in cap. ſi verò. in 1. col. ver. limita. extrà de ſenten. excomm. Et, adde hic Ang.

in l. 1.

in l.1.§.si pater.2.per illum tex.ff.ad Sylla. vbi dicit, ꝙ
vasallus qui non iuuat patrẽ dñi sui, ille priuatur feudo,
sicut si non iuuasset dñum suum.& adde ẽt hic no.verb.
Ang.de Are.in l.maleficio.in verbo,& dictus Titius se
defendendo.in 4.char.ver.quæro sicut.& vide Cæpo.in
consi.55.incip.Vnus &c.in 3.col.Et vltra oĩa supradicta,
& oĩa adducta per do Fel.in dictis locis,ego adduco no
ta.& singulare verbum Bal.& And.de Iser.post gl.in c.1.
in princ.in finalib.verbis,quibus mod.feu.cõsti.põt.vbi
5 dixit, †ꝙ feudum simpliciter receptum,intelligitur re-
ceptum pro se & filiis suis masculis ,licet in inuestitura
de nullo hærede sit facta mẽtio.Et idem dicit esse in em
phyteusi,quod dicit esse notabile & tenẽdum cordi, iõ
non tradas obliuioni.idem dixit And.de Iser.in c. 1.qui
bus mod.feu.amit.& dõ. Alex.in con.suo 18.inci.atten
tis &c.in 2.co.in 5.vol.dixi ego in plud.feu.in 2.char.de
quo etiam per Alex.latè in l.qui Romæ.in §.duo fratres.
ff.de verb.obligatio.in 31.col. versi. Sed circa hoc&c.
vbi improbat hoc dictum Bal.quò ad emphyteusim,de
quo ibi per eum.Et in hac materia ꝙ pater & filius cen
seantur vna,& eadem persona,adde contingentiam fa-
cti not.quam refert And.de Iser.in c. 1.§. publici latro-
nes.in fi.de pace tenen.vbi ponit,seu refert rem memo-
ratu dignam,quam non refero breuitatis causa.

CLXI.

1 *Laudi homologatio,seu approbatio id efficit, vt contra laudũ quis venire non possit,ecclesia tamen eo enormiter læsa, restitutionem in integrum petere potest.*

1 HOmologatio † seu approbatio laudi operatur, vt
quis non possit venire contra ipsum laudum , quia
nemo est audiendus contra illud.l.quod generaliter.C.
de non nume.pecu.l.sicut.C.de actio.& obligat. cum si
mi.Sciastñ,ꝙ ecclesia potest petere restitutionem in in-
tegrum aduersus laudum enormiter eam lædens,etiam
si tale laudum fuit homologatum,& etiam elapso qua-
driennio.& ẽt si prædecessor prælati iurauerit in cõpro
misso non contrauenire laudo.Ita singul.concludit Lu.
Roma.in consi.suo 349.incip.circa primum propositæ
consultationis.in 6.col.quod dictum pro valde not.re-
fert & sequitur do.Fel.in c.placuit.in 7.col.extra de præ
scrip.pro quo allegat alia de quibus ibi per eum .

CLXII.

1 *Debitor si creditori suo leget,actio cõfundi intelligetur,quasi cõpẽsandi aĩo legasse videatur.Et id qualiter limitãdum.*

1 TV scis,†quòd si debitor legat creditori,confunditur
actio, quia intelligitur legasse aĩo compensandi , vt
habetur in l.licet.C.ad legem Falci.& in l.cum ẽm.C.de
fideicom.& in l.debitori.C.de pact.cum simi.Attamen
limita hoc singu.nisi ipse debitor legando creditori di-
xerit,lego tali creditori meo de bonis meis tantum,&c.
quia hoc casu ipse creditor vltra creditum suum poterit
legatũ petere,nec hoc casu intelligetur factũ legatũ aĩo
cõpensandi.Ita multũ egregiè dixit Bal.in l.si cum dotẽ.
in §.si pater.in fi.verbis.ff.soluto matrimo.allegans rõ-
nem,dicens,quòd hoc operatẽ verbũ,de bonis meis, qd̃
importat & intelligitur deducto ære alieno.l.subsignatũ
.§.bona.ff.de verb.signi.quod dictum refert & sequitur
do.Fel.in c.quoniam.in 4.col.circa prin.extrà de præscr.

CLXIII.

1 *Crimen falsi,non modo enorme crimen est, sed & nonnulla vltra alia crimina habet. Nec generali delictorum remis sione falsi crimen continetur.*

2 *Locus & tempus commissi delicti in accusatione delictorum vel inquisitione licet apponi debeat,in crimine tamen fal si non est necesse.*

3 *Confirmatio etsi defectum in confirmato existentem sup pleat,tamen si quod confirmatum est falsum comperiatur confirmatio quacunque clausula existente nihil operatur.*

1 CRimen†falsi est crimen enorme,& aliqua habet vl
tra alia crimina,ideo dixit Bal.in l.Lucius.in fi.ff.ad
Turpil.quòd in generali sermone remissionis delictorũ
nunquã comprehenditur crimen falsi.idem dixit Pe.de
Anc.in repetitio.c.1.in 39.char.ver.vnde si statuto. de
consti.& Ang.in disputatio.sua incip.exorta guerra,&c.
& dixit Ang.de Aret.in tract.maleficio.in verbo, falsa-
2 rio.in versi.& tene mẽti tu iudex inquirens, quòd†licet
regulariter in accusatione vel inquisitione delictorũ de
beat apponi locus & tps commissi delicti , tñ hoc fallit
in crimine falsi,quia in eo non requiritur apponi nec lo
cus nec tps.allegat ad hoc gl.Insti.de public. iudic. circa
princ.& Bal.in c.1.circa princ.quibus mod.feu.amit. &
idem dixit ipse Ang.in d.tracta.maleficio.in ver.in pla-
tea cõis.in prin.& vide not. uerba Pau.de Cast.in consil.
suo 151.inci.Videtur dicendum. post princ.& dicta per
do.Io.Baptist.de Cazalup.in repet.l.oẽs populi. in 111.
col.ver.5.fit statutum.de iusti.& iure.& vide oĩno quæ
dixi in l.1.§.si seruus.versi.vltimo pro prædictis,&c. ff.
3 de qõ.Et teneas menti,quòd†licet confirmatio operetẽ
supplementũ defectus existentis in confirmato,vt habe
tur in c.quoties.extrà de pactis.& in c.1.de transactio.&
latè per Oldr.in consi.suo 257.inci.Factũ tale est, &c. in
4.col.& dixi suprà in sing.79.incip.Confirmatio,&c. tñ
qñ illud quod confirmatur, puta priuilegium,reperitur
falsum tunc confirmatio facta cum quacunque clausula
vel ex certa scientia,vel motu,proprio, vel alio modo,
non prodest,& nihil operatur.ita singu.dixit Abb. in c.
inter dilectos.de fide instru.& ibi do.Fel.post eum in 5.
col.quod est.sing.notandum,quia potest seruire ad mul
ta.& istud etiam est de mente Inno.Io.And.do.Cardin.
& do.Anto.in dicto c.inter dilectos.& vide quæ dixi su-
prà in d.singul.79.in fi.

CLXIIII.

1 *Carceribus,vel tormentis nemo se submittere debet ,si quidẽ nemo membrorum suorum dominus est.*

2 *Crimen læsæ maiestatis per simplicem scientiam probabilem incurri.*

3 *Assessores sequentes Barto.dictum in l.vtrum. ff. ad legem Põp.de parrici. & occidentes homines ob id dũtaxat,quod non reuelant secretum non probabile,omnes homicidas esse.Et ibidem,quod sensus corporis & motus primi nõ sunt in potestate hominis.*

4 *Bartoli animam propter dictum suum in inferno sepultam.*

5 *Coniunctionem sanguinis consanguineum non reuelãtem de crimine læsæ maiestatis aliquatenus excusare.*

1 NEmo†debet se submittere tormentis,vel carcerib.
vt habetur in l.3.C.ad legem Iul.maiesta.& in l.fin.
C.de accusat.imò si vellet quis spontè se submittere tor
mentis,non posset,quia nemo est dominus membrorũ
suorum.l.liber hõ.ff.ad legẽ Aquil.Et ideo tene perpe-
2 tuò menti vnum,quòd†licet per simplicẽ sciam quis in
cidat in crimen læsæ maiestatis,vt in l.quisquis.ver.si.C.
ad legem Iul.maiesta.& ibi docto.& Bar.in l.vtrum. ff.
ad legẽ Pomp.de paricid.tñ istud est verum,qñ talis sciã
esset probabilis,secus aũt si esset improbabilis,quia tunc
quis non cadit in crimen lęsæ maiestatis per simplicem
sciam sine reuelatione.Ita sing.dixit Bal.in consi. suo in
cip.quanquã allegata sint plura & pulchra.per plures rõ
nes,& maximè per illam,videlicet,quòd nemo debet se
submittere tormentis vel supplicijs.Ad quid.n.teneẽ qs
reuelare quod probare nõ põt?qui.n.solum audit & nõ
reuelat,quia probare non põt,immunis est à delicto ,vt
habeẽ in l.nostris.C.de calu.& istud dictum Bal. refert,
& sequiẽ Ang.de Are.in li.male. in verbo, *Che hai tradi
ta la tua patria*.in 2.char.verb.quod crimen, &c. vbi dẽ
3 quod Bal.ex hoc infert,†quòd assessores sequentes Bar.
in d.l.vtrum.& occidentes hoĩes solummodo,quia non
reuelant secretum non probabile,omnes sunt homici-
dæ,quia visus vidit,velit nolit auris audit,qa sensus cor
poris,& primi motus non sunt in potestate hominis,vt
dicit gl.in l.1.§.ius naturale.in verbo , coniugatio. ff.de
iusti.& iure.& illud dictum Bal.etiam refert & sequitur
Ioan.de Anan.in rubri de his qui fil.occi.de quo etiam
per Ange.



per Ang.de Are.inst.de pub.iud.in §.publica.in fi.Et pro
pter hoc ipse Bal.in d.cons.deplorat memoriam fidelissi
mi domini Donati de Barbadoris,qui ob hãc causam cũ
4 aliquibus alijs fuit decapitatus,& subdit ibi Bald.ꝙ † aĩa
Bar.est sepulta in infernum pp illud dictum suum, & di-
cit Ang.ibi ꝙ hoc refert Io.de platea doctor Bononiẽsis,
Inst.de pub.iud.§.publica aũt.pro quo facit ẽm eum ca.
quia plerunque 2.q.7.Tu autem vltra Ang. adde ꝙ illud
dictũ Bal.refert & sequiẽ do.Fel.in c.de de cætero.in vlt.
col.de re iudi.& ꝓ illo dicto Bal.ꝯ Bar.est tex.& gl.quem
ad hoc ego solus allego in clem. volentes in §.notarij.in
versi.ea probare valeant,&c.& ibi gl.tenet hanc partem.
& de hæret.idẽ tenet gl.in c.si quis papa superstite 79.di.
& vide Flor.in l.quoties.ff.ad legẽ Aquil. vbi limitat hãc
doctrinam.ex quo tex.colligit ibi do.Card. ꝙ qui nõ po
test probare,nõ tenetur nuntiare,licet do.Augu.de Ari.
in suis add.ad Ange.vbi supra,sequatur opin. Bar.in d.l.
vtrum.dicens,ꝙ idem dixit ipse Bar.in l.1.§.occisorum
.ff.ad Sylla.& ibi Ang.& Abb.in c.1.de rest.spo.sed Lud.
Rom.in d.§.occisorũ.dicit,ꝙ contra Bar.& sequaces cõ
suluit Bald. Florentiæ, & obtinuit,licet Ang.in d.verbo,
*Che hai tradita la tua patria*,dicat,ꝙ opi.Bar.seruatur in
practica,quod mihi videtur durum & iniquissimum pp
rationes Bal.& quia ẽm opin.Bar.& sequacium,innocen
tes punirentur ex defectu probationum , quod remotũ
est ab omni iustitia & equitate,& in hanc partem, & sic
pro opi.Bal.cõcurrit Ang.in l.frater.ff.ad leg.Pompe.de
parric.vbi dicit,ꝙ fuerũt decapitati plures ciues, qui nõ
reuelauerunt tractatum quem solummodo sciebant ,
& non fuerunt participes,& dicit, ꝙ hoc fuit malè factũ
& iniquè,quia iura hoc non patiuntur, de quo etiam per
do.Fel.latè in c.quantæ,de sen.excom.& in c.2. extra de
hæret.& subdit Ang.in d.l.frater, ꝙ pœna capitis est so-
lum quãdo fieret tractatus contra principem & papam,
& sic contra ecclesiam vel imperium.Vide Alex.in cons.
13.inci.consideratis his.in 1.col.in 6.vol. Et idem latius
dixit do.Nellus in trac.bannitorum, in 1.parte secundi
temporis.q.16.inc.visis,&c.vide tñ Car.Alex.in c.1.in 1.
col.quæ sint rega.in vsib.feud.& idẽ dixit Ang. de Aret.
Inst.de hære.quæ ab intes.dese.in §.interdum.post.prin.
licet contrariũ dicat Pa.de Cas.in l.nemo.in 2. col.C.de
epis.audiẽ.Subdit etiã Ang.vbi s.,ꝙ vnus forẽsis qui non
est de populo,& sic ius populi nõ debet tueri , licet sciat
cõspirationẽ & nõ reuelet non debet puniri,& dẽ ꝙ hoc.
tenet glo.in d.l.vtrũ.in verbo,cõscij ,ad quæ etiã vide do
Aug.de Ari.in dictis suis addit,vbi ponit prædicta,& te-
net opi.Bar.& dicit,ꝙ alias fecit vnum potentem domi
nũ decapitari,de quo sorrè,vt puto,anima sua passa est,
& patietur detrimentum & afflictionem apud inferos in
æterna secula.Et hic etiam adde Bal.in consi.suo 33.inc.
casus talis est,Guido &c.in fin.in 3.vol.& in cons.ibi seq.
5 vbi dicit,†ꝙ coniunctio sanguinis aliqualiter excusat cõ
sanguineum si non accusauit cõsanguineum de crimine
læsæ maiestatis. Et plura ad excusandum consanguineũ
aliquid facientem pro consanguineo,vide per do. Fel. in
c.cum quidam.in pe.& vlt.col.de iureiu. & per Bar. in l.
fi.in fi.ff.de hære.inst.

CLXV.

1 *Matrimonium perfectum à papa dirimi non posse, si quidem quos Deus coniunxit,separet nemo, Potest tamen ex maxima & vrgentissima causa de potestatis plenitudine super matrimonio iam consummato papa disponere.*

2 *Vxorem non cognoscibilem si vir scienter ducat,etsi separari à seinuicem non debeant,ob apparentem in viro incontinẽtiam potest Episcopus Papa inferior prouidere, vt vir cũ alia contrahat,sed priorem alere tenetur.*

SCriptum est in cap.sunt qui dicunt.26.q.2.& in cap.an
quod,& in cap.penul.33.q.2.& in c.inter corporalia,de
1 transla.episco.Quos Deus†coniunxit,homo nõ separet,
matrimonium.n.perfectum non potest etiam à Papa di-
rimi,& separari,quia Papa non habet aliquam potestatẽ
super tali matrimonio,ẽm Arc.in ca.quapropter.27.qõ.
2.& Bald.in l. Deo nobis. in 3.col.ver.vlterius not.C.de
episc.& cleri.Licet ex maxima & vrgentissima causa pos
set super matrimonio iam cõsummato disponere de ple
nitudine potestatis,ẽm Ioan.Andræam in regula , actus
legitimi,de regulis iuris,in mercuria,& Bal.in l.si tibi fi
lius.ff.de adoptionibus.Vide do.Phil. Decium in consi.
112.inc.In præsenti consultatione,quasi per totum , & p
Petr.de Anch.latè in consi.suo 374.inc.reuocatur in dũ
bium,& per dominum Felinum in c.quæ in ecclesiarũ,
in quinta colum.de constitutio,vbi loquendo remissiuè
2 plures alios ad hoc allegat. Teneas†tamen menti,quòd
si vir duxit scienter vxorem non cognoscibilem,licet nõ
debeant separari,tamẽ si Episcopus,qui satis est inferior
papa,videt eum suspectum de incontinentia,debet pro-
uidere vt contrahat cum alia, & primam tenebitur ale-
re.Ita dixit Abb. in cap. consultationi.de frigi. & male-
fic.quod dictum refert & sequitur dom.Felin. in cap.la-
tor.in secunda columna,de re iud. quod est menti tẽ-
nendum ,quia sæpe ista occurrunt in facto , & ego iam
sunt duodecim anni quibus vidi hunc casum de facto
hic Bononiæ.

CLXVI.

1 *Inconstantia etsi in quauis persona illaudabilis & improbanda,maximè in principibus.Vnde fit, vt si papa omnes suas concessiones reuocet,non tamen à se per viam contractus initas reuocare intelligitur.*

2 *Varietatem ac vacillationem legibus inimicam , esse , & doli mali materiam ac segetẽ. Vnde regibus & imperatoribus verbũ maxime conueniens est semel locutus est Deus etc.*

3 *Princeps calamum vnum,linguam vnam,nõ plures calamos, ac plures linguas habere debet.*

4 *Episcopus, si mandauit vni beneficium conferri,re etiam integra variare non potest.*

1 INconstantia†reprobatur in qualibet persona,& maxi-
mè in principibus.epistola,inter claras.C.de summa tri
ni.& fi.cath.& habetur in l.1.de const.pecu.& in ca.1.de
pac.cum similib.& ideo dixit do.Card.in consi.suo 147.
inc.dominus papa.ꝙ si papa reuocat oẽs suas cõcessiones,
non intelligitur reuocare à se initas per viam cõtractus.
Et dixit idem Card.in cons.141.inc.punctus &c.sanctis-
simus dñs noster, ꝙ rescriptũ contrarium primo nõ no
cet gestis iam legitimè vigore primi,& dixit sing.Bal.in
2 consi.suo vlt.in 1.vol.in 5.columna,ꝙ† varietas seu vacil
latio est legibus inimica,& doli mali materia.vñ maximè
conuenit regibus & imperatoribus illud verbum,Semel
locutus est Deus,& iterum,Quod scripsi,scripsi, vnde di
3 cit,†ꝙ princeps debet habere vnum calamum,& vnam
linguam , & non plures calamos & plures linguas, quia
scriptum est, Quæ processerunt de labijs meis non faciã
irrita.Et ideo debet esse immobilis sicut lapis angularis,
& sicut polus in cœlo.Et in materia etiam tene menti no
ta.verbũ dominorũ de Rota in antiquis , decisio.29. vbi
4 dicunt, † ꝙ episcopus qui mandauit, ꝙ vni conferretur
beneficium , non potest variare etiam re integra , quod
dictum pro notab.refert & sequitur dom. Felin.in capit.
cũ olim.in 3. col.de re iud.vbi prædicta & alia quãplura
similia adducit ad hanc materiam , quæ videre poteris.

CLXVII.

2 *Violentus inuasor rei alicuius hoc punitur, quod omne ius , si quod in re habeat,perdit,alijs quoque pœnis subiicitur. Et quid si quis rem occasione iuris præsumpti,quod in re habet,non solum in proprietate,sed etiam in ciuili possessione accupet,an dolo , culpa , & consequenter à pœna excusetur.*

2 *Ecclesia occupans possessionem rei quæ verè ad prælati hæredem pertinet,an in pœnam incidat.*

1 VIolentus † inuasor alicuius rei punitur, quia perdit
omne ius, si quod habebat in re ,& punitur alijs

pœnis de quibus in l.si quis in tantam C.vnde vi. Tenet ñ
menti, ꝙ si quis occupat rem rõne præsumptionis iuris
quod habet in re.non solũ in proprietate,sed etiam in ci
uili possessione,excusatur à dolo & à culpa,& per conse
quens à pœna d.l.si quis in tantã C.vnde vi.ita sing.dixit
Inn.in c.cũ in officijs.ext de test.quod dictum pro valde
not.refert & sequitur Bal.in aut.licentiã.in vlt.col. C.de
epis.& cle.& do. Bart.Cæpo.in cons.suo 4.inc.visa quere
la &c.in fi.verbis exemplum ponit Bal.in ecclesia,dicẽs
2 ꝙ si ecclesia occupat possessionẽ rei,quæ re vera perti
net ad hæredem prælati,ꝙ ecclesia non incidirin aliquã
pœnam quia ratione præsumptionis iuris quam habet ec
clesia pro se,excusatur,vt supra,idem à paritate rationis
dici posset in priuato,quod est no.verbum.

CLXVIII.

1 *Aequalitatem in iudicijs seruandam,vnde si actori ad probã dum et liquidandum dilatio datur,ea quoque durante po terit et reus contra roborare & allegare,licet statutum reo exceptionem adimat.*

2 *Exceptio,si ex forma statuti probari per testes non potest, sic nec actio, seu replicatio,quandoquidem nec iudex,nec iu dicium claudicare debent.*

3 *Bannitus condemnatus de aliquo delicto,si captus est, tunc, suam velit innocẽtiam probare,poterit,& pariter aduer sarius de ipsius banniti noxa probare temporis lapsu non obstante.*

1 AEqualitas semper seruãda est in iudicijs,vt habetur in c.1.de re iud.in 6.& in l.qui accusare.C.de edẽ.& in c.cũ inter.de excep.& in c.nouit.de iud.& 3.q.9.c.vlt, & 4.q.4.c.2.& l.non debet.ff.de reg.iur.& ff.quod quisq; iuris,in rubro & nigro.cum si.Et ideo teneas menti,ꝙ stã te statuto,ꝙ reus nõ possit opponere aliquã exceptionẽ, vel defensionẽ contra instrumentũ, vel eius executionẽ, si tamen actor qui petijt executionẽ instrumenti non li quidi habuerit aliquã dilationẽ ad probandum,& liquidandum,tunc durãte tali dilatione poterit similiter reus probare,& allegare contra ipsam liquidationem, & con cernentia illam, non obstante dicto statuto.ita multum signanter dixit Bal.in l.si causam.in vlt.col.C.de exec.rei iud.quod dictum pro valde not.refert & sequitur Io. Baptista de sancto.Seueri.in rep.l.admonendi.in 5.char. in 3.col.in fi.ff.de iureiur. vbi ad hoc etiam allegat Bart. ibi & alios,& dicit,ꝙ ad hanc doctrinã Bal.semper recur ritur in palatijs,& in foro p causidicos, & ideo rogat oẽs tenere menti hanc doctrinã,quia faciet eã scientib.singu larem honorem,quia cõiter ignoratur.sm.eum ibi. Et il lam doctrinam etiam refert & sequitur do.Phil. Decius
2 in l.non debet.ff.de reg.iur.Sed tu vltra eũ ibi addas Bal. in c.1.in 2.col.in fi.ex.de mutuis peti.vbi dixit,ꝙ ille tex. facit in arg.ꝙ si exceptio nõ põt probari per testes ex for ma statuti,similiter non poterit probari per testes actio seu replicatio,quia iudex & iudiciũ non debent claudica re sm eum ibi,ad quæ etiã vide dicta dom.Fel.in rub.de rescr.in 1.col.circa med.& per eundem in c. ecclesia san ctę Mariæ.in 33.col.post prin.de const. Item ad materiã
3 istã adde,† ꝙ si captus est bãnitus cõdemnatus de aliquo delicto,qui velit probare tunc suã innocentiã,quòd eo tempore etiam aduersarius poterit probare nocentiam ipsius banniti non obstante lapsu temporis.ita singulari ter dixit Guido de Suza.in l.seruum quoque.in.§.publicè interest.ff.de procu. quem refert & sequitur Io.Andr. in add.Spe.in tit.de accu.in quarta parte.in §.fi.in addi.inc. sunt ibi hæc verba.in versi.subdit demum. Vide Ias.in l. 1.in 1.col.ver.adde ad hanc legem.C.de iur.& fac.igno.& quæ dixi infra.in sing.389.inc.tu scis &c.& Ias.in repet.l. l.admonendi.in 7.col.de iureiu.& Soc.in consi.110.inci. insignis doctor &c.in fi.in 4.vol.Pe.de Anc.in rep.c.cano num statuta.in 107.col.versi. subijcio similem quæstio nem.de const.

CLXIX.

1 *Actore non probante reum absolui debere,diffinitiuè.s.& nõ aliter. Et quid si terminus actori reo absente ad proban dũ datus sit nec intra terminum probatum sit, an absoluen dus quoque reus,ac qualiter?*

1 a NOta est regula illa & vulgata,ꝙ factore non proban te reus debet absolui.l.qui accusare.C.de edẽ.c.vni co,vt eccles.benef.cum multis sim.Et intellige ꝙ debet absolui.s.diffinitiuè & non aliter,vt dixit gl.in authẽ.qui semel.C.qũo & qñ iud.in verbo,ꝙ locum.in fi. teneas ñ menti, ꝙ si actori fuit statutus terminus ad probãdũ ab sente reo,& ipse actor nõ probauit in termino,quòd tũc licet reus debeat absolui,per iura prædicta, tñ nõ debe bit hoc casu absolui diffinitiuè, sed absoluetur ab obser uatione iudicij,qa minus hoc casu imputatur actori quia si reus fuisset pẽs,forte cõfessus fuisset petitionẽ actoris.ita sing.dixit Inn.in c.prout de do.& cont.in fi.quod dictum pro valde no.refert & sequitur Bal.in margarita sua,in verbo,actor.versi.actor si dato &c.& do.Io.Bapt. de sancto Seue.in rep.l.admonẽdi in 6.char.in 4.vol.ver. Quintus casus,pro quo alle.dictã gl.in d.aut.qui semel,q. optimè facit,sed si vera log fas est,ego,& si minim⁹ tim, dico quòd prædicta doctrina Inn.& sequacũ nunquam mihi placuit,maximè pp rõnem per eum allegatã,videli cet,quia si præsens fuisset reus,fortè confessus fuisset. Tũc ego dico,dato quòd non fuerit præsens tempore statuti termini,in quo potuisset confiteri,istud nihil relevat,qa ipse actor in dicto termino sibi statuto ad probandũ,po tuisset citari,facere reũ,& eidẽ facere positiones seu iter rogationes,quibus reus coactus fuisset respõdere medio iuramento suo,& potuisset tunc reus sic cõfiteri intentio nem actoris,sicut potuisset confiteri,qñ fuit sibi statutus terminus si fuisset præsens tunc,& sic per hoc mihi vide tur quòd ratio Inn.& sequacium non militet. Ideo cogi ta,quia dubium est quotidianum & practicabile.

ADDITIO.

a Non probante.Rõ. est,quia negatiua exceptio non est ꝙ banda,vt dicit tex.in c.qñ cõtra falsam,& ibi Lan fr.in 3. notab.de prob.Ale.cõl.128 ponderatis his.col.1.vol.1.Et hæc regula ampliatur,etiam si intentio actoris fundare tur in negatiua,puta,ꝙ hęres mulieris diceret,maritum priuatũ lucro dotis, qa in infirmitate nõ adhibuerit me dicũ vt debebat.l.si ab hostib. §.1. vbi scribẽt.ff.sol.mat. quia hęres tenet probare ꝙ maritus nõ adhibuit medicũ Cor.cõs.111.ꝙ decisione col.pen. li.2. Amplia etiã co ca su quo ex forma statuti denegaret defensio reo.ita sing. Bal.in rub.C.de manumiss.vindict.& est memoria dignũ ad statuta q̃ disponũt,ꝙ cõtumax habeat pro cõfesso,& nõ debeat audiri,& hoc pro sing.refert.Cæp.caut.255.si milẽ cautelã.nu.3.vbi adducit eundẽ Bald.cõs.228.inc.à do.Cyno.vbi dicit sing.qũ liquet iudici euidẽter absentẽ nõ esse culpabilẽ,& nullũ delictũ cõmisisse,licet sit cõtu max,& habeat sm formã statuti ꝙ cõfesso; tñ iudex nõ poterit eũ cõdẽnare,per.l.si nõ defendãtur,ff.de pœn.& l.nõ tm.ff.de appel.l.addictos.C.e.auth.qui semel.ibi, pr quisita veritate,C.quom.& qñ iud.l.am pliorẽ in fi.Prin. ibi,nihilominus iudicẽ per suum vigorem.&c.C.de app,

CLXX.

1 *Actore non probante reum absolui debere, Et an instrumen tum in actis ante litem cõtestatam productum probet ita, vt inde sequi condemnatio possit? Et quid agendum produ centi ante litem contestatam, vt sic productum probationem faciat?*

2 *Iuramentũ in ingressu litis ac iudicij præstitum magis calum nia,quam probationis esse,ideo vt probet,debet post respon sionem rei & tempore probatorio rursus iurari,dato etiã quod ex statuto,damnum passi iuramento stetur.*

ANnimaduertant rogo procuratores,& qui versantur in palatijs,maximè tyrones ad vnam doctrinam no tabilem,quæ sæpissimè occurrit. Nam dixi supra proxi
1 mè,quòd factore non probante reus debeat absolui.Sed quæro,peto à te centũ vigore cuiusdã instrumenti publi ci,quod effectualiter produco corã iudice,& eum dimit to in



to in actis apud notariũ, tu negas mihi teneri in aliquo, quo stãte iudex statuit mihi terminũ ad probãdũ,in quo termino nihil produco,sciens me produxisse publicum instrumentũ faciens plenã fidem, & eũ dimisisse in actis apud notarium causæ, an hoc casu tale instrumentũ pro bet,adeò quòd debeat sequi sententia condemnatoria in mei fauorem absq; eo ꝙ aliud faciam vel producam? In quo dicas breuiter ꝙ non,imò tu debebis absolui,tãquã ego actor nihil probauerim,vel produxerim. Rõ aũt est, quia licet produxerim publicum instrumentum debiti, probans plene debitum, attamen illud produxi ante litẽ contestatam ad fundandũ intentionẽ seu petitionẽ meã, non aũt illud produxi ad probandum , quia eo tpe quo produxi.s.ante litis contestationẽ,non poterant fieri pro bationes,vt habetur in rubro & nigro , extra vt lit.non contest.Et ideo tanquã probãs debeo succumbere, & tu debebis absolui.ita sing.dixit Fed.de Se.in cons.suo 160. inci.Casus talis est,do.Minus,vbi dicit,ꝙ instrumentum productum ante litem contestatã non probat, nisi post tpe probatorio iterum producatur,& ideo cauti procu ratores tempore probatorio dicunt corã iudice præsẽ te,vel citata parte,produco,ac reproduco oĩa ante produ cta per me in tali causa, & tunc talia iura taliter reprodu cta plene probant.alleg. ipse Feder.pro dicto suo casum quasi ad literã sm eum in c.veniẽs 2.extra de test.& quę no.in c.cum dilectus,de ord. cog. in gl.& hanc doctrinã pro valde no.refert & sequit do.Ant.in d. c. cũ dilectus. in §.nos igitur,in vlt.col.& in c.1.extra de prob.& in c.cũ veniſſent.de rest.in integ.& do.Fel.in c.causam quę in 2. col.de test.& in c.1.in pe.col.de prob.vbi ponit not.restri ctionem ad hanc doctrinã,quam vide post do.Ant.ibi,ꝙ dicit, ꝙ productio instrumenti ante litis cõtestationẽ non prodest ad merita causæ, nisi de nouo producatur, & alle.Fed.in d.consi. 160. Sed ego vltra do. Fel. & alios dico,ꝙ istud videtur decidere gl.in l.quæ oĩa. in 1.glos. ibi,oĩa de nouo reiterari oportet.ff.de procura.& opti mè faciũt quæ voluit Bart.in l.mutari.in prin.e.tit.& idẽ
2 expressè tenet Bal.in l.ait prætor.in prin.ver.circa sm.ff. de iureiur.vbi loquitur in iuramento,& dicit, † ꝙ iura mentum quod præstatur pro ingressu iudicij est magis iuramentum calumniæ,quã iuramentum probationis,& ideo nil facit ad probationem,cum nondum sit tempus probationis, & ideo quo ad probationem iterato iuran dum erit,& idem dixit ipse Bal.in addi.Spe.in tit. de pri mo & secundo decreto.ver.ꝙ iuramentũ,vbi sing.dixit, ꝙ iuramentum calumniæ non est loco probationis, & ideo dicit,ꝙ si ex forma statuti accusatio dãni dati pro batur per iuramẽtum,ꝙ non sufficit tempore productæ accusationis iurare causam esse verã, & nõ calũniosam, quia istud iuramentũ calumniæ non est iuramentũ pro bationis,quæ debet fieri post respõsionẽ rei,ideo nouo iuramento opus est,& debet præstari intra terminũ pro bandi, & dicit ꝙ ita de facto seruatur Perusij in palatio, & idẽ expressè tenet do. Alex.in consi.suo 3.incip.in causa & lite.in 4.col.in 3.vol.Pro istis etiam optimè faciũt di cta per Matheſi.in no.suo 167.inc.not. singularẽ doctri nã. Videas tñ Bald.qui vt tenere contrarium in consi.suo 316.inc.Præsuppositio statuto.in fi.in 4.vol.& in l.vnica. C.vt quæ desunt aduo.par. vbi tñ remittit cogitandum. Contra dicta in hoc singulari faciunt dicta per Ang.in l. 1.& in l.properãdũ.in §. & si quidẽ, C.de iud.& per Bal: & Paul.de Cas.in l.vnica.C.vt quæ desunt aduo.per quos refert & sequitur Ias.in d.§.& si quidẽ.in 1.col.in fi.vers. 4.limita,& c.& circa hãc materiã vide in simili Ias.in rep. l.admonendi.in 55.col.de iureiur.Tene menti prædicta quia quotidiana sunt & practicabilia,nec ea fortè ita dif fusè alibi reperies.

CLXXI.

1 *Indefinitam vniuersali æquipollere , non tamen in testis dicto idem, si quidem testis dictum de necessitate concludere debeat.*

2 *Syndici legitimam constitutionem non probat instrumen tum continens , quod tales canonici talem syndicum con stituerunt.*

1 AVdiuistis alias regulam istam,videlicet,ꝙ indefinita æquipollet vniuersali,vt habetur in l.si plurib⁹.ff.de leg.1.& in c.solitę.de maio.& obed.& in l.1.per gl.Bar.& alios.ff.de reg.iur.attamen scias, ꝙ hęc regula fallit in te stibus,quia in dicto testis indefinita non æquipollet vni. ita dixit sing.Abb.in c.auditis.in 4.col.extra de resc. post Inn.ibi in gl.super verbo,exceptio,alleg.rõnẽ dicens, ꝙ hoc est,quia probatio seu dictũ testis debet de necessita te cõcludere c.in præsentia.de prob.vnde si dicũt aliquẽ exercuisse iura episcopalia, nõ probãt ꝙ exercuerit oĩa, cum dictũ eorũ possit verificari in aliquibus iuribus tm̃ de quo dicto facit festum Ale.in cons.suo 110.inci. Visis acutissimis,&c.in 2.col.in 1.vol.alle. etiã ad hoc Oldr.in cons.100.inc.in executione,&c.& Pet. de Anc. & Ioã.de Imo.in c.quanto,de his quæ fi.à præla.sine consen.c. vbi
2 dicunt,ꝙ si in instrumento dr̃, tales canonici constituerunt talẽ syndicum,ꝙ per hoc non probatur legitima cõstitutio syndici,s.ꝙ fuerit constitutus ab oĩbus,vel à ma iori parte , quia ille fermo , & illa indefinita.s.canonici, potuit verificari in duobus canonicis tm̃,vt habetur in l. inter illam.ff.de verb.sig.& in l.libertas.§.fi.ff. de manu. test.& dicit ꝙ idem voluit Bart.in l. curiales.C.de prædi cur.li.10.idẽ etiã dixit ipse do. Ale.in cons. suo 7. inc.sup hac dubitatione in fin.in 1.vol.& in l.rescriptũ.in prin.ff. de pact.& in cõs.suo 68.inc.viso & discusso.in 4.col.ver. nec sufficiat,&c.in 2.vol.de hoc tñ dicto quia aliqua pos sent allegari in contrarium,vide do.Fel.latè loquentẽ cir ca hanc doctrinam in d.c.auditis.in 13. col. versic. gesta etiã&c.de præscript.& in c.cum omnes.in 16.col. ver. 3. declaratio.de const.ad quem me remitto,ne sim longior in præsentiarum.

CLXXII.

1 *Compromissum factum intra certum tempus expediendum si intra tempus expeditum non fuerit , an actore ad ordina rium redeunte,reo contra nitente , ac requirente iterum compromissum fieri,statuto cauente,quod de litibus inter affines vertentibus compromittatur,an audiendus reus, ac sic repeti compromissum possit?*

HAbeo nunc vnam quæstionẽ de facto,quã alias plu ribus vicibus hic,& alibi vide in facti contingẽtia. Statuto cauetur in hac ciuitate Bononiæ , & cõmuniter viget per Italiã,ꝙt de litibus & qõnibus vertẽtibus inter affines , fiat compromissum. Modo affines fecerunt com promissum,quod est expiratũ lapsu temporis , vnus ip sorum,qui est actor, iterum reuertitur ad iudicẽ ordina rium pro dicta causa, reus aũt corã iudice petit vt iterũ inter eos fiat compromissum , actor autem negat velle vlterius cõpromittere,dicens ꝙ adimpletũ est statutũ p cõpromissum iam factũ , reus aũt dicit imò non esse sa tisfactũ dicto statuto cum effectu,dubitatur modo quid iuris, videlicet, an iterũ debeat fieri cõpromissum inter eos? In quo dicatis ꝙ sic.ita sing.dixit Bal.in l.fidei com missa.§.si quis decem.ff.de leg.3.quod dictum pro valde not.refert & sequitur Lud.Rom.in consi.suo 504.inc.in casu propositæ consultationis,&c.vbi pro hoc alleg.plu ra iura,subdens,ꝙ rõ huius potest esse, quia verba legis, vel statuti debent intelligi cum effectu,vt ff.ne quis eum qui in ius vocat.l.si per alium.§.docere,& ff.quod quisq; iur.l.1.§.hæc verba.cum multis sim. Tu dicas vltra Lud. ꝙ idem in terminis voluit , Bal.in l.veluti.§.hæc vox.ff. de eden.vbi dicit,ꝙ ista qõ sæpe accidit in palatijs. Idem tenet do.Fel.in c.innouamus,in vlt.col.de treug.& pace, vbi videas & hoc dictum habeas menti continuo , quia est multũ quotidianũ & practicabile, de quo dixi etiam in rep.rub.ff.de fideiuss.in 50.col.vbi adduxi ĕt aliã rõnẽ corroboratam pluribus iuribus, videlicet, quòd paria sunt nõ facere,vel facere & minus legitimè. vide ibi ple nius.pro quo faciunt optimè dicta per do.Fel.in ca.qua-

liter.1.in pe.col.de accu. prædictam tamẽ doctrinam & conclusionem intellige esse veram,qñ quis tenetur face re compromissum ex dispositione legis vel statuti,sed se cus est qñ ad hoc tenetur ex ordinatione seu dispositione hoïs,nã tunc sufficit ꝙ semel tm̃ compromiserit,licet non sit sequutum laudum.ita dixit Soc. in consi. suo 117. inc.visa in 1.col.vbi dicit,ꝙ hoc voluit Spe.in tit. de arb. in §.excipitur.in ver.sed quid si fuerit actum, &c. & Bal. in l.1.C.de his quæ pœnomi.& alios alle.de quibus ibi p eum,& quæ limitatio est multum no.ad prædicta.

## CLXXIII.

*1 Compromissum si sit,ut arbitri absentibus partibus sententiã ferre possint, ferre tamen partibus non citatis non potuerunt,nisi id expressim dictum sit.*

1 Fiunt quotidie compromissa,in quibus dicitur,quòd arbitri possint ferre sententiam absentibus partibus, an hoc casu poterunt tales arbitri ferre sententiam par-
a tibus non citatis ª, In quo videtur dicendum quòd sic, propter illa verba,absentibus partibus,nihilominus con trarium determinat Spec.in tit.de arbitr.in §. excipitur. in fi.dicens, quòd hoc casu non valebit sententia partibus non citatis,quod dictum pro not. refert & sequitur Io.de Imo.in c.cum dilectus.de arb.& dom.Alexã. in l.si quis arbitratu.in 5.colum.in 4.limitat.ff.de verbo.obligatio.& domin.Felin.in capitu.cum olim.in 10. colum. de re iudi.& ideo debebit dici in compromisso, quòd arbitri possint ferre sententiam partibus absentibus & non citatis, nam hoc casu bene valebit sententia non citatis partibus secundum doctor.in dictis locis, quod est practicabile.

### ADDITIO.

a Partibus non citatis. Et est rõ, quia cum citatio sit de iure naturali,nõ põt omitti.clem.pastoralis,de re iud.optimè facit,quia statutum dicens,ꝙ iudex possit procedere vt voluerit etiam de facto,non tollit ordinem iudiciariũ datum à iure naturali.ita voluit Bar. in extraua. ad reprimendum.in verb.citatio,& consuluit Rom.consi.298.& vide eundem sing.273.Alex.in l.diem §.si quis ex litigatoribus.ff.de arb.& Ias.in §.in bonæ fidei.nu.17.Insti.de actio.eundem Hipp.infra sing.633. Item adde ꝙ arbiter Cui data est poteltas prorogandi compromissum etiam partibus absentibus & ignorantibus,non potest tñ efficaciter dici prorogasse,nisi partibus notificetur.ita singu. Bal.in l.eos.§.apostolos.versi.quæro nunquid iudex. C. de app.vbi dicit se ita consuluisse,quod est notandum secundum Fel.in c.1.col.pen.versi.3.no.de const.& in c.Rodulphus.de rescrip.

## CLXXIIII.

*1 Adscribens sibi aliquid de bonis testatoris in ipsius testamento,in falsi pœnam incidit. Et quid in prælato ecclesiæ suæ adscribente?*

1 Illeſ qui sibi adscribit aliquid de bonis testatoris in testamento in scriptis,incidit in pœnam falsi.tex.est in l.
a 3.C.de his qui sibi adscri.in testa. Tenet tñ menti ꝙ istud fallit,& nõ habet locum in prælato ª adscribente aliquid de bonis testatoris ecclesiæ suæ, quia non cadit in falsum,ita sing.dicunt Io.And.& do.Ant.post Host. in cap. cum inter.de re iud. quod dictum refert & approbat ibi do.Fel.in 3.col.in princ.quod dictum poteris addere ad priuilegia clericorum,quæ tibi dedi in repetit.mea rub. ff.de fideiussoribus.

### ADDITIO.

a Non habet locum in prælato. Adde Iason.in l.1.§. huius studij.ver.3.limita.ff.de iust. & iur.vbi refert & sequitur istud dictum.Rom.sing.351.tu scis ꝙ sacerdos,& Mathesil.sing.87.nota singulare dictum.Alex.in l.impuberẽ.§. 2.ff.ad l.Cor.de fals.& in l.vniuersos.in apostil.Bar.C.de decurio.li.10.& potest esse ratio,quare prælatus adscribẽs ecclesiæ suę non incidat in falsum, quia non dicitur proprie sibi adscribere, cum bona ecclesiæ non sint prælati c.2.cum similib.de donat.

## CLXXV.

*1 Concesso uno,& omnia concessa videri per quæ ad illud deuenitur,unde si mihi statuto liceat, vt iniuriam illatam vlciscar,an possim illud amicis accitis impunè exequi.*
*2 Facere quod per me possum,possum & per ministros mihi necessarios. Et qui illis resistit,mihi resistere videtur.*
*3 Verona statuto spectato,quod fratri quem turpiter cum sorore versantem reperienti occidere liceat, an per amicos armatos eundem turpiter cum armis versantem occidere possit licet de fratre tantum loquatur statutum?*

1 Concesso uno omnia videntur esse concessa per quę deuenitur ad illud l.2.ff.de iurisd.om.iu.l.3.§. qui habet.ff.de ser.rust.præd.l.si venditor.ff.de reli.& sup.fune. l.vxori.ff.de aur.& arg.lega.habetur latè per Old.in cõs. suo 11.inc.Thema tale est,in quadam clausula &c. & per eundem in consi.27.incipi.Thema tale est vacante.& per do Fel.in c.cãm q̃ in 1.& 2.col.de re iud.& in c.q̃ sit.circa prin.de Iudæ.Ió tene mẽti, ꝙ si à statuto cõcedit alicui licẽtia aliquid faciẽdi,vtputa se vẽdicãdi cõtra aliquẽ de offensa sibi illata,ꝙ erit sibi licitũ cõgregare amicos, q̃ ipsum iuuẽt ad hoc,& illi tales adiuuãtes nõ puniẽtur sicut nec principalis.ita sin.dixit Pa.de Cas.in l.refectionis gra
2 p illũ tex.in ver.ego,fabricq;mei & c.ff.cõ.pd.vbi dẽ,†ꝙ illud ꝙ facere possum p me,possum facere per ministros meos ad hoc necessarios,& illis resistẽs vt mihi resistere & de hoc dẽ esse gl.in l.cũ fundũ.in verb. postea.ff. de vi & vi ar.& nũdet ibi ad gl.in l.Gracch⁹ vbi est bonus tex. ad hoc.C.de adul.q̃ vt aliqualiter cõtrariari, ꝙ dẽ hanc partẽ tenuisse Iac.Bu.in d.l.refectionis,& idẽ tenuit ipse Pa.de Cas.in l.raptores.in 2.col.C.de epi. & cle.& Bal.in l.1.in ante.col. ver.sed qd dicẽs statutũ pmittit &c.C.vñ vi. & Bal.in l.vt vim.in 3.col.ff.de iust.& iu.& idẽ firmat do.Fel.in c.sup literis.in 13 col.de resc.& Bal.in c.de cætero,de re iu. Vide Bal.sup.stat.in verbo,bãnũ seu in ver, bãnitus.in 8.col.ver.statutũ dicit ꝙ bãnitus ꝙ certo crimine,& vide Ias.in l.scriniarios in prin.C.de test.mil.& vide apostil.ad sing.10. Cors.in verbo, auxiliũ &c.& do. Bar.Cep.in consi.suo 4.inc.Querela &c.in vlt.col.subdit per has doctrinas alias se obtinuisse in cõtingẽtia facti in
3 ciuitate Veronæ,†vbi est statutũ, ꝙ si frater reperiat aliquẽ turpiter cõuersantẽ cũ sorore sua possit ipsum impune occidere,ꝙ vnus q̃ repererat quẽdã in camera cubicu lari cũ sorore sua cũ armis cõuocauit amicos armatos,& occidit illũ & licet statutũ loqueret de fratre tm̃,tñ dixit ꝙ debet extẽdi ẽt ad amicos cõgregatos sine qbus nõ potuisset tute occidere illũ repertũ cũ sorore,& refert ꝙ ita per totã curiã Veronæ iudicatũ fuit,& dẽ ẽt fortius Pau. de Cas.in dictis locis,ꝙ in casib. in qbus quis põt facere vindictã in pſonã alicuius,ꝙ hoc poteritẽt fieri facere p aliũ,& ille talis hoc faciẽs nõ puniet,in quo tñ Bal. in dictis locis tenet expresse cõtrariũ, dicẽs,ꝙ illud ꝙ alicui pſonæ specialiter cõmittitur, ad aliũ nõ põt ttãsmitti p l.cũ patronus.ff.de leg.2.de quo ẽt per Bal.in c.ad nostrã ext.de prob.& per Bar.in l.nõ solũ.ff.de iniu.& in c.1.§. si quis vero de pace iura. firmã. & Bal. in l. p diuersas,C. mãd.& vide tex.no.ad hoc in l.cũ fundũ.ff.de vi & vi ar, & in l.feruus si hæred.ff.de stat.li.& Bal.in d.l.Gracchus, & Pe.de Anc.in c.1.qd me.cau.& Io.de Ana.in c.2.in vltimis verbis.de homic.& per do.Fel.in c.q̃ in ecclesiarũ, de cõst.in 4.col.ver.cæterũ,& do. Paridẽ de puteo in suo tract.syndicatus,in 41.char.ver. familiaris.tene mẽti pdicta,quia sunt quotidiana,& valde vtilia & lucrosa,quę addere potes his quæ dixi.§.in sing. 17.inc.accessuriom.

## CLXXVI.

*1 Voluntas ac propositum maleficia distinguunt. Et sic qui verberandi tantum animo alium percutiendo occiderit,an de occiso teneatur?*
*2 Delinquens vltra propositum, vel an delictum sine dolo commissum puniendum sit? remissiuè.*

1 Voluntas & propositum distinguũt maleficia.l. qui iniuriæ.ff.de iur.l.quod reipu.ff.de iniu.l.prima.C. ad leg.



ad leg. Corne.de sica.cum simi.& affectio operi nomen imponit l.si non conuitij.C.de iniur. Vide gl.in c.cum in captiuitate.24.q.2.Et ideo tene menti, quòd si aliquis aggrediuntur aliquem aio & intentione eum bastonandi, vel aliter percutiendi, & eum sic bastonãdo & percutiẽdo interfecerunt,ꝙ isti interfectores de occiso non tenẽtur,sed aliter mitius puniuntur, cum vltra propositum deliquerint. Ita singulariter per optimas rationes consuluit Paulus de Cast.in consi.suo 192.inc.In causa incceratorum,& ibi respõdet ad contraria quæ adduci possent,& profecto est sing.cõsi.quod refert & sequitur do. Aug.de Arimi.in suis addi.ad Ang. de Are. super malefi ficijs.in ver.& appensatè &c.in fi.vl.addi.& in versic.dictus Andreas armatus.circa si.primę addi.Quod dictum optimè facit pro illa quæstione,& articulo magno,& ꝙ
2 lixo, videlicet an delinquens vltra propositum,, vel an delictum commissum sine dolo,puniatur,& quo modo, quæ dubia nunc non examino propter eorum prolixitatem,sed solum loquar remissiuè,ideo videas Bart. in l. diuus.ff.de ficai Bart.in l.omnes populi.circa 20. col. ver. ex prædictis.ff. de iusti.& iur.Bar.in l.non dubium.in 3. col.C.de le.Bar.in l.in l.Cornelia.ff.de sicar.Bal.in l.si qs seruo.C. de fur.Bal.in l.venia.C.de in ius voc.Bald.in l.si qua p calũniã.C.de epi.& cle.& in l.si qs ignorãs .ff.loca. Ba.in l.si mãdati.C.ma.& l.data opera. C.qui acc.nõ pos. Bal.in d.l.oẽs populi in 10.col.& in d.l.non dubium,& in l.si quis alieno,§.cum autem ff.de his qui.not.insa.Bal.in d.l.Gracchus.C.de adul.& in l.quamuis.ff.de in ius voc. Bal.in l.benignus.ff.de legi.Bal.in l.decuriones.C.de infami.Bal.in c.1.in 5.col.de const.Bal.in l.penultima.ff.ꝙ quisq; iur.Bal.in l.in actionibus ff.de in.lit.iurã. Bal. in l. quicunque.in 5.col. C.de ser.fugi. Bal.in l. si seruꝰ vestri. C.de noxa Bal.in l.1.in 2.colu.ff.de legi. Bal.in l.quæ sortitis in pen.col.C.de pigno. Act.Bal.in l.1.§.quod prætor.ff.ne quis eum qui &c.Bal in prœm. Digestotum, in §.sed tamen nos.in 6.col.Bal.in l.vnica.in 14. col.C.de cõfes.Bal.in l.1.in 2.col.C.si à non cõpe.iud.Bal.in l.1.C. de his q latro.Bal.in rep.l.1.C.de summa tri.& fied cath. in antep.col.Bal.in cõs.suo 214.inc. Dubitatur in 3.vol. Bar.in l.rep.ff.de q.& in l.quod Neruа.ff.depoti.Ang.in d.l.diuus.ff.de fica.& in l.quoniam multa.C.e.Ang.in l.1. §.nõ.aũt.ff.si quis testa.lib.esse iussus fue.Ang.in l.plagij. C.de plag.Ange.in l.1.C. de thesau.li.10.Ang.de Are.in tract.maleficiorum,in ver.& appensatè.in vers.vlt.& ibi in ver.quid si habeat arma &c.ang in auth.de teste.§.& licet.in vlt.col.Sal.in dicta l.qñ multa.Sal.in l.data opera. C.qui accus.non poss.Io.An.in mercurialib.in regula,cũ quis.de reg.iur.vbi ponit plures qõnes similes.Lud.Ro. in l.1.§.occisorum.in 3.col.ff.ad Sylla.doct.in l.pen.ff.de adul.doct.in c.si.de homic.& in l.ex incendio.ff.de incẽ. rui.nauf.gl.& doct.in c.1.quibus mod.feu.amit.do.Floria.in l.3.§.iniuriarum.in 2.col.ff.ad leg. Aquil. Guid.de Suza.in q.ttatut.in 2.col.Cy.in l.1.ff.de leg.Pe.de Anc.in consi.284.inc.iure ttricto.in fi.Ale.consi.109. inc. visis,& vt oportet consideratis.in 1. volu.& eo.vol.consi.3.inci. Ponderatis.in 1.col.& in consi.140.inc. videt in casu,pro posito.in 2.& vlt.col.in 2.vol.do.Io.baptista de S. Seueri no in rep.l.omnes populi.in versi.5.infert ꝙ si statutum, de iust.& iur. Pau. de Castr.in consi.139,incip.viso processu.in 2.col.ver.quod quidem.Pau.de Castr.in l.memo. C.de episc. audien. Rapha.Cuman.in consi.134.incip.visis in fin.Ioan. de Ana. in c.lator. post alios, de homi do. Barthol.Cæpol.in cautela sua 2,versic.si statutum imponat,& in cõs.29.inc.viso processu. in antepenu. col. & in consi.31.inc.super homicidio.in antepen.columna.& in consi.33.inc.multa &c.in 1.col.& in consi.34.incip.si vnquam.in 3.char.in pen.col.& do.Paridẽ.in tract. syndicatus.in 75.char.in 4.col.& do.Fel.in c.quoniam contra.in 5.col.de prob.& c.in nomine. in 2.col.de testi.post prin. & in c.lator.de homicid.Tene menti prædictam doctrinam Pau.de Castr.in dicto consi.192.quia non fallor,est not.& posset tibi facere honorem & vtilitatem. Et vide omnino dicta infra in singulari 247.incipien.principale propositum.

## CLXXVII.

*1 Malitijs hominum obuiandum. Et ideo aduersus calumniantem,se cum calumnia quiuis tueri potest.*
*2 Mutuum à te acceptũ, si tibi seorsum restitui,ac rursus à me petis,à te quicquam habuisse licitè negare possum.*
*3 Carceratus iniustè custodem,vt se ad audiendam concionem abire sinat,se rediturum iurans, an licitè in ecclesia remanere, nec inde redire possit, velut & qui à capitaneo iniustè detinetur, si aufugiat?*
*4 Papa Alexander tertius,cum episcopum simoniacum ad manus haberet,vt veritatem ab eo erueret, clam illi promisit,quod si publicè delictum fateretur,cum dispensaret,cõfessum coram Cardinalibus statim deposuit. Et quid de iudice delinquenti remissionem delicti remittente?*
*5 Furtum passus si pactum cum Titio fecerit,vt si furtum sibi factum,indicaret,ac fures, nihil de eo se ab eo exacturũ, an non obstante pacto aduersus eundem agere queat, si furti teneatur?*
*6 Furtiuè ate equiualentem rem accipere possum, si quam de me habes recuperare non possum, sed nec si inde mos sequeretur,irregularis fiam*
*7 Dolus nullus,si prædonibus fides non seruatur.*

1 Malitijs hominum obuiãdũ est.c. sedes apostolica. de resc.l.in fundo.ff.de rei vend.cum si.quod intelige nedũ recta via,sed etiã cũ malitijs,ẽm doct.in dicto cap.sedes.& ideo dixit gl.not.in dicto c.cupiẽtes.in ver. malignãtium.de elec.ꝙ aduersus calumniam quis potest se defendere cum calumnia,quam glo.refert & sequitur Bal.in rub.C.de fide inf.in 8.col.& Ang.in l.maritus,quę est l.pen.ff.de vsur.& dixit glo.valde not.in c.dñs noster. 23.q.2.ꝙ ti aduocatus fouet iustam causam,põt cõuincere aduersarium suũ cum malitia, & faciunt dicta ibi per Arch.& per gl.in c.nullus 4.q.4.& tex.not.in l.cum pater §.Titio.ff.de leg.2.ver.nec dolo videtur feciſſe, cũ fraudem excluserit,quem tex.alleg.Ang.pro dicto gl.in d.c. cupientes.in d.l.maritus.pro quo faciunt dicta per Barr. in l.1.§.præterea.ff.de quæst.& dixit sing.do. Ant.in c.1.
2 de mu.peti.ꝙ si mutuasti mihi decem, quæ tibi restitui in secreto,si tu iterum illa petis,possum licitè negare, & dicere nihil à te habuisse,quod etiam tenet Petr.de Anc. in c.2.de reg.iur.in 6.& in dicto c.cupientes,ad quæ etiã faciunt dicta per Bal.in d.rub.C.de fide instrum.in 8.colum. versi.incidenter etiam quæro,& dixit no.Io.And.in add. Spec.in rub.de iureiur.ver.Iterũ quæro de eo qui iurauit
3 redire,&c.ꝙ iniustè carceratus,qui iurauit custodi,ꝙ si eum relaxaret, vt posset ire ad audiendum concionem, ꝙ ea audita reuerteretur ad carcères,qui postea intrauit ecclesiam,& noluit exire nec reuerti ad carceres,an hoc sibi licuerit? decidit ibi ꝙ sic. pro quo facit optimè quod voluit Bar.in l.vis eius. C.de probatio.vbi dicit,ꝙ si quis iniuste detinetur ab aliquo capitaneo,& aufugit,non tenetur in aliquo,quod etiã voluit do.Ale.referendo Bart. in l.sed eximendi.§.si quis.circa si.ff. ne quis eum qui in ius voc,& in l.relegati.ff.de pen.& illud dictum Io.And. in d.rub.de iureiur.refert & sequitur do.Abb.in ca. inter alia.in fi. de immu.eccle.dicens hoc tantum esse verum, vbi immineret mors, alias secus, quia ille teneretur ad obseruantiam iuramenti. Et pro illo dicto allegat bonam gl.in clem.pastoralis in ver.per violentiam.de re iu. & vltra prædicta facit quod dixit Arch.in c. vtilem. 22.
4 quæstio.2.vbi dixit,quòd † cum papa Alexander tertius haberet præ manibus episcopum simoniacum, promisit ei in secreto, quòd si publicè fateretur delictum suũ, dispensaret cum eo, & statim cum ille confessus fuit coram Cardinalibus,deposuit eum,quod dictum refert & sequitur domin.Felin.in cap.accedens 2.vt lit.non contest.in 1.col.& in cap.afferte.post princ.de præsump.Ad idem facit quod not.Dom.post Vgo.& Arch.in c.nos in

quemquam.ad fi.2.quæſt.1.vbi dicunt, ꝙ iudex promittens delinquenti remittere ſibi delictum, ſi illud cõfitea-
tur, ꝙ ſi confiteatur, ex tali confeſſione põt eum cõdemnare, & excuſatur iudex ex tali ſimulatione, per tex.in d.
c.vtilem.quod dictũ refert do.Fel.in c.afferte.in prin.ex.
de præſumpt. contra quæ faciunt quæ dixi infra in ſing.
meo 201.inc.in confeſſum. Ego aũt, dum fui in officijs,
nunquã curaui facere reis tales promiſſiones. Et vltra p̃
dicta ad propoſitũ adduco not.verbum, de quo nunquã
obliuiſcaris, videlicet dictum Vber.de Bobio in l.ſi pro
fure.ff.de condi.fur.& Io.An.referẽtis eum,in addi. Spe.
5 in rub.de fur.vbi dixerũt† ꝙ ſi paſſus fur tum fecit pactũ
cum Titio, ꝙ ſi indicaret fures, ab ipſo nihil peteret, ſi ſi-
bi ex illa cauſa in aliquo teneretur quo ſtante ipſe Titius
indicauit furtum, per quod apparuit ipſum fuiſſe de furi
bus, dñs contra eũ agit furti, ipſe excipit de pacto, dicunt
tñ prædicti doct. ꝙ poterit agere contra eum, nec iuuabi
tur ex pacto, quod eſt ſingulare verbũ perpetua memo-
ria dignum, quia quotidie occurrit aliquod furtum, &
fiunt proclamationes ꝙ indicãti furtũ parcetur, ſi eſt de
ſocijs. Ideo tene menti, & iſtud dictũ pro valde no. refert
& approbat Barb.in c.ſedes apoſtolica.in 4.col.de reſcr.
Ad qđ vide etiã Ias.in l.conuentionũ.ff.de pact.in 2. col.
Itẽ etiã ad propoſitum huius prædictæ regulæ, ꝙ mali-
tijs hominũ eſt obuiandum, adduco no.verbum Inno.in
c.cum olim 1.de reſt.ſpol. quẽ ibi ſequitur do.Ant.vbi di
6 xit†, ꝙ ſinõ poſſum recuperare rem meã à te, ꝙ poſſum
æquiualentem furtiuè à te recipere, per c.dñs noſter 25.
q.2.quod dictum refert & ſequitur do.Flor.in l.itaq; ff.
ad l.Aquil.vbi bonus tex.quod dicit ibi Flo. eſſe mirabi
le, & ſubdit ipſe ibi, ꝙ ſi etiã mors ſequeretur, ex hoc ille
nõ eſſet irregularis. Tu dicas ꝙ hoc etiã dixi gl.in c.ius
gentium 1.diſ.quã pro ſingulari ad hoc alleg.do Fel.in c.
qm̃.in vlt.col.de ſimo.& idẽ ẽt voluit Inn. in c.quia pleri
que ext.de immu.eccl.quẽ refert & ſequitur Bal.in l.1.in
2.colum.C.de teſt.& Ale.in conſ.ſuo 135.inc. Circa pri-
mũ, & c.in 1.col.in 1.vol.Ale.in l.ſi qs in tantã in 1.apoſt.
C.vnde vi, & Bald. in l.2.in 15.col. C. de ſerui.& aqua.in
ver.& no.ꝙ ſubditi, & Alex.in conſ.476. inc.Pulchrè re-
ſpondit.in pe.col & in cõſi.474. inc.viſa inquiſitione.in
3.col.& do.Fel.in c.pen.de homi. Contra prædicta tũ for
titer facit illud, videlicet, ꝙ graue eſt fidem fallere l.1.ff.
de conſt.pec.de quo dixi ſ.in ſing.148.inc.graue, & etiã
illud ꝙ etiã hoſti fides ſeruanda eſt, de quo in c.noli 33.
q.1.& in c.innocens 22.q.4.& in c.dominus noſter 23.q.
2.Sed potes dicere, ꝙ illa iura intelliguntur in hoſtibus
ſeruantibus fidẽ alijs, ſecus ſi ipſi nõ ſeruant fidẽ alijs. Ita
dixit gl.in d.c.noli, ſed in prædictis caſibus poſſet dici il
los non ſeruare fidem, ergo eis non eſt ſeruanda. Et idem
dixit gl.in c.vt pridem 23.q.vlt.in 1.gl.& vide gl.in c.do
minus noſter 23.q.2.& vide do.Phil.Dec.in l.ea eſt natu
ra.in fi.ff.de reg.iu. Et facit pro hoc gl.in d.c.vtilẽ. 22.q.
2.quæ dixit, ꝙ dolus contra hoſtem eſt bonus. Et dixit
Bal.in l.1.in pen.col.ver.quæritur, quidam cleri.C.vnde
7 vi, ꝙ† nullus eſt dolus ſi fides prædonibus non ſeruatur.
Vide quæ dixi in repe.mea l.fi.C.de proba.in 20. char.in
fi.& vide etiam do.Paridem de Puteo in ſuo tract. ſynd.
in 97.char.in ver.& aduertendum eſt, & in eo.tracta.86.
char.in 1.col.in ver.Saluus conductus, & iſtas doctrinas
& dicta teneas mẽti rogo, quia indubitanter teneo quod
alibi iſta cumulata nõ reperies, ſed ego ſolus omnia præ
dicta iam pluribus annis collegi maximo cum labore, &
tene menti.

## CLXXVIII.

*1 Inimicum à teſtimonio repelli. Et quatenus id procedat?*
*2 Teſti dicenti ſe nullas inimicitias cum eo aduerſus quẽ pro-
ducitur, gerere, non creditur, quin à teſtimonio repellitur
ſi inimicitiæ cauſa ſubeſt.*

1 INimicus† repellitur à teſtimonio c. repellantur c. cum
P.& c.cum oporteat.de accu.& in c.ſi teſtes.4.q.3. & in
l.liberi.C.de inof.teſt.& in auth.ſi vero dicatur.C.de tel.
cum multis ſimil. de quo vltra omnes dixi in rep. mea l.
fi.C.de prob.in 16. char. cum ſeq. quod eſt verum nedũ
in inimico publico & manifeſto, ſed etiam habet locum
in eo apud quẽ eſt cauſa inimicitiæ cõtra illũ contra quẽ
producitur, licet ipſe cõtra quẽ producitur neſciat illam
cauſam, vtputa. Titius accuſauit Sempronium de aliquo
crimine, certe licet ipſe Sempronius neſciat ſe accuſatũ
eſſe ab eo, tñ nõ poterit contra eum eſſe teſtis, vel pone,
Titius adulterauit vxorem, vel filiam Caij, hoc tamẽ eſt
incognitum ipſi Caio, attamen non obſtante illa ignorã
tia, quia tñ ſubeſt cauſa inimicitiæ, nõ poterit ipſe Caius
teſtificari contra ipſum Titium. Ita ſing. dixit Bar. in l.1.
in fi.ff.de his quibus vt indig. & Inn. in c.cum I. & A. cir
ca fi.extra de re iudi. & Bal.referens Inn.in l.præſcriptio
ne.in antepen.col.C.ſi contra ius vel vti.publi.& in dicta
auth.ſi dicatur.in vlt.col.& Abb.in dicto ca.repellantur,
& in dicto ca.cum oporteat, vbi videas etiam do. Fel.in
7.col.circa ſi.& Lud.Rom.in l.1.§.reſcriptum.in prin.ff.
ad Sylla.& in rubr.ff.de arbi.in 9.col.ver.ſcias tñ, & do.
Alex.in conſi.ſuo 474.inc.Viſa inquiſitione.in vlt.col.in
fi.& in conſi.ſuo 99.inc.in cauſa inquiſitio.in 2.col.in 1.
vol.& Lud.Rom.in ſing.ſuo 319.ſm ordinem meum, in-
cip.Inn.in c.cum I.& A.&c.& do.Fel.in c.ſciſcitatus.in 8.
col.de reſcrip. de quo latè dixi in prædicta repet.mea l.
2 fi.C.de proba.in 16.char.vbi videas, & teneas menti, † ꝙ
licet teſtis dicat non habere inimicitiam, vel odium ali-
quod cum illo, contra quem teſtificatur, attamen repelli
tur, & ei non creditur, ſi ſubeſt cauſa inimicitiæ, per præ
dicta, quod apertè voluit do.Ale.in ſuo conſ.99.in 2.col.
quod eſt no. quia communiter teſtes dicunt ſe nõ inimi
cos illius contra quem teſtificantur.

## CLXXIX.

*1 Percutiens priorem vel antianum, ſi ſtatuto cautum ſit, vt in
duplum puniatur, an remotum priorem percutiens in ſta
tutum cadat, cum qualitas adiuncta verbo debeat intelli
gi &c. Et quid de poteſtate ſyndicatu durante? n. 3.*
*2 Vaſallus à vaſallitico liberatus dominum defendere non te-
netur, ſicut neco offendere, ſi tamen offendat, non eadem
pœna punitur, qua & dominum offendens.*
*4 Clericum depoſitum ac degradatũ percutiens in excommuni
cationem cadit. Et quid de illo, qui conſiliarius fuerit, at
in præſens depoſitus eſt, an priuilegijs dignitatis, ne tor-
queatur frui poſſit? Et qd de aduocato officio aduocationis
adiurato?*
*5 Tabellio ab officio remotus, ſi inſtrumentũ conficiat, an mor
tis pœna puniri debeat?*
*6 Iudæus de proximo effectus Chriſtianus, an aduerſus Chriſtia
num teſtis idoneus ſit? Et quid de periuro pœnitentia pe-
racta? Quid item de inimico, cum quo pax init a eſt?*

1 VIgeſt† communiter ſtatutum per Italiam quo caue-
tur, quòd percutiens priorem, vel antianum, punia
tur in duplum modo aliquis fuit prior vel antianus, ſed
de proximo eſt remotus à tali officio, vtrum hoc caſu ſi
aliquis eum percutiat, cadat in pœnam dupli? In quo
Alber.de Roſa.in ſecunda parte ſtatutorum, quæſtio 20.
incipient.quid ſi ſtatuto, & c.dicit, quòd hoc caſu pœna
duplicabitur.alleg.l.ordo. ff. de publi.iudic. & l.ordine.
ff.ad municip.Sed Ludouic.Roman.in l.ſi quis in graui.
§.de his.ff.ad ſylla.tenet contrarium, dicens, quòd qua-
litas adiuncta verbo debet intelligi ſecundum tempus,
& actum verbi, per legem, in delictis.in §.ſi detracta.ff.
de noxa.& in l.Titius.ff.de teſtamen.milita.& in l.habe-
bat.ff.de inſtito. Vnde cum ſtatutum loquatur de priore
vel antiano, non habet locum in remoto, quia de illo ſta
tutum non loquitur l.ſi vero.§.de viro.ff.ſol.mat.l.ſi cui
eorum.§.affinitatis.ff.de poſtu. Adducit poſtea text.in c.
fi.in fi.verbis.de vaſal.qui contra conſtitu.Lotha.in vlib.
2 feud.vbi ſecũdum eum dicitur, quòd† ſi vaſallus eſt à va
ſallitico liberatus, dñm defendere non tenetur vt prius,
ita nec offendere, & ſi eũ offenderit, non punietur ea pœ
na, qua puniretur, ſi dominũ offendiſſet, ſed alias iudicis
arbi-



arbitrio. & dicit ꝙ ita dicit ibi tex.coniuncta gl. & ideo
prædictam deciſionem Albe.ipſe reputat falſam, Dicit
tñ quòd pro Alberico ipſe allegat duos tex.in l.fin.ff.de
decurio. & in l.penul.eodem titu. & l.fruſtra.C.de ſent.
paſſ.dicit ẽt, ꝙ miratur de Alber.qui alleg.d.l.ordo.quia
illa lex modo aliquo non facit ad illud, ad ꝙ Albe. eam
alleg. & hanc opinio. Lud.in hac qõ. ſequutus eſt Ange.
de Aret.in tract.maleficio.in ver.Caium Sempronij.in
vlti.char.in verſi. & diligenter pondera. vbi refert Lud.
Ro.de verbo ad verbum, dñs aũt Alex.in l.pen.C.de de-
fur.lib.10.refert Albe.Ludo.Ro.& Ang.de Aret. in di-
ctis locis, nec aliquã opin. approbat, ſed do. Aug.de Ari.
in ſuis additio.ad Ang.in d.verſi. & diligenter pondera.
videtur inclinare in opin.Ludo.allegat.n.Bal.in l.obſer
uare.§. proficiſci.ff. de offi.ꝙ conſul.in 7.q.vbi tenet idẽ
3 quod tenet Ludo.ſecuſ aũt dicit eſſe in Poteſtate duran
te ſyndicatu, quia tunc offendens eum, cadit in pœnam
ſtatuti punientis offendentẽ Poteſtatem. Ego aũt in hac
qõne ſum valde dubius pp dictas contrarietates, & va-
rias opin. Tamen in cõtingentia facti magis inclinarem
in opin.Albe.quam Ludo.Ro.& ſequacium, quia illa ve
rè eſt æquior & ſuſtentabilior. Videmus.n.ꝙ ea quæ fiũt
de proximo, videtur ineſſe.ar.l.filius familias.ff.de teſta.
mili.& l.lecta.ff.ſi cer.peta.verſi.dicebam. Item pro opi.
Alber.eſt te.in d.l.ſi quis in graui.§.de his.ff.ad Sylla. ex
quo tex.Ludo.Ro.ibi format illam qõnem. Item eſt te.
in l.fi.ff.de decurio. & in l.pen.C.eo.li.10.& in l.fruſtrà
.C.de ſenten.paſſ.& in l.vnius facinoris.§.ſeruus.ff.de q̃
ſtio.& in l.extraneo.§.fi.eodem tit.& in l.ſeruos non ſo
lum.C.de qõ.& in l.nihil.in fi.eodem titu.in quibus oĩ
bus iuribus probatur clarè opi.Alber.& vltra dicta iura
ẽt plures doctrinæ doctorum reperiuntur pro hac par
te, ideo adduco ea quæ adduxi ſuprà in ſing.107.inc.pri
uilegium dignitatis.vbi dixi, ꝙ priuilegium dignitatis
durat finita dignitate, ſm Bal.in c.ſedes apoſtolica.de re
ſcriptis.poſt Inn.ibi, ad qđ adduxi gl.in c.accedens.quin
4 quageſima diſtinctio.quæ dixit, † ꝙ licet clericus ſit de-
gradatus, attamen eum percutiens cadit in excõicatio-
nem.& gl.quæ idem voluit in c.dictũ 81.diſt.& doctri.
Marti.de Fano quam refert Fran.Tigri.in d.l.fi.ff.de de-
curio.vbi dixit, ꝙ per illum tex.euaſit quendam qui fue
rat condemnatus ad mortem, & dum appellauit, oppo-
ſuit coram iudice ꝙ fuerat conſiliarius ſuæ ciuitatis, Po
teſtas tñ pp iudicia contra eum exiſtẽtia poſuit eum ad
torturã, quo caſu non poterat torqueri per illum te.& il
le in tormentis confeſſus eſt maleficium, & ex quo illa
tortura non tenuit, eodem modo non tenuit confeſſio.
Et vide do.Fel.in c.eam te.in 9.col.in ver.infidelitas præ
cedens.de reſcri.& faciunt dicta per Bar.in l.1.C.de ad
uoc.diuer.iudi.vbi dixit, ꝙ ille qui depoſuit officiũ ad-
uocationis, adhuc eſt indignitate, & appellatur clariſ-
ſimus, & ꝙ non debet torqueri tanquam habens digni-
tatem, & ꝙ debet mitti iuramentum ad eum tanquam
ad egregiam perſonam. Et faciunt ẽt quæ dixi in ſingu.
5 35.incip.ille qui nunquam.vbi dixi, † ꝙ ille, qui alias ta-
bellio fuit, & fuit depoſitus à tabellionatu, ſi tñ facit in
ſtrumentum tanquam tabellio, non debet puniri pœna
mortis, ſecus in priuato, & hoc qa ipſe olim tabellio iu-
uatur primordio veritatis, ſm Bal.in l.ſi quis.C.de aque
duct.li.11.& Bal.in l.data opera.C.qui accu non poſſ.in
22.col.de quo latius ibi, & facit gl.in c.conſtituit.17.q.
6 4.quæ dixit, † ꝙ Iudæus, qui de ꝓximo eſt effectus Chri
ſtianus, non poterit eſſe teſtis contra chriſtianum. & fa-
cit gl.in l.qui cum vno.§.ignominia.ff.de re milit.quæ di
xit, ꝙ periurus ẽt poſt peractam pœnitentiam non pote
rit eſſe teſtis, ſicut ante nõ poterat. Item facit ẽt, nam ini
micus ẽt poſt pacem factam non põt eſſe teſtis contra il
lum, cũ quo habebat inimicitiã, ſm Alex.in conſilio 99.
incip.in cauſa inquiſitionis.in primo volu.vbi plura ad
hoc allegat, de quo ego latè locutus ſum in repeti. mea
l.fi.C.de probat.in 16.charta.cum ſequen.de quo ẽt per
Fel.in c.cum oporteat.in 5.col.in fi.de accuſatio.& facit
optimè tex.in c.his qui.in fi.de ſepul.in 6.& in l.filij.§.vi
dua.ff.ad muni.cum concor.in gl.alleg.vbi habetur, ꝙ
dignitas quæſita vxori pp maritũ durat ẽt mortuo mari
to. Et facit etiã, nã licet inimicitia ſurgens ex ſpoliatione
purgetur facta reſtitutione c.cum quis.de reſtitu.ſpolia.
in fi.tñ non purgatur, adeo ꝙ ille qui ſpoliauit non poſ-
ſit, ſi ſit datus iudex, recuſari. Caſus eſt cum gl. penul. in
c.conquerente.de reſtitutio ſpol.quem.ſing. no. ibi do.
Franci.de Are.ita dicit do.Fel.in dicto c.cum oporteat.
in 8.co.de accuſa.in prin.poſſent etiam alia quam plura
adduci ad propoſitum, quæ breuitatis cauſa omitto, ſed
me remitto ad plenè dicta per do.Fel.in c.quæ in eccle-
ſiarum.in 32.col.ver.fallit quintò & c.de conſtitu. Et ſic
per iſta mihi magis placet opi.Albe.nõ obſtat ratio Lu
do.Ro.videlicet, ꝙ qualitas adiuncta verbo debet intel
ligi ſm tempus & actum verbi, quia reſpondeo ꝙ illud
non eſt ſemper verum, vt patet in exemplis & doctrinis
ſuperius adductis. Nec habet etiam obſtare tex.in dicto
c.1.de vaſal.qui contra conſtitu.Lotha.& c.quem ꝓ opi
nione ſua alleg.Lud.Ro.vnà cum gl.ſua, quia ego reſpõ
deo & dico ꝙ mirandum eſt de Ludo.Ro.& de Ang.de
Are.qui eum ſequitur, quia ille tex.non dicit illud ad ꝙ
ipſi eum allegant, ſed imo probat cõtrarium, ſi rectè in-
ſpiciatur in fi.dum dicit, ſed eum quidem tunc offende
re non debet.& gl.ibi ſuppletur, in memoriam priſtinæ fi-
delitatis & c.& gl.ibi vlterius procedẽs tenet quaſi aper
tè opi.Alb.ideo nec Ro.ne Ang. Are. bene inſpexerunt
d.text.& d.gl.quia vt dixit te.ille & gl.faciunt de directo
contra eos. Et per iſta ego remaneo cum opinione Albe.
& eã ſequor, quæ vt dixi, eſt æquior & ſuſtentabilior iu
dicio meo, quibus etiam adde dicta per do.Paridem de
puteo in tracta.ſuo ſyndi.in 39.char.in pen.col.in princ.
& poſt med. Quę omnia tene mẽti ad hanc qõnẽ, & ẽt ꝙ
limitatione & reſtrictione illius vulgatæ regulæ; videli
cet, ꝙ ceſſante cauſa ceſſat effectus, de qua in l. adigere.
§. quamuis.ff.de iure patro. cum ſimi.

## CLXXX.

*1 Inhabiles cõmunĩus occaſione habitum priuilegijs gaudere.*
*2 Delinquentes plures ſimul, quorum vnus clericus eſt, ſi à in-
dice ſeculari capti ſunt, & ab eodem inquiſiti, & clericus
remitti ad iudicem eccleſiaſticum petat, an ſi remittatur,
reliqui quoq; laici occaſione communionis remitti debeãt?*
*3 Fratres cum fratre ab oneribus immuni habitantes an im-
munitatis beneficio fratris gaudere quoque debeant?*
*4 Saluſconductus alicui & ſocijs conceſſus, Iudæum quoque
ſocium comprehendit.*
*5 Mulier cum ſacerdote fornicans iudicem eccleſiaſticum ha
bet, non ſecularem.*

PLura & plura iam dedi tibi ſingularia, & notabilia nõ
omnibus cognita iudicio meo, ſed nouiſſimè do tibi
vnum notabilius cæteris omnibus, quòd tenendum eſt
1 ſemper in ſcrinio pectoris. Tu ſcis† quòd propter com
a munionem vel ſocietatem inhabiles gaudẽt beneficio
habilium, vt eſt tex.in l.ſi communem.ff.quemadmodũ
ſer.amit.in l.ſi is qui duos.& ibi Barto.ff.de libe.lega. &
voluit Abb.in c.ad audientiam.extrà de præſcrip.dicẽs,
ꝙ contra priuatum habentem rem communem cum ec
cleſia Romana currit ſolum præſcriptio centenaria, &
dixi de hac communione ſeu ſocietate ſortè vltra alios
in repetitio.mea l.fina.C.de probatio.in 6.char.vbi plu
ra dicta iura & doctrinas poſui, ſed vltra omnia quæ ibi
poſui, tene menti quòd iſta communio ſeu ſocietas ope
2 ratur mirabilem effectũ, videlicet, † quòd ſi plures ſimul
ſunt capti, & inquiſiti à iudice ſeculari, quorum vnus eſt
clericus, & ipſe petat ſe remitti ad eccleſiaſticum iudicẽ
iuxta c.ſi iudex.de ſenten.ex communica.in 6.cum ſimi.
ꝙ tunc omnes laici debent ſecum remitti ad iudicem
eccleſiaſticum, per d.l.ſi communem.ne cõtinentia cau
ſæ diuidatur, & ne ſequatur abſurdum, ſi in eadem cauſa
variæ ſententiæ ferrentur, & fortè contrariæ, ita ſing. &
mirabiliter

mirabiliter dixit do.Ant.de Prato veteri doctor Bono. in l.1.in fi.ff.quæ senten. sine appellatio.rescin.Quod dictum maximis preconijs & summis laudibus extollit,& ponit in celum do.Maria.Soci.in 4.char.in 2.col.versic. octauo.fallit.extrà de mut.peti.& in consi.suo 12.incip. qm̃ in præsentiarum.in 6.col.in ver.est adeò &c.& in d. c.2.& corroborat eũ pluribus dictis & doctrinis,& maximè ex te.aureo in c.per tuas.de arbit.vbi qualitas duorũ laicorũ per se inhabilium habilitatur pp adiunctionẽ vnius clerici,& ex hoc dicto infert ẽt do.Maria.in dicto loco ad aliud notabile dictum de quo ibi per eũ.Et hoc dictum etiam pro stupendo refert & sequitur ponendo supradicta do.Fel.in c.placuit.in 5.co.circa medium extrà de præscrip.Vide in materia Alex.in consi.159.inci. in causa inquisitionis.in 2.co.in 6.volu.& infrà in singu. 480.incip.apud doctores.Ego autem ad confirmationẽ huius dicti adduco Io. de Imo.in consi.suo 139. incipi. Præfatisimus.in 3.co.post med.versi.quinimo vbi idem tenet.Et adduco etiam not. consi.excellentissimi in iure viri do.Lud.de Ludouisijs aliàs pronotarij Bono. & Ar. Bonon.quod consilium incip.præmittẽdum est &c. vbi
3 tin contingentia facti consuluit & bonis rõnibus & iuribus ĩ causa magnifici militis do.Ant.de Magnanis ciuis Bono.qui erat immunis ab oneribus pp numerum liberorũ,q̃ fratres sui secum simul habitãtes debent gaudere beneficio illius immunitatis, & hoc propter personã fratris sui,& illi cõsi.se subscripserunt quamplures doc. pro quibus faciunt optimè dicta per do.Fel.in c.quã sit. in primo notab.de Iudæ.vbi oĩno videas,& per eũdem in c.quæ in ecclesiarum.in 18.col.ver 6.dubitatio.de cõsti,& facit tex.quem ego solus allego in hac materia, in l.1.in §.si vir.in verbo,commixta familia.ff. ad Syl.& faciũt dicta per Fel.in c.fedes apostolica.in 7.col.de rescript.& per Alex.in consi.suo 73 incip.Videtur in præsenti
4 in secunda col.in 5.vol.vbi dicit,ĩq̃ saluusconductus cõ
b cessus alicui & socijs,comprehendit Iudæum b socium, de quo ibi latius per eum.Vide in simili Bal.in c.1.in vl. col.versi.vltri extrà quæritur de controuer.feu.apud pares termi.in vsib.feu.& Ias.in l.1.in princ.C.de transact. & faciunt dicta per Cardin.Alex.in rubri.de appellatio. in 18.col.in fi.& faciunt ẽt optimè dicta per Feder.de Se
5 nis in consi.suo 167.incip.mulier accusat.vbi dicit,ĩq̃ si mulier aliqua commisit fornicationem cum vno sacerdote,q̃ iudex ecclesiasticus,non secularis,puniet ipsam pp ipsum sacerdotem.quod dictũ refert,& sequitur do. Aug.de Arimi.in additio.ad tracta.Ang.de Aret. in maleficij.in versi.*Che hai adulterata la mia dona*.in 6.chart. in prima additio.post medium.& vide Bald.in additio. Specu.in titu.de accusatio.in 1.col.ver.sed quid si offensus &c.& vide do.Barth.Soc.in l.cum senatus.in fi. ff.de rebus dub.vbi approbat supradictam opin. referens patrem suum ita tenuisse in c.j.de foro compe.& refert ita obtentum fuisse,quod dicit ipse esse summè not.pro adiuuandis amicis.Contra prædicta tñ videntur facere dicta per Bal.in l.non ideo minus.in fi.verbis.C.de accusatio.Tene menti pdictã doctrinã,vt possis adiuuare amicum seu clientulum tuum captum,& carceratum, quia ex hac doctrina poteris liberare quã plures à pœna mortis,quia cũ sunt in manib.iudicis ecclesiastici,sunt tuti à morte,licet non ab aliqua pœna inducta de iure canonico,& ex hoc poteris lucrari multas pecunias, & tunc eris mei memor.

ADDITIONES.

a Propter communionem.Adde Corset.sing.171.in verb. communitas.

b Comprehendit Iudeum.Idem tenet Corset.singu.288. incip.an societas.in fin.

CLXXXI.

1 *Homicidium fieri mandans, vt faciens tenetur.*
2 *Idemq̃ in nuntio homicidii literas scienter portante.*
3 *Nuntii tralatum maleficiorum, & usurariorum contra ctuum proxeneta ad quid teneãtur,& qualiter puniãtur?*
4 *Notarius cõficiẽs cõtractus usurarios puniẽdus,nec amplius instrumenta conficere valet,& infamis pronuntiari põt.*
5 *Aduocatus causam iniustam fouens,atque in ea obtinẽs parti iustam habenti causam succumbenti ad omne,quod succumbentis interest,tenetur.*

1 MAndans ffieri homicidium tenetur vt faciens illud ẽm Bart.& alios in l.si per alium.ff.ne quis eum.in prin.& in l.sed si vnius.§.si seruus.& ibi Alex.ff.de iniurijs.Bart.& alij in l.si seruus.§.prætor ait.ff.de acquirẽ. hæred.Bal.in c.1.in vlti.col.quib.modis feud.amit. Alex post alios in l.si quis id q̃.ff.de iurisdictio.oĩm iudi.& in l.1.in princ.ff.de verborum obligatio.de quo latè p Ange.de Aret.in tractatu maleficiorum.in verbo, Sempronij mãdatorẽ per totũ.& per docto.in c sicut dignum. de homic.& per do.Fel.in c.mulieres.per totum.de sententia excom.vbi videas per te.Sed q̃ro ego quid in nuntio scienter portante literas homicidijq̃dicas q̃ tenetur pœna homicidij,ita sing.dixit Cy.in l.non ideo minus .C.de accusat.idẽ expresè firmat Bal.allegans Cy.in l.j. §.ne aũt.in 5.col.C.de cadu.tol.vbi ẽt subdit idem esse si mandaui Titio,vt faceret homicidiũ,& Titius mandauit Seio,nã oẽs tenemur.allegat tex.quẽ dicit fore singu. in l.si ego.ff.q̃ vi aut clã.idem ẽt voluit Bar.in l.1.§.incipit.ff.ad Turpil.vbi inquit,ĩq̃ nuntij,per quos fiunt tractatus maleficiorum,puniunt per illũ tex.& subdit q̃ il lẽcasus est pro gl.in l.si sciente.ff.ad l. Põpeiã de parici. quæ dt, q̃ proxeneta contractus vsurarij tenetur ad restitutionẽ vsurarum. idem vt tenere ipse Bar.in l.aut q̃ aliter.§.fi.ff.quod vi aut clam. Idem ẽt expresius voluit Ang.de Aret.in tracta.maleficiorum.in verbo, Sempronij mãdatorẽ.in 3.char.ver.6.quæro &c.Idem voluit ẽt Sali.in d.l.non ideo minus.iõ antepenult.col. versi. mandante, quæro quid de nuntio &c.& adde quòd illam glossa. in d.l.si sciente.approbat Lud.Ro.in singu suo 275.inci. fui interrogatus,vbi dicit illam fore singu. & reprobat Bal.reprobantem illam in c.1.§.similiter.in vlti. col. de controuer.inuest.pro qua ipse Lud.ibi alle gl.& Inn. ac Io.And.in c.Michael.de vsur.& Archidia.in c.sicut non suo.46.distinctio.& Lap.allegatione 92.Sed tu vltra Ludo.Roma.dicas,quòd illa glossa non est singul. sed imò alia est similis in l.ordine.§.fi.in verb, minister.ff.ad municip.pro quibus gl.facit optimè quod voluit Hostien. in summ.in titu.de vsur.§.fin.verti.quid de notario.vbi
4 t dixit,quòd notarius scribens instrumentum vsurariũ punitur,quia efficitur periurus, & non potest vlterius instrumenta facere,& potest pronuntiari infamis.quod dictum refert Archidi.in dicto cap. sicut non suo.& Ludo.Roma.in singu.suo 385.incip.pone quod notarius. Ad quæ omnino vide Bal.in rubri.C.res inter alios acta. in vltim.co.pro quibus etiam optimè faciunt dicta per do.Fel.in c.si aduersus.de hæret.in secundo notab.& dicta per do.Bartho.Cæpo.in consi.suo vltimo.Et adde ẽt
5 in simili,quòd t si aduocatus auxiliatur fouenti iniustitiã &habens iustitiam succumbat,tenetur ei ad omne interesse,secundum do.Anto.in c.calumniam.in fi. de pœ. quem refert & sequitur Feli.in ca.1.n 12.co.de constit. & in c.tua nos.in princ.de homicid.& ibi vide alia plura similia iftis.

CLXXXII.

1 *Iudex lege clementior esse non debet,potest tamen ex causa augere pœnam,vel minuere.Itaque statuto cauente, quod pro paruo furto furca suspendi fur possit,poterit tamen iudex statuti pœnam citra mortem temperare.& n. 2. & 4.*
3 *Episcopus licet factum Papæ immutare.non possit, pœnitentiam tamen ab eo iniunctam ex causa minuere potest. Et an contra concilii decretum dispensare queat?*
tum. in d. versi. Quæro an confessus. Et dixit singu. Ang. in
l. 2. C. quorum appel. non recip. quod licet tertius possit
appellare pro reo condemnato capitaliter etiam ipso inui
to, tñ istud fallit, nisi talis reus condemnatus sponte cōfes
sus sit crimen, & in eo perseuerauerit. de quibus omnibus
3 latius dixi in d. §. diuus Antonius. Potest† tamen limitare
omnia prædicta, nisi nullitas processus perueniret ex defe
ctu iurisdictionis iudicis, nam tunc confessio partis confi
tentis intentum aduersarij non iustificat, nec validat pro-
cessum. Ita nota. in ca. at si clerici. in princ. de iudicijs. & in
c. olim. vbi est bonus text. secundum do. Abb. ibi, extra de
rescript. Ita not. dixit Cardi. Ale. in c. dilecto. in 2. col. in fi.
de appell. & hoc optimè poteris addere his quæ dixi supra
in sing. 10. incip. Tu scis &c. Pro qua etiam limitatione fa
cit sing. dictum Ang. in consilio suo 217. incip. In causa ac
cusationis productæ per do. Philipp. in vlti. col. vbi limitat
doctrinam Innocē. & aliorum in dicto c. qualiter & quan-
do. habere locum tātum coram iudice ordinario, secus co
ram delegato. quod dictum pro valde sing. refert & sequi
tur dom. August. de Ari. in suis additio. ad Angel. de Aret.
in tracta malefic. in verbo, qui iudex addidit. in penultim.
additio. de quo etiam dixi in repe. l. fina. C. de proba. in 57.
charta, circa medium. Pro hoc dicto facit in arg. nota. ver
bum Abb. in cap. olim ex literis. post princip. in ver. & ex
4 hoc & ex illo text. &c. de rescrip. Teneas† tamen perpetuo
menti vnū casum no. in quo spōte cōfessus non pōt ex cō
fessione sua condemnari, qui casus est quando iudex habēs
in manibus reum criminis dicit sibi, Confitearis delictū,
quia promitto tibi indulgere, & facere tibi gratiam. nā isto
casu si reus confiteatur delictum, non potest ex confessio
ne sua puniri. Ita singulariter & mirabiliter dixit Ioan. de
Imo. de consilio suo 109. Visa inquisitione. & mouetur iu
ribus & rationibus de quibus ibi per eum. quod maximè
procedit si in ipsa cōfessione nō perseuerat, vt ibi. pro quo
faciunt dicta per do. Nico. Millum in suo reperto. in ver.
confessio. in versi. confessione persuasione aduersarij. de
quo feci mentionem in l. 1. §. quæstioni. in vlti. colum. ff.
de quæstioni. vbi videas. pro quo etiam faciunt dicta per
Ias. in l. error. in 3. col. in fin. C. de iur. & facti ignor. & idem
quod dixit Io. de Imo. in dicto cōsilio dixit do. Paris de Pu
teo in tractatu syndicatus, in 108. charta, versicu. Sequitur
quęstio quotidiana. Teneas menti, quia alias plures audiui
iudicentes facere talem promissionem reis. Et istud ad-
dere poteris dictis supra in singu. 177. incipien. maleficijs
hominum. & alia requisita in cōfessione vt præiudicet cō
fitenti in criminalibus, vide per me in l. 1. in princip. in 6.
char. ff. de quæstioni. & in repe. mea. rub. C. de probatio. in
materia confessionis.

## CCII.

*1 Confessionem absente parte factam nō plenè probare semiplenam tamen probationem præstare. nu. 2.*

*3 Et ibidem casus aliquot, quibus plenam probationem facit huiusmodi absente parte facta confessio.*

1 TV scis regulam illam satis vulgatam, videlicet, ꝙ† con
fessio facta absente parte non plenè probat, de qua in
l. certum. §. si quis absente. ff. de confes. & in l. si. ff. de inter-
roga. actio. cum simi. attamen aliqui sunt casus, in quibus
talis confessio, plenè probat. vnus est casus multum singu
laris in quo talis confessio facta absente parte plenè pro
bat, qui casus ē in solutione alicui facta, vtputa, Titius erat
debitor ex instrumento Sēpronij in certa quātitate, & Sē
pronius confitetur in absentia ipsius Titij debitoris se esse
solutum, & sibi esse satisfactum ab ipso Titio, tūc talis cō
fessio, licet sit facta in absentia partis, tamen plenè probat
solutionem, & repellit cōtrariam præsumptionē. Ita sing.
dicit Bal. in cōsi. suo 41. incip. In primis &c. in 5. vol. quod
est singu. no. ad limitationem dictæ regulæ. Et idem dixit
do. Io. Bap. de sancto Seue. in repe. l. admonendi. in 19. char
ta, in 2. col. in fi. ff. de iureiur. & Alex. in consil. 245. incip.
ponderatis &c. in vlti. col. in 6. vol. & in consi. 245. incipiē.
2 visa scriptura. in 1. col. in 7. vol. Et† scias etiam quod licet ta
lis cōfessio facta parte absente nō plenè probet, tamē pro
bat semiplenè. Ita dixit Barto. in l. admonendi. in 16. col. ff.
de iureiur. & Lud. Ro. in cōsi. suo 373. incip. Visis allegatio
nibus hincinde confectis. & Bald. in addi. Specu. in titu. de
confes. circa fi. & Abb. in cap. fi. de succes. ab intesta. & Bal.
in l. in bonæ fidei. C. de reb. credit. & iureiur. & do. Alex. in
cōsil. 24. incip. animaduersis &c. in pe. col. ante fin. in 2. vo.
& in consi. 128. incip. ponderatis narratis. in pe. col. & dixit
Lud. Roma. in cōsil. suo 291. inci. cum isti fratres. in 3. col.
quod talis cōfessio facta absente parte facit præsumptionē
aduersus confitētem. Et teneas mēti etiā aliquos alios ca
sus in quibus confessio facta absente parte plenè probat.
vnus est in confessione facta in libello, vel in alia scriptura
iudicij producta parte absente, nam talis cōfessio facit ple
nam probationem, secundum Bal. in l. vnica. in penul. col.
C. de cōfess. Alius est casus in cōfessione facta absente par
te cum iuramēto, quia talis cōfessio plenè probat, secun-
dum Oldra. in consil. 292. incip. Hæ sunt rationes. & Bald.
in consil. 243. incip. In causa dom. Ludou. in 4. volum. licet
cōtrarium teneat Paul. de Castr. in consil. suo 241. incip.
Primo videndum circa fi. Item est alius casus, nam confes
sio facta absente parte non nocet confitenti, hoc est verū,
nisi sit frequens & continuata, & toties repetita ꝙ trans-

eatquasi in publicam vocem & famá,quia tunc plenè probat. Ita no.dixit Paul.de Cast.in consi.suo 175.incip. Super primo.&c.in vlt.col.ante fi.Est & alius casus, nam confessio facta absente parte plenè probat,quando fit ad exonerationem conscientiæ, secundum Feli.qui plura allegat in c.olim.in 4.col.de rescrip.idem etiam procedit in foro penitentiali secundum Bal.in l.rationes.in fi.C.de prob.& in c.innotuit.in 1.co.de elec.quem refert & sequitur do.Feli. in d.c.olim.in fi.4.col.Item confessio facta absente parte licet non præiudicet confitenti,tamen fallit in confessione, quæ non tendit ad obligandum confitentem alteri,sed tendit principaliter ad probandum aliquid, ex qua probatione absenti quæritur obligatio,vt puta.si quis approbat aliquod instrumentum tanquá verum,vigore huius approbationis,omnes quorũ interest,poterunt agere contra approbãtem.Ita no.dixit Ang.per illũ te.in §.si verò expressim. in 4.col.in versi.ex hoc patet.in authẽt.de hære.& falcid.q dictũ refert & sequitur Fel.in c.cum M.Ferrar.in 17.col.de consti.An autem de æquitate canonica confessio facta absente parte plenè probet, vide do.Franc.Aret.in consi.suo 64.incip. Diligenter.& per do.Ale.in consilio suo 179.incip.In causa Anglorum.in 3.col.in 2.vol. & in consi.115. incip.visa.in 1.col.in 7.vol.& in consi.235.inci.ponderatis. in 6.vol.in vlti.col.Et per do.Feli.latius in d.c.olim.de re
3 scri.in 4.col.vbi etiá ponit alios casus,in quibus valet cõfessio facta absente parte ad plenam probationem faciẽdã. & in materia vide etiam Alexã.consilio 186.inci. In causa & lite.in 3.colum.& vide Paulum de Castr.in l.quidam in iure.in princip.ff.de dona.& in l.nuda ratio.eodem tit.Et vide infra in singu.459.incip.vox viua.

## CCIII.

1 *Iudex extra territorium nullum habet imperium, Quãdoq; tamen iudex vnius territorij in alieno territorio quem citare potest.Et id quo casu liceat?*

1 IVdex † extra territorium suæ iurisdictionis nullum habet imperium,vt habet in l.fin.ff.de iurisdi.omni.iudi.& in ca.fi.de foro compe.& in cle.pastoralis.de re iudi.& habetur in l.fi.ff.de offi.præfec.vrb.cum simi.Sciastamen, q si iudex alicuius loci scripsit literas, vel miſit nuntiũ iudici alterius territorij,juxta ea quæ dixi suprà in singul.138. incip.Iudex alterius territorij.rogando ipsum iudicem q vellet citare reum subditum suum ratione habitationis in loco coram ipso iudice in causa delicti per eum commissi in loco iurisdictionis ipsius iudicis scribentis hoc, & talis iudex requisitus hoc modo non vult citare ipsum reũ, q hoc casu poterit talis iudex loci delicti per semet citari facere per edicta,vel per nuntium talem reum in territorio vbi degit,sicut si esset in territorio suo. Ita sing.dixit Bart. in tracta.ad reprimendum.in verbo,per edictũ.in vlti.col. quod dictum pro valde no.refert & sequitur do.Frã.Aret. in cõsilio suo 58.incip.diligenter.in 3.col.versi. Amplius dixit.quod multum no.in practica.& ad limitationem d.l. fi.cum concor.ff.de iurisdi.om.iudi.

## CCIIII.

1 *Clericum percutiens in excommunicationem incidit.Sed nec eam denitat si ipsius clerici consanguineum contemplatione eiusdem percutiat,aut vulneret.*

2 *Pacem initam frangere dicitur,qui consanguineum eius, cũ quo pacem iniit,offendit.Et id qualiter intelligendum.*

1 PErcutiens † clericum incidit in excommunicationem. ca.si quis suadente. 17.q.6.& ibi doct.Et tene menti,q adeo prohibitum est percutere clericum,q non solum est excommicatus ille qui percutit clericum,vt dixi,sed etiã excommunicatus est ille qui percutit, seu vulnerat consanguineũ ipsius clerici respectu ipsius clerici,ita singu.& mirabiliter dixit Ludo.Roma.in repeti.rubricæ.ff.de arbitr. in 24.colum.in fin.ad quod allegat optimum tex.in c.sciãt cuncti.in verbo,consanguineos.de elect.in 6.quod dictum pro mirabili refert & sequitur dom.Fel.in cap.ecclesia sanctę Mariæ.in 42.colum.de cõsti.vbi plura allegat,sed inter cæteras allegat dictum Petr.de Ancha.in d.c.sciant cuncti.
2 vbi dixit, † q ille dicitur frãgere pacem,qui cum promisisset Titium non offendere,offendit consanguineum suum. & allegat etiam not.per Io.Andre.in regula,frustra.in mercurialibus.quod tamẽ dicit intelligendum esse, quando nõ apparet,quod offendat eum ex alia causa,quã ex illa de qua fuit facta pax, alias secus.per no.per do.Ant.& Imo.in ca. 2.de renũtia.& alia etiam ad hoc allegat ipse do.Feli. in d. c.ecclesia sanctæ Mariæ.de quibus ibi per eum: vbi etiam latè examinat quæstionem illã, videlicet, an statutum laico rũ imponens pœnam cõsanguineis clericorum valeat ibi.

## CCV.

1 *Opinio vehemens veritati congruens idem quod certitudo efficere dicitur.*

2 *Opinio vehemens & coniectura facit conditionem necdum impletam pro impleta haberi,vt in substitutione facta eo casu,quo masculus non nascatur si vehementi coniectura appareat fœminam,non marem,nasciturum.*

3 *Adminiculum vehemens defectus probationis suppletio est, quin etiam adminicula vehementia indicia dicuntur.*

4 *Infamiam vehementẽ absque alio indicio ad quæstionem sufficere. Nam & aduersus vehementer diffamatum testes etiam viles admitti possunt.*

1 VEhemens † opinio conlona veritati idem operatur q certitudo.gl.est no.in l. si quis extraneus.§.sciẽdũ. in gl.ii.ff.de acqui.hære.& ibi Bal.summè eam notat,dicens, quod multa sunt de quibus non potest haberi vera certitudo,tamen vehemens opinio iuncta cũ veritate idem operatur quod certitudo.ad idem est gl.in l.2.§.nõ Labeo ait, cum quæritur,in verbo, sciat.ff.de aqua plu.arcen. & in l.si duo.§.non videor.in verb.scirem.ff.vti possi.& sentit gl.in l.si liberti.ff.de pecu.& gl.in l.si paterfamil.ff.de hæred.instit.& ibi illain no.Bal. & Imo.& Bart.in l.qui bona.§. qui alienũ.ff.de dã.infect.& d.Ant.& Abb.& Imo.in c.cũ causam.de iura.calum.ad idem dixit singulare verbum Pet.de Anchar.in cons.355.incip. Viso diligenter puncto.quod
2 † in substituto,casu quo masculus non nascatur, potest haberi ista conditio pro impleta et ante partum, si ex vehemẽti cõiectura fœtus fœmineus sit in vtero,& postea hoc appareat ex partu,quia præcedens opinio verisimilis attentis pluribus de quibus ibi iuncta veritate postea detecta facit illam opinionem haberi pro certitudine. vnde dictus substitutus transmitter hæreditatem, etiam si adierit ante partum. Et idem consuluit ipse Petr.de Anchar.in consilio suo 393.incip. Visis diligenter. in quibus locis allegat quamplura,quæ omnia refert ad literam do.Feli.in c.1.in 1.col.de sum.tri.& fide catho.vbi plura alia in materia ista alleg.de quibus ibi per eum.& in c.præterea.in pri. extra de testi.Et vide etiam ipsum do.Feli.in c.cum cõtingat.in 4.col.in fi.de rescrip.in c.1.in 4.& in 5.col.de lit.cõ test.vbi etiam ponit plura notabilia dicta in materia credulitatis.& vide quæ dixi in rubr.C.de proba.in materia probationis, quæ sit per vehementem oĩum opinionẽ. & do.
3 Fel.in c.propterea.in prin.extra de testi. Et de hac re vehementi adde, q vehemẽs adminiculum supplet semiplenã probationem,secundũ Bald.in consi.suo inci.Quidam Petrutius de Viterbia & c.quem refert & sequitur Soc.in cõsi.suo 89.incip.in causa agitata inter Iacobum.in 6.col.vbi etiã adducit Bal.in l.ea quidẽ.in 2.col.C.de accus.vbi dicit q vehemens adminiculum est suppletio defectus probationis.& alia circa prædicta dicit ipse Soc.in d.consil. quæ ibi videas.Vide tũ Io.de Ana.in cõs.suo 59.inci.visa inquisitione.in 2.col.post prin.Et circa hanc materiam etiã adde do.Ale.in l.fin.in pen.additio.ff.de quæstio.vbi dixit,q adminicula dicuntur vehementia indicia,ad quod alleg.cadilectus.de succes ab intesta. & Bald.in l.fi.in 3.colum.C.
4 famil.erciscu.Item adde etiam,quod † vehemens infamia etiam sine aliquo indicio sufficit ad torturam, vt habetur extra de purga.cano.in c.si quis. per Innoc.Ita dixit dom. Alex.in l.final.in 3.versicul.ff. de quæstio.ad quod etiam alleg.



alleg.l.quæro.§.fina.ff.de ædil.edic.Item subdit etiam do. Alex.vbi supra,q Inno.in c.cum I.& A.de re iudi.dicit,q etiam admittuntur testes viles contra valde diffamatum, quæ omnia tanquam notabilia & nõ omnibus nota repono nas in scrinio pectoris,quia seruient tibi ad multa.Et vltra adducta super do.Feli.potes tu in illa materia etiam addu cere te.in l.filiusfamilias.ff.de ritu nupt.vbi est text. quod illud dicitur certum,quod probabili ratione certũ est.pro quo facit dictum Bald.in c.1.in princip.in 2.colum. de cõtrouer.inuesti,quẽ vide. & hic etiam in materia adde singulare verbum Bald.in l.bello.in fi.ff.de excusa.tut.quem omnino vide.

## CCVI.

1 *Incertitudinem regulariter,dispositionem siue in cõtractibus siue in iudicijs, siue in vltimis voluntatibus sit,omnem viciare.Est tamen quando actum non vitiet.*

2 *Probationes in criminalibus luce debent esse meridiana clariores.Est tamen vbi testes in eundem rei finem conuenire sufficiat,licet depositiones per diuersa verba fiant.*

1 INcertitudo † regulariter vitiat oẽm dispositionẽ, siue loquamur in cõtractibus siue in iudicijs, siue in vltimis voũtatibus,vt latè dixi iudicio meo vltra omnes in l.à vobis quoq;.ff. de annuis legatis.& in repe.rubr.C.de proba. in pen.& vltima charta. Attamen tene mẽti perpetuo,& nõ obliuiscaris vnum casum in quo incertitudo non vitiat actũ.Nã si probatio est verificabilis,& conclusiua in omni intellectu prodest probanti,licet habeat ambiguos intellectus.ita colligit Dominicus ex verbis Io. And.ibi,in c.1. in vlt.col.de pact.in 6.Idem dixit do.Philip.Deci.in consi. 253.incipien.in casu.in 1.col.Ex quo dicto intulit do.Ale. in l.inter stipulantem.§.1.in vlti.col.ff.de verbo.obliga. q si accuso Titium,q occidit Seium,& testes super hoc deponentes deponunt alternatiuè, dicentes quod eum occidit cum gladio vel cum claua,licet deponãt incertè & ambiguè,tamen quia vterque intellectus concludit homicidium,habetur pro probatione certa,quod est multum no. quod dictum refert & sequitur dominus.Felin.in capi.ex parte prima. in 13.colum.de rescript.& dominus.Ialon. l.dedi.in 1.col.ff.de condictione causa data,causa non secuta.Vide tamen in contrarium Feder.de Senis consi.162.in quæstione proposita.& vide omnino Paul.de Castr.in l.si communem.in §.si is qui aquàm.ff.quemadmodum seruitu.amittan.in fi.& Ang.Aret.Instit.de exceptio.in rubri.in 16.col.& Bald.in additio.Specu.in tit.de accusatio.in versi. sed quid si statutum dicit.& in l.1.ante fi.in versi.itẽ Icias,
2 &c.C.si vnus pluribus appel. Tene † menti,quia est not.limitatio ad l.fi. C.de probatio.vbi in criminalibus probationes debent esse luce meridiana clariores.& etiam facit ad ampliationem illius regulæ,s.q sufficit quod testes in eundem rei finem concordent, licet per diuersa verba, de qua in l.qui sententiam.C.de pœn. & in c.nihil.de verb.signifi. & per gl.in c.dudum.de conuer.coniuga.& in c.cum ecclesia sutrina.de causa posset.& proprieta. & in alijs pluribus locis,quæ adducere præsentialiter non expedit.vide doct. in dictis locis.Et vide quæ latius dixi in repetiti.mea rubr. C.de proba.in 74.colu.versi.& ideo si accuso.

## CCVII.

1 *Victũ victori in expensis,siue in ciuilibus,siue in criminalibus condemnari debere, nisi victus legitimam ac iustam causam litigandi habuerit,nam tũc ab expensis absolui debet. Et limitationes huius,ibidem vide.*

1 VIctus † victori debet condemnari in expensis, siue loquamur in ciuili, vt in l.qui solidum.§.etiam.ff.de lega.2.& in l.eum quẽ temerè.ff.de iudicijs.c.finem litibus. de dolo & contuma.§.hæc autem. Instit.de pœn.temerè litigãtium. cum similibus.siue loquamur in criminalibus. tex.est secundum vnam lectulam in l.fi.C.de fruct.& litis expen.& voluit gl.in d.c.finem litibus.cum similib.de quo dixi latissimè in repetitione mea l.fi.C.de probatio. in 19. quæst.principali.quod tamẽ fallit secundum doct.in dictis locis,nisi victus habuisset iustam causam litigãdi, quia tũc debet absolui ab expensis. Quod tamẽ vltimum limitatur pluribus modis, vt dixi in d.l.fin.in 19.q.& inter alia limitatur vno modo, videlicet nisi extet statutum in loco iudicij,dicens q victus victori cõdemnetur in expensis, quia isto casu etiam si habuerit iustam causam litigandi, condẽnabitur tamen in expensis. Ita dicit gl.reputata singularis, in authen.de exhibẽ.reis.in §.sanci mus. quam ibi summè ponderat Ang.& eam etiam sequitur do.Alex.in cõsi. 257.incip.viso processu.in fi.& do.Franc.de Are.in notabili suo 120.& Ang.in l.non solum.ff.de rei vendi.& hoc dicũt doct.procedere,vt statutum aliquid operetur vltra ius commune,& ei aliquid addat.de quo etiam per Bar.in ca. causam quæ.de rescri.& in consilio suo 55.inci. proposita mihi.in antepe.col.in 3.vol.Et adeo est verum, q quando statutum est in loco, q victus victori condemnetur ipso iure in expensis,q tunc debet condemnari in expensis,ẽt si habuerit iustam causam litigãdi, quod etiam hoc casu iudex non posset eum absoluere ab expensis,imo si eum absoluat,non valet talis sententia absolutoria,tanquam sentẽtia contraria primæ sententiæ statuti.Ita singulariter dixit Sal.in l.1.in 3.colũ.C.quando prouoca.non est necesse.vbi dicit ita fuisse cõclusum Ferrariæ post varias allegationes, quam doctrinam refert & sequitur do.Feli.in c.inter monasterium.in fi.extra,de re iudi.quod est multum no.cum sæpissimè in ciuitatibus extet tale statutum,& in hac materia condemnationis expensarum vide quæ dixi in dicta l. fi.in 19 quæstio.principali.C.de proba.& in l.patre vel marito.ff.de quæstionib.in quibus locis plura dixi not.digna in materia ista.& vide etiam omnino do.Feli.in ca.aduersario tuo.in pen.col.versi.Ad aliud.de except.

## CCVIII.

1 *Compensationem propriè solutionem non esse,sed adeo ab ea differre,vt qui soluere iurauerit,compensare nequeat. & ibidem Bar.sententia refellitur.*

2 *Compensatio & si propriè solutio non sit, vim tamen solutionis obtinet.Et an compensationem obijciens, excipere proprie dicendus.*

3 *Debitori,sicut in iudicio pecuniam offerre satis est, ita sufficit si in iudicio compensationem offerat.*

1 COmpensatio † non est propriè solutio, sed differt à solutione,adeo q secũdum magis communem opinionem. ille qui iurauit soluere, non potest compensare,vt est text. secundum vnam lectur.ibi communiter approbatam per omnes scribentes in c.ad nostram.1.de iureiuran.& voluit Io.de Imo.in l.si hæredi.ff.de condit.& demonstr. & Mathe.in notabili suo 54.inci.nota quod iuramentum.& Bart. in l.statuliberos.ff.de statulibe.& Ale.in consi.suo 91.inci. Visis actis mihi transmissis.in 3.col.in 2.vol.& do.Franc. Aret.in consi.110.incip.Longitudo verborum. in penult. col.licet Bar.tenuerit contrarium & malè in l.amplius nõpeti.ante fi.ff.rem ratam haberi.de quo ibi per scribentes. Pro qua opinione facit,nam si quis ex iuramento tenetur aliquid facere,potest præcisè compelli ad faciendum,nec liberatur soluendo interesse,vt volunt scribentes in l.si pecuniam.ff.de cõdi.ob causam.Et facit etiam quod voluit Bal.in consilio suo 33.inci.Verba instrumenti.in fina.in 3. vol.vbi dixit,quod pactum de non probãda solutione,nõ est pactum de non probãda cõpensatione, quia sunt diuer
2 sa,licet concurrant in eundẽ finem.Sciastamen, q licet p prædicta compensatio non sit propriè solutio, attamẽ fæpius vim solutionis retinet.vnde dixit notanter Bal.in l.filium.in 6.col.versi.est & alia ratio.C.fami.erciscun. quod satis restituit qui cõpẽsat.& dixit Bal.in l.fi.in 5.col.C. de edẽdo.q objiciens cõpẽsationẽ nõ dr propriè excipere de quibus per Paul.de Castr.in consil. suo sextagesimosexto. incipi. quod Nanes & Gorus. & dixit Alexand.in consil. suo 12.incipien.Viso testamento ante scripto,in penu.colum.quod prohibitus opponere exceptionem, potest cõ-

pensare etiam si iurasset non excipere, etiam si statutũ cõ cederet solum exceptionem solutionis. allegat quamplura de quibus ibi per eum. & teneas menti no. verbũ Ang. in consi. suo 132. incip. Quidam. Nicolaus. alias incip. Visis dictis dubijs. in prin. vbi dixit, cp si statutũ prohibet opponi omnem exceptionẽ contra instrumentum, non intelligetur de compensatione, quia illa poterit opponi non obstante statuto. cp est not. cp dictũ & quasi oĩa supradicta refert & sequitur do. Feli. in c. suborta. in c. 1. de re iudi. vbi et adducit alia plura, examinando, an exceptio compensationis possit opponi in executione sententiæ, & vltra dicta peum adde Bald. in consilio 33. incip. Verba instrumenti. in
3 fi. vbi dixit, quod sicut sufficit debitori offerre pecuniam in iudicio, ita sufficit si in iudicio offerat compẽsationem, quod not. allegat Iulianus. ff. de conditionibus & demonstrationibus.

## CCIX.

1 *Indicium licet ex sua assertione criminis socius contra socium non faciat, in certis tamen delictis potest socius de cõsocijs, interrogari. Et an de positum socij ad quæstionem sufficiens indicium faciat. nu. 2.*

1 SOcius criminis non facit indicium ex eius assertione regulariter contra socium eiusdem criminis, vt habetur per Cy. & alios in l. fi. C. de accus. & per do. Ant. in c. 1. de confes. & Pau. de Leazaris in cap. grauis. extra de depositis. & per Ale. in cons. suo 322. inci. viso themate ante scripto. In hac materia socij criminis vide Philip. Decium in cõsi. 343. incip. in causa. in 1. & 2. col. Aliqua tamen sunt delicta, de quibus socius criminis potest interrogari de consocijs, vt notat Bald. in l. repeti. in §. is qui. ff. de quæstio. & do. Ale. in cõsi. 69. incip. Visa facti renuntiatione. in final. in 2. vol. & per Gand. in suo no. tract. malefi. sub rub. de quæstio. & tormẽtis, in 4. col. ver. Nũc autem. de quo latè dixi in l. 1. §. diuus Antonius. ff. de quæstioni. & in repe. mea l. fi. in 80. char. C.
2 de proba. Teneas† tamen menti perpetuo, & nũquam obliuiscaris, quod in casibus illis in quibus socius criminis potest interrogari de consocijs, tale dictum seu depositio ipsius socij criminis non facit indicium ad torturam cõtra socium criminis, nisi contra eum alia sint indicia. ita singulariter dixit Guido de Suza. in trac. suo de tormẽtis, in 8. col. 1. ver. Sed quid de quæstione occurrẽti? & idem voluit Sali. in l. fi. in fi. C. de accus. quem refert & sequitur do. Ale. in consilio suo 313. incip. Viso themate ante scripto. in 2. col. & in consi. suo 475. secundum ordinem meum incipi. Quoniam abũdè. circa fi. vbi dicit, quod hoc etiam voluit Ioan. de Imo. in ca. 1. de confes. idem etiam dixit do. Iason in §. item si quis in 5. col. ver. Duo etiam. Insti. de actio. vbi dicit de hoc esse gl. not. in l. fi quidẽ. & ibi Bal. C. de excep. vbi ipse Bald. dixit, quod istud alibi in iure non habetur. nemo tamen allegat Guido. de Suza. in d. loco, cuius fuit originalis doctrina, de quo dixi aliqd in dicta l. 1. §. diuus Antonius. ff. de quæstio. vide infra singu. 382. tene menti, quia non fallor, est verbum honoris & vtilitatis plenum.

## CCX.

1 *Sanguinis iura nullo ciuili iure dirimi posse. Et ideo iura generaliter communicationem cum excommunicato vetantia, ipsi excommunicato coniunctos non continere, sicut nec statutum affinem, receptantem bannitum affinem, & coniunctum.*

2 *Aduocare pro affine, vel coniuncto etiam aduersus rempubl. quis non prohibetur. quod in alijs secus habet.*

3 *Bannitum fratrem frater etiam vi statuti bannitum impunè occidi volentis, occidere non potest. Sed nec vasallus dominum bannitum impunè occidere posset. nu. 4.*

1 IVra† sanguinis nullo iure ciuili dirimi possunt. l. iura sanguinis. ff. de regulis iuris. & Insti. de nupt. cũ simi. & ideo iura generaliter prohibentia communionem cum excommunicato, non comprehendunt coniunctos ipsi excommunicato. tex. est in cap. quoniam multos. 11. quæstio. 3. & in capit. inter alia. de sentent. excommunic. & facit text. in l. fin. ff. de recept. vbi dicitur, quod lex puniens receptantẽ bannitum, non habet locũ in receptante bannitum affinẽ vel coniunctum. & tex. in l. penul. ff. de postu. vbi dicitur, cp quis non prohibetur assumere aduocationem contra rempublicam pro aliquo affine vel coniuncto, licet pro alijs sit secus, vt habetur in l. 2. C. de aduoc. diuer. iudi. & vide no. verbum Angel. in auth. quib. mod. natu. effi. legi. in §. 1. circa mediũ. & adduci possent alia plura & plura iura ad hoc propositũ cumulata per Lud. Ro. in l. 1. ff. in ius voc. vt eãr vel fatisd. & per eũdem in repetit. l. si vero. §. de viro. in 17. fallen. ff. soluto matrimonio. & per Feli. in c. cum quidam. in peuul. col. de iureiurand. quæ hic non transcribo breuitatis causa. Sed† solum addo vnũ singulare verbum, videli
2 cet, cp adeo est vera supradicta regula, quod stante statuto quod bannitus possit impunè occidi, attamen frater nõ potest occidere fratrem bannitum impunè prætextu talis statuti, ista multum singu. dixit do. Nellus in tractat. banni. in tertia parte secũdi temporis, in q. 53. incip. Queritur, duo ciues. vbi refert ita tenuisse do. Aegidiũ in quadam eius disputatione. quod dictum pro valde not. refert & sequitur do. Bartho. Cæpol. in consi. suo 5. incip. Casus talis est. in 5. col. post pri. & etiam idem dixit ipse do. Nellus in d. tracta. bannit. in secunda parte secundi temporis. q. 10. quem vide, & quem tenuit Dynus. in l. si adulterium cum incestu. §. liberto. ff. de adulte. vt refert Bartol. contrarium tenens in l. minimè. ff. de religios. & sumptib. funerum. sed Bar. non loquitur generaliter in omni bannito. sed in bannito, qui est hostis ciuitatis, per illum tex. ideo secus est in
4 alijs bannitis. Et † scias etiã quod stante statuto, quod bannitus possit impune occidi, quod tamen vasallus non potest occidere impunè dominum bannitũ. ita no. dixit Ang. in l. 6 adulterũ cũ incestu. in §. liberto. ff. de adult. qui etiã ponit quid in patre quo ad filium, & econtra. Vide Ialõ. in repetito. l. omnes populi. in vltima char. in 2. col. ante finẽ ff. de iusti. & iure.

## CCXI.

1 *Testes à iudice incompetenti examinati coram competenti iudice fidem non faciũt, nisi in, prouincia à iudicis loco remota forent, deque eorum absentia, vel morte metueretur.*

1 TEstes† examinati à iudice incompetenti non faciũt fidem corã competenti, vt habetur in l. 3. §. idem diuus ff. de testib. & in l. fi. & ibi Bal. & doct. C. de testi. & in l. pe. in fi. C. de arb. cum simi. Quod tamen limitat singu. Lud. Ro. nisi testes examinãdi essent in prouincia remota à loco iudicij, & de eorum absentia vel morte dubitaretur, nã hoc casu necessitatis ratione, & ne ꝓbationis copia peat. arg. l. quoniam. C. de hæreti. poterunt testes coram iudice loci, vbi sunt, examinari, & facient fidem coram iudice cõpetẽti, si absentes fuerint, vel mortui, si vero viuunt adhuc poterit, noua examinatio fieri per iudicem competẽtem, vel per alium de commissione sua. ita not. dixit Ludo. Ro. in repet. l. si vero. in §. de viro. in 54. fallen. ff. soluto matrimonio. alleg. te. in d. l. fi. C. de testib. & quæ habentur in l. 2. C. de naufrag. li. 11. & alle. do. de Rota, & alia de quibus ibi per eum. & dicit cp ita intelligit Bar. in l. cũ hi. ff. de transactio. dum tractat corã quo fieri debeat examinatio testiũ ad perpetuã rei memoriam. & vide do. Feli. in ca. quoniam frequenter. in 6. col. post medium, vt lit. non contest. & in materia vide etiam quæ dixi in repeti. mea. l. fi. C. de prob. in 37. char. in quæstione illa videlicet, an testes examinati parte non citata probẽt. & latius in l. 1. in §. præterea. in 2. col. ff. de q. vbi latissimè locutus sum de necessitate, & eius effectu, & vide quæ dixi supra in fing. 24. incipien. Clarum est in iure.

## CCXII.

1 *Testis dicto in iudicio solenniter facto, non extra iudicium, si diuersa dixerit, statur.*

2 *Testis dictũ extra iudicium, quid præstet ac efficiat? Et quid si in præsentia partis potẽtis extra iudicium testis fortuna*

leuioris



*leuioris dixerit vnum, ac deinceps coram iudice iuramento intercedente aliud deposuerit, viri dicto inhærendum sit? numero. 3.*

2 COmmunis† omnium scribentium opinio est, quod si testis dicit vnum extra iudicium, & aliud in iudicio, quod statur dicto suo in iudicio solenniter facto, & cum iuramento. c. 1. & ibi per Bal. §. si enim domino. quid sit in uestitura. gl. & doct. in c. cum causam. de testi. Spe. & Ioan. Andr. in titu. de teste. §. 1. ver. quid si idem testis. Bald. & Sali. in l. nullum. C. de testi. Bal. in l. gesta. in 2. col. C. de re iudica. Vide gl. in c. literas. in verbo, purgauit. extra de præsumptio. & Barba. in consilio 69. incip. illud referam. in penul. col. in quarto vol. de quo latè per Alex. in consilio suo 74. incip. Viso testamento. in 15. col. in primo. volu. & in consi. 221. incip. visa facti narratione. in 5. col. in 2. vol. & per Bal. in consi. suo 161. incip. Licet assessores. in 5. vol. & per Ludo. Roma. in consi. suo 105. incipien. Cum testis. in princ. & per Bar. Ang. & alios in l. eos. ff. ad legem Cor. de fal. & per Bal. in c. per tuas. in vltima col. de ꝓbatio. & per doct. in aliis locis relatis à do. Alexa. in dictis consiliis.
2 Teneas† tamen menti, quod dictum testis extra iudicium est tanti effectus, quod quando tale dictum extra iudiciale est factum post dispositionem iudicialem, quod tũc iudex ad sententiam secundum dictum iudicialiter factum procedere non debet, licet fi iam esset lata sententia, ex hoc non posset eam reuocare, ita fing. dixit do. Anto. in c. cum in tua. extra de testib. quod dictum refert & sequitur do. Francis. de Aret. in consilio suo 71. incip. Diligenter & mature. in 4. col. in versi. his tamen non obstantibus. Alex. in consilio 363. incipi. In causa appellationis. in 5. colu. Et in hac materia adde not. verbum Abb. in c. inquisitionis. §. ter tie. circa medium. versi. & ex hoc posset. de accusatio. vbi
3 † dixit, quod si testis forte vilis fortunę dixit in præsentia partis potẽtis aliud, quod veniebat in fauorem illius partis, si postea in iudicio iuramento præstito dicit contrariũ quod debet stari posteriori dicto, quia satis præsumi põt testem illud dixisse extra iudiciũ, vt placeret parti, timens eius potentiam, sed in iudiciũ metu iuramenti dixit veritatem, secus vbi talis præsumptio non subesset, quod dicit ibi Abb. fore bene menti tenendum perpetuo.

## CCXIII.

1 *Via, quam quis sibi elegerit, patere debet. Ac proinde si qs aduersario iuramẽtũ deferri petierit, quo casu iudex deferre nolebat, ex eoq; lata sit sentẽtia, nouis postea superuenientibus probationibus, sententiam rescindere nõ poterit.*

2 *Conductori si ex pacto liceat post mensem a contractu quauis docunque recedere, nisi certa seruentur promissa, qualiter intelligendum verbum hoc quandocunque?*

1 VIa† quam quis elegit, sibi patere debet. l. si mulier, §. fi. ff. quod metus causa. l. si quis iusiurandum. C. de rebus creditis. c. gratum. de offic. delega. c. solicitudinem. de appellatio. cum multis vulg. & pro ampliatione huius regulę tene menti duo singularia dicta. Primũ est, cp si qs petit iuramentum deferri aduersario, quo casu iudex nolebat eum deferre, tamen ex quo pars voluntariè petit tale iuramentum deferri aduersario, non postea rescindere sententiam ex nouis probationibus superuenientibus. ita no. dixit Gul. de Cun. in l. admonendi. ff. de iureiuran. quod dictum refert & sequitur Barba. in consi. suo 64. incipien. Vi
2 so puncto. in tertia col. in tertio vol. Secũdum est, † quod si ex pacto licet conductori recedere à contractu post mẽsem quandocunque voluerit, nisi fuerint sibi seruata quędam promissa, illud verbum, quandocunque, debet intelligi, nisi post mensem fecerit actum per quem videatur ab alia facultate recessisse, vtputa si petierit adimplere sibi ꝓmissa. Ita fing. dixit Sali. in l. commissione. in fina. C. de pactis inter emptorẽ & venditorem & compositis. quod dictum pro aureo & singulari refert & sequitur do. Feli. in c. fedes apostolica. in 12. col de rescrip. in ver. faciat, &c.

## CCXIIII.

1 *Testis dictum vt valeat, necesse est iuramento fulciri, quod non in teste locum tantum habeat producto, sed etiam in eo cuius stari desideratur.*

2 *Nuntij simplici verbo etiam statuto id cauente, nisi prius iurauerit, inhærendum non esse, sicuti nec damnum passi, nisi prius iurarit.*

3 *Commissarius, cuius conscientiæ per legem aut principẽ quid commissum est, si velit sententiam suam valere, necesse est vt iuret ita conscientiam sibi dictare.*

4 *Papa dispensare nequit, vt testis in testimonio iudicialiter ferendo, iurare non debeat.*

1 ADt† validitatẽ dicti testis requiritur inter alia iuramẽ
a tum. a l. iurisiurandi. C. de testib. c. tuis quęstionibus. extra eodem. & ibi in c. nuper. & in c. item iurisiurandi. 4. quæstio. 3. & in capit. hortamur. 3. quæstio. 9. cum simi. Vide infra in fing. 434. incip. Alias tibi dixi. Et hoc nõ solũ habet locũ in teste producto ab vna parte, sed habet locũ in eo cuius dicto standum est de voluntate vtriusque partis, vel vigore alicuius statuti, vel alterius dispositionis, secũdũ Ang. in repetitio l. fi vacancia. in secunda colu. C. de
2 bonis vacã. lib. 10. vbi singulariter dixit, quod licet ex dispositione alicuius statuti stari debeat simplici verbo nũtij, non stabitur nisi primo iurauerit ante eius dictũ. alle. tex. no. in l. Theopompus. ff. de dote præleg. quod dicit esse vtile ad statutum volens quod stetur simplici verbo accusatoris de damno ipsi dato, quod ei nõ creditur, nisi primo iuret. alle. l. qui bona. §. qui dãni. ff. de damni. infec. & in l. fi quando. C. vnde vi. quam doctrinã refert & sequitur do. Maria. in repetitio. c. qualiter & quãdo. 2. de accusat. in 7. & 9. quæstio. princi. de quo etiam per do. Feli. in c. significasti. 1. in fi. de homic. & in c. quia iudicante in 1. col. de præscrip. Vide Soc. in consi. 90. incipie. Visis. in 4 colu. in 4. vol. Baueriam in 56. priuilegio iuramenti. Pro quibus optime facit tex. in c. 1. circa medium. extra de frigid. & malefic. coniuncto tex. in c. continebatur. de despon. impube. & facit tex. in l. comparationes. circa finem. C. de fi de instrumen. & ibi dixi. Pro quibus faciunt dicta per Io. de Anna. in d. c. significasti 2. in 6. col. verti. Circa secundũ de homic. Et faciũt optimè dicta per Ang. & Pau. de Cas. in l. de pupillo. in §. qui opus. ff. de operis noui. nuntia. vbi
3 † dixerunt, quod vbi committitur aliquid conscientiæ alicuius per legem, vel per principem, si vult commissarius quod eius sententia valeat, requiritur quod ante eius sententiam iuret, quod ita dictat sibi conscientia sua, alias nõ est stãdũ eius sententiæ. quod dictũ refert & sequitur do. Alex. in consilio suo 217. quod incip. Visis verbis dicti &c. in penul. col. versi. ad prædictorum confirmationem. de quo dixi in repetitio. mea l. fina. C. de probatio. in 27. char. & vide Alex. in consi. 64. incip. Viso processu. in 6. vol. Et in materia ista scilicet iuramenti testis, tene menti
4 † quod etiam papa non potest dispensare quod testis in ferendo testimonio in iudicio non debeat iurare, ita fin. dixit Ang. de Anc. in lib. de potesta. eccle. quæstio. 55. artic. vlti. qa hoc est de iure diuino, quod testis iuret, vt habetur Geneſis 51. quod dictum pro stupendo & canonistis incognito refert & sequitur do. Feli. in c. constitutus. in 8. col. de rescrip. vbi videas, & vide quæ dixi cõsi. meo incip: Non auferas de ore meo verbum veritatis domine. in penul. char. & vide omnino do. Ant. in consi. suo 21. incip. Viso &c. in verbo, ad secundum. vbi ponit no. verbum.

## ADDITIO.

a Iuramentum. Sed nunquid hoc procederet, etiam vbi ageretur summarie, simpliciter, & de plano? Bar. tenuit quod sic, in extrauagan. ad reprimendum. in ver. & figura. post med. sequitur Ale. in l. milites. C. de testamen. milita. iuncto Matheſi. fing. 38. nota quod in causis summarijs. Si tamen data est iudici potestas, vel arbitriũ procedendi de facto, sed sententiandi de iure tantum, poterit iudex credere testibus non iuratis, vt per Bald. in ca. consanguinei. ad finem, de re iudica. cum secundum eum iuramentum in teste sit de ordine, non de substantia. & hoc dictum pro fin. cõmendat Ial. in repetitio. l. admonendi. col. 86. versi.

nun. quid

nũquid autem.ff. de iureiuran. Est & alius casus in quo ad hiberetur fides testi non iurato, videlicet quando iudex recepit testes ad sui informationem, quem ponit gl. sing. in c. 1. §. si duo homines. in ver. testimonium. in tit. de pace tenend. & eius violator. Et in ppósito dicit Inn. in c. p tuas circa princip. extra de testib. quod iudex non compellitur dare parti aduersæ copiam eorum quæ sibi dantur ad eius instructionẽ, qđ ignorauit Io. Imol. vt refert Lud. Ro. sin. 266. fuit interrogatus. vbi putat aureum & digito ligandũ extendens ad consilia & allegationes iuris, quæ dantur iudicibus. in quo vltimo contrarium tenet Ias. in l. 2. in quarto notab. C. de edend. Adde infra sing. 434. & singul. 406.

CCXV.

1 *Argumentum à matrimonio carnali ad spirituale efficax est. Et ideo mulier religionem ingrediens cum Christo, seu cum ecclesia matrimonium contrahere dicitur.*

2 *Testator si testamẽto suo cauerit, vt si filia nupserit, habeat mille, si religionem intrauerit, sexcentum duntaxat, ingressa monasterium mille velut nupta habebit,*

3 *Argumentum à matrimonio carnali ad spirituale adeo validum, vt si qua statuto iudicatur pœna aduersus mulierẽ nuptam cognoscentem, habebit quoque locum aduersus eum qui monialem cognouerit.*

4 *Argumentum tamen à carnali ad spirituale matrimonium, vbi ecclesiæ noxium esset, non procederet.*

1 Validum test argumentum de matrimonio carnali ad matrimonium spirituale. c. sicut vir. 7. quæstio. 1. ca. quæ Christo. 17. quæst. 1. c. inter corporalia. de translat. epi. sco. voluit Cardi. in clemen. 1. in §. quem etiam. in 3. sst. de cõcess. præben. Vide tamen Bertha. in verbo, professio in 11. versi. Et ideo dicimus quando mulier ingreditur religionem, quod dicitur tunc matrimonium contrahi cum ecclesia seu cum Christo. d. c. quæ Christo cum simili. Vide in hac materia matrimonij supra in sing. 147. incip. Filius præsens &c. &. infra in singul. 347. incipien. Matrimonium. Et pro hac parte, quod à pari procedant matrimonium carnale & spirituale, optime facit illa decisio doctorũ volẽtiũ qp si testator in testamẽto suo reliqt filiæ mille, si nupserit, & sexcẽtũ si religionẽ intrauerit, qp si ipsa filia intrauerit religionẽ tñ debebit habere mille, ac si matrimoniũ carnale cõtraxisset, vt voluit Io. An. in addi. Sp. in. ti. de statu monach. sub rubri. & do. An. & alii in c. in plentia. de probatio. in 20. col. & Bart. in l. 2. vbi vide Soc. ff. de his quæ pœnæ nomi. & Lud. Ro. in l. stipulatio hoc modo concepta. in 7. col. versi. venio ad idem. ff. de verborum obligatio. & Abb. in repetitio. c. ecclesia sanctæ Marię. in 31. col. de constitu. & Albe. de Rosa in prima parte statu. quæstio. 105. & quęsti. sequen. & Bal. in dicto c. in præsentia. in 6. col. versi. sed quid si testator & Math. in no. suo 52. quod incip. no. quod si testator. & Ias. latè in authen. si qua mulier in 2. & 3. col. C. de sacrosanct. eccle. & volunt alii plures doct. quos retuli in repetitio. mea rub. ff. de fideiuss. in
3 20. col. vbi posui hanc quæstionem, & teneas menti † qp adeo est verum, quod validum est arg. de matrimonio carnali ad matrimonium spirituale, quod statutum puniens aliqua pœna cognoscentem mulierem nuptam haberet locum in cognoscente monialem. Ita dixit quidã do. Dionisius de Peru. in consi. suo. 20. incipie. & si doctrina cæcum illuminet. quem refert & sequitur do. Maria. Soci. in dicto c. qualiter & quando. 2. quæstio. 8. arti. pe. quos refert & sequitur do. Felin. in c. non satis. de simo. licet istud dictum reprobet ipse domi. Feli. in c. ecclesia sanctæ Marię de constitu. in 31. colum. Attamen opinio. dom. Maria videtur communior & fauorabilior ecclesiis, & personis ecclesiasticis ac iuri diuino. quam opinionem etiã firmat Bal. in c. causam matrimonij in vlti. col. de probatio.
4 tene eam menti, quia est no. verbum. Addet tamen quod tale argumentum de matrimonio carnali ad matrimoniũ spirituale non procederet, vbi esset damnosum vel cõtrarium ecclesię, per doctrinam Bal. in l. Deo nobis. C. de epi. sco. & cleric. vbi dixit, quod si maritus reliquit vxorem suam dominã, massariã & vsufructuariã donec castè & honestè vixerit, & vitam vidualem seruauerit, si ingrediatur monasterium, non perdit legatum, & tunc cessat dictum, arg. de matrimonio carnali ad spirituale, quia esset contra ecclesiam quod dictum pro singulari refert & approbat do. Franc. Cremen. in nota suo 143. incipi. Maritus reliqt & dixit istud dictum forte non alibi. Et ad supradicta materiam de matrimonio carnali spirituali, facit in arg. gl. in c. aut facta in verbo, parentem. de penitent. dist. 1. quæ dixit quod eadem pœna punitur occidens patrem spiritualem, qua punitur occidens patrem naturalem. quam gl. ad hoc refert & sequitur dom. Patris de puteo in tract. syndi. in 16. char. in 3. col. Vide omnino quæ dixi, & quæ postea addidi in l. diuus Adrianus. §. fin. ff. de parricid.

CCXVI.

1 *Sententia pro delicto contra vnum lata tertio nocet, vbi de erario publici agitur cõmodo, idq; adeo vt citra nouum processum ipsius sententiæ vigore contra tertium deueniri possit, qui nec se hinc tutabitur, quod ad causam citatus non fuerit. Et quid si sententia huiusmodi nulla fuerit, principis tamen rescripto validata? nu. 2.*

1 VBi agitur de his quæ cõcernunt commodum burſæ publicæ, sententia pro delicto lata contra vnũ nocet tertio, adeo quod sine nouo processu vigore dictæ sentẽtiæ potest deueniri contra tertium, qui se tueri non põt, ex eo quod non fuerit ad causam citatus. Ita habetur in l. 1. C. vbi cau. fisca. l. quisquis. C. ad legem Iul. maiesta. c. cum secundum. de hære. in 6. & not. plene per Bar. in disputatione sua incipien. Perusinæ ciuitatis statuto. & in l. cum filios. in princ. ff. de verborum obligat. & per Bal. in l. 1. C. ne filius pro patre. & in l. fi. §. 1. C. de bo. quæ liber. & per Bal. in additio. Spe. in tit. de senten. prola. in 17. col. & per Sali. in l. si filius. C. ne filius pro patre. & per Canoni. in c.
2 quamuis. de re iudi. Teneas tamen menti, quod etiam in casu isto sententia, validata, per rescriptum principis nunquam nocet tertio. Ita multum singulariter dixit do. Alex. in consilio suo 308. secundum ordinem meum, incipiẽ. In causa quæ vertitur inter agentes in tertia col. quod dictũ pro valde not. refert & sequitur do. Feli. in ca. quamuis. in vltimis verbis. de sen. & re iudi. qp dicit esse ppriè notãdũ pp cõmissiones papę sanãtes sępe nullitates sentẽtiarum.

CCXVII.

1 *Occisus in rixa si quis fuerit vnicum vulnus habens, vel pauciora vulnera, quã fuerint rixantes, nec scitur ex quo, vel cuius vulnere occisus fuerit, qualiter ad punitionẽ sit procedendum, & num mortis pœna infligenda sit, & ad quæstionem deueniri possit? & nu. 2.*

3 *Fuga indicium facit contra fugientem, quando ipse fugiens, male est vitæ & conditionis alioqui secus,*

4 *Incertitudo authoris delicti & homicidii efficit vt ad mortis pœnam non deueniatur.*

TEr vel quater iam retroacto tempore consului, & etiã quandoque allegaui in voce, & continuè obtinui in
1 hoc, videlicet, quod quoties occisus seu interfectus non habet nisi vnicum vulnus, & plures fuerunt in rixa, vel mortuus habet minora vel pauciora vulnera, quã fuerint numero homines contra eum in rixa, quod si nescitur ex quo vulnere sit mortuus, vel nescitur quis ipsorum rixantium intulerit vulnus, vel vulnera, tunc propter incertitudinem nemo ipsorum rixantiũ debet puniri pœna mortis, & hoc per regulam l. absentem. ff. de pœnis. vbi melius est nocentem absoluere, quam innocentem condemnare Ita voluit gl. multum singularis in l. item Mela. in §. si plures. ff. ad legem Aquil. quam gl. pro singulari refert & sequitur do. Alex. in consilio suo 237. incipien. Ponderatis narratis in themate. in tertia col. & dicit qp dictam gl. secutus est Dy. consulendo, quod consilium Dy. refert & sequitur Pet. de Anc. in consilio suo 217. incip. In Christi nomine, nos Barth. de Sali. Et idem quod voluit dicta gloss. voluit Specu. in titu. de homic. §. 1. versi. sed pone quod quatuor homines. Et idẽ, quod nemo in dictis casibus punia

tur



tur pœna mortis, tenuit Io. de Ana. in c. significasti. 2. in 24. col. de homic. & dom. Alex. in consilio suo 15. incipien. Viso processu inquisitionis. in 5. & 6. colum. in primo vo. vbi allegat hanc partem tenuisse Gandi. in suo tracta, male sic. sub rub. de homic. & Ludo. Roma. in consi. 401. incip. eo proposito. Et idem tenet Bal. in consilio suo 72. incip. Præsuppositio quod in ciuitate. in 5. vol. vbi remittit se ad dicta per Spec. in tit. de homi. in dicto versi. Sed pone qp quatuor homines. & in consi. suo 317. incip. Quidam rumor. &c. in 3. vol. Idem tenuit Rapha. Cuma. in consi. suo 234. incip. Visis. in 3. col. & Bal. in reperto suo in verbo, vulneratus pro vulnere. in 1. versi. vbi allegat d. gl. in dicto §. si plures, quam ibi dicit singularem, & alibi non reperiri. & idem dixit ipse Bal. in dicto repert, suo in verbo, homicidium. in 6. versi. & idem etiam firmat do. Alex. in consi. suo 257. incip. Ponderatis, &c. & in consi. 390. incip. Copiosè. & idem tenet Spec. in titu. de dispensatione in §. iusta. in penul. col. versi. quid si aliquis in rixa. & ibi Io. And. remittens se ad Specu. in dicto. ver. Sed pone quatuor homines. & idem etiam tenet do. Fel. in c. significasti. 2. de homi. in 3. col. Pro qua opinio. facit. gl. in l. 1. in ver. sibi domino. ff. siq quadru. paup. fecit. dicatur. & gl. in c. nolite. 11 qst. & gl. in c. quiescamus. 42. distinctio. Et faciunt etiam dicta per Alber. de Rosa. in tertia parte statu. quæstio. 61. incip. Item quæritur quinque & dicta per do. Io. de Imol. in cle. 1. extra de homic. in vlt. col. & faciunt dicta per do. Feli. in c. dilecti filii. in vlt. col. de exceptio. & p me in cõsilio meo 22. incip. Illud in medium. vbi consului super hoc dubio pro hac parte. de quo etiam late dixi in là vobis quoque. in 3. char. ff. de ann. lega. dum posui materiam incertitudinis, & in repeti. mea rubr. C. de probatio. in eadem mate-
2 ria incertitudinis. Ex quibus satis constat, quod propter incertitudinem, quia nescitur quis intulerit vulnus, nemo vt dixi, poterit puniri ad mortem, nec aliquis eorum cadẽ ratione potertt torqueri ad veritatem inuestigãdum, quã do aliqua indicia non sunt magis contra vnum quam contra alium, ne innocens indebitè pro nocente torqueatur. Sed omnia prædicta tamen singulariter limita & restringe, nisi vnus ipsorum qui fuerit in rixa sit malæ cõditionis & famę, vt quia alias commisit simile delictum, seu intulit simile vulnus, quia hoc casu non obstante incertitudine poterit ad veritatem eruendam ille talis torqueri. Ita multum singulariter & mirabiliter dixit Sal. in l. fin. in vltima col. in versi. Quero an sufficiat. in fin. C. de quæstio. & idem videtur velle Guido de Suza. in tract. suo de torme. in 4. col. ver. Que & qualia in licia. circa fi. Pro hac doctrina facit in simili no. verbum Catal. in tracta. suo Syndi. in versi. 542. inci. Adde quæ sępe, & c. in fi. 2. col. illius versic.
3 vbi dixit, quod fuga facit indicium contra fugientẽ, quando ipse fugiens est alias malæ vitæ & conditionis, alias secus. Tene menti, quia est verbum aureum & singulare, ex quo multum honoris & lucri acquirere poteris in contingentia facti si eris aduocatus partis offensæ, nec apud aliquem antiquum vel modernum supra dicta ita diffusè &
4 copiosè inuenies. Item limita etiam prædicta alio modo, scilicet, quod nemo punitur pœna mortis in dicto casu pp ter incertitudinem, quod est verum, quando cõstat istos rixantes, seu percussores non habuisse animum occidendi vt puta, quando talia vulnera fuerunt facta in rixa, & non appensate & data opera, secus autem si constaret eos tractasse, insultasse, & occidendi animum habuisse, tunc ex voluntate quam habuissent, & postea ex facto subsecuto omnes ad mortem condemnarentur. Ita sing. dixit glosl. Bartol. qp Ang. in l. fina. ff. de fica. & ibi ego dixi, & voluit Gand. in tracta. suo malefic. sub rubric. de homi. in tertia col. versi. Pone quæstionem, quam ego multoties vidi. circa medium. vbi satis plane examinat hanc quæstionẽ, & pro limitatione ista adducit aliqua, de quibus ibi per eum tene menti rogo, quia illa vere nõ sunt vulgaria nec parui pendenda. Et pro prima limitatione superius data facit optime quæ dixi supra in singul. 74. incipiente, Tu habes regulam. vbi plura no. digna adduxi circa illam regulam qui semel est malus, semper præsumitur malus, &c.

CCXVIII.

1 *Benigniori ac mitiori parti in ambiguis & obscuris inclinandum, non tamen id perpetuum, nimirum, vt si dubitetur de vulnerato mortuo, num ex vulnere mortuus sit, tunc medicis diuersa opinantibus, aduersus percussorem iudicatur. nu. 2. Et ibidem quinque casus egregii notantur. numero 3. 4. 5. 6. & 7.*

1 REgulam habemus in iure clarissimam & vulgaram, quod in dubijs, obscuris, & ambiguis semper debemus inclinare in mitiorem & benigniorem partem, vt in l. semper in obscuris. ff. de regu. iur. & in l. factum cuique. §. fi. eodem titu. & in regula, in pœnis. de regulis iuris, in 6. cum multis similibus. ibi in gl. alleg. & in c. eos vero. 50. distinctio. & in l. merito. ff. pro soc. & in l. Arrianus. ff. de actio. & de quo latissime locutus sum in repetitio mea l. fin. C. de probat. in 6. char. & in sequen. ibi vbi ad istud p positum adduxi forsan. 70. notabiles doctrinas. de quo ẽt per Ias. in l. fructus. in 3. col. ver. Tertio adde. cum versic. sequen. ff. solu. matrimonio. Et sacit quod voluit Bald. in c. duobus in prima col. ver. quid si iudices. de re iudica. vbi dicit quod in testibus pari numero discordantibus pręualet benignior pars. & do. Fel. in c. aduersario tuo. in 3. col. p
2 totum. de excep. Sed scias tamen quod ista regula nõ est semper vera, sed fallit in aliquibus casibus multum singularibus, quos perpetuo tene menti. nã primo fallit hæc regulę, quando dubitatur, an vulneratus sit mortuus ex vulnere, & super hoc sunt examinati plures medici, qui diuersimodè deponunt, & sunt in diuersis opinionibus, nã hoc casu iudicatur contra percussorem, & sic in duriorem partem. Ita not. dixit Bal. in c. 1. in princ. in 6. col. quibus mod. feud. amit. & do. Fel. referens Bal. in c. presbyterum. in prima col. in fin. de homic. & do. Catal. dinus in suo tract. syn dic. in ver. 282. incipien. adde quod quando. pro quo mihi videtur tex. formalis in c. significasti. 2. in §. fin. de homic. & illud dictum Bal. etiam refert & sequitur do. Bart. Cæp. in consilio suo 62. incipien. Magnifice. in vlt. colu. licet nemo ad hoc alleget illum tex. in dicto c. significasti. Adde tamen quod contrarium tenet Bal. in consilio suo 195. incipien. An vulnus in primo vo. in duobus locis illius cõsi. & Raph. Cuma. consi. 154. incipien. Visis. in 2. col. ante medium. & Soc. in consi. 138. incipien. Primo aspectu. in tertia col. sed cum Bal. tener Flor. in l. si vulneratus. ff. ad legẽ
3 Aquil. Alius est casus, videlicet, quando reperitur confessio rei de crimine, & dubium est vtrum confessionem illã fecerit metu tormentorum, an sponte, & sic ex conscientia criminis tunc in dubio præsumitur potius quod illam fecerit ex conscientia criminis, quam metu tormentorum. Ita notanter dixit Bal. in l. vnica. in 7. col. C. de confes. quod dicit esse multum notabile, de quo tamen dicto dubito, p
4 ea quæ dixi supra in sing. 1. Alius est etiam casus, videlicet, si quæratur vtrum ille, cui datum est cõsilium, vel mãdatum ad malesicium committendum. esset alias illud facturus necne, & in hoc præsumitur contra consulentem, & sic quod ille nõ fuisset alias facturus. Ita sing. dixit Dy. in dicta regula, in obscuris. quem refert & sequitur Bal. in l. ob hæc verba. circa medium. ff. de his qui notã. infa. quos refert & sequitur do. Alex. in consi. suo 103. incipien. Videtur, &c. in 7. col. in primo vol. vbi dicit, quod hoc idem voluit Bal. in l. data opera. in 17. col. C. qui accusa. non possunt. Et voluit do. Fel. in c. sicut dignum. in 4. col. in fina. versi. Tertia conclusio. de homicid. vbi alii etiam allegat pro hoc dicto. pro quo faciunt optimè dicta per do. Bart. Cępol. in consilio suo 34. incipien. Si vnquam, &c. in 18.
5 colu. versicul. Decimo, &c. Item adde alium casum, videlicet, in confessione quæ potest se habere ad delictum & non delictum, quia interpretatur in deteriorem partem. tex. est notab. quem ibi ponderat Ioa. de Ana. in c. cum dilecti. de accusa. Contrarium tenet domi. Ant. in cap. ex lite

ris

ris.in vltima col.de sponsa.& Bar.in l.inter stipulantem §.1.ff.de verborum obliga. quos refert & sequitur Decius in consilio 189.incipien.Lætatus sum.in 7.col.in fi. Item
6 adde alium casum,quem ponit Io.de Anan.in ca.dilectus filius secundo in 7.columna de simon. vbi dicit, quod si vniuersitas vel aliquod collegium delinqt, & nō apparet expressè quis fuerit,vel q fuerint q deliquerint,tamē instā te hoc dubio omnes punientur. Exemplum ponit quando positum est partitum ad fabas albas & nigras,& obtentū est partitum ad delinquendum, licet non sciatur quis dederit fabas albas ad delictum committendum, tamen omnes debent puniri, & hoc ne delicta remaneāt impunita. ad hoc alle.Bar.hoc renentē in d.l.aut facta.in fi.in 4.col.ff. de pœ.quod multū no.ad materiā glo.in l.itē Mela.§.si plures.ff.ad legem Aquil.de qua dixi supra in singulari proximo licet iudicio meo non dicat Bar.si recte ponderentur
7 verba sua ibi. Item adde etiam alium casum,in quo sequimur quod durius est,qui casus est in notario scribente falsum instrumentum,cui abscindi debet vna manus,nam debet abscindi manus dextra cum qua deliquit, & non sinistra,quæ est minus digna,& minus vtilis ipsi notario. Ita dixit And.de Isern.in c.1.§.scriba. de prohibita feudi alienatione per Federicum.in vsib.feu.quem ibi refert & sequitur Cardi.Alex.circa finem quo dicit notādum esse ad limitationem eorum quę habentur in authen.sed nouo iure.C.de seruis fugit. Et vide Bal.in l.data opera.in 7.colu. Vnde in casib. istis,&c.vbi dixit,quod in dubio in deteriorem partem interpretāda sunt propter rigorem iudiciorum conseruandum.Alium casum vide per Ang.in l. verùm.2.ante fi.in ver.vlti.subdit.ff.de fur.

CCXIX.

1 *Obligationem sine causa inefficacem esse.Et idem tenendum in papæ dispensatione,donatione à promissione incipiente, iudicis præcepto,& similibus, tum in ciuilibus,tum in criminalibus.nu.2.*

1 OBligatio non continens causam est inefficax. Ita dixit gl.in l.instrumenta.C. de probatio. & in l.generaliter.in verbo,causa.C.de non nume.pecu.& voluit Bart. in l.1.nuda.C.de donatio.& Sali.in l.1.C.de confess. Bart. in l.1.C.de eden.Spe.in titu.de confess.in §.nunc videndū. versi.Sed quæ est ratio,in secunda parte.& ibi Ioā.And.in additio.incipien.Rofredus,&c.Vide Alex.hoc limitantē, & no.loquentem in consi.157.incipien.Viso themate.in vlti.col.in 6,vol.Et volunt alij quamplures doct.in diuersis locis.quod retuli in l.1.in §.præterea.in 8.char.ff.de q̄stio.vbi idem probatur esse in dispensatione Papæ,in donatione quando incipit à promissione,in præcepto iudicis,in petitione restitutionis in integrum,in petitione absolutione à iuramento,& in similibus.Et teneas perpetuō menti vnum,de quo etiam feci mentionem, videlicet, q̄ istud nedum procedit in causa ciuili,sed etiam in criminali,in qua similiter non valet confessio facta sine causa. Ita singulariter voluit Per. de Anc.in consi.suo 23.incip. Visa inquisitione formata contra Philippum.in prima col.ver.
8 Item nuda confessio.vbi inquit,†quod confessio sive causa in criminalibus nō prēiudicat cōfitenti sicut nec in ciuilibus.quod dictum tanquam mirabile & aureis literis scribendum teneas menti perpetuo, quia posset tibi afferre honorem simul,& vtilitatem,& de hoc dicto feci mentionem in dicta l.1.prætera.in 8.char.ff.de quæstionibus.

CCXX.

1 *Fideiussor obligationi accedens regulariter excussionis beneficium habet.*

2 *Fideiussor hoīs extranei, an beneficio excussionis gaudeat, vt sic extraneus principalis debitor in domicilio prius excutiatur, quam ad ipsum fideiussorem perueniatur? 3.*

1 FIdeiussor accedens obligationi regulariter habet beneficium excussionis.in authen.præsente.& ibi docto. C.de fideiuss.& in authen.de fideiuss.in princip.& in au-
2 then.hoc si debitor.C.de pigno.cum simi.Sed pone †. Florentinus vel Senensis dat fideiussorem Bononiæ, qui Florentinus in domicilio suo est idoneus de soluendo, sed hic Bononiæ vbi iudicium agitur, nihil habet, an hoc casu absque eo quod alia fiat excussio in bonis sitis Florentiæ,possit ipse fideiussor conueniri?in quo dicas quod nō, sed ad hoc vt ipse fideiussor possit conueniri hic, necesse est quod primo fuerit facta excussio in bonis principalis etiam si sit extra iurisdictionem iudicis,vbi iudicium agitur.Ita singulariter dixit Iac.de Are.quem refert & sequitur Bal.in l.fin.§.sed si cum Seio.ff.si certum peta.quod dictum refert & sequitur do.Alex. in consi.suo 38.incip. In
3 causa quæ vertitur.in vlt.col.Limita† tamen hoc dictum secundum Bal.in dicto §.sed si cum Seio.& do.Alex.in dicto consilio,esse verum,& procedere,quando facilis esset excussio seu excussio bonorū alibi sitorum, alias secus, quia absurdum esset,quod actor cogeretur peregrinare faciendo excussionem.in diuersis locis.& ad hoc plura alle.Bal. & do.Ale.in dictis locis,quę videas per teipsum.

CCXXI.

1 *Restitutionem in integrum prima causæ naturam retinere, secundumque illam regi,adeo,vt sicut in causa criminali procurator interuenire nō pōt,ita nec in petenda restitutione in integrū aduersus sententiā in capitali causa latā.*

1 REstitutio in integrum retinet naturam primæ causæ, & secundum illam regulatur,adeo quod,vt scis,sicut in causa criminali non potest interuenire procurator,vt in l.penultima.in §. ad crimen.ff.de public.iudi.& in l.seruū quoque.§.plublice interest.ff.de procurator.& in cap.veniens.extra de accusatio.ita nec in petendo restitutionem in integrum aduersus sententiam latam in causa capitali poterit interuenire procurator.Ita no.dixit Bald.in l.1.§. penul.in fi.ff. de postula. quod dictum pro notab.& singulari refert & sequitur do.Frāc.de Are.in dicto c.veniēs in 22.col.de accusa.Quod dictum no.in practica, quando c.clentulus tuus minor vellet petere restitutionem in integrum aduersus sententiam capitalem contra eum latā in casu quo posset eam ipse petere,& non potest eam petere per procuratorem.ad quæ etiam vide.quæ dixi supra in fine.88.incip.Stante statuto.in fi.verbis.

CCXXII.

1 *Exceptionem non numeratæ pecuniæ intra biennium opponi posse.Et quid si a debitore huic exceptioni renuntiatum sit?numero.2.*

1 EXceptio† non numeratæ pecuniæ potest opponi intra biennium.l.in contractibus.C.de non numera. pecu. etiam si in contractu sit oppositum iuramentum, vt in l. fi.C.eo.de non nume.pecu.Sed pone quod renūciatum est per debitorem huic exceptioni, an hoc casu poterit opponi talis exceptio?in quo Bar.in l.si ex cautione.eodem titu.in fi. post multa tenet,quod non obstante tali renūciatiōe poterit opponi talis exceptio. & mouetur potissime hac ratione,dicens,quod ea facilitate & fragilitate qua inducitur ipse debitor ad promittendum,eadem fragilitate iuducitur ad renuntiandum. & alia dicit ibi ad hoc,de quibus per eum ibi.vbi etiā per Bal.satis late. Sed
2 tu in hac materia tene semper mēti vnum no. verbū Bal. videlicet, †quod ex confessione partis in qua confitetur le habuisse & recepisse cum renuntiatione exceptionis non numerate pecuniæ oritur præsumptio iuris,& de iure contra ipsum debitorem,quod vere habuerit & receperit dictam pecuniam,contra quam non admittitur probatio in contrarium nisi per confessionem partis aduersæ, authen.sed iam necesse.C.de donatio.ante nup.Ita multū singu.dixit Bald.in consilio suo 452.incipien.Duo rei.in primo vol.de quo dixi in consi.48.incipien.In causa & lite.in 2.char.vbi plura etiam dixi in materia exceptionis non numeratæ pecuniæ.& vide quendam Modernum notabiliter loquentem in hac materia in tracta.clausularum sub rubr.an excep.non numeratæ pecuniæ renun. possit. per totum.tene menti,quia illa doctrina Bald.alias fecimihi honorem in contingentia facti.

CCXXIII.



CCXXIII.

1 *Incertitudo & si regulariter de iure ciuili dispositionem vitiet,tamen de æquitate canonica vt promissor arbitrio boni viri cōpelli possit ad incerta etiā promissa adimplenda.*

NOnnulla dedi tibi singularia dicta supra,in materia incertitudinis,videlicet,in singul.206.incipien.Incertitudo.& in sing.217.incipien.Ter vel quater.licet principaliter abunde & latissime materiam ipsius incertitudinis posuerim in là vobis quoq;.ff.de annuis leg. Et melius & latius in repetitio.mea rubr.C.de probatio.ante finē Nuperrime autem do tibi vnum aliud non omittēdum in ip
1 sa incertitudinis materia,videlicet quod licet incertitudo de iure ciuili regulariter vitiet dispositionem,tamē de equitate canonica compelli potest promissor vt arbitrio boni viri impleat promissa incerta. Ita multum singulariter dixit Arch.in c.nonnulli.1. quæst.1.quem refert & sequitur do.Ant.in dicto c.ex parte.extra de censi.quos refert & sequitur do.Ale.in l.1.in 6.col.ff.soluto matrimo. vbi dicit,quod non recordatur vidisse hoc dictum apud legistas relatum, præterquam à Bal.in l.salarium.ff.mandat.q. solum dicit,vide Archidia.in c.nonnulli.1.quæstio.1.& il lud dictum refert & magnificat etiā ipse dom.Ale.in l.ita stipulatus.in 2.col.versi.Et similiter per hanc legem.ff.de verborum obligatio.vbi no.loquitur.Et in cōsi.158.incip. Viso testamento.ad finem.in 7.vol.De quo dicto vide et melius per Fel.in c.1.in 3.col.in fi.ver.Pro ista opinione communi,extra de pact.vbi plures refert approbantes illud dictū, & aliqua no.similia adducit.Et illud etiā refert ipse do.Fel.in c.si cautio.in 8.col.in prin.de fide instru.& in c.cum iuramento.de hom.vbi etiam dixi, tene menti, quia profectō est sing.verbum ad multa.

CCXXIIII.

1 *Filius patris debita soluere non tenetur,nec contra. Et an valeat statutum cauens, vt vnus pro alterius debito teneatur? Et quid si statuto cautū sit,quod bona filiorū & vxoris,& etiā quod filij pro delicto fallentia sine cessionis à foro patris,capi possint,an valeat statutum?nu.2.& 3.*

1 FIlius patris non tenetur soluere debita patris, a nec econtra,
a vt habetur in toto titu.C.ne fil.pro patre. & C.ad Macedo.& istud est naturale & regulare, vt habetur.in l.pen. & fi.C.ne vxor pro mar.& in l.vnica.C. vt nullus ex vica. prō debi.alien.lib.11.& in l.hac diffinitione. C.de omni agro deser.lib.11.& in §.quia veto.in authen.vt nulli iudi. & in l.prouidendum.C.de decurio,li.10.& in l.obses.& in authen.ibi posita.C.de actio.& obligat. Nec valet secundum aliquos statutum, volens quod vnus teneatur pro debito alterius,vt dixit Bal.in l.3.in vlti.col.C. de constitu.pecu.de quo etiam per Bal.in ru.C.res inter alios acta, & per do.Ias.de May.Instit.de actio.in §.actiones autem in antepenul.col.Et per do.Franc.de Are.in no.consi.suo 29.incip.Diligenter &c.in 4.chart.& per Bal.in l.dotis.C. de iure do.Et Pe.de Anc.in c.canonū statuta.in 6.char.in ver.Quæro vlterius scriptum est de cōsti. & Io. de Imol. in c.penul.de consuetu.& per do.Alex.latius in consi.suo 42.inci.Super præmisso themate.in 12.col.in primo vo. vbi alios adducit,&iper do.Feli.late in eius generale.in pe
2 nul.& vl.col.1.distinct.Tene tamen menti,†& nunquam exeat mentem tuam,quod statutum volens quod bona filiorum & vxoris,& etiam quod ipsi filij possint capi pro delicto fallentię,scilicet quando pater fallat, seu cedat foro, valet, nam amore coniugis & filiorum sæpe homines retrahuntur ab illa fallentia.Ita sing.& peregrine dicit Ab. in c.ex parte.in vltimis verbis.extra de cōsuetu.vbi etiam subdit esse in similibus casibus arduis & valde periculosis.
3 Dicit†tamen quod tale statutum est iniquum,quando ex necessitate inducitur quis ad fallendum, secus autem quā do quis fallit ex proposito,quod est.sing.no.quia vterque modus fallendi sæpe venit in facto.ex quo dicto poteris ex hac doctrina limitare tex.in dicto §.quia vero.in auth. vt nulli iudicū.& alia iura superius alleg. vide etiā in materia.xo.de Anan.in c.2.in septima col.versi.Quid autē eō tra.extra de delict.puerorum. Vide Bal.& cal.in l.his solis ff.de conditione indebiti.& Lud.Rom.in sing.suo 213.incipien.pater erat pauper.Bal.in l.fin.C.ad Macedo.

ADDITIO.

a Soluere debita patris.Adde alium casum in quo filius tenetur soluere debitum patris,quando scilicet pater pauper accepit mutuo pecuniam quam conuertit in alimenta filiorum,si postea efficiantur diuites, tenebuntur ad illud debitum patris.ita sing.not.Bart.in l.his solis.ff.de condictio.indebi.quem sequitur Rom.in d.fin.213.& Cremē. sing.37.Decius tamen & Alciat.in l.si eum ferūū.in princ. ff.si certum petatur.tenent contrarium tu vide eorum rōnes.Adde alium casum per Cepol.cautel.245. quando .s. exeat statutum quod filij mercatores teneantur ad debita patris licet non sint hæredes,quia tale statutū valet, iuxta not.in rubr.C.de decret.decurio. lib.10.& sentit gl.dotis tuæ.C. de iure dotium.secundum Bal.ibi.

CCXXV.

1 *Initium non autē finem in delictis fauore rei spectari. Et ideo bannitum offendens,eo deinde à banno exēpto nō tenetur.*

2 *Animalia aliena,si ex statuti forma in fundo reperta,liceat ipsius fundi domino occidere,quidam persequatur dominus,effugerint,an etiam extra fundum illa persequens impune occidere possit? Et quid de homine aliena possessionē ingrediente,stante statuto,quod impune offendi possit?*

4 *Debitor & si pro debito ciuili domi capi non possit, si tamen extra domū per officialem repertus in domum ausugerit, potest inde extrahi.Idem de in ecclesiam fugiente.*

1 IN delictis ad fauorem rei attenditur initium & non finis.l.qui cum maior in princ.versi.sed minor.ff. de bo. liber.l.quod ait lex.§.ait ff.de adulter.& Bal.in l.si quis nō dicam rapere.C.de episc.& cler.in tertia col.& Ale.in cōsi. suo 299.incip.Viso themate.in vltima col.& Io.de Anan. in consilio suo 11.incipi.Omissa discussione.in secunda col.Et ideo offendens bannitum non tenetur eo postea exempto a banno,quia inspicitur initium, ita dixit Bal.in l.si constante.in §.si vxor rem.ff.soluto matrimonio. Et
2 tideo tene menti,quod stante statuto hic Bononiæ prout stat,quo cauetur,quod vnicuique liceat animalia aliena q̄ repererit in fundo suo propria authoritate occidere in illo,attameu si quis repererit aliquod animal in fundo suo, & cū vellet illud occidere, aīal aufugit ext.fundum, potuerit tunc illud extra fundum impune occidere. Ita not.in proprijs terminis dixit Sali.in d.l.Gracchus in penul.col. versi.Ex prædictis habes.C.de adulte,Tene menti, quia quotidie istud occurrit inter rusticos.Et idem expressè dicit Bar.in l.quod ait lex.in §.quod ait.in fin.ff.de adul.quē refert & sequitur Ang.de Are.in lib.maleficio.in verbo.in platea communis.in 1.char.in fi.in versi.inci. quęro, quid si aliquis existens, &c. & vide Petr.de Anch.in repet.c.canonum statuta.in 81.col.in versi.vltimo circa istam.de cōstitu.Et adde hic Bal.in dicta l.quod ait.in §.fina.vbi dicit
2 †quod si quis potest offendere ex forma statuti ingredientem possessionem suam & aliquis eam fuit ingressus, & postea aufugit, & dominus eū prosequitur,quod poterit eum offendere extrà possessionem, suam. Et dixit Bald. in lege cunctos populos.in repetitione. post medium. C.de summa trinitate & fide catholica. quod †licet pro
4 debito ciuili quis non possit capi in domo,si tamē repertus fuerit per officialem extra domum,& fugerit in domum,quod tunc poterit extrahi de dom.Et dixit,Cyn.in authen,si quis ei.C.de adult.quod licet quis de ecclesia p officialem secularem extrahi non debeat,tamē si deliquit extra ecclesiam & aufugit in ecclesiam, ideo quod officialis etiam extra ecclesiam capere non potuit,poterit de ecclesia extrahi,per text.in §.sed neque homicidium. in authen,de manda.princ.quæ omnia vltimo hic adducta refert & sequitur do.Alex.in consilio suo 24.incipien.Animaduersis,&c.in 10.col.in 2.vol.quem vide.Et hic adde

non

no. verba Bal. ĩ l. Pōponiꝰ. in 1. col. ante fin. ver. no. inſpici initium. ff. de neg. geſt. vbi format tres ſimiles queſtiones, & decidit quod attendatur initium & eum refert & ſequitur Ioan. de Ana. in c. fina. in 14. col. circa medium. de collū. de tegen. de quibus omnibus dixi in c. 1. circa princ. extra de homi. & in c. 2. circa finem. eod. titu. vbi omnino vide. Videas tamen Iaſ. in l. plerique. in ſecūda col. ver. nono procedit. ff. de in ius vocan. vbi tenet cōtra ſuperius dicta.

CCXXVI.

a *Emphyteutam priuari triennio canonem ſoluere ceſſantem, à iure ſuo cadere, eccleſiæ biennio, niſi ſingulis annis ſoluere iurauerit, nam tūc per annum ceſſans à iure cadit. & vide nu. 3.*

2 *Fr amentum non ſemper naturam contractus ſuper quo imponitur, ſequi habet. In quo refellitur Iaſ. Et quid in iudiciſnu. 3.*

1 EMphyteuta priuati non ſoluens canonem per triēniū cadit iure ſuo, vulgata l. 2. C. de iure emphyte. emphyteuta autem eccleſiæ non ſoluens per biennium cadit à iure ſuo. authen. qui rem. C. de ſacroſanct. eccle. c. potuit. de loca. §. ſi vero quis. in authen. de alie. & emphy. cum ſimi. quod tamen intellige, niſi ipſe emphyteuta iurauerit ſolu ere ſingulo anno, quia tunc ceſſando in ſolutione per annum tantum, cadit tunc a iure ſuo, vt ſing. dixit Bal. in ca. querelam. extra de iureiuran. quem refert & ſequitur do. Ale. in conſi. ſuo 85. incip. Non puto. in primo vol. vbi & aliqua pro hoc dicto allegat. quam doctrinam ſequor licet do. Iaſ. de May. illam reprobet, & male iudicio meo, in l. 2. in 7. col. verſi. nono quæro. C. de iure emphyteu. fundat enim opinionem ſuam contra Bal. ſolum ex illo, videlicet

2 quod iuramentum ſequitur naturā contractus ſuper quo interponitur. l. ſi. C. de non nume. pecu. Sed de natura contractus emphyteutici eſt, quod ante biennium non cadat emphyteuta à iure ſuo non ſoluendo, ergo licet non iurauerit cadet à iure ſuo non ſoluendo in primo anno. Sed illa ratio non habet tollere doctrinā Bal. quia non eſt ſemper verum hoc, quòd iuramentum ſequatur naturam contractus ſuper quo interponitur, imo potius iuramentum alterat naturam contractus, vt patet in pluribus doctrinis & iuribus traditis per Moder. in l. ſi duo patroni. §. Marcellus. ff. de iureiuran. & patet etiam ex dictis per me in repetitio. mea l. fin. C. de probatio. in 34. char. vbi plura notabilia poſui in materia iuramenti. & dixi etiam ſatis amplè in conſilio meo 52. incipien Præſuppoſita. & latius valde in

3 authen. quod obtinet. C. de probatio. & illa regula, ſ cili cet, quod iuramentum regulatur ſecundum naturam contractus, habet locum in ſubſtantialibus iudicij, ſecus in accidentalibus ſeu acceſſoriis, ſecundum Io. de Imol. in c. 1. de iudi. vbi not. loquitur in materia huius iuramenti. Sed teneas mēti in hac materia emphyteutæ vnum perpetua memoria dignum, videlicet, quod licet emphyteuta non ſoluens in primo anno regulariter nō cadat à iure ſuo, hoc tamen fallit in emphyteuta eccleſiæ, qui fuiſſet citatus ab ipſa eccleſia ad ſoluēdum canonem, nam facta tali citatione non erit neceſſarius curſus biennii, ſed ſufficiet lapſus ex mēſium, in quo ſi non ſoluerit canonem, cadet à iure ſuo non expectato alio tempore decurſo. Ita ſingular. dixit Ang. in l. hac diffinitione. C. de omni agro deſer. li. 10. quod eſt ſing. not. & perpetua memoria dignum, quod dictum pro valde notab. refert & ſequitur dominus Antonius Corſetus in ſua repetitio. rubr. extra de iureiuran. in 11. priuilegio iuramenti.

CCXXII.

a *Fideiuſſoris de iudicio ſiſti datione & de iudicato ſoluendo, ob id quod quis ita ſatiſdedit, non videtur ſic in iudicem conſenſiſſe, vt exceptionem declinatoriam opponere poſſit. Et quid de eo qui ſatiſdederit ad tenutam quam ex primo decreto paſſus eſt reuocandam? nu. 2.*

1 PEr datione fideiuſſoris de iudicio ſiſti, & de iudicato ſoluendo ſatiſdans, non dicitur conſentire in iudicem, adeo quod poſtea non poſſit opponere exceptionem declinatoriam ſecundum Bart. & alios in l. ſi conuenerit. ff. de iuriſdictio. omnium iudic. quia in tali fideiuſſione ſubintelligitur, niſi iuſta cauſa iudex recuſaretur, quod etiam probatur in authen. offeratur. C. de lit. conteſta. vbi poſt ſatiſdationem datur tempus ad deliberandum. & idem voluit Ang. in l. ſed ſi ſuſceperit. ff. de iudi. dicens quod actus factus ex neceſſitate, vt eſt iſte, non infert conſenſum in iudicem. ad quod alleg. Inn. in c. inter monaſterium. de re iudic. Et idem tenet Bal. in dicta authen. offeratur. in ſecūdo notab. & Bal. in c. 1. col. 1. extra de iudi. & in l. 2. in prin. in 3. col. ff. ſi quis in ius voca. non ierit. & in l. 2. C. de bon. autho. iudi. poſ. vbi idem dicit in eo qui ſatiſdat. de parendo mandatis curiæ. Teneas tamen menti, quod prædicta

2 non habent locum in eo qui ſatiſdat, vt reuocet tenutam quam paſſus eſt ex primo decreto. iuxta c. quoniā frequenter. vt lit. non conteſta. quia odio ſuæ cōtumaciæ inductū eſt vt non poſſit vlterius forum declinare. Ita ſingu. dixit Ang. in l. eum qui in poſſeſſionem. ff. de priuileg. credit. p. tex. in l. de die. ff. qui ſatiſda. cogan. & in l. ſi finita. §. item videamus. ff. de damn. infect. vbi idem tenet Ang. & Io. de Imol. quam doctrinam refert & ſequitur do. Fel. in ca. inter monaſterium. in 6. col. extra de re iudica. de qua dixi in l. ſi queramus in 3. char. ff. de teſta. & in l. ſi quis ne quæſtio. in 6. col. verſi. vnum tamen not. ff. de quæſtio. Et pro dicta doctrina Ang. facit optime quod voluit Pet. de Anc. in cōſilio ſuo 192. inci. In auxilium veritatis. circa medium. vbi dicit, quod licet per ſatiſdationem de iudicio ſiſti quis non dicatur prorogare iuriſdictionem iudicis, & in eum conſentire, vt per Bar. & docto. in dicta l. ſi conuenerit. attamē hoc fallit, niſi eſſet captus & carceratus, & vt reuocaret capturam, & exiret carceres, præſtaret fideiuſſorem de iudicio ſiſti, & de iudicato ſoluendo. quoniam hoc caſu per talem dationem fideiuſſoris dicetur in ipſum iudicem conſenſiſſe, adeo quod non poterit vlterius impugare eius perſonam. quod eſt no. verbum. In contrarium tamen faciūt no. verba do. Io. Baptiſt. de Cazalup. in tractatu ſuo de debi. fugi. in verſi. Quinto decimo, &c. videas.

CCXXVIII.

a *Agens in iudicio alieno nomine, de cuius mandato dubitatur ſine cautione de rato non admittitur, niſi dominus ita propinquus ſit, vt facile eius præſentia haberi queat ad tollendum huiuſmodi dubium.*

2 *Coniunctus pro coniuncto ſine mandato, num agere poſſit?*

1 AGens in iudicio nomine alieno ſi dubitatur de mandato, non admittitur ſine cautione de rato. l. non ſolū §. qui alienum. ff. de procu. l. 1. C. de ſatiſd. & in l. ſi is à quo. in §. ſi procurator. ff. vt in poſſ. leg. & in l. 1. C. de procur. Sed tene menti notabilē limitationē & reſtrictionē, ſ. dicta iura, videlicet quod quando dubitatur de mādato, admittit

a talis agēs cū cautione de rato. Iſtud eſt verū, niſi dominꝰ pro quo ille vult agere, ſit intra ciuitatē, vel in loco propinquo, ita vt faciliter poſſit haberi eius pſentia, & poſſit tollere dubiū circa mādatū, nā hoc caſu nō admitteē ēt cū cautione de rato. Ita ſing. dixit Ang. p illū tex. in l. mutuus. in §. is q curatorē. ff. de pcurat. q dicit bene notādū & ſem p mēti tenēdū eſſe. q dictū p valde notabili ibi ſequitur Paul. de Caſt. & ſimiliter dicit illud eſſe ꝑpetuo mēti tenēdū. p quo optimè faciūt dicta infra in ſing. 260. inci. Citatus ſemel. & dicta p Io. And. in additio. Spe. in ti. de appellatio. §. nūc breuiter in 2. col. in additio. inci. Aduerte, ga

2 mādatū, &c. Ex quo dicto ego inferebā ad vnū, q licet cōiunctus admittatur p cōiūcto ſine mādato vtl. ſed & hę. ff. de procura. & in l. exigēdi. C. eo. dummodo caueat de rato, vt eſt tex. in l. 3. §. ſed ſi forte. ff. iudic. ſol. & volunt docto. in dictis locis, dummodo non appareat de contraria voluntate illius coniunctę perſonæ, pro qua coniunctus agit, quia ſi appareat de contraria voluntate non admittitur talis coniuncta perſona etiam cum cautione de rato, vt eſt. text. ibi & docto. omnes in l. Pomponius in §. fin. ff. de procura. Tamen ſi non eſt certum de contraria voluntate, ſed dubitatur, ſi tunc ipſe coniunctus, de cuius voluntate dubitatur, eſt in ciuitate vel loco propinquo, in quo faciliter poteſt haberi eius preſentia, & eius declaratio voluntatis ſuæ, tunc non admittitur talis cōiunctus pro coniuncto etiam cum cautione de raro, & hęc illatio optimè mihi videtur probari in d. l. mutuus. in §. is qui curatorem, & etiam ex dicta doctrina Ang. & Pau. de Caſ. ibidē, q profectò eſt menti tenendum cum faciliter poſſet in facto contingere, pro quibus oīb. optimè faciunt dicta per Bar. in d. l. admonendi. in 13. col. ver. Venio ad tertium ibi, idem hoc intelligo verum &c. ff. de iureiur. Vide Ale. in conſi. 39. inc. Stantibus &c. in 4. col. in 6. vol. & Socin. conſi. 66. incipien. Viſo compromiſſo. in. ſecunda col. in 4. vol.

ADDITIO.

a Iſtud eſt verum. Adde Rom. ſing. 115. vltimò volo tibi dicere. Bald. in d. §. is qui. Ale. in additio. & in lectur. in dicta l. prima, & ibi Iaſ. 2. fall. C. de procur. Socin. regu. 318. fallen. 1.

CCXXIX.

1 *Sententiam, quæ in rem tranſiuit iudicatam, inſtrumentorū recens compertorum prætextu nō retractari, ſed reſtitutionis in integrum beneficio, ſi iuſta ignorantiæ ſubfuerit cauſa, inniti dum eſſe.*

1 SEntentia, q̃ tranſiuit in rem iudicatam, nō retracta tur prætextu inſtrumentorum nouiter repertorum, vt habetur in l. ſub ſpecie. C. de re iudi. & in l. imperatores. ff. eo. tit. & in c. inter monaſterium, de re iudi. & l. ſub prætextu. C. de tranſactio, & in l. argentarius. in §. cum autem. ff. de eden. cum ſimi. Teneas tamen menti, q̃ licet prædicta ſint vera, tamen ſi ille, qui vult dictam ſententiam infringere, habuit iuſtam cauſam ignorandi dicta inſtrumēta, poterit petere dictam ſententiam retractari per remedium reſtitutionis in integrum concedendum ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa &c. de qua in l. 1. in fi. & in l. ſed & ſi per prætorē. §. hęc clauſula. ff. quibus ex cau. maio. Ita ſing. dixit Cy. in l. 1. C. de condi. ind. quem refert & ſequitur Io. An. in add. Spe. in tit. de exec. ſenten. in §. ſi. ſuper ver. illud autem quæritur &c. Ioan. de Imo. in dicta l. imperatores, quos omnes refert & ſequitur do. Ale. in conſ. ſuo 293 ſm ordinem meum incip. In cauſa & lite vertente. in 2. col. Sed tu vltra cū dicas, q̃ idē in effectu tenuit Io. An. in add. Spe. in tit. de inſtru. edi. in §. poſtquā. in 5. col. in addi. inci. Hæc iura loquuntur &c. teneas mēti ad limitationem dictorum iurium. ſ. ſub ſpecie. C. de re iud. cum alijs ſuperius allegatis. Et vere non ſunt multi dies, quibus euenit hic caſus in facto, & plura dicta fuerunt ſuper eo, attamen à nemine fuit allegata prædicta doctrina Cyn. & aliorum ſequacium.

CCXXX.

1 *Papa circa ius poſitiuum, an ſine cauſa diſpenſare queat? Et num idem ſine vlla cauſa dilationē iuris omnem contrahere ac abbreuiare poſſit?*

2 *Papa in aliquibus licet ſine cauſa diſpenſare poſſit, non tamē idem ipſius vices gerenti licet.*

1 ANtiqua dubitatio eſt apud doctores, an † papa ſine cauſa poſſit diſpenſare circa ius poſitiuū in quo fuerunt varij. nam Inn. in c. inter monaſterium. de re iudi. & Petr. in ca. non eſt, de voto. quos ibi refert Abb. tenent q̃ ſic. pro quibus facit c. propoſuit. de conceſ. præben. & gl. in c. 1. in verbo, ab omnibus. de conſt. hinc eſt q̃ papa ſine aliqua cauſa poteſt abbreuiare omnem dilationem iuris, ſm Petrum de Anc. & Imo. in c. ex ore. per illum tex. de his quæ fiunt à maior. parte ca. & Bal. in conſ. ſuo 433. inci. quęritur vtrum &c. in 3. vol. Contrariam autem opinionem. ſ. q̃ non poſſit ſine cauſa diſpenſare, tenuit Inno. in c. diuerſis ſallacijs, de cler. coniug. vbi dicit fortius, q̃ ſuperior diſpenſans ſine cauſa peccat, & idem videtur velle in c. veniens. de filijs presb. quem refert & ſequitur Paul. de Caſt. in conſi. ſuo 119. inci. Notandum eſt q̃ adulterium. in 1. col. vbi etiam allegat pro hac parte text. in c. innotuit. de elect. Ex quo ſubdit ipſe Paul. de Caſt. in d. conſi. q̃ ſuperior dans poteſtatem officiali diſpenſandi in aliquo caſu, debet ſubintelligi cauſa rationabili ſubſiſtente & non aliter, & hanc partem etiam in ipſo papa firmat ſatis latè Abb. in d. c. non eſt, de voto. vbi eſt gloſ. ad hoc in iure ſolitaria, ſm Barb. in c. cum ſit Romana. in 8. col. de appe. quam quæſtionem tamen ad præſens latius vel diffuſius nō examino, ſed remitto me ad plenè dicta per docto. in d. c. propoſuit, & ad dicta per Arc. in c. conſequens 11. diſ. & per Io. Andr. in c de multa. in 3. col. de præb. & per Abb. in c. per venerabilem. in princ. qui filij ſint leg. & per Gem. in d. c. conſequens, & per do. Fel. in c. ad audientiam, de reſcrip. & in c. 1. in 4 fallentia, vbi videas, de conſt. & in ca. poſtulaſti. in 19. col. de reſcr. retigi ego vnum verbum in l. 1. in §. præterea. in 8. chart. ff. de

2 q. Attamēt nō omitto vnū ſingulare verbū in hac materia, diſpēſationis, videlicet, q̃ licet papa in aliquib. caſib. poſſet diſpenſare ſine cauſa, attamen ſi quis tanquam vicegerens papæ diſpenſat ſine cauſa ſibi commiſſa à papa, talis eius diſpenſatio non valet, licet papa hoc potuiſſet facere, quod eſt ſingular. not. Ita dicit Inn. in c. dudum. 2. ad fi. ibi, item ſi papa. ext. de elect. & idem tenet ipſe Inn. in c. cum ad monaſterium. in 1. col. ibi, Item licet conditioni. de ſtatu mona. & in c. veniens. in prima glo. de filijs presbyter. quem refert & ſequitur lumen & decus iuris immortale do. Fel. in d. c. poſtulaſti. in 18. col. ver. Quartus caſus &c. de reſcript. vbi ſubdit, quòd hoc etiam not. Abb. in cap. at ſi clerici. in §. de adulteriis. in 9. column. de iudic. & in cap. præterea. in penult. column. de reſt. cog. & Bald. in l. ſi teſtamentum. poſt princip. C. de teſtamen. & Feder. de Senis in conſi. ſuo 304. incipien. Reuerende pater &c. Et iſtud dictum teneas perpetuo menti. quia ſecundum dom. Fel. vbi ſupra, ex hoc dicto poteris facere infringere in foro contentioſo mille diſpenſationes, quas faciunt legati papę ſuper incompatibilib. cum perſonis indignis.

CCXXXI.

1 *Cauſam inſtam magni effectus, multumq̃, operari ſiue res de principibus, ſiue de iudicibus, ſiue de priuatis agatur.*

2 *Statuto primo ex iuſta cauſa ſtatutētes mouente, per ſecundū poteſt derogari.*

1 IVſta cauſa multum operatur, & eſt magnæ importantiæ, ſiue loquamur in principibus, ſiue in iudicibus, ſiue in priuatis, vt latis luculenter & copioſè oſtendit do. Ale. in conſ. ſuo 119. inci. Titulus quæſtionis &c. in 5. col. in 2. vol. & Barb. in conſ. ſuo 76. incip. Viſo puncto. in 3. vol. & Bal. in auth. generaliter. C. de epiſc. & cler. in 2. col. & patet etiam ex tex. vnico ſm omnes in l. ſi hominem. ff. mād. de quo pluries dicit do. Fel. in c. 1. in 15. & 16. col. de conſt. & Barb. in c. cum olim. 1. in. 12. col. de offi. dele. & in c. cæterum. in prin. de iura. calū. & in c. ſi. de conſue. & in c. cum ſit Romana. de app. in 10. col. & in d. conſi. 76. & Bal. in l. ſi parer patrum. C. de ſponſa. in verſ. Sed pone pater. de qua iuſta cauſa aliquid dixi in l. 1. §. præterea. circa med. ff. de quæſt. & ſupra in fin. 114. inci. Vulgatū &c. vbi poſui no. verbum, & vnum aliud poſui infra, in ſing. 231. incipien. Quæ de nouo &c. & 261. incip. Exceptio. Et plura etiam ponit Iaſ. in l. Barbarius. num. 16. per duas

2 colum. de offi. præto. Sed † vltra omnes effectus ipſius iuſtæ cauſæ poſitos in dictis locis à doctoribus, do tibi vnū alium effectum fortè notabiliorem cæteris, nam tu ſcis quòd vltimum ſtatutum non tollit primum habens clauſulam derogatoriam, niſi in ſecundo fiat expreſſa mentio, & reuocatio primi ſtatuti derogatorij, vt voluit Cy. in diſputatione ſua incipien. Prima voluntas ſequentibus derogatoria &c. arg. ſi mihi & tibi. §. in legatis. ff. de leg. 1. & in l. ſi quis in principio teſtamenti. ff. de leg. 3. & no. in l. fin. C. ſi contra ius vel vtili. publi. & volunt Cano. in c. non nulli. de reſcri. & Bar. in tracta. ad reprimendū in verbo, non obſtante, Attamen q̃ conſtat ſecundum ſtatutum emanaſſe ex aliqua iuſta & rationabili cauſa

mouente statuentes, quibus visum fuit primum statutū fore inutile, tunc per tale secundum statutum cum clausula generali non obstante, videtur derogatum primo quantumcunque derogatorio, eo ꝙ causa derogationis superueniēs habet in se vim reuocationis. Ita fuit de mēte Bald. in c.1. de const. lib.6. quod dictum pro valde not. refert & approbat. do. Io. Bapt. de S. Seuerino in rep. l. omnes populi. in 15. char. in versi. quibus etiam adde. ff. de iust. & iur. & do. Fel. in c. nonnulli. in 7. col. ver. limita hoc de statuto. ext. de rescr. quod dictum dicit alibi non vidisse, pro quo allegat l. fi cum Cornelius. ff. de solutio. & dictam l. si hominem. & text. in auth. hæc constitutio innouat. in rubro & nigro. pro quo etiam dicit videndum fore dictum Bal. in l. 1. in penult. col. versi. Item valet. C. quibo. ceder. poss.

## CCXXXII.

1 *Statuto cauēte, quod aliquo casu ad restitutionem seu emendationem damnorum datorum villa teneatur, an hoc casu quilibet villa teneatur?*

1 CApiastvnum pro rusticis, communiter extant statuta per Italiam, quibus cauetur, ꝙ in aliquo casu villa teneatur ad restitutionem seu emendationem damnorum datorum, an hoc casu quælibet villa teneatur ad talem emendationem? in quo dicas quòd non, nam tale statutum non habebit locum in villa in qua non sint quinq; homines, qui sint patres familias. ita not. dixit Bal. in c.1. in 2. col. ver. Quæro quot homines ext. de elec. vbi idem etiam dicit esse in castro, quod dictum refert do. Alex. in l. fi. in pe. col. ante fi. versicu. Item per illum textum. C. de testamen. ad quod dicit videnda esse no. per Bart. in prætor. 2. in prin. ff. vi bon. rap. & per Ang. post Bar. in l. sicut. §. in decurionibus. ff. quod cuiuscunque vniuersi. nomi. tene menti, quia alias vidi de hoc dubitari in contingentia facti. Et adde in simili ꝙ fama villæ non sufficit, vbi in villa non sunt nisi duo, vel tres homines tantum. Ita not. Abb. antiquus in ca. inquisitionis. de accus. quē refert & sequitur Bald. in Margarita sua, in verbo, fama, in 7. versi. vide tamen Bal. super statutis, super verbo, familia vbi videtur tenere contrarium.

## CCXXXIII.

1 *Emergentia de nouo, nouo egere auxilio. Idō, adeo verum, vt si statuto caueatur, vt in appellationis, vel nullitatis causa nouæ non recipiantur probationes, si tamen de nouo emerserint, recipientur.*

2 *Procurator satisdans de iudicio sisti endo eum cuius procurator est, item de iudicato soluendo, an si is pro quo satisdedit, non soluendo efficiatur possit illius defensionem desere ne in euentum condemnationis pro eo teneatur.*

1 QVæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio. l. de ætate, §. ex causa. ff. de interrog. act. vbi per Barto. & alios, & habetur in l. planè. ff. vt in poss. leg. & in l. 1. in prin. ff. de ven. inspic. & in c. pastoralis, de excep. & in c. cæterum, de iura. calum. cum similib. de quo latè locutus sum in l. 1. in §. fi. in 4. char. parua. ff. de quæstio. vbi plura notabilia dicta adduxi in hac materia, & dixi etiam aliquid in l. si quæramus. ff. de testamen. in 6. char. parua pro quo facit not. verbum Bal. in l. 3. in fi. C. de epis. audien. Ad hāc materiam vide no. verbum Dy. cons. 20. inci. Super qōne qua quæritur vtrum filius &c. vbi dixit, ꝙ licet statutum vel ius commune dicat, quòd in causa appellationis vel nullitatis non recipientur nouæ probationes, quòd tamen recipientur, si de nouo emerserunt, quod dictum pro not. refert & sequitur Flo. in l. quædam mulier. in 3. col. circa medium. ff. fami. ercisc. Sed vltra omnia quę in dictis locis dixi, addo vnum no. & singulare verbum iu-

2 dicio meo, videlicet, tꝙ si ego procurator tuus satisdedi de iudicio sisti, & de iudicato soluendo pro te quē defendebam, iuxta l. 1. C. de satisdan. & ea quæ habentur in l. non solum. in §. qui alieno. ff. de procur. & in l. 1. C. e. cum similibus, & postea tu efficiaris nō soluendo, vt quia bona tua iam incepta sunt possideri per creditores tuos, ꝙ ista est iusta causa recusandi defensionem tuam, & vlterius non litigandi pro te, quia si ego condemnarer pro te, & soluerem, non possem postea à te recuperare, ideo non teneor vlterius pro te litigare, nec contra me committitur stipulatio ob rē non defensam. Ita singu. & egregiè dixit Pau. de Castr. in l. munus. in §. qui non cogitur. per illum text. ff. de procura. quod est multum not. ad materiam dictæ regulæ, quæ de nouo emergunt, &c. & etiā ad limitationem illius regulæ, videlicet, quæ ab initio sunt voluntatis. ex post facto iunt necessitatis, de qua in l. sicut. C. de act. & oblig. cum concor. ibi in. gl. alleg. ad quæ vide etiam dicta infra in singulari. 241. incipiē. Noa debet addi.

## CCXXXIIII.

1 *Delicta paria compensatione tolli.*

2 *Mulier ob adulter. um nec dotem, nec ipsius actionem perdit, si contra maritus eius & concubinas habeat, & adulterium commisit. Quinimo dotem à marito concubinas retinente, repetere constante matrimonio potest.*

3 *Mulier, vt propter adulterium viuente marito commissum, dotem perdit, sic si vidua existens stuprum cōmittit, actionem q; ad illam repetendam.*

1 PAria delicta mutua compensatione, tolluntur. l. viro atque vxore. ff. soluto matrimonio l. cum mulier. 1. c. 1 tit. c. significatti. de diuor. c. penu. de adul. & c. fin. eo. tit. & 32. q. 6. c. nihil. cum multis simil. in gl. dictorum iurium alleg. & per Spe. no. loquentem in tit. de accusa. in §. 1. in versi. qd si te vocaui latronem. Et circa hāc materiā vide Ias. in l. in arenā. in fi. verbis. C. de inofficioso testamēto.

2 Et ideo tene menti, ꝙ licet mulier committens adulterium perdat dotem & actionem ipsius, vt habetur in dicta lege viro atque vxore, & in dicta l. cum mulier., & in l. consensu. C. de repudijs, & in c. plerunque de donationibus, inter virum & vxorem attamen si mulier commisit adulterium, non perdit dotem suam, si maritus suus tenebat concubinas, & similiter committebat adulterium. Ita singular. dixit Pau. de Cast. in consi. suo 128. inci. Hæc mulier non debet excludi à petitione dotis. Et mouetur per dicta iura, & per dictā regulam, quod paria delicta. Et idem tenet apertè gloss. fina. in dicto capitul. penultim. de adulterijs. licet eam non alleget Paulus de Castr. Quod dictum pro valde not. refert & sequitur dominus August. Arim. in additionibus suis ad Ange. de Are. in tract. malefic. in verbo, *Che hai adulterata la mia dona.* in 3. charta. in penulti. addition. ante finem. de qua doctrina feci mentionem in l. patre vel marito in secunda charta. ff. de quæstio. Et idem tenet Spec. in titu. de crimin. in modum except. oppos. in §. in primis. versicu. excipitur. Pro quo faciunt etiam dicta per Abbā. in capitu. constitutus. de conuersione coniugatorum, & per Raphael. Cuman. quem omnino vide in consilio suo 179. incipien. Domina Andriola. circa finem, vbi etiam dicit ꝙ mulieri competit actio de dote etiam constante matrimonio marito retinente concubinas, ad quod allegat plura de quibus ibi per eum, quod multum not. ad fauorem mulierum, & ad ampliationem dictæ regulæ, ꝙ paria delicta, &c. & etiam ad limitationem glossa. singu. in capitu. plerunque, de donatio. inter virum & vxorem quæ voluit, quòd si mulier committens adulterium perdit dotē, ita perdat bona paraphernalia, quam in glo. dixit singularem Ludouic. Roman. in singula. suo 315. incipient. Propter adulterium, &c. Tene menti, quia raro probatur adulterium commissum esse per mulierem, quin possit probari similiter adulterium esse commissum per maritum, quia rarissimi sunt qui stent contenti

3 propria vxore, vt communiter dignoscitur. Et adde prę dictis, quod sicut viuente marito propter adulterium vxor perdit dotem, similiter mortuo marito si vidua cō mittit stuprum, perdit dotem, seu actionem ad repetendum dotem. Ita singu. dixit Pau. de Castr. in consilio suo 121. incipiente. Reuocatur in dubium, allegat bonum text.



tex. cum gl. in l. penul. & ibi Bar. ff. de adult. vbi not. Bart. ꝙ qui offenditur ex adulterio constante matrimonio, il le offenditur ex stupro viduitate durante. Quod dictum exclamat do. Ia. in l. 2. in 2. col. versi. adde ꝙ illud. ff. solut. matrimo. vbi adducit Pau. de Cas. hoc idem tenentem in alijs locis, & vide do. Fel. in c. pastoralis, de iudic. Et quando mulier quæ commisit adulterium est mortua, an possit hoc hæredibus suis repetentibus dotem opponi, vide Ioan. de Anan. in capitu. intelleximus. in 8. columna. de adulter.

### ADDITIO.

Adde Ias. in l. 2. in princ. solu. matrimo. & in rubr. C. de iudic. Ale. post alios in l. rei iudicatæ. fol. mat. vbi etiam ponit an hęredes mariti possint allegare adulterium vxoris, vt dote priuetur, & an maritus possit hoc idē opponere hæredibus vxoris, & [illegible] Fel. in c. pastoralis. ver. mulier impudica. de iudi. vbi etiā habes quid in vidua, quæ mortuo viro stuprum commisit. Verum hæc oīa ampliantur singulariter ſm Bal. in c. tuæ. circa finem, vt procedant ēt si vxor tua fuisset ab aliquo luxuriosè oiculata, vel eidē manus mamillis admotæ fuissent per aliquem ipsa consentiente, quia hæc & similia præparatoria sunt ad adulterium, & hanc ampliationem pro singula. commendat Dec. in rubr. extra de iudic. in prima lectu. & in rubr. C. de edend. in 1. conclusione, vbi declarat, qūo debeat intelligi, ne mulieres tm terreantur. Sed an propter adulteriū vxor, vel adulter perdant legatum factum à marito. Bal. notab. in dicto cap. tuæ. ad finem, tenet ꝙ sic, & ꝙ applicatur fisco, vbi pariter dicit fisco applicari legatum factum illi mulieri, quam quis polluit per adulterium, declarando vt ibi per eum, per legē Claudius. ff. de his quib. vt indign. De vidua autem ꝙ propter stuprum mortuo viro commissum priuetur dote, consuluit Castrens. cōsi. 121. reuocatur in dubium. in fi. in antiquis. alias consi. 47. lib. 2. sed contrarium tenet Alexā. in l. sororem. C. de his quibus vt indign. sequitur Ias. in l. fideicommissum. C. de fideicommiss. & ista opinio est æquior secundum Decium in dicto capitu. pastoralis, & eam sequitur Rip. in l. secunda. soluto matrimonio. Vide Hippol. Marsi. sing. 416. plures profecto, & Gerard. de petrasanct. sing. 48. & ibi in addit.

## CCXXXV.

1 *Actus processus, vel sententia vt valeat, non solum necesse citationem partis fieri, sed & in commissione nuntij necessaria est nominis nuntij expressa mentio.*

PRocuratores, aduocatos, & alios morantes in palatijs rogo, vt animaduertant ad vnum per quod poterunt facere corruere mille processus & sententias, nam tu scis ꝙ citatio est magni effectus, vt dixi supra in quamplurib

1 bus singularibus, maximè in sing. 75. inc. citatio. Sed tene menti, quod ad validitatem actus, processus, vel sententię, non solum requiritur ꝙ fiat ipsa citatio, sed etiam requiritur ꝙ iudex committens citationē exprimat personam, vel nomen nuntij per quem vult ꝙ fiat talis citatio, alias si generaliter committeret partem citari, & nō exprimeret per quem nuntium, non valeret citatio. Ita singula. dixit do. Fran. de Are. in consi. 33. inc. Cōsultatio præmissa. in 4. col. versi. nec potest dici. circa mediū illius versi. ad quod alleg. Bal. in l. petens. C. de pact. Sed tu dicas ꝙ hoc apertius voluit Bald. quem ipse non vidit in l. eius qui in prouincia. in 3. col. in ver. præterea. ibi, & in nuntio videtur clarius, &c. ff. si cert. pet. Vide Bald. omnino in l. fi. circa med. versi. vnde datur ꝙ credatur, &c. C. de exhi. reis, & Bal. in c. venerabilis. in 2. col. post. med. de dolo & contu. Tene menti, quia ex hoc dicto poteris consequi decus & commodum, maximè quia istud dictum paucis est notum, & communiter iudices cōmittunt citationē partis generaliter dicendo notario causæ. facias partem citari ad talem actum pro tali die & hora, nec aliter exprimunt personā vel nomē nuntij, ideo teneas perpetuò menti. Et istud dictū poteris addere ad materiā incertitudinis, ꝙ satis latè posui in l. à vobis quoque. ff. de annuis lega. & latius in rep. mea. rub. C. de prob. in materia incertitudinis. Et circa hanc materiā nuntij, vide Ang. de Are. no. loquentem, in §. quadrupli. à versi. in gl. quadruplum. vsque ad versi. in gl. omnino. Inst. de actio.

## CCXXXVI.

1 *Tanquam particula, improprietatis nota est, quandoque tamen veritatis est expressiua. Et idem de voce perinde.*

2 *Statutum si dicat, quod quis puniatur tanquā falsarius, non debet puniri pœna leg. Corn. de falsi. sed arbitraria alia.*

1 DIctio tanquam, est nota improprietatis. l. si pecuniā. ff. si cer. pet. l. iubemus. in §. sanè. 1. C. de sacrosanct. ecc. vo luit Bar. in l. 1. in fin. princ. ff. de off. eius cui man. est iurisd. Bal. in l. apud antiquos. C. de furt. licet aliquando sit expressiua veritatis. c. solitæ, & ibi gl. de maio. & obedien. c. 1. & ibi not. Arch. de homi. li. 6. l. 1. & ibi no. Bal. in princ. ff. de hære. inst. de qua dictione vide etiam tex. cum gl. in c. cum pro causa. de sen. exc. & in c. ex parte, de sponsa. & per Bart. in l. si is qui pro emptore. in 24. col. ff. de vsucap. & in l. si maritus. 2. §. 1. ff. de adulter. & do. Ant. in capi. nuper. in fi. ext. de biga. & per do. Fel. in d. c. solitæ. & per do. Alex. in consi. suo 15. inc. Visо processu. in 9. col. in 1. vol. Idem dicas in verbo, perinde, ſm Fulgos. in l. licet in pra

2 dijs. ff. in quibus. causis. pig. taci. contrah. Et ideo rencas menti vnum not. verbum, videlicet quòd si statutum dicit, quod aliquis puniatur tanquam falsarius, ꝙ non debebit puniri pœna legis Corneliæ de falsis, sed alia pœna arbitraria iudici. Ita singular. dixit Bald. in capit. nonnulli. in §. sunt & alij. de rescript. quod dicit esse menti tenendum, quod dictum refert & sequitur ibi do. Felin. in 9. column. in princ. & in d. c. solitæ. in 2. column. de maior. & obedien.

## CCXXXVII.

1 *Expensæ conuentionales à iudicialibus longè differre. Nam etsi iustum litigandi causam habens ab expensis iudicialibus excusetur, à conuentionalibus tamen non excusatur.*

2 *Ac proinde si iudex partes ab expensis in sententia absoluat, de expensis iudicij duntaxat absolutisse intelligitur, nō de conuentionalibus.*

1 GEneralis citatio valet,vbi cōtradictor est incertus, secus aūt vbi contradictor est certus,quia tunc nō valet talis generalis citatio.ita sing.dixit Domini.de sancto Gemini.in c.fi.de electio.in 6.Et ideo dixit Bal.in l. si curatori.C.de iure deliberan.ꝙ non sufficit proclama generale,ꝙ qui vult esse hæres,compareat, sed debent citari illi quos prima causa successionis tangit.& hoc per tex.nor.in l.1.§.denuntiare.ff.de vent.in spic.& idem dixit ipse Bal.in l.nam ita diuus.ff.de adopt.& in l.obseruare.§.proficisci. ff.de offi.proconsul. & Ludo.Ro.in con. 103.incip.Viso themate.in fi.vbi no. loquitur. & alleg. d.l.1.§.nuntiare.& d.c.fi.de ele.in 6.& alia plura de quibus ibi per eum,& voluit ēt ipse Ludo.Ro.in consi. suo 410.incip.Vt clarior reddatur.circa princi.vbi alleg.plures doct.hoc affirmantes.& de illo tex.ad hoc propositū facit testum Bal.in l.iubemus.circa.2.col.C.ad Trebelli. & in l.1.in vlt.col.C.qui admit.& in c.inter quatuor. de maio.& obedien.& in l.suspecta in fi.prin.de inoffi.testamen.& in rubri.C.de success.edicto.in fi.& Bar.in consi. lio suo 91.incip.In qōne vertente.Pro quo faciunt addu
cta per do.Fel.in c.fi.de maiori.& obedien.in 2.col.vbi omnino videas,quia more solito notanter loquitur.& per eundem do.Fel.in cap.cognoscētes.in 6.col.in princi.de constit.vbi simpliciter dignissimè loquitur. & vide ēt do.Alexan.in consi.suo 138.incip.In causa & lite.in tertia col.in 2.volum. Et prædictis ēt adde no.dictum do. Abb.in c.fin.de vita & honestate clericorum vbi dixit
2 ꝙ vbi ad perdēdum aliquod priuilegium clericale iura requirunt trinam monitionē fiendam ipsis clericis non reēt è viuentibus,oportet,ꝙ illa citatio seu monitio apprehendat clericos si fieri pōt & nō sufficit generalis monitio ꝙ omnes abstineāt, ꝙ dicit esse menti tenendum, pro,quo bene facit decisio Rotę in tit.de dolo & contuma.in 21.decisio.in antiquis.vbi dicitur, quòd vbi aliàs sufficerent coniecturæ de hoc,quòd citatio apprehendat citatum,tamen vbi agitur de priuatione beneficij, requiritur certitudo, vnde si quis citatur tanquam inciderit in pœnam c.licet canon.de ele.in 6. oporter quòd citatio legitimè & clarè perueniat ad eius sciētiam, nec sufficerēt præsumptiones, de quo nunquam sis oblitus ſm dominum Felinum,qui prædicta refert in c.qñ frequenter.in §.porrò.in 7.col.versi.aliud valde notabil.vt lite non contesta.& ibi alia adducit in materia,quē vide. Et vltra prædicta in hac materia citationis teneas mēti vnum dictum notab.& mihi nouum,Lud.Ro.in di.con. suo 410.incipien.Vt clarior reddatur.in 1.col.vbi dixit,
3 ꝙ quamuis erratum sit in modo citandi,seu in forma à iure traditis, nihilominus si is,cuius interest,notitiam habuit eius citationis,per quā nō legitimè citabat,sufficere videbitur.Ita.n.eū ligat talis illegitima citatio vnà cum notitia subsequuta,sicut citatio legitimè emanans, allegat ad hoc casum notabilem in clemē. causam.ad finem,de electio.quod not.& tene mēti,quia tibi seruiet ad multa.In contrarium facit ꝙ voluit Bar.in l. denuntiasse.in prin.ff.de adulter.& do.Philippus Decius in cōsil.74.in 2.col.& q̄ dixi in meo repertorio,vt in litera V. in 9.char.in 8.notab.& vide Alex.in consi.114.inci.Ponderatis in 3.col.in versi.accedit.in 1.vol.

CCLX.

*1 Citatus semel personaliter potest postea per edicta locis publicis proposita efficaciter citari.*

*2 Citandi primum personaliter stylus,ac deinde per edictū non valet nec huiusmodi citatio arcta citatum,si eo loco sit mus quo facilè citandus personaliter citari potest,secus autem in eo qui remotior est,nec commodè citari potest,& nu. 3.*

1 CItatus semel personaliter pōt postea citari per edicta posita in locis publicis & consuetis, & talis citatio per edicta arctat ipsum citatum.Ita habetur per tex. & docto.in clemen.1.de iudic.& per Bar.in tractatu ad reprimendum,in verbo per edictum & per gl. & doct. in l.ad peremptorium.ff.de iudic.& habetur ēt per Cypost gl.in auth.qui semel.C.qūo & quando iudex. Sed
2 teneas perpetuò menti,ꝙ talis stylus citandi personaliter primò,& postea per edictum,non valet nec talis citatio arctat citatū qñ sumus in loco,in quo faciliter pōt personaliter citari ipse citandus,secus aūt in illo qui longè abest,& non pōt commodè citari,quia tunc talis citatio per edicta valet,& ipsum arctat.Ita dixit Io. And.in additio.Spec.in tit.de citatio.in §.viso.in additio.incip. Super illo verbo & c.quem refert & sequitur Pau.de Castr.in dicta l.ad peremptorium.post medium,vbi subdit
3 ꝙ cum quidā delegatus papæ datus in partibus seruasset istum modū citandi personaliter primò,& posteà p edictū,dicit se dixisse sniam esse nullam,tāquam latam contra non citatum,ꝙ dixit summè notādum esse. ꝙ dictum refert & sequitur do.Fel.in c.qñ frequenter. in §. porrò.in 5.col.vt lit.non contesta.& Barba.in c.consuluit.1 10.char.in j.co.de offi.delega.ꝓ quo optimè faciūt dicta suprà in sing.228.inci.Agens in iudicio.pro quo ēt faciunt dicta per Bal.in consi.suo 444.incip.Sequens q. in 3.vol.& per Abb.in consi.84.incip. Casus super quo. aliàs incipit.Arbitror in dubio.in tertio vol.& per eundē in consi.43.incipien.Ex omnibns. in prima colum. & per Ludo.Roma.in consil.454.incipien.In re præsenti.in 2.col.

CCLXI.

*1 Exceptio loci non tuti,citatum à comparendo in eo dem loco excusat.*

*2 Et quid præstet loci non tuti beneficium? & nu.3.*

1 EXceptio loci non tuti excusat citatum à comparendo in loco vbi est citatus.Ita habetur in clemen. pastoralis.versic.Pisana.de re iudica.& in cap.cum dilecta. de confirma.vtili vel inutili.& in ca.venerabilibus.§.secus.de senten.excommunicatio.in 6.& in capil.accepimus.de fide instrumen.& c.cum personæ.de priuileg.in 6.& habetur in l.Fulcinius.in §.quid sit latitare.ff.ex quibus causis in possessionem eatur.& per gloss.in c. hortamur.3.quæst.9.& per gloss.penulti.in fi.in clemen.appellanti.de appellatio.& latè per Ludo.Roman.in l.si verò. in §.de viro.in 11.fallentia.ff.soluto matrimonio.& per do.Anto.in repetitio.cap.vestra.in 38.column.de cohabita.clericorum & mulier.habetur in cap.statuimus.de
2 offic.delega.in 6.Item locus non tutus etiam operatur alium notabilem effectum,nam si quis se obligauit in contractu,vt possit ex eo conueniri vbique,tamen non poterit conueniri inuitus in loco sibi non tuto.ita dixit Ange.& post eum domi.Alex.in l.cum res.in princi. ff. de lega.1.quod dictum refert & sequitur domi.Fel.in c. accedens.2.in secunda colum.vt lite non contestata.vbi
3 etiam subdit,quòd si quis promittit soluere Titio decō in certo



in certo loco,& ad illum locum non sit tutus accessus ipsi Titio,poterit arctari debitor ad soluendum in loco tutiori,per text.in l. vsuras. C. de solutionibus. quam legē facit sing.Lud.Roma.secundum eum in cōsilio suo 352. incipien.quæritur in penul.col.pro quibus faciūt dicta suprà in sing.231.incip.Iusta causa.

ADDITIO.

Adde Roma.sing.72.& ibi in additio.& Cremen.singular. 124.& Guid.Pap.sing.839.§.2.

CCLXII.

*1 Quod potui nolui,quod volui adimplere nequiui.*

*2 Iudex reum habens plenis conuictum probationibus, non tamen confessum,si velit vltra plenas illas probationes confessionem ipsius rei habere,& in hoc eū torqueat, nec quic quam fateatur,imo negat, pergit q̄, in negatione,nū vi prædictarum probationum ad mortem condemnari queat?*

*3 Iudex ordinarius si processit vt delegatus,sic ab eo lata sententia non valet,quia quod potuit,noluit.*

*4 Arbitris duobus concordantibus,si tertius assumatur,huius solius sententiæ parebitur.*

*5 Donatio facta inter coniuges,licet donantis morte, si aliud non intercesserit,firmetur,si tamen huiusmodi donatio bene meriti is subnixa sit plene probari merita debebunt. Nam assertioni donantis minime creditur,ac proinde morte donantis non confirmatur.*

1 QVod potui nolui,ꝙ volui adimplere nequiui lege. multum interest.C.si quis alteri vel sibi.l.si genero. C.de iure dotiū.l.quoties.in princ.ff.de hæredibus instituendis.& in l.si emancipatis.C.de donatio. c. cum super abbatia.de offi.lega.c.inter corporalia.in fi.de translatio ne episcopo cū multis similibus,in dictis locis per gl.al leg.Adde ad hanc materiam dominum Philippum De ciūs in consilio suo 129.in 3.col.versi.nā quando eps &c. & Ang.Aret.in §.quadrupli.in 16.col.ver quæro, iudex iusſit &c.Institu.de actio.Et pro amplatione huius regulæ, seu dictorum iurium teneas menti vnum perpetua memoria dignū,& literis aureis scribēdum,quod
2 si iudex habet reum criminis in sortijs suis, contra quē habet plenas probationes dicti criminis,& sic eum pōt absque confessione sua cōdemnare ad mortē,iuxta l.qui snīam.C.de pœnis.& iuxta ea quæ dixi supra in fin.108. incipient.Aliàs fui interrogatus.sed volens ipse iudex vltra probationes dicti maleficij habere confessionē rei, ad hoc vt post confessionem suam tāquam confessus,& conuictus non possit appellare à condemnatione cōtra eū fienda,iuxta l.2.C.quorum appella.nō recip.ponitta lē reum ad torturam,vt confiteatur dictum crimen,seu delictum,& hoc vigore dictarum probationum,hoc casu si ipse reus tortus sufficienter semp perstitit in negatione,tunc iudex non pōt vlterius eum condemnare de dicto delicto,vt antea poterat,& hoc quia per talē torturam,& negationem ac perseuerantiam ipsius rei probationes,quæ erant contra eum,sunt debilitatæ, & magis vī verum illud ꝙ dicit,& negant cū perseuerantia ipse reus,qui melius scit an deliquerit quā alius, quam illud ꝙ deposuerunt testes contra eū.Ita multum singulariter & egregiè dixit Alberic. de Ros. in l.edictum.per gloss. ibi,ff.de qō.& ibi dixi. ꝙ dictum pro valde not.refert & sequitur do.Barto.Cæpol.in consilio suo 32.incipi.Quidam rustici.in penul.col.& dicit, ꝙ istud ēt videtur fuisse de mente Bar.in l.vnius.in §.1.ff.de q.& dicit,ꝙ istud ēt voluit Ange.de Aret.in tracta.suo maleficio.in verbo cōparuerūt dicti inquisiti,& negarunt totū. & refert ēt hoc vidisse alias seruari Veronæ.Sed in libro meo Ang. de Are.in dicto loco nō dicit,quia fortè liber meus
3 corruptus est.Et pro isto dicto facit ꝙ voluit Host.in c. cum ex officij,de præscrip.vbi dicit ꝙ si iudex ordinarius processit vt delegatus,nō valet snīa, qa ꝙ potuit noluit.pro quo faciunt optimè dis.per Ale.in con.suo 212. incip.Viso & opportunè.in 3.col.in fi.& facit ēt singula. verbum Ang.in l.quòd si fortè.in §.1.in fi.ff.de solu.vbi
4 sing.dixit,quòd duobus arbitris concordantibus, si tertius assumatur,eius solius snīæ parendum est.argu.illius te.& ita dicit tenuisse fac.de Are. per l.itē si vnus. §.principaliter.ff.de arbit.& per illum tex.vide Bal.cons.391. incip.quæritur in secundo vol.& Soc.in consilio 54.incip.Abundè & c.in secunda col. ver. tertius & vltimus.Et faciunt optimè dicta p Angelū, in l.si dona
5 tione.C.de collation.vbi singular.dixit, quòd licet donatio facta inter coniuges firmetur morte donātis.l.donationes quas parentes.C.de donat.inter virum & vxorem.cum similibus attamen si inter ipsos coniuges sit facta donatio pp bene merita,tunc ad hoc vt valeat donatio,debebunt plene probari bene merita,nec staretur assertioni dictorum meritorum facte per donantem,& ideo talis donatio tali casu non cōfirmaretur morte donantis,quia quod potui nolui. quod dictum dicit ibi Lud.Ro.non reperiri alibi,& istud dictum pro valde notabili refert & probat do.Franciscus Cremen.in notabili suo 138.incipien.Donatio facta simpliciter de quo tū dicto vide do.Fel.in c.sicut.in 15.col.de re iudi.& vide quæ dixi infra fin. 282.incip. Tolle moras semper.& facit etiam ad prædicta,nam testimonium illius qui pōt loqui,non valet in scriptis,secundum Io.And.in §.nunc tractandum.ver.quid demum.& ibi Io.And.in additio. quos omnes refert & sequitur Dominicus de sancto Geminiano in consi.suo 132.inci.In causa prioris.in 2.col. Et ista omnia etiam potes notare pro ampliatione regulæ illius,videlicet,Viam quam quis elegit sibi patere debet,de qua in l.mulier.in §.fi.ff.quod metus causa.& suprà in sing.213.incip.Viam &c.

CCLXIII.

*1 Monitus seu condemnatus ad aliquid tali die faciendū, vel tēpore si id propter casum sibi fortuito superuenientem nō fecit,a pœna ipse excusatur,si in culpa vel mora nō fuerit nimis se arctando,alioqui cōtrà. Quod limita,vt nu.2.& 3.*

1 MOnitus seu condemnatus ad aliquid faciēdum talidie,vel tali tempore,si illud nō fecit propter casum fortuitum sibi superueniētē,excusatur à pœna, si ipse non fuit in culpa,vel mora nimis se arctando,secus si ipse fuit in mora vel culpa nimis se arctando.quia tunc cadit in pœnam,si illud non fecit non obstante casu fortuito.tex.est not.& ibi doct.in l.2.in § quod diximus. ff. si quis cau.& habetur in l.cum postulassem.in prin.ff.de dam.infect.& in l.si fideiussor. §.penul.ff. qui satisda. co
2 gan Istud tū limita multum notanter habere,locum,& procedere,vbi imponitur pœna pecuniaria,secus autem est in pœna corporali, nam vbi pœna corporalis imponitur, si quis certum quid non soluerit,vel non fecerit, tunc si illud nō potest facere,quia se nimis arctauit, non tū punietur pœna corporali.Ita multum egregie dixit Bal.in l.data opera.in 17.col.versi.Vltimò nota.C.q
3 accusa.non poss.vbi dicit,quòd si quis fuit condemnatus in pecuniam,& si non soluerit intra decem dies fuit cōdemnatus in amputatione manus,& camerarius cōis cui pecunia erat soluenda, non fuit inuentus vltima hora termini fiendæ solutionis,tamen hoc casu licet ipse condemnatus se nimium arctauerit non tamen punietur pœna incisionis manus.allegat tex.in l.fi.in §.si quis professus.ff.de public.& de hac materia vide aliquid p do.Fel.in c.cum inter priorem.in 12.colu.de exceptio. Vide supra in sing.90.incip.Fauorabiliores &c.

CCLXIIII.

*1 Commoda eum sequi debere,quem & incommoda sequūtur.*

*2 Aduliere in matrimonio sine filis decedēte si statutum serat vt vir dotis dimidiam sublucretur,si pater marīti,non ip se maritus,matrimonii onera sustineat,tunc pater nō maritus lucrum reportabit.*

1 EVm sequuntur commoda,quem sequūtur incōmoda.l.1.ff.de instito.l.in insulam.§.vsuras.ff.soluto matrimo.l.& si contra.ff.de vulga.& pupilla.l.si mādato.§. quoties.ff.mandati.l.secundum naturam.ff.de regu.iur.

cum

cùm similibus in gl.allegatis.Et pro ampliatione huius
regulæ teneas menti singulare verbum Bar.in tract.suo
2 de duobus fratribus,in 2.col.vbi dicit,q̃ stante,statuto
q̃ muliere decedẽte,in matrimonio sine filijs, vir lucret
dimidiam dotis,quod hoc casu si pater mariti sustinet
onera matrimonij faciendo expensas filio & vxori suæ,
& decedat ipsa vxor filij sine filijs,q̃ tale lucrum dimi-
diæ dotis acquiretur patri & non marito,licet statutum
dicat,q̃ acquiratur marito.q̃ dictum ꝑ notabili refert
& approbat do.Abb.in con.suo 79.incip.Videtur primo
circa finem.in 2.vol.& Ludo.Rom.in authen. ex testa-
mento,in 5.col.C.de collat.Vide in materia Bald.in au-
then.ex testamento.in 12.col.versi.tertium capitulum,
C.de collatio.Et adde ad hanc materiam nota.verbum
Bar.in l.quia poterat.in fi.ff.ad Trebellia.quem vide.Te
neas bene menti,quia passim vidi hic Bononiæ,& etiam
alibi seruari contrarium ab idiotis & ignorantibus.

CCLXV.

*1 Mãdati fines sedulo obseruãdos, vnde fit, vt si cãpsori debito
ri meo dixerim, q̃ tibi soluat, non autem q̃ tibi promittat,
tunc si tibi promiserit etiam stipulatione intercedente, à
me non liberatur, quinetiam vetare possum, ne tibi soluat.*
*2 Mandatum ad recipiendam solutionem à debitore, eiq; acce
ptilationis facultatem tradendo habens, si non appareat de
solutione re ipsa facta, confessio mandatarij de solutio-
ne recepta nihil obest mandanti.*

1 FInest mandati diligenter sunt custodiendi.l. diligen-
ter.ff.mandat.c.cum dilecta.de rescrip.c. examinata.
de confirma.vtili vel inuti.cum multis simi. Et ideo te-
neas menti singularem theoricam Pau.de Cast.in l.dele
gare.ff.de nouatio.vbi dixit,q̃ si dixi campsori meo de
bitori,q̃ tibi soluat,non aũt dixi,q̃ tibi promittat, hoc
casu si ipse tibi promiserit,ẽt per stipulationem, nõ libe
ratur à me,nec fit delegatio.allegat ad hoc casum quem
dicit not.in l.si debitorem.eodem titu.de nouatio.Vide
Philip.Deci.consi.108.incip.In causa.in fi.2.col.Et ideo
possum adhuc sibi inhibere q̃ non soluat,quia simplex
mandatũ pôt reuocari re integra.l.si cũ Cornelius.ff.de
solutio.& hic videtur res integra,postquam nõ soluit,li
cet tibi promiserit,quia hoc sibi nõ mãdaui,secus si mã
dassem,per l.vtrum.ff.de constitu.pecu.& l.si quis prohi
buerit.ff.de publ.Et dicit ipse Pau.de Cast.hæc omnia es
se menti tenenda,quia sunt quotidiana.Et ex hoc sequi
tur secundum eum,quòd si campsor efficiatur fugitiuus
damnum est meum,& tu potes ad me redire,quia non
est facta nouatio nisi esset expressè dictum.Et hanc can
dem doctrinam ponit ipse Pau.de Cast.in dicta l.si debi
2 torem.vbi dicit,q̃ ille tex.est sing.& ibi subdit ꝑ quòd si
aliquis habet mãdatũ ad recipiendã solutionẽ à debito-
re,& ad quietandũ & liberãdũ eũ,quod hoc casu si non
apparet de solutione realiter facta, sed solum apparet
de confessione ipsius,qui confitetur sibi solutum, & li-
berat debitorem,quòd hoc non nocet mandanti, quo-
minus adhuc possit conuenire debitorem non obstante
liberatione facta,quia mandatum debet intelligi, quòd
liberet debitorem verè soluentem. i.facere instrumen-
tũ solutionis, sed hic nõ apparet de vera solutione. & eo
dem modo dicit,si habet mandatum à me de recepto
non sufficit debitori meo hæc confessio de recepto nisi
verè appareat de reali solutione.de quo ibi latius per eũ
quæ omnia nota vt ad vnguem serues,& non excedas
mãdatũ.vide tñ ad restrictionẽ & limitationẽ ꝑdictorũ
quæ dixi suprà in fin.58.incip.Si dedi tibi mandatum. &
quæ dixi in l.nomen quoque debitoris.C.quæ res pign.
oblig.non possi.in 1.char.

CCLXVI.

*1 Iudex secundum allegata & probata iudicare habet. Nihilo
secius ex cõfessione aliqua coram se viua voce simpliciter
facta, ad iudicandum moueri potest.*
*2 Et quid de iudice maleficium committi vidente, nec alia in-
dicia, aut alias probationes habente?*

1 IVdex debet iudicare ſm allegata & probata.l.illicitas
.§.veritas.ff.de offi.præsid.& ibi per docto. & habetur
in c.pastoralis.in §.quia verò.de offic.deleg.cũ simi. Te-
neas tñ menti notabile verbum,videlicet q̃ iudex pôt
moueri ad iudicandum etiam ex aliqua confessione co
ram eo facta viua voce,& non scripta in actis.Ita notan
ter dixit Bal.in l.1.in 1.col.C.de manumis.vindi.per no.
in l.quoties.§.1.ff.de probat.quod dictũ pro aureo & sin
gulari refert & sequitur do.Fel.in c.cum venerabilis. in
17.col.de exceptio.& in c.aduersario.in 2.col in fi.codẽ
tit.& in c.sicut.in 12.col.de re iudicata.de quo dicto di-
cit,quòd nunquam obliuiscaris, quia est mirabile ſm
eum ibi.Et ad materiam dicta l.illicitas. §. veritas. vide
Spec.in titu.de senten.in §.qualiter.versi.Itẽ debet ferri
2 ſm allegata.vbi ponit,tqñ solus iudex vidit Titium.de
linquere,si alias probationes dicti maleficii, vel alia in-
dicia non habet,an possit ipsum Titiũ ex solo visu suo
aliter non allegato,nec probato ponere ad torturam? vi
de ibi per eum,& per Io.And.in additio.& in titu.de no
to.cri.vbi se remittunt,& illud dictum Specu.in d.§.qua
liter.refert & sequitur Bal.in l.ampliorem.in prin.in 2.
col.versi.item quæro an iudex.C.de appellatio.

CCLVII.

*1 Probationẽ dubiam contra producentẽ interpretari debere.
2 Auferendi verbum duplex significatum habet, vt & quod ni
auferri, & sine vi intelligatur.*
*3 Violenter verbum, aut violentiã duobus modis accipi, actiue
.l.& passiuè, vt in hoc genere dicendi, Titius Seiam vio-
lenter, aut cum violentia cognouit.*
*4 Dotis lucrandæ, si quæstio oborta sit, statutum domicilii viri
spectari. si tamen maritus in vxoris domum receptus sit,
non viri, sed vxoris domicilium spectandum esse.*
*5 Et ibidem limitato.*

1 DVbia t probatio semper interpretatur contra pro-
ducentẽ gl.est notab.in c.in præsentia.in verbo,ver-
bum dubiũ.extrà de probatio.& habetur in l.si quis in-
tentione.ff.de iudic.& in l.inter stipulantẽ.§.1.ff.de ver
borum oblig.cum simi.Et pp hoc teneas menti quam
plura notabilia dicta,& primo nota singulare verbum
Ang.in l.postquam.ff.de petitio.hæredi.in fi.vbi dixit se
mel euasisse quendã accusatum,de rapina,quia testes di
xerunt fuisse præsentes rapinæ, & interrogati in cã scie
dixerunt,quòd viderunt rem auferri de manibus accu-
santis per accusatum,nam per hoc nõ probatur rapina,
2 & hoc per gl.in verbo,abstulisse.quæ vult,quòd t verbũ
auferre,habeat duplex significatum. ſ. cum violentia &
sine,cum ergo illa verba testium,quòd viderunt auferri
de manibus accusantis per accusatum,possint intelli-
gi cũ violentia & sine,& si sint dubia,debent interpreta-
ri contra ipsum accusatorem producentem ſm Ang.qđ
est not.pro quo dicto facit quod voluit Bar.in l.2.§.1.in
fi.ff.de duobus reis. vbi dixit,quòd accusatur Titius, q̃
cognouit Seiam violenter,tunc an condemnari debeat
ẽt si testes cõtra eum dicant, & affirment illam fuisse co
gnitam violenter.& dicit non videri probatam violẽtiã
3 cũ illud verbum,violenter,possit intelligi actiuè & passi
uè,videlicet quòd Titius intulerit violentiã mulieri, &
ẽt pôt intelligi quod mulier intulerit violẽtiã ipsi Titio,
ꝑ quod illam violenter cognouerit,ideo ex tali proba
tione dubia non debebit cõdemnari.Ita residet ibi Bar.
& idem firmat ipse Bar.in l.si vxor.in §.si quis vxori.ff.
de adulter.& Bar.in l.si ita scriptum.ff.de manumis. te-
stamen.& Bar.in l.filius famil.ff.de testamen.& Mathe.
in notabili suo 102.incip.nota quod si capitulũ dicat.&
Abb.in c.dudũ.in 17.col.de elect.pro quibus est gl.vnica
& singularis ſm Ange.ibi in l.vnica.in verbo,desponsa-
tam C.de rapt.virginum.quam nec Bar.nec cæteri alle-
gant ad hoc.pro quibus ẽt faciunt optimè dicta per Io.
And.in additio.Spec.in rubr.de cohabita.clerico.& mu
lie.vbi dicit semel fuisse deuolutã cãm Romæ,de qua cu-
ria satis habuit solatiũ,erant duo electi,& vnus oppone-
bat



bat contra aliũ,q̃ tenebat cõcubinã publicè,& hoc posuit
Iste respondendo negauit,arguebatur de periuro,& per te
stes fuit probatum,q̃ ipse tenuit concubinã.iste aũt repli
cauit quod imo cõcubina tenuit eum in domo sua, & sibi
fecit expensas,& ita euasit periurium. Pro quo facit quod
dixit Bal.in l.fi.circa prin.C.si à non compe.iudi.vbi dixit,
4 †quod licet in dote lucranda inspiciatur statutum domici
lij viri,vt tenẽt Barto.& Ang.in l.exigere dotẽ.ff.de iudi.
& Bald.in authen.omnes peregrini.C.cõmunia de succes.
in prin.2.col.& Bal.in c.1.§.fin.de inuestitu.de re alie.fact.
tamen si ipsa mulier ducat maritũ ad domum suam, & sic
in suo domicilio,tunc in lucranda dote attẽdetur statutũ
domicilij ipsius mulieris ita dixit Bal.in d.l.fi.quod est no
tandum in proposito isto.Et in hac materia vide do.Felin.
singulariter loquentem, & plura singularia adducentẽ in
5 c.super his.in 9.colum.extra de accus.Prædicta † tamen li-
mita, nisi consuetudo interpretaretur, vel intelligeretur
actiuè tantum,vel in malo significato tantũ,quia tunc pro
batio non diceretur dubia, sed interpretatur contra reum
accusatum tantum,& non contra producentem. Ita dixit
Mathe.in dicto notabili suo 102.incip.Nota q̃ si capitulũ
&c.& Io.de Imo.in l.2.§.1.ff.de duobus reis.& ibi etiam
vide Ange.in materia ista.

CCLXVIII.

*1 Possessor verus cum titulo etiam cum iuris, vel facti errore,
fructus suos facit, nisi tamen sciens propter aliquod delictũ
vel causam se re priuari posse, tanquam indignum, rem pos
sideat. Nam tunc ad fructuũ restitutionem tenetur, nihil
impediente huiusmodi possessione ac titulo.*
*2 Quod notandum aduersus ecclesiæ prælatos.*

1 VErus † possessor cum titulo, etiam cũ errore iuris vel
facti facit fructus suos.l.fed si lege.in §.scire autem.&
ibi doct.ff.dẽ petitio. hæredit.& habetur in l.bonæ fidei.
ff.de acquir.rerũ dominio.& per Bald.in l.2.in penul. col.
C.de seruit.& aqua, Teneas tamen menti, q̃ licet quis sit
verus possessor etiam cum titulo,attamen si scit,quod pro
pter aliquod delictum, vel aliquam causam debet priuari
illa re & possessione tanquam indignus,tunc tenetur ad re
stitutionem fructuum nõ obstãte eius titulo & possessio-
ne.Ita sing.dicit Ange.in l.prædonis.ff.de petit. hæredita.
2 vbi † dicit,quod ibi est casus rotundus contra prælatos ca
nonicè institutos,qui propter eorum demerita sciunt se de
bere priuari tanquam indignos, nam licet habeant domi
nium prælaturæ, & faciant fructus suos,& antequã priue
tur habeant administrandi potentiam, tamen si postea pri
uantur,eo modo tenentur quo prædones intrusi.quod est
notatu dignum secundum cũ ibi, & subdit idẽ esse si non
sint priuandi tanquam indigni, sed quia eorum institutio
potest cassari,de quo ibi latius per eum. quod dictum pro
valde notabili refert & sequitur ibi Paul.de Castr.Teneas
menti,quoniam hoc dictum potest millies contingere in
facto.

CCLXIX.

*1 Testem vnum integrum de maleficio deponentem sufficere ad
inducendum sufficiens indicium ad quæstionem, non tamẽ
sufficere super aliquo à maleficio remoto deponat, nam tunc duo-
bus testibus opus est. Et vide ibidẽ limitationes nu.2. & 3.*

1 ALias dixi tibi latè in l.1.§.iidẽ Cornelio.ff.de quæstio.
& in l.fi.post Bart.ibi,eo.tit.q̃ ad probandum indiciũ
sufficiens ad torturam, sufficit vnus testis tantum integer
deponens de ipso maleficio,secus si deponat super aliquo
remoto ab ipso maleficio, quia tunc requiruntur duo te
stes,vt voluit gl.no.in l.fin.C.fami.erciscun. circa quæ plu
ra adduxi in dictis locis.Nunc autem limito tibi prædicta
2 notabili limitatione.videlicet,quod † est verũ, quod vnus
testis integer deponens de ipso maleficio facit indiciũ ad
torturam,hoc est verum,quãdo solum tractatur de tortu
ra,secus autẽ si ex forma statuti vel legis deberet stari in-
dicijs quantum ad plenã probationem, quia tunc necesse
est q̃ tale iudicium probetur per duos testes.Ista est gl.val
de no.in auth.de testa. imperfect.post princip. & hoc ibi
3 voluit Angel.vbi inquit,quod si statutum dicit,quod in
maleficijs nocturnis indicium habeatur pro plena proba
tione, quod licet vnus testis deponat de veritate, & de
ipso maleficio,tamen non poterit ex tali indicio sequi cõ
demnatio,nisi probetur per duos testes, quod est tenẽ
notandum,& verè non memini me alibi vidisse hanc do
ctrinam.de qua etiam feci mẽtionem in repetitione mea
l.fi.C.de proba.in 77.charta.

CCLXX.

*1 Homicidam mortis pœna puniẽdum, nam occisorum sanguis
ad Deum continuo clamat.*
*2 In iudicis tam, n potestate esse non ad mortem damnare, sed
deportare.*

1 HOmicida † puniendus est pœna mortis, vt habetur in
l.3.§.legis Corneliæ.ff.ad legem Corneliã de sicarijs.
& in l.qui vltimo.cum ibi not.& in l.respiciendum.§.fin.
ff.de pœn.vt habetur in §.item lex Cornelia. Instit.de pu
blic.iudic. & in c.omnis.3.distin.Et ideo dicit tex.in l.ne
mo.C.de epis.audien.quod homicida expectet illud quod
alteri fecit,& ratio potest esse,quia sanguis occisorum con
tinuo clamat ad Deum, vt scribitur in Apocalypsi. Ecce
post hæc vidi animas interfectorum clamantes ad Deũ,&
dicentes, Vsquequo domine nõ das iudicium, & vindicas
sanguinem nostrum de interfectoribus nostris, qui sunt
in terris? Quod refert do.Paris de Puteo, in suo tract.syn
di.in 105.chart.in 1.col.facit illud, Clamitat ad cœlũ vox
2 sanguinis. Teneas † tamen menti notabile verbum, q̃ est
in potestate iudicis non cõdemnare pœna mortis, sed de-
portare homicidam,quẽ impulit iracundia orta aliter quã
ex facto offensi,per tex.in l.lex Iulia.in §.fi.ff.ad l.Iul.repe
tun.ita singu.dixit Lud.Ro.in l.cum mulier.in 32.col.ver.
aduerte tamen,quia etiam offensa.ff.fol.ma.quod dictũ ꝑ
valde notabili & mirabili refert & sequitur do.Feli.in c.ci
lecti filij.in 8.col.versi.2.declaratio.extra de exceptio.vbi
etiam pro singulari adducit.& illum text.in d.lex Iulia.in
§.fi.pro not.allegat Bald.in l.addictos.C.de epis.audiẽ.&
Ange.de Aret.in tract.malefi.in verbo,præsente Caio, &
appellante.in versicul.quid autem si non obstante. & vide
quæ dixi suprà in singul.100.incipien. Occidens aggresso
rem.

CCLXXI.

*1 Probationes è domo rei sumi nõ debere, nisi de animæ pericu
lo quæstio sit.*
*2 Ex magna tamen causa iudex ad fundandam agentis apud
se intentionem, reum ad exhibendum instrumenta, seu ra
tionum libros in iudicio compellere potest. Et quid hic ma-
gna causa dicatur.*

1 PRobationes † non debẽt sumi de domo rei.l.nimis gra
ue.C.de testib.l.de minore.§.tormenta.ff.de quæstio-
nibus.l.qui accusare.C. de edendo.l.ab ea parte.ff. de ꝓba
tio.cum similib.Limita tamen hanc regulam & prædicta
iura duobus modis.Primo,quod nõ habet locum vbi prin
cipaliter tractatur de periculo animæ, quoniam tũc proba
tiones possunt sumi de domo rei.Ita not.dixit Lud.Rom.
in consilio suo 398.incip.Vt clamor.vbi dicit, quod licet
regulariter ad fundandam intẽtionem reus actori propria
instrumenta seu proprias rationes edere non compellatur
vt in c.1.de proba.& in l.qui accusare.C.de eden.cum simi
lib.attamen hoc fallit, vbi principaliter tractatur de pericu
lo animæ,qm̃ tunc reus actori compellitur edere ad inten
tionẽ suam fundandam.alleg.ad hoc te.in clem.1.in §.cæ-
terum.de vsuris. quẽ ad hoc ſm cum allegat Io.Andræ.in
addi.Spe.in tit.de instrumẽtorum edtione.§.videndum.in
additio.incipien.Satis est magna causa.Secundo limita præ
dictã regulã,q̃ licet probationes non sint sumendæ de do
2 mo rei,attamen † ex magna causa iudex ad fundãdam apud
eum intentionẽ agentis compellet reũ ad exibendum in-
strumenta seu libros rationum sibi ipsi iudici. Ita no.dixit
Ludouic. Roma,in dicto consil.suo 398.ad quod allegat

Specu.in tit.de instr.edi.in §.nunc videndum. versi.& no. ex præmissis.in versi.& nota quod si lite pẽdente.& allegat etiam do.de Rota,in decisio.sua 602.& do.Ant.in ca.1.de proba.& subdit quod magna causa est secundum eum, qñ parti alteri perisset copia probandi, quod ipsa intendit,sed vltra Lud.dicas,ꝙ idem voluerunt do.de Rota in nouis decisionibus,in tit.de probationib.decis.5.incip. Licet pars. de quibus doctrinis & limitationibus dixi etiã in l.de minore.in §.tormenta.circa fi.ff.de quæstio.vbi videas.

CCLXXII.

1 *Causam vnam in libello deducens,ac de alia probans,vt causa cadat, iuris est recepti si tamen de æquitate vel sola facti veritate inspecta,de ipsa causa cognoscendum est, nam tunc probata alia causa obtinere debet.*

IN hac iclyta ac regia ciuitate Bononiæ,mihi patria amœnissima hactenus,fuerunt, & de præsenti sunt aliqui procuratores doctissimi in vtraque censura, qui non dubitãt cum quocunque peritissimo viro allegationes iuris oretenus,& etiam inscriptis facere, adeo quod, si vera loqui fas est,aliqui ꝓcuratores huius ciuitatis sunt doctores aliquorum doctorum aliquarum ciuitatum Italiæ,& aliarũ prouinciarũ,& inter alios est hic *ser Melchion de Zanitis* procurator vir profecto magnæ practicæ & scientiæ, qui proximis diebus elapsis allegãdo in quadam causa dixit singulare verbum,quod nõ memini ab alio nec doctore nec pro
2 curatore viuo audiuisse, videlicet, Tu† scis qđ si deduco vnam causam in libello,& postea probo de alia,succũbam l.habebat.in princ.ff.de instit.& habetur in l.1.ff.si mensor fals.mod.dixe.per Bar.in l.1.in prin.in 2.colum.ver.veniamus ad causam.ff.de eden.& per Inn.in c.ex parte.de priuilegi.hoc tamẽ limitatur singulariter,nisi causa esset cognoscenda de æquitate,vel sola facti veritate inspecta.nam tali casu, licet actor in libello deduxerit vnam causam,& probauerit de alia causa, debebit obtinere. ad quod allegauit Bar.hoc expressè dicentem, si eius verba rectè ponderentur in l.Aemilius.in 2.col.ff.de minor.& do.Alex.hoc idẽ clarius dicentem in l.si ita stipulatus.§. Chrysogonus. in 5.col.ff.de ver.obli.non tamen allegat Bar.in d.l.Aemilius. sed allegat hoc voluisse do.Anto.in con.suo incip. Viso dicto puncto.& Ioan.And.in additio.Spec.in titu.de acto.& peti.in §.sequitur.super versi.hoc quoque.& Bar.in tract. suo ad reprimendum,in verbo,sine figura. & alios de quibus ibi per eum,quæ doctrina est not.non fallor.& cã addere poteris ad materiam clausulæ,sola facti veritate inspe
a cta,a de qua per docto.in cle.sæpe.de verbo.signifi.vbi per Lanfran.in 2.col.& per Imo.in c.dilecti.de iud.& per Bal. in l.nemo.C.de senten.& in c.1.§.inuestitura.de noua for. fidel.& per Bar.in tract.ad reprimẽdum,in verbo,summariè.& per Bart.in repeti.l.ne quicquam.in §.de plano.ff.de offi.proconsul.& in l.iudices.C.de iudi. & per Lud.Rom. in consi.suo 20.inci.Viso pũcto.in 2.col.& in consi.59.inci.In casu proposito.ante fi.Vide omninò do.Philip. Decium in consilio 11.incipien.quoniam.in vlti.col.& Alex. in consi.114.incipien.viso processu,&c.in vlti.col.in 6.volumi.& Soci.in consilio 105.incipi. visis testibus. in vlt.columna.in fi.in 4.volum.

ADDITIO.

a Veritate inspecta.De hac clausula vide Ro.singu.599.quid important.& infra sing.494.probationes.

CCLXXIII.

1 *Testis vnus de re ipsa,qua de agitur,semiplenam facit probationem. Et num tunc ita probans iuramentum in supplemẽtum,à iudice petere,& obtinere sibi deferri possit? Quod intelligas vt nu.2.3.5.8.9.11.& 16.*

4 *Fœneratore hærede instituto,turpem personam institutam videri,ad hoc vt fratris testamentum per fratrem præteritum rumpi possit.*

7 *Iudæus quo casu aduersus Christianum testis esse nequit, eodem quoque casu factus Christianus & sic nec post baptismum testis erit, sicuti nec periurus peracta etiam pœnitẽtia,nec etiam inimicus reconciliata amicitia.*

10 *Frater licet pro fratre testis esse non potest,religiosus tamen frater testis erit.*

12 *Donationis filijfamilias prohibitio regulariter facta ad filios fami.Senatoris,vel alterius dignitatis, idq; propter personæ dignitatem,non extenditur.*

13 *Cardinalis legatus de latere,asserens se commissionem habere ad legitimandum,& famæ restituẽdũ, ad actusq; procedat,nec literæ de mandato appareant,an ꝙ gessit, valeat?*

14 *Testi non verisimile deponenti licet non credatur, tamen id non penitus obseruatur,nimirum in testibus valde dignis.*

15 *Eximens reum de familiæ publicæ manibus,licet crimine legis Iuliæ maiestatis teneatur,sitq; eadẽ pœna, qua exẽptus foret puniendus,non tamen in Cardinale procedit.*

17 *Spurius notarius,si fuerit notarius alicuius causæ, ꝓcessumq; scripserit,& rogatus fuerit de gestis in causa à partibus & iudice,eaq; ad pluteum iuris fecerit tanquam notarius plutei publici,quod fecerit,subsistere nequit.*

18 *Spurios facti infamia infames esse.*

1 NOtissimum est in iure,† ꝙ vnus testis deponens de re ipsa,de qua agitur,facit semiplenam probationem,vt voluit Bar.& alij in l.admonẽdi.ff.de iureiu.& in l.in bonæ fidei.C.eo.tit.cum similibus.Et habens vnum testem, & sic semiplenam probationem, potest petere à iudice sibi deferri iuramentum in supplementum probationis, & iudex tenetur illud sibi deferre regulariter, vt tenent omnes scribentes in dictis iuribus.Attamen teneas menti, ꝙ istud non procedit, nec locũ habet in illo qui pro se examinasset vnum testem, qui esset spurius,quoniam non deferretur sibi iuramẽtum in supplementũ,& ratio est, quia spurius censetur infamis, & eius fides non facit semiplenam probationem.Ita dixit Ludo.Roma.in d.l.admonendi.ꝙ dictum ibi refert & sequitur do.Io.Bapti.de Cazalupis,in 18.char.in 1.col.versi.15.fallit ad quod allegat etiam Azo. in summa,in tit.de naturalibus liberis.&Bal.in l.1.C.de iure aureorum annullorum.& alios de quibus ibi per eum. Et subdit ipse dom.Ioan. Bapti.vbi supra in versi.26. eadẽ
2 †ratione idem esse in spurio petente sibi deferri iuramentum, quando probauit per vnũ testem, quia in hoc iuramento sibi deferendo fungitur vice testis, & tanquam infami tale iuramentum non est sibi deferendum.& allegat ea quæ dixi in dicta repetitione d.l.in 12.fallẽtia. Vide dominum Philippum Decium in consi.37.incip.in causa. in 4.col.circa principiũ. Et subdit postea ipse in versi.26. ibi sequen.ꝙ eadem ratione idem erit in fœneratore, cum ipse sit infamis,vt in l.improbum.C.de infamibus.Et ibi vide Pau.de Cast.& Ale.in cõsi.93.incip.repetitus. in 1.col. in 6.vol.& per Cy.in l.si quis ad declinandam.C.de episc. & cler.& in l.1.C.de sum.trin.& fide catholica.& in l.Cassius.ff.de senatorib. Et† ideo cõsequẽter dicit, ꝙ si vnus te
3 stis erat fœnerator,quem ego produxi,vel ego, qui volo iurare,sum fœnerator,non deferetur mihi iuramentum.Ita dixit in indiuiduo dixisse Bal.in l.qui accusare.C.de eden. quod dictũ ꝯm eum sequuntur ibi Moder.& in d.l.admonendi. Pro quo dicit bene facere quod dixit Mathe.in no
4 tabili suo 50.& d.Ant.in c.Raynutius.de testa.vbi† dicũt, ꝙ instituto fœneratore videtur instituta turpis persona ad finẽ,vt testamẽtum fratrum possit expugnari per fratrem præteritũ. de quo in l.fratres.C.de inof.testa. Ego autẽ supradicta de spurio ampliabã vno mõ, postea limitabã ali
5 quibus modis,& † primo ampliabã procedere superius dicta nedũ in spurio merè & de facto spurio,sed etiã in spurio legitimato,qa spurius,etiã si sit legitimatus, ẽ infamis. Bal.in l.generaliter.C.de institutio.& substitutioni. sub cõditio.factis. ꝓ quo facit ꝙ voluit idẽ Bal.in c.fi.in 2.col.de
6 trãslatio.episco.vbi† dixit,ꝙ spurius legitimus ẽ assimilatus hoĩ medicato à morbo remanẽte aliqua cicatrice. & facit ẽt gl.no.in c.cõstituit.17.q.4.ꝗ voluit, ꝙ infamia rema
7 net apud infamẽ extĩcta cã infamię.Ideo† dicit,ꝙ Iudęus in casu,ĩ quo nõ põt ẽe testis cõtra Christianũ,nõ poterit ẽt esse testis ꝯ eum si efficiat Xp̃ianus,& sic post baptismũ. quã textũ & gl.allegauit pro sing.Lud.Ro.in singulari suo 679.

689.incip.veniamus ad lucrum panis.Et facit gl.not.in l.quum vno.in §.ignominia.ff.de re mili.quæ dixit, ꝙ periurus,etiam post peractam pœnitentiam,non poterit esse testis,sicut nec antea poterat.quam glo.ad hoc allegat Bald. in l.Lucius.in fin.ff.de infam.& facit etiam,nam inimicus etiam post pacem factam non potest esse testis contra illũ cum quo habebat inimicitiam.Ita dixit do.Alexan.in consil.suo 99.incipien.In causa inquisitionis. pro quo allegat bonum te.in c.accusatores.1.3.q.5. de quibus latius dixi suprà,in sing.107.inci.Priuilegium dignitatis.vbi videas.Li
8 mito† tamen prædicta de spurio non procedere, nec locũ habere in spurio alias bonæ cõditionis,vitæ & famæ,nam propter bonitatem & legalitatem personæ, receditur à regulis iuris communis,per gl.sing.in l.Titio fundus.ff.de cõdi.& demõst.de quo late dixi forte vltra oẽs in l.1.§.ad quęstionem.post prin.ff.de quæstioni.& in repe.mea.l.fi.C.de
9 probatio.in 3.char.Limito† etiam istud non procedere in spurio effecto religioso,nam si talis deponit pro aliquo, facit semiplenam probationem, adeo quod poterit deferri iuramentum patri pro qua deposuit. Ad quod dicendum moueor ex not.doctrina Guliel.de Cun.in l.1.C.de sacro san.eccl.quem ibi refert & sequitur Bald.vbi sing.dixit, ꝙ ꝑ ingressum religionis filius spurius efficitur legitimus quod dictum refert etiã & sequitur Lu.Ro.in repe.authẽ. similiter.in 7.priuilegio.C.ad leg.Fal.& do.Feli.in c.testimoniũ.in 11.col.in fi.extra de testi.& in c.ex tuæ.de simo. in 1.col.circa med.de quo dicto feci mentionem in repet. mea rubri.ff.de fideiuss.in 12.quæst.loquendo de dignitate ordinis clericatus.Moueor & ꝓpterea per singulare verbũ
10 Io.de Imol.in capit.cum R.de offi.deleg.vbi† dicit, ꝙ licet frater non possit esse testis pro fratre, vt in l.parentes. C.de testi.cũ simi. tñ istud fallit in fratre religioso, nã talis frater admittitur ad testificandũ pro fratre. quod dictũ refert & sequitur Barb.in d.ca.cum R.canonicus.in 5.col.de quo dixi similiter in d.mea repet.rub.de fideiusso. vbi suprà. Et pro hac limitatione faciunt optimè quam plura ꝑ me accumulata circa dignitatem clericatus seu religionis
11 in d.rub.in 12.q.quę videas.Limito† etiam prædicta de spurio non habere locũ in spurio nobili, & magnæ conditionis & excellentiæ,vtputà in filijs spurijs principum, vel regum,& similiũ,nam tales propter dignitatem & nobilitatem personarum suarum facient semiplenam probationẽ ex dicto suo,adeo quod poterit deueniri ad delationẽ iuramenti in supplementum probationis.Ad quod dicendum moueor primo per tex.singu.in c.nobilissimus.97.distin. vbi creditur verbo simplici Legati sine ostensione literarũ de sua legatione,propter nobilitatem personæ suæ. Et illũ tex.ad hoc allegauit Ang.in l.ex quacunq;.§.fi.ff.de publi. Moueor etiam per tex.not.in l.filiusfami.ff.de dona.in §.
12 nonnunquam.vbi habetur,quod prohibitio donationis facta regulariter filijsfa.nõ extenditur ad filiosfa.senatoris, vel alterius dignitatis,& hoc propter dignitatem personę. quẽ tex.ad hoc multum notat Ange.in l.obligatione generali.& ibi dixi legendo.ff.de pign.pro quo facit sing.verbũ Pau.de Cast.quod retuli suprà,in singu.94.incip.vulgatum & tritum est. quod non refero breuitatis causa, de quo etiam feci mentionem in leg.1.§.ad quæstionem. circa medium.ff.de quæstione. Et facit optimè nota. verbum Bald.in l.exemplo. in fine. C.de probatione. vbi dixit,
13 quidam Cardinalis† tanquam legatus de latere asserit se habere certas speciales commissiones, puta ad legitimandum vel restituendum famę, & processit ad executionem illarum,tamen literæ apostolicæ de mãdato non apparẽt, & ideo reuocatur in dubium ꝙ factum est, quæritur quid iuris? in quo ipse Bal.respondet, quod si publicè fecit huiusmodi actus nõ semel sed pluries,pręsumitur quod habeat mandatũ,ꝙ asserit,& valent gesta,non ratione communis erroris,sed ratione præsumptæ veritatis,& assertione talis & tanti viri.allegat no.in ca.cum ex literis.de restitu.in integ.in nouel.ꝙ dicit esse mẽti tenendum. pro quo faciunt optimè dicta per Sal.in l.1.ff.de man.prin.& facit quod voluit do.Fel.in c.quia verisimile.in pri.vlt.col.de præsump.
14 vbi no.dixit† quod licet non credatur testi deponenti non verisimile,per illum te.& quæ ibi habentur,tamẽ hoc non procedit in testibus valde dignis,quia tales testes tantũ probant quantum testes alias idonei cum fama,quod dicit esse sing.no.Vide Ias.in l.iubemus.in 2.& 3.col.C.de iudi.Quibus etiam addi potest dictum Alber.de Ros.in l.addictos. C.de epis.aud.& Bal.in l.addictos.C.de appel.quos refert & sequitur domin.Barthol.Cæp.in caut.suis, caut.2.nam
15 †tu scis, quod eximens de manibus familiæ aliquem reum criminis, quod punitur crimine legis Iuliæ maiesta. & sic pœna mortis.vt dixit Bart.in l.cuiusq;.ff.ad leg.Iul.maies. & eadem pœna punitur,quia veniebat puniendus ille exẽptus,vt habetur in l.1.C.de his qui latro.occult.quem tex. ad hoc alleg.Bar.in l.si quis. in fi.ff.ne quis eũ.de quo latius per Ale.in consil.suo 35.inci.viso themate.in 2.col.2.vol.
a Sed hoc fallit in Cardinali:a nam quãdo reus criminis ducitur ad iustitiam,& obuiat alicui Cardinali,tunc ipse Cardinalis potest illũ reum auferre de manibus familiæ, & familia nõ debet sibi facere aliquã resistentiã, sed ob reuerentiã ipsius Cardinalis eũ sibi tradere.Idẽ dixit Bald.in reperto. suo,in ver.priuilegiũ circa fin.& Ias.in rub.C.ne lice.pot. Ita dicit Alb.in d.l.addictos.se audiuisse in Romana curia, licet hoc de iure nõ reperiatur cautũ. quod dictũ ibi refert Pau.de Castr.in fi.dicens quod istud dictum est vbique diuulgatũ.Ex quo dicit,ꝙ tempore quo erat curia Romana Florentiæ,cauebant rectores & Cardinales non ire per lo
16 ca,per quę criminosi ducebantur. Et† sic per ista limitabã dicta de spurio non habere locũ in spurio nobilissimo & dignissimo. pro quibus optimè faciunt quæ dixi de testibus legalissimis in l.prima.§.si quis vltro.post princi.ff. de quæstio. Potes etiam limitare prædicta non habere locũ vbi non posset,alia probatio haberi, nam tunc admitteretur ipse spurius, per ea quæ dixi in repeti.mea l.fina.C.de probatio.in quinta charta.circa princip.& supra in singul. 73.incipien.plures. Vltimo circa hanc materiã spurietatis
17 scias, † quod si aliquis notarius spurius fuit notarius alicuius causæ,& scripsit processum, & fuit rogatus de gestis in causa à partibus & à iudice,& illa fecit ad banchũ iuris tanquam notarius bãchi publici,ꝙ talis processus non valet, sed corruit,& non facit probationem.Ita multum notanter dixit do.Alex.in consi.suo 80.incipien.examinato processu.in prima columna. in 2.vol.ad quod adducit Barto. hoc in terminis dicentem in l.eadem.ante fi.ff. ad legem Iuliam repetun.vbi dicit. quod infamis & sic spurius non poterit exercere aliquod officium publicũ,puta ꝙ esset notarius ad bãchum iuris, & alleg.no.in l.2.§.miles.ff. de his qui not.infa.de quo latius dominum Alexa.in dicto consilio suo, quod profecto est singulare verbum, quia poterit facere corruere infinitos ꝓcessus factos per notarios spurios ab banchum iuris.Ego in officijs,quæ ferè per totam Italiam habui,semper ad banchum meum iuris vnum, & quandoque duos notarios spurios habui, qui erant rogati de omnibus processibus agitatis coram me, & iudicibus seu assessoribus meis,& partes semper tacuerunt,ego quoque tacui,ne repellendo eos facerẽ eis iniuriã,dicendo eos
18 esse spurios,& sic infames,nam,† vt s.in princ.dixi. spurij sunt infames infamia facti, vt etiã dixit Bald.in capi.1.§.naturales.in 2.colum.si de feu.fuc.contro.& do. Alex.in consi.suo 2.incip.visis codicillis.in 4.col.in 1.volũ.vbi ad hoc allega.Azo.in summa.C.de infa.circa princip. & idem dixit ipse dom.Ale.in consil.25.incip.Circa primum dubiũ. in 4.col.in eo.vol.& in consi.67.incip.Consideratis,&c.in 7.colũ.in eo.vol.& in consil.94.incip.Consideratis,&c.in 4.col.in eo.vol.& in cõsi 80.inci.Examinato processu. in 1.colum.in secundo volum. Teneas etiam menti in hac materia delationis iuramenti, quod periuro non deferretur iuramentũ in supplementum probationis, secundum doct.in c.fi.de iureiur.quos refert Soc.in consi.136.incip. Præstantissime. in pen.col.pro quibus facit regula, semel malus.cum similibus. & faciunt quæ latè dixi in l.maritus.in

us.in 6.& 7.col.ff.de quæstionibus. Tene menti prædicta quia facient tibi honorem, & fructum dabunt in tempore opportuno, fortè ista ibi reducta nō invenies, ni fallor.

ADDITIO.

a Sed hoc fallit in Cardinali. Adde Corset.sing.68.sub verb. cardinalis.& idem si malefactor amplectatur sacerdotem portantem corpus Christi, secundum Ludouicum Rom. sing.339.& Corset.singula.207.sub verb.priuilegium immunitatis.

CCLXXIIII.

1 *Nulla quæ sunt, num in iure aliquem quandoque effectum habeant?*

2 *Confessio coram iudice incompetenti facta licet regulariter non noceat, efficit tamen vt coram competenti huiusmodi confitens variare nequeat.*

1 LIcet regulariter ea quæ sunt nulla, non sint in considerratione, & aliquid non operentur, vt habetur rn l.4.§. condemnatum.ff.de re iudica.& in l.non putauit.in §.non quæuis.ff.de bon.poss.contra tabu.& in l.quoties.ff.qui satisdare cogan. cum multis similibus. Vide Ias.in l.licet.C. de procu.& q nulla & inualida sint in cōsideratione & operētur, vide Lud.Ro.in cōs.483.inci.saluatoris suffragio.i 2. col.vers.tertio, quia videmus, &c. vide infra in sing.431.in cipiē.dixi tibi, &c.& vide omnino Alexā. in consi.183.incipien.in causa & lite. in 3.colum.in 6.volu. Abb.in consi. 38.incip.in quæstione, &c.in 2.col.in versic.nec obstat q dictus.&c.in 2.volu.Attamen teneas menti perpetuo vnū casum, in quo nullum & inualidū operantur magnū effectum. Nam ad hoc vt tertius comparēs merito sit audiendus tanquam sua interfit, sufficit quod de iure suo doceat apparentur, licet exciatur vel replicetur de nullitate ipsius iuris sui, vnde sufficit probare se electum, licet statim dicatur electionem nullam.vel non canonicam. Ita singul. dixit Inno.in c. veniens. 2. super vers.inrētionem de testi. ex quo dicit ibi Card.quod cum quidam fratres venirēt vt tertij,& probassent in primo congressu de quadam vnione debuerunt audiri, licet statim diceretur inualida. Et ita dicit obtinuisse Florentiæ claudendo per illud dictum ora allegantium, quod dictum dicit ipse signandum cum centum manibus. Quod dictum & omnia quasi supradicta ponit dō. Feli.in ca.cum super.in 7.colum. ver.ad hoc vt tertius.de re iudic.ad quod etiam allega.dō.Card.in consi.suo 70.incip.In causa fi atrum omnium sanctorum. vbi loquitur in materia, non tamen allegat dictum Innō. & alia etiā adducit ibi do.Feli.pro hoc dicto, de quibus ibi per eū. Sed latius etiam ista ponit ipse do. Felī.in d.c.veniēs 2.de testi. in 5.colum.in versi. 5 conclusio vbi dicit, q dictum Innō. sequitur Spe.in tit.de offic. iudi.in §.postremò. & Bartō. in l.à diuo Pio.in §.si super rebus.ff.de re iudi. & Card.in cle. 1.de re iudic.Et ibi etiam ipse do.Felin.ampliat doctrinam Inno.& sequacium, quem vide. Teneas menti prædicta ad impediendam executionem sentētiarum, quoniam potest sæpius occurrere in facto, vt superioribus diebus occurrit, dum ego essem iudex mercantiæ hic Bononiæ. Et adde
2 hic quod licet confessio facta coram iudice incompetenti regulariter nō noceat, vt habetur in l.magistratibus.ff.de iurisdictio.omnium iudi.tamen talis confessio facta corā incompetenti, operatur q confitens talis non poterit variare coram competenti. ita dixit Inn.in c.per inquisitionē de elec.quem refert & sequitur Ang.in l.quæro.in §.seruū. ff.de ædil.edic.& vide omnino no.verbum Alex.in consilio 459.incipien.in causa, &c.in vltimis verbis.

CCLXXV.

1 *Iudex maleficiorum aduersus furem inquisitionem conficiēs, si in inquisitione dicat, quod ipse fur tali tempore ad domū Titij accesserit, & furto subtraxit vestem, vel pecuniā, vel quidnis aliud, quod ad ipsum Titiū pertinebat, tum huiusmodi inquisitio non procedit, & id cur.*

STatui omnino te docere singulare verbum paucis, crede mihi, notum, per quod poteris immensum honorē, & gloriam, necnō magnas pecuniæ quantitates consequi.

1 xit scias, † ꝙ licet testis examinatus possit corrigere dictum suum ante aperturam processus, & antequã loquatur cum parte, ſm Imo. in c. cum dilecti. de accu. & gl. in §. illud tm̃. in ver. non habebit. in auth. de testib. & Bal. in l. presbyteri. in 1. col. C. de epis. & cler. & voluit Iaso. in l. quicquid adstringendæ. in 5. col. ff. de ver. obli. hoc tñ limita, & intellige, nisi talis responsio vel testificatio testis fuerit per partem acceptata, nam tunc testis non poterit reuocare dictum suum nisi probato errore. Ita not. dixit Bal. in l. Gallus. in §. 1. ff. de lib. & posth. quod dictũ refert & sequitur do. Ale. in d. l. quicquid adstringendæ, & illud etiam refert & sequitur Ias. ibidem, qui dicit, ꝙ idem voluit Lud. Ro. in l. 1. in §. si quis simpliciter. ff. de verb. obli. & in consi. suo 90. inc. fere oĩs vis huius &c. in 1. vol. & in consi. suo 92. inci. viso & opportunè &c. vlt. col. in 5. vol. Tene menti, quia ſm do. Ale. in d. l. quid adstringendæ, est. no. in ptica, & ibi dicit Ias. quod istud est dictum fa mosum in palatijs. An autem & quando testis possit corrigere vel emandare dictum suum, vide Ale. & Ias. in d. l. quicquid adstringendæ. in vlt. col.

CCCXVI.

1 *Donatio bonorum mortis causa vxori à marito facta, fiscum ab his extendis in euentum etiam proscriptionis & personæ mariti, & rerum, arcet, si modo ad plenam & integrã traditionem peruentum sit.*
2 *Et quid si post proscriptionem maritus huiusmodi donationẽ reuocarit num fisco subijcientur?*

ACcipe not. & vtilem cautelam cõtra fiscum ad excludendum eum à bonis banniti, vel deportati, ex ali-
1 qua causa. nã† si times ꝙ fiscus bona tua inuadat ex aliqua causa, facias donationem causa mortis bonorum tuorũ vxori tuæ. Postea si cõtingat, ꝙ sis positus in banno ęris, & personæ, vxor poterit defendere talia bona sibi donata. ne veniant in fiscum. Nam iste bannitus qui ad ciuitatem suam, vnde exulat, patitur tale exilium quo maius non reperitur, & ideo talis donatio tanquã ex morte mariti confirmatur, ideo vxor tali casu põt bona defendere à fisco, dummodo processu sit ad plenam traditionẽ, & tñ maritus ita bãnitus posset dictã donationẽ reuocare, vt est tex. vnicus & singularis in iure in l. sed si mors. ff. de dona. inter vir. & vxo. Ita ad literam dixit Bal. in l. pen. in
9. col. in ver. quæro, quidam timens, &c. C. de exec. rei iu
2 dic. & tibi subdit, ꝙ si fieret reuocatio talis donationis sequuto bãno, ꝙ tũ etiã tali casu fiscus non habebit bona, sed imo remanebunt ipsi marito, quia non fuerunt inclusa in confiscatione, allegat ad hoc l. si deportati seruo. ff. de lega. 3. & hanc doctrinam & cautelam refert & sequitur Ias. in l. si stipulatus fuerim. in §. cum stipulamur. in penult. col. ff. de verb. oblig. & dicit, ꝙ idem tenet Bal. in d. l. sed si mors. ff. de dona. inter vir. & vxo. Pro quo etiam alleg. l. res vxoris. C. eo. Item subdit etiam Ias. & dicit, ꝙ hanc doctrinam Bal. refert & sequitur pro singulari Pau. de Cast. in l. post. contractum. in fi. ff. de dona. tu. dicas, ꝙ illã etiã refert & sequitur Alex. in d. l. sed si mors. & idem tenet Bar. in d. l. res vxoris, vide tamen in materia Ang. in auth. de trien. & semis. in §. illud quoque. in prin. & tex. in l. & ibi doct. C. de iur. fisc. lib. 10. & Ias. in §. Item si quis in fraudem. in 15. col. Inst. de actio.

CCCXVII.

1 *Filiorum appellatione & masculos & fœmellas contineri. Qđ in materia favorabili, non autem in odiosa accipiendũ est. Limitationes & declarationes huius habes nu. 2. & 3.*
4 *Filiorũ appellatione, num etiam ex filijs nepotes contineantur? remissiuè.*

1 FIliorum† appellatione comprehenduntur masculi & fœminæ l. si ita scriptum. in prin. & ibi Bar. ff. de lega. voluit Bal. in l. 1. C. de leg. hæred. Bal. & Ale. in l. sed. si hac §. liberos. ff. de in ius vocan. Pau. de Cast. in cõsi. 356. & in consi. 355. & in consi. 357. Illud tñ intellige verum esse, & locum habere in materia fauorabili, secus aũt in odiosa, vt in l. 1. §. sed si incertũ. ff. de ven. in pos. mit. & voluit
2 Bart. in d. l. si ita scriptum. † Item istud est verum, nisi ex coniecturis colligitur mens testatoris contraria, vt si testator plus affectionis habuit ad masculos, quam ad fœminas, ſm Bal. in consi. suo inci. in Christi nomine amẽ, Quia allegationes, &c. & Ale. in l. Gallus. in §. quidam recte. in 3. vlt. col. ff. de libe. & posth. & Soci. in consi. 49. incip. Capio primũ, &c. in 5. col. & in consi. 36. inci. rectè & ma
3 turè, &c. circa fi. † Item etiam intellige prædicta esse vera, nisi statutum sit in loco, ꝙ extantibus agnatis fœmina nõ succedat. Quia tũc institutio filiorum facta à patre, intel ligitur ſm mentem statuti, videlicet de masculis tm̃, non si sit facta ab extraneo. Ita no. dixit Pet. de Anc. in l. tres fratres. ff. de pact. quem refert & sequitur Ale. in l. Gallus. in §. quidam rectè. in fi. ff. de libe. & posth. & in consi. suo 359. inc. viso testamento, &c. in 1. col. & in consi. 396. inci. circa hãc dubitationem. in 12. col. de quo etiam per Soci. in consi. 36. inci. rectè & maturè, & c. in fi. & consi. 47. inci. Capio primum, & c. in 5. col. & per eundem Soc. in consi. 51. incip. visa facti narratione. in 6. & 7. column. in 4. volum. & per eundem Socin. in consi. 73. incipien. capiendo &c. in 3. colum. in fin. in eod. 4. volumin. & in l. hæredes mei. in §. cum ita. ff. ad Trebel. in vltim. char. in vltim. quæst. & Decium in consi. 299. incip. in causa. in fin. 4. colum. & in consi. 316. incipien. in casu. in penult. column. Ad quæ vide etiam dicta per. Iaso. in l. 2. in 73. col. post. med. C. de iure emphyt. & dicta per Paul. de Castro. in consi. suo 79. incipien. casus iste frequenter contingit, & per domin. Anto. in consi. suo 1. incipien. viso puncto & quæstiis. in 1. col. & per Bar. in l. vt iurisiurandi. in §. si liberi. in 2. col.
4 ff. de oper. liber. † An autem appellatione filiorum veniãt nepotes ex filijs, vide Alexand. in consi. 17. incip. ponderatis his &c. in 1. & 2. colũn. in 5. volumin. & ibi in consi. 29. incipien. perspectis, & Raphae. Cuman. in consi. 69. incipien. Blasius. in 3. column. versic. superest. & Raphae. Fulgo. in consi. 78. incipien. suppotito statuto. in 1. colu. & per domi. Philip. Deci. in consi. 15. in 1. & 2. col. & ibi in penult. col.

CCCXVIII.

1 *Gemmas fatitias atque adulterinas venditantes, colore quæsito, quod Papæ, aut summo alicui Principi furto subtractas sint, vt fures, vel acrius etiam puniendos.*

1 FVit rogatus à iudice maleficiorum huius ciuitatis hesterna die vt deberem videre qua pœna sint puniendi isti ziuntatores moderni, qui vadunt per diuersas partes, & vendunt aliquam gemmam falsam, & minimi valoris magno pretio, singendo illam fuisse derobatam papę vel

Imperatori,vel alteri magno principi,cui respõdi ꝙ prȩ
dicti zuntatores tanquam fures puniẽtur,& etiã acrius,ꝓ
l.saccularij.in prin.ff.de extraor.cri.ibi,plus quã fures pu
niendi sunt &c.& ostendi sibi do.Io.Bapt.de S.Seuerino
hoc expresse tenentem in repetitione sua,l.cunctos po-
pulos.in 10.cha.in 1.col.circa prin.C.de sum.trin. & fide
catho.vbi etiam alia iura allegat de istis zuntatoribus.

## CCCXIX.

1 *Hora in instrumentis,rescriptis,& similibus inserta, magna est efficacia, adeo, vt collatio beneficij ab ordinario facta cum appositione temporis & horæ collationi Papæ eodẽ die factæ horam non habenti præferatur.nu.2.*

1 Hora † in instrumentis,a & rescriptis,vel in similib.est
2 maximæ importantiæ & effectus, nam facit ꝙ vnũ
dr̃ prius altero, ſm gl.in l.si ex pluribus in § fi.ff.de solut.
quã extollunt doct.pro singulari in pluribus locis, quos
refert Fe.in c.pastoralis.in 3 col.in ver.ratione vnius ho-
ræ ext.de rescrip.vbi plura ponit circa hãc materiam ho
ræ,vel certi tpis,circa quã materiã teneas menti, ꝙ si col
latio beneficij sit facta à papa vni, & ab ordinario alteri
eadem die,ꝙ hoc casu collatio papæ præfertur, vt in c.si
2 à sede,de præb.in 6.attamen † si in collatione ordinarij sit
apposita hora certa collationis factæ & in collatione pa
pæ nõ sit apposita hora, ꝑferẽ collatio ordinarij collatio-
ni papæ.Ita not.dixit Soc.ex plurib.iurib.& rõnib.in l.1.
in 2.col.ff.sol.ma.quẽ refert & sequitur do.Phil. Deci.in
cons.suo 149.in vlt.col.pro quo faciunt optimè dicta per
Fel.in d.c.pastoralis de res.in 3.col.Ad quæ vide etiã Soc.
in consi.suo.67.inc.eadem die &c.per totum.

## ADDITIO.

a Hora in instrumentis.Nota horã apponi qñque in instru
mentis ad tollẽdum dubium, qñ rõne vnius horæ instru
mentum dr̃ prius cõfectũ, vt per d.gl.in d.l.si ex plurib.
§.fi.in verb.obligauit.ff.de solutio,quam in proposito di
cebat raro reperiri And.de Rafani,vt refert Bal.in l.im
perator.co.pe.versi.& nota ꝙ dies.ff.de statu.homi.& eã
pro notab.& sing.citat And.Sicu.in rep.rub.extr. de fide
instr.col.28.ver.qd de hora Soc.in l.si mulier.in 1.notab.
ff.de reb.dub.& Ias.in l.1.§.1.in 2.no.ff.de edẽ.Fel.in c.2.
in 1.no.& in c.cõsuluit.de off.dele. Prædicta procedunt
clarè qñ talia instrumẽta essent confecta à diuersis nota
rijs. Sed quid si ab eodẽ tabellione? vr̃ ꝙ id qđ primũ se
offert in ordine protocollorum, præsumi debeat prius
confectum.ita in proprijs terminis not.signanter Bar.in
1.const. Cod.in vlt.col.per tex.ibi, in verb.colligẽtes ve
ro,vbi etiã Bal.in §.quibus.in 7.notab. ad hoc ponderat,
& tradit Ias.in l.1.in 1.col.ff.sol.mat. post Fel.in c.cum di
lecta.Et vltra ea facit ꝙ notab.concludit Bal.post Mart.
Sylima. Cyn. & alios in l.de reb.C.de dona.ante nup.ꝙ
inter duas probationes illa præualet, q̃ certius & magis
determinatè concludit,vt si vnus probat de die,alius de
hora,& quod plus est de puncto vel momento, puta qñ
manu eiusdẽ notarij essent celebrati cõtractus eodẽ die,
nã illa dr̃ potior qui in ordine protocolli prius reperiẽ.
iurib.s̃.alleg. Et ideo in proposito alibi sing.Rap.Cum.
in l.1.§.dies.ff.quand.appe.sit.post Io.An.in add. Spec.in
tit.de instrum.edit.§.breuiter. in addit. inci.dies.monet
eũ q decimo die appellat,vt inferat horã, qa decẽdiũ cur
rit de momento in momẽtum,i. primus dies nõ compu
tatur totus,sed punctus illius diei qui sic refertur ad deci
mũ diẽ in eodẽ pũcto, vnde posset euenire ꝙ in decimo
die esset inchoatus vndecimus,& dicit ibi Ang.Are.se ita
practicare, & sequitur Fel.in d.c.cõsuluit.col.2.ver.limi
ta hoc,& in c.quod ad consultationẽ.16.col.ver.4.concl.
de re iud.Prædicta etiã sunt notanda ad inquisitiones &
libellos,in quibus etiã hora qñq; inseritur, quia per sta
tuta terrarũ quædã sunt delicta aliqua hora,quæ alia ho
ra nõ essent delicta.iõ hora de necessitate debet inseri,vt
cõcludit Bar.in l.libellorũ.ver.circa tẽpus.ff. de accusat.

## CCCXX.

1 *Iudex decreto à se interposito,si in illo à partibus se circunuentum deprehenderit, motu proprio illud ex officio reuocare potest.*

1 Saepe † contingit ꝙ partes contrahentes vnũ fingunt,
& aliud faciunt,& circunueniunt iudicẽ ad interpo
nendum decretum suum tali contractui,& ideo scias,&
perpetuo tene menti, ꝙ si iudex reperit se deceptum in
interpositione decreti,põt proprio motu ex suo mero of
ficio illud reuocare.Ita sing.dixit Io.And.in c.cõsultatio
nibus.de off.deleg.in nouella,quẽ refert & sequitur Bal.
in c.1.in 5.col.in fi.de mili.vasal.qui contu. est, quod est
no.Et idem etiam videtur velle ipse Bal.in l.vnica. in 3.
col.ver.sequitur quartũ membrum.C.de confes.pro quo
faciunt dicta per Inn.in c.dilecto.de verbo.signi.quẽ re
fert & sequitur Lud.Rom.in cons. suo 454.inci.in 1 c præ
senti &c.in 4.col.& faciunt etiam q̃ dixi supra in sing.18.
inci.quotidie &c.& quæ dixit do.Phil. Deci.in cons.suo
180.inci.visa &c.in 5.& 6.col.

## CCCXXI.

1 *Emptionem fundi,domus,et id generis,locationem prius factã interrumpere, ita vt emptor conductorem inde expellere queat.*

2 *Quid autem agendum conductori in conductione tractanda, ne sic ab emptore,aut singulari successore expelli possit? itẽ quid colono,vel inquilino.nu 3.*

1 Credo te scire,† ꝙ emptio fundi,vel domus,vel alte-
rius rei rumpit locationem iam factã de ipso fundo,
domo vel alterius rei, adeò ꝙ ipse emptor põt expelle
re conductorem,cũ nõ teneatur stare tali locationi, nisi
aliter sit conuentum inter ipsum emptorem & vendito
rem.Ita probatur in l.emptorẽ.C.loca.& in l.nihil.§.fi.ff.
de leg.1.& in l.qui fundum.ff.loca.& in l.arbores.§.1.ff.
de vsufru.l.Iulianus.§ penul.ff.de act.emp.cum simi.At
tamen cautela est pro conductore,& colono vel inquili
no,vt nõ possit expelli ab emptore fundi,vel domus,vel
alterius rei.nã cautela est,† vt talis conductor tpe condu-
ctionis per obseruantiã contractus recipiat obligationẽ
omnium bonorum locationis,quia tunc cum habeat ius
in re illa sibi locata,& obligata pro obseruatione contra
ctus,non poterit expelli per ipsum locatorem,nec etiam
per singularem successorem.Ita dixit Bar.in d.l.empto-
rem C.de loca.vbi dicit stante tali obligatione in contra
ctu locationis colonus vel inquilinus poterit dicere em
ptori,ego habeo ius in re,& sic nolo inde discedere do-
nec mihi satisfiat,de pœna,vel de interesse meo,cum hęc
res iã sit mihi obligata, & ita dicit se iam obtinuisse de fa
cto,& subdit,ꝙ cũ casus occurrisset,fecit facere protesta
tionem à cõductore emptori,vt diceret se detinere rem
pro obligatione sibi facta, vt ideo eum non inquietare,
& idẽ dixit ipse Bar.in l.j.§.ꝙ ait prætor.ff.de superfic.&
in l.si creditor.§.fin.ff.de distra.pig.& in l.filio.§ si vir.ff.
soluto matrimonio.& in l.qui fundum.ff.loc. & in l.si ea
leg.C.de condictio.ob cau.& in l.si ita quis.in.§.ea leg.ff.
de verbo. oblig.& idem dixit Abb.in c.fi.ne præla.vices
suas.ad quæ in materia.vide etiam Barb.in c. pp sterilita
tem de loca.& in rep.c. Raynal.in Ioannina,in 46.char.
ext.de test.& Ang.in l.prætor §. hac actione.circa fi.ff.vi
bono.rap.& Bal.in margarita sua.in verbo,colonus.in 2.
ver.& Soci.in cõs.suo 99.inci.in causa eximij, &c. in vlt.
col.vbi videas,& vide ẽt Pau. de Cas. in l.qui merces.in
§.1.ff.locati,& Io. de Imo. in l.filiusfamilias.in §.diui.ff.
de leg.1.& in l.qui absenti.§.1.ad fi.ff.de don.& oĩno.vi-
de Ias.in l.quoties.in 7.col.ver.11.&c.de rei.vend.& vide
Ias.oĩno in §.Itẽ si quis.in 18.col.post.med.Inst.de actio.
& Soc.in cons.suo 29.inc.visis duabus &c.in vlt.col.circa
fi.in 4.vol.vbi oĩno videas.& in cõs.90.inc.visis.in 1.& 2.
col.in d.5.vol.& in cons.suo 17.inci.capio primã,in pen.
3 col.in 3.vol.Et vltra † prædicta teneas mẽti, ꝙ nõ solũ in
casu ꝑdicto colonus vel inqlin⁹ nõ põt expelli ab empto
re rei,nisi sibi satisfiat,vt dixi.Sed nec ẽt cõductor,q con
fecit expẽsas vtiles,põt expelli à singulari successore, nisi
primũ sint sibi solutæ tales expẽsæ, ẽt si talis conductor
expellaẽ pp pẽsionẽ nõ solutã.Ita dixit Soc.in cõs.suo 15.
inci. visis prædictis &c.in 6.col.in fi.vbi ad hoc allegat l.
dñs.§.1.& l.colonus.in prin.ff.loca.& l.penul.eo.titu.Itẽ
allegat etiam l.colonus.ff.de vi & vi arma.& alia allegat
de quibus ibi per eum.quæ omnia tene menti,quia sunt
quotidiana,& sæpe de facto contingunt & hic,& alibi,&
vide quæ dixi infrà in sing.548.incip.rei suæ &c.

## CCCXXII.

1 *Iuramentum in probationis supplementum,nisi semiplena probatio præcedat,non deferri. Limita vt hic.*

2 *Iuramentum in probationis supplementum num iudex refrænare possit.*

1 Iuramentum † in supplementũ probationis non defer
tur,nisi præcedat semiplena probatio, vt plenè tradũt
doct.in l.in bonæ fidei.C.de reb.credi.& in l. admonen
di.ff.de iureiuran.& in l.manifestæ.eo.titul.de quo etiã
dixi suprà in sing.86.inci.in ore vulgi &c.Scias tñ, ꝙ est
dare casum in quo defertur iuramentum nulla præcedẽ
te semiplena probatione.Qui casus est,si facta est proba
tio,ꝙ ego mutuaui tibi pecuniã, nõ tñ est probata quã-
titas,certe hoc casu potero petere,ꝙ mihi deferatur iu
ramentũ de quantitate,& stabiẽ in hoc iuramẽto meo.
Ita sin.dixit Ray.de For.l.1.ff.de in lit.iur.ꝙ dictũ ꝓ val
de notabili refert & sequitur Bar.Cæp.in caut.sua 210.
inci.aliquis mutuauit.pro hoc dicto allegat nõnulla iu-
2 ra,& dicit ꝙ Ray.de Forli.in d.l.1.credit,† ꝙ iudex pos-
sit refrænare talẽ iuramẽtũ iuxta illud ꝙ vr̃ sibi verisimi
le,de quo ibi latius per eũ.ꝙ dictum ẽt refert & sequiẽ
Phil.Dec.in consi.suo 146.in 7.col.vbi dicit,ꝙ hoc ẽt vr̃
voluisse Bar.concurrentibus alijs coniecturis,in l.admo
nendi.in 12.col.versi.quæro,quid si testis.ff.de iureiurã.
pro quo dicto ipse do.Philip.dicit,ꝙ facit te.in l.Titius
& in l.creditor.ff.de actio.empt.& in l.prædijs.§. Titio.
ff.de legatis 2.& quod tradit Bar.& alii in l.si.C.de edẽ.
& quod not.Inno.in simili in c.cum clamor.extrà de te
stib.Tene menti,quia est singulare verbum in practica,
& multi dicerent contrarium prima fronte.

## CCCXXIII.

1 *Tẽporis diuturnitas facit,vt oĩa solẽniter acta præsumãtur.*

2 *Temporis diuturnitate mandatum ad vendendum,emendũ, compromittendum et huiusmodi,etiam ex centum annorũ cursu nunquam præsumi.*

3 *Temporis diuturnitate propinquorum consensum in contractu interuenisse non præsumi.*

4 *Mandati exceptionem quandocũque opponi posse, etiam post sententiam ad iudicium retro nullum reddendum.*

1 Diuturnitas † tpis operatur,ꝙ oĩa præsumuntur solen
niter acta.l.si filius.& ibi doct.C.de petitio. hære.l.
qui in aliena.§.sed si non adierit.& ibi doct.ff.de acqui.
hęre.& no.Bal.Ang.& Moder.in l.sciendum.ff.de verb.
obli.Host.& Io.And.in c.Albericus.de testib.& Cy. in
l.emancipatione.C.de fide instru.de quo ẽt per Pau.de
Cast.in con.suo 50.inci.In causa q̃ vertitur inter reuerẽ-
dissimũ &c.in 3.col.& per Alex.in consi.345.inci.põde
ratis.in penul.col.& in consi.341.incip.viso.in 3.col. &
per Bal.in c.1.in 6.col.ver.quæro si apparet &c. de mili.
vasal.qui contumax est.& per Soc.in consi.suo 246.inci.
in causa &c.in 16.col.& per do.Fel.in c.illud.in 3.col.de
præscrip.& per Soc.in consi.15.incip.visis.in penul. col.
& per Alex.in consi.79.incip.circa prin.in 5.col.in 1.vo.
& ibi in consi.113 incip.super 1.in 3.col.& in cons.212.
incip.Viso & opportunè in 2.co.& per Barb.in rubri.C.
qui admit.in 3.col.& in rubri.de fide instru.in 29. char.
in 3.& 4.col.& Alex.in consi.361.incip.viso.in 3.col. &
per Ludo.Ro.in consi.suo 252.inci.pro decisione. in 2.
col.& in consi.275.incip.ꝙ primum.in 1.col.& per Ias.
in repetitio.l.admonendi.in 91.co.de iureiur.& per do.
Phil.Deci.in con.suo 152.incip.in causa.in vlti.col.& in
con.36.in 2.& 3.col.& vide infrà sing.436.incip. late sa-
2 tis &c.Tene tñ menti perpetuò,† ꝙ mandatũ ad venden
dum emendũ,cõpromittendum,vel ad similia,nunquã
præsumitur ex diuturnitate tpis,ẽt ex cursu centum an-
norum,nisi probetur,ſm Bald. in le.2.C.si ex fals.instru.
in ver.quæro quid si dñs &c.& Bal.in l.j.C.de rebus alie.
non alienã.quem refert & sequiẽ Alex.in consi.suo 345.
inci.ponderatis &c.in pen.col.& in l.sciendũ.ff.de verb.
oblig. & in l.qui in aliena.in prin.ff.de acquir. hæredita.
quos refert & sequitur do.Phil. Deci.in con.suo 36.in 3.
col.in princ.& in consi.suo 43.in 7.col.versi. aggredior
igitur.& in consi.199.incip.visis &c.in 1. col. & voluit
Soc.in consi.suo 80.incip.in qõne.&c.in 2.col. in 3. vol.
& ibi in consi.46 incip.in causa.in 2.col.& Alex.in con.
191.inci.perspecto.in 2.col.in 6.vol.& do.Phili. Decius
in consi.215.incip.in causa.in prima col.& in consi.297.
incip.non patitur.in 2.col.& Alex.in con.35. incip. con
sideratis.in 1.col.in 7.vol.& do.Fransc.Curt.in consi. suo
49.incip.recolendæ memoriæ &c.in 6.col.& vide oĩno
do.Francis.Curt.in consi.suo 77.incipien.super notitijs.
in 2.& 3.col.vbi tenet contra dictum Bal.& sequacium
in d.l.2.C.si ex fal.instru.quod est not.Vide tñ do.Phili.
Deci.in dicto consi.suo 42.in penul.col.circa princ.vbi
3 vr̃ hoc dictum limitare.Et † adde,ꝙ ex diuturnitate tpis
non præsumitur ꝙ in contractu interuenerit consensus
propinquorum.Ita dixit Bal. in l.2.C.de legiti.hæredib.
& Ludo.Ro.in l.sciendum.in 14.col.ff.de ver.obligatio.
de quo latius per Alex.in consi.218.incip.ponderatis.in
4 2.col.in 5.vol.& † adde etiam,quòd ista exceptio manda
ti potest quandoque opponi,etiam post sententiam, qa
reddit iudicium retro nullum.Ita dixit Alex. in consil.
147.incip.visis dubitationibus.in 1.col.in 6.vol.

## CCCXXIIII.

1 *Mulier in dote confessata licet creditoribus debitum per solã confessionem probantibus præferatur,si tamen creditores sint ex causa cuius confessio efficaciter præiudicet, tũc melioris conditionis,quam mulier habentur.*

1 Mulier † licet in dote confessata præferatur creditori
bus probantibus debitum per solam confessionẽ,
qa in pari causa potior est causa dotis.l.in ambiguis. ff.
de iure dotium.& voluit Bal.in l.assiduis.C.qui poti. in
pigno.habeant.& docto.in l.1.ff.soluto matrimonio.
Istud est verum,nisi alij creditores essent creditores ex
alia causa in qua cõfessio efficaciter præiudicaret,vt pu
tà ex causa depositi,quia tales creditores erũt melioris
conditionis,quam mulier,quæ innititur ex sola confes-
sione dotis,quia talis confessio non reputatur ita efficax
cum exceptio non numeratæ dotis possit opponi, vnde
non sint in pari causa,& sic cessat ratio docto. Ita dixit
Alex.in l.1.in septima column.in versi.circa quod pri-
mò adde &c.ff.soluto matrimo.ubi etiam latius loqui-
tur.& idem tenet ibi do.Francis.de Aret. quos refert &
sequitur do.Philip.Decius in consilio suo 96.incip.Viso
puncto &c.in fi.

## CCCXXV.

1 *Potentiam in habitu idẽ efficere,quod & potentiã in actu. Et ideo si maritus vxorem egregiè verberauit,ꝙ certo cõtractui consentire nollet,si deinceps ex interuallo consenserit, cõsensus metu extortus ꝑsumitur,ẽt si amici interueniant.*

2 *Viro viuente metus in vxore durare dicitur,sicut tyranno viuente metus in subditis durare præsumitur.*

3 *Violentiæ signa si extrinsecus appareant,nec de animo constet tunc ex his quæ extrinsecus apparent,fit probatio.*

4 *Beneficio si in studio filius agens renuntiet,metumq́, à parentibus cum in patria ageret illatum probet, ob quem beneficio renuntiauerit,non audietur aduersus volens per testes probare,quod sponte ac libere renuntiatum sit.*

5 *Et quid de puella rapta,quæ deinde desponsata fuit,ac posteà a raptore fugit si raptor puellam in contractu matrimonii risisse probare velit.*

6 *Metus signa si appareant,non recipitur volens probare metum per lætitiam purgatum siquidem animus humanus cognosci ab homine nequit.*

7 Tormentorum

7 *Tormentorum suspicionem probabilem idem efficere, quod il lorum illationem.*

Dixi tibi aliàs in l.penul.in 3.col.versi. adde do.Pari-
1 dem &c.ff.de qō.ꝙ† idem operatur potentia in ha-
bitu, quod operatur potentia in actu, de quo ibi late lo-
quutus sum, & ad illã materiã tene mẽti vnum vltra ibi
dicta, ꝙ si maritus bene & optimè verberauit vxorem,
quia nolebat consentire contractui fiendo, si postea ex
interuallo talis mulier consentit, præsumitur per metũ
cõsensisse, quia donec durabit in matrimonio illius viri,
semper metus ille durabit. ita not. dixit Bar.per illũ tex.
.ff.de cond.ob tur.cau.ꝙ dictũ pro not.refert & sequitur
Ias.in §.quadrupli.in 10.col.Insti.de act.vbi alleg.Ange.
idẽ dicentem in l.ad inuidiam.C.quod met.cau.hanc tñ
doctrinam limitat, & restringit do.Ant.in c.causam ma
trimonij.in 2.col.de offi dele.videlicet, nisi qñ ipsa vxor
consensit, interuenissent amici ipsius vxoris, quia tũc vr̃
ꝙ cessauerit metus.arg.l.trãsactionẽ.C.de transact.& ibi
Bar.& ar.& gl. ibi Bar.in l.2.§.quæ onerãdæ.ff.quarũ re
rũ actio nõ datur. Sed hæc limitatio mihi nõ placet mo-
do aliquo ex pluribus, maximè ex rõne naturali. Nam si
mulier consentit viro ad faciendã aliquam obligationẽ
postquam ab eo fuit percussa, licet ibi sint amici, non tñ
facit sponte, nã si in præsentia amicorũ contradiceret vo
luntati mariti timeret sibi & personę suę, nã si primo eã
percussit, semel semotis dictis amicis eã acrius & durius
percuteret, & ideo mihi non placet aliquo modo limita
tio do.Ant.& pro opin.mea contra do.Ant. optimè fa-
ciunt dicta per do.Alex.in consi.391.incip.in causa p̄di
cta.in 4.col.vbi ad hoc alleg.gl.fi.in c.1.quod met.cau.q̃
2 dicit, † ꝙ viuente viro metus ipsius p̄sumitur esse in vxo
re. Item adducit ẽt gl.in c.accedẽs.de conuer.coniu. ad-
ducit ẽt Bar.in l.2.C.quod me.cau.qui dicit, ꝙ si aliquis
facit aliquid metu tyrãni, præsumitur durare metus do-
nec viuit tyrannus, & adducit ẽt Inn.in c.super hoc.de
3 renun.vbi dicit, † ꝙ vbi apparent signa extrinseca violen
tiæ, & nõ põt apparere de aĩo, tunc ex extrinsecis fit pro
batio, quasi dicat, ꝙ si apparent acta extrinseca violẽtiæ,
licet timens violentiã inferri, faciat aĩo læto & iocundo,
p̄sumitur tñ per metum facere, nec audiretur volens p̄-
bare, ꝙ sponte fecit, & dicit, quòd tunc non admittitur
directa probatio, sed indirecta. & ibi do.Ale.ponit exẽ-
pla, & dicit do.Ale.in d.consi.quòd illud dictum Inn. se
quuntur Io.And.do.Anto.& Io.de Imo.in d.c.super hoc
in 18.& 19.co.de renun.vbi referunt Boatinum dicentẽ
4 † quòd si filius in studio renũtiat beneficio, si probat me
tũ fuisse illatum à parentibus in patria, pp quem renun-
tiauit, non audiet aduersarius, si dicit se velle probare p
testes, quòd liberè & sponte renuntiauit, nã testes nõ po
terunt videre metũ quem intrinsecè patiebatur. & idem
5 dr̃ Abb.ibi, referens Io.And.& do.præallegatos, qui † di-
cunt, quòd q̃dam puella rapta & despõsata fuit, & post-
ea aufugit, & raptor volebat probare quòd tpe cõtracti
matrimonii puella ridebat, ideo sponte contraxerat, dr̃,
quòd non admittitur talis probatio, quia quæcunque si
gna sint exteriora demonstratiua lætitiæ, nullius tñ sunt
momenti, ex quo apparent signa extrinseca metus, nam
aĩum intrinsecũ nullus mortalis cognoscere põt, & mul
6 ti fingunt ridere, qui timent, vñ iura & doct.volunt, † ꝙ
si appareant signa metus, non admittatur volẽs probare
per lætitiam metum esse purgatum, quia aĩus cognosci
non põt. Ita dixit do.Ale.in d.consi.391.inci.in causa p̄.
dicta &c.& in consi 323.inci.in casu suprascripto &c.in
3.& 4.co.& p̄ suprà dictis optimè facit tex.no.in l.nouis
simè.in ver.quid si compulsus.ff.quod fal.tuto.autho.p
7 quem te.dicit ibi Dy.quod † idem operatur probabilis
suspicio tormentorum, quod operatur ipsorum illatio,
de quo latius per Ale.in d.con.323.in 3.col.& latius per
me in l.1.in princ.in 10.co.ver.vlterius inquãtum &c.ff.
de quæstio. Tene menti prædicta, quæ etiam multum
faciunt ad intellectum l.2.C.quod met.cau.

CCCXXVI.

1 *Pœnitentia in delictis re integra id efficere, vt qui delinque re proposuit, non puniatur, quod etiam in nonnullis etiam enormibus criminibus locum habet, etiam si se ad delinquendum præparauit.*
2 *Pœnitentia in barattariam committente locum non habet ẽt re integra.*
3 *Et quid si pœna ipso facto incurritur, vel ipso iure cõmittitur.*

1 Poenitentia † in delictis re integra operat̃, vt ille qui p̄-
posuit delinquere, non puniatur. quod ẽt habet locũ
in aliquibus criminibus enormibus, vt est crimen falsæ
monetæ, nã ille qui proposuit fabricare falsam monetã
& ad hoc se p̄parauit, si ductus pnĩa destitit, nõ punit̃, s̃m
Bart.& doct.in l.qui falsum.ff.de fal.& ego ibi dixi in 9.
col.in prin.de qua pnĩa habetur per scribentes in l.quis
non dicam rapere.C.de episc.& cleri.& in l.1.C.de rap.
virg.in c.ad abolendam.de hæreti.in ver.sponte recurre
re &c.& in l.non prodest.ff.vi bono.rapto.& per gl.in c.
apostolicos.12.q.2.& in l.qui ea mente.vbi est gl.magi-
2 stra in hac materia pnĩæ.ff.de fur. Teneas † tñ menti, qd̃
a in committente barattariam a non habet locum pnĩa ẽt
re integra. Ita dixit Bal.in l.& generaliter.in princ.ff.de
calum, quod dicit fuisse de facto seruatum Florentiæ, qd̃
dictum pro valde not.refert & sequitur Ias.in §.quadru
pli.in 12.col.in fi.ver.& aduerte &c.Insti.de act.quod dr̃
3 esse bene signandum. Et scias † quod in aliquo delicto nõ
habet locum pnĩa, qñ imponitur ipso facto, vel cõmitti
tur ipso iure. ita dixit gl not.in cle.ne in agro.in §. quia
verò in verbo, ipso facto.de statu monach.quam glo.ad
hoc dixit singularem in Ale.in consi suo 14.incip.Viso,
& considerato.in 2.col.in 2.vol.& Bal.in authen.habita.
in vlt.col.C.ne fi.pro patre.& Alex.in l.qui ea mente. in
fi.ff.de fur.& in l.si in insulam.in 9.col.in versi.11.fallit &c.
ff.de verb.oblig.& in l.1.ff.de his qui notan.infa.

ADDITIO.

a Barattariam. Adde Roma.singu.332.

CCCXXVII.

1 *Exceptionem non numeratæ pecuniæ à contrahente, qui habuisse & recepisse pecuniam iurauit, renuntiauitq; eidem exceptioni, superq; contractu iuramentum apposuit, opponi non posse.*
2 *Præsumptionẽ iuris & de iure prodire ex cõfessione eius, qui se pecuniã habuisse ac recepisse confessus exceptioni pecuniæ nõ numeratæ renũtiauit, contra quã ad contrariũ probandum non admittitur, nisi per partis aduersæ cõfessionẽ.*
3 *Et qualiter sit succurrendum sic confessio?*
4 *Iuramentum super contractu simulato interueniens iurantẽ non obligat, nec subiicitur absolutioni. Ad quem autem id declarare pertineat, nempe quod iuramentum huiusmodi inefficax sit, ad episcopum, an ad iudicem secularem?*

1 Exceptio † non numeratæ pecuniæ non põt oppon. ab
illo contrahente, qui in cõtractu iurauit habuisse &
recepisse pœcuniã, & renuntiauit exceptioni non nume
ratæ pecuniæ, & super cõtractu apposuit iuramẽtũ, s̃m
Bar.in l.fi.C.de non nume.pecu.& in l.si ex cautione. e.
tit.& voluit Bal.in l.1 in repe.ff.de iureiur.& Ang.& Pa.
de Cast.in d.l.fi.& in d.l.si ex cautione.firmiter tenẽt, ꝙ
qñ est renuntiatum prædictæ exceptioni cum iuramen
to, quod isto casu nõ põt opponi dicta exceptio.& idem
in simili tenuit Paul.de Cast.in consi.suo 9.incip.viso pũ
cto &c. Pro quibus faciunt dicta p Bar.in l.fi.C.q pot.in
pigno.habe & per Ang.de Are.in §.fuerat.Insti.de acti.
& p Io.de Imo.in l.nemo põt.ff.de legatis 1.& facit no.
verbũ Bal.in consi.suo 452.incip.duo rei &c.in 1.volu.
2 vbi dixit, † quòd ex confessione partis in qua confitetur
se habuisse & recepisse cum renuntiatione exceptionis
non numeratæ pecuniæ, oritur p̄sumptio iuris & de iu-
re, contra quam non admittitur probatio in cõtrarium,
nisi per cõfessionẽ partis aduersæ. auth.sed iã necesse.C.
de donatio.ante nupt.& in auth.de æqua. do. in §. illud
cõsi.de quibus oĩbus plenius dixi in con.meo 48.inci. in
causa



causa & lite, &c.in 2.char.scias tñ, & perpetuò menti ha-
3 beas, † quòd ẽt in tali casu põt aliquo modo & via subue
niri tali contrahenti, qui non habuit pecuniam, tñ cõfes
sus est illã habuisse & recepisse, & renuntiauit exceptio-
ni non numeratæ pecuniæ cũ appositione iuramenti, &c
Nam remedium est, ꝙ qñ renũtiatum est exceptioni nõ
numeratæ pecuniæ, & est appositum iuramentũ, hoc ca
su poterit opponi exceptio simulationis contractus, vi-
delicet, quod licet confessio fuerit facta de recepto cum
renũtiatione & iuramento, tñ fuit contractus simulatus
& non verus, sed fictus, & hoc casu iuramentum non ob
stabit, quia iuramẽtum interpositũ super actu simulato
non validat actum. nec ligat iurantem, vt est gl.sing.in l.
emptione.ad fi.& ibi Bal.C.plus vale.quod agitur. ita di
xit Ang.ponens hunc modũ in l.1.C.de dote cau.nõ nu
me.quã doctrinã & cautelam refert & sequitur pro sing.
do.Ias.in §.fuerat.in 20.col.ver.aliud singularissimũ, &c.
Instit.de act.& dicit, ꝙ de veritate gl.d.l. emptione. de-
bemus oĩno videre Bal.in l.1. C.de oper.liber. vbi Bal.
4 idem tenet, videlicet, † ꝙ qñ interuenit iuramentum su-
per contractu simulato, quòd illud iuramentũ non obli
gat iurantem, & quòd nõ requiritur relaxatio siue abso
lutio à tali iuramento. & ibi etiam ponit Bal.ad quẽ spe
ctet declarare ꝙ tale iuramentum non valeat an ad epi-
scopum tantum, an verò etiam ad iudicem secularem,
& etiam Ias.vbi suprà adducit quam plures doctores te-
nentes quòd à tali iuramento non requiratur absolutio
seu relaxatio. de quibus ibi per eum.

CCCXXVIII.

1 *Mandatum superioris alicui factum ut quid facias, ita factum intelligitur, ut id cum causæ cognitione, & seruatis seruandis fiat.*
2 *Iudici si data est libera potestas, prout uoluerit, & sibi uidebitur procedendi, iuris tamen ordinem, statutum ac consuetudinem necesse obseruare debet. Item si aduersus fures libera quoque potestas concessa sit, idem seruandum. nu. 3.*

Multi sunt iudices committentes errores, & aliquod
iniustum, qui postea volunt se excusare sub prætex
tu mandati superioris, sed verè talis clypeus sibi non p̄
1 dest in aliquo, eo † quia mandatum superioris factum ali
cui, vt aliquid faciat, intelligitur tñ cum causæ cognitio
ne, & seruatis seruandis, s̃m Bal.in c.2.in vlti. col. extrà
de rescrip.vbi dixit, ꝙ si papa mandat sententiam cõfir-
mari, quod hoc non intelligitur velo leuato, sed causa
cognita, quia iudicium non procedit sine causæ cogni-
tione, de quo ibi latius per eum. ꝙ dictum pro no.refert
& sequitur do.Phil.Dec.in consi.suò 175.incip.In causa
falsitatis, &c.in 6.col.vbi ad hoc ẽt alleg.Bar.in l. præscri
ptione.C.si contra ius vel vtili.publi.ego ẽt pro hoc di-
cto vltra do.Philip.adduco Pau.de Cast.in l.1.C.de exe
cutio.rei iudi.& Bal.in l.1.in 2.col.C.si pp publi. pensit.
2 vbi † dixit, ꝙ data libera potestate iudici procedendi p̄-
ut sibi videbitur, intelligitur tñ iuris ordine seruato, &
seruato statuto & consuetudine, item si alicui iudici sit
datum liberũ arbitrium, debebit tñ seruare ordinem iu-
ris, per id ꝙ dixit Bal.in c.j.ĩ fi.de pace iuramen. fir.alias
de allodij.vbi dixit, ꝙ verbum libere, requirit ordinem
iuris.ad quod alle.Bar.in l.alio.in 3.col.in fi.ff.de alimẽ.
& ciba.lega.vbi dixit, ꝙ verbum videbitur, importat ar
bitrium boni viri.& facit optimè tex.in c.1.in verbo, li-
beram.de offi.ordin.vbi dixit Bal.& do.Ant. per illum
3 tex.quòd † si datum est liberum arbitrium, vel libera po
testas iudici procedendi contra fures, intelligitur tamẽ
præcedente diffamatione, & seruato iuris ordine. & fa-
ciunt dicta per Per.de Anc.in consi.suo 165.inci.visis di
ligenter.in 1.col.& per Alber.de Rosa.in tertia parte sta
tutorum.q.37.incip.an potestas &c.& ibi in quatuor qõ
nibus antecedentibus. & faciunt dicta per Ange.de Are.
in tract.malefi.in verbo, *mentitore di mal dadi*. in 3.char.
in versi.quæro quæ sit pœna &c.in fi.& per Soc.in consi.
suo 131.incip.præsentis consultationis.in 2.col.ver.con
firmatio vr̃ &c.in 4.vol. & per Ias.in l.2.in 9.col.circa
medium.C.de iure emphyte.& per eundẽ in l.3.in prin.
2.col.eo.tit.& faciunt dicta per do.Catal.in tractatu suo
syndicatus, in ver.122.inci.adde quod vbi iudex ex for-
ma statuti &c.& in versi.139.incip.adde, ꝙ si dicatur ar-
bitrium &c.& per Alex.in consi.suo 65.incip.habita su-
per contentis &c.in 2.col.in 1.vol.& in consi.suo 50.in-
cip.visis actis.in 3.col.in 2.vol.& Pau.de Cast.in l. certo
generi.in §.si totus.in fi.ff.de serui.rust.prædi.& Moder.
in l.milites.C.de testa.mili.& vide Pau.de Cast. in consi.
262.inci.vr̃ per prædicta &c.in 1.col.& per do. Nicolaũ
Millũ in repertorio suo, in litera P.in 3.col.in vlt.notab.

CCCXXIX.

1 *Confessio quibus casibus confitenti non noceat, quo ad saltem plenam probationem, vel ad veram delecti pœnam imponendam, hic sigillatim habes. nu.1.& seq. vsque ad nu.22.*

1 Plures † sunt casus in iure sparsi, in quibus cõfessio nõ
nocet confitenti, saltem ad plenam probationem fa-
ciendam, vel ad imponẽdam, veram pœnã delicti, quos
hic simul reducere statui. Vnus est casus in quo cõfessio
non nocet confitenti videlicet, qñ est incidenter facta &
nõ principaliter, de qua dixi in l.1.in prin.in 15.col.ver
sic.& vltra prædicta &c.ff.de qõ.& in d.1.§.diuus Anto.
in 4.col.ver.posset tñ huic dicto &c.eo.tit. in quibus lo-
cis post lecturam meam impressam alia addidi. pro quo
faciunt optimè dicta per Abb.in c.at si clerici.in prin. 2.
2 col.de iudic. Alius † est casus in confessione contra quam
est sententiatum, de qua dixi in repet.mea rubric. C.de
probatio.in 25.col.in ver.vltimò circa hanc materiam.
& in eadẽ repe.in 32.col.ver.quinimo &c.& in sing.meo
3 257.incip.nemo audiendus est. Alius est † casus videlicet
in confessione facta calore iracũdiæ, de qua dixi in dicta
repetitio.mea rubr.C.de probatio.in 22.col.post mediũ
versi.Item adde ꝙ requiritur &c.de quo ẽt latius per Ias.
4 in l.si filiam.in pen.col.C.de inofficio.testam. Alius † est
casus, videlicet in confessione facta in criminalibus sub
spe gratiæ promissæ, de quo dixi in singular.meo 201.
incip.in confessum, & in dicta repetit.mea rubric. C.de
probatio.in 25.col.in versi.Item scias, quòd cõfessio de-
bet esse pura &c.& in l.j.in §.qõni, ante finem ff.de quę
stio.vbi etiam aliqua addidi post impressionem ipsius le
5 ctu. Alius † est casus, in confessione facta per torturam,
qñ non præcesserunt legitima indicia, vel non fuerunt
seruata seruanda, de qua satis dixi in l.j in princ.in 6.col.
versi.primò.n.& in l.penul.in 2.col.versi.modo & redeũ
6 do.ff de qõ. Alius † est casus, videlicet in confessione im-
possibili. de qua dixi in l.1.in princ.in 43.col.versi.de cõ
fessione autem impossibili, &c. ff.de quæst.& in l. final.
in 7.col.in versi.Item etiam adde, quod si confiteor &c.
eo.tit.& in repet.mea rubri.C.de probatio.in 23.co.ver
7 sicu.requiritur ẽt &c. Alius † est casus, videlicet, in con-
fessione facta sine causa, siue loquamur in ciuilibus, siue
in criminalibus, de quo dixi in le.j.in §. præterea. in 16.
colum.in ver.Item pro prædictis &c.ff.de qõ. & in sing.
meo 219.incip.obligatio &c.& in d.repe.mea rub.C.de
proba.in 17.col.versi.nam primo &c. De quo ẽt per Pau
lũ.de Cast.in l.j.ff.de confes.in versi.est & alia &c. Alius
8 † est etiam casus in confessione facta, sed non acceptata
per partem, de qua dixi in d.repe.mea rub.C.de probat.
in 25.col.in versi.item scias etiam &c.& in repe. mea l.
de vnoquoque in 30.char.de re iud.& supra in sing.315.
9 inc.acceptatio. Alius † est casus in confessione ẽt sponta-
nea facta in criminalibus quæ non nocet, nisi per ipsum
confitentem sit sæpius reiterata, secundo Rapha.Cuma.
in consi.suo 138.inc. hoc maximè.in 2. col. in versiculo
quantum ad primum &c. Ad quod vide ẽt Barb. in con.
10 70.in 3.col.in 4.volu. Alius † est casus, videlicet quando
sunt tres iudices delegati, & confessio est facta solum co
ram duobus ex illis, de qua dixi supra in sing. 309. inci.
11 habuisti à me &c.vide. Item † alius est casus, in confessio
ne non iurata, quæ non probata, nec nocet confitenti,
secundum

ſm do. Anto. in conſi. ſuo 21. incip. Viſo puncto & quæ
ſito. in ver. ad ſm. Ad quod allegat plura iura, de quibus
ibi per eum. Pro quo faciũt optimè quæ dixi ſuprà in ſin
12 gu. 214 incip. ad validitatem &c. Aliusteſt caſus, videli-
cet in illo, qui confeſſus eſt ſe feciſſe homicidium ad ſuã
defenſionem, de quo dixi in fin. meo 185. inci. Confeſſio
inquiliti &c. & ĩ l. repeti. ĩ 7. col. ver. quartus eſt caſus &c.
13 ff. de qõ. Item alius eſt caſus in eo qui confeſſus eſt ſe cõ-
miſiſſe delictũ, nam non debet puniri, probato q illud
fuit ab alio commiſſum, ẽt ſi cõtra confitentem fuerit la-
ta ſnĩa. Ita dixit do. Flor. in l. ait lex. alias inci. inde Nera-
tius in §. ſi quis hoĩem. poſt princ. ff. de leg. Aquil. Alius
14 teſt caſus, videlicet in confeſſione facta coram tabellio-
ne abſque præſentia iudicis, vel ẽt coram iudice non ſe-
dẽre pro tribunali, de qua dixi in l. 1. in princ. in 4. col. ſi
ver. & hanc partem &c. ff. de q. & in l. de minore. in §. plu
rium. in 2. col. in ver. & facit gl. &c. eo. tit. De quo etiam
per Ale. in conſ. 30. inci. ex allegatis &c. in 1. col. in 2. vol.
15 Aliusteſt caſus videlicet in confeſſione non probata, ſeu
non verificata, quæ non nocet confitenti. de qua dixi in
d. l. 1. in prin. in 13. col. in ver. & primò ſi confeſſio &c. &
in repet. mea rubr. C. de proba. in 22. col. in fi. in ver. mo-
16 dò vltrà prædicta &c. Aliusteſt caſus, videlicet in confeſ
ſione non veriſimili, quæ non præjudicat confitenti, de
qua dixi in l. 1. in prin. in 15. col. ver. quo aũt &c. & in d. l.
de minore. in princ. in 10. col. in verſi. an hoc habeat lo-
cũ &c. ff. de q. & in d. repe. mea rub. C. de prob. in 24. col.
17 ver. Item & vltra prædicta &c. vbi latè loquutus ſum in
materia. Itẽ alius eſt caſus, in confeſſione facta extra iu-
dicium, quæ non nocet ad plenam probationem, vt dix-
it gl. in l. pen. C. de inter. matr. & in l. qm. ff. de in ſa. & vo
luit do. Paris de Puteo in tract. ſyndi. in 96. char. in 2. co.
18 ver. quia cõiter dr &c. Aliusteſt caſus, videlicet in cõfeſ
ſione facta per metum. te. eſt & ibi Bal. & doct. in l. nec ſi
volens. C. de libe. cau. & voluit Bal. in l. 2. C. q met. cau.
19 Aliusteſt ẽt caſus, videlicet in confeſſione facta extra tẽ
pus. Nam ſi reus confitetur maleficium etiam notorium
tps datum ad inquirẽdum per ſtatutum, ex talia confeſ
ſione non poterit condemnari, de qua confeſſione dixi
in le. j. in princ. ver. adde ẽt. ff. de q. & vide ẽt do. Franciſ.
de Aret. in c. cum P. in 6. col. de accuſa. & Alex. in l. nõ tm
in pen. apoſtil. ff. de appel. & vide te. in l. poſtquam. ff. de
fideiuſ. & Bal. in l. querela. C. de falſis. anteſi. & Bal. omni
no in l. ſi pœnæ in ſi. ff. de cond. indeb. & vide ẽt quæ dixi
20 in ſing. meo 83. incip. in ore &c. in vlt. verbis. Et † vide ẽt
alium caſum, quem poſui in lege, edita, in princi. in vlti
21 ma. col. in ver. & teneas menti. ff. de qõ. & † alios etiam ca
ſus in quibus non valet confeſſio, vide per me in practi-
ca mea cauſarum criminalium, in 23. 24. 25. & 26. chart.
vbi latiſſimè loquutus ſum. & vide omnino Alex. in con
ſil. 30. inci. ex allegatis &c. in 2. col. in 7. vol. vbi no. loqui
22 tur in materia confeſſionis. Et inter † cætera dicit, q con
feſſio facta coram incompetenti nõ valet, etiam nec cõ
feſſio extra iudicialis, ad quod alleg. iura, de quibus ibi p
eum. Tene menti prædictos caſus not. in materia confeſ
ſionis, quos ſimul voluti reducere pro minori labore ſtu
dentium.

CCCXXX.

1 *Patientiam cum taciturnitate conſenſum inducere, non tamẽ in his quæ ſcripturam deſiderant.*

2 *Quæ autem ſcripturam deſiderent, vide remiſſiuè.*

SI bene ſis memor, dixi tibi ſuprà in ſing. 77. incip. pa-
1 tientia &c. quod patientia cum taciturnitate inducit
conſenſum. ad quod ibi adduxi plura iura & doctrinas,
quibus addere potes do. Phil. Dec. in conſi. ſuo 65. incip.
de duobus in 6. col. vbi ponit not. verbum in materia. &
do. Franc. de Aret. in conſi. ſuo 11. incip. procedendum.
in penul. col. poſt princ. & Inno & Io. And. in c. illud. de
præſump. quos refert & ſequitur Bal. in l. ſiue poſſidetis
in 4. oppo. C. de proba. Dicta tamen in d. cto meo ſing.
77. limita & reſtringe, & dicas, quòd patientia cum taci
turnitate operatur conſenſum, hoc tm fallit in his quæ re
quirunt ſcripturam, quia in illis patientia cum taciturni-
tate non inducit conſenſum. ita dicit Ias. in l. 1. in 18. co
lum. in verſi. item per prædictam cõem concluſionẽ &c.
C. de iure emphy. & in l. 2. in 49. col. eo. tit. quod eſt not.
2 quæ taũt ſunt illa, quæ requirunt ſcripturam, vide gl. ma
giſtram in c. j. in verbo, in ſcriptis, de cẽſi. in 6. & vide gl.
& quæ ibi dixi in l. contra hitur. ff. de pign. & per Ias. in l.
cum proponas. in prima col. C. de pactis.

CCCXXXI.

1 *Pacem cum aliquo iniẽs, promittit ſub certa pœna ſe eum non offenſurum, ſi eum non offendit, ſed ſi ſius conſanguineum perinde in pœna incidit, ac ſi eum offendiſſet.*

PAcem faciens cum aliquo, & promitens eum non of
fendere ſub certa pœna, ſi eum nõ offendit, ſed offen
dit conſanguineum ſuum, ita incidit in pœnam, ac ſi of-
fendiſſet eum. Ita not. dixit Pet. de Anc. in c. ſciant cũcti.
de elect. in 6. per tex. in c. quicunque. in ver. in bonis ſuis
vel ſuorum. de ſenten. excom. in 6. & idem dixit Io. And.
in regula, fruſtra. de re. iur. in Mercuria. quos refert & ſe
quitur Ias. in l. 1. in 1. col. C. de indict. vidui. tol. & in l. de
pupillo, in §. ſi quis ipſi prætori. in decima col. de oper.
no. nuntia. & in le. 1 ff. in ius voca. vt eant &c. vbi latius
loquitur in hac materia conſanguinitatis, plura no. dicta
adducendo.

CCCXXXII.

1 *Omne qui dicit, nihil excludit. Sꝫ tamen fideiuſſor ſol. eve liberè, ſineq; vlla exceptione promiſit, non tamen ob id bene ficio de fideiuſſoribus renuntiaſſe intelligitur. Nam verba hæc, ſine vlla exceptione, de friuola dũtaxat intelliguntur.*

CRedo te ſcire illã regulã tritam & vulgatã, videlicet,
1 q quòd qui oẽ dicit, nihil excludit, vt in l. maritus. C.
de procura. & in l. cum prætor. ff. de iudi. cum ſimi. hanc
tm regulam limita in vno caſu not. videlicet, ſi fideiuſſor
promiſit ſoluere libere, ſine aliqua exceptione, per hoc
tm non intelligitur renuntiaſſe beneficio de fideiuſſori-
bus, quin prius excuti debeat principalis debitor, quã ip
ſe fideiuſſor, cum iſtud veniat ex natura cõtractus l. quæ
ro. §. inter locatorem. ff. loca. & illa verba, ſine aliqua ex
ceptione, intelliguntur ſolum de friuola. c. ex parte 2. de
offi. deleg. Ita dixit Lu. Ro. in conſilio ſuo 211. inci. alle-
gationes docto. & in 2. col. quod dictum refert & ſequi-
tur Ias. in l. j. in 2. col. C. de ſacroſan. eccle. pro quib. opti-
mè faciunt dicta per Bal. ſuper ſtat. in litera O. in verbo,
omne. in primo verſi. circa medium, & faciunt etiã quæ
dixi ſuprà in ſing. 193. incip. baſtardus &c. & faciunt di-
cta per Soc. in conſi. 123. incip. circa præſentem in 4. vol.
& idem dixit Ias. in l. ſi ita ſtipulatus. in §. poſſum. circa fi
nem. ff. de verbo. obliga. & vide dicta per Ias. in §. fuerat.
in 19 col. inſti. de actio. tene menti, quia eſt not. & quoti
dianum, & vide de hoc quæ latius dixi in repetitio. mea
rubric. ff. de fideiuſſ. in 126. quæſtio.

CCCXXXIII.

1 *Pactum de futura ſucceſſione inefficax eſſe iuris recepti eſt. Valet tamen pactum quo inter partes conuenit, quod altero præmoriẽte ſine liberis, bona ipſius decedentis ad ſuperſtitẽ & liberos eius deferantur. nu. 8.*

2 *Donatio inter coniuges conſtante matrimonio, quãtumlibet non valeat, ſi tamen reciprocè fiat, vt præmorientis bona ſuperſtes habeat, valet & efficax eſt.*

3 *Et ibidem quod donatio reciproca & viciſſitudinaria etiam quingentos aureos excedens inſinuatione non egeat.*

4 *Donatio aliàs ob ingratitudinem reuocabilis ſi remuneran di cauſa facta eſt ob ingratitudinem non reuocatur, ſicuti nec exemptionis priuilegium. nu. 5. & 6.*

7 *Lex, vel ſtatutum, vbi in priuilegium vel contractum tranſit, reuocari non poteſt.*

1 PActũ de futura ſucceſſione, vt ſcis, non valet, vt habe
tur in l. ſi. C. de pact. & l. licet inter priuatos. eo. tit. &
in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obli. Scias
tamen, quod ſi fiat pactum ſiue conuentio inter aliquos
videlicet,



videlicet, q altero præmoriente ſine liberis ad ſuperſti-
tes, & liberos eius bona deferantur, valet tale pactum
ita not. dixit Old. in conſi. ſuo 139. incip. ad habendum
aliqualem notitiam &c. & Io. And. in addit. Spe. in tit. de
inſtru. edi. in §. porrò. circa vlt. col. & Sal. in l. ſi. C. de pac.
quos refert & ſequitur Ale. in d. l. licet inter priuatos. in
ſi. C. de pact. & Ang. in conſi. 179. incip. viſis prædictis in-
ſtrumẽtis. & Ale. in con. 83. inci. viſa facti narratione &c.
in 7. col. in ver. venio ad ſm &c. in 2. vol. vbi alios allegat
tenentes hanc partem. & Ias. in l. ſi pater puellæ. C. de in-
offi. teſta. & Alex. in conſi. ſuo 215. incip. nec arguendi ſu
mus. in 2. col. & in conſ. 243. inci. ponderatis. in 2. col. Cõ
trariũ tm tenuit do. Phil. Dec. in conſi. ſuo 63. in ſi. fretus
authoritate Ale. in conſi. 251. incip. ponderatis verbis in
ſtrumenti &c. vbi ipſe Alex. ſibi contrarius tenet, q tale
pactum ſeu conuentio non valeat, & mouetur pluribus
iuribus & rõnibus, de quibus ibi per eum. Mihi autẽ ma
gis placet prima opi. Oldr. & ſequaciũ, q mihi vr ẽquior
ea potiſſimum rõne, quia vt de ſe patet, dicta conuentio
2 ſeu pactum eſt viciſſitudinariũ, & iſta viciſſitudo eſt ma
ximi effectu, tnã licet donatio inter virum & vxorẽ con
ſtante matrimonio ſit inualida, vt in toto titu. ff. & C. de
dona. inter vi. & vxo. tm donatio reciproca facta inter cõ
iuges reciprocè hoc modo videlicet, q ſi contingat alte
rum præmori, ſuperſtes habeat bona, valet, & tenet talis
donatio. Ita dixit Cy. Bal. & Sal. quos ibi refert & ſequit
Ias. in d. l. ſi pater puellæ. C. de inoffi. teſta. Et Soc. in fall-
ſua 104. in 1. verſi. Pro quo ẽt facit, nam licet alias dona-
3 tio excedens quingentos aureos debeat inſinuari, aliàs
non habeat inſinuari, alias non valet, vt in l. fancimus. C.
de dona. cum ſimi. tm donatio viciſſitudinaria non eget
inſinuatione, ſm Ang. in conſi. 159. inci. viſis prædictis
inſtrumentis. in pen. col. & voluit gl. & ibi doct. in l. Aq-
lius Regulus. ff. de dona. & Bal. poſt Guli. de Cu. in l. illud
C. de ſacroſan. eccl. & in l. 3. C. qui bo. ced. poſ. & in l. 2. §.
ſi mortis. ad ſi. C. ad l. Fal. & in l. ſi. ff. de exerci. & Alex. in
dicto conſi. 243. in 2. col. & Io. An. in addi. Spe. in tit. de in
ſtru. edi. §. porrò. circa vlt. col. & voluit Ias. in d. l. ſi pater
puellæ. vbi ẽt adducit alia plura in ſi materia viciſſitudinis
4 & facit ẽt, nã tm donatio, quæ aliàs põt reuocari pp ingrati
tudinem, nõ põt reuocari ſi eſt donatio remuneratoria,
ſm Lud. Rom. in conſi. 298. inci. circa præmiſſam. in ſi. &
ſing. 520. & voluit Alex. in d. conſi. ſuo 215. incip. nec ar
guendi. in 2. col. ad q allegat tex. in l. ſi pater. §. fi. C. de re
uo. dona. & ſubdit do. Alex. in d. conſi. q licet alias priui
legium exẽptionis poſſit reuocari pp ingratitudinẽ, vt
no. Bal. in l. 2. C. de libe. & corũ lib. tm qñ eſſet conceſſum
in remunetatione, non poſſet reuocari pp ingratitudi-
nem, ad quod allegat Bal. in l. ſi cum mihi. ff. de dolo. Itẽ
5 ſubdit Alex. vbi ſuprà, q ſi ſtatuto ciuitatis cauetur, † q
quicunque venerit ad habitandum in ciuitatẽ, & ibi ſte
terit p certũ tempus, ſit exemptus à collectis, q ſi poſtea
ciuitas facit ſtatutum in contrarium in præiudicium illo
rum qui iam venerunt, poterũt illi iuuari per exemptio
nem, vel actionem de dolo, per d. l. ſi cũ mihi, & dẽ Bald.
6 ibi ſe alias conſuliſſe in ciuitate Senarũ, † q priuilegiũ
datum quibuſdam bannitis, q poſſint ſecurè morari in
2 † ideo tene menti , ꝙ licet merus executor habeat conscientiam suam contra sententiam, quam debet exequi, cum videat illam iniquam,tñ tenetur illam exequi,vt volunt doct.in cap.pastoralis.§.quia vero,& in c.præterea, de offic.delega. & in l.si vt proponis,& in l.executorem, vbi per gl.& Bal.C.de execu.rei iudica.Tamen hoc fallit in causa criminali , in qua tractatur de pœna corporali, quia in talibus cuius merus executor non debet exequi sententiam iniustam contra conscientiã suam,quia dam num talis executionis est irreparabile. Ita not. dixit Inn. in d.c.pastoralis.in dicto.§.quia vero . quod dictũ refert & sequitur Ias.in §.si minus.in 7.col.in princ.Instit. de act. ad quod etiam allegat Pau.de Leaza.& Pet.de Anc.in clement.1.de re iudi.& Bal.in l.addictos. C.de episc. audiẽ. pro hoc etiam facit illud satyrici, videlicet , nulla vnquã de morte hominis contẽtio longa est. Et vltra eum dicas tu ꝙ pro prædictis optimè faciunt dicta per do. Nellum in tract.suo bannitorum,in quarta parte primi tempo.in 5.q.inci.Quinto quæro , &c.in ver.ego verò,&c.vbi notanter lòquitur,&c.

## CCCL.

*1 Damnum quod quis sua culpa sentit,sibi imputet,non alijs.*

*2 Locatio alicui facta in emphyteusim pro se ac filijs suis ,ad filios non extenditur adoptiuos, nisi rogatu & instantia locationis adoptati sint.*

1 DAmnum† quod quis sua culpa sentit, sibi imputet & non alijs.l.si fideiussor.ff.mand.l.si merces.in §.culpæ.ff.loca.l.inter oẽs.in §.pen.ff.de furt.l.1.§.vsque adeo: ff.de iniur.l.3.§.si quis volentem.ff.de lib. ho. exhi.cum

2 simi.Et ideo teneas menti,nam tu scis,ꝙ si fit facta locatio in emphyteusim alicui pro se & filijs, non comprehẽduntur filij adoptiui,ẽm Spec.in tit.de loca.in §.nunc aliqua.in ver.68.& habes in c.adoptiuis.in tit.si de feu.fuc. controuer.inter do.& agn.hoc tñ intellige verum esse,nisi ad instantiam concedentis seu locatoris fierẽt filij adoptiui, quia tunc tales filij adoptiui cõprehenderentur in tali locatione.Ita not.dixit Soc.in l.si cognatis.in 12. col. in fi.ff.de rebus dubi.quod etiam extendit ad materiã l. si vnquã.C.de reuoc.don.de quo ibi latius per eum. Pro quibus faciunt dicta per Soc. met in fallẽtijs suis in 372. fallen.in prin.quod est not.& faciũt etiam dicta per eundem Soc.in consi.suo.6.inci.licet adijcere.in 2.& 3.col.in 4.vol.& dicta per me in rep.mea rub.ff.de fideiuss.in 19. q.ante fin.& dicta per Ludo. Rom. in sing.468.incipien. emptor,&c.

## CCCLI.

*1 Amicitiam magnam idem efficere,quod & sanguinis coniunctio.Vnde affectio facit,vt ex testamento non solenni legata quæcunque debeantur.*

*2 Iura loquentia in affine, vel coniuncto sanguine,in amico magna amicitia coniuncto locum habere. Vnde si licet impunè insultantem cum armis consanguineum meum occidere,licebit et insultantem amicum meum maxima amicitia coniunctum ,*

*3 Aggressorẽ occidere licere,etiã si aggressurũ numquam noris.*

1 AMicitia† magna idem operatur quod coniunctio sanguinis.l.cum allegas.C.de castren.pecu.li.12.& gl. in c.2.in gl.penul.de testa.in 6.gl.& ibi Abb.in vlt. col. in c. requisisti.de test.Cy.Salic.Ale.& Ias.in l.exigendi. C.de procur.Io.And.in c.fi.de postu.& Cy.in l.inuitus.in 3.col. C.de procura.Pro quo facit optimè tex.in l.2. in princ.in verbo amici.ff.qui pet.tut.& facit tex.& gl. singu. in l.in testamento.ff.de fideicommiss.li.quæ dixit,ꝙ affectio facit ꝙ ex testamento non solenni quæcunque legata debeantur,& de quo tex.& gl.dixit plura singularia Ias.in l. non dubium.in 2.col.C.de testamen.& faciunt dicta per Bal.in l.si iure.C.de statu.monach.& per Soc.in consi.suo 68.inc.Ioannes,&c.in pen.col.in prin.& per Barb.in rep. l.cum acutissimi.in 4.col.in ver.& si verbis daretur audacia , &c. C.de fideicommiss.vbi conatur sustinere quòd dispositio d.l.cum acutissimi,& l.cum auus.ff. de cõditi. & demonstrationi & l. generaliter. §. cum autem. C. de institu.& substit.&c.habeat locum etiam in persona vel de dilecta testatori.Et hoc ex pluribus iuribus, & maximè propter gloss.in l.2.C.in quibus cau.colo.censi.li.11. Sed istud dictum improbat Ias.in dicta.l.exigendi.in penult.column. C.de procurato.& pro supradictis faciunt optimè dicta per Barba. in consilio suo 75.incipien.ia-

pienter.in 4.col.in 4.volu.& in eodem volu.in consi.22.
2 inci.Clementissimum.2.col.Modò tex supradicta cõclu sione pluribus iuribus roborata à doct.in dictis locis, vi delicet ꝙ iura loquentia in affine vel coniuncto sanguine habent locũ in amicitia coniuncto,ego infero ad vnũ multum singulare,videlicet ꝙ sicut ego impunè possum occidere illum qui fecit insultum cum armis contra con sanguineum vel affinẽ meũ pro defensione sua,sicut ego possem pro me tali casu talem insultantem impunè occi dere,vt dixit Bald. in l.raptores.in 2 no. C.de epi.& cle. quẽ refert & sequitur Ias.in l.1.in 2.col.C.de iudic.vidui. tol.vbi plura ad corroborationem huius dicti, ita pote ro impune occidere insultãtẽ cum armis amicum meũ maxima amicitia coniunctum per prædicta, quod auda cius affirmo,quia hoc expresse voluit Bald.in l.vt vim.in 2.col.ver.5.quæritur,&c.ff.de iusti.& iure. Pro quo allegat quæ habentur in l.cum alienam.C.de leg. Vide tñ Sa lic.in l.nullus C.de maledi.& mathe.qui vẽ dicere vnum verbum contra prædicta,sed eius dictum põt reprobari per supradicta,de quo etiam dixi in repetitio.mea l.1.C. de raptu virg.in 49.char.vbi videas, ad qđ etiã vide Cor. in consi.204.inc.Pro decisio.in 2.col.in 1.vol.& vide do.
3 Fel.in c.si vero.1.in fi.de senten.excommunicatio.vbi dicit,ꝙ licitum est occidere aggressorem,etiã si aggressum nunquam cognouisses, allegat gl.in cap.1.in verbo, hactenus.23.q.8.de quo ibi latius per eum. Tene mẽti,quia sæpe contingit in facto.

CCCLII.

*1 Pace,vel induciis initis cum bannito,num seruãda sit ei pax, & an non seruans in pœnam conuentionalem incidat? numer.2.*

1 SAepius vidi dubitari circa vnum,videlicet si fiat treuga vel pax bannito,an illa sit sibi seruanda? & an nõ ser uans eam cadat in pœnam conuentionalẽ in quo breuiter dicas, ꝙ talis non seruans talẽ pacẽ vel treugam nõ ca dit in pœnã.ita dixit Bald. super statuto, in verbo, pax.in 1.ver.& do.Nellus in tract.bannitorũ.in 3.parte secundi. temporis,qõ.51.inci.quæro bannitus,&c.& ibi in q.seq. de quo etiam per Bal.in l.iurisgentium.in §.si paciscar. 1. & ĩ §.si paciscar.ff.de pac.vbi tenet,ꝙ talis pax nõ valeat, &ideo ꝙ contraueniẽs nõ cadat in pœnã,quod dicit obtinuisse in contingentia facti,ꝙ dicit procedere etiã si pœna sit promissa cum iuramento. De quo etiã per Io. And. in regula frustra.de reg.iur.in 6.in mercurial. & per Bar. Bal. Ang.& Imol.in l.quid ergo.in §.si hæres,per illũ tex. ff.de leg.1.& per Bar.in quæstione sua inc.Lucanæ ciuitatis,& in l.eleganter.in §.fi.per illum tex.ff.de pign.actio. & per docto.in l.1.C.qñ lice.se sine iudi.vind.& per Bar. Bal.& Ang.in l.1.in §.nõ autem per illum tex.ff.de dolo. & per Bald.in l.1.in vlt.col.C.si à non compe.iudi.& in l. pacisci.ff.de pact.& per Ias.in l.conuentionum.in 1.col. ff.de pactis,& per do.Phil.Corn.in consi.suo 175.inci.cõ suluit.in 1.vol.& per Alex.latius loquentem in l.qui ser
2 uum.ff.de verb.oblig.vbi etiã limitat prædicta.Et dicit ista esse vera,qñ cuilibet iure publico competeret facultas offendendi bannitum,secus si solo offenso,quia tunc poterit per pactum tolli,alleg.in argu.l.1.in fi.& l.3.ff.de adimend.leg.& l.iurisgentium.in d.§.si paciscar, & dicit ꝙ ita limitat Bal.in l.reos.in 14.col.C.de accusati.& Bal. & Sal.in dicta l.accusationis.ff.quod metus causa de quo latius valde dixi in practica mea causarum crim.in 166. Char.vbi omnino videas, quia ista sunt multum vtilia, & valde quotidiana.

CCCLIII.

*1 Pecunia datio & interuentus delictum indicant,vbi aliàs delictum non esset,vt in teste pecuniam ob dicendum testimonium verum accipiente. Nam in falsi pœnam incidit.*
*2 Mulier,quæ ob auri dationem inducta ad adulterium committendum est,licet & committere alioqui vellet,censetur tamen inuita adulterium commisisse. Et dans pecuniam puniendus Statuti pœna quæ inuitam mulierem adulterari imponitur.*

1 DAtio pœcuniæ & interuẽtus ipsius inducit delictũ, vbi alias delictum non esset,& hoc patet in pluribus casib. Primo apparet in teste qui accipit pecuniam vt dicat verum testimonium,nam talis testis incurrit pœnam falsi ẽm gl.Bar.& alios in l.1.in princ.ff.de fal.& ibi dixi in 1.col.& idẽ dicit ibi gl.Bart. & alij in iudice accipiẽte pecuniã vt iustã sententiã ferat, vt in l.2.ff.de condict.ob turpem causam,& rõ est ẽm Bar.in d.l.1.quia testes debent deponere gratis illud ꝙ sciunt,nõ aũt per pecuniã, vt in l.3.in.§.leg.Iulia.ff.de test.Et illud quod debet fieri gratis,si fiat per pecuniã,turpiter fit.vt no.in l.4.in §.si ti bi.ff.de condict.ob turpem cau.& idẽ etiã dixit Bar.in l. diuus.ff.de re iud.& Bal.in l.data opera.in 15.col.ver.qđ si testis.C.qui accus.non possunt,pro quibus facit l 1.ver. pecunia accepta.ff.de recep.& tex.in l.fi.in §.fi.ff.ad legẽ Iul.repetun.& faciũt optimè dicta per do.Nellũ in trac. bannitorũ,in 2.parte secundi tpis,in 12.q.Et vltra prædi cta circa hanc dationẽ pecuniæ teneas mẽti perpetuo sin
2 gulare verbum,videlicet ꝙ si per auri dationem induci tur mulier ad adulteriũ, licet contenta fuerit cõmittere tale adulteriũ,tñ inuita reputatur illud cõmisisse.Et ille qui aurũ vel pecuniam dedit,punietur pœna Statuti quæ imponitur adulteranti mulierẽ inuitã.Ita sing.dixit Ang. in auth.de lenoni.in §.fi.circa finẽ.quod dictũ pro not.refert & sequitur do.Phil.Dec.in consi.suo 170.incip.Viso themate &c.in 2.col.pro quo ẽm eum facit text.in l.1.C. de raptu virgin.& in l.1.§.perfuadere.ff. de ser. corrupt. & etiã vf idẽ dicere Cy.in d.l.1.C.de raptu virg.in 1.col. in ver.3.oppo.ibi,& sic mulier decepta &c. & idẽ voluit do.Io. Neuizanus in sylua sua nuptiali, in 14.chart.in 2. col.in fi.quod est not.pro quo facit,nã aurũ seu munera faciunt non volentem velle.ideo scribitur Deuteron. c. 15.Quòd munera excęcant oculos sapientũ,& mutãt verba iustorũ,quod dictũ refert Ang.& Ial.post eũ,in l.non dubiũ.in princ.C.de testa.& dicit tex.in ca.qui rectè 11. q.3.ꝙ acceptio nummorum prævaricatiõ veritatis est, & facit tex.not.in c.pauper 11.q.3.in verfic.cito violatur auro iustitia.

CCCLIIII.

*1 Præsumptionem in dubio pro iudice esse,maximè quum in procedendo rectum ac debitũ ordinem seruauit,alioqui secus.*
*2 Venditor in instrumento venditionis promittens se emptorẽ defensurum de iure & facto,etiam si per iudicis iniuriam res euincatur,quatenus obligetur, ac qualiter accipienda huiusmodi promissio?*

1 IN dubio præsumitur pro iudice l.2.C.de off.ciui.iudic. l.Hærennius.in §.Cata.ff.de euictio.c.Pisanis.de restit. spol.cum similib.hoc tñ intellige verum,& locum habe re quando iudex seruauit debitum ordinem in procedẽ do,sed quando debitum ordinem omisit,non præsumi tur pro eo.Ita notab.dixit Bal.in l.sancimus.in 4.col.ver. tertiodecimo quæritur. C. de iudi. quod dictũ refert & sequit do.Paris de puteo in tract.suo syndica.in 19.char. in 3.col.Tu adde,ꝙ ratio põt esse, quia cognoscere iuris ordine non seruato,est ius alterius auferre,ẽm Bal.in c.1. §.seu furtum.in 5.col.de pace iuramẽ.firman. quẽ refert. & sequitur do.Hiero.Tortus in consi.suo quod fecit pro cõi Florentiæ tpe Sixti pontificis in 26.col.& do. Catal. in tract.suo syndica.in versi. 416. inci.adde ꝙ cognosce re &c.& in eo.tract.in ver.128.incipi, Adde quòd si po testas.Item alia est etiam 86,quia iudex procedens extra ordinem, dr procedere de facto secundum.Baldum,in l.ictus fustium.in vltima colum.ff.de his qui notan. infamia. Et pro prædictis facit not. verbum. Ange.in consi. 176.quod refert & sequitur dom.Philipp.Decius in con
2 silio suo 74.in quarta colum.vbi dixerunt, ꝙ quòd quan do in instrumento venditor promittit emptorem defen dere de iure & de facto,& quod plus est,obligat se, etiã si per



si per iniuriam iudicis res euincatur,hoc tantum pactũ intelligitur,quando per ignorantiam iuris vel facti iudi cis euinceretur,ꝙ iudex seruato iuris ordine,possit,se cus autem esset si prætermisso iuris ordine iudex procederet,& res euinceretur,quia isto casu vigore prædictæ promissionis venditor non obligaretur.Et adducunt ra tiones & iura,de quibus ibi per eos.Tene mẽti,quia mo dernis tẽporib.iudices sunt temerarij & bestiales & nul lũ iuris ordinẽ seruãt,imo ex capite & ceruice sua nouas leges faciunt conniuentibus oculis superiorum suorũ, ꝙ subditis tolerare necesse est cum alijs calamitatibus.

CCCLV.

*1 Debitorem in diem ante diem conueniri,aut soluere cogi non posse,nisi tamen fisci debitor sit,qui ob necessitates ipsi fisco imminentes ante diem & conueniri,& soluere cogi potest, sed & debitoris ipsius debitor.*
*2 Gabellarum emptores & conductores pro reipubli.necessitate ante solutionis tempus cogi posse,relicto tamen eis medij temporis interusurio.*
*3 Fideiussor omnis fugitiuus ante diem solutionis facienda capi potest.*

1 DEbitor in diem nõ põt cogi soluere ante diem. l.iu stas.C.de iure fisci.li.10.l.fi mandauero.1.in prin.ff. mand.l.eum qui calendis.ff.de verb.obli.l.cedere diẽ.ff. de verb.sig.§.plus aũt insti.de actio.cum si.Et dẽ vulga. prouerbium,ꝙ optimus est debitor qui soluit ĩ termino obligationis.Teneas tñ menti in materia singularem ca sum.l.1.C.de cond.ex leg.vbi habetur ꝙ hoc fallit in fi sco,qui pp necessitates suas occurẽtes põt debitores suos ante diem exigere,& ꝙ fortius est,debitorem sui debito ris põt ante diem exigere,debet tñ interusurium medij tpis debitori relinquere,ẽm gl.& doct.ibi. Et illũ casum
2 dẽ ibi Bar.singularem,& dicit ibi Bal.per illũ tex.ꝙ tem ptores gabellarum pro necessitate reipublicæ possunt co gi ante tps,dimisso tñ eis interusurio medij tpis, & subdit,ꝙ tota die pp repẽtinas necessitates publicas hoc fie ri videmus,& dicit,ꝙ hoc non est iniustum, quod dicit esse menti tenendum. Et dicit ib. Sali.quod hoc frequen ter practicatur in Bononia contra gabellarum cõducto res & daciarios,& verum dicit.Nam ego vidi hoc fieri in hac ciuitate pluribus vicibus,& idem per illum text. d.l.1.C.de condi.ex leg.dixit Ias.in l.in diem.in 1.col.in
3 fi.de cond.indeb.Et adde hic quòd oĩs fideiussor fugi tiuus põt capi ante diem fiendæ solutionis.Ita dixit Bal. in d.l.1.in fi.verbis.C.de condi.ex lege.allegat ad hoc l. q̃situm.ff.de pig.vbi est gl.no.,ꝙ hoc dicto suo,quã vide.

ADDITIO.

Adde Io.Anto.Trigo.sing.7.

CCCLVI.

*1 Iuramentum magnæ potentiæ,et plures effectus habere.Nã in instrumento appositum,facit vt ipsum instrumentũ executionem habeat paratam,licet de iure communi nõ habeat.*

1 IVramentum est maximæ potentiæ,& habet plures ef fectus,vt patet ex dictis canonistarum in tit.de iureiu. maximè in c.cum contingat.& in c.licet mulieres.eo.tit. in 6.& patet ẽt in tractatu de virtute iuramenti edito sub excellẽtissimò V.I.interprete do.Marco Antonio Baueria.Et per do.Ant.Corsetũ in repe.sua rub.extrà de iure iu.& per me in rep.mea l.fi.C.de prob.in 34.& 35.chart. vbi posui plures notabiles effectus ipsius iuramenti. Et inter alios effectus habet vnum qui est magni cõmodi & vtilitatis,nã iuramentum appositum in aliquo cõtractu operatur quòd tale instrumentũ ipsius cõtractus ha bebit executionem paratam,licet de iure cõi instrumen tum publicum non habeat exceptionẽ paratam.l.minor 25.an.cui fideicommissum.ff.de mino.ita dixit Bar.in l. 2.ad fi.ff.de iureiu.& ibi dicit,quòd miratur quod con sueuerudo hanc cautelã & hũc modũ non adinuenerit.Idẽ tenet Fulgo.in l.fed & si possessori.in §.si cum hæredita te.ff de iureiur.& Pau.de Cast.in l.nã & postea. §. si petitor.eo.ti.& in l.post rem.ff.de re iud.& do.And.Barb.in repet.rub.extrà de iureiu.& Ale.in d.l.2.& do.Ias.in §.si quis.in 4.col.ver.duodecimus effectus &c.Inst.de actio. & Alex.in d.l.2.& Ias.in §.item si quis,in 4.vol.ver.duodecimus &c.insti.de actio.Et latius ponit ipse Ias.in eo. §.1.17.co.ver.extra gl.vt obseruem &c.vbi ipse per tres col.examinat prædictum articulũ.Et firmat hanc partẽ, & respondet oĩbus quæ adduci possent in contrariu. Et hanc partem etiam firmat do.Ant.Corse.in dicta sua re petio.rubr.extrà de iureiur.in 10.priuilegio iuramenti.

CCCLVII.

*1 Iuramento damnum passi si ex statuti forma inhærendum sit non tamen inhærebitur,si pars aduersa cõtrarium probet.*
*2 Quid autem si statutum in contrarium probationem tollat, vel dicat,quod iuramentum pro plenissima,uel omnimoda habeatur probatione?*

1 EXtãt statuta in aliquibus ciuitatibus vt in hac nostra ciuitate Bononiæ,quibus cauetur,quod in aliquibus casibus, vt est in casu damni dati, quòd stetur iura mento alicuius, putà damnum passi. Certè tale statutum debet intelligi nisi per partem aduersam contrariũ probetur.ita multum no.dixit Ang.in l.qui restituere. in 2.col.ff.de rei ven.& clarius in l.qui vas. ff. de tut. vbi dicit idem esse si statutum dẽ,quòd stetur dicto seu iura mento saltuarij.& idem voluit Bar.in l.2.in §.si à pupillo.circa fi.ff.de vsucap.pro empt.& in l.põr in penul.col. ff.de acq.hær.& Ang.in auth.de exhibẽ.reis.in prin.Bal. in c.1.in 1.col.in tit.de inuest inter domi.& vas.lis oria. & in l.contra negantem.C.ad l.Aquil.& in l.1.& ibi Sa. C.de re.cred.& in l.1.C.de re iudic.idem voluit Albe.in 2.parte statu.q.15.& do.Phil.in c.patforalis.in 12.col.de excep.vbi alios ẽt adducit tenentes hanc partem. & do. Ias.in §.sed istæ.in 24.col.insti.de actio.vbi alia etiam ad ducit pro hac opi.& inter alia adducit Inn.& Io.And. in c.quia pp.§.illud.de elect.vbi dicunt,quod licet quis pos sit probare impedimentum per suum iuramẽtum,vt est ibi tex.tamen admittitur probatio in contrarium,& ad
2 ducit etiam alia plura de quibus ibi per eum. † Limitat tamen prædicta do.Fel.in d.ca.pastoralis.nisi in statuto diceretur,quod non possit probari contrarium, vel nisi diceretur,quod iuramentum haberetur pro plenissima, vel pro oĩmoda probatione,quia tũc non admitteretur probatio in contrarium,ẽm Lud.Ro.in l.si duo.ff.de ac qui.hære.& hoc pp glo. in verbo feciſſe.in cle.1.de probatio.& in cle.1.in ver.omnimodam.de fo.compe. Tene menti prædicta pro statuto huius ciuitatis posito sub rubrica,de emendatione damnorum datorum à quibus ignoratur,&c.Et vide ad prædicta omnino quæ ego dixi in l.1.in §.si ferui quasi.in 2.co.ff.de q.& vide omnino Alex.in consi.suo 461.incip.in causa & lite,&c.,in 1.col. & quasi per totum,& maxime in 3.col.circa princ.& vi de Ias.in l.1.§.1.in 1.col.ff.si ex noxa.causa agatur.

CCCLVIII.

*1 Pater de iure ciuili filio bastardo nihil dare tenetur, sed ne alimenta quidem,quanquam iure Cano.alere teneatur*
*2 Parentes filiis suis spuriis in alimentorũ causam legare posse, sed & donare quoque & dotes relinquere filiab.posse.nu.3.*
*3 Filii illegitime etiam nati non modo à patre alt,sed eo quoque mortuo,in eius bonis viri boni arbitrio alimenta habere debent,etiam si testamento id vetuerit pater.nu.5.*

1 PAter de iure ciuili non tenetur aliquid dare filio suo bastardo,vt habetur in auth. ex cõplexu,C.de incest. nup.& in auth.licet.C.de natu.li.nec ẽt tenetur ei dare alimenta,vt in dictis iurib.tũ de iure canonico pater te netur dare alimenta tali filio bastardo.te.est in c.cum ha beret.in fi.& ibi hoc volunt do.extrà de eo qui duxit in matri.quam pol.per adulter.& dẽ ibi Abb. quod ille te nõ est alibi,& dẽ quod licet de iure ciuili sit secus, quod tñ stat iuri canonico in hoc,quia ecclesia hoc induxit ex quadam æquitate naturali,ne filij alimentis priuati pereant.& hoc ẽt firmat Bar.in d.auth.ex complexu.C.
2 de incest.nup.† vbi dicit parentes posse legare filiis, spu

rijs

rijs rõne alimentorum. Et dicit, ꝙ possunt parentes donare vel relinquere dotes filiabus, cum dos succedat loco alimentorum. ꝙ dicit Ab. in d.c. cum haberet, esse notandum. Et ita dicit Bar. vbi supra se cõsuluisse. Et idem dixit Bar. in l. 1. in repe. in 14. col. ver. super sexta, &c. C. de sacrosan. eccl. & Io. And. in addit. Spec. in tit. de instru. edi. in §. nunc vero aliqua. in pen. char. in 2. col. in addit. inci. contineatur hic alia q. &c. in fi. & Spec. in ti. qui filij sint legi. in §. 1. in 8. col. in ver. quid de natis, &c. Et idem voluit Bal. in con. suo 232. inci. recolo me cõsuluisse, &c.

3 circa med. in 3. vol. vbi dicit, ꝙ alimenta possunt donari & legari spurijs de iure canonico naturali pietate inspecta, quia licet filius spurius sit spurius, tñ filius est, quia na-

4 tura cõis est, quinimò filij illegitimè nati nẽdum debẽt ali à patre, sed ẽt patre mortuo debent habere alimenta in bonis patris arbitrio boni viri. Ita dixit gl. in auth. de trien. & semis. in §. consideremus. in ver. legiti. quam gl. ibi no. ad hoc tñ illa gl. loquitur in filijs naturalibus. Et

5 tene menti perpetuo circa hanc materiam, ꝙ si pater in testamento suo expresè prohibuisset hæredibus suis, vt non darent alimenta filio suo spurio, tamen tali prohibitione non obstante, hæredes tenebuntur ꝙbi dare alimẽta. Ita multum sing. dixit Bal. in l. id quod pauperibus. in vlti. col. C. de episcop. & cleric. quod profectò est singu. verbum, & forte paucis notum.

## CCCLIX.

*1 Iuramentũ, quod sine salutis æternæ detrimento seruari potest semper esse seruandum.*

*2 Iurans in aliqua iusta causa potest contra iuramentum venire, neque ob id minus valebit ac tenebit ab eo factum. Vnde si quis se nunquam pro vllo fideiussorum inuasit, si tamen eius propinquior quispiam in magno sit periculo constitutus, nisi pro eo fideiubeat, non obstante iuramento, & debet & tenetur pro eo fideiubere, n. 3. vide n. 4. remissiue.*

1 IVramentũ † semp est seruãdum, qñ seruari põt sine interitu salutis æternæ. c. cũ contingat. & ibi per oẽs, extrà de iureiur. habeẽ in c. licet mulieres. eo. tit. li. 6. & in c. quãuis de pact. in eo. li. & in l. si quis maior. C. de transac.

2 in auth. sacra puberũ. C. si aduer. ven. cũ si. Sciasne tñ ꝙ iurans in aliqua iusta causa põt venire contra iuramẽtũ. & tali casu factũ ab eo valebit, & tenebit nõ obstãte dicto iuramẽto. ita multũ sing. dixit Io. And. in add. Spe. in ti.

3 de iureiu. super ru. vbi dixit, † ꝙ si aliquis iurauit nõ fideiubere pro aliquo, & ex post proximior eius sit in magno periculo cõstitutus, nisi pro eo fideiubeat, ꝙ nõ obstante iuramẽto teneẽ, & debet pro eo fideiubere, ꝙ dictum pro valde singulari refert & sequitur Ias. in §. itẽ si

4 quis. in 16. col. post med. inst. de actio. vbi ẽt ponit, si qs iurauerit nõ fideiubere ꝙ aliquo, an teneat iuramẽtũ, vl impediat cõtractũ fideiussionis postea factũ? vide ibi ꝙ eũ.

## CCCLX.

*1 Negligentiam damnosam esse apud scriptores legitimos receptum est, contra vero vigilantib. iura prompto eẽ subsidio.*

*2 Excommunicatus, quanquam se defendere potest agere non potest. Sed nec ad se tuendum admittetur si excommunicationem neglexerit, nec se absolui curauerit.*

*3 Non probatum in principali causa, & non deductum, in appellationis causa probari & deduci potest. Quod qualiter procedat, hic traditur.*

*4 Maritus licet dotis vsuras post biennium ab vxore in domum deducta petere possit, si tamen per decennium cessarit maritus petere, ad amplius petendum non admittetur.*

*5 Debitor, si bona aliquot in creditorum fraudem alienauerit, ac deinde in meliorem rerum suarum conditionem redierit, vt vel creditoribus ipsis satisfacere possit, nec sua repetierint creditores, imo in repetendo debito suo negligentes fuerint, facto rursus non soluendo eodem debitore, aduersus tertios bonorũ possessores nullus illis patebit recursus.*

1 SCribitur † apud legistas, ꝙ negligentia est damnosa, & econuerso, ꝙ vigilantibus iura subueniunt, vt dicit te. in l. pupillus. in fi. & in l. qui aũt. §. sciẽdũ. ff. ꝙ in frau. cre. & habetur in l. summa. §. sed si illi. ff. de pecu. & in l. debitor. ff. de separatio. Et habeẽ ꝙ gl. in procemio inst. in verbo, vigilijs. Et dixi ego de hac negligẽtia seu vigilantia aliqua. s. in fin. 284. inci. tolle moras, &c. Sed vltra ibi dicta circa hanc materiã adde no. verbũ Io. Cal. in c. ab ex-

2 cõicato. de reseri. vbi dẽ ꝙ licet excõicatus possit se defendere, non tñ possit agere, vt habeẽ in c. intelleximus. de iudi. tñ dẽ, ꝙ est verũ, ꝙ põt se defendere, si talis excõicatus curauit se absolui ab excõicatione, secus si nõ curauit absolui, sed contẽpsit excommunicationem, quia tũc non audiet, ẽt se defendendo. quod dictũ refert & sequi-

3 tur Barb. in c. sacris. extrà ꝙ me. cau. Item adde etiam ꝙ illud, ꝙ dr in l. per hanc. C. de temp. ap. videlicet, nõ probatum in causa principali põt probari in causa appella. & non deductũ põt deduci, istud habet locũ, qñ ignoranter fuit dimissum, & non probatum vel deductum, secus si scienter & per negligentiam fuit omissum, quia tunc in causa appellationis non poterit probari nec deduci. Ita sing. dixit do. Ant. in c. ad audientiã. 2. in 3. col. per gl. ibi, extrà de reseri. de quo tñ dicto vide ibi do. Fel. in 10. col. & idem in simili dẽ Bar. in auth. qui semel. in 3. col. in

4 ver. circa secundum. C. de proba. & Lud. Ro. in consi. suo 226. inci. vltra pridie allegata, &c. ante fi. † Item adde ẽt, quòd licet maritus possit petere vsuras dotis post biennium à die ductionis vxoris ad domum mariti, vt in l. fi. §. pterea. C. de iure dotium licet contrarium teneat gl. in l. de diuisione. in gl. fi. ff. fol. mat. de quo latius per Ias. post Ang. de Aret. in §. fuerat. in 4. co. in ver. quòd aũt incipiãt, &c. Insti. de act. Tñ si petitio taliũ vsurarũ nõ fuit facta per longum tpis spatium, putà decem annorũ, non poterunt vlterius peti ab ipso marito, quia per talẽ tarditatem & negligentiam præsumitur illas remisisse, ita quod prætẽrito tpe peti non poterunt. Ita multũ no. dixit Bal. in consi. 149. inci. post biennium à die ductionis, &c. in 5. col. quem refert & sequitur Ias. in d. §. fuerat in 5. col. & alleg. Bal. ad hoc casum in terminis valde singul. in l. cum quidam. in §. diuus. ff. de vsur. quæ ośa sunt no ad propositum dictæ regulæ, quòd vigilantibus iura subueniũt, & c. Et dẽ Ias. vbi supra, quòd illud dictũ esset aureis literis scribendum, quia est quotidianum, & lum-

5 mæ vtilitatis. Et ad prædictam regulam ẽt optimè facit, nam † si debitor alienauit aliqua bona in fraudem creditorũ, & postea superlucratus est de nouo alia bona, quibus potuit creditoribus integrè satisfieri, quòd si creditores fuerint negligẽtes in consequẽdo creditũ suum, si postea de nouo debitor efficiatur non soluendo, non poterunt creditores habere regressum contra bonorũ possessores, in quo facta est alienatio à debitore in fraudem creditorũ, nec cõtra eos poterunt agere. reuocatoria. Ita probat te. in l. fideiussores. in princi. ff. de fideiussor. per quem te. ita decidit Bal. in l. fi. in prin. ff. si certum peta. ꝙ dictum refert & sequitur Ias. in §. item si quis in fraudẽ. in pen. col. Insti. de actio. circa fi. vbi dẽ videndos esse docto. in aliquib. locis, de quib. ibi ꝙ eũ. Et adde ẽt hic te. no. & ibi doct. in l. fi. C. si maior fac. alie. sine decre. fac. ratam habue. de qua exclamat Lud. Ro. in sing. suo 795. inci. index Bononienſis. quem omnino vide.

## CCCLXI.

*1 Fauori suo quiuis renuntiare potest, non in damnum suum modo, sed in alterius quoque damnum id facere potest.*

*2 Statuto cauente, ꝙ masculis extantibus fœmina nõ succedat, num si masculus & fœmina extent, posset statuti beneficio masculus renuntiare, & fœminam secum admittere?*

1 EXtat iuris regula satis trita & vulgata, videlicet † qđ quilibet potest renuntiare fauori suo, vt probatur in l. si quis in conscribendo. C. de episc. & cle. & in l. si qs in conscribendo. C. de pactis. & habetur in l. non vsque adeò. ff. si quis à paren. fue. manu. & in l. nemo exterus. C. de Iudæis. & ideo videmus quod beneficio purgationis moræ potest pacto renũtiari, vt in l. sancimus. in §. si qui dem.



dem. C. de fideicom. † m Bal. in l. si pacto quo pœnam. ad fi. C. de pact. quem refert & sequitur Ias. in d. le. si quis in conscribendo. in 3. co. C. de pac. vbi plura alia adducit ad materiam huius regulę, de quibus ibi per eum, & teneas menti ꝙ nedum quis potest renuntiare fauori suo in dãnum suum, sed ẽt hoc potest facere in damnum alterius.

2 † Et ideo scias, quòd stante statuto quòd exilentibus masculis filia fœmina nõ succedat, quòd hoc casu si extat masculus & fœmina, potest masculus renuntiare huic statuto & eius beneficio, & filiã secum admittere, & hoc modo poterit præiudicare creditoribus suis. Ita singul. dicit Bal. in l. maximum vitium. in fi. col. versi. Sed pone ꝙ frater. C. de libe. præter. quod dictum pro valde not. refert, & sequitur Ias. in §. item si quis in fraudem. in pen. col. in fi. Insti. de actio. quod est not.

## CCCLXII.

*1 Statutum volens patrem pro filij delicto ad pœnã pecuniariã teneri, licet à iure exorbitet, efficax tamen ac validum est.*

*2 An autem huiusmodi statutum laudabile ac recipiendum. ibid. vide nu. 3.*

*4 Et qualiter limitandum.*

1 STatutum † volens ꝙ pater teneatur pro delicto filij ad pœnam pecuniariã, licet sit exorbitãs à iure, tñ valet, & tenet. Bal. in l. receptitia. in prin. 3. col. C. de constitu. pec. & in rubric. C. res inter alios acta. in 2. col. vbi ẽt dicit, ꝙ licet tale statutum sit tolerabile, non tñ est laudabile. & idem ẽt tenet Bal. met. in l. si quis in tantam. in 4. co. C. vn de. vi. & ibi dicit, ꝙ tale statutum est contra ius naturale, sed tñ valet. & idem etiam tenet ipse in l. si filio. 2. ff. soluto matr. & in l. 2. ff. si ex noxa. causa agatur. & in l. lex Cornelia. in prin. ff. de vulg. & pupil. & in aut. si captiui. C. de

2 episc. & cler. & ibi ẽt dicit, † ꝙ talia statuta quæ disponũt ꝙ parentes præcisè teneantur, & cogantur soluere condemnationem filiorum, quia sunt iuri communi contraria, & sic odiosa, sunt strictissimè interpretãda. Et idem ꝙ supra etiam tenuit Alber. de Rosa. in 1. parte statutorum. in q. 66. & 67. & sentit ẽt Bal. in l. 1. §. 1. in vlt. col. C.

3 de vsur. rei iudic. vbi etiam subdit, quærendo an stante statuto de quo suprà, ꝙ pater teneatur ꝙ delicto filij, nunquid pater repræsentando filium in carcerẽ euadat onus statuti? Et determinat quod non, cum possit dare filiũ ꝙ noxa, ꝙ §. fi. Inst. de nox. & idem tenet Bal. in l. sancimus. C. de pœnis. vbi dicit per illum te. quòd statutum ciuitatis Perusij, quo disponitur quod consortes teneanẽ ꝙ delicto consortis, quamuis sit iniquum & contra ius diuinum, tamen valet, quia licet nõ sit culpa, tamen subest cã vt à delicto magis abstineatur. Et hanc partem etiam tenent alij docto. in diuersis locis, quos refert & sequitur Ias. in §. actiones autẽ. in 11. col. Instit. de actio. & in hoc se fundant per glosl. in rubric. C. de decre. decurio. li. 10. quæ dicit, quod illud quod potest fieri per pactum, potest etiam fieri, per statutum, sed per pactum posset hoc fieri, ergo & per statutum, de quo latius per Iaso. vbi supra. † Sed limita tamen prædicta, videlicet quod stãte va-

4 liditate dicti statuti, tamen eius dispositio non habet locum in filio pupillo, nam si filius in pupillari ætate & intra decimum quartum annum commiserit delictum, pater eius non tenebitur vigore dicti statuti. Ita multum sing. dixit Ias. in d. §. actiones autem. in 12. colu. vbi propter hoc alle. no. in c. 2. extrà de delic. puero. & ibi Pe. de Anch. & alia etiam allegat de quibus ibi per eum. Tenemenți, quia est singu. verbum & lucrosum, quia sæpe superiores, qui tenẽt quodammodo ciuitates in prædam, faciunt talia statuta iniqua & exorbitantia solum, vt ex torqueant pecunias à subditis, & non aliqua alia de causa, vt quotidie docet experientia & c. Et vide et ã ad hãc limitationem Albe. de Rosa. in secunda parte statutorũ, q. 71. incip. Item quæritur & c. & vide infrà in singu. 481. inci. Communis opinio.

## CCCLXIII.

*1 Præcarium quandocunque ad concedentis arbitrium reuoca-*

*ri posse etiam si tempus precario adiectum sit, nisi tamẽ reuocatio sine causa fieret.*

1 CRedo te scire, ꝙ præcarium potest reuocari qũcunque ad libitum concedentis, vt in l. 1. in prin. ff. de pcar. & in l. 2. in prin. & in l. habet. in prin. eo. ti. & hoc est verum, etiam si esset adiectum tempus vsquequo haberet vti, vt in l. cum præcario. in prin. ff. de preca. Limita tñ hoc & prædicta iura, nisi talis concedens precario vellet sine causa reuocare præcarium illico cũ maximo dãno illius cui concessum est, nam hoc casu non poterit illud reuocare, quia sibi obstabit exceptio doli, cum non possit negari ꝙ precarium non sit beneficium. Nam est beneuola actio commodum tribuens capienti, vnde nõ debet dolosè versari in beneficio concesso. Ita not. dixit Abb. in c. fi. in vltima co. extrà de præcario. vbi allegat in simili Io. And. in procemio decretalium. quod dictũ pro valde not. refert & sequitur Ias. in §. sequens. in 6. col. in prin. de actio. vbi videas & c.

## CCCLXIIII.

*1 Libellum in certis causis necessario non requiri. Et quid si actor ad iudicem eat, ac notario dicat, scribas qualiter à Titio peto centum, ad quos peto eum condemnari &c. an quo casu libellus requiritur, sufficiat illi ꝙ libello porrecto?*

1 LIbellus † in aliquibus causis necessario nõ requiritur, vt colligitur ex dictis per Spec. in tit. de libel. conce. §. nunc videndum. vbi enumerat fortè 50. casus in quib. non requiritur libellus. Et habetur ẽt per gl. in auth. de exhiben. reis. in §. sancimus. in gl. magna. & per An. post gl. in §. tripli. inst. de actio. Scias tñ vnum, ꝙ in casibus in quibus requiritur libellus, si actor vadit coram iudice, & dicit notario, scribas qualiter peto à Titio centum, in q bus peto eum cõdemnari & c. quamuis notarius hoc scribat in actis, per hoc tamen non vr libellum in scripsis obtulisse, nec dr procedere ordinario modo, sed extra ordinem. Ita dixit not. Bar. in l. in sacris. 3. C. de proxi. sacro. scrini. li. 12. quod dicit esse bene signandum, quia possęt sæpe contingere de facto, quod dictum pro not. refert & sequitur Ias. in §. tripli. in 5. col. inst. de actio. vbi dicit, ꝙ hoc dictum sequitur Ludo. Ro. in l. 1. in 2. col. ff. de arbi. de quo etiam dicit videndum esse Bal. in auth. offeratur ad fi. C. de lit. contesta. & Ange. in l. 1. in prin. in 1. col. & ibi Bal. & Pau. de Cast. ff. de eden. Tene menti hoc dictũ quia no. est, & ex eo limitatur ẽt regula, illa videlicet ꝙ non refert quid ex æquipollentibus fiat, de qua in l. generaliter. C. de instit. & substit. sub condi. fac. & in l. cum seruus. ff. de verbo. obli. & in l. Titius. §. Lucius Titius. ff. de lib. & posth. cum multis si. vide tamen gl. no. in l. si quis se iniuriam. C. de accusa. quæ dixit hoc habere locũ, vbi procedi potest per simplicem querelã, quam gl. ad hoc summè no. Bal. in l. 1. in vlt. col. C. vt in posl. lega. & Lud. Ro. in consi. suo 778. incip. Dicit statutum & c.

## CCCLXV.

*1 Exceptionem altiorem indaginem requirentem non admitti sed in causa principaliori, & in vltimo iudicio reseruari debere nisi tamẽ excipiẽs probare incõtinẽti sit paratus.*

*2 Et de effectu huius reseruationis.*

1 EXceptio † requirens altiorem indaginem non admittitur, sed debet reseruari in causa principaliori, & in vltimo iudicio, vt habetur in l. 3. §. ibidem. cum gl. in verbo, obscurior. ff. ad exhiben. & in l. fi. C. de compensa. & vtrobique per doct. hoc tamen fallit nisi excipiens sit paratus incontinenti probare, secundũ Bar. in l. si is à quo. in prin. ff. vt in posl. leg. de qua oblatione offerentis se statim seu incõtinenti probare, dic, vt dixi late in c. 2. vltra mediũ extrà de crimi. fal. & in rep. mea rub. C. de probatio. in vlt. col. de quo etiam per Abb. in consi. 31. inci. In causa & quæstione & c. in fi. & per Bal. in l. 1. in 2. col. C.

2 vt in posl. leg. † Et circa hanc materiam reseruationis exceptionum teneas menti, quòd talis reseruatio exceptionum quam facit iudex per hunc modum, videlicet interloquor esse ad vlteriora procedẽdum saluis exceptionibus,

nibus, ꝙ ista verba sunt tantæ importantiæ, quod si appareat postea dictas exceptiones esse veras, & iuridicas, & quod verè obstarent, tunc processus redditur retro nullus, & quicquid postea factum est habetur pro nõ facto, ita dixit gl. in c. cum contingat & ibi docto. de officio de lega. & Bal. in l. ille à quo. §. si de testamento. ver. fin. ff. ad Tirebellia. quos refert & sequitur Ias. in §. præterea in 12. col. Inst. de actionibus. ad quæ vide quæ dixi supra in fin. 198. incip. Testis qui non debet &c. Nam ibi dicta multũ fraternisant cum dictis hic.

CC CLXVI.

1 *Receptans mercatorem foro cedentem, seu vt vulgus ait, fallitum, eum exhibere cogi non potest.*

ALiqua tibi dixi supra in singu. 43. incip. Debitor &c. de impediente creditorem, vt non possit consequi
1 creditum suum. Nunc autem dico tibi circa hanc materiã vnũ aliud non minus vtile, videlicet ꝙ licet ego receptauerim in domo mea mercatorẽ fallitũ, vel qui fregit vt vulgariter dr non tamen propter hoc possum conueniri vt eum debitorem tuum tibi exhibeam, alias teneas ad interesse. Ita sing. dixit Io. de Platea, in §. præterea. Institit. de actio. Et hoc per te. in l fi. ff. de libe. homi. exhibẽ do. quod dictum refert & sequitur Ias. in d. §. præterea. in 10. col. ante fi. vbi dixit, quod hoc dictum est diligentissimè no. quia est quotidianũ, & dixit quòd hoc dictũ fortè alibi non inuenitur. Vide q̃ dixi supra in fin. 137. in ci. In iure &c. Et ex hoc dicto etiam clarè constat, quod titulus de receptatoribus non habet locum in ciuilibus sed solum in criminalibus.

CCCLXVII.

1 *Iudex secularis quãtumlibet emineat, de iuramenti materia non cognoscit, nisi tamẽ iudex secularis de absolutionis nullitate ab ipso iuramento facta à iudice ecclesiastico cognoscere velit, ꝙ potest. Et ibi dem limitationes, alias remiss.*

2 *Iudex secularis præceptum iudicis ecclesiastici exequi non tenetur, si scit, vel suspicetur de ipsius iniustitia.*

1 NEmo prudens est qui nesciat quòd iudex secularis cuiuscunque sit præeminentiæ, non est regulariter competẽs, qñ tractatur de materia iuramẽti, cũ sit quid spũale, quod laicis non conuenit. Ita habetur in c. per venerabilem. qui filij sint legitimi. & in c. cum sit. de foro cõpeten. & in c. prædicandum. 22. q. 1. Et habetur per Ho. in c. tuam. super gl. fi. de ordin. cognit. & per Abb. in c. significante. de pig in 1. notabili. Illam tamẽ conclusionẽ & dicta iura limitat multum sing. do. Feli. quinque modis in c. 2. extra de sponsa. in 12. col. Et inter alias limitationes limitat vno modo, videlicet nisi iudex secularis vellet cognoscere de nullitate absolutionis à iuramento facta à iudice ecclesiastico, quia potest, nec tenetur stare seu præcisè sequi absolutionem factam per iudicem ecclesiasticum. Ita dicit multum solenniter consuluisse Pe. de Anch. in consi. suo 383. incip. retento ordine dubiorũ in 2. col. motus per not. per Io. And. in c. cum in iure. de
2 offic. ord. vbi traditur quod iudex secularis non tenetur exequi præceptum iudicis ecclesiastici, si scit vel suspicetur de eius iniustitia, de quo latius ibi per eum. & per do mi. Fel. in d. c. 2. in 12. col. in ver. quintò limita &c. de spõsalibus. Et idem dixit do. Bar. Cæpol. in cautela sua 102. incip. In multis contractibus &c. Et Soci. latius loquitur in hac materia in consi. suo 83. inci. Pro clariori &c. in 2. & 3. col. in 4. volum. Et in materia ista ponit no. verbum Soc. in consi. 106. incip. In signis doctor. in 2. colum. in eodem 4. vol. & in materia ista vide singulare verbum Lu. Roma. in consi. suo 219. incip. in proposita consultatione &c. post prin. & vide Soc. in 17. fallẽtia sua. in vlt. ver. in fi. vbi ponit sing. verbum circa hanc materiam. Tenementi, quia est singulare verbum in practica ad multa. Hippolytus de Marsilijs, &c.

CCCLXVIII.

1 *Creditore inuito, licet quiuis pro debitore soluere possit liberã tionis fauore, canonem tamen pro emphyteuta inuito domino directo soluere non potest quum in hoc simplex solutio non sit. Limitabis tamen nu. 2.*

1 LIcet † tertius possit soluere pro debitore creditore inuito fauore liberationis. l. solutionem. ff. de solu. & hĩ in l. soluendo. ff. de neg. gest. & in l. qui decem. §. 1. ff. de sol. & in l. postliminium. C. de captiuis. cũ simi. tñ non põt tertius soluere canonem pro emphyteuta inuito domino directo. Nã illa solutio canonis nõ est simplex solutio, sed est recognitio directi dominij, quã alius ꝙ alio facere non põt. Ita not. dixit Bal. in l. acceptam. in 25. qõ.
2 C. de vsu. † Quod dictum tñ limita sing. nisi volens soluere ptenderet aliquod interesse, putà, qa esset creditor emphyteutæ, quo casu si emphyteuta caderet à melioramẽtis, nõ haberet postea vñ sibi satisfieret, ideo ne emphyteuta cadat, poterit soluere ẽt inuito dño directo. Ita no. dixit Ang. in l. lex vectigali fundo. ff. de pigno. ꝙ est multũ no. ad q̃ vide Ias. in l. 2. C. de iure emph. in 18. & 22. co.

CCCLXIX.

1 *Fratres duo, aut alioqui in re certa cões indiuisa, vt pote domo, si vnus habitare, alter locare velit, vter præferendus. Quid ità de cõem fundum habentibus, si vnus vult fundũ colĩ ac seri, alter neutrum velit, sed partem suam vacare, num per alterum colĩ ac seri queat, & quid tum? nu. 2.*

3 *Ædificium commune ac indiuisum si qui habeant reparatione egens, alterq; ipsorum, altero negligente resarciri ac reparari curauerit, nec alter expensas rependere sarcienti satagat, qualiter prouideri ipsi possit.*

*Ille hõis species & rerũ discolor vsus. Velle suum cuiq; est, nec voto viuitur vno.* Ita scribitur apud Persium, Quæ carmina profectò indubitatã veritatẽ continent, vt experientia quotidiana ostendit. Et ex hoc dubitant
1 do. † Pone ꝙ duo fratres vel duo filij hñt domum cõem pro indiuiso, & vnus vult habitare domũ, alius vult eam locare, quis præferatur? Et dicũt ꝙ debet præferri ille qui vult habitare domũ. Ita dixit Bal. in l. Sabinus. in vltimis verbis, per illum te. ff. cõi diuidun. vbi ẽt vide per do. Flo. & dicit ẽt Sal. in l. iubemus. 2. in prin. C. de sac. san. eccle. † ꝙ si duo duo fratres vel duo socij hñt fundũ cõem pro indiuiso, & vnus vult ꝙ colatur & seminetur prout fieri debet, alter verò qui est rixosus & bestialis dicit ꝙ pars sua non seminetur, & dicit frarri vel soco ꝙ faciat coli, & seminari partem suam, attamen frater vel socius qui est prudentior facit totum fundum coli & seminari, non tenebitur alteri respondere de fructibus ẽt pro parte dominica. Ita dicit Sal. in d. l. iubemus. & dicit quod hoc sen tit gl. ibi quæ duo dicta refert & sequitur Ias. in l. 1. in pe. col. C. qui testam. face. & in repe. fua l. quominus. in 34. col. ff. de flumi. & ad materiam huius vltimi dicti facit optimè tex. in l. si vt proponis. C. de ædifi. priua. & in le. cum duobus, alias incipit, si frarres. in §. idem respondit
3 socius qui cessantis. ff. pro socio. † in quibus dr, ꝙ si sunt duo socij qui habent rem cõem, pura aliquod ædificium quod egeat reparatione, & ad reficiendum vel reparandum vnus ipsorum sociorum sit negligens, alter vero reficiat, quod si socius negligens nõ soluat partem suam expensarum cum vsuris ad eum pro sua rata portione pertinentium intra 4. menses, perdit dominium partis suæ, & illud acquiritur & applicatur socio reficienti. Et illos te. ad hoc adduxit Ang. & Are. in §. sequens. penu. col. in princ. Institit. de actioni. quos dicit esse singularissimos. Et idẽ dixit Cæpol. in tract. vrb. ferui. in ti. 59. sub rub. de refectione. in 4. col. & c. Et idem per prædicta tenet Ias. in repetit. l. quo minus. in 23. col. ff. de flumi. & in d. §. sequens. in vlt. col. & in l. creditor. in fi. ff. si cer. peta. & circa materiam hic tactam vide latè Soci. in consi. suo 58. incipien. in causa &c. per totum in 4. vol.

CC CLXX.

1 *Vsucapionem præsidium impium dici, atque iniquissimum, ꝙ & de præscriptione quoque dicitur.*

Obligatio



2 *Obligatio naturalis vbi subest orta ex consensu, vt quia per pactum nudum promisisti mihi, vel quod cum iactura mea locupletaris, nitaris q̃ vsucapione aut præscriptione dũtaxat, ad ecclesiam per viam denuntiationis euangelicæ recurrere possunt.*

3 *Debitum scienter præscribens denuntiari semper potest si quidem ius ciuile obligationem tollere non potest naturalem.*

4 *Commissarius, cui causa secundum veritatem & æquitatem commissa est, sententia pro eo, qui solo vsucapionis vel præscriptionis præsidio subnixus est, vt quæ naturali æquitati repugnent.*

1 VSucapio † dr præsidium impium. tex. est in authẽ. vt ecclesia Ro. circa medium. Item ẽt dr præsidium iniquissimum, ſm Ang. in l. qui æquitate. ff. de doli exce. & in l. 1. C. de præsc. 30. ann. & idem est dicendum de præscriptione, qui fraternisant secundũ Bal. in l. 1. in 7. col. C. de ser. fug. & not. inst. de vsuca. in prin. & rub. ff. eo, tit. & voluit Soc. in cõsi. 36. inc. In causa cõitatis. in 5. co. & præscriptio dr esse contra naturalem æquitatem secundum Bal. in l. ancillæ. in 3. col. C. de furt. & Abb. in c. fi. in 6. col. extrà de præscip. vbi ẽt adducit Bar. in extrauag. ad repri
3 men. in verbo, denuntiationẽ. vbi dicit, ꝙ vbi subest obligatio naturalis orta ex cõsensu, puta, quia promisisti mihi per pactum nudum, vel quia locupletaris cum iactura mea, possum recurrere ad ecclesiam per viã denuntiationis euangelicæ, ꝙ in præscriptione dr apertè voluisse Bal. in c. si quis per triginta in ti. & fi. de feud. fuerit contro-
3 uers. vbi † dicit, ꝙ per scribens debitum scienter põt sem per denuntiari, qui ius ciuile nõ potuit tollere obligationẽ, vt in §. sed naturalia. inst. de iure nat. gen. & ciui. Et ꝙ scriptio est restringenda, quia est odiosa, ſm Inn. in c. ex transmissa. de præscri. quem refert & sequit Bal. in Margarita sua, in verbo, præscrip. in 3. ver. Et idem dixit Inn. in c. tua. ad fi. de decimis. & Bal. in l. non dubium. in ver. adde ꝙ consuetudo &c. C. de legib. Bar. in l. fi. post prin. ff. de eo per quem factũ erit. & voluit Pau. de Cast. in con
4 sil. suo 295. inci. Visis & põderatis oĩbus & c. in 2. col. † Et teneas mẽti ex istis, ꝙ si alicui est commissa causa ſm veritatem & æquitatem, ꝙ non debebit talis commissarius ferre sententiam pro victe præsidio vsucapionis vel præscriptionis, quia naturali æquitati repugnat. Ita multum sing. dixit Ang. in l. 1. ff. de neg. gest. & in l. sequitur. in §. fiviam. ff. de vsuca. quem refert & sequitur Ias. in repe. l. si is qui, pro emptore. in 25. col. ff. de vsucap.

CCCLXXI.

1 *Testis de auditu auditus deponens licet non probet, qualemqualem tamen præsumptionem seu coniectum facit. Et cui vsui sit huiusmodi præsumptio.*

1 TEstis de auditu auditus licet nõ probet, tñ facit qualem qualem præsumptionem seu coniecturam ſm Arch. in c. hoc videtur. 22. q. 5. quem refert & sequitur Pau. de Cast. in consi. suo 127. incip. In causa quæ vertitur Parmæ. in 10. col. & Ale. in consi. suo 28. inci. in causa accusationis de crimine falsi &c. in 1. vol. & do. Franc. Curti. in consi. suo 70. inci. Circa primum in 3. col. in prin. Et scias ꝙ prodest habere pro se ittam qualemqualem præsumptionẽ, quia si probationes ab vtraque parte essent partes, ille obtineret qui haberet istam qualemqualẽ pr̃sumptionem pro se gl. est no. ibi cõiter approbata in l. si duo patroni. in prin. in gl. parua. in versi. authoritatis. ff. de iureiuran. Quæ omnia refert latius Ias. in repet. l. admonendi. in 25. col. in prin. ff. de iureiur. & de hac quali quali præsumptione vide gl. no. & ibi Bal. in l. mater. C. de calumni. & do. Catal. in tracta. syndic. in versi. 537. incip. Adde ꝙ aliquis. & vide do. Philip. Decium in consi. suo 82. inc. Viso processu &c. in 2. col. Tene menti prædicta, quia possent tibi prodesse tam in causis ciuilibus, quam criminalibus. Et ex istis poteris limitare quæ dixi suprà in fin. 276. incip. Parum & nihil &c. Et ibi etiam posui singulare dictum in materia qualisqualis præiudicij.

CCCLXXII.

1 *Iudex si quando aduersus occidentem bannitum inquirat, cui ex statuti forma impunè occidi poterat, tunc quilibet de populo coram inquirente iudice temperare ac de banno docere banniti occisi, ac petere vt iudex contra occidentem pro cedat.*

2 *Et quid si occisus bannitus duntaxat ex contumacia fuisset.*

1 CApias † vnum paucis, vt credo notum, videlicet ꝙ qũ iudex inquirit contra occidentem bannitum, qui ex forma statuti poterat impunè occidi, tũc quilibet de populo põt comparere coram iudice inquirente, & ostendere bannum illius occisi, & statutum permittens illum posse impune occidi, & petere vt ipse iudex vlterius nõ procedat contra occidentem ſm Bar. in l. vbi pactum. C. de transactio. quem sequuntur doct. & fuit originalis doctrina Richar. Malumb. in l. filius famil. §. veterani. ff. de procur. per gl. ibi. Quam doctrinam referunt & sequunt doct. in pluribus, & pluribus locis quos latissimè adduxi in l. si quis ne q. in 25. col. ff. de quæstionibus. & in repetitione mea. rub. C. de probatio. in 43. col. & in l. infans. in 5. col. ff. de ficarijs. & in practica mea causarum criminalium, in 17. char. & ibi in 29. & in 100. chart. de quo ẽt habetur per do. Nellum tractatu bannitorum, in prima parte primi tpis, in 2. q. & in secunda parte secundi tpis, in 14. q. & per Gandin. in tractatu maleficiorum, sub rubr. vtrum procurator in maleficijs interue. in 5. col. versi. Vltimo circa materiam &c. cum versi. ibi sequenti. & p do. Maria. Soc. in repetitio. c. veniens. in 63. & 64. col. cũ
2 sequen. de accusa. † Scias tñ & perpetuò tene menti, ꝙ prædicta non haberent locum quando talis bannitus interfectus, fuisset bannitus per contumaciam, & non ex veris probationibus delicti. nam statutum permittens bannitum posse impune occidi, non comprehendit bannitũ per contumaciam, nec de illo intelligitur, sed solũ de bãnitis ex veris probationibus delicti. Ita sing. dixit Alex. in l. omne delictum. in prin. ff. de re mili. vbi sing. dixit, ꝙ stante statuto quod bãnitus possit impunè occidi, quod vigore talis statuti non poterit impunè occidi bannitus per contumaciam, allegat hoc voluisse Bal. & Io. de Im; in l. si mora. ff. solu. mat. & dicas tu quòd idem dixit Bal. super statutis. in verbo, pax. in 3. versi. & in l. transigere, in 4. col. versi. nonò oppono. C. de transact. pro qua doctrinã faciunt optimè quæ dixi in sing. meo 4. incip. quãuis & c. & l. infans. in 5. col. ff. de ficar. vbi omnino videas. & faciunt dicta per Ale. in l. cum filius fami. in 2. col. ff. de verbo. oblig. & per do. Phil. Cor. in consil. suo 143. incip. Licet. in 2. col. ver. & propterea. in 2. vol. & per Bal. in l. fi. in fi. ver. quæro hic si tabellio, C. de fide instru. & vide quæ addidi in d. l. infans. in 5. col. & vide quæ dixi in repe. mea causarum crimi. in §. sequitur. nu. 20. & vide omnino do. Fel. in c. cum Bertol. in 9. col. de re iud. & sic ex dicta doctrina Bal. in d. l. si mora. & do. Ale. in d. l. oẽ delictum. & aliorum quos suprà adduxi potest limitari & restringi doctrina Bar. in d. l. pactum. C. de transa. & sequacium. quos adduxi in dictis locis. Tene menti, quia est verbum non obliuiscendum.

CCCLXXIII.

1 *Scribens literas cuidam, quibus fatetur ille se debere centum mille, aut quiduis aliud si moriatur antequam literæ, præsententur, nullius sunt momenti huiusmodi literæ, nec hæredibus præiudicabunt.*

VT nosti à doctoribus in diuersis locis examinantur plures quæstiones circa materiam literarum, quæ quotidie scribũtur à mercatoribus inuicem, vel ab alijs,
1 & hoc maximè in l. admonendi. ff. de iureiu. † Ego autẽ volo solummodo dare tibi singulare verbum circa eandem materiam literarum, & ideo tene menti, quod si scribo tibi literam in qua confiteor me esse debitorem tuum in mille, vel in alia summa, sed antequam ista litera tibi præsentetur ego moriar, hoc casu talis litera non nocebit, nec præiudicabit hæredibus mei. Ita sing. dixit

Innoc.

Inn.in c.cum dilectus.extrà de succes.ab intesta.quod dictum reputat sin.do.Ant.in c.fi.in 5.col.extrà de consel. & Barb.in d.c.cum dilectus.& in c.post cessionē de proba.in rubri.extrà de testa.in lectu.in 2.col.non in repet. & Corse.in suis notabi.sub verbo,confessio.in not.inci. Si scribo &c.De quo latius dixi in repe.mea rub.C.de ꝓbat.in 51.col.ante fi.in versi.& postquam &c.& in l.fi.in 6.colum.post medium.ver.Et tene menti.ff.de qō.Et ratio potest esse,quia Titius,si est mortuus,nō dī amplius Titius secundum Bal.in l.1.in 13.co.versi.Sed quid dicēs .C.de confes.quod etiam ipse sentit in l.conueniticulam. in vlt.col.C.de epis.& cler.Et illud dictum Inn.etiam refert & sequitur Ang.in l.1.ff.de cōfes.& do.Ant.in cap. per inquisitionem.de elect.& Ias.in repe.l.admonendi. in 62.col.de iureiu.vbi no.loquitur circa hanc materiā.

CCCLXXIIII.

*1 Banniti intercepti bannum suum qualiter recognoscere debeant,& in hoc quæ illis cautio adhibenda.*

1 BEnet & diligenter aduertant banniti capti dum recognoscūt bannum suum,vt illud simpliciter recognoscant.Sed caueant vt non fateantur contenta in dicto bāno esse vera,quia si illa confiterentur possent puniri, & bannum contra eos posset exequi,etiam si tale bānum esset nullum.Et hoc quia talis confessio spontanea facta cum recognitione banni validat sententiam banni,cum cautum sit in iure ꝙ confessio spontanea validat processum inualidum,cum talis confessio non requirat telā seu ordinem iudicij,vt dixit Inn.in c.qualiter & qñ 2. de accus. & in cap.per inquisitionem.de elect.& Bal.in l.properandum.in fi.prin.C.de iud.Et volunt alij quam plures doc.in diuersis locis quos simul reduxi in l.1.in §.diuus Anto.in 3.& 4.col.ff.de qō.ita sing.dixit Ang.in l.1. ff.de consel.ad ꝙ allegat Inn.in d.c.qualiter & quando. Tene menti,quia sæpe banniti & maxime rustici in recognitione banniti ignoranter vel inaduertenter confitentur contenta in banno esse vera.Etiā sæpe iudices sub inuolucro verborum faciunt eos taliter confiteri,nā tūc possent puniri.& bannum exequi,et data nullitate bāni, & ideo caueāt ipsi banniti.Attamē si contingeret casus, venias ad me, quia prædictis non obstantibus ꝓ culdubio defensabo eos de iure à pœna mortis ex pluribus iurib. & rōnib.quæ breuitatis causa præsentialiter nō adduco.

CCCLXXV.

*1 Stulto conditionis esse melioris,quam prudentes non debere, vnde sicut prudentem pro sui defensione occidere licet.sic & stultum occidere licebit.*

*2 Stultus furiosus,vel dormiens si quem insultet, num impune occidi queat?*

1 STultiſnon debent esse melioris conditionis, quā sint prudentes.ita dixit rex.in l.Seruius.ff.quod vi aut clā. & in c.cum qui.de præben.in 6.& l.regula.in 6.parte.ff. de iur.& fact.ign.Et ideo scias,quod sicut licitum est occidere hominem prudentem pro defensione sua,vt satis plene tradidi in l.vnius facinoris.in §.cognituum.in 10. & 11.col.ff.de qōnib.& in l.1.in prin.in 5.& 6.col.ff. de sicar.ita licitum est occidere stultum contra aliquem irruentem cum armis,nec iuuatur ex eo quia stultus,quia arma stultorū ita incidunt & offendunt hoīem sicut arma sapientum.Ita multum no.dixit Bal.in l.1.in 11.col.

2 in ver.Quid de furioso.C.vnde vi.vbi dicit ꝙ si aliquis furiosus vel dormiens insultat aliquem,vt multi faciūt in somnis,an talis poterit impune occidi?Et dicit primo videri dicendum quod non,quia talis insultus vitio caret.allegat.ff.de offi.præsi.l.diuus.& 2.q.9.c.indicas Hermanum.ergo iniustum esset eum interficere.Contrariū tamen dicit,non quia contingat hoc vitio offensionis, sed natura defensionis, sicut si quis pateretur insultum ab animali tuo,nam impunè illud animal occideretur licet aliter occidens teneret Aquilia,nam cum se defens propriam salutem principaliter intendit,impunè facit, quia principalis debet considerari,& non secūdariò,vt ff.ad Syllania.l.qui posthumum.& de fur.l.verū.Ita formaliter dicit Bal.in d.l.1.in 11.co.in dicto versi.Quid de furioso,& c.C.vnde vi.quod est menti tenendum, cum sæpe isti stulti sint periculosi,& quandoque bestialiter ꝓcutiant prudentes,vt in facto sæpius visum fuit.

CCCLXXVI.

*1 Maior pars quod facit,omnes facere videntur.Et ideo si statuto caueatur,vt nullus inquiri,vel torqueri posset,nisi cū deliberatione potestatis & antianorum,an si potestas vnū antianum sibi ad stipulantem habeat reliquis dissentientib. posset quod sibi & soli antiano videbitur statuere,quasi in his maior pars consistat*

1 QVod maior pars facit,valet quia omnes facere videntur.l.quod maior.ff.ad municip.l.duo ex trib. ff.de re iud.l.diem proferre.§.si plures.ff.de arbit.l.fi.§. 1.C.qui bonis cede.pos.c.cum inter.c.dudum.c. in Gen. c.cum in veteri.c.congregato.de elect.cum multis sim̄. Et ideo teneas menti,ꝙ si statutum dicit,ꝙ nullus inquiri nec torqueri posset nisi cum deliberatione Potestas & antianorum,& Potestas cū vno de antianis dicit aliquē esse torquendum vel contra eum inquirendum,oēs aūt antiani dicūt contrariū,ꝙ hoc casu ꝑtur dictū potestatis cum vno de antianis,quia licet Potestas solum habeat dimidiam vocem & antiani aliam dimidiam,tamē post quam Potestas habet secum vnum de antianis, apparet quòd excedit dimidiam partem,& sic quod ipse Potestas facit cum illo antiano,dī factum à maiori parte, & per consequēs valet.ita no.dixit Alber.de Rosa.in 2.parte statu.in q.188.inci.Paduæ est statutum.vbi refert Richar.dicere se hoc obtinuisse de facto,& ipse Alber. ibi allegat plura iura ad hoc.Et idem dixit Soc.in consi.suo 40.inc.Ex actis gestis &c.in prin.2.co.vbi et allegat plura iura,& allegat Cy.& Iac.Butrig.in auth.causa quæ sit cum monacho.C.de epis.& cler.& te.& ibi Bal.in l.si qs Titio.ff.de vsufru.l.& quæ habētur per Bar.in l.1.§.si plures.ff.de exercitoria.& alleg.alia plura de quibus ibi per eum.Tene menti,quia non posset esse magis quotidianum,nam domini terrarum vt videātur facere aliquam æstimationem suorum ciuium,faciunt aliqua statuta in quib.in aliqb.casibus dāt iurisdictionem suo potestati vel Capitaneo, & antianis illius ciuitatis vel alicui alteri ꝙ fic.certè si tali casu aliqs officialis vel antianus se cōcordat cum Potestate vel Capitaneo,illud quod erit dispositum per eos valebit,& tenebit tanquam factum à maiori parte,& cæteri antiani vel officiales nihil poterunt ꝓpter separationem ab eis factam per illū antianum, cui antiano immemor illius dicti,quod omne regnum in se diuisum desolabitur &c.deberetur præmium,de quo loquitur Bal.in l.ita vulneratus.ff.ad legem Aquil. & do. Fel.eum referens in c.de cætero.de homic.quos ego retuli in rubr.extrà de homic.& in l.1.in princ.in 11. col. in ver.15.limita &c.ff.de sica.Et vide omnino ad supradicta Ias.in l.si pater.in 1.col.ff.de vul.& pupi.vbi notanter loquitur,& in l.fi.in 3.& 4.col.C.de impu.& aliis sūb sti.vbi etiam no.loquitur,& vide Soc.in consi.suo 108. incip.casus &c.in 1.col.in 3.vol.& vide do.Rochum de Cur.in tracta.de iure patr.in verbo,ipse vel is à quo cautum &c.in 4.col.in ver.tertiò quæro &c.& vide Ias.in l. iurisgētium.§.hodie.in nu.9.& in pluribus numeris ibi sequentibus.ff.de pact.

CCCLXXVII.

*1 Contumacem in iudicio nisi prius resarcitis expensis audiri non debere.Et quid refectis expensis,an omnimodo audiatur.Et limitā vt hic.& nu.2.& 3.*

1 COntumax in iudicio non auditur nisi primo refectis expensis.l.sancimus.C.de iud.c.finē litib.& cap. cum delicti.de do.& contu.c.pia de exce.in 6.c.1.de do. & contu.eo.li.cum simi.& licet refectis expensis audiatur tamen ēt tunc non auditur opponendo exceptiones peremptorias.ita no.dixit Inno.in c.præterea.de dilatio. & Ange.in l.peremptorias.C.sen.rescin.non posse quod dictum



dictum pro valde not.refert & sequitur Ang.de Are.in §.

1 appellatur.in 3.col.Insti.de except.Ista tamen doctri.posset fortè limitari & restringi vt non haberet locum in minore,rustico, vel muliere,& hoc per doctrinam no.dom. Philip.de Perusio in c.Nicolao.in pen.col.extra de appell. vbi dicit, ꝙ licet citatus personaliter sit verus contumax & excludatur ab appellando,vt in l.ex consensu.in fi.ff.de appel.& in l.1.C.quando appellan.sit tamen dicit, ꝙ hoc fallit in minore muliere & rustico , quia tales personę citatæ personaliter ad sententiam andiendam,si non comparent,nec mittunt procuratorem,tamen poterunt appellare,cum non censeantur esse in dolo,ad quod allegat Bal. & Ang.in l.vbi exigitur.ff. de eden.ꝙ dictū etiā pro valde no.refert & sequitur Phil.Dec.in consi.suo 34.in 3.col. & circa supradictam materiam expensarum vide aliquid per do.Ias.in l.is apud quem.in 4.col.in versicu.tene cum Bar.&c.C.de edend.

CCCLXXVIII.

*2 Geminationē actus magnæ efficaciæ,idque adeo, vt si statuto cautum sit,vel ex leg.forma,quod pro aliquo delicto pecuniaria pœna sit imponenda si tamen accusatus conuincatur idem delictum iterasse, tūc capitali pœna,ac supplicij vltimi punitri possit. Et sub hac cautela assessorum.nu.2.*

*3 Delinquendi consuetudine pœnam augeri,vnde qui hodie furātus est rem vnam vilem,cras aliam,& sic dei inceps,ratione iterationis & consuetudinis furca suspendi poterit.*

*4 Peccatū veniale geminatum mortale sit. Et bis carceratus pro eodem delicto amplius relaxari non debet.*

*5 Frequenter fieri dicitur, quod bis sit.Et ibidem multa id genus cum limitatione subsequente.*

1 GEminatio factus est maximæ importātiæ & effectus vt dixi tibi latissimè & vltra omnes in l.1.in §.quæstioni.in 2.& 3.col.ff.de quæstio. sed vltra omnia quæ ibi dixi, teneas menti singulare & mirabile verbū, in hac materia geminationis,videlicet quod licet ex forma legis vel statuti pro aliquo crimine esset imponenda pœna pecuniaria tamen si accusatus de tali delicto conuincitur , quod illud etiam alias commisit & frequentauit,tunc talis reus debet puniri capitaliter pœna vltimi supplicij.ita dixit Bar. Bald. Ange.Odof.& Io.de Platea in l.1.per illum te.C.de super exactionib.lib.10.& Bar. & Bal.in l.licitatio.§.quod illicitè.circa prin.ff.de publica.& do.Ale.in suis apostil.in d.l.1. C.de superexactio.pro quo docto.aliqua adducunt, & ma

2 ximè Ang.& Io.de Platea,nam dicit ibi Ang.ꝙ quādo assessores volunt facere aliquem reum mori,ponūt in inquisitione,quam formant contra eū,ꝙ illud seu illa crimina, de quibus inquiritur,pluribus vicibus commisit,& postea eum conuincunt de tali perseuerantia,quo facto dicit, ꝙ securè poterunt eum ad mortem condēnare, non obstante quod illa crimina de sui natura non sint capitalia, quod dicit esse bene menti tenendum , pro quo dicit esse tex.in l.omnes.C.de delatorib.lib.10.vbi quis propter consuetudinem peccandi punitur pœna mortis, & dicit Io.de Plat.

3 in d.l.1.de superexactio.quod propter consuetudinem de linquendi augetur pœna , ad quod allegat etiam l.facultas. C.de iure fisci.& l.3.in fi.C.de epis.aud.& d.l.omnes.C.de delato.& dicit do.Ale.in d.l.1.de superexactio.in suis apostil.quod ex hoc etiam dicimus,quod ille qui hodie furatus est vnam rem vilem & cras aliam,& sic successiuè, ꝙ ratione reiterationis & consuetudinis poterit furca suspendi.ad quod etiā alleg. Bal.in l.apud antiquos. in fi.C.de fur. & doct.in auth.sed nouo iure.C.de ser.fugi.adducit etiam ipse do.Ale.ad hoc quod dicitur, videlicet quod cōsuetus litigare repellitur à testimonio.alleg.c.quia suspectos.3.q. 4.&c.nullus. ibi frequenter litigantes &c. eadem causa & quæstione.allegat etiam alia plura ad hoc,de quibus ibi ꝓ eum,& ad prædicta de illo qui est consuetus furari, quod puniatur pœna mortis,vide Ang.de Are.in tract.malefi.in verbo,& vestem cęlestem abstulit.in 2.char.in ver.quæro si alias &c.& ibi in additio.& vide Bar.in l.si cui.§.fi.in fi. ff.de accus.quem refert & sequitur Io.de Platea in d.l.omnes.C.de delato.lib.10.& ad dictum doct.in d.l.1.C.de superexact.facit optime tex.& gl.in §.nomine autem crimi

4 nis.25.dist.Vbi dicitur, quod peccatum veniale geminatum efficitur mortale,& faciunt dicta per Bar.& Bald.in l. 3.C.de episc.audiē.vbi dicunt quod bis carceratus pro eodem delicto,amplius nō debet relaxari, etiam si ex aliqua constitutione carceratus debet relaxari.& subdit ibi Bal.ꝙ non valet indultum principis super condēnatione secūda, nisi fiat mentio de prima,quia videtur obreptitiū,eo quia princeps non esset facturus.quod dicit esse menti tenēdū, & facit etiam,nam licet hæreticus paratus corrigi non tradatur curiæ seculari.ca.penulti.§.si quis.extra de hæret.tamen si geminata vice cecidit, non auditur de correctione. c.super eo.& c.accusatus.de hæreti.in 6.Et facit in materia geminationis in d.l.1.§.quæstioni.ff.de quæstionib.& faciunt dicta per do.Rochum Curt.in repe.c.fi.in 2.col.de consue.& facit etiam , nam contra frequētātē viā sumitur indicium maleficij commissi in illa via ſm doct.quos refert & sequitur do.Par.de Puteo in trac.syndi.in 96.char. in 2.col.versi.si aliquis est inuētus &c.& facit gl.in l.cōsentaneum.C.quō & quando iudex.quæ dicit,quod humanū est peccare.sed diabolicū ꝑseuerare &c.& vide circa prædictā materiā Ale.in l.1.in apostil.C.de pascuis publi.libr. 11.vbi dicit, ꝙ ꝑseuerātia vel cōsuetudo refertur ad duas vices.& vide do.Lauren.Calca.in cōsil. suo 1.in 19.col.& vide Ang.in auth.de trien. & semis.in §.& quod sæpe.vbi dicit quod dictio pluries,verificatur in duobus.& idē dixit Bal.in l.fideicommissa.§. si quis decem.ff.de leg.3.& vide Ang.de Are.in trac.malefi.in ver.pluribus & pluribus. & ibi in addit.& vide tex.in authen.de defenso.ciuita.§.fi.

5 vbi dicit gl.quod illud fieri dī frequēter,quod bis fit.Prædicta tamen oīa limita & restringe nisi geminatio esset circa minima,quia tunc supradicta non haberent locum, nec hō posset morti tradi propter talia minima, quia talia minima non sunt in cōsideratione,vt in l.scio.ff.de in integr. restitu.l.omnis.ff.de impen.& in c.licet causam.in verbo, nulla aut modica.de proba.& instit.ad leg.Falcid.in princ. in verbo,pro nullo aut modico.de materia dixi latius in l. furem in fi.2.col.ff.de sica.& in sing.meo 276.incip.parū. Et ad hoc bene aduertas ne erres,& loco iustitię faceres iniustitiā & iniquitatē,vt in hac nostra ciuitate fecit superioribus diebus quidam iudex bestialis , quod si comedisset fœnū fuisset vna bestia & vnus asinus, voluit ostendere esse doctum & fecit suspendere quendam minorē,quia pro nihilo,& toleratum fuit à superioribus quod grauius est, sed verè dignior fuisset ipse laqueo,cū sine aliqua doctrina auderet similia facere,sed talia eueniunt quādo iudices non stant ad syndicatum, vt ipse non stabat , quia tunc quod placet licet , & cæca eorum voluntas subrogatur loco legis, sed ista trāseant cū alijs enormitatibus hodiernis. Teneas menti prædicta,nam pauci sunt dies quibus illa vidi in facto &c.

CCCLXXIX.

*1 Testes idonei aduersus clericos non sunt membris mutilati, nec corpore vitiati,in causa criminali.*

CLericorū priuilegia in iure sparsa sunt plura & plura q̄ enumerare & insimul adducere laboriosum esset. vnum posui ego supra in sing.209.incip.statuta laicorum aliud posui in singu.55.quod incip.aduertas ad vnum &c. aliud in sing.107.inci.priuilegiū.aliud in sing.204.inci.per. cutiens clericum: & plura alia posui in repetitio.mea rub. ff.de fideiuss.sed vltra omnia alia quæ dixi , accipe nouiter

1 vnum aliud non minus dignū,videlicet,ꝙ mutilati membris,vel corpore vitiati non possunt testificari contra clericos in causa criminali.ita nota.dixit Abba.antiquus in capitul.1.de exceptio. quē refert & sequitur Bal.in Margarita sua,in verbo,mutilati.& idem etiam dixit gl.in ca. 1.4.quæstio.3.in fin.vltimæ glo.quæ dicit idem esse in bigamo,quod est not.& perpetuo menti tenendum,ad quę etiam vide gl.in capitu.ipsius apostoli.2.quæstio.7. Tene menti,quia in contingentia tacti ficeret tibi magnum

honorem & vtilitatem.

CCCLXXX.

*1 Furiosus actum validum facere nequit, sicuti nec contra eum dum, ideo per sententiam condemnari non potest. Et ibidē de furioso.*

*2 Furiosus, quanquam testamenti factionem actiuam non habeat, si tamē rite ac rectè testetur, ac prout quilibet prudēs faceret & diligens paterfamilias, valet & tenet eius testamentum. nu. 3.*

1 FVriosus non potest facere actum validum, nec similiter contra eum potest fieri actus validus, ideo non potest condemnari per sententiam, secundum Spe. in titu. de sen. in §. iusta. in versi. Item est nulla ratione litigatoris &c. & voluit Bal in authen. & omnino in 5. col. C. ne vxor pro
a marito. Item si cōmittat homicidiū, non punitur a, vt dixi satis latè in l. 1. in prin. in 7. col. ff. de sicarijs. Item non valet eius confessio, secundum Spec. in tit. de confes. §. sequitur. versi. 13. Item non potest intrare religionem, vt habetur in c. sicut. de reg. & est gl. in t. ex eo. de electio. in 6. Item furiosus non obligatur iuramento secundum Bar. in l. qui habet. in §. si pupillus. ff. de tutel. & Bald. in l. 2. in 10. q. C. de rescind. vend. Item æquiparatur prodigo. l. 1. & ibi Nic. de Neapol. ff. de cura. furio. Bar. in l. is cui. ff. de testa. Itē æquiparatur ignoranti. l. filius familias. 1. & ibi Bar. in fi. ff. de testamē. Itē æquiparatur absenti. l. sed si vnius. §. filiofamil. ff. de iniuriis. l. 2. §. fi. ff. fol. matri. l. 2. §. furiosus. & ibi Bart. ff. de iure codic. Item æquiparatur mortuo secundum Bal. in l. humanitatis. in 4. col. C. de impu. & alijs substi. de quibus omnibus dixi in dicta l. 1. in prin. in 7. col. ff. de sicarijs.

2 †quibus tunc addo quod furiosus non habet testamenti factionem actiuam, vt in l. is cui. & in l. qui testamento. in §. nec furiosus. ff. de testa. & habetur per scribentes in l. furiosum. C. qui testamē. facere possunt. imò nec ad pias causas potest testari secundum Bar. in l. 1. in repetitio. in 1. quæstio. C. de sacrosan. eccle. quē refert & sequitur do. Philipp.

3 Decius in l. in negotijs. ff. de reg. iur. † Teneas tamē menti, quod licet ipse furiosus non possit testari, attamen si ritè & rectè testetur, prout faceret quilibet prudens & diligens paterfamilias, valet & tenet eius testamentū. Ita multū no. dixit Io. And. in c. cum dilectus. extra de succes. ab intesta. vbi refert quod alias per Senatores Romanos fuit approbatum testamentum cuiusdā furiosi, quia bene disposuerat, & refert Valerium hoc recitare, quod dictum refert & sequitur Bald. in c. 1. in 2. colum. in tit. per quos fiat inuestit. in vsi. feu. & Ale. in consi. 141. incipiē. maturè, &c. in 2. col. in 1. vol. & in consil. suo 75. incipiē. viso themate, &c. in 2. col. in 2. vol. & Soci. in consi. suo 98. incip. alias consului. in 5. col. in 3. vol. & Barb. in rub. extra de accus. in 2. col. & in consi. suo 43. incipien. illud. in 16. col. in 3. vol. & in ca. ex literis. in penu. char. de consuetu. & in c. sciscitatus. in 5. chart. extra de rescrip. in quibus locis refert & approbat illud dictū, licet ipse Barb. ex verbis suis videatur in contrarium in ca. super quæstionum. in §. intentioni. in 4. col. de offi. delega. & contrarium ipse expressè tenet in ca. 2. in 9. col. de testa. & in l. 1. in prin. in 7. col ff. de verb. oblig. vbi se remittit ad ea quæ dixi in d. ca. 2. sed Barto. videtur tenere cum dicto Io. And. in tract. suo teste. in c. incip. opposita prudentiæ. &c. & Ias. in l. furiosum. in 2. col. C. qui testamē. facere possunt. & do. Io. Neuizanus in sua tylua nuptiali, in 14. char. in 4. column. de quo etiam per dominum Philippū Deciū in dicta l. in negotijs. quæ opinio tanquam communior & rōnabilior mihi magis placet, & ita superioribus diebus adduxi contra aliquos volentes annullare quoddam testamentum, probando q̄ testator non erat in recto nec in sano intellectu dum illud fecit, nam ego dixi, quod etiam si nō fuisset tūc sanę mētis, tñ valebat, cum ipse testator testatus fuerit rite & rectè prout fecisset quilibet prudentissimus & diligētissimus homo, & adduxi doctrinas superius adductas. Ideo teneas menti prædicta.

ADDITIO.

a Non punitur. Amplia etiam de delicto commisso ante furorem, vt no. Bal. & Aluarot. in c. 1. an ille qui interfec. frater. do. sui. in vlti. feudor.

CCCLXXXI.

*1 Reus criminis vbi de pœna corporali agitur, detineri debet, nec fideiussoribus est relaxandus, si tamen ante sententiā relaxandus apparet, relaxari potest.*

1 LIcet reus criminis, vbi tractatur de pœna corporali debeat stare de ētus, nec sit relaxandus fideiussoribus vt habetur in l. fi. C. de accusatio. & in l. 1. C. de exhi. & in l. si quis alicui. C. ad leg. Iul. maiesta. & in c. quisquis. 2. q. 8. attamen potest relaxari ante sententiam, quando apparet ipsum reum fore absoluendum. quod apparet publicato processu. Ita dixit Bald. in l. sed si is. ff. de in ius vocan. & ibi dicit, quod de hoc est te. expressus melior de iure in l. nullus. C. de exhib. reis. in ver. donec repererit, &c. idem etiam dixit ipse Bal. in l. siquis post accusationem. ff. de testament. & idem voluit Ale. in consi. 179. incip. in causa Anglorum. in pe. col. in prin. & Ias. in l. 6 pecuniam. in §. sed si accepit. ff. de condic. cau. da. cau. non secu. & Ludo. Roma. in sing. 398. incipi. accusatus. pro quo est tex. in l. qui pœnæ. §. 1. ff. de manumissio. & faciunt dicta per Io. de Platea in l. monetæ ante fi. C. de dilatoribus. lib. 10. Tene mēti prædicta, quoniā illa pluries practicaui & obtinui, licet iudices se reddērent difficiles ad excarcerandum reum ante sententiam tamen finaliter visis prædictis doctrinis annuerunt petitis per me, de quo etiam dixi in repetitio. mea rub. ff. de fideiuss. in 31. q. & faciunt dicta per Bald. in l. si pro ea. in 6. q. C. mandati. quem vide.

CCCLXXXII.

*1 Socius criminis an consocium possit accusare, adeo vt dictū ipsius indicium cōtra socium ad quæstionē faciat. Et quid si idem in furca moriturus dictum reuocet, mendacijque veniam comprecetur?*

1 ALiqui † sunt casus in quibus reus potest interrogari de consocijs, & tunc dictum socij criminis facit indicium ad torturam contra socium, vt dixi late in l. 1. §. diuus Antonius. ff. de. quæstionib. & supra in singu. 209. incipien. socius criminis &c. Sed quæro, socius criminis in iudicio coram iudice solenniter ponte vel de tortura seruatis seruandis dixit, quod Titius fuit eius socius ad committendū tale delictū. ex quo dicto potest torqueri ipse Titius, quando sumus in casu, in quo socius criminis potest interrogari de socijs, vt dixi in dictis locis superius allegatis, hoc ita tē cōdēnatus est reus, ad mortem, & dum est super furca antequam minister iustitiæ eum proijciat, & occidat, illo instāti dicit coram populo, rogo vos oēs vt rogetis Deum pro me, & dicatis, Pater noster, & Aue Maria, pro aīa mea, postea dicit, ego in processu meo huius delicti, p quo morior, inculpaui indebitē, & iniustè Titium, & dixi, quod ipse fuit socius meus ad committendum hoc delictum, sci tote omnes, quod ego falsum dixi, & mentitus sum, quia dictus Titius nihil vnquam sciuit de tali delicto quod feci, & ideo dictū Titium ex culpo, & ab eo peto veniam de mēdacio quod dixi cōtra eum, hoc dicto statim minister iustitiæ eum proijcit de furca & occidit, an per istam excusationem sit sublatum indiciū existēs contra ipsum Titiū propter primum dictū illius rei factum in iudicio solenni ter. coram iudice in quo Bald. in cōsi. suo 79. incipien. regula iuris est &c. in fi. in 3. vol. videtur tenere quod nō sit sublatum dictum iudicium proueniens ex prima confessione rei, & allegat rationem dicēs, quod reuocatio confessionis factæ in iudicio, si fiat in carcere nihil operatur, quia talis reuocatio fit extra iudicium, non aut in iudicio, & sic pariter videtur dicendum in reuocatione & confessione facta super furca, ego autem hoc dictum Baldi hic nō approbo nec improbo, sed me remitto ad ea quæ circa hāc quæstionem, & circa hoc dictū Baldi dixi latissimè vltra omnes in practica mea cautarum criminalium. in 69, charta, cum sex chartis ibi tequētib. vbi omnino videas. quia hāc quæstionem à nemine tactā nec discussam plenè examinaui.

Clericus



CCCLXXXIII.

*1 Clericus sine habitu & tonsura incedens clericale priuilegiū non perdit, licet actibus enormibus se immisceat.*

*2 Priuilegium tamen can. Si quis suadente diab. amittit.*

1 CLericus tincedens sine habitu & tonsura an & quando perdat priuilegium suum. habetur latè per scribentes in c. perpendimus. & in c. in audientia. & in c. cum non ab homine. & in c. contingit. 2. extra de sen. excom. & satis latè per Io. And. in consilio suo, inci. Quia sæpissimè &c. infertum inter consilia do. Alexā. nu. 406. secundum ordinem meum, & per Raph. Fulg. in consi. suo 124. incip. præsuppositis. &c. in 1. col. & per do. Ale. in consi. 8. incip. videretur circa primū. in 1. vol. & habetur etiam per do. Lauren. Cal
2 ca. in cōsi. suo 70. incip. Pro dicto Nicolao, &c. Sciastt amē q̄ licet clericus incedat sine habitu & tōsura, & immisceat se enormitatibus, nō tñ p ista perdit priuilegiū fori, licet p dat priuilegiū c. si quis suadēte diabolo. 17. q. 4. ita dixit Io. And. in d. c. perpendimus. quem refert & sequitur Soc. in consi. suo 12. incip. quoniam in præsentiarum. in 7. colū. & idem dixit Card. in d. c. perpendimus. quem refert & sequitur Alexan. in d. consi. suo 8. in 4. col. in versi. fortificantur &c. pro quibus faciunt dicta per Spec. in tit. de sent. excō. in §. 1. in versi. sed quæritur verum &c. quem videas.

CCCLXXXIIII.

*1 Malitijs hominum obuiandum esse etiam indirecta via.*

*2 Statuto cauente, quod omnes causæ intra tres menses decidā tur sub pœna, si nihilominus aduersarius prætextu testiū procul absentium ad illos producendos dilationem petat, vel vltra tres menses, an non obstante dicto statuto audiri debeat? Et quanam ratione iudex dilationem concedere debeat. & nu. 3.*

1 DIxi tibi supra in singular. 177. incipi. malitijs &c. quod † malitijs hominum est obuiandum nedum recta, sed etiā indirecta via, nunc autem dico tibi circa eandem ma-
2 teriam aliud notabile verbum, videlicet, † pone, statuto cauetur, q̄ oēs causæ intra tres menses decidantur sub pœna. aduersarius causa testium producendorum, quos dicit habere in longinquis partibus, petit dilationē, quæ vltra tres menses extenditur hoc casu non obstāte dicto statuto debet audiri, & sic post tres menses de causa cognoscetur. Ita dixit Dyn. & Cyn. quos ibi refert Bald. in l. si cum ipse, ff. de excusa. tut. quod dicit Bal. esse nota. dignū. & idē dixit Paul. de Cast. in l. interdum. in prin. ff. de interdi. per illū te. de quo etiam per d. Catal. in tract. suo syndicatus. in versi. 66. incip. adde quod si statutum &c. Et per Ias. in l. properandum. in 1. col. C. de iudi. vide tamen notab. verbū Alex. in l. 1. in prin. in vlt. col. ver. Itē in quantū. ff. si quis ius dicē
3 ti non obtēpe. vbi dixit, † q̄ si iudex suspicatur q̄ pars petat talem dilationē ad probādū per calumniā, potest ei dare talem dilationem omni commination e, q̄ si non probabit, mulctabit eū, & ipso postea nō probante poterit eum mulctare. allegat hoc voluisse Pet. de Ancha. in c. constitutus. de fideiuss. per l. si quis dicat. ff. de manumiss. & per l. ius alimentorū. §. penul. & ibi Bar. ff. de alimen. pupil. præstād. quod in practica dicit esse not. dignū secundum Imol. in d. c. constitutus. de fideiuss. pro quo faciunt dicta per eundē Alex. in d. l. 1. in §. fi. in vlti. col. versi. ex hoc nota quod iudex. ff. si quis ius dicen. non obtemper. Tene menti, quia istud dictum potest etiam inseruire quando vnus compromittentium, qui promisit sub pœna cum iuramento parere laudo, postea vult reclamare à laudo, vt impediat seu differat executionem, dicēdo se enormiter læsum, nam poterit audiri etiam si hoc calumniosè petat, sed superior debebit sibi dare iudicē super tali asserta enormi lesione cū dicta commination e, quod si non probauit dictam allegatam enormem læsionem, quod mulctabitur in tantam, & hoc modo multi litigantes calumniosi abstinebunt se ab eorum calumnijs.

CCCLXXXV.

*1 Omne nimium vertitur in vitiū. Ideo si testis defectu aliquo laboret, non tamen ex toto repellitur, si tamen multis, à testimonio prorsus repellitur.*

1 DIcit† quoddam vulgare prouerbium, q̄ omne nimiū vertitur in vitium. quod probatur in ca. denique. 4. distinctio. & voluit glo. in capi. serpens. de pœni. distinctio. 1. & tex. in cap. nisi cum pridem. circa mediū. de renuntia. & ideo teneas mēti, quod si testis laborat aliquo defectu, ex toto non repellitur, tamen si plura contra contra eum laborant, in totum repellitur. Ita not. dixit Soci. in consilio suo 118. incipi. visa &c. in antepenult. colu. in versi. postremo &c. in primo volum. & idem Barb. in consilio suo 75. incipien. sapienter &c. in 4. columna. in 4. volu. pro quo facit regula illa vulgata, videlicet, quæ non prosunt singula, multa iuuant. de qua habetur. in l. cum scimus. C. de agricolis & censitis. lib. 11. & per gl. in l. secunda. in §. æras. ff. de excusat. tut. & per Ioannem Andræam post Spec. in ti. de instrument. edi. §. nunc dicendum. in penultima colu. & per Baldum in additio. Spe. in tit. de appell. in penul. char. in 2. col. in versi. incip. nota quod diuersè &c.

CCCXXXVI.

*1 Inualida licet in iure vix considerentur, si tamen princeps aut superior de facto illa seruari velit, perinde habentur, ac si de iure valerent.*

*2 Iure, quando quid non valet nec tenet, si tamen hoc opponi nō potest, perinde est ac si valeret. Hinc fit vt si in minoribus clericus constitutus matrimonium etiam nulliter contraxerit, vtpote cum consanguinea, nihilo secus beneficijs quæ habet, priuatur, perinde ac si legitimè cōtraxisset. & nu. 4. vbi etiam bigamia per matrimonium illicitum, sicut per legitimum contrahi dicitur.*

*3 Lex pœnalis in pœnam eius, quod est legitimè actū disponens, disponere quoque censetur in eius pœnā quod nulliter actū est, dummodo tamen concurrat ratio identitatis.*

1 INualida † licet regulariter nō sint in consideratione, vt dixi supra in sing. 174. incipien. licet, attamen hoc fallit in tribus casibus. Primo. n. fallit quando de iure aliquid non valet, tamen princeps siue superior facit illud de facto seruari, tunc perinde est quo ad subditos ac si de iure valeret. Ita dixit Albe. de Rosa. in l. cunctos populos. in vltima columna. C. de summa trini. vbi hoc tradit pro regula. & ibi per hoc determinat no. quæstionem quod dictum pro no. refert & sequitur Ale. in consilio suo 107. incipi. Pro inuestigatione &c. in 7. colum. in 2. volu. & eos refert & sequitur Ias. in l. vbi pactum. in vlt. col. C. de transactio. vbi post do. Alex. in dicto consilio dicit, quod idem tenent Cardi. & Io. de Imo. in c. peruenit. de fideiuss. & subdit etiam Ias. quod ad idem est gl. in l. qui habebat. §. primo. ff. de manumiss. testamen. quæ colligit vnum quod est mirabile secun
2 dum eum, videlicet † quod quando aliquid non tenet de iure, & tamen non potest hoc opponi, est perinde ac si valeret. quod dicit Ias. vbi supra esse signandum, quia hoc seruit ad multa, de quo latius ibi, per eum. Fallit etiā dicta regula in alio casu posito per Ioannem Andræam in cap. Ioannes. de clericis cōiugatis. vbi dicit, quod si clericus in minoribus contrahit matrimonium nulliter, puta, quia contraxit cum consanguinea, priuatur tamen beneficijs, perinde ac si legitimè contraxisset, ea ratione, quia saltem contraxit quantum in eo fuit, quod dictum refert & sequitur Ludo. Rom. in consilio suo 483. incipien. saluatoris sustragio postulato &c. alias incipit, dubitatur primo vtrū &c.
3 in 2. col. versi. 3. quia videmus &c. vbi dixit, quod † lex etiā pœnalis disponens in pœnam eius quod est legitimè actū, disponere etiam cēsetur in pœnam eius, quod est nulliter actum, dum tamen concurrat ratio identitatis. Ad q̄ etiā allegat Ioan. Andræ. in capi. 1. eodem titu. de cleric. comu
4 gatis. & gl. ibidem † dicentes, constitutum in sacris matrimonium contrahentem, & sic nulliter, beneficijs priuari sicut legitimè contrahentem, ea ratione, scilicet, ne melioris conditionis sit qui contraxit illicitè, quam qui con-

traxit licitè allegat in argumen.c.nuper.extra de biga.vbi apertum est bigamiam induci per matrimonium cõtractum, licet nulliter omni eo casu quo induceretur per matrimonium legitimè contractum. Ita literam dicit Ludo. Ro.in dicto suo consilio. Fallit etiam tertio dicta regula in casu quem posui in dicto singul.274.incip.licet.vbi videas.

## CCCLXXXVII.

1 *Taciti ac expressi idem iudicium esse. Vnde sicut confessione expressa per partem facta, processus nullus validus redda tur, sic etiam tacita per contumaciam inducta statuto cauente, quod pro confesso contumax habeatur.*

1 TAciti & expressi idem est iudicium.l.cum quid.& ibi glo.& doct.ff.si certum peta.l.quanquã.ff.de ritu nup. l.si cui.ff.de seruit. Instit.quibus modis re cõtrahitur obligatio.in prin.& habetur in l.quicquid adstringendæ.ff.de verbo.oblig.& ideo tene perpetuo menti singulare verbũ videlicet quod sicut confessio expressa, facta per partem validat processum nullũ, vt dixi latè in l.1.in §.diuus Antonius.in 3.& 4.col.ff.de quæstionibus.quia confessio nõ requirit telã seu ordinem iudicij,& ibi dixi, & suprà in singulari 201.incip.in confessum &c.& in singulari 374.inci pient.bene & diligenter &c.& in practica mea causarũ criminalium,in 23.charta,post medium.ita etiam confessio tacita,inducta per contumaciam à statuto volente q̃ contumax habeatur pro confesso, nam talis confessio etiã validat processum nullum.Ita singulariter dixit Bar.in cons. suo 100.inci.à do.Cy.de Bononia &c.quẽ refert do. Nellus in tractatu suo bannitorum, in prima parte secundi tẽporis,in q.49.incip.quæritur an talis &c.in fi.quod est no.

## CCCLXXXVIII.

1 *Defensionẽ maximè in causis criminalibus alicui adimi non posse. Quamobrem & iudex reo defensionis terminum reõ etiam non petenti dare debet.*

2 *Defensio siue ipsius terminus aliquo statuto, aut constitutione tolli non potest, sed nec vlla arbitrij concessione adimi videtur.*

3 *Defensioni reorum lex & iura adeo fauẽt, vt quanquã Princeps de Potestatis plenitudine in causa ciuili ac pecuniaria, tollere possit, in criminali tamen id non potest.*

4 *Assessorum iniquorum sanguinisque humani sitibundorum notata in tollendis pendente termino defensionibus improbitas.*

1 DEfensio tnõ põt tolli alicui, maximè in causis criminalibus, vt latissimè dixi in l.vnius facinoris.in §.cognituru.in 9.& in 10.colum.ff.de quæstionibus. & vt ibi dixi, terminus defensionis debet per iudicem dari reo. etiã ipso reo petente, secundum Bartolũ in cons.suo 100.inci. à do.Cyn.de Bononia, in vlti.col.vbi ad hoc allegat tex.in l.1.§.fin.ff.de quæstio.& te.in l.si nõ defendantur.ff.de pe. & idem tenet Barto.in l.4.in §.hoc autem iudicium.ff.de dã.infec.& Paul.de Cast.in consilio suo 333.incipien.Super primo.in 2.col.& in consi. 207.incipien.Super dubio,&c. in 3.col.& Cæpol.in consi.suo 41.inci.Licet inuitus, &c. in 4.colum.circa princip.& in consilio suo 46 incpi. Titus.in vlti.colum.quinimo tipsa defensio seu terminus ipsius non potest per aliquod statutum nec per aliquam constitutionẽ tolli, nec per aliquam cõcessionem arbitrij sublata esse videtur secundum Ang.in consilio suo 177. incip. In facto proponitur, &c.vbi ad hoc alleg.l.primam & ibi Bart.ff.de testam.mili.de quo dixi in dicto §.cogniturum.

3 in 10.colum.†Et teneas menti, quod lex & iura adeo fauẽt defensioni reorum, quod licet princeps de plenitudine potestatis possit tollere defensionem in causa ciuili & pecuniaria, tamen hoc non potest facere in causa criminali. ita singul.dixit Bal.in l.3.in §.si is pro quo.ff.quod quisque iuris.quod dictum refert & approbat dom.Feli.in c.dilecti. in 6.colu.de except.& in cap.cum olim.in vltima colu.de re iudic.& Soc.in consi.suo 120.incipiẽ.Memini me alias consuluisse,&c.in 9.col.in versi.tertius casus,&c.& idẽ voluit dom.Francis.de Aret.in consilio suo 65.incipi.sicut Ioannes.in 13.colum.in versi.ad obiecta,&c.& Soci.in cõsilio 164.inci.Visa bulla.in 7.column.in versic. tertius casus quando princeps.& in consilio 166.incipien. In causa quæ vertitur.in 20.colum.in versi.tertius casus,&c. vbi dicit, quod omnes doct.tenent hanc doctrinam Bald. & idẽ etiam videtur dicere Bart.in l.filius familias. in 2.column. in versicu.sed an tunc.ff.de don.& dom.Paris de Puteo in tract.syndicatus,in 30.chart.in 3.vol.in c.incipien.an potestas qui misit,&c. De quo etiam dixi in dicto §.cognituru.in 21.col.& in practica mea causarum criminaliũ, in 55.& in 140.char.vbi videas.& in repetitio.mea l.primę. C.de raptu virg.in 43.char.Tene menti prędicta†propter aliquos iniquos assessores,qui sitibundi sanguinis humani pendente termino defensionis faciunt sibi fieri mandatũ a superiore,quod aliquibus non obstantibus procedant ad condemnationem,& executionem contra talem reũ, q̃m non possunt etiam tunc procedere contra ipsum reum durante termino defensionis,alias ipsi assessores acriter sunt puniẽdi pro tali sententia & executione irreparabili. quod est singulariter notandum per prædicta.

## CCCLXXXIX.

1 *Correlatiuorũ proprium est, vt in vno ex ipsis dispositum, in alio quoque dispositum intelligatur. Et ideo statuto cauẽte, quod à sententia super instrumenti guarentigiati executio ne contra debitorem lata, appellari nequeat, tale quoque statutum contra actorem petentem huiusmodi instrumenti executionem extendatur.*

2 *Limitatio regulæ, lex qua non dicit, nec nos dicamus, vt non procedat in correlatiuis.*

1 TV scis† q̃ natura correlatiuorum est, vt dispositum in vno ex ipsis correlatiuis censeatur dispositum in alio, vt ego latissimè dixi in l.si quis viduam.in 5.colum.ff. de quæst.& in l.circuncidere. in §.seruo.in 2.col.ff.de ficar.& vltra ea quæ dixi in dictis locis scias, q̃ si statutum disponit quod à sententia lata super executione instrumẽti guarentigiati contra debitorem non possit appellari, tale statutum extenditur vt versa vice, si pronuntietur contra actorem petentem executionem instrumenti prædicti, & sic in fauorem rei, puta instrumentũ nõ esse exequẽdum, nõ poterit similiter ipse actor appellare à tali sententia, vt seruetur æqualitas inter litigantes.ita not.dixit Ant.de But. in quodam cons.suo.quod consilium refert & sequitur do. Bal.Nquellus in tract.suo de dotibus.in 10.char.in 3.colũ. versi.sed vidi dubitatum de facto &c.vbi latius loquitur.ad quod faciunt optimè quæ ego dixi supra in sing.168.inci. Aequalitas &c. Pro quibus faciunt optimè dicta per Ias. in l.sciendũ.in §.si fundum.circa fi.versi. vlti.notab.& c.ff. qui satisd.cogan.& per do.Philip.Dec.in l.non debet actori.ff.de regu.iu.vbi omnino vide.†Et ex istis vnà cum ma

2 teria correlatiuorum limitatur regula illa quæ dicit, q̃ illud q̃ nõ dixit lex,nec nos dicamus, de qua habetur in l.si seruum quis.in versic.non dixit prætor.ff.de acquiren.hæredi.& in c.inter corporalia,i versi.vnde si circa &c.de trãsla.prælat.& in l.liberto.in §.largius.in versi.quæritum est ff.de annuis legatis, & in §.optimũ.in auth.de non eligen. 2.nubẽ.quia illa regula nõ procedit in correlatiuis,in quibus lex nõ dicit nec mentionẽ facit de vno correlatiuo, tũ idem dr esse statutũ in alio,ad quæ vide etiam Barba.in cõsilio suo,incipien.Circa hanc &c.in 5.& 6.col.quod consilium est insertum inter consilia Alex.& est in num.96.& Bald.in authen.ex testamẽto.in vlti.col.C.de secund.nupt. & vide etiam tex.in l.vnica. in §.sinautem ad deficiẽtis.C. de cadu.tollen.quę omnia tene menti.

## CCCXC.

1 *Debitore excusso, eoque soluendo non reperto, bonorum ipsius possessores pro virili excuti. Liberum tamen quãdoque est creditori vnum ex his eligere quem excutiat.*

Tu scis



1 TV scis, q̃ excusso debitore, & eo reperto non soluẽdo excutiuntur possessores bonorum suorum pro rata.l. 2.C.de debit.ciuitatum.lib.11.l.1.§.si pluribus.ff.si quid in fraud.patro.l.si libertus.4.ff. de bon.liber.l.cũ possessor.ff. de censi.cum simil.scias tamẽ quod si sunt plures tertij bonorum possessores in quos sit facta alienatio à debitore in fraudem creditorum, quod hoc casu creditor potest eligere vnum ex his possessoribus quem velit,& eum insolidũ conuenire,quatenus ad eum peruenit, nec tenẽtur omnes possessores pro rata simul conuenire. ita not. determinat Bar.in l.Mofchis.in prin.ff.de iure fisci.per illum te.iuncta gl.in verbo, omnem.& per text.vbi dicit hoc esse expressum in l.creditores.ff.de distract.pign.vbi idẽ firmat ipsemet Bart.quod dictum refert Ias.in §.item si quis in fraude m.in vlti.colũ.instit.de actio.& vltra eum hanc partem affirmat Spe.in tit.de obligat.& solutionibus.in §.1.in 22. col.in versi.Itẽ debitor meus &c.quod est singulariter notandum in contingentia facti, qui prima fronte videretur dicendum contrarium per iura hic in pri.allegata,& vide Paul.de Cast.in l.eandem.in princ.in vltima col.ff.de duobus reis.

## CCCXCI.

1 *Pœnam suos authores, nõ alios tenere debere. Vnde fit, vt capellarum ministeriales maleficijs denuntiãdis obnoxij, nec scribere scientes, si per notarium id faciendum & scribendum curent, qui in delinquentis nomine, alioue erret, ob id ministerialis non teneatur.*

1 POena† debet tenere suos authores & non alios, vt habemus regulã tritam & vulgatam in l.sancimus.C.de pœ. & in l.si hæredis seruus.§.fi.ff.de leg.1.& habetur etiam in l.3.in §.si emancipatus.ff.de bo.pos.cõtrahã.& in l.si quis præsens.& ibi dixi ff.de fal.& ideo teneas mẽti, quod si ex forma statuti ministeriales capellarum debent denuntiare maleficia,& si aliquis ministerialis idiota, q̃ nescit scribere, vadit ad notariũ,& facit quod ipse notarius scribit denũtiationem,& ille notarius scribens errat in nomine de linquentis,vel in alio,quod hoc casu iudex,coram quo fuerit producta talis denuntiatio, non poterit punire talẽ ministerialem cum ipse non deliquerit in aliquo.ita no.dixit Bald.in l.2.C.de errore aduoc. quod dictum ego retuli in l.qui falsam.in 11.col.post med.ff.de fal.in materia ignorãtiæ.tene menti,quia alias vidi hoc in contingentia facti in hac ciuitate Bononiæ,& nisi ostendissem dictum Bal.ille ministerialis fuisset condemnatus,licet esset innocens.

## CCCXCII.

1 *Furto rei sublatæ apud alium inuentio indicium contra eum ad quæstionẽ facit, vt & ipse furatus præsumatur, nisi abs quo habuerit, commonstret.*

2 *Et quid si is bonæ famæ ac vitæ sit?*

3 *Et quid hoc casu aduocato eius, apud quem res furto sublatæ reperta fuerunt, agendum sit?*

1 ADuertas ad vnum quod alias fecit mihi honorem & vtilitatem non modicam, nam† tu scis, quod quando res furata reperitur penes vnum, talis inuentio facit cõtra eum indicium ad torturam, quod ipse eam furatus fuerit, nisi ostendat à quo eam habuit, secũdum Bar.in l.fi.in pe. col.ff.de.quæstio. & in l.2.& in l.milites.C eo.tit.de quæstio.& voluit Ang.in lancillæ.C.de fur.& Ang.de Are.in tract.malefi.in verbo,fama publica.in 2.char.in versi. quę ro an vnum indicium &c. & per do.Paridem de Puteo in tract.syndicatus,in 96.char.in 2.columna.versi.si quis est inuentus.circa fi.& Ale.in consi.205.incip.Ponderatis. in 2.col.in 6.vol.de quo latius dixi adducendo plura similia in l.qui falsam.in 14.& 15.col.ff.de fal.& in practica mea

2 causarum criminalium,in 49.char.†Teneas menti perpetuo,quod prædicta non habent locũ in homine bonæ cõditionis, vitæ & famæ,quia si res furatæ reperiantur penes eum,per hoc non poterit torqueri.ita no.dixerunt Bald. & Io.de Imo.in l.fi.ff.de hæredi.instit.& voluit Sali.in l.fi. in vlti.colum.C.de quæstio.vbi dat exemplum in Strazarolis Bononiensibus,& eum refert & sequitur do. Ang.de Ari.in suis additio.ad Ang.de Are. in tracta. malefi. in verbo,fama publica.in 3.char.in addi.magna incip.Tu autem in hac materia adde quod miror &c.in 2.col.& in eodem tract.in verbo,& vestem cælestem.in 5.chart.in addit.incipien.Tu autem inquantum tangitur hic &c.de quo latius

3 valde locutus fum in d.l.qui fallam.vbi supra.†Et ideo sis cautus,quãdo tu esles aduocatus alicuius rei penes quem reperiuntur res furatæ,vel aliæ res suspectę alicuius delicti,quod statim probes de bona voce & fama ipsius rei. nã facta tali probatione est sublatum indicium ortum cõtra eum propter inuentionem aliquarum rerũ penes eum existentium per dictas doctrinas, & ego superioribus annis cũ hac cautela & modo defensaui & liberaui à pœna mortis quendam magistrum Lazarũ Armarolum, penes quẽ fuerant repertæ monetæ falsæ,& stampæ earum,quas deposuerat penes eum quidam amicus suus in quadam capsa,vt etiam retuli in d.l.qui falsam.Tene menti quia, nõ fallor, est singularissimum verbum, honoris & vtilitatis plenum.

## CCCXCIII.

1 *Malus semel, malus semper præsumitur. Et contra, bonus semel, semper &c.*

2 *Incendium, & si inhabitantium culpa ortum præsumatur, si tamen domus habitatores vigiles ac prudentes esse consueuerint, aliis incidijs aduersus eos non apparentibus, de incendio non teneri.*

3 *Prælatus bene ac prudenter administrare cõsuetus, rei ecclesiæ pretium in vtilitatem ipsius conuertisse præsumitur.*

1 REgula†, Semel malus semper præsumitur malus &c. est magnæ importantiæ,& plura operatur, vt dicunt doct.in pluribus locis,& dixi ego aliquid in l.1.in prin.in vlti.col.ff.de quæstio.& in l.maritus.in 6.col.versi. modo quæri potest &c.eod.tit.cum pluribus ver.ibi sequẽtibus. & in sing.meo 217.incipien.Ter vel quater. & in singul. 224.incipien.Tu habens &c.& in l.1.in pri.in 11.col.ver. 16.limita.ff.de sicarij.& in d.l.1.§.diuus Adrianus.in vlt. eo.tit.& in repetione meã l.fi.C.de probat.in 83.chart.in versi.quæro vlterius &c.vbi omnino videas.Scias tamẽ q̃ recta regula habet et iam locum econuerso,videlicet vt semel bonus semper præsumatur bonus,& ideo dixit Bald. multum singula.in consilio suo 111.incipien. quidam no-

2 mine Rectorus &c.in 5.volum. quod† licet alias incendiũ præsumatur ortum culpa & defectu inhabitantium, tamen vbi inhabitantes in domo erant consueti esse vigiles & prudentes, tunc si alia indicia contra eos non apparent,non tenentur de incendio,licet, vt dixi,incendiũ præsumatur ortum culpa inhabitantium. q̃ dictum refert & sequitur Alexau.in l.si quis ex argentarijs.in §.prætor air. in vlti.col.ff.de edendo.& idem dixit gl.in dicta regula semel malus.de reg.iur.in 6.quæ dixit, q̃ semel bonus semper præsumitur bonus,& illud consilium Bal.etiam refert & sequitur Ale.in consi.50.incipi.Visis &c.in vltimis verbis.in 1.vol.pro quibus facit optimè not.verbum Archi, in c.hocius porrectũ.10.q.2.vbi dicit, q̃ prælatus,qui con

3 sueuit bene administrare, præsumitur in vtilitatem ecclesiæ conuertisse pretiũ rei ecclesiæ.quod dictũ refert & sequitur Bal.in c.cũ causa.ante si.extra de iud.q̃ dicit esse notatu dignũ. Tene mẽti p̃dicta,quia seruient tibi ad multa.

## CCCXCIIII.

1 *Iudicij calor magni effectus. Idq̃, adeo, vt & promissio in iudicio facta perinde executionem habeat paratã, velut & instrumentum guarentigiatum.*

2 *Credo, verbum, in iudicio prolatum, idẽ efficere, quod & verbum præcisum, scilicet affirmatiuum.*

1 CAlor† iudicij est magni effectus & importãtiæ, vt latè ostẽdi plura adducẽdo in repetione mea rub.C.de proba.in 19.& 20.col.vbi videas, sed vltra ea q̃ ibi dixi, teneas ppe tuo mẽti sing.verbũ, videlicet q̃ promissio facta i iudicio habet executionẽ paratã sicut instrumẽtũ guarẽtigiatũ

ita no. dixit Bal. in l. eũ pro quo. ff. de in ius vocand. de quo etiam ibi per doct. & per Ale. in l. tale pactũ. in §. qui prouocauit. ff. de pactis. & addere potes etiam Bal. in l. fi. C. arbi. tute. vbi † dicit, q̃ idem operatur verbum, credo, in iudicio, quod operatur verbum prȩciſum, (affirmatiuum. pro quibus etiam facit gl. & ibi Pau. de Caſt. in authen. generaliter. C. de epiſcop. & cleric. quæ omnia addere poteris per me in dicta repet. mea in 19. & 20. colum.

CCCXCV.

*1 Statutum rem prohibitam portantem puniens, an perſonæ de portantis apprehenſionem deſideret?*

*2 Officialis, ſi aliquem cum armis inuenit, nec eum apprehẽdit in acta tamen redigi fecit, cum die ac loco, num ex eo ſic inuentus poſtea captus puniri poterit?*

1 DVbitarunt † docto. in pleriſque locis, ſi ſtatutum punit portantem rem prohibitam, an requirat appprehẽſionem perſonæ ad hoc, vt talis portans poſſit puniri? de quo habetur per Bald. in l. ſi fugitiui. C. de ſer. fugi. & per Bart. in l. qui fiſcales. C. de nauicu. li. 11 & per Bal. in l. omnes populi. in penult. col. de iuſtitia. & iure. & in l. ſi quis non dicã rapere. in 2. col. C. de epiſco. & cler. & in l. cum inter. C. de donatio. ante nupt. & in l. cum proponas. in princip. C. de nauri. fœno. & per Bal. & Ang. in l. arboribus. §. Iulianus. ff. de vſufruc. & per Bal. in cap. nam cõcupiſcentiam. extra de conſti. Teneas tamen perpetuo menti, q̃ † ſi officialis in
2 uenit aliquem cum armis, & eum non apprehenderit, ſi tamen fecit eum ſcribi in actis. ſ. qualicer eum inuenit cum armis tali die & loco, talis ſcriptura ſine captura operabit, vt talis inuentus cum armis & non captus poterit puniri. Ita no. dixit Bal. in l. ictus fuſtium. ff. de his qui notan. infa. Pro quo dicto eſt gl. in l. 1. in verbo, deprehenſus. C. vbi ſenat. vel clariſ. de quo dicto feci mentionẽ in practica mea cauſarum criminalium. in §. pro complemento. nu. 27. Q̃ dictum nefanditsimum eſſet docere iſtos Modernos baritellos, ribaldos, & ſceleratiſsimos &c.

CCCXCVI.

*1 Veriſimilitudinem magnæ efficaciæ eſſe, idque vſque adeo, vt vnum veriſimile pluribus additum veriſimilibus plenam probationem inducat.*

*2 Criminis eiuſdem ſocio, vt etiam in criminibus exceptis credatur, vltra reliqua adminicula coniecturaſque, neceſſe eſſe vt ex numero teſtium, vel ex qualitate deponentium, vel ex eorum perſona, cõtra quos deponitur, veriſimile ſit eos non mentiri.*

1 VEriſimilitudo † eſt magnæ importantiæ & effectus, vt dixi tibi ſatis amplè in l. 1. in prin. in antepenul. col. ver ſic, quo autem ad tertiam ſpeciem &c. ff. de quæſtionibus. & in ſingular. 298. incipien. remotum &c. & in ſing. 243. incipi. Veriſimilitudo &c. & in repetitio. mea rubri. C. de probatio. in 24. & 25. colũ. ſed vltra omnia quæ dixi in dictis locis teneas mẽti etiam in materia illa notabile verbũ quod non ſum memor alibi vidiſſe, videlicet Bal. in l. ſi creditoris. in lectura antiqua. C. de fideicom. quem refert & ſequitur Soc. in conſ. ſuo 149. incip. In cauſa Ambroſij. in vlti. col. vbi dixerunt quod vnum veriſimile additum pluribus veriſimilibus facit plenam probationẽ, quod eſt multum no. in dicta materia veriſimilitudinis, circa quam materiam vide etiam ſingulare verbum ſucci plenum do. Frãciſ. de Aret. in c. cum P. Mãconella. in 7. col. extra de accuſ.
2 vbi dixit, † q̃ ad hoc vt credatur ſocio criminis, etiã in criminibus exceptis vltra alia adminicula & coniecturas requiritur quod vel ex numero teſtium, vel ex qualitate deponẽtium, vel ex perſona eorum, cõtra quos deponitur veriſimile ſit eos non mentiri. ad quod dicit eſſe caſum in c. in fidei. §. fi. de hæretic. in 6. quod eſt ſingulariter notandum in practica.

CCCXCVII.

*1 Arbitrium datum iudici in criminalibus quatenus datum videatur?*

*2 Iudicis an Officialis, cui arbitrium committitur, qualitas cõſideranda, nam aliud poteſt maior magiſtratus ac poteſtas, quam magiſtratus minor.*

*3 Iudici minori ſi arbitrium detur aduerſus taxillis luentes, nõ ex eo arbitrio bona ludentium cõfiſcare poterit. Nã arbitrium expenditur ſecundum qualitatem eius cui datur.*

*4 Iudicum præcepta dicentia in ære & perſona puniẽdos delinquẽtes, nõ tenere, niſi tales ſint, qui hoc ex poteſtate queãt.*

1 ARbitrium † ſi ſit datum iudici in criminalibus, tunc ſolum videtur ſibi datum tantum in illis in quibus pœna non eſt expreſſa, ſecus autem in illis in quibus pœna eſt expreſſa per ſtatutum principis, ita dixit dom. Flor. & Pau. de Caſt. in l. certo generi. §. fi. ff. de ſeruitu. ruſtic. prædio. de quo ego feci mentionem in l. 1. §. ſed & quis. in 2. col. ff. de falſ. & de iſto arbitrio dato iudici aliqua dixi in l. quæſtionis modum. quaſi per totum, maximè in 4. & 5. colũ. ff. de quæſtionib. & plura dixit Catal. in ſuo tractatu ſyndicatus, in verſic. * & in pluribus aliis verſic. & ſcias tu etiam circa hanc materiam arbitrij q̃ in his quæ ſunt commiſſa arbitrio iudicis, debet ipſe iudex ſeruare æquitatem ſecundũ Io. And. in c. i. de conſtit. quem refert & ſequitur do. Fel. in
2 c. quoniam frequenter. in §. porro. in 2. col. extra vt lite non conteſt. & † perpetuo teneas menti circa hanc materiã arbitrij dati alicui iudici, videlicet, q̃ qualitas iudicis vel officialis, cui conceditur arbitrium, eſt conſideranda. Nã ſi eſt Poteſtas, qui eſt magnus magiſtratus, cui conceditur arbitrium, poterit bona cõfiſcare, & pœnam corporalem imponere, ſed ſecus ſi ſit minor magiſtratus, cui ſit conceſſum tale arbitrium, quia tali vigore talis arbitrij non poterit bona cõfiſcare, nec pœnam corporalem imponere. Ita ſingulariter dixit Bald. in l. 1. C. ne ſine iuſſu princip. quem refert & ſequitur Io. de Ana. in dicto c. ſuper his. in 5. col. in fi. in verſ. Itẽ adde de accuſatio, ex quo dicit Bald. & Io.
3 de Ana. † ſi alicui minori iudici datur arbitrium contra ludentes ad taxillos, non poterit tamen bona cõfiſcare, quia arbitrium intelligitur ſecundum dignitatem eius, cui conceditur. ar. l. plenum. §. equitij. ff. de vſu & habitatio. & ideo
4 dicit Bald. vbi ſuprà † quod præcepta & bãna iudicum, quę dicunt in ære & in perſona non tenent, niſi tales ſint iudices qui hoc poſſunt, ſecũdum amplitudinem ſuæ poteſtatis. quod eſt ſingulariter no. & vide quę dixi in ſingu. 244. incip. Tu ſcis &c.

CCCXCVIII.

*1 Debitoris captio & incarceratio miſsionem in ipſius bonorũ poſſeſsionem non impedit. Nam duo hæc remedia ad eundem effectum tendunt.*

*2 Debitoris principalis captura fideiuſſorem non liberat. Nã captura ſolutio & ſatisfactio non eſt.*

*3 Fideiuſſor ſi ſit prius captus, nihil vetat & debitorem capi poſſe. Nec iuuatur reus ſi fideiuſſor appellet à captura.*

1 DIxi tibi alias in l. vnius facinoris. in §. cuſtodiæ. in penultima col. ff. de quæſtionibus. † quod ſi feci capere & carcerare debitorẽ meũ, & poſtea petã me immitti in poſſeſsionem bonorum ſuorũ, q̃ debeo admitti, quia iſta duo remedia tendũt ad eundẽ effectum, & vnum non eſt contrarium alteri, ſecundum Bartolũ in l. conſentaneũ. C. qũo & qñ iudex. in vltima colu. & Baldus in l. ignorare. C. de reſtitution. militum. & Petrus de Ancha. in cap. 1. de eo qui mit. in poſſeſ. rei ſeruan. cauſa. de quo latius valde dixi in dicto §. cuſtodiæ. in dicta penultima columna. vbi omnino videas &c. Sed modo prædictis addo no. verba Baldi, in capitulo contingit. in ſexta columna. de dolo & cõtuma
2 cia. vbi † dicit, quod captura rei principalis non liberat fideiuſſorem. Sed dicit, quod imò vterque poteſt capi, ad q̃ allegat l. hæres à debitore. §. quod ſi ſeruus. & ibi Bartol. ff. de fideiuſſo. & allegat rationem, dicens q̃ licet ſit deuentũ ad capturam, non tamen eſt ſatisfactum. & idem dicit ecõ
3 tra, videlicet † quod ſi primo eſt captus fideiuſſor, quod poteſt etiam capi reus principalis, nec iuuatur reus ſi fideiuſſor appellat à captura, vt in l. creditor. ff. mandati. in principio



principio. vbi gl. ſingularis, de quo latius ibi per eum. quẽ vide, & vide Paulum de Caſt. in lege, inter eos. in §. creditor. ff. de fideiuſſoribus. de quo etiã late dixi in practica mea cauſarum criminalium in 209. char. poſt medium. & in repetitione mea rub. ff. de fideiuſſor. in 59. quæſtio.

CCCXCIX.

*1 Iudicis authoritas in minorum contractibus non ſemper operatur, ſed quandoque nihil valet, nihilque efficit.*

*2 Statuto cauente, quod mulier, vel minor ſe obligare ſine iudicis authoritate non poſsit, non ſat erit iudicem authoritatem interponere, niſi contineatur in inſtrumento ipſo, cauſa cognitionẽ adhibitam, & repertũ eſſe contractum in mulieris vel minoris, aut alterius cõtrahẽtis vtilitatẽ cedere.*

*3 Iudicis decretum vbi interpoſitum reperitur, an cauſæ cognitio adhibita præſumatur? Et quid ſi reperitur cum cauſæ cognitione interpoſitum, num fraudis, metus, ac doli præſumptio ceſſet? & nu. 4.*

1 MVltí ſunt iudices qui, vt ita dixerim, velo eleuato interponunt eorum authoritatem in contractibus minorum, vel mulierum, vel ſimilium perſonarum, quæ tamen interpoſitio authoritatis non valet, & nihil operatur.

2 Et ideo † ſcias, & perpetuo menti teneas, quod ſi ſtatutum dicit, quod mulier vel minor non poſsit ſe obligare ſine authoritate iudicis, quod tunc non ſufficit quod iudex authoritatem interponat, niſi contineatur in inſtrumento illo quod adhibuit cauſæ cognitionem, & quod reperit illũ contractum cedere in vtilitatem minoris, vel mulieris, vel alterius contrahentis. Ita ſing. dixit Pau. de Caſt. in l. cum hi. in §. ſi prætor. ff. de tranſact. & allegat rationem, dicẽs quod ſtatutum noluit committere iudici rem negligendã vel donandam, ſed perquirendam, & allegat Spe. in ti. de emptio. & vend. in §. nunc dicendum. in verſic. & breuiter.

3 & ſubdit Pau. de Ca. vbi ſupra, quod licet † aliqui dicãt quod vbi reperitur interpoſitum decretum iudicis, præſumatur adhibita cauſę cognitio, quod tamen hoc non videtur verum per illum tex. niſi in inſtrumento expreſsè hoc dicatur. & allegat Bal. in l. 1. C. de fide inſtru. & iure haſtæ fiſc.

4 lib. 10. & ſubdit etiam ipſe Pa. de Caſt. vbi ſupra, quod † vbi reperitur decretum iudicis interpoſitum cum cauſæ cognitione, quod tunc ceſſat præſumptio fraudis & doli & metus, vt no. in l. 1. C. de præd. curia. lib. 10. & dicit videndum eſſe Bal. aliqua dicentem de decreto iudicis in l. 1. in penultima columna. C. qui admitt. quæ omnia ego retuli in l. qui cædem. in vltima col. ff. de ſica. Tene menti hoc dictum, quod alibi non vidi, ex quo poteris facere corruere mille inſtrumenta publica.

CCCC.

*1 Delinquẽtis ſocii ac auxiliatores quando dicantur, & quando de auxilio puniri poſsint?*

*2 Delinquentis principalis incertitudo in acceſſorio impotẽtiã procedendi infert, ac proinde nullitatem ſi procedatur.*

SAepius iudices maleficiorum formant inquiſitionem contra malefactores & auxiliatores, & non intelligũt re
1 ctè materiam auxilij cooperatiui. Et ideo † ſcias tu, quod ad hoc vt aliqui dicantur auxiliatores vel ſocij alicuius de linquentis, & poſsint puniri de auxilio, oportet quod ad hoc fuerint principaliter adunati, ſeu inſimul congregati, vt habetur in l. 3. in §. homines. ff. vi bono. rap. & ſi apparet in facto omnes fuiſſe pariter in rixa, & omnes fuiſſe pariter principales, tunc omnes prout deliquerunt ſunt puniẽdi. ita dixit Pet. de Anch. in conſi. ſuo 117. incip. Nos Bartholomeus de Sali. &c. circa fi. quia neſcitur tunc quis fuerit principalis delinquens, & quis fuerit auxiliator, & ideo nemo tunc poterit puniri de auxilio, quod ſecus eſſet ſecũdum eum, quando hoc ſciretur. alleg. Bar. in l. ſi is qui. in §. ſi initium. ff. de fur. quod etiam voluit Bal. in conſi. ſuo 229. incip. Verba inquiſitionis &c. in vlti. col. in 3. volu. & do. Alex. in l. ſi duo patroni. in prin. in ver. in gl. in verbo, alteri &c. ff. de iureiur. & rõnẽ huius allegat Pe. de Anc. in di
2 cto conſi. videlicet quod † dicta incertitudo principalis de linquentis infert in acceſſorio impotentiam procedẽdi, & per conſequens nullitatem ſi procedatur, de qua materia latius valde dixi in practica mea cauſarum criminalium. in decima nona char. cum pluribus char. ibi ſequentibus, & dixi etiam in l. nihil intereſt. in quinta col. ff. de ſicariis. & in l. fina. in 6. & 7. col. eodem titu. tene mẽti prædicta quia ſunt notabilia, & multum quotidiana, & ego iſta habui in facto pluribus & pluribus vicibus.

CCCCI.

*1 Contractum nullum ſolennitates plures, vel teſtium numerũ maiorem requirere, quam teſtamentum.*

*2 Teſtes conteſtes non habentes licet ſingulares cenſeantur, ac proinde non probent, ſi tamen teſtes ſeptem de teſtamento deponant, & conteſtes ſint, licet de præſentia ipſorum rogati dicant ſe non recordari, & ob id ſingulares videantur, nihilominus plenam probationem faciunt.*

1 NEſcio † aliquem contractum in quo requirantur plures ſolennitates, & maior numerus teſtium quam in teſtamentis, vt ſatis patet in toto titu. ff. & C. & extra, de teſta. & hoc merito voluntiura, quia in ipſis teſtamentis tractatur de magno & graui præiudicio plurium perſonarum, ſcilicet heredis, legatariorum, executorum, ac etiam venientium ab inteſtato, nec non etiam teſtatoris. Scias
2 † ta men quod licet teſtes non habentes conteſtes dicantur ſingulares, & per conſequens non probent, vt habetur in l. ob carmen. in §. ſi. ff. de teſti. & in l. qui falſa vel varia. eo. titu. & in c. licet vniuerſis. de teſti. cum ſimi. attamen ſi ſeptem teſtes deponant de teſtamento, & ſint conteſtes, & tamen nullus eorum deponat niſi de præſentia ſua, quia interrogati an aliì fuerint præſentes, dicunt ſe nõ recordari, ex quo videntur ſingulares, tamen tales teſtes faciunt plenam probationem, quia dicuntur conteſtes. Ita dixit multum ſingulariter Pau. de Caſt. in l. fi. ad fi. C. de bon. poſſeſ. ſecundum tab. vbi ad hoc allegat Spe. in tit. de inquiſitio. in §. nunc tractemus. in ver. item ſufficit. quod dictum q̃ valde no. refert & ſequitur. do. Rochus de Curt. in c. fina. in 31. char. in prima col. extra de cõſuetudi. de quo latius per Iaſ. in dicta l. fin. in decima quinta colum. quod eſt perpetuo notandum.

CCCCII.

*1 Iuramentum in actibus iudicialibus & extraiudicialibus magnæ vtilitatis, roboris ac firmitatis eſſe, ac velut Betonicæ herba innumerabiles vires habere.*

*2 Statuti forma, vel diſpoſitionis alterius, quoties alicuius dicto in aliqua re, vel cauſa ſtandum eſt, id ita accipiendũ, vt ſi is, cuius dicto ſtari debet iurauerit. Quod etiam extẽdendum ad nuntii, & damnum paſſi dictum. nu. 3.*

*4 Commiſſarius, cuius conſciẽtia cauſa aliqua committitur. ſi velit ſentẽtiam valere, nec infringi poſſe, iurare debet, ſic conſcientiam dictaſſe.*

*5 Iuramentum adeo neceſſarium, vt cuiquam non credatur ſine iuramento, quod etiam in confeſsione locum habet, nec confeſsioni non iuratæ creditur, nec ipſa probat.*

1 QVãtę † vtilitatis, roboris ac firmitatis actuum iudicialium & extraiudicialium ſit iuramentum. omnes maxime iuris profeſſores ſciunt, & vere poteſt iuramentũ iocosè loquendo æquiparari herbæ betonicæ, quæ vt aſſerunt medici, habet virtutes innumerabiles, ſic iuramentũ nam vt plurimum validat, & inualidat, & eis dat fomentum & robur, & ſæpius ſine iuramento actus corruunt, vt videmus in teſtibus, quorum dicto non ſtatur ſine iuramento, vt habetur in l. iuriſiurandi. C. de teſtibus. & in capitu. tuis quæſtionibus. extra eodem titu. & in capitu. item iuriſiurandi. quarta quæſtione tertia. & in capitu. hortamur. tertia quæſtione nona. cum ſimilibus. Et videmus
2 † etiam generaliter loquendo, quod ſi hoc habet locũ quoties ex forma ſtatuti vel alterius diſpoſitionis ſtandũ eſt dicto in aliqua re vel cauſa. Nam tunc non ſtabitur dicto alicuius, niſi primo ille talis, cuius dicto ſtandum eſt iurauerit

rauerit ſic eſſe, vel ſic ſibi videri. Ita dixit An. in repetitio. l. ſi vacantia. C. de bonis vacã. lib. 10. in 2. col. vbi † dicit, quod licet ex forma ſtatuti debeat ſtari ſimplici verbo nuntii, q tamen eius dicto non ſtabitur, niſi primo ſit iuraturus, & alleg. ad hoc bonum tex. in l. Theopompus. ff. de dote preleg. quod dicit eſſe vtile ad ſtatutum volens quod ſtetur ſimplici verbo accuſatoris de damno ei dato, quod ſibi non creditur, niſi primo iuret. ad quod plura allegat. quã doctrinam Ang. refert & ſequitur domi. Maria. Soci. in repeti. capitulo qualitet & quando. 2. de accuſatio. in 7. q. in princ. & Lud. Ro. in l. 1. in §. fi. in 3. col. ff. de verbo. obliga. pro quo facit tex. in c. 1. circa medium. de frigi. & malefic. iuncto tex. in c. continebatur. de deſpon. impube. & tex. in l. cum pactiones. circa fi. C. de fide inſtrumen. & ibi dixi, & faciunt dicta per Io. de Ana. in c. ſignificaſti. 2. in 6. col. ver. circa ſecundum, &c. de homic. & facit etiam quod dixit Ang. & Pau. de Caſt. in l. de pupillo. in §. qui opus. ff. de
4 ope. noui nuntia. vbi dixerunt † quod vbi committitur ali quid conſcientiæ alicuius per legem, vel per principem, ſi vult quod eius ſententia valeat, nec poſſit infringi, requiritur quod ante eius declarationem ſeu ſententiam iuret, q ita dictat ſibi conſcientia ſua. quod dictum refert & ſequitur do. Alex. in conſilio ſuo 127. incip. Viſis verbis dicti, &c. Ad quę vide etiam. Ia. in repeti. l. admonendi. in 86. col. de iureiuran. & in l. apertiſsimi. in fi. C. de iud. de quibus omnibus latius dixi ego in repeti. mea l. fi. in 27. char. poſt mediũ. De probatio. & habetur etiam de materia per do. Fel. in c. ſignificaſti. 1. in fi. de homi. & latius per eum in c.
5 quia iudicante. in 1. col. de præſcri. Et teneas † menti perpetuo, quod adeo eſt verum hoc, quod alicui non creditur ſine iuramento, quod iſtud eſt verum etiam in confeſsione Nam etiam confeſsio non iurata non probat. Ita no. dixit do. Ant. de Butr. in conſilio ſuo 21, incip. Viſo &c. in verſi. ad ſecundum, &c. quod tene menti ad multa.

CCCCIII.

1 *Rixantibus inter ſe pluribus, ſi ex his nonnulli vulnerati, aut interempti fuerint, nec abs quibus ſcitur, vera delicti pœna nemo puniendus venit Si tamen de rixa author conſtet, is ſolus de homicidio, aut vulneribus inſtictis punietur.*

SVperioribus annis dixi tibi pluries in voce, & etiam in ſcriptis maxime in repeti. mea rub. C. de probatio. in
1 83. col. cum ſequen. quod † quando plures fuerunt in rixa, & vulnerati fuerunt aliqui, & neſcitur à quibus vulnerati fuerint quod nemo punitur vera pœna delicti, & hoc propter incertitudinem, cum melius ſit nocẽtem abſoluere, quam innocentem condemnare, attamen nuper dico tibi vnum perpetua memoria dignũ in illa materia, videlicet, quod ſi plures fuerũt in rixa, & mortui ſunt aliqui vel vulnerati, & neſcitur à quibus, quod tali caſu ſi apparet quis fuerit inceptor rixæ, quod tunc ille ſo lus punietur de homicidio vel de vulneribus, ne delicta remanẽt impunita. Ita dixit multum notabiliter do. Bonifacius de Vitalinis de Mantua in tracta. ſuo maleficio. in ti. de inſul. & perculſio. &c. in 7. col. in verſi. ſunt tamen qui dicunt, &c. vbi ad hoc allegat optimum tex. in l. quoniam multa. C. ad leg. Iu. de vi publ. in ver. in eum qui vim facere tentauerit, &c. de quo ibi latius per eum. quod dictum fuit originaliter Bal: quem ipſe allegat in l. 1. in 6. col. ver. ſed quæro qui dicantur principales, &c. C. de ſer. fugi. vbi ad hoc allegat illum tex. dictæ l. quoniam multa. quod etiam voluit Ale. in l. fi. in 6. apoſtil. ff. de ſicariis. & Cæpol. in conſi. 34. incip. Si vnquam. in 4. char. in vlti. col. quod etiam voluit Gan. in trac. maleficiorum ſub rubr. de defenſionib. à reo faciendis. in 3. col. verſi. 1. incipi. Sed pone quod ego, &c. quod etiam voluit Iacob. de Belui. in practica ſua iudiciaria cauſarum criminalium. ſub rubri. de quæſtionib. in 2. colum. in fina. quod & Pau. de Caſt. in conſilio 192. incipien. In cauſa. in ſecunda col. quod teneas menti perpetuo, quia eſt magnæ importantiæ, & multos perire faceret etiam forte innocẽtes, vide tamen omnino quæ dixi in l. 1. in §. diuus Adrianus. in vltima col. in prin. ff. de ſicariis. & domi. Bartho. Cepol. in conſi. 39. incip. In caſu iſto. in 3. col. pro quo dicto eſt etiã nota. tex. in l. hoc iudicio. ff. de ſeruo corrupto.

CCCCIIII.

1 *Forum multis modis variiſque ex cauſis ſortiri. Sed & ex mandato quoquè forum quis ſortiri in criminalibus põt. Ac proinde mandans homicidium alicubi fieri, homicidio peracto, ſi illic prehendatur, perinde puniri poterit, atque occiſor ipſe nu. 2.*

1 FOrum † ſortitur pluribus modis & ex pluribus cauſis, vt ratione originis, ratione in colatus, ratione cõtract' ratione deſtinatæ ſolutionis, item ratione delicti, vt habetur in l. fi. C. vbi in rem actio. in l. 2. ff. de iuriſdi. om. iudi. in l. hæres abſens. §. 1. ff. de iudi. & in c. Romana. §. contrahentes. de foro compe. in 6. & in l. contraxiſſe. ff. de act. & ob. De materia fori contracti vide in reper. meo in litera. Fan 6. char. in vlt. no. & etiam aliis pluribus rationibus & cauſis fortitur forum, vt per doct. in dictis locis. & latius per Bertha. in ſuo repertorio, in verbo, forum. in 2. col. in 9. verſi. Et habetur late per do. Fel. in c. dilectus filius. 2. per
2 totum. extra de reſcrip. Sed † vltra omnes iſtos patres dicas, quod & ratione mandati mandans fortitur forum ẽt in criminalibus, & ideo teneas menti, quod ſi Titius exiſtens Florentię vel in alia ciuitate mãdat Seio, quod aliquẽ interficiat, & ille eum interficiat hic in hac ciuitate, quod ſi talis mandans reperiatur hic, quod ita poterit hic puniri ſicut principalis occiſor. Ita multũ ſingulariter dixit Pau. de Caſt. in l. ſi vt proponitur. ff. de hdeiuſ. quod non memini me alibi legiſſe. Tene menti, quia eſt vere no. verbum in practica.

CCCCV.

1 *Ius ſibi dicere licet nemini. Si tamen mulier virum habeat, cuius bona cõfiſcata ſint, poterit in res ſuas bonis viri permiſtas authoritate propria manum imponere, ne per fiſcũ occupentur. Et quid ſi mulier metuat ne viri bona publicentur, quid agere debeat. nu. 2.*

3 *Ius ſibi dicere in his quæ formalem iudiciorum ſtrepitum non requirunt, quiuis poteſt.*

1 VSt ſibi dicere nemini licet, vt habetur in l. 1. C. ne quis in ſua cauſa. & in l. q iuriſdictioni. ff. de iuriſdictione omnium iudi. & in l. Iulianus. ff. de iudi. & in l. extat. ff. quod metus cauſa. & in l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. cum limi lib. hanc tamen regulam limita ſing. in vxore quæ habet virum, cuius fuerunt confiſcata omnia bona ſua, nam tũc vxor poteſt in res ſuas detentas per virum, imponere manus authoritate propria ne occupentur per fiſcum. Ita ſingulariter dixit Ang. in l. ſi quis. 2. poſt princ. C. de bonis
2 damna. & ibi ſubdit, † quod cauta debet eſſe mulier, vt cũ timet quod bona mariti confiſcentur, vel cum videat bona mariti confiſcata, quod nõ expectet authoritatem iudicis pro occupando bona ſua, ſed ipſamet manum iniciat quantumcunque detinerentur per virum. & probat per illum tex. ibi quod dictum pro valde no. refert & ſequitur do. Auguſti. de Arimi. in addition. ad Ang. in tractat. maleficiorũ, in verbo, & eius bona publicamus. in 3. char.
3 in prima additio. incipiẽt. Tu autem in hac materia adde pulchra verba Ang. &c. vide tamen omnino quæ ego dixi in l. ſi quis ne q̃ſt. in 3. co. ff. de q̃ſt. & vide ẽt q̃ poſtea ibi dictis addidi, & in materia qñ quis poſsit ſibi ius dicere, p̃pria authoritate vide Bar. in l. generali. circa fi. C. decurio. lib. 10. & Bal. in c. cũ ex officij. circa medium. de præſcrip. vbi dicit, quod in his quę non requirunt formalem ſtrepitum iudiciorũ, in illis poteſt quis ſibi ius dicere propria authoritate, & vide etiam. Ale. in l. ſi alius. in prin. ff. quod vi aut clam. & Bal. in dicta l. vnica. C. ne quis in ſua cauſa. in ver. iuxta prędicta. &c.

CCCCVI.

1 *Poſſeſsionem nec ciuilem, nec naturalem habens, ſed nudam duntaxat detentionem, & ſi inter dictum vnde vi, aut vti poſſidetis non habeat, officio tamen iudicis ad recuperationẽ detentionis ablatæ ſibi ſuccurrere poteſt.*

Capias.



1 CApias † no. verbum in materia poſſeſsionis, quod forte paucis eſt notum, videlicet, † quod licet ille qui non habet poſſeſsionem ciuilem vel naturalem, ſeu nudam detentionem tantum, non habeat interdictum vnde vi, vel vti poſſidetis, vt habetur in l. 1. in §. deiicitur. in fi. ff. vnde vi. talis tamen detentor habet officium iudicis, vt reſtituatur ſibi detentio ablata, vel vt in ea defendatur. ita dixit Pa. de Caſt. in l. Aquilius Regulus. per illum tex. ff. de donatio. quod dicit eſſe perpetuo notandum. ad quod dicit facere l. hæc autem. ff. quibus ex cauſis in poſſe. eatur. & quod no. in l. 1. §. neceſſario. ff. ſi mulier ventris nomine. Item ſuadet etiam Pau. de Caſt. quod poſſeſſori datur officium iudicis, quod vtilius quã agere interdicto, quia in interdicto oportet dare libellum, & ordinarie procedere, & põt etiam implorare officium ne turbetur, & vt præcipiatur turbatori vt deſinat. alle. l. ſi. ff. de offi. procu. Cæſar. & l. ſi de poſſeſsio. C. de tranſact. Tene menti, quia hoc pluries euenit in tacto.

CCCCVII.

1 *Metus non omnis, metu contractum factum creditum non reſcindit, ſed qui in virum cadat conſtantem. Et quid do dolo. nu. 2.*

1 NOn † omnis metus eſt ſufficiens ad reſcindendũ contractum, qui dicitur metu factus, ſed ad hoc requiritur metus cadens in conſtantem virum alias minor metus non reſcinderet contractum, ita probatur in l. 3. ff. quod metus cauſa. & l. interpoſitas. C. de tranſact. vide in repertorio meo, in litera M. in 3. char. in vlt. nota. & in c. veniẽs deſponſa. & c. conſultationi. eodem titu. cum ſimili. & idẽ eſt in contractu mulieris. Nam ad hoc vt metus annullet contractum mulieris, debet eſſe talis, qui cadat in conſtantem mulierem. Ita dixit do. Ant. in c. conſultationis. de ſpõſalibus. & Lud. Rom. in fing. ſuo 239. incip. Tu ſcis &c. al-
2 leg. gl. in c. cum locum. de ſponſalibus. Tunc † in ſimili dicas idem eſſe in dolo, nam ad hoc vt propter dolum, qui adhibetur in contractu, ipſe contractus reſcindatur, requiritur quod ſit talis dolus qui cadat in prudentem virum, & ideo non omnis dolus annullat contractum, ita not. Inno. in c. cum dilectus. extra quod metus cauſa. quem refert & ſequitur Bal. in rub. C. de reſcin. vendi. & Bal. in margarita ſua in verbo, metus. & do. Alex. in l. eleganter. ff. de dolo. quod dictum teneas menti, quia ſæpe contingit de facto. & ego hoc dictum practicaui proximis diebus in quadam cauſa nõ leui, & obtinui, licet haberem durum aduerſariũ.

CCCCVIII.

1 *Teſtis, dum inquiritur, ſi dicat, id factum tali præſente, rurſus ſi idem qui dictus eſt præſens fuiſſe, inquiſitus dicat ſe nequaquam præſentem fuiſſe, an ob id prioris teſtis dictum vitioſum reddatur?*

1 ATtende ad vnum cuius contrarium quilibet prudens prima facie diceret, videlicet, † teſtis examinatus deponit, & dicit aliquid factum fuiſſe præſente tali, ille aũt examinatus, an fuerit præſens illi actui, dicit quod non, an per talem contradictionem dictum illius teſtis reprobetur? certe videretur dicendum indubitanter quod ſic, cum videatur clare & manifeſte conſtare de mendacio dicti teſtis, attamen dicas quod per talem contradictionem nõ reprobatur dictum illius teſtis. ita no. dixit Bal. in l. teſtium. in 4. col. verſic. modo hic inſurgit dubium &c. C. de teſti. quem refert & ſequitur Ale. in conſilio ſuo 387. inci. Viſis & ponderatis his &c. in penul. col. vbi etiam ad hoc alleg. Bar. in l. 1. §. 1. ff. de author. tuto. & Bal. Angel. & Imol. in l. heredes palam. in prin. ff. de teſt. & Bal. in l. 1. in ſi. C. de bono. poſſeſſ. ſecundum tabu. ad quod etiam vide Alex. in cõſilio ſuo 65. incip. Viſis proceſsibus. in penul. col. in ſecundo vol. & faciunt optime dicta per Bal. in conſilio ſuo 37. incip. Quidam tabellio &c. in tertio vol. & idem tenet Ia. in l. 2. in §. voluntatem. in quarta col. cum ſequen. ff. ſoluto matrimo. vbi allegat plures alios tenentes hanc partem. tene menti prædicta, quia alias iuui quẽdam notarium con tra quem curia procedebat de falſo, & conſecutus fui honorem atque lucrum.

CCCCIX.

1 *Emphyteutam eccleſiæ biennio ſoluere canonem ceſſantẽ, & priuati triennio, a iure ſuo cadere, niſi tamẽ in huiuſmodi triẽnio, aut biennio vnicus fructus ſit perceptus. Nam tũc duplicato biennio, ac triennio opus eſt in hoc ceſſaſſe.*

1 TVſcis regulam l. 2. C. de iure emphy. & c. potuit. extra de loca. quæ eſt † quod emphyteuta eccleſiæ non ſoluens canonem per biennium, & emphyteuta priuati per triennium cadit à iure ſuo. ſed hanc regulam ſingu. limita, & dicas illam non verificari in eo qui ceſſat per biennium vel per triennium, quando tali biennio vel triennio vnus ſolus fructus percipiebatur, nam tunc requiritur ceſſatio per duo biennia vel triennia, ita voluit Bal. in l. ædem. in 2. col. C. loca. quem refert & ſequitur Ial. in d. l. 1. in fi. 1. col. C. de iure emphy. & do. Ale. in l. diuortio. in §. ob donationes. ad fi. ff. ſolu. matri. & pro hoc dicto do. Ial. vbi ſupra, alleg. bonum tex. in l. ſi ſic cõſtituta aqua. ff. quemadmodum ſeruit. amit. in verbo, duplicato conſtituto tempo reamittitur &c.

CCCCX.

1 *Locans poſſeſsionem ſuam in emphyteuſim ad longum tẽpus, hac lege, vt emphyteuta locationis tempore abſoluto, melioramenta auferre queat, an domino offerente pretiũ & æſtimationem illorũ emphyteuta nihilo ſecius auferre queat?*

1 QVidam nobilis ciuis huius inclytæ ciuitatis Bononię nuperrime interrogauit de vno, videlicet, Ipſe † alias locauit quandam eius poſſeſsionem in emphyteuſim ad longum tempus, & ſpecialiter fecit pactum cum ipſo emphyteuta quod in fine locationis poſsit ipſe emphyteuta tollere omnia melioramenta, quæ fecit in illa poſſeſsione, & ſint ſua. Modo finita eſt dicta locatio, quo ſtante dominus vult dictam eius poſſeſsionem pro ſe, emphyteuta autem qui fecit aliqua melioramenta vult illa tollere & exportare, vt ex pacto conuenit cum domino tempore locationis, dominus autem non vult quod illa eleuet nec exportet, ſed offert pretium illorum melioramentorum, & quã tum ex illis conſecuturus eſſet, an hac oblatione non obſtante ipſe emphyteuta poſsit dicta melioramenta eleuare & exportare? in quo videretur dicendum, quod ſic virtute pacti expreſſe initi inter eos tempore locationis. Attamen contrarium eſt verius. Nam dominus poteſt prohibere ne emphyteuta eleuet vel exportet dicta melioramenta ſed illa poſſet non obſtante dicto pacto retinere pro ſe, ſoluendo tamen ſibi pretium & valorem dictorum melioramentorum. ita ſin. dixit Bal. in l. in fundo. in 3. no. ff. de rei vend. quod dictum pro valde no. refert & ſequitur Ial. in l. 2. in 9. col. poſt princip. C. de iure emphyt. Pro quo dicto optime faciunt quæ ego dixi in 30. q. prin. vbi feci mentionem de hoc dicto Bal. &c. & plura adduxi in ſimili.

CCCCXI.

1 *Fœminas in feudo ſuccedere non poſſe, niſi feudũ à ſeruitio liberum ſit, aut feudatario cõceſſum ſuisque deſcendentibus fuerit.*

1 FOeminæ † non ſuccedunt in feudo. c: primo. §. hoc autẽ notandum. in titu. qui feud. dare poſſunt. & in cap. primo. §. ad filias. de ſucceſſ. feud. & in c. 1. in tit. an mu. vel aliter imperfec. & in c. primo de alien. feu. pater. cum ſimilibus. hoc tamen limita duobus modis, & primo limita hoc non eſſe verum, in feudo pro quo nullum ſeruitium præſtatur. Nam in tali etiam fœminæ ſuccedunt, & dicuntur habiles ſecundum Baldum in c. 1. in verbo, decedẽte. in 3. col. in ver. quærit gl. nunquid fœmina, &c. qui feuda. poſ. & Lud. Ro. in conſi. 367. incip. Circa primũ. in. penul. col. & in fing. ſuo 180. inci. hodie fœmina &c. quæ omnia refert, & ſequitur do. Phil. Dec. in conſi. ſuo 32. in ſecunda col. circa ſi. & in conſi. 85. in 3. col. & in conſi. 139. in 1. col. Secundo etiam limita niſi eſſet conceſſum feudum alicui & ſuis deſcendentibus, quia tunc comprehenduntur omnes deſcendentes vſque in infinitum. ita dixit Bald. in cap.

quæ

quæ in eccleſiarũ.in vltim..char.extrà de conſtit.quem refert & ſequitur Iaſ.in l.2.in 75.col.C.de.iure emphy.in ver.illud etiam perpetuo not.

ADDITIO.

Adde an fœmina admittatur ad feudum eundem Hippo. infra ſing.611.nu.5.& Franciſ.Cremen.ſing.71.

CCCCXII.

1 *Emphyteuta multis ex cauſis à iure ſuo cadit,ac maxime, ſi rem emphyteuticã, aut melioramenta vel ius ſuum domino irrequiſito alienauerit Et id qualiter accipiendũ nu.3.*
2 *Venditionem perfectam non dici ante traditionem. Nam in venditionis contractu, vbi traditio non interuenit, ab ea conſenſu nudo recedere licet, habeturque pro non facta.*
4 *Conſtitutum licet traditio ficta dicatur, ex eo tamen vera & propria poſſeſsio atque dominium vtile transfertur.*

1 PLures ſunt cauſæ propter quas emphyteuta cadit à iure ſuo, inter quas eſt illa, videlicet, quando ipſe emphyteuta alienauit rem emphyteuticam vel melioramenta aut ius ſuum irrequiſito domino & ſine eius conſenſu, vt habetur in l.ſi.C.de iure emphy.& in c.potuit.de loca. quæ iura habent etiam locum in conductore perpetuo, vel ad longum tempus, ſecundum Rapha.Fulgo.in conſilio ſuo 34.inci.Pro cuidẽtia eorũ de qbus q̃ritur&c.quẽ refert Iaſ.in l.3.de iure emphy.in fin.primę col.ſed hoc intelligiſ ſi vẽderit,& tradiderit,ſecus aũt ſi nõ tradideritlicet vẽderit,quia tũc nõ cadit à iure ſuo, ſecũdũ Sp.in ti. de loca.in §.nunc aliqua in verſi.95.motus,quia verbum, vendere,eſt cum effectu intelligendum.l.1.§. hæc verba.
2 cum vulga.ff.quod quiſque iur.&†quia non dicitur perfecta venditio ante traditionem, vt in §.venditę.Inſt.de empt.& ven.& in c.cum Ioannes.circa princ.de fide inſtru. & idem tenet Salic.in d.l.ſi.poſt Alber.ibi,qui Salic.etiam mouetur ad hoc,quia quando non interuenit traditio in contractu venditionis nudo conſenſu ab ea receditur, pro non facta habetur.l.ab emptione.in prin.ff.de pact.& l.1. ff.de peric.& idem tenent alii plures doct.in diuerſis locis quos refert &, ſequitur Iaſ.in d.l.ſi.C.de iure emphyt.in 43.& 44.col.vbi dicit hanc eſſe communem opinio.Hanc
3 †tamen ſententiam & communem opinio.limita,& intellige veram quando ipſe emphyteuta vendidit, nec vere, nec ficte tradidit, ſi autem nõ vere, ſed ficte tradidiſſet,vt quia conſtituiſſet ſe nomine emptoris poſsidere dando ei licentiam intrandi poſſeſsionem dictæ rei, tunc ipſe emphyteuta caderet à iure ſuo,etiam quod dictus emphyteuta venditor poſt tractum temporis dictam rẽ emphyteuticam redemerit.& ſoluerit canonẽ domino ignoranti dictam alienationem.ita ſing.dixit do.Ant.in conſilio ſuo 34.incip. De iure abſque longa allegatione planum mihi videtur &c.quem refert & ſequitur Iaſ.in dicta l.ſi. C.de iure emphy.in 43.col.vbi latius loquitur, & dicit q̃
4 do.Anto.in d.conſi.mouetur,quia†licet conſtitutum dicatur ficta traditio,tamen ex eo transferuntur vera & propria poſſeſsio & vtile dominium.l.certe.§.1.& §.Iulianus in verſi.ego quoque vere poſsideo.ff.de preca.& l.quędam mulier.ff.de rei vendic.& hoc voluit Bar.in l.ab emptione ad finem.de pac.& Bal.in c.item inueſtitura.in vſib.feu. & Io.And.in addit.Spe.in ti.de emp.&†vend.in §.1.in ver. & nota quod expreſsè in additio.incip.& dubitat &c. quã limitationem dicit Iaſ.in dicta l.fin.vbi ſupra,eſſe perpetuo notandam,quia communiter in inſtrumentis vẽditionum apponuntur conſtituta. Et pro dicta limitatione faciunt optime dicta per me ſupra in ſing.82.inci.Volo &c. in verſi.tertio,limita &c.& in ſing.158.incip.Hodie communiter &c.per Ba.in conſilio ſuo 506.inci.Venditor &c. in quarto vol.& per Alex.in conſilio 38.incip.Viſo &c.in 2.col.2.vol.& conſilio 263.incip. Perſpectis.in 4.colu.& Rapha.Cuma.in conſi.41.inci.Ad primum.circa mediũ. & vide Paulum de Caſtro qui ponit ſupradictam limitationem in l.1.in §.ſi rem.ff.depoſi.& faciunt etiam dicta p Iaſ.in §.actionum.in 26.col.Inſti.de act.& in l.ſi is qui pro emptore.in 94.col.ff.de vſucap.&c,

CCCCXIII.

1 *Ingratitudinem vitium enorme multumque deteſtabile, ſontemque pietatis deſiccans, plures effectus producens, de quibus hic.*
2 *Ingratitudinis occaſio filium legitimatum poteſt ad priorem ſtatum reducere,& ſic illegitimum reddere.*
3 *Iudex ordinarius, aut quiuis alius poteſtas ob ingratitudinẽ tanquã ſuſpectus recuſari poteſt. Item in filio emancipato.*
4 *Ingratus filius patri in feudum non ſuccedit.*
5 *Ingratitudinem aduerſum patrem, patronum, aut quemuis alium duobus modis reparari ac tolli poſſe, nimirum gratitudine ſuperueniente ac pœnitentia peracta, & religionis ingreſſu nu.6.*

1 INgratitudo teſt vitium enorme & multum deteſtabile, & deſiccans fontem pietatis, vt dicit Angel.de Aret.in tract.maleſi.in verbo, nec non ad querelam.in 5.char.in ver.9.repellit etiam.& ipſa ingratitudo plures operatur effectus. Nam propter ingratitudinem reuocatur donatio, vt in l.ſi.C.de reuoc.dona. Item ingratitudo impedit gratiam ſecundum Bal.in c.1.§.inſuper.de prohi.feu.alie.per Frideric.item ingratitudo eſt iuſta cauſa exhæredationis aſcendentium & deſcendẽtium, vt habetur in §.aliud quo que capitulum.in authen.vt cum de appel.cogn.& in authen.non licet.C.de liber.prete.& in corpore vnde ſumit. item eſt etiam iuſta cauſa exhæredandi fratres etiam turpi perſona inſtituta, vt eſt tex.& gl.clarior in authen.de nuptiis.in §.ingratitudinem.Item ingratitudo eſt iuſta cauſa degradandi filium à militia, ſecundum gl.in l.1.§.fin.ff.de obſeq.Item ingratitudo habet alium mirabilem effectũ.
2 Nam pater poteſt filium legitimatum reducere ad priſti nam illegitimationem, propter eius ingratitudinem.ita dixit Bal.in c.1.§.filii nati circa finem.ſi de feu.fuer. contro. inter do.& agna.quod dictum refert & ſequitur Ludoui. Roma.in ſing.ſuo 225.incip. Vltimo quæritur,&c.& Iaſ. in l.ex hoc iure.in 12.col.ver.ſecundus effectus.ff.de iuſt. & iure.vbi dicit alibi non legiſſe hoc dictum.ſed dicas tu, quod imo hoc idem dixit gl.& ibi Bal.in 1.2.C.de libe.& eorum liber.& tanto magis hoc ibi probatur,quia vt dicit Iaſ.in dicta l.ex hoc iure.æquiparatur patronus erga liberum,& pater erga filium legitimatum.ad quod allegat te. in §.1.in verſi.æqualis patri.in authen.vt liberti de cętero. Et ſubdit etiam Iaſ.in dicta l.ex hoc iure, quod eodem
3 †modo,quod ſi poteſtas vel alius iudex ordinarius ſit ingratus,poteſt propter ingratitudinem tanquam ſuſpectus recuſari.ad quod alleg.§.ſancimus.in authen.de exhiben. reis.& cano.in c.poſtremo.de appellatio. Item ſubdit etiã quod filius qui fuit à patre emancipatus,propter ingratitudinem põt a patre reuocari in patriam poteſtatem.alle.l.1. C.de ingratis liber.& Specula.in titu.de natis ex libe.vẽt.
4 in ver.ſed & libari. Addet etiam tu quod filius ingratus nõ ſuccedit patri in feudo,ita dixit Ang.in §.ſoluto igitur.in
5 authen.de nup.& in §.& ſuper his.eodem titu.Sciaſtamẽ quod duobus modis tollitur ingratitudo iam commiſſa contra patrem vel contra patronum,vel contra aliũ. Primo per gratitudinem poſtea ſuperuenientem. nam talis gratitudo vltimo ſuperueniens tollit ingratitudinem præcedentem,ſecundum Baldum in l.fratres.& in l.liberi.C. de inofficioſo teſtamento pro quo facit quod voluit Spec. in tit.qui filij ſint legitimi.in §.penultimo.in verſi. quid ſi pœnitentiam egerit.vbi dixit quod licet filia, quæ peccauit in corpus ſuum, poſsit à patre exhæredari, tamen filia emendata per pœnitentiam non poterit vlterius à patre exhęredari.& idem dixit Bald.in l.ſi filia.C.de inofficioſo teſtamento.& Inn.& alii in ca.quintauallis.de iureiuran.& ibi dominus Ant.in tertia col.& Abbas in ſecũda col.quos refert & ſequitur Iaſ.in l.in arenam.in ſecunda colu.C. de inofficio teſta.& in l.ius autem ciuile.in 5.col.de iuſtitia & iure. p qbus faciũt dicta p Bal.in l.ſi p ea.in 5.q̃ſt.C. mãda.& facit regula illa vulgata,quod ceſſante cauſa ceſſat effectus.l. adigere.§.quamuis.ff.de iure patronatus.cũ ſimi
6 libus.Secũdo †mõ tollitur ingratitudo,videlicet,p ingreſſum



ſum religionis,adeo quod filius ingratus,vel qui commiſit vnam de cauſis propter quam poterit exhæredari,ſi poſtea ingrediatur religionem non poterit exhæredari.tex. eſt in c.ſi.19.quæſt.vlt.& ibi doct.& hoc etiam voluit gl. in l.ſi.in ver.quia ingratum.C.de epiſco.& cler. & tex. & gl.in authen.de mona.in prin.de quo etiam dixi in repetit. mea rub.ff.de fideiu.in 12.q.in materia ordinis clericatus. vide tamen Cardi. Alex.in c.ex parte.in 2.col.in verſi.ſed operę pretium.extra de appella.& de hac materia ingratitudinis, vide etiam do.Ant.Corſe.in notab.ſuis in verbo, ingratitudo.

ADDITIO.

a Ingratitudo.Tu vltra hic adducta adde Curt. Iunio.in tractatu feudorum in 4.parte princ.& Felin.in ca.nouit ille. ver.4.limitat.de iudi.Franc.Cremen.ſingu. 20.tu ſcis.Pet. Gerard.de petra ſanct.late ſing.1.& ibi in addit.quod etiã confirmatur per tex.ſing.in l.qui neceſſario.in fina.& ibi Bar.no.C.de aduoca.diuer.iudic.vbi aduocatus Reipubli cæ aſſumens patrocinium contra eam, vt ingratus priuat ſalario.& illum tex.pro ſing.ad hoc commendat And. Sicul.conſi.11.lib.1.& ideo Xenophon.in vita Cyri ſcribit apud Perſas legem editam qua ingrati à quocunque de populo accuſati, à prætore puniebãtur.ingratitudo.n.Deo, patrieque inuiſa eſt. Adde l.Titius puerum.ff.de obſe. vbi ſeruus factus liber,propter ingratitudinem reuocatur ad ſeruitutem,dato etiam quod pro beneficio patronus pecuniam accepiſſet.quod eſt no.pro ampliatione ad hanc materiam.& illum tex pro aureo commẽdat Roma.ſin. 463. an dux Mediolani.faciunt quæ tradit Soc.con.4.lib.3.poſt Paul.de Caſt.in l.digna vox C.de legib. Adde quæ tradit Catellia.Cot.in verb.exemptus ratione ingratitudinis.Et qualiter ingratus diuerſimode puniatur,late per Franciſ. Ripam in l.vlti.C.de reuocan.donatio.Et an filius legitimatus,q̃ ex cauſa fuit red uctus ad illegitimitatẽ,iterũ poſſit legitimari,per Gerar.de petra ſanc.ſin.2.ſuperius alle.

CCCCXIIII.

1 *Teſtator filijs ſuis hæredibus inſtitutis, multiſque legatis factis, cuidam amico domum certam in gaudimentũ dedit, num huiuſmodi legatum ad legatarij hæredes permeabit?*

1 TEſtator filios ſuos hæredes inſtituit, & quamplura legata fecit,inter alia legauit cuidam amico ſuo quandã eius domum in gaudimentum,vt vulgariter dicitur, modo dubitatur,an tale legatum tranſmittatur ad hæredes?in quo plura adduci poſſunt pro vtraque parte, attamen veritas eſt quod tale legatum tranſmittitur ad hæredes legatarij,ita multũ not.dixit Bal.in l.ſi habitatio.in §. ſed ſi hic. ff.de vſu & habita.quẽ refert & ſequitur Iaſ.in proœ. feu. in 35.col.ver.quinto confirmo,&c.vbi plura adducit pro hoc dicto.& inter alia adducit l.4.ff.de ali.& ciba.lega. vbi habetur,quod quando fundus relinquitur ad alimenta,venit etiam proprietas,& tranſmittitur ad hæredes.tu dicas quod idem tenet Bar.in l.cũ hi.in §.ti vni.ff.de tranſactio. & ibi Ang.clarius.& Bal.in l.ſi.circa prin.C.de fruct.& lit. expen.& ita tenet Raph.Fulgo.in conſi.13.incipien.Circa primum.in penul.col. Tenementi,quia prima facie quilibet diceret contrarium.

CCCCXV.

1 *Iuramentum magnæ importantiæ & effectus eſſe ſi modo formalem expreſsionem, & quam habere debet, habuerit. An autem ſcripturarum tactum requirat, id habes remiſsiuè. nume.2.*

1 IVramentum teſt magnę importantiæ,& habet plures effectus,vt vidilti ſupra in pluribus ſingularibus,& habetur per doct.in pluribus & diuerſis locis,quos aliter non refero,ſed ſcias & perpetuo tene menti,quod iuramentum non operatur aliquem effectum,quando non habuit formalem expreſsionem quam debet habere,& ideo ſi aliqd tibi promitto & iuro,demum dico per iuramentum, q̃ alias feci.promitto tibi dare decem,pro hoc non obligor ad iuramentum,nec ad periurium,quia iuramentum requirit formalem expreſsionem,vnde non ſufficit expreſsio per relationem ad illud:ita dicit do.Ant.in ca.ad excommunicato.in 5.col.de reſcri.per.te.in c.clericus.quoc eſt c. penul.de iureiu.quod dictum refert & ſequitur So.in cõſi. ſuo 99.inci.Sereniſsimus Rex,&c.in tertia col.in tertio vo
2 lumi.an.†iuramentum requirat tactum ſcripturarum, vi de Abb.in c.fraternitatis. in vltima colu.de teſta.& Bald. in conſilio ſuo 8.incipi.Punctus quæſtionis,&c. in ſecundo vol.quid dit inueſti.Bal.in repetitio.l.2.in 31.& 32.col. ff.de iureiuran.Bal.in l.in alterius.in verſi. vlt.no.& c.C.ſi min.ſe maio.dixe.& in authen.ſacramenta puberum.in ſecunda col.in verſi.1.quid ſi iuro,&c.C.ſi aduer.vend. do. Feli.ca.fraternitatis.in nona col.& in c.tuis quęſtionibus in tertia col.eodem ti.Inno.in c.& ſi Chriſtus.de iureiurã. tex.& docto.in §.1.in authenti.vt omnes obediant iudic. tex.& Ioan.And.in c.vt circa.de eſſectio.Bal.in margari.in verſi.iuramentum.Alex.poſt Pau.de Caſt.in l.3.in §.iurare ff.de iureiuran.&c.

CCCCXVI.

1 *Viduæ ſi ſtuprum committant, ita dotem, ſeu actionem ad illã repetendam perdunt, vt vxor marito viuente adulterium committens.*
2 *Adulterio, qui conſtante matrimonio offenditur, idem quoque viduitate durante ſtupro leditur.*
3 *Vidua liberorum tutelam habens, ſi ſtuprum committat, tute la priuatur, velut ac ſi adſecundas peruolaret nuptias.*

1 PLures profecto reperiuntur viduæ quibus videt omnia eis licere impune poſtquam ſunt in libertate,& vlterius non ſunt ſub poteſtate mariti,ſed vero ſe decipiũt, nam ſi tales viduę committunt ſtuprum,ita perdunt dotem ſeu actionem ad repetendam dotem, ſicut vxor committens adulterium viuente marito.ita multum fin.dixit Pau.de Caſtro,in conſilio ſuo 111.incipient.Reuocatur in dubium,&c.alias eſt conſilio 147.libro ſecundo.& in l.ſororẽ.C.de his quibus vt indignis.& in l.fideicommiſſum. C.de fideicommiſſ.quod dictum reprobat dom.Alex. in dicta l.ſororem.& Iaſ.in dicta l.fideicommiſſum.ſed illud dictum approbat ipſe Iaſ.in l.2.in ſecũda col.ff.ſoluto matrimonio.vbi reprehendit Alex.in dicta l.ſororem. tenẽtem contra Paulum de Caſtro,pro quo dicto facit tex.in l.penultima.ff.de adulteriis.per quem tex.dicit ibi Bar.q̃
2 †qui offenditur ex aduſterio conſtante matrimonio,ille et offenditur ex ſtupro viduitate durante. quod dictum refert & ſequitur Iaſ.in dicta l.2.ſecunda col.ff.ſoluto matrimonio.& do. Auguſt.de Arimino,in ſuis additionibus ad Ang.Areti,ſuper libro maleficior.in verb.*Che hai adulterato la mia dona*.in tertia char.ſuper verb.quid ſi marit⁹ &c.& faciunt etiam dicta per Io.de Anan.in c. intelleximus.in octaua col.in verſi.ex quo videtur poſſe, &c.de
3 adulteriis.Et†adde etiã quod vidua habens tutelam filiorum ſi committit ſtuprum, priuatur ipſa tutela perinde ac ſi tranſiret ad ſecundas nuptias.ſta dixit gl.in authent. ſacramentum.C.quando mulier offici.tutor.fungi poteſt. alleg.iura de quibus in ea.quod eſt ſumme notãdum, &c. quod etiam voluit Bal.in l.his ſolis.C. de reuocan.donatio.de qua materia latius locutus ſum in repetitione mea l.vnicæ.C.de raptu virginum.in 15.& 16.char.

ADDITIO.

a Adde Gerard.de petra ſanct.ſing.48.& ibi addit.

CCCCXVII.

1 *Coniunctorum, vel affinium præſentiam multa & efficere & operari, nam ea metus & vis illata teſtatori præſumptionẽ ceſſare facit. Item doli ac fraudis, Et quid de iudicis præſentia, & decreto. Item honeſtorum virorum. numero. 2.*
3 *Tutores vel curatores actum aliquem gerentes in pupillorum ſuorum rebus, vt de geſtis non teneantur, quanam ratione ſibi prouideant.*
4 *Coniunctorum pupilli conſilium à dolo & culpa vacuum tutorem facit.*

1 PRæsentia cõiunctorum vel affinium plura operatur. nam facit cessare præsumptionem metus & vis illatæ testatori secundum Bal.in l.1.in 2.col.in ver.quæro quæ coactio.C.si quis aliquem testa.prohi.& Bar.in l.fin.in 1. col.ff.si quis aliquem testa.prohib.& in l.frater à fratre in pe.char.in 2.col.ff.de cõdi.inde.item facit cessare præsumptionem dolis,fraudis & metus, secundum Bar.in l.fin.in prin.ff.quod met. cau.& Alex.in l.si cum dotem.in §.eo autem tempore.in pe.col.ff.sol.mat.& volunt doc.in l. trã sationem.C. de transac.& Philip.Dec.in consi.232.incip.

2 Dura.in 2.col.Item idem operatur præsentia seu decretum iudicis.nam facit cessare præsumtionem metus secũdum Bar.in l.1.C.de præd.cur.lib.10.& in d.l.frater à fratre.in pen.char.in 2.col.& Imol.in l.1.in §.fuit quæsitũ. ff.ad Trebel.& Bal.in c.1 in prin.in 3.col.qui feu.dare pos. Item præsentia honestorum virorum tollit præsumptionẽ metus,secundũ Ang.in l.quæro.in §.seruũ.ff.de ædil. edict.quæ omnia tamen restringuntur per Angel.in consi. 225.incip.Thema tale.in vlt.col.quem refert & sequitur do.Philip.Dec.in consilio.219.incip.Viso punct.in vlti. col.in fi.Et in hac materia præsentiæ coniunctorum vel

3 attinentium teneas menti,quod quando tutores, vel curatores faciunt aliquem actum in rebus pupillorum debẽt esse cauti,& facere cum consensu matris pupillorum & attinentium,quoniam tunc licet male succedant pupillo ipsi non tenebuntur.ita voluit gl.in l.2.in ver.pupillo. circa med.C.de his quibus vt indig.quam Pau.de Cast.ibi in vltima col.ad hoc reputat multum.sing.& menti tenendã

4 & ex illa gl.dicit ibi Bal.in 3.oppositione, quod ratione consilii coniunctorum præsumitur à tutore abesse dolus & culpa,quod dicit esse no.dignum.& illam gl.etiam refert & approbat Bal.in prin.in 2.col.qui feuda dare pos.& illam.gl.cum doctrina Pau.de Cast.& Bal.refert & exclamat Ias.in l.1.in fin.C.de transact.& de hac materia etiam late loquitur Ias.post alios in dicta l.transactionem.C.de transactio.& in dicta l.2.C.de his quibus vt indign.&c.

CCCCXVIII.

1 *Testium dicta iuuanda, non impugnanda nec cauillanda. Vnde qui audiuit, si interrogatus dicat, vidi, sufficienter deposuisse videtur.*

1 DIcta testium sunt iuuanda, & non impugnanda nec cauillanda,secundum Bal.in l.de quibus. in vlti.colu. ff.de leg.& in ca.cum dilecti.in vlt.col.de consuet.& volunt docto.in l.1.ff.si.cer.peta.& Ias.in l.si fideiussor.in §.si necessaria.ff.qui iurisda.cogan.pro quibus facit l.quoniam C.de hære.& ideo tene menti singulare verbum Iacob.de Are.in l.testium.C.de testibus.vbi dixit quod si testis qui audiuit,dicit q vidit,q eius dictũ saluat,q dictũ refert & sequit Bal.in marg.sua in litera.T.in versi. vnde q audiuit &c.& dicit ibi Ba.q rõ illius dicti sui est,qa visus prædicatur de omni sensu,vt ibi latius per eum,de quo etiam per Soci.in consi.suo 54.incip.Visis testibus.in prima colu.in 3.vol.tene menti ad euadendum teltes à falso.

CCCCXIX.

1 *Moderator in re sua licet quilibet sit,ac arbiter, hoc tamen in re emphyteutica ꝑpetuũ nõ est. De quo hic fusè ac doctè.*

1 LIcet in re sua quilibet sit moderator & arbiter, vt in l. in re mandata,C.manda.& in l.non vsque adeò.ff.si quis à paren.fuer.manu.& in l.etiam.§.licet in dotalibus ff.soluto matrimo.& habetur in l.nec emere.C.de iure de liberan.attamen hæc regula fallit,in vno casu multũ not. videlicet,quando emphyteusis propter generationem finitam reuersa est ad donationem,quoniam tunc domin non potest de tali sua re facere quod sibi placet,quia tunc descendentibus ipsius emphyteutæ possunt petere illam rem sibi confirmari,quod si dominus hoc denegauerit,poterit appellari ad superiorem,ita dixit Bart.in l.1.§. permittitur.ff.de aqua quotid.& æsti.& in l.1.ff.de priuileg. credi.& in l.si mihi & Titio.in fin.ff.de verb. obligatio.& idem voluit Per.de Anch.in consi.suo.170.incipi. Exte-

nore priuilegii in tertia dol.vbi loquitur in rebus ecclesiæ, & approbat dicta Bar.in dictis locis.& tenet ipse Pet.Anc. in consilio suo 173.incip.do.Lazar.in penul.col. & Ang. in d.§.permittitur.& illud dictum Bar.etiã approbat do. Ang.in ca.1.de loca.Card.in ca.penul. de postul.præla.&. Bal.in additio.Specu.in tit.de loca.in 11.col.in versi.Emphyteusis debet potius &c.& in c.in presentia.in 10.col. de probatio.in versi.quid autem.Item hanc sententiam & op.Bar.in dictis locis ex pluribus iuribus & doctrinis no. approbat Ludo.Rom.in consi.suo 22.incip.Propositę mihi consultationis.in pen.col.vbi dicit quod ita se habet cõmunis opi.& hanc partem firmat idem Lud.Rom.in l.2. in prin.ff.solu.matrimo.& hanc partem tenuit do. Alex. in pluribus locis,quem refert & sequitur do.Philip.Dec. in consi.suo 131.incip.Reuocatur in dubiũ &c.in 2.colu. vbi dicit,quod hæc est communis opi.de quo ibi latius p eum ad quod etiam vide Alex.in consi.161.incip.Visis narratis &c.in 7.vol.vbi dicit prædicta esse vera quando descendentes qui petunt se renouari essent instituti hæredes,secus si extranei essent instituti,ad quod alleg.Ioan.de Imol.in consilio suo incip.Quidã Tonius de Panno,&c. de quo latius per do.Alex.in dicto consi.de quo etiam vide latius per do.Fran.Cal.in consi.suo 44.incip.super controuersia.per totum.

CCCCXX.

1 *Regula,qui per alium facit,ipse facere videtur. Vnde si quis aliquẽ alere teneatur,satisfeciss videtur,si ei prębendam ad alimoniam procurarit,vel si in aliquo hospitali de alimentis prouiderit.Id autem qualiter accipiendum.ibid.*

1 EXtat iuris regula vulgata quæ dicit,quod qui per alium facit,ipse facere videtur,vt in c.qui facit.de regu.iur. in 6.& in l.quod iussu alterius.ff.de reg.iur.&.pro confirmatione seu ampliatione dictæ regulę scias,quod si quis tenetur aliquem alere,sufficit si faciat eum recipi in aliquo hospitali vel domo Dei,vel si procuret ei aliquã prębendam. Ita multum nota.dixit Bal.in l.1.ff.sed scimus.per illum tex.C.de latin.liber.tollen.quod tamen restringit illud de hospitali,dummodo ille,qui debet alimentari,possit sine eius dedecore habitare in hospitali,alias dicit secus esse.quod dictum non memini me alibi legisse &c.

CCCCXXI.

1 *Mora,quando periculum est allatura,facit,vt multa tolerẽtur,quæ minimè licerent.Quod & in iuramento habet locum,vt contra illud absque absolutione venire iurans possit,si superioris copia non adsit.*

1 QVando periculum est in mora, multa tolerantur,quę alias non tolerarentur,vt dixi ego late in l.qui cædẽ. in 1.& 2.col.ff.de ficar.quibus ibi p me dictis adde, quod hoc habet etiam locum in iuramento, nam quando immi net necessitas,& non potest haberi copia superioris à quo petatur absolutio à iuramento,tunc contra iuramentum licet venire propria authoritate absque absolutione,ita dixit Inn.in c.venerabilem.de elect.gl.super verbo, venire. in fi.quod dictum refert & sequitur Bal.in l.non dubium in antepenul.col.C.de legi.& Abb.in c.quanto.in 6.colu. de iureiur.& Can.in d.c.venerabilem.& illud dictũ refert & sequitur do.Fel.aliqua pro eo adducens in c.2.in penu. col.de spon.Tene menti ad euitandum periurium.

CCCCXXII.

1 *Agnatos transuersales vltra decimum gradum ad successionem non admitti. Limitabis tamen in illustrium virorum successionibus,qui etiam in infinitum prohibentur.*

2 *Quod etiam in feudis locum habere dicitur.*

1 AGnati transuersales vltra decimum gradum ad successionem non admittuntur secundum gloss. & docto.in l.fina.C.vnde legi.& gloss.& Bartol.in authenti.in successione.C.de suis & legiti.& not.in §.fina. Instit.de serui.cogn.hoc tamen fallit in successionibus illustrium virorum, vt comitum,baronum,& similium,qui in infinitum admit-



tum admittuntur.ita sing.voluit Bal.in c.1.in §. capitanei. de feu.marchiæ.vbi dixit esse valde not.quod in successionibus illustrium comitum,& baronũ,mortuo vltimo,comite sine hærede succedunt quicunque agnati,etiam si cẽtesimo distent gradu.Et idem dicit in regno seu in regum successione ,quia si tota domus regia moreretur,& extaret vnus de sanguine antiquo,& non esset alius proximior isto q esset in millesimo gradu,tamen iure sanguinis succederet in regno,& ista omnia refert & approbat do.Philip. Deci.in consi.suo 85.incip.Diligenter.in 2.col.in versi. secundo principaliter,vbi dicit,quod ista sequitur Iac.Alua. in dicto §.capitanei.in gl.fi.vbi post Iaco.de Bel.& Nic.de

1 Neapo.concludit,quod quando de acquirente feudũ primordialiter sit transitus ad descendentem,tunc in infinitum progreditur etiam ad transuersales acquirentium, de quo latius per do.Philip.Dec.in d.suo consi. Tene menti, quia hocalias vidi in contingentia facti &c.

CCCCXXIII.

1 *Compromissum,nullum effectum habere,nisi ab arbitro,arbitratorve acceptatum fuerit. Nec tempus compromisso adiectum currere,nisi ex quo acceptatum extiterit.*

2 *Appellationis exercẽdæ tempus,seu instantia ipsius prosequẽdæ,licet de iure cõmuni a die interpositæ appellationis currat,tamen si iudex eligi debeat,antequam sit electus,tempus illud,seu instantia non currit,*

1 COmpromissum factum in aliquem nullum habet effectum,nisi fuerit acceptatum per arbitrum vel per arbitratorem,quia in his quæ pendent ex consensu duorũ,nõ inducitur perfectio,nisi vtriusque consensu concurrente, vt est in cõtractibus vltro citroque obligatorijs,vt in l.Labeo.in §.verba.ff.de verbo.signifi.& tempus appositum & limitatum in compromisso non currit,nisi à die acceptationis ipsius cõpromissi,quia ante dictã acceptionẽ arbiter electus nõ est arbiter,nec cõpromissum dicitur esse factũ donec non est acceptatũ, sed dicitur magis partes velle facere compromissum, eo autem acceptato dicitur cõpromissum factum, gloss.est no.in l.si cum dies.in princ.ff.de arbit.& ridiculum esset dicere.quod tẽpora currerent ante quã adesset arbiter qui posset partes adire.te. est not.in l.si in diẽ.ff.de condi.& demon.p quã legẽ cõsuluit d.Christo.

2 pho.de Castel.q licet tẽpus exercendæ appellationis,seu instantia causæ appellationis exercẽdæ currat iure,de cõi à die interpositæ appellationis,vt in c.sicut.de appel. & in l. fi.§.illud.cum glo.C.de appel.tamen disponẽte statuto vel decreto qd debeat eligi certus iudex appellationis ex numero confidentium ,quod si potest interpositam appellationem partes starent decem annis ad faciendum dare iudicem,appellationis,nunquam currit tempus instantiæ appellationis,quia non adest iudex qui possit adiri vt ipsa appellatio exerceatur.quæ omnia ponit do.Lanfran. de Brixia in suo tract.de arbi.in 2.char.in 3.col.quæ omnia tene menti,quia quotidie occurrunt in facto,&c.

CCCCXXIIII.

1 *Iurans se non reuelaturum quod sibi in secreto,& velut in cõfessione dicitur, qui tamen sacerdos non sit, id tamen si in testem producatur,non obstante iuramento reuelare tenetur.*

ACcipe quęso vnum dictum valde periculosum, quod mihi imposuit maximam admirationem,quod dictũ

1 est hoc,videlicet, q si quis dicat aliquid alicui in secreto & in confessione, quando non est sacerdos,iuramento ei præstito q nemini debeat illud reuelare,tamen si producatur in testem non obstante iuramento debet illud reuelare,ratio est,quia iuramentum non extenditur ad istum casum.s.quando producitur in testem, & ratio rationis est, quia si intendebat iurans ad hunc casum extendere iuramentum,certè iuramentum fuit temerarium, & non seruandum, ita not.dixit Abb.in c.si sacerdos.in 2.col.de offic.ordina.post Innoc.in cap.qualiter & quando.de accusatio.& in cap.omnis vtriusque sexus.circa finem.de pœni-

& remiss.quod dictũ refert & sequitur Ias.in l.fi.in 3.col. versi.13.notab. facit &c.ff.qui satisda.cogã. tene menti qa vt dicit Abb in dicto cap.si facerdos.multi decipiũtur. Et ego prima fronte dixissem cõtrarium per gl.in c.licet mulieres.de iureiur.in sexto.de qua locutus sum in repetitione mea rubric.ff.de fideiusso. in 46.col.in fine.&c.& vide Ioannem Neuizanum in sylua nuptiali,in 11.chart.in 4. colum.vbi latius loquitur in hac materia.

CCCCXXV.

1 *Consuetudinem in contractibus emphyteuticis semper attendi.*

1 IN contractibus emphyteuticis semper attenditur consuetudo secundum Ang.in §.emphyteusim.in authẽ.de non alienan.vbi dixit.quod simplex promissio prælati ecclesiæ de renouanda emphyteusi concessa ad nouennium quando erit finita,intelligitur secundũ q est cõsuetum renouari per alios.Et dixit Bal.in additio.Spe.in tit.de loca in 4.col.in prin.q locatio in emphyteusi simpliciter facta per prælatum,tamen cẽsetur facta in tertiam generationẽ, si erat ita consuetum.Et dixit Io.de Imol.in c.potuit.de loca.quod concessio in emphyteusi facta pro se & filijs simpliciter,intelligirur etiam pro filijs futuris,si ita est consuetum,quę omnia & aliqua etiam no.dicta in materia refert & sequitur Ial.in l.certi condictio.in §.si nũmos.in 4.col. in fi.ff.si certum petatur.quæ omnia poteris addere ad materiam consuetudinis,&c.

CCCCXXVI.

1 *Partum viscerum partem esse,vnde qualis mater, talis partus.Id autem qualiter procedat,ibidem habes.*

1 PArtus est pars viscerũ, ideo qualis est mater, talis erit partus.l.1.in §.ex hoc rescrip.ff.de vẽtre inspiciẽ.l.sed addes,§.si quis mulierem vehẽdam.ff.locat.l.curator.ff. de ven.in posse.sio.mitten.& in c.si quicquid.& in c.si ad matris.& ca.sequen.de consecra.distinc.4.& voluit Spe.in tit. de feu.in §.2.in versi.5.quæratur. Illud tamen credo regulariter procedere in fauorabilibus, sed secus in odiosis,& hoc propter no.dictũ Bald.in l.fin.C.de liber-causa.vbi dicit.quod bannita muliere prægnante, natus postea nõ est bannitus.& dixit idem Bal.in l.cum inter.C.de fideicommiss.liber.quod si banniuntur omnes homines de tali progenie,q non comprehenduntur exillentes in ventre,quę dicta refert & sequitur do.Nellus in tractatu suo bauni.in prima parte primi temporis,in 9.quæst.circa medium. in versi.& nota quod si banniuntur,&c.

CCCCXXVII.

1 *Sententia multis casibus in rem iudicatam non transit,maximè quæ ex dicto siue delatione peritorum lata est, etiam si ab ea appellatum non sit.*

1 PLures sunt casus, in quibus sententia nunquam transit in rem iudicatam,quos casus satis amplè posui in repetitio.mea l.fina.C.de probatio.in 18.quæst.io. extraordinaria.& inter alios casus vnus est, vt ibi dixi,quando lata est sententia ex dicto seu relatione peritorum, nam tunc sententia talis non transit in rem iudicatam.Et ideo si extat statutum q sententia debeat ferri cum consilio sapientis, vt cõmuniter in aliquibus casibus sunt statuta per Italiam , vel etiã si de voluntate partium fuerit commissa causa consilio alicuius sapientis,tunc à tali sentẽtia nedum poterit appellari,sed etiam si non sit appellatum,talis sententia nũquã transibit in rem iudicatam,imo semper & quandocunque poterit retractari,si appareat cõsiliũ alterius doctoris magis periti in contrarium factum.ita dixit do.Ant.in c.pro posuitti.ante finem.de probatio . quod dictum pro nota. & mirabili refert & sequitur do.Alexã.in l.si ab hostibus. ff.soluto matrimonio.vbi multum exclamat istud dictum quod etiam sequitur Ludouicu. Roman.in consilio suo 228.incipiend.Pro plena diffusione , &c.ad finem. & in l.cum quidam.in §.quod dicitur.ff.de acquirend. hereditа.de quo latius per Ias.qui hoc dictum multum exclamat in repetitio.l.admonendi . in 16.column.ff.de iurciu-

ran.pro quo vide quæ dixi ego in l.1.§.fi.in 17.col. in pri. ff.de quæstionib.

CCCCXXVIII.

1 *Terminus ab homine iudicis iurisdictione præcisè assignatus vel instantiæ causæ, vim peremptorij & ad probandum per partes, & ad sententiam audiēdam, adeo vt iudex die termini vltima etiam peremptoriè actore nō citato, reum absoluere queat.*

MAteria citationis, dilationis, vel monitionis pemptoriæ traditur à scribētibus in l.2.C.quomodo & quando iudex.in ca.pia.de except.in 6.in c.frequens.de restitutio.spolia.in 6.in l.1.C.de dilatio.& in l.admonendi.ff. de iureiuran.& per Bald.in margari.sua, in verbo, terminus, & per Bald.in l.mancipiorum.ff.de damno infecto. & pluribus alijs locis, quę difficile esset adducere de, qua materia aliqua dixi in repetit.mea l.de vnoquoque.ff.de re iudi. Et
1 †circa ipsam materiā teneas menti, quod terminus præfixus assignatus ab homine iurisdictioni iudicis vel instātię causæ non solum habet vim peremptorij ad probandum quantum ad ipsas partes sed etiam habet vim termini peremptorij ad audiendum sententiam, & ideo iudex in vltima die termini poterit reum diffinitiua absoluere etiam actore peremptoriè non citato.ita no.dixit Bal.in auth.ei qui.C.de tempor.appel.quod dictum pro valde singulari exclamat Ias.in repeti.l.admonendi.in 35.col.ver.addo ꝙ plus, &c.ff.de iureiur.vbi pro hoc dicto plura alia adducit de quibus ibi per eum, de quo etiam vide per Barba.in ca. consuluit.in 8.col.de officio deleg.

CCCCXXIX.

1 *Rationum liber vt probet, quid continere debeat? Sed quid si contra scribentem producatur? nu.2.*

1 LIber †rationum ad hoc vt probet, debet habere diē [a] & consulem, alias non probat.l.1.§.rationes.& ibi doct. ff.de eden.& voluit Bal.in rubri.C.de fide instrume.in 12. col.in versi.viso de scripturis quæ sunt publica manu scripta, &c.& Ang.in l.1.in §.editiones.ff.de eden.istud est verum ad hoc vt ipse liber rationum probet pro scribēte.Sed
2 †secus est vt ipse liber probet contra ipsum scribentē, quia tunc non est quærendum, an habeat solēnitates præsertim an habeat diē & consulem, quia etiam sine die & consule probat contra scribentem.ita sing.dixit Io.And.in additi. Spe.in tit.de instrumen.edit.in §.nunc dicendum. in addition.magna.incipien.Quia de argentario, &c.in 2.colū. in versi.dicit etiam quod si prædicta dies, &c. & in eadem additio.in 5.col.in versi.de solennitate, &c. quod dictū summè commendat Ias.in repetitio.l.admonendi.in 48.colū. in pri.ff.de iureiura.vbi dicit se non legisse alibi hoc dictū. & dicit quod idem tenet do.Antonius in c.secundo, extra de fide instrumento.in quinta col.& Abb.in 8.colū.in fi.tene.menti, quia est singulare verbum seruiens ad multa.

ADDITIO.

a Habere diem. Dies in libris rationum requiritur.secundū Bal.in dicta rub.de fide instru.tradit Alexan.consi.70.viso processu.col.3.versi.ecce ergo.vol.1.ita limitando cōmunem regulam, qua in l.pen.§.idem quæsijt.ff. de pignorib. vbi probatur ꝙ scriptura periuata diem non requirit. Alibi tamen multum singulariter dicit Bal.in l.iubere chartulas. C.de conuenien.fisc.debitor.lib.10.quod si de virtute scripturæ priuatæ carentis die & consule quæratur, distinguendum est, quia aut dubitatur an valeat, & dicendum est ꝯm eum, quod sic, per d.§.idem quæsit.cum suis cōcordan.aut dubitatur cuius sit effectus, & dicit quod ꝓbat promissionem vel obligationem esse factā, tamē quod ex quo lapsu temporis potest esse præscriptum, necessarium erit creditori de tempore confecti chirographi probare. arg.l.eum actum.ff.de nego.gest.& l.matrem.C.de probat. & hoc dictū Bal.pro singulari reassumit & approbat Ale.consi.182. lectis.col.2.ad fi.libr.2.& idem etiam in effectu consuluit idem Bal.in consi.354.quæritur vtrum.lib.3.

CCCCXXX.

1 *Commodato tibi librum meum si dedi, ac tibi tandem scripsero literas, vt ad me librum meū remittas, mandare id non videor, vt per literarum gestorem id facias, vnde si is tibi librum non reddat à me liberatus non es, nec ob id teneor.*

1 CAutit & oculati etiam quandoque decipiuntur, vt experientia demōstrat, & ideo aduertas tu ne in ipso decipiaris.nam si commodaui tibi librum meum vel vestem vel aliam rem, & scribo tibi literas quod tu mittas librum meum vel aliam rem meam, non tamen videor petere à te vt des rem illam famulo seu nuntio meo, qui portat dictam literā meam tibi nisi hoc exprimam, & ideo si tu tradis dictam rem meam illi nuntio, & aufugiat, ego non teneor, nec tu es à me liberatus.l.sed si mei causa.ff. commoda.ita ad literam dixit Cardi.Ale.in c.significauit in 2.col. de appel.pro quo faciunt optimè dicta per Bal.in cōsi.suo 427.incip.Francis.&c.in 2.vol.& per do.Anto.in c.significante.in secundo notab.extra de pig.& ibi.in 2.col.versi. quæro si aliquis &c.& vide Bart.in l.eum qui.in §.fi.ff.commod.vbi ponit hunc casum.tene menti, quia etiam sæpe oculati & astuti homines in hoc decipiuntur, quia tradūt rem illi qui portat sibi literam domini, & hoc quotidie occurrit in facto.

CCCCXXXI.

1 *Inualida quæ sunt in cōsideratione non esse. Vnde paria sunt non facere, vel minus legitimè facere.*
2 *Libellus non ritè conceptus nihil operatur, sicuti nec vllum effectum parit litis contestatio non ritè facta.*
3 *Notarius si in instrumento indictionem apponere teneatur, si eam apponat, sed corruptè, an ob id instrumentum vitietur?*

1 DIxi tibi pluries in voce, & etiam in scriptis, †quod inualida non sunt in consideratione.& quod paria sunt nō facere, vel facere & minus legitimè, vt habetur in l.cū sties.ff.qui satisda.coga.& in l.scire oportet.in §.sufficit.ff. de excusatio.tuto.in l.non putauit.in §. non quæuis.ff.de bono.posses.secundum tabu.pro quo facit tex.in l.si accu
2 satus.ff.de adulter.vbi †libellus non ritè conceptus nullum operatur effectum.& facit te.in c.proposuisti.in verb. legitimā de foro compe.& facit glo. not.in l.si pater. C.ne de sta.defun.quæ dicit quod contestatio litis nō ritè facta nullum operatur effectum, & faciunt plura dicta per Ias.in l.licet.C.de procura.in prima col.de quibus dixi latissimè fortè vltra omnes in consi.meo 21.inci.Impone domine sermonem ori meo &c.in 1.& 2. char.Sed prædicta regula
3 potest limitari vno modo, videlicet quod † licet notarius in instrumento teneatur apponere in dictionē, alias si non apponitur, instrumentum vitiatur, vt dixit Bar.& alij in l. admonendi.ff.de iureiurā.& habetur in authen.vt prępo. nomen.Impera.in princ.& in authen.quibus mod.natura. effi.leg.in §.quantum.in versi.& habetur per Cano.in c.inter dilectos.de fide instrumen.& per Bar.in l.si librarius.ff. de reg.iur.tamen si indictio sit apposita in instrumento licet corruptè non vitiat instrumentum, constat.n.quod notarius sensit de indictione, quæ illo anno currebat, vnde licet errauerit, illa tamen habetur pro apposita, ita sing.cōsuluit Dy.in consi.suo 13.incip.Quæstio talis est, quodam instrumento &c.quod consilium refert & sequitur Bar.in nominatim.ad finem.ff.de condi.& demonstra.& Bald.in l.1.C.de nouo codi.confir.& in l.2.ante finē.C.de fal.cau. adiect.leg.& in l.cum proponeretur.de lega.3.& Bal.in l. Imperator.1.ff.de statu homi.& ibi Ang.& Bart.in l.si librarius.ff.de reg.iur.de quo etiam per do.Ant.in ca.cū venerabilis.circa fi.de relig.d.& per Ias.qui multum no.hoc dictum in repe.l.admonēdi.in 66.col.de iureiu.post med. & circa hāc indictionem vide aliqua per Ale.in cōsi.190. incip.Plura.in 2.colū.in 6.vol.Et vide aliud dictum in quo inualida operantur, quem posui supra, in sing.274.incip.Licet regulariter.

CCCCXXXII.

1 *Creditor debitorem malū habens, si ei partē debiti remittat, vt reliquū habeat, num in id quod remisit, remedium aliquod habeat?*

1 SAepe †contingit quod creditor habēs malum debitorē remisit partem debiti vt reliquum sibi soluat, vt ego pluries vidi in facto, sed scias quod tali casu talis creditor pōt repetere illud quod remisit per condictionē ob turpē causam.ita singu.dixit Lud.Rom.& Ale.post eum in l.fi.ff.de condi.ob tur.cau.vbi dicunt, quod hoc fuit dictum Iaco. de Are.in d.l.fi.& istud dictum refert & sequitur Ias.in d. l.fi.vbi pro corroboratione dicit facere, quia remittere est dare, vt in l.si mulier.ff.de condit.cau.da.cau.non secu.& istud dictū summè not.contra istos homines seu mercatores fallitos, quibus eo quia sunt mali debitores, eorum creditores remittunt partem debiti vt reliquum habeant, ꝙ tota die occurrit in facto.

CCCCXXXIII.

1 *Testis vnus quādoque plenè probat, licet vulgo dicatur, vox vnius, vox nullius.nu.2.vbi idem de fama.*

1 TRita † & vulgaris est iuris regula, quod in ore duorum vel triū stat omne verbum, & vox vnius vox nullius. Sunt tamen plures casus in quibus vnus testis tantum plenè probat, quos ponit accuratè Spe.in titu.de teste.in §.restat.in versi.hoc tamen fallit.vbi enumerat 30.casus in quibus vnus solus testis plenè probat.de quibus etiam habetur per Io.And.in c.vt circa.de elec.in 6.in nouella. & per gl.in c.tanta.86.dis.& per Innocen.do.Ant.& alios in c.veniens.1.de testi.Et dictis casibus adde alium casum, videlicet, quando sumus in causis breuioribus, nā in talibus causis probatio per vnum testē vel per famā dicitur plena ꝓbatio, & sic non est necesse deferre iuramentum in supplementū probationis.ita videtur de mente Bar.in l.de minore.in §.tormenta.in vlti.col.ff.de quæst.& do.Ant.in c.veniēs.1.de testibus.& in c.1.de appe.& voluit expressè Ma
2 thesi.in not.suo 2.& ibi ipse subdit in 3.not.quod †eodem modo in iudicijs possessorijs in quibus dicitur agi de leui pręiudicio probatio per vnum testem vel famā habet vim plenę probationis, ita quod non est opus iuramento in supplementum probationis, quod sentit etiam Bart.in l.1.C. quorū bo.& clarius in l.2.in fin.C.vbi in rē act.de quo dicto latius loquitur Ias.in repet.l.admonendi.in 78.col.post medium.ff.de iureiuran.& vide suprà, in singul.407.incip. in ore duorum vel trium.

CCCCXXXIIII.

1 *Testem non iuratum non probare, nec eius dictum aliquid efficere, nisi tamen testis huiusmodi sit coram arbitro, aut iudice productus, qui procedēdi de facto facultatem habeat.*

1 ALias †tibi dixi qđ testis non iuratus nō probat, & eius dictum parum vel nihil operatur, & hoc dixi suprà, in singul.214.incip.Ad validitatem &c.etiam ibi dixi, quod papa non potest dispensare quod testis inferendo testimonium in iudicio non debeat iurare, sed dicta iura & omnia ibi dicta limita singulariter non habere locū in arbitro seu in iudice, cui data est potestas procedendi de facto, sed sententiandi de iure.nam tali casu virtute talis arbitrij poterit arbiter seu iudex plenè credere testibus nō iuratis.ita dixit singu.Bal.in c.consanguinei.ad fi.de re iudi. quod dictum pro valde notab.refert & sequitur Ias.in repetitio.l.admonendi.in 84.col.post prin.vbi dicit hoc alibi non legisse.ff. de iureiur.&c.& vide quæ dixi infrà, in sing.460.incip.notissimum fore opinor &c.

CCCCXXXV.

1 *Rem inter alios actam alij non obesse & si qualemqualē præsumptionem quæ vel semiplenā probationem faciat.nu.2.*

1 REs †inter alios acta tertio non præiudicat, vt habetur in titu.C.res inter alios acta.in rubro & nigro.& hoc clarum est. Attamen scias & perpetuo teneas menti, quod si aliqui testes sint examinati inter aliquas ꝑsonas, licet nō noceant alijs, attamen si tales testes amplius examinari nō possent, hoc casu faciunt semiplenam probationem contra alios, secus esset si iterum possent examinari, quia tunc est imputandum parti, quare eos non facit examinare. ita singu.dixit Bart.in l.admonendi.ff.de iureiuran. in 16.col. in versi.quæro quid si dicta.& idem tenet do.Ant.& Abb. in c.fi.extra de iureiuran.& do. Ant.in c.quamuis.in 4.col. de re iudi.& Io.de Imol.in d.c.fi.de iureiuran.& Ang.in l. 2.C.de eden.& Abb.in d.c.quāuis.& do.Ale.in repeti.l.sępe.in 37.col.ff.de re iud.multum exclamat hoc dictū Bar. & dicit ꝙ est summè not.quia est de pane lucrando, licet secūdum eum non sit sine dubio. quæ omnia refert Ias.in d.l.admonendi.in lect.in penu.char.in 3.col.& in repet.illius legis in 87.col.ante fi.vbi adducit do.Franc.de Are.reprobantem hanc doctrinam Bar.in consi.suo 164.inci.Sicut Ioannes.in 3.col.sed Ias.in d.l.admonendi.in lect.in d. pen.char.in 3.col.reprobat do.Franc.in dicto consi.suo, & approbat doctrinā Bart.quam vt æquā ego sequor.de qua materia illius tituli, res īter alios acta, vide do.Philip. Dec. in consil.suo 109.in 1.col.vbi refert & sequitur illud di-
2 ctum Bar.& †dicit quod licet res inter alios acta tertio nō præiudicet, tamē facit aliqualem præsumptionem, per gl. in l.si duo patroni.ff.de iureiuran.& in l.a sententia.in pri. ff.de appel.& in l.2.C.de eden.& dicit ꝙ talis præsumptio est adeo potens quod facit semiplenam probationē. & ad hoc alleg.Bar.in dicta l.admonendi.vbi supra.& vide etiā do.Philip.Dec.met.in consi.suo 42.in pe.col. vbi adducit prædicta & adducit etiam do.Ant.in c.fraternitatis.de testi.in antepenul.col.in versi.nunquid autem in eadem distantia &c.idem dixit ipse do.Phil.Dec.in consi.272.inci. Viso processu.in 2.col.ad fi.

CCCCXXXVI.

1 *Temporis diuturnitatem seu antiquitatem multa operari, adeo, vt apocha priuata antiqua tamen nullo testium, aut subscriptionis adminiculo suffulta, si modo factū, antiquū sit semiplenam probationem inducit.*

1 LAtè† satis dixi tibi supra, in sing.323.inci.Diuturnitas &c.quod antiquitas seu diuturnitas temporis plura & plura operatur, sed circa eādē materiā dico tibi nūc primò aliud verbū nō contēnendū, videlicet, ꝙ licet cautū sit de iure ꝙ apocha priuata nullo adminiculo suffulta neq; testiū, neq; subscriptionis, nihil penitus ꝓbet, vt habet in l. scripturas.C.qui poti.in pig.hab.& ꝑ Bar.& alios ī l.admonēdi.ff.de iureiuran.& per Lud.Ro.in consi.suo 303.inci. Hæc scriptura &c. hoc tamen fallit nisi factū sit antiquū, & apocha antiqua, quia tunc semiplenā probationē inducit.ita sing.dixit Io.And.post Nic.de Matta.in additi.Spe. in tit.de instrumen.edi.§.nunc dicendum.super versi.quid si producens.quod dictū refert & magnificat Ias.in repet. d.l.admonendi.in 77.col.sed tu aduerte quod hoc non dicit Ioan.And.in dicta additio.sed hoc dicit Spe.in dicto §. nunc dicēdū.in pe.col.in versi.regulariter ergo, &c.& idē dixit do.Ant.in c.2.in versi.tertius casus, quando scriptura nullo modo approbat, &c.extra de testi.tene mēti, quia est singulare verbum, &c.

CCCCXXXVII.

1 *Criminales causas ciuilium causarum instar procedere. Id tamen limita vt hic.*

1 IN †causis criminalibus proceditur ad instar ciuilium.l. absentem.ff.de pœn. Attamen scias quod hæc regula fallit in aliquibus. Primo.n.fallit, nā licet in causis ciuilibus sufficiat semiplena probatio vna cum fama, tamen secus est in causis criminalibus in quibus semiplena ꝓbatio cū fama non sufficit.ita dixit gl.multum notab.in ca.veniēs. 1.de testib.quam refert & sequitur Bald.in l.2.in princi.ff. excusatio.tuto.& Imol.in l.interesse.ad finem.C.de accusatio.& Paul.de Leaza.in l.grauis.in penultim.colū.de deposi.& idē voluit Cyn.in l.fi.C.de quæst.& Bal.in l.qui crimen.in 2.col.in fin.C.qui accusa.non pos.& in l.si quis ex argētarijs.in §.ff.de edē.& idē ꝑ illā gl.tenuit Alexā.in consi.suo 143.incip. Quoniā abundè.in secundo volum.

& Iaſ.in repeti.l.admonendi.in 9.col.poſt princi.ff. de iureiuran.vbi ſubdit fortius, videlicet, quod idem etiam eſt quando agitur ciuiliter de crimina. ita dixit Io.de Ana.in conſi.ſuo 59.incip. Viſa inquiſitione. in 3.col.ad quæ dixi in repet.rub.C.de probatio.in 62.& 63.col.& dicit Iaſ.vbi ſupra idem eſſe in cauſa matrimoniali, quando agitur de matrimonio diſſoluendo, quia talis cauſa æquiparatur cauſæ criminali.quod alle.Ale.in conſi.ſuo 285.incip.habendum.ſed q̃ idem dixit Alexã.in d.conſil.143.de quo ego latius locutus ſum in d.l.de minore. in §.pluriũ.in 12.col. ver.modo vltra Bar.&c.ff.de quæſtio. ſallit ſecundo ſupra dicta regula in iudicijs deliberatorijs, quælicet dentur in cauſis ciuilibus, vt in auth.offeratur.C.de lit.conte.tamen non dantur in cauſis criminalibus, ita dixit gl.no.in c.1.3. quæſt.2.quę alleg.rationem de hoc, quam gl̃o.refert & ſequitur Lud.Rom.in 701.incip.Quæro, &c.vbi dicit quod illa gl.communiter eſt incogoita, &c.

CCCCXXXVIII.

1 *Legem de iudicis perſona multum conſidere, idq; vt iudicis decretum inter poſitum fraudis, ac doli præſumptionẽ ceſſare faciat, aliamque ſiniſtrum ſuſpicionem. Quod limita, vt hic.nu.2.*

1 LExt multum cõſidit de perſona iudicis, adeo quod vbi reperitur interpoſitũ decretũ iudicis, ceſſat p̃ſumptio fraudis & doli, & quælibet alia ſimiltra præſumptio, ſm doct.in pluribus & diuerſis locis.nam hoc voluit Spe.in tit. de emp.& vendit. §.nunc dicendum.ver.& breuiter ſcias. & Bal.in l.cum hi.in §.ſi prætor.ff.de tranſact.& in l.quicũque.C.de bo.quæ lib.& in l.C.de prædi.minor.& in l.2.C. de offi.ciui.iudic.& in l.non aliter.ff.de adop.& in l.quęcũque.ff.de pub.& Bal.in c.2.in prin.in 6.col.qui tutor.dare poſſ.& in addit.Spe.in tit.de appel.in 15.col.& Io.de Imo. in l.ſi quis cum aliter.ad ſi.ff.de verbo.obli.& voluit Ale. in l.ſciendũ.in 1.col.ff.de verb.obli.& Ale.in conſi.ſuo 125. incipien.Viſis & conſideratis.in 7.col.in 1.vol. & in conſilio 85.incipien.Viſo themate, &c.in 3.col.in 2.vol.& ibi iñ conſi.103.incipien.Viſis ſcripturis, &c.in 3.col.& Bal.
2 in l.1.ff.de rebus eorum. Sed p̃dicta limita ſingulariter ſolum habere locum & procedere in maioribus iudicibus vt in præſide, prætore, & ſimilibus, quia lex præſumit q̃ factum maioris iudicis ſit rectè factum, ſed ſecus eſt in authoritate ſeu decreto interpoſito à minoribus magiſtratibus, vt ſunt magiſtratus municipales vel pedanei. ita ſing. dixit Bal.in l.tutores.ff.de confir.tutor.quod dictum pro valde ſing.refert & ſequitur Iaſ.in ca.1.in 4.col.qui feud. dare poſſ.& dicit Bald.in dicta l.tutores.quod iſta fuerunt verba Azo.in ſumma de tutori.vel cur.qui non ſatiſ. Tenementi perpetuo.item limita etiã dictam regulã, videlicet, quod præſumitur pro decreto iudicis, ꝓpter quod ceſſat præſumptio fraudis & doli niſi manifeſtè per.euidentiam facti contrarium appareret.ita dixit Pau.de Caſt.in conſi. ſuo 177.incip.contra ſuperius conſulta, &c.in 2.col.vbi ad hoc alleg.no.per Inn.in c.propoſuſti.de proba.& l.ſi pars ff.de inoffi.teſta.in ver.niſi apertè iudicẽ inquit.&c.& in l. poſtquam.in fi.ff.de petitio.hæredi.& not.per Inn.in c.cũ Bertholdus.de re iudi.Tene menti.

CCCCXXXIX.

1 *Pluralitatem in dubio non præſumi nec ſententiarum, nec actuum.*
2 *Pluralitatem in hominum actibus nõ præſumi, niſi probetur. Et ideo ſi teſtes omnes concordant in dicto ſuper quo deponunt, licet aliter nõ appareat eos eodem tempore præſentes fuiſſe, in dubio tamen conteſtes cenſentur, & de eodem deponere actu præſumuntur.*
3 *Pluralitas ſeu iteratio in delictis non præſumitur.*

1 PLuralitas in dubio nõ præſumitur.l. omnium.cum gl. C.de teſta.c.in præſentia.§.verum.2.de proba.l.fin.C.ſi cer.peta.voluit Bal.in l.2.C.de erro.aduoca. vbi dicit q̃ in dubio non præſumitur pluralitas ſententiarum, & ibi Sali. not.q̃ in dubio non præſumitur pluralitas actuum. & voluit Bal.in l.teſtium.in 5.col.in fi.C.de teſtibus.& ibi Bald. in l.neque natales.in 2.colum.de probatio.quod non præſumitur pluralitas in actibus hominum niſi probetur. Et ideo tene mẽti, quod ſi teſtes omnes concordant in dicto ſuper quo deponunt, licet aliter nõ appareat, quod omnes eodem tẽpore fuerint præſentes, tamen in dubio præſumũtur conteſtes, & eodem actu deponere. Ita colligitur ex dictis Bal.in l.fi.C.de bono.poſſeſ.ſecundum tabu.quẽ ibi in 5.col.refert.& approbat Iaſ. vbi dicit quod idẽ tenuit ipſe Bal.in l.de quibus.in antepen.col.ff.de leg.& Abb.in c.cũ Ioannes.in 3.col.de fide inſtru.& Alexand.in conſilio ſuo 147.incip.Ponderatis.in 2.vol.de quo latius per Iaſ. vbi ſupra.de hac materia vide etiam Alexan.in dicta l.fi.de bon. poſſeſſ.ſecũdum tabu.in fi.& dominũ Franciſ.de Are.poſt Inn.in c.qualiter.2.in §.debet.in pe.col.de accu.& vide Bal.
3 in l.ſi duo rei.§.1.in fin.ff.de arb.vbi dicit, quod pluralitas ſeu reiteratio nõ præſumitur in delictis. Et in hac materia pluralitatis vide Philip.Dec.in conſi.ſuo 13.in 2.col. & in conſi.149.in 5.col.circa fi.& Soc.in conſi.ſuo 129.inci.Tota.in 2.col.& ibi in 3.col.in fi.in 4.vol.& in conſi.ſuo 143. incip.Diu profecto.in 4.col.in 1.vol.

CCCCXL.

1 *Princeps ius alterius tollere velle non præſumitur, nec quenquam ledere velle.*
3 *Principis confirmatio facta cum clauſula, ex certa ſcientia, quando operari dicatur.*
3 *Papæ vel principis aſſertioni non ſolum creditur, ſed & Cardinalis quoque dicto creditur.*

1 PRincepsnõ præſumitur velle tollere ius alterius, nec velle aliquẽ lædere.l.2.§.ſi quis à principe.& in §.merito.ff.ne quid in loco publi. habetur in l.ſi priuatis.ff.qui & à quibus.& in l.toties.ff.de pollici.& in l.item ſi verberatũ ff.de rei vendi.& in l.quoties.C.de precib.impera.offe. cũ ſimilib. Et ideo tene menti not.& ſingu.verbum Paul. de Caſt.in conſilio ſuo 159.inci.quęſtio illa vertitur.in ſi.vbi
2 dixit, quod cõfirmatio principis facta cũ clauſula ex certa ſcientia nunquã operatur, niſi quando ipſe princeps fuit certificatus de iniuria, quæ fiebat alteri ex tali confirmatione, quia non præſumitur quod princeps voluerit tollere ius alterius, per iura ſuperius alleg.quod dictum pro valde no.refert & ſequitur Ale.in conſ.ſuo 479.inci.Viſo pũcto. in vlti.col.Sed aduertas tu, quia forte poſſet purgari hoc.dictũ. Nam poſtquã princeps dicit ſe facere confirmationẽ ex certa ſcientia, aſſerit ſe eſſe certioratum, & creditur aſ-
3 ſertioni Papæ vel principis vt in clemen.vnica.de probati. & in c.ſi Papa.de priuileg.in 6.Imo nedum creditur aſſertioni Papæ vel Principis, ſed etiam creditur dicto Cardinalis, vt in c.nobiliſsimus.97.diſtinctio.ad quod vide do. Felin.in c.ad eminentiã.poſt princip.de ſenten.excommunicatio. Ideo cogita, quia iudicio meo illa reddũt dubiam dictam doctrinam, attamen dictum in ſe eſt not.

CCCCXLI.

1 *Vendere, aut emere neminem rem ſuam cogi poſſe, niſi res ea ſit cũ principe communis. nam tunc princeps poteſt rẽ vendere, reddito tamen partis non ſuæ pretio. Ex æquo tamen priuceps faciet ſi conſortem prius requirat, quem tantum dantem, quantum alius cæteris præferret. nu.2.*
3 *Annona curã habentes, ſtatuere poſſe, vt nullus in foro emat vltra duo grana ſeſtaria, vt omnes cõmodè ſibi prouideat.*

1 LIcet de iure nemo poſsit cogi vendere nec emere, vt in l.nec emere.C.de iure deliberan.& in l.inuitum.C. de contrah.emptio.& in l.inuito.ff.de regulis iuris.tamen hæc regula limitatur per textum not.in l.2.C.de commun. rerum alie.vbi dicitur quod ſi princeps habet rem cõmunem diuiſibilem ſic, vt poteſt partẽ ſuã pro libito vendere ita etiam ſimul cũ illa põt vendere partẽ ſocij etiam ſine cauſa ſoluto tamen pretio ſuæ partis.quem tex.ita intelligit Abb.in ca.penul.in 9.colum.de re iudicata. & idẽ tenet Bar.in l.ſi.C.ſi cõtra ius vel vtili.publi.& do. Feli.in c.quæ in eccleſiarum.in 18.colum.verſi.6.declaratio. de conſtit. vbi dicunt quod ſimilis eſt text.in l.1.C.de vend.rerũ fiſca.



ſca.lib.10.Subdit etiam dom.Feli.quod tamen æquum eſt
2 quod princeps venditurus talem rem communem prius requirat ipſum conſortem, & eum alijs præferat, ſi vult tãtum dare quantũ alius. & alleg.hoc voluiſſe Bal.in d.l.2.ar. l.nec eſſe.ff.de in diẽ addictio.& l.1.ff.de priuileg.credi.q̃ dicit ipſe do.Feli.not.eſſe limitationẽ l.dudum.C.de contrahen.emp.de quo latius dixi in l.1.§.cũm quidam depo
3 nere.in prin.ff.de quæſtio. Addetamen prædictis quod illi qui habẽt curã fertilitatis poſſunt ſtatuere vt nullus emat in foro vltra duo ſextaria grani, & ſic vt omnes commodè habere poſsint.ita dixit Sali.in l.1.C.de epiſco.audien. quem refert & ſequitur Ange.de Are.in §.fi.ad fi. Inſti.de donatio.vbi ſubdit vnum contra iſtos qui vulgariter dicũtur incantare frumentum vel mercãtias, vt ſi quis in foro vadit, & de frumento plus debito offert, vt alij plus emant vel promittit plus debito in detrimẽtum alterius, quod talis cõmittit crimẽ ſtellionatus.ad alleg.tex.& Bar.in l.2.§. ſi quis.ff.de cri.ſtel.quod dicit perpetuo eſſe no.&c.

CCCCXLII.

1 *Verba enuntiatiua propter aliud emiſſa, non probare, nec diſpoſitionem inducere. Limitabis in dote, vbi ea diſponunt ac probant.*
2 *Dotem præſumptionibus ac conieĉturis probari.*
3 *Statutum cauens, quod inſtrumenta publica non probent, niſi poſita ſint & regiſtrata in memorialibus, locum in dotalibus inſtrumentis non habet.*

1 VIgata iuris regula eſt, quod verba enuntiatiua emiſſa propter aliud nõ probant, nec diſponunt, vt habetur in lex his verbis.C.de teſtame.milita.& in l.ex hac ſcriptura.ff.de donatio.& in l.2.C.de dot.promiſ.& in c.indicante.de teſta.cum ſimi.Sed hæc regula à doct.limitatur multis modis, maximè à Iaſ.in d.l.ex his verbis. Et inter alias limitationes dicunt q̃ dicta regula non habet locũ in dote quia in dote verba enuntiatiua probant & diſponunt, vt eſt tex.in l.2.cum gl.C.de do.promiſſ.& ita tenet Barto.in conſil.ſuo 123.inci.Factum ſic, ſe habet, Titius & Seius venerunt ad diuiſionem quem refert & ſequitur Alex.in d.l. ex hac ſcriptura.in 2.col.ante finem.& Ludo. Rom.in l.1. ff.ſol.marrimo.& ibi Alex.in 12.col.& in conſi.ſuo 4.inci. Videretur inſpectis.in 7.col.in 2.vol.& Iaſ.in dicta l.ex his verbis.in 2.limitatione.& do.Philip.Deci.in conſ.213.incip.Viſis his.in vlti.col.Et pro iſta limitatione facit ſoptimè gloſſ.nota.in l.cum circa.& ibi Bal.C. de iure do.quæ
2 dixit quos dos probatur q̃ preſumptiones & cõiecturas. quã glo.retuli in repetitio.mea rubri.C.de prob.in 15.col. poſt medium.pro qua gl.faciunt optimè not.verba Sali.in l.ſi.C.de iure dot.in prin.in ver.ex quo not. bonum argu-
3 vbi dicit q̃ ſtatutum generaliter diſponens quod inſtrumenta publica non probent, niſi poſita ſint & regiſtrata in memorialibus, quod tale ſtatutum nõ habet locũ in inſtrumẽtis dotalibus fauore dotium, quod dictũ refert & ſequitur Iaſ.in l.1.in 2.col.in verſi.3.nota.cum verſi.ſequen. vbi alia not.adducit in materia.ff.ſolu.matrimo. Et illud dictũ Sali.etiam refert & ſequitur do.Philip. Deci.in conſil.ſuo 5.incipien. In cauſa dominæ &c. poſt prin.& vide quæ dixi in repeti.mea rub.C.de probat.in 53.col.ad fi.Tene mẽti prædicta, quia illa pluries habui in facto, & obtinui cõtra duos aduocatos.

CCCCXLIII.

1 *Emphyteuta rem emphyteuticam domino irrequiſito, alienãs à iure ſuo cadit, dans tamen filiæ in dotem, vel filio propter nuptias etiam ſine domini conſenſu à iure ſuo non cadit.*

POſtquam ſum in materia dotis & priuilegiorum ſuorum, capias aliud not.verbum in eadem materia. Nam
1 tu ſcis, quod ſi emphyteuta alienat rem emphyteuticam inuito vel ignorante domino, quod cadit à iure ſuo, vt eſt te.in l.ſi.C. de iure emphyteu. & habetur in ca.potuit.de loca.quod etiam habet locum ſi ipſe emphyteuta poſt factam talẽ alienationem dictam rẽ alienatã recemat, & ſibi eam acquirat, nam per hoc non releuatur à caducitate iã incurſa ſm Barto.in l.ſequitur.in §.item Labeo.in fi.ff.de vſucap.& in l.ſi quis libellos.in fine.C.de appellatio. & voluit Pet.de Anch.& Io.de Imo.in dicto c.potuit. & voluit alij, quos refert & ſequitur do.Philip.Dec. conſil.ſuo 160. inci.In cauſa monaſterij.ad finem & dixi tibi ſupra in tingula.412.incip.Plures ſunt. Attamen teneas menti, quod hoc fallit in dote. Nã emphyteuta licet nõ poſsit rem emphyteuticã alienare inſcio vel inuito dño, põt tñ talẽ rẽ emphyteuticam dare filiæ ſuæ in dotẽ vel filio ſuo in donatio nẽ propter nuptias ſine cõſenſu domini. ita Spe.& Io.And. in tit.de loca.in §.nunc aliqua.in verſi.109.quod dictũ refert & ſequitur Iaſ.in authen.res quæ.in 12.colum.verſic. 17.extendit.C.communia de lega.vbi adducit alios plures tenentes hanc partem & hoc etiam firmat Soci.in ſuis ſallentijs, ſal.12.in vltima ampliatione &c.

CCCCXLIIII.

1 *Miniſterialis ex forma ſtatuti denuntians maleficia obnoxius illa probare, ſi in denuntiatione cõtenta per duos vel tres teſtes probarit, qui reprobati ob infamiam fuerint, nũ in ſtatuti pœnam, quaſi non probauerit, incidat?*

1 STatutũ eſt in ciuitate quo cauetur quod miniſterialis denuntians maleficia teneatur ſub pœna probare contenta in eius denuntiatione. Modo miniſterialis fecit denuntiationem alicuius maleficij, & probauit per duos vel tres teſtes contenta in tali denuntiatione, ſed tales teſtes fuerunt reprobati propter infamiam, vel ex alia cauſa, an tũc talis miniſterialis cadit in pœnam dicti ſtatuti? in quo diças quod non, ſecundum Spec.in tit.de calum. ad finem refert & ſequitur Bald.in authen.generaliter.C.de epiſc. & cleri.& in l.1.C.de aduoca. diuerſo.iudic.quos refert & ſequitur Soci.in conſi.ſuo 118.incipien. Viſa &c.in 7.col. quod eſt nota.ad multa & ad limitationem illius regulæ dicit quod appellatione probationis intelligitur de idonea & legitima, de qua locutus ſum in repetitio.mea l.de vno quoque.in prima char.ff.de re iudica.

CCCCXLV.

1 *Minor læſus actu, vel contractu læſione apparente reſtitui debet. Sed & quandoque læſione non probata reſtitui contingit.ididem.*
2 *Minor delictum admiſiſſe confeſſus, de quo aliter non cõſtat, niſi ipſius confeſsione tunc tanquam læſus confeſsione ipſa aduerſus eam reſtitui debet.*

1 MInor læſus in aliquo actu vel contractu conſtante de læſione debet reſtitui in integrum, vt habetur in toto tit.ff.de reſtitutione in integrũ. & in tit.de mino. & habetur in l.ſi quis maior.C.de tranſactio.& in authen.ſacramenta puberum.C.ſi aduer.vendi. Et ſcias quod etiã quandoque minor reſtituitur in integrum non probata læſione. Et ideo ſi minor cõfiteatur delictum aliquod commiſiſſe de quo aliter non conſtat, niſi per ſuam cõfeſsionem, tunc tanquam læſus ex illa ſua confeſsione debebit in integrum reſtitui aduerſus dictam confeſsionem etiam aliter non probata læſione, cum ſatis appareat de ſua læſione ex dicta eius confeſsione. ita ſing.dixit Angel.in l.certum.in §.in pupillo.ff.de confeſ.vbi dicit quod hoc fuit de mente Io.And.in ca.2.de in integrum reſtitutione.lib.6.quod dicit eſſe not.quia eſt quotidianum, quod dictum pro valde nota.refert & ſequiter Alex.in conſilio ſuo 339. incipien. in cauſa accuſationis &c.in ſecunda colum. verſi.2.principaliter.& ibi multum magnifacit hoc dictum quem vidi &c.

CCCCXLVI.

1 *Emphyteuſis ac feudum non inter ſe differunt. Et an iura in vno diſponentia in alio quoque diſponant & locum habeãt. Item an argumẽtum ab vno ad aliud procedat. remiſsiuè.*
2 *Emphyteuta priuati & ſi cum feudatario multam conuentiõ tiam habere dicatur, hoc tamen differt à feudatario, quod licet ipſe à canone ſoluendo triennio ceſſans iure ſuo cadat feudatarius tamen à præſtatione annua ceſſans a feudo nõ cadit.*

1 MAgnaſ profecto & longa eſt diſputatio inter docto. An differat emphyteuſis à feudo, & an iura loquentia

in vno habeant locũ in alio,& an valeat ar.de vno ad aliud? quam diſputationem not.ponit Iaſ.in l.1.in 11.col. cũ tribus colum.ibi ſeq.C.de iur.emphyteu.Sed quicquid ſit te
2 neas menti perpetuo vnam differentiam inter feudum & emphyteuſim.Nam licet emphyteuta priuati non ſoluẽs canonem intra triennium cadat à iure ſuo, vt in l.2.C.de iure emphy.& in authen. qui rem.C. de ſacroſanct.eccle. & in c.potuit.de loca. & in l.quæro.§.inter locatorẽ.ff. loca.cum ſimi.hoc tamen non haber locum in feudo. Nam licet feudatarius non ſoluat annuam præſtationem quam ſoluere tenetur pro feudo,non cadit tamen à feudo ſecundum Spe.& Io.And.in titul.de loca.in §.nunc aliqua.ver. 85.& voluit Car.in d.c.potuit.vbi refert ſe ita conſuluiſſe. Et Io.de Imol.in c.ex parte.de feu.& Dominic.de ſancto Gemi.in c.ad apoſtolicè.§.ſed licet.de re iudi.in 6.& Alua. in c.1.§.ſed nec alia . in tit.quæ fuit prima cau.benefi.amit. vbi refert ſe ita conſuluiſſe cum Pau.de Caſt.quos omnes refert & ſequitur do.Ale.dicens hãc eſſe communem opinionẽ in conſi.232.incip.Viſo themate &c.in 2.col.vbi p hoc adducit rationem,quod eſt menti tenendum à feudatarijs hodiernis.& vide ſupra in ſingula.95.incip.Contractus cenſualis &c.

CCCCXLII.

*1 Contractum cum aliquo iniens conſenſum præſtare intelligitur contractui ipſi neceſſarium, & ſi hoc expreſsè non dicat. Et ideo ſtatuto cauente , quod filius famil.contrahere nequeat ſine patris conſenſu,ſi filius cum eo contrahit,videtur pater illi contractui conſentire , & ſic contractum valere.*

*2 Mulier ſi ex forma ſtatuti contrahere nequeat,niſi de duorũ propinquorum conſenſu,eaq; bona nonnulla ſua vni expropinquis vendat cum alterius propinqui conſenſu , valebit contractus.*

1 FAciens † contractum cum aliquo intelligitur præſtare conſenſum neceſſarium ipſi cõtractui,licet hoc expreſsè non exprimat,& ideo ſtãte ſtatuto quod filius famil. nõ poſsit contrahere ſine cõſenſu patris, ſi filius contrahit cũ patre,valet contractus, quia intelligitur tũc quod pater cõſentiat illi contractui.ita dicit Bar.in l.cum pater.in §.libertus.ff.de lega.2.quem refert & ſequitur Bald.in l.fin.C.ad Macedo.& voluit Ang.in l.Titius.ff.quibus.mod.pignor. vel hypothe.ſol.& do.Franciſ.de Are.in conſilio ſuo 160. incip. Longa profecto &c.in 4.col.& Bal.in marga. ſua in verbo,ſtatutum.in penul.ver.de qua materia habetur per do.Feli.in c.cum nuncius.in fi.de teſtib.& in c.cũ Berthol dus.in quarta col.de re iudi.& per Bal.in l.exceptionẽ.circa fi. C.de euictio & per Bar.in l.1.circa medium.C.de decur.lib.10.& per Bal.& Pau.de Caſt.in l.1.C.quod cũ eo. & per d.Fel.poſt Abb.in c.nõne.in 3.col.de præſumptio: & per Io.Andr.in regula qui tacet . de regu.iur.in mercur. & per Barba.in c.edoceri.in 5.char.de reſcript.& in c.cum dilectus.in 2.de conſuet.& per Alex.in l.quanquam.verſi. quid ſi filius.ff.de autho.tutor.& in l.bonorũ.2.C.qui admit.& per Bal.in conſi.ſuo 79.incip.Occurrit &c.in 1.vol. & per Bal.in addi.Spe.in tit.de reo.in vltim.additio. & per Abb.in conſi.ſuo 11.inci.Factum ſic proponitur.in 3.vo. & per Soci.in conſi.ſuo 87.inci.In præſenti conſultatione &c.in fi.1.col.in 1.vol.& in conſi.23.inci.Circa prædicta. in 2.col.in 4.vol.& in eo.vol.in cõſi.30.inci.Præſens cõſultatio.in 3.col.& per Ale.in conſi.252.incip.Præclarè.in fi. pen.col.& in conſil.106.incip.Quo ad præſens &c.in fi.in 1.vol.& per Barb.in conſi.41.incip.Immortalem &c.in 2.
2 column.in 4.volum. Et ideo ſi † teneas menti not. verbum in materia iſta, videlicet, q̃ ſi ex forma ſtatuti mulier non poteſt contrahere ſine conſenſu duorum propinquorum, & contingat quod mulier vendat aliqua bona vni ex propinquis cum conſenſu alterius propinqui, valebit contractus,& dicetur ſatisfactum ſtatuto, quia propinquus emẽdo à muliere videtur conſentire illi cõtractui. ita dixit do. Abb.in cap.cum in veteri.ſuper gl.1.de electio.quod dictũ pro not.refert & ſequitur Alexan.in conſi.252.incip.Præclare &c.in pe.col.vbi ad corroborationem huius dicti plura adducit, de quibus ibi per eũ. Sed tu vltra eum dicas,q̃ idem dixit Ang. in l.1.in §.fuit quæſitum.ff.ad Trebel.Et idem dixit Soci.in conſil.ſuo 80.inci.Præſens conſultatio. in 3.col.vbi refert & ſequitur Abb.in d.c.cum in veteri.

CCCCXLVIII.

*1 Vendicandi ac vlciſcendi ſe ab lege,vel ſtatuto poteſtatẽ habens,certo caſu eam alteri mandare non poteſt. Quod in extraneis locum habet , ſecus in filijs, qui mandato patris ſororem in adulterio deprehenſam , & adulterum occidere poſſunt.*

1 HAbens † poteſtatem a lege,vel à ſtatuto ſe vindicandi in aliquo caſu,non poteſt talem vindictam alteri mandare ſecundum Bal.in l.accuſationis.ff.quod met.cauſa . & in l.vt vim.in 3.col.ff.de iuſti.& iure.& in c.1.§.ſi vero.de pac.iura.fir.& in l.ad officium . in fi.C.communi diuidun. & in repe.l.1.C.vnde vi.de quo etiam per Paul.de Caſtro in l.ſi cum dotem.in §.tranſgrediamur.ff.ſoluto matrimo. & per Lud.Ro.in l.3.in §.ſi maritus.ff.ad Syllania.& latius per Alex.in l.non ſolum.in §.ſi mandato.meo.ff.de iniur. Sed hoc tamen credo poſſe reſtringi , & limitari in extraneis,quia talis vindicta non poterit mandari extraneis,ſed ſecus credo eſſe in filijs,quia talis vindicta poterit mãdari filijs,& hoc ex duobus.Et primo propter dictum Bart.in dicta l.non ſolum.§.ſi mandato.in 2.vbi dicit quod licet licitum ſit patri occidere filiam comprehenſam in adultẽrio,vt in l.nec in ea,&in l.quod ait lex.ff.de adulte.& licet hoc non poſsit alteri demandare poterit tamen hoc mandare filijs ſuis,quod dictum approbat Sali.in l.Gracchus. C.de adulter.& do.Feli.in c.ſi vero.1.in 1.col. de ſentent. excom. Secundo hoc credo eſſe verum & procedere propter illam regulam,videlicet , quod pater & filius cẽſentur vna & eadem perſona.l.cum ſcimus.C. de agri.& cenſi.li. 11.& in §.authoritate.25.q.3.& habetur in l.iſti quidẽ.ff. quod me.cauſa.de qua regula plura dixi ſupra ſingul.160. incip.Pater & filius.vbi videas.

CCCCXLIX.

*1 Teſtamenta libera ac ſpontanea eſſe debent,nec aliena pẽdere voluntate,vnde fit vt teſtamẽtum affinium dictamine conſcriptum , relatum etiam apud teſtantem & ab eo approbatum,non valeat.*

*2 Hæres ac legatarij,niſi ore teſtantis proprio nominati ſint, teſtamentum conſiſtere nequit . Permittant igitur notarij liberè eos abs teſtante nominari.*

1 TEſtamenta † debent eſſe libera & ſpõtanea,vt habetur in l.1.C.de ſacroſan.eccle.& in §.diſponat.in authen. de nupt.cum ſimi.Et ideo videmus q̃ teſtamẽtum metu factũ non valet,ſecundum gloſ.& doct.in l.2.C.ſi quis aliquẽ teſta.prohib.& volunt ſcriben.in l.1.ff.ſi quis aliquem teſt.prohi.Et adeo eſt verum hoc,q̃ teſtamenta debẽt eſſe libera,& non dependere à voluntate alicuius,niſi ſolius teſtatoris,quod ſi affines & intimi teſtatoris informati forte de ipſius volunrate,vel forſan iudicantes,quid prudẽter illi agendum ſit,fecerunt ſcribi teſtamẽtũ,quo ſcripto notarius legit inſtitutionem hæredis,& petit,ſi ſic inſtituere volebat,& teſtator reſpondit quod ſic,& idem fecit de legatis,tale teſtamentũ non valet,eo quia facile daretur materia fabricandi falſum , quia infirmi quaſi ad omnia reſpõdent quod ſic.ita dixit Io.And.in additio.Spe.in tit.de teſta.in §.in primis.in addi.incip.Pileus &c. Et idẽ dixit do. Ant.in c.cum tibi.de teſta.quos refert & ſequitur Alex.in
2 conſi.256.inci.Ponderatis verbis &c.in 1:col.Ex quo inſtruantur notarij vt permittant teſtatorẽ nominare hæredẽ & legatarios ore ſuo proprio,alias teſtamentũ eſſet inualidũ,de quibus latius per d.Ale.in d.conſi.ſuo præalleg.&c. & per Soc.in conſi.ſuo 92.inci.In cauſa.in 9.col.in 2.volu. & ibi in conſi.20.incip.in facto præſupponitur.in 2.col.& p Cor.in cõſi.104.incip.Circa primum.in vlt.col.in 1.vol.

CCCCL.

*1 Simplicitati ſuccurrẽdũ ſemper,nec ſimplices decipi ſinẽdos. Nam*



*Nam circunuenti ſimplices tanquam errantes repetũtur. Et ſimplicitatis occaſione ſæpius à iuris communis regulis recedimus.*

*2 Reſpondere poſitionibus licet principalis debeat,non eius procurator,id tamen in homine ſimplici locum non habet. Quod & ad mulieres,minores,& ruſticos extenditur.*

*3 Simplices,ruſtici,mulieres & minores in contrahendo iuramentes non obligantur. Et licet iuramentum quem maiorem repreſentet,non tamen eum prudentem fingit nec ſagacem,ſicuti nec mulierem.*

*4 Mulier conſilium inualidum,minor iudicium,ſine cõſilium imperfectum habet.*

1 SImplicitati † ſemper ſuccurrendum eſt, nec ſimplices ſunt decipiendi ſecundum Cardi.in clemen.2.in 2.no tab.de pœ.& rem. & dixit Bal.in l.1.in prin.C.ne filius pro patre.quod ſimplices homines circunuenti repetuntur tanquam errantes.Et propter ſimplicitatem ſæpe recedimus à regulis iuris communis,vt oſtendi ſupra in ſing. meo 287.tetigi tibi alias.& in ſing.18.incipien. quotidie
2 fiunt.† Et ideo tene menti notabile verbum, videlicet, q̃ licet principalis & non eius procurator vel aduocatus debeat reſpondere poſitionibus,vt habetur in ca.paſtoralis. de iudic.& in c.1.de iudic.in 6.tamẽ hoc fallit niſi ille principalis qui deberet reſpõdere eſſet homo ſimplex & groſſus,in quo eſſet præſumptio quod de leui caperetur in reſpondendo,quia admittitur ad reſpondendum dictis poſitionibus eius procurator vel aduocatus,ita notabiliter dixit Abb.in d.ca.paſtoralis.ante fin.de iudic.& in c.dilecti. in 6.col.eo.ti.& hoc fuit dictum Hoſtiẽ.ibi,vt refert Ab. in d.c.paſtoralis.& idem dixit Spec.in tit.de poſitionibus. in §.7.verſi.17.& ibi Bal.in additio.in 4.col.verſi. quando clientulus.Et iſtud eſt no.pro † mulieribus, minoribus & ruſticis,in quibus præſumitur ſimplicitas,ſecundum Bal. in rubric.C.de rerum permutatione,ante fin.vbi fortius
3 dicit,quod etiam ſi tales in contractu iurent,non obligantur,quia cum iuramentum ſit captioſum & iniuſtum; debet per epiſcopum relaxari,& dicit quod licet iuramentũ repreſentet quem maiorem,non tamen fingit eũ prudentem & ſagacem,ſicut nec mulierem fingit ſagacem , quia
4 vt dicit Ariſto.mulier † habet conſilium inualidum, & minor habet iudicium ſeu cõſilium imperfectum.& iſta ſunt naturalia & immutabilia,ita formaliter dicit Bal.in d.rub. C.de rerum permut.Tene menti prædicta,quia nedum ſemel in anno veniũt in facto,ſed imo quotidie accidũt &c.

CCCLI.

*1 Præſumptio contra probantem,facit,vt nunquam ex vnius teſtis probatione iuramentũ in probationis ſupplemẽtũ deferatur,ſi quidẽ contra probantem præſumptio vnius teſtis probationem elidit. Et hic multa de præſumptionibus.*

DEcreui omnino aliqua tibi tradere in materia præſumptionis vltra ea quæ dixi ſupra in ſing.117.incipien. Præſumptio &c.& in ſing.167.incip.Violentus &c. & in
1 ſing.371.incipien.Teſtis &c.Ideo † ſcias quod vbi eſt præſumptio contra probantem,nunquam ex vno teſte defertur iuramentum in ſupplementum probationis,quia præſumptio contra probantem elidit portionem vnius teſtis.Ita ſingulariter dixit Bal.in l.non eſt.la.1.circa.principium.ff.quod metus cauſa.Item ſcias quod ſtatur præſumptioni,quando veritas aliter haberi non poteſt ſecundum dominum Laurentium Calcaneum in conſilio 8.incip.In cauſa pendente.in 6.col.Item teſtis non idoneus ſi habet præſumptionem pro ſe,efficitur idoneus,ita dixit do.Ale. in l.ſi duo patroni.in prin.in 2.col.ff.de iureiuran. deduxi ſupra in fin.343.incipien.Veriſimilitudo &c. Item quãdo iuris præſumptio † eſt pro allegante aliquid,ipſe illud allegans releuatur ab onere probandi.ita dixit Bar.in l.in illa ſtipulatione ſi calendis.ante fi.ff.de ver.ob.& Soci.in conſilio.ſuo 66.incipien.Fruſtra.in 5.col.poſt princip.& in eo. conſi.7.col.in fin.vbi plura ad hoc alleg.Item quando tractatur de probando contra illud quod habet præſumptionem pro ſe,probationes debent eſſe efficaciores ſecundũ Abb.per illum tex.in c.quia.veriſimile.de præſum.& Spe in tit.de prob.in §.ſi ver.quintum,&c.& Alex.poſt Bald. in l.tranſactionem.C.de tranſactio.& Alex.in conſi.323. incip.in caſu prædicto,&c.in fin.verbis.& do.Philip.Dec. in conſi.ſuo 125.incipie.In cauſa falſitatis.in 6.col.in princi.& in conſilio 177.in princip.& in conſi.195.in 3.col.in verſi & iſta concluſio.& in cõſi.105.in 3.col.& voluit Ab. in conſi.ſuo 11.incip.in cauſa quæ vertitur.in ſecunda col. in 2.vol.Item ſcias quod præſumptiones poſſunt eſſe tales,quod faciant indicium ad torturam,& econtrario poſſunt eſſe ita leues,quod nihil operantur.ita dixit Bal.in ca. veritatis.in ſecunda col.in fin.de dolo & contu. Tene mẽti prædicta,quia.in materia præſumptionis ſunt no.& quotidiana.

CCCCLII.

*1 Inſtrumentum guarentigiatum executionem paratam habere. Et ibidem quid ſit guarentigia.*

*2 Confeſsio in inſtrumento guarentigiato facta,num tanquam erronea reuocari poſſet? Et ibidem de confeſsionis reuocatione cum limitationibus.nu.3.& 4.*

1 INſtrumentum † guarentigiatũ habet executionem paratam, quia nihil aliud eſt guarentigia,niſi præceptum factum in confeſſum per notarium de inſtrumento rogatũ effectum iudicem ordinarium de obſeruando promiſſa, ita dixit. Cyn.in l.1.C.de confeſſ.& Bartol.in l.non fatetur.ff.eodem titu.& Ange.& Imol.in l.prætor.§.1.ff. de re iudica.pro quo faciunt dicta per Bal.in c.1.§.1.in 1.col. in tit.de lege Conrad.& per Iaſ.in l.legitima.in 2.& 3.col.
2 ff.de pact.† Scias tamen quod poſt factum præceptum guarentigiæ confeſsio tanquam erronea poteſt reuocari ſecũdum Baldum in dicta l.non fatetur.quem refert & ſequitur Bal.in l.error.in 4.col.C.de iuris & facti ignorantia.& Soc.in conſilio ſuo 79.incipien.Si eſſemus,&c.in 7.colu: in 4.volumine.de quo etiam per Rapha.Cuma.in conſil. 160.incipien.Ioannes.vide tamen omnino Iac. in dicta l.
3 error.in 1.col.† vbi dicit quod confeſsio poteſt reuocari p̃ textu erroris,dummodo expenſæ litis actualiter prius reficiantur parti aduerſæ.alleg.Bar.in l.rura.ad ſi.C.de omni agr.deſer.libro 11.quem ſecundum eum ſequitur Arg.in §.ſi minus.in 20.col.Inſti.de actio.ad quod etiam dicit ſacere quod voluit Bar.in l.edita.in vltima colu.C.de eden.
4 Limitat etiam Iaſ.vbi ſupra,& dicit quod confeſsio poteſt prætextu erroris reuocari niſi fuerit primo acceptata per partem aduerſam,nam tunc non poterit reuocari quando ex tali acceptatione eſſet acquiſitum ius parti.ad quod alle. plura de quibus ibi per eum,ſed vltra eum vide circa hoc quæ ego dixi in repetitione mea l.de vnoquoque.ff.de re iudicat.in.30.char. vbi plura no.adduxi circa hanc materiã acceptationis.Tene menti prædicta,quia videtur aliquib' notariis idiotis,quod quando aliquis ſe ponit remedium pro ipſo debitore.& vide omnino quæ dixi infra in ſing. 467.inci.Viget,&c.in ver.videas tamẽ omnino Soci.&c.

CCCCLIII.

*1 Odia reſtringi , fauores ampliari conuenit. Et ideo licet laicorum ſtatuta clericos non ligent , tamen ipſa in fauorabilibus ipſis clericis , non odioſis & periudicialibus , clericos comprehendunt. nu. 2.*

*3 Conſuetudo ſi clericis ſimpliciter fauorabilis non ſit,ſed indiferens clericus ea in ſuum fauorem vti poteſt. Quinetiam contra laicos ſtatuto de inſtrumentis guarentigiatis vti poſſunt. Nec abſurdum eſt ſtatutorum populi beneficijs eos licet onera non gerant ibid.*

1 ODia † reſtringi,& fauores conuenit ampliari.ca.odia. de regu.iuris.in 6.cum concor.ibi in gl. allegatis . & dixi ſupra, in ſingula.294. incipien.Odia . Et ideo ſcias quod licet ſtatuta laicorum non ligent clericos , vt habetur per omnes in capit.cum omnes.extra de conſtitut.& habetur per Barto.& Pau.de Caſtr.in l.omnes populi.in 15.columna.in 4.quæſtio.ff.de iuſtitia & iure.& per Bal. in l.4.C.ad legem Falc.& per Bald.in l.omni.C.de ſacroſanct.

ſanct.eccleſiis.& in l.1.in fin.C.de contrahen.emp.& in l. cunctos populos.in 7.col.C.de ſum.trini.& per Ba.in c.1. §.ſi quis per triginta ſi de feud.fuer.contro.&.per Bal.in l. 1.§.quæ onerande.ff.qua.rer.actio non da.& per Ioan.Cal. in diſpu.ſua incip.Statuto ciuitatis cauetur.& per Pau. de Caſt.in conſi.299.incip.Ad primum.& habetur etiam in
2 aliis locis quos re ferunt doc.in dictis iuribus.Hoc † tamẽ intellige eſſe verum in præiudicialibus ipſis clericis, ſecus autem eſt in fauorabilibus ipſis clericis,quia tunc ſtatutũ laicorum comprehendit clericos.ita dicit Abbas.in ca.eccleſia.de cõſtitu.& voluit Lapus alleg.101.inci.in ciuitate Florẽtiæ.in 5.col.& voluit.do.Rochus Cur.in c.ſi.in 116. col.de conſue.vbi ad hoc allegat tex.in ca.dilecti.de foro
3 compe.& alia plura de quibus ibi per eum.Dicit etiam q̃ ſi conſuetudo non eſſet ſimpliciter fauorabilis clericis,ſed indifferens,poſſet clericus ea vti in ſuũ fauorẽ.c.ſi in adiutorium.10.diſt.& tradit Bal.ſecundum eum in l.de quib' in 16.col.ff.de leg.Adducit etiam Abb.in.c.ſi.in 1.no.per illum tex.de vita & ho.cle.vbi dicit,quod clerici poſſunt vti ſtatuto contra laicos,quod inſtrumenta habeant executionem paratam.quod etiam voluit Gemi.in cap.ſi.in prin.in 2.col.de offi.deleg.lib.6.& Paul.de Caſt.in conſil. ſuo 300.incip.Ad primum dicen.vbi dicit,quod non eſt abſurdum quod clerici gaudeant beneficiis ſtatutorũ populi,licet non ſupportent onera,quia ſufficit quod ſubeãt onera ſpiritualia,& ſic non ſunt ſimiles cum forenſibus, à quibus populus nullum habet ſubſidium,de quo etiã latius per ipſum do.Rochum in d.c.ſi.in 116.col. de cõſue.

CCCCLIIII.

1 *Temporis lapſum magni effectus eſſe,idque adeo,vt pœna homicidij diuturno tempore non cogniti, mitigari poſſet, nec mortis pœna ſed leuior tudicatur.nu.2.*

1 CVrſus † temporis eſt magni effectus, vt dixi & oſtẽdi ſupra in quam pluribus ſingularibus, in quibus locutus ſum de diuturnitate temporis.Sed vltra omnia quæ dixi accipe alium notatum effectum quem producit curſus tẽporis.Nam tu ſcis quod pœna homicidii eſt pœna mortis l.3.C.de epiſ.audi.& dixi late in l.1.in prin.in tertio no.ff. de ſica.attamen ſi quis olim commiſiſſet homicidium.de quo nunquã fuit cognitum,licet nunc deregatur tale crimen,& cognoſcatur de eo,pœna debet aliquantulum alleuiari.ita dixit gl.& Bar.in l.ſi diutius.ff.de pœn.& Pet.de Anch.& Barb.in 3.col.in c.ſi.de conſuet.quos refert & ſe
2 quitur Rochus de Curte,in d.c.ſi.in 2.col.ad ſi.vbi † ex his infert quod talis homicida decapitari non debet, ſed alia leuiori pœna puniri,quia ſi pœna debet eſſe leuior, quando delictum fuit iamdiu perpetratũ,ergo erit minor morte,vt ad ſenſum patet,quod dicit ibi do. Rochus ligandũ eſſe digito,quia ſecundum eum eſt deciſio pro liberando amico à pœna mortis,pro quo ſecundum eum bene facit tex.in l.querelam.C.de fal.& in l.adultus C.de adulte. vbi temporis curſus crimen abolet.Sed tu vltra dom. Rochũ vide Sali.hoc expreſsè dicentem in l.ſeruos.in ſecũda colum.C.ad legem Iul.de vi.Et pro hoc dicto optime faciũt quæ ego dixi in l.prima.in §.diuus Adrianus.in penul.col. in princip.ff.de ſicar.tene menti,quia ſæpe cõtingit quod homines pro aliquo antiquo homicidio capiuntur & inquiruntur de eo &c.

CCCCLV.

1 *Dolorem iuſtum temperare difficillimum.*
2 *Iudex ſi non præcedentibus indicijs quempiam quæſtioni implicuerit,ſi tortus ſic indebite iudicem occiderit,alia leuiori,quam mortis pœna puniri debet,licet pro homicidio ea imponatur.*

1 DIfficillimum eſt iuſtum dolorem temperare. ita dicit tex.not.in l.ſi adulterium cum inceſtu.§. imperatores.ff.de adulter.l.Gracchus.circa finem.C.eodem titu. quæ iura allegat Pau.de Caſt.ad no.deciſionem in conſilio ſuo 122.incipien.In cauſa incarceratorum.in vlti.colu.& Ange.de Are.in tractatu maleficiorum in verbo, & dict.ª Titius ſe defendendo.2.3.char.in verſi.aduertas.& dom. Franc.de Are.in conſi.ſuo 116.inci.Sicut Ioannes.in vlt. col.Et idem probat tex.in l.1.in §.fi.ff.de ſicariis.& in l.ſi quis in graui.in §.ſi tamen maritus.ff.ad Sylla.& voluit gl.in l.nec in ea.in §.h.ff.de adul.& voluit Abb.in c.dilecti filii de excep.& in c.1.de iniuris & in c.cum te.in 11.col. de re iud.de quo latius locutus ſum in l.1.in prin.in 9.col. verſi.13.limita & c.ff.de ſicariis.Et per predicta iura,ſcilicet d.§.imperatores,& dictam l.Gracchus,teneas perpe tuo menti ſingulare verbum quod dixit do.Par.de Puteo
2 videlicet,† quod ſi iudex non præcedentibus indiciis poſ fuit aliquem ad torturam,quod ſi ille ſic indebite tortus, occidat talem iudicem,nõ debet puniri pœna mortis, ſed alia minori pœna citra mortem,licet pro homicidio imponatur pœna mortis,vt dixi in ſuperiori proximo notabi.Ita ſingulariter dixit dom.Par.de Puteo in tractatu ſyndicatus.in 31.char.in 2.col.in fi.ſub verbo,quidam iudex vbi refert quandam facti contingentiam.pro quo dicto faciunt optime quę dicuntur de prouocato delinquente qui excuſatur à delicto.de quo latè dixi in d.l.1.in princ.in 9. col.ff.de ſicariis.& dixit etiam Alex.in conſilio ſuo 144. incip.Poſt reditum.in 2.col.in 2.vol.Tene menti rogo pdictam doctrinam,quia modernis temporibus vt plurimum iudices velo leuato torquent homines ſine indiciis & velle ſuum ſubrogant loco indiciorum,quod eſt durũ & iniquiſsimum,tamen toleratur à ſuperioribus immemores,quod lento gradu diuina procedit ira,non tamẽ ipſe Deus obliuiſcitur iniquitatum iniquorum iudicũ &c.

CCCCLVI.

1 *Poſſeſsione ſua priuandum neminem.*
2 *Poſſeſsionis ſpoliationem adeo iura exhorrent,vt ſi quis meam velit poſſeſsione arcere,poſsint amici ac vicini mei inuaſorem impunè percutere ne me expellat,etiam ſi per magiſtratum miſſus fuerit huiuſmodi executor.*

1 HAbuiſti ſupra ſatis late in ſingula.195.incip.† Nemo priuandus eſt poſſeſsione ſua.quod quis non debet ex abrupto non ſeruato iuris ordine priuari poſſeſsione ſua,de quo me remitto ad ea quæ ibi dixi.Sed circa ipſam materiam poſſeſsionis dico vnum aliud notabile verbum, videlicet,quod † adeo iura abhorrent ſpoliationem poſſeſsionis alicuius,quod ſi quis vellet me expellere de poſſeſsione mea,quod amici & vicini mei poſſunt illum impune percutere ne me expellat,etiam ſi per magiſtratum fuerit miſſus talis executor, quia populus & quilibet de populo poterit illi reſiſtere impunè illum arcendo à tali nequitia quam committit.ita dixit Bar.in l.deuotum.C. de metal.quem refert & ſequitur do.Par.de Puteo,in ſuo tract.ſyndic.in 2.char.in 1.col.in verſi.excedant plerique &c.quod profecto eſt multũ no.propter iſtos baratarios & modernos bariſellos, qui de facto homines bonis & rebus ſuis indebitè ſpoliant,vt tota die occurrit,& eis videntur omnia licere &c.& idem voluit Corſet.in notab. ſuis,in verbo,defenſio.in 2.notab.pro quibus faciunt dicta per do.Alex.in conſili.ſuo 119.inci.Viſo proceſſu &c. in 3.col.in 7.vol.

CCCCLVII.

1 *Teſtimonium teſtis infamis iuris vel facti infamia,& ſi quo ad iudicem inducendum ad condemnandum ſit inhabile, an ad inquiſitionem & quæſtionem ſufficiat?*

1 TEſtimonium † infamis infamia iuris vel facti,licet nõ ſit habile quo ad cõdemnãdum, vt habetur in l.1.C. de ſum.trinita.& in c.teſtimoniũ.extra de teſti.de quo late dixi in repeti.mea l.fin.in 6.cha.de proba.& in fin.meo 109. incipie.infans &c.tamen ſcias quod tale teſtimonium eſt ſufficiens ad inquiſitionem & ad torturam.ita ſingu. dixit Bal.in l.1.in 6.col.C.de ſum.trinit.quem refert & ſequitur do.Par.de Puteo in tract.ſyndic.in 94.char.in 4.col.circa med.quod eſt ſingularirer no.Sed hoc tamen indiſtinctè non audeo affirmare per ea,quæ dixi infra in ſing.476.incipien.Audiuiſti &c.vbi videas.

Liber



CCCCLVIII.

1 *Liber mercatoris,an & quando fidem pro eo,& contra eum faciat? remiſsiue.*
2 *Statuto cauente,aut conſuetudine ferente, quod mercatoris libro vel in magnis quantitatibus ſtetur,qualiter huiuſmodi ſtatutum,vel conſuetudo intelligi debeat? nu.4.& 5.*
3 *Et quid ſi conſuetudo indiſcreta ac indifferens eſſet,vt puta, quod ſcripturæ mercatoris pro ſe ſtandum eſſet,an talis cõſuetudo valeat?*

1 LIber † mercatoris,an & quando faciat fidem pro eo vel contra eum habetur late per ſcribentes,in l. quędam. in §.nummularios.ff. de edendo.& in l.admonendi.ff.de iureiuran.& in l.rationes.C.de probatio.& in l.Lucius.in §.tutelę.ff.de adminiſt.tutor.& in l.argentarius.ff.de eden. & habetur per Bal.in l 1.in 2.col.C.pe confeſ.& per Pa.de Caſt.in l.tale pactum.in princ.ff.de pactis.& per Bal.in ru. C.de conſtit.pecu.in vlt.col.& in l.in bonæ fidei.in 5.col. C.de rebus cred,& in rub.C.de fide inſtr.in penulti.char. Sed in hac materia teneas menti duo,primum † quod ſi ex forma ſtatuti vel conſuetudinis ſtandum eſt libro mercatoris,etiam in magnis quantitatibus,quod tale ſtatutũ vel talis conſuetudo debet intelligi accedente tamen conſenſu iudicis,& ſi iudici videbitur conſiderata qualitate mercatoris & quantitate,ac conditione cauſæ.ita dixit Bal.in l.vnica.in 4.col.C.de confeſ.quem refert & ſequitur Abb. in c.bonæ.2.in vlt.col.de poſtu.præla.quos refert & ſequi
3 tur Iaſ.in repe.l.admonendi.in 50.col.de iureiuran.Et † ſubdunt prædicti in locis ſuperius allegatis,quod ſi talis conſuetudo indiſcreta eſſet & indifferens,pura,quia diſponeret,quod in cauſa ſcripturæ mercatoris credendum eſſet pro ſe quod non valeret,quia eſſet ſine ratione,& eſſet prona ad falſum committendum,contra l.conuenire.ff.de pactis dot.& contra ca.erit autem lex.10.diſtin.quod etiam voluit Iaſ.in l.quędam.in §.nummularios.ff.de eden.Secũ
4 do teneas menti † quod ſtante dicto ſtatuto vel conſuetudine, quod libris mercatorum plena fides adhibeatur pro ſcribẽte,debet hoc intelligi & limitari,niſi mercator eſſet alias infamis vel ſuſpectæ vitæ.ita dixit Bal.in d.l.cunctos populos.in repetitio,in 15.col.in verſi.quantum exemptũ ſtatutum permittit &c.& Bal.in l.Caſſius.in vltima.colu. ff.de ſena.quod ibi intelligit ſi talis infamia ſit publica,alias ſecus.quæ dicta refert & ſequitur Iaſ.in repetitio.l.admonendi.50.col.ff.de iureiurand.vbi pro hoc adducit etiam Bar.in ſimili in l.quædam.§.nummularios.ff. de edendo.
5 † vbi dicit quod hodie libris mercatorum,vel camſorum, plena fides datur pro alio contra tertium, quod intelligit Bartol.eſſe verum,niſi talis mercator ſit perſona ſuſpecta. argum.l.ſi quis ex argentariis.§.primo.ff.de edẽ.Quæ omnia tene menti,quia multũ ſeruiũt in curia mercatorũ &c.

CCCCLIX.

1 *Vox viua mortua dignior,eique præfertur & merito.*
2 *Confeſsionem abſente parte factam non plene probare,ſi tamen mercator in libris ſuis eam faciat,plene probat, licet huiuſmodi confeſsio vox mortua ſit.*
3 *Scriptura actum permanentem habet,non viuæ vocis confeſsio.*

1 VOx † viua dignior eſt voce mortua,& ei merito præfertur.tex.eſt in authen.de inſtru.caute.& fide.in §.ſi vero tale.& voluit Spe.in tit.de probationibus.in §.videndum reſtat in verſi.Sed pone quod in inſtrumento.& gl. in c.tertio loco.de probatio.& ibi Barb.in 27.col.& Petr. de Anch.in repetitio.c.canonum ſtatuta.de conſtitu.in 7. col.& Barb.in c.2.in 10.col.extra de probati.& voluit gl. in c.poſt ceſsionem.& ibi Barba.in 24.col.extra de proba tio.attamen teneas menti vnũ caſum not.in quo vox mor
2 tua præfertur viuæ voci.† Nam tu ſcis,quod confeſsio facta abſente parte non plene probat,vt habetur in l.certum §.ſi quis abſente.ff.de confeſ.& in l.fina.ff.de interroga. actio.per canoni.maxime per do.Feli.in capit.olim.de rei. & dixi ſupra in ſingu.202. incipien. Tu ſcis regulam.hoc tamen fallit in confeſsione quam facit mercator in libris ſuis abſente parte.nam talis confeſsio plene probat, licet ſit vox mortua.Ita notab.dixit Barto.in l.inter chartulas. C.de conuenien.fiſci debitorib.lib.10.quem refert & ſequitur Bal.in l.vnica.in 4.col.verſi.primo caſu ſtatur &c. C.de confeſ.vbi dicit quod hoc euenit,quia ſcriptura habet actum permanentem,† quod non contingit in confeſsione viuæ vocis,vt de ſe patet,ad quod etiam ipſe Bal.adducit dicta per Inno.in c.cum contingat.de offi.deleg.& in c.ſi cautio.de fide inſtrumen.& idem tenet do. Ale.plura allegans in conſilio ſuo 245.incip.Ponderatis.in 6.volu. & in hac materia confeſsionis factæ abſente parte,vide q̃ dixi ſupra in dicto ſingulari 202.incipien.Tu ſcis regulam illam &c.& infra ſing.627.materia confeſsionis.

CCCCLX.

1 *Teſtis non iurati dictum non valere.Sed nec alterius cuius dicto ſtandum,eſt niſi iuramentum interuenerit.*
2 *Et quid ſi fides ab vtraque parte ſit approbata?*

1 NOtiſsimum fore opinor in iure † quod dictum teſtis ſine iuramento eſt inualidum,vt habetur per omnes, in l.iuriſiurandi.C.de teſtibus.& in c.tuis quæſtionibus eodem titu.& in c.item iuriſiurandi.4.quæſt.3.& in c. hortamur.3.quæſtio.9.cum ſimilibus.& hoc nedũ procedit in teſte,ſed etiam habet locum in alia quacunque perſona, cuius dicto ſtandum eſt ex diſpoſitione ſtatuti.vel alterius diſpoſitionis ſecundum Ang.in repetitio.l.ſi vacantia in 2.col.C.de bonis vacantibus.lib.10.de quo latiſsime dixi in repetitione mea l.fin.in 27.char.C.de probationib.&
2 ſupra in.ſing.214.incipi.ad validitatem.† Attamen teneas menti perpetuo,quod quando fides teſtis eſt ab vtraque parte approbata,in teſte non requiritur iuramentum, & valet etiam dictum ſine iuramento,ita ſingul.dixit Bar.in l. Lucius.in ſi.verbis.ff.de fidei uſ.allegat no.in l.1.§.1.ff.de feriis.Quod dictum pro valde no.refert & ſequitur dicẽs illud non legiſſe alibi Iaſ.in repeti.l.admonendi in 46.col. ff.de iureiuran.quod dicit no.eſſe ad limitationem d.l.iuriſiurandi.cum.ſimilib.& illud dictum Bar.etiam pro not. refert & ſequitur idem Iaſ.in §.item ſi quis.in 13.col.Inſtit.de actio.& vide quę dixi in ſingu.434.incipi.alias tibi dixi,&c.

CCCCLXI.

1 *Iuramentum in probationis ſupplementum in cauſis non magnis,nec arduis ſtante ſemiplena probatione regulariter deferri,niſi tamen veriſimile ſit poſſe plures teſtes in hanc rem inueniri.*
2 *Iuramento non credendum,niſi in aliarum probationum defectum.*

1 REgulariter † ſtante ſemiplena probatione in cauſis nõ magnis nec arduis defertur iuramentum in ſupplemẽtum probationis,vt late habetur per omnes in l.admonendi.ff.de iureiur.& in l.in bonæ fidei.C.de rebus credit. Sed ſcias tu,quod tale iuramentum in ſupplementum probationis,non defertur etiam ſtante ſemiplena probatione quando veriſimiliter debet poſſe inueniri plures teſtes illius rei.ita notabiliter dixit Bart.in dicta l.admonendi.in 13.col.in verſi.Item hoc intelligo verum.& idem voluit Bal.in dicta l.in bonæ fidei.& in repetitio.l.de quibus.in 22.col.ff.de legibus.quos refert & ſequitur Alex.in conſi. ſuo 456.incip.Viſo proceſſu cauſæ.in vlt.col.pro quibus facit gl.not.in c.ſtatutum.in §.cum vero in verbo,ſaltem de
2 reſcrip.in 6.quæ dixit,quod † iuramento non creditur,niſi in defectum aliarum probationum.quam gl.refert & approbat Bal.in l.1.in 1.col.C.de reb.cred.Tene menti,quia vidi hoc in palatio teſtatis nõ ſunt adhuc tres dies &c.

CCCCLXII.

1 *Notario quatenus creditur.*
2 *Notarius ſi hodie inſtrumentum mutui conficiat,aſſeratque in ſua præſentia pecuniam numeratam ſuiſſe de numera-*

*tione*

*tione nihil probat. quoniam numerationis tempore rogatus non fuit. Et ideo licet falsum dicat, de falso non punitur, quia loquitur, vt priuata persona,*

1 NOtario† non creditur nisi de his quæ coram eo fiunt, quando celebratur actus vel contractus, vt latè, tradunt scribentes in c.quoniam contra. extra de proba. Et ideo teneas menti vnum perpetuo, † quod si notarius hodie conficit instrumentum mutui, & asserit quod heri in sua præsentia fuit numerata pecunia, nihil probat de numeratione, quia tempore numerationis non fuit rogatus de ipsa numeratione, sed hodie, & non potest attestari in instrumento, nisi de visis tempore rogationis. Et ideo licet falsum dicat, non punitur de falso quia loquitur vt priuata persona. ita notab. dixit Bal. in l. ex his. in secunda col. C. de testamen. milit. quod dictum pro valde no. refert & sequitur do. Feli. in c. si cautio. in 23. col. versi. & vnum pertuo not. de fide instru. vbi dicit quod istud dictum nunquam exeat mentem tuam. & vide quæ dixi supra in sing. 415. incipien. iuramentum &c. & Soci. in consi. 95. incipi. in causa. in 1. col. in 3. vol. Alex. consil. 20. incipi. Viso in 3. col. in 6. vol. &c.

ADDITIO.

Notarius non debet scribere in instrumento pecuniam numeratam, licet sit in eius præsentia constituta, nisi vere secit eam numerare se præsente, alias punitur de falso, secũdum Bal. singular. in rub. C. de fid. instrumen. vbi secus dicit esse si diceret mutuatam, quia præsentia est pro numeratione vt hic per Hippoly.

CCCCLXIII.

*2 Rigorem iuris ciuilis in pluribus à iuris canonici æquitate tẽperari. Ideo quamuis de iure ciuili exceptionẽ non numeratæ pecuniæ post biennium opponens non audiatur, de iure tamen canonico etiam post biennium probare volens pecuniam non numeratam auditur.*

*2 Moræ purgationem non admitti, vbi dies & pœna est apposita, de æquitate tamen canonica, etiam si iuramentum inuenit, purgari potest.*

*3 Incertitudinem omnem obligationem & omnem dispositionẽ iure ciuili vitiare receptum est, de æquitate tamen canonica promissor compelli potest, vt viri boni arbitrio incerta impleat promissa.*

*4 Iudeis æquitatem non conuenire, ideo illis non seruandam.*

1 RIgor† iuris ciuilis in pluribus moderatur ab æquitate iuris canonici, & hoc patet. nam de iure ciuili ille qui non opponit exceptionem non numeratę pecunię intra biennium, vlterius non auditur illam opponendo. tex. est vulgatus in l. in contractibus. C. de non nume. pecu. & ibi habetur per omnes. attamẽ de æquitate iuris canonici auditur etiam post biennium volens probare pecuniam non fuisse numeratam. ita dixit Dyn. in. regula locupletari. de regu. iur. in 6. quem refert & sequitur Lud. Rom. in l. diuortio. ff. de verbo. oblig. & in consilio suo 44. incip. ex supra narrato. in 1. col. & Ang. in consi. 154. incip. Videtur prima fronte. & voluit dom. Ant. & Ioan. de Imo. in c. fi. in penu. char. extra de solu. & volunt alii plures doct. in aliis locis, ac accurate refert & sequitur do. Feli. in. c. si cautio. in 19. col. versi. modo fallit primo. de fide instru. Moderatur ẽt
2 in alio. † Nam tu scis, quod vbi est dies & pœna, nõ admittitur morę purgatio, vt late habetur in l. magnã C. de contrahend. & committ. stipula. & in l. traiectitiæ. in leg. de illo. ff. de actio. & obli. & habetur latissime in l. si insulã ff. de verb. obli. & ibi dicit An. qp debitor obligatus ex instrumẽto publico si cõuenitur, nõ põt morã purgare, si ex tat statutum quem debere cogi ad obseruantiam promissorum per instrumentum guarentigiatum, quod dictum ibi refert & sequitur Ale. in 1. col. Attamen de æquitate ca
a nonica est, quod mora potest purgari, etiam vbi interuenit iuramentum, ita dixit Bal. in l. qui crimen. in 11. q. C. q accu. non pos. quod dictum approbat Ale. in l. si quis maior. C. de transac. vbi ad hoc etiam alleg. do. Ant. & Ioa. de Imol. in c. dilecti. de arbit. volentes quod de iure canonico seu de equitate iuris canonici mora semper possit purgari si aduersarius non sit passus damnum propter moram. & idem videtur velle Bal. in l. si pacto quo pœnam in pe. col. C. de pac. & ita tenuit aunnculus meus do. Hiero. de Zanetinis in repe. c. 1. de accu. in 55. differentia inter ius canonicum & ius ciuile. & ibi ipse alleg. do. Ale. pro hac parte cõsuluisse in consi. suo 266. incip. Videndum est igitur &c. in 2. char. de quo latius per do. Phip. Dec. qui prædicta refert in consi. suo 138. in 3. col. & faciunt optimè dicta per eum in cõsi. 146. in fi. 1. col. vbi ponit an emphyteuta quando soluit canonem debito tempore possit purgare moram. Item etiam in alio æquitas iuris canonici moderatur rigo
3 rem iuris ciuilis. † Nam tu scis, quod de iure ciuili incertitudo vitiat omnem obligationem & omnem dispositionem, vt latissime dixi in repet. mea rub. C. de proba. in fi. tamen de æquitate canonica potest compelli promissor, vt arbitrio boni viri adimpleat promissa incerta. ita sing. dixit Archi. in c. nonnulli. 1. q. 2. quem refert & sequitur do. Ant. in c. ex parte. extra de censibus. quos refert & sequitur do. Alex. in l. 1. in 6. col. ff. solu. matri. vbi dicit, quod non recordatur hoc dictum vidisse apud legistas relatum, præterquam a Bal. in l. salarium. ff. manda. de quo latius satis dixi in sing. meo 223. incip. Nõnulla dedi tibi singularia. vbi videas. Et in materia æquitatis vide quæ dixi in l. 1. §. fi. in
4 13. col. versi. & ad hoc dicendum. ff. de quæstio. † Et scias etiam, quod æquitas non conuenit Iudæis, & ideo illis nõ est seruanda secundum gl. in c. 2. extra de Iudæis. de quo latius per Sal. in repet. l. admonendi. in 198. col. de iureiur.

ADDITIO.

a Aequitate canonica. Hoc pro singulari cõmendat Ias. in l. si quis maior. no. 13. C. de transactio. Dec. consilii. 138. & 151. Ale. l. si insulam. 12. fallent. ff. de verbo. oblig. vbi hoc singulariter limitat procedere in foro pœnitentiali, quod est memoria dignum ad multa, & præsertim ad limitationem d. l. si quis maior. Adde Roma. sing. 449.

CCCCLXIIII.

*1 Actionem ex pacto nudo non oriri. Et idem obtinet in nuda promissione.*

*2 Confessio licet magni sit effectus, non tamen confessus ex sua confessione condemnari potest.*

*3 Mutuo à me decem petenti, si me ab eo excusare volens, dicã, non habeo, quinimo si haberem pecunias restituerẽ isti Seio præsenti viginti, cui sum debitor ex mutuo, an ex eo dicto & huiusmodi confessione ab ipso Seio cõueniri possim? Et ibidẽ sub hac, cauẽdũ ab his confessionibus, ga periculosæ.*

1 EX† pacto nudo non oritur actio. l. iurisgẽtium. in §. sed cum nulla. ff. de pac. Et idem dicas esse in promissione nuda. ar. d. §. & ideo scias & menti teneas vnum, videlicet, quod si aliquis peteret à me quod donarem sibi vestem, & ego respondi non tãtum vestem, sed omnia quæ habeo quod talis responsio seu promissio me non obligat in aliquo, ita probat tex. & hoc ibi voluit Ioan. And. Bal. & alij in c. cum venissent. circa med. extra de institu. & hoc etiam expresse voluit Lud. Rom. in repe. rub. ff. de arbi. in 3. col. vbi alleg. Bal. in dicto cap. cum venissent. quem refert Ias. in l. ex his verbis. ante finem. C. de testamento milita. Et
2 pro istis facit, nam licet confessio sit magni effectus & importantiæ, tamen quilibet confessus non potest ex sua confessione condemnari, quod patet ex his quę dixit Alb. de Rosat. in 2. parte statu. in quæstio. 148. incipien. Item q̃ro de eo, &c. vbi dixit, quod læpe in caltris seu villis sunt statuta, quod quando fit æstimum, quilibet debeat iurare, & dicere omnia bona sua & etiam debita, si habet, modo aliquis iurauit se debere Titio 10. quę vere sibi non debebat, modo ille Titius virtute illius confessionis & iuramenti vult petere dicta 10. quęritur, an possit? arguit ad partes, sed finaliter dicit, quod non poterit petere dicta 10. nam dicit, quod non est reperire qp ex tali iuramẽto oriat alteri actio, cũ nõ sit delatũ à iudice nec à parte parti, vt regrit ad hoc, vt ex iuramẽto oriat actio, de quo ibi latius p eũ facit ẽt optimè dictũ Sal. in l. vnica. in 8. col. C. de cõfessis. vbi



3 fis. vbi dicit, aliquis petebat à me mutuo 10. ego volens me excusare à tali mutuo dico, non habeo, imo si haberẽ, pecunias restituerem 20. isti Seio præsenti, cuius sum debitor ex mutuo, certe per hoc non potero conueniri à dicto Seio. ad quod adducit ibi Salicetus plures rationes, & plura iura, de quibus ibi per eum vide tamen not. & singularem textum in l. desiderium, & quæ ibi dicit Bal. C. depo. Et licet credam prędicta esse vera, tamen rales confessiones periculosæ sunt, & possent dare maximum fastidium confitenti. & in materia vide Bertha. in repertorio suo, in ver. verba contrahentium, in penul. & vltimo versic.

CCCCLXV.

*1 Prohibita quadam in vita, quæ in morte permissa videntur. Nam rem alienare prohibitus testamento relinquere non prohibetur.*

*2 Alienare adultus curatorem habens in vita, licet res immobiles sine curatoris authoritate & iudicis decreto prohibeatur, alienandi tamen executoribus suis facultatem concedere testamento potest.*

1 ALiqua† sunt prohibita in vita, quæ tamen concedun-tur in morte, & hoc apparet. nam prohibitus alienare rem, non est prohibitus illam relinquere in testamento, vel in alia vltima voluntate, ita dixit Ang. in consilio suo 57. incip. do. Andreas suum condidit testamentum, &c. quem refert & approbat do. Ale. plura addendo in consilio suo 153. incipien. Visis & accurate, &c. in 2. vol. de quo etiã per scriben. post Bar. in l. parer. in §. fundum. ff. de lega. 3. & per Soci. in consilio. 251. incipien. Quoniam in præsenti, &c. in 2. 3. & 4. col. & in consilio 19. incipien. Pro declaratione. ante fin. & per Bal. in consilio suo 102. incipien. Verba statuti, &c. in 1. col. in 1. vol. & per. Ias. l. non dubium. in 1. colu. C. de testamen. & per dom. Philip. Dec. in consil.
2 suo 38. incipien. Circa primum. in 6. col. † Item hoc etiam apparet, nam licet adultus habeus curatorem non possit in vita alienare res immobiles sine authoritate curatoris & decreto iudicis, vt in l. lex. quæ tutores. C. de admi. tut. & in l. magis puto. ff. de reb. eo. tame adultus in testamẽto potest dare licentiam executoribus suis alienandi res immobiles sine curatore, & sine decreto iudicis, ita dixit Bal. in l. prædium. C. quando decre. opus nõ est & in l. 1. in pri. ff. de reb. eor. quod dicit Ias. esse mirabile in l. si frater. in fi. C. qui testa. face. poss. Et idem dixit Alex. in consil. 215. incip. Ponderatis &c. in 1. vol. in 6. vol.

CCCCLXVI.

*1 Notarii nomine multi, re vero & intelligentia pauci. Vnde si notarius in protocollo quippiam scripsit, ac deinde illud cã cellauit, & ad marginem scripsit, hoc fuit cassum ac cancellatum de partium voluntate, nec huius testes apponit, huic notario hac in re non creditur, quinetiam inde instrumentum publicum sumi potest.*

1 QVoniam† multi sunt notarii nomine, pauci vero re & intelligentia, ideo non est mirandum si sæpe reperiuntur multi errores in instrumentis ipsorum notariorũ ex quibus inter partes oriuntur lites & discordiæ. Et ideo scias, quod si notarius in protocollo aliquid scripsit, & illud postea cãcellauit, & postea in margine scribit, hoc fuit cassum seu cancellatum de voluntate partium, nec de tali cancellatione ibi apponit testes, quod hoc casu non creditur notario, & talis cancellatio non valet, & ea non obstãte potest inde sumi publicum instrumentum. Ita multum notabiliter dixit Io. And. in additio. Spe. in ti. de instrumen. edi. in §. offenso. in 7. col. in addit. inci. Dixi Rolandinus &c. vbi plura iura & rationes allegat pro hoc dicto. quod dictum refert & sequitur dom. Ant. in ca. cum. P. tabellio. in vlt. col. de fide instrum. & Abb. in consi. suo 34. inci. Super quæstionis materia. in 2. col. in 3. vol. & do. Ale. in cõsi. 59. incip. Viso processu. in antepenul. col. in prin. in 2. vol. vbi refert alios approbantes hoc dictum, & refert etiam Bal. tenere contrarium, sed respondit & finaliter tenet cũ Ioan. Andr. in loco prælegato. & idẽ tenet Ias. in l. ti vnus in fi. C. de testamen. & ibi refert Pau. de Cast. dicentem ita obtentum esse in facto in hac ciuitate Bononiæ. Tene mẽ tij quia prima fronte videretur ex pluribus dicendum contrarium, & vide Bal. in rub. C. de fide instrumen. in 8. col. versi. modo incidit, &c.

CCCCLXVII.

*1 Statuto cauente, quod de litibus ac controuersiis inter affines compromissum fiat, an coram iudice ordinario locum habeat? Et quid si res de qua agitur liquida sit? numero 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. & 15.*

*2 Statuto cauente, quod iudex causam ad sapientis consilium mittere teneatur, in re liquida ac clara ad id iudex non tenetur.*

*3 Et idem in literis cambii executionem paratam habentibus, in exceptionibus litis ingressum impedientibus, instrumentis paratam quoque executionem habentibus, sententiaque numero 4. & 5.*

*6 Et quid si huiusmodi instrumenta guarentigiata sint aliquo modo, aliqua ve ex causa obscura?*

1 VIget† statutum fere per omnes ciuitates Italię, quod inter affines de litibus, quæstionibus, seu differentiis, fiat compromissum, quod etiam est cautum de iure communi, vt habetur in l. congruentius. C. de patria potestate. Sed scias quod tale statutum non semper habet locum, nã quando agitur coram iudice ordinario extra contractum vel ex instrumento iurato, & reus conuentus post oppositiones per eum factas petit compromissum fieri virtute dicti statuti, tunc non habebit locum dictum statutum, quia petẽdo compromissum reus incideret in periurium, & nõ est verisimile quod de tali casu statuentes cogitauerint. Ita no. dixit. Paul. de Cast. in consilio suo 98. incipien. Visis & consideratis omnibus. quod dictum pro no. refert & sequitur Ale. in consi. suo 37. incipiẽte, Viso & oportune discusso processu. in 10. col. in secundo vol. & Ias. in l. eleganter. in secunda col. ff. de condictio. indebit. de quo ego dixi in repetitione mea l. final. C. de probationibus. in 24. charta. Item nec prædictum statutum habet locum quando res, de qua petitur compromissum, esset liquida secundu Bartolum in l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de legat. 3. vbi dicit quod si statutum dicit quod iudex teneatur mittere causam consilio sapientis, quod tale statutum non habet, locum quando res est clara vel liquida, quod dictum refert & sequitur Alex. in consilio suo 145. incipient. Viso processu in vltima col. in quinto volu. quod etiam voluit Bal. in l. 1. C. de rela. & Bal. Paulus de Cast. & Fulgos. in l. placet
2 C. de sacrosanctis eccleſiis. & voluit Ias. in dicta l. eleganter. in secunda col. † vbi dicit idem esse si ex forma statuti
3 vel cõsuetudinis literæ cambii haberent executionem paratam, allegat ad hoc Ang. in l. ita stipulatus. §. Chrysogon. ff. de verborum obligationibus. † Et subdit generaliter loquendo quod istud procedit, vbicunque quis habet aliquã exceptionem impedientem litis ingressum, ad quod allegant Bal. Sali. & Fulgos. in l. fratris. per illum textum, vbi etiam Alex. C. de transactio. & Bal. in l. si iudex in fin. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris. & Ludouicus Romanus in repetitio. ru. ff. de arbitris. in 18. col. quod etiam voluit Fel. in cap. ficut in prima col. de re iudi. & in cap. inter monasterium. in 15. col. eodem titulo. vbi latius loquitur in materia. † Adde quod prædictum statutum non habet locũ
5 contra illum qui habet instrumentum habens executionẽ paratam vel sententiam secundum Bartol. in l. ambitiosa. in quinta col. ff. de decret. ab ordin. faci. & in l. si causa cognita. vbi etiam per alios. Co. de transacti. & in leg. post rem. ff. de transactionibus. & Ludouicus Romanus in dicta repetitio. rubri. ff. de arbitris. in 17. col. & volunt cano. in capitu. exposita. de arbitr. & Ioannes de Imola in capitul. super eod. ad finem. de transactio. & Ias. in dicta l. eleganter. & Angelus in dicta l. post rem. & Alexand. in consilio 82. incipien. In causa. in vltima columna. in primo volumi. Videas tamen omnino Socin. prędictam restringentem multum no. in consilio 104. incipien. Visis actis in

prima

6 primo vol.vbi†dicit,quod prædicta procedunt quando in
strumenta guarentigiata sunt clara & aperta], secus si ali-
quo modo vel ex aliqua causa reddũtur obscura,quia tũc
non habet locum prędictum statutum.allegat Abb.in ca.
cum olim.de ver.sign.vbi no.loquitur in materia.pro quo
faciunt optime dicta per eundem Soc.in consilio suo 51.
7 incip.Præstantissime doctor.in 2.col.in 1.vol.Item† præ-
dictum statutum non habet locum.vbi esset quæstio de ar
ticulo meri iuris,quia nulla subest compromittendi ratio,
cum ius habeat illam causam pro decisa, si tamen habuit
mixturam iuris & facti,tunc potest cogi ad cõpromissum.
ita dixit Bald.in l.cum proponas.C.de iureiuran.& in l.an
cillæ.in 1.col.C.de furt.& Soci.in consi.suo 51.incip.Præ
8 stantissime doct.in 2.col.in 1.vol.& Alex.consi.62.incip.
In causa.in 2.col.in 7.vol.Item†prędictum statutum non
habet locum in causis criminalibus existentibus inter af-
fines.ita no.dixit Inn.Io.And.& Abb.in c.irrefragabili.in
§.cæterum.de of.ord.Item non habet locum dictum statu
tum in quæstione tutelæ.nam affines non poterunt cogi
vigore talis statuti facere compromissum de tali lite seu
differentia.ita notab.dixit Bal.in l.pretor ipse.ff.de tut.&
9 curat.dat.ab his.Item†dictum statutum non vendicat sibi
locum in causa appellationis,sed solum in causa principali
ita dixit Pau.de Cast.in consi.suo 75.incip.Quod in causa
appellationis.& eum sequitur Alex.in l.si causa cognita.in
ult.col.C.de transact.& in consi.82.incip.In causa verten-
te.in 4.col.in 1.vol.& in cõsi.suo 296.inc.Diuini numinis
&c.videtur prima consideratione dicẽdũ.in 4.col.Item p̃-
dictum statutum non arctat clericos,ita dixit Bal.in consi.
suo 107.inci.Dictat statutum.in 6.vol.& Alex.in consil.
suo 10.incip.Visa facti narratione &c.in 5.col.in 2.vol.
vbi allegat alios ad hoc,quod dicit procedere.etiã in cle-
ricis in minoribus constitutis,de quo ibi per eum.de quo
etiam per Soc.in.consi.71.incip.Circa &c.in 3.volum.An
10 autem tale statutum habeat locum quando aliqui sunt fra
tres legitimi,& aliqui non legitimi,qui habent litem insi-
mul.vide Pau.de Cast.in consilio 183.incipi.In causa quæ
vertitur.in 1.col.& do.Felin.in proœmio decret.in 3.col.
ante finem Alex.consilio.60.incipiendis. Visa legiti-
matione.in 2.vol.Item an habeat locum in emancipatis.
vide Ias.no.loquentem in l.qui se patris.in 27.col.in versi.
C.vnde liberi.Item an habeat locum in legitimatis.vide
Paul.de Cast.in consi.69.incip.Super eo &c.Item an ha-
beat locum in minore.vide Bal.in prima constitutione
11 Codicis,in §.quibus.Item scias†quod stante prædicto sta
tuto,si vnus ipsorum affinium dicit rem esse liquidã,ideo
non esse fiedũ cõpromissum,alius dicit imo rẽ nõ esse liqdã
isto casu super hoc an res sit liquida vel nõ,debebit fieri cõ
promissum,ita dicit Bar.in l.si quis in conscribendo.per
glo.ibi,C.de pactis.& ibi clarius hoc firmat Pau.de Cast.Ra-
phael.Ale.& Ias.& voluit.Cępola in consilio suo 10.incipiẽ.
Non putet aliquis &c.in vlt.col.& in consi.74.incipiẽ.Vi-
so statuto.&c.in 2.col.Scias etiam in materia ista quod
stante dicto statuto iudex non poterit compellere partes
ad ineundum compromissum,nisi hoc petatur ab altera ipsa
rum partium.Ita dixit dom.Ant.in c.venerabilis.de exce
ptionib.quem refert.& sequitur Ale.in consi.suo 82.inci.
In causa.in penulti.colum.in 1.volumi.& Iaso.in d.l.ele-
ganter.in 2.colum.ff.de condict.indebi.Et †vt plene ha-
beas menti materiam dicti statuti,scias,quod quando di-
ctum statutum arctat aliquos ad compromissum,tunc à
laudo dato potest appellari,licet regulariter à sententia ar
bitri non appelletur,vt in l.diem proferre.§.stari.ff.de ar-
bitris tex.est in c.ab arbitris.de offic.delegati.in 6.in si.&
in l.1.C.de iudic.& voluit Bar.in d.§.stari.& in d.l.1.in
[illegible] C.de peric.& commo.rei venditæ.& in l.venales.C
de [illegible] prouoc.non est necesse.de quo etiam per eum In
l. [illegible] ergo.§.ex compromisso.ff.de his qui notantur infa
mia.& per Per.de Anc.in d.c.ab arbitris.& per Bal.in c.cũ
[illegible] de officio delegati.& per doctores in cap.su-
per [illegible] de officio delega.& per Bartol.in l.1.§.qui pro-
uocauit.in 11.colum.ff.de pactis.& in cap.irrefragabili.§.
cæterum.de offic. ordin.& per Bald.in rubr.extra de ar-
bitris.in 7.col.& per Lud.Rom.in l.arbitro.ff.qui satisdare
cogantur.& in l.admonendi.in 11.col.ff.de iureiuran.& p
Imo.in l.1.in 8.col.ff.soluto matrimonio.& per Barto.in
proœmi.C.& in l.nemo potest.ff.de leg.1.& in l.si quis
13 maior.C.de transact.† Item scias,quod dictum statutum
volens quod inter affines fiat compromissum de litibus
& differentiis inter eos vertentibus, dicitur fauorabile se
cundum Ias.in l.qui se patris.in 27.& 28.col.C.vnde lib.
& quando semel vigore dicti statuti est factum compro-
missum quod expirauit,an iterum possint cogi partes ad
compromittendum,vide quæ dixi in singul.meo 172.in-
cipien.Habeo nũc &c.vbi satis late circa hoc locutus sum.
14 †Scias etiam circa hanc materiam dicti statuti,quod stan-
te prædicto statuto quod inter affines fiat cõpromissum,
si vnus ipsorum affinium cedat iura sua, quæ habet cum
affine alicui alteri,quod etiam ille cessionarius tenebitur
a facere compromissum[a],sicut tenebatur ipse cedens,ne il
le affinis efficiatur deterioris conditionis per talem ces-
sionem.ita dixit Bal.in l.si post diuortium.per illum textũ
ff.soluto matrimo.quem refert & sequitur dom.Phili.De.
15 in consi.suo 59.incip.licet in casu &c.in.4.col.†Vltimo p̃
nunc quando vigore dicti statuti possit peti fieri compro
missum,an post conclusionem in causa,vel quando, colli-
gitur ex dictis per iudicem,quam sententiam ferri velit,
ita dixit dom.Lanfran.de Brixia.in tract.suo de arbi.in vl.
versi.ad quod vide quæ dixi in l.maritus.in 4.5.col.ff.de
quæstio.& Rapha.Cuma.in consi.suo 85.incipien.quãuis
de iure communi.ante fi.& Pau.de Cast.in l.si velut.C.de
compen.& idem dixit Ale.in consi.62.incip.in causa &c.
in 2.col.in 7.vol.tenementi prædicta,quia non possent es
se magis quotidiana,& notabilia quod sunt, nec alibi si-
mul inuenies &c.

## ADDITIO.

a Tenebitur facere compromissum.Et est ratio,quia subro
gatum sapit naturam &c.iurib.vulgari.vide supra sin.157.
in prin.& sing.335.

## CCCCLXVIII.

*1 Moræ purgationem non admitti,vbi dies & pœna apposita,*
*est.In pignoris tamen contractu locũ non habet hæc,regula.*

1 SCiunt communiter Iurisperiti quod†vbi est dies & pœ
na,non admittetur moræ purgatio,vt late habetur in
l.magnam.C.de contrahe.& commit.stipu.& in le.in tra
iectitiæ.in §.de illo.ff.de actio.& obligatio.& latissime.in
l.insulam.ff.de verborum obligatio.& dixi supra,in sing.
463.incipien.Rigor.&c.Tamen scias tu,quod ista regula
non habet locũ in cõtractu pignoris,nam si sum debitor
tuus in certa quantitate,& dem tibi pignus cum pacto q̃
si tali tempore non dedero tibi tuam pecuniam, quod ha
beas pignus insolutum,certè si non soluero tibi pecuniã
debito tempore,pignus nõ erit tuum,sed ego potero mo
ram purgare & dare tibi pecuniam tuam , & non habebis
pignus in solutum.ita no.dixit Ang.in l.cum dominã.C.
de pigno.ad quod alleg.tex.quem dicit vnicum & singu
larem in lege,Callipodius.alias incipit,quamuis.ff.de solu
tionib.Tene menti,quia est casus quotidianus & vtilis,qa
quandoque pignora sunt magni valoris & maioris quam
sit debitum.

## CCCCLXIX.

*1 Circuitum vitandum esse.Et ideo qui promisit se obligare ad*
*decem potest statim ad ipsa decem conueniri absque alia*
*obligatione.*
*2 Et an id indubitanter verum sit.*
*3 Statuto cauente,quod de venditione facta,soluatur gabella,si*
*tantũ pactum factum sit de vendendo,gabellã non deberi.*

DIxit profecto no.verbum Ioan.Andr.in addi.Spec.in
tit.de obli.& sol.super rub.in 1.col. videlicet , quod
1 propter illam regulam,quod†circuitus est euitandus, de
qua in cle.auditor.de rescri.& in l.dominus testamento.ff.
de cõdi.inde,q̃ ille q promisit se obligaturũ ad 10.põt sta
tim ad



tim ad 10.conueniri absque alia obligatione causa euitan
di circuitum.quod dictum refert & sequitur Ale. in l.cũ
fundus.in §.seruum tuum imprudens.in 1.not.ff.si certũ
petatur , & Ias.in d.l. dominus testamento. ff. de condic.
indebit,vbi ambo dicunt,quod est multum no.verbum,
2 quia multi contrarium dicerent.†Et licet prædicti excel
lentissimi doct.sequantur hoc dictum.tamen illud nun-
quam mihi placuit,& semper de eo dubitaui, eo q̃ statu
tum seu lex loquens in vendente non habet locum in fa
ciente pactum de vendendo secundum Iaco.Butr.in l.1.
3 C.de pact.pign.†vbi dicit,quòd si statuto cauetur , quòd
de venditione soluatur gabella, quòd non soluetur si fue
rit factum pactum de vendendo,quia aliud est vendere,
& aliud facere pactum de vendendo,pro quo facit in ar
gumen.l.amplius non peti.ff.rem ratam haberi,vbi dici
tur,q̃ aliud est agere,& aliud est velle agere, & pro istis
faciunt alia plura not.adducta ad hoc propositum per do
minum Ant.Corse.in notab.289.inci.statutũ loquẽs,&c.
quem omnino videas , & ideo cogita an sit vera illa do-
ctrina Io.And. in loco prealleg. quia apud me dubia est,
& vide etiam Bal.in rep.l secundæ.in 39.col.in versi.con
sidera quia longè,&c.ff.de iureiuran.& Alexã. consi.168.
inci.Stantibus veris in 6.vol.

## ADDITIO.

Adde Rom.sing.186.obligo me,& ibi addit.

## CCCCLXX.

*1 Domum diruptam habens,nec resarcire valens , si inde ciui-*
*tati oriatur deformitas , an vendere potentiori cogendus*
*sit qui eam reparet?*

1 HAbens†domum diruptam ex qua producitur defor
mitas in ciuitate,tunc dominus ipsius domus, si nõ
habet vnde reficiat,potest cogi ad vendẽdum alteri, qui
sit potens ad reficiendum,& si eam iusto pretio vende-
re non potest,non cogitur ad vendendum,sed licitè pote
rit à republica petere tãtum quantum sufficiat ad repara
tionem domus.Ita singula,dixit Specu.in titu.de satisda.
§.hoc quoque, vbi allegat aliqua iura de quibus ibi per
eum , quod dictum pro valde not. refert & sequitur do.
Barth.Cæpol.in tract.suo de seruitut.vrban.prædior. in
59.rubr.videlicet , de refectione.in prima columna, vbi
dicit , quòd hoc dictum refert & sequitur Ludouic. Ro-
man. in singularibus suis. Tene menti , quia est not.ver-
bum, nescio tamen si data accidentia facti obseruaretur
à superioribus.

## CCCCLXXI.

*1 Contrahentes inter se absque notario , si faciant scripturam*
*conuentionis suæ priuatam & obligationis initæ,an illos hu*
*iusmodi scriptura obliget? Et quid si vnus contrahentium*
*scribere nequeat,cuidam autem tertio mandet,vt scribat,*
*qui id faciat,an mandans ob id obligetur? Et num hoc casu*
*tertio de huiusmodi mandato credatur nu.2.*

1 SAepe†contingit quòd cõtractus fiunt sine notario,sed
partes contrahentes inter se faciunt scripturam priua-
tam conuentionis & obligationis initæ inter eas,& quia
accidit quandoque quòd vnus ipsorum contrahentium
nescit scribere,facit q̃ vnus tertius scribit pro eo de man
dato suo,& illa scriptura obligat ipsum mandantem,tan
quam si eam scripsisset, vt not in l.diuus.in §.Senatus.ff.
de fal.& ideo dixit Gem.in c.si pro te. in princ. de rescr.
in 6:q̃ stante statuto quòd quis non audiatur seu non ad-
mittatur ad excipiendum cõtra suam scripturam,habet
locum etiã si scriptura non esset confecta manu propria
ipsius,sed alterius eo mandante,de quo tamen dicto du-
2 bitauit dom.Fel.in c.inter.in 3.col.de re iudic.†Sed quæ-
ri potest an tali casu credatur tali tertio quod scripserit
de mandato talis? In quo dicas quod non,quia est dictũ
vnius solius,quod non probat.Ita finaliter concludit Ioã.
de Imol.in consi.suo 91.inci.In causa quæ vertitur. in 1.
col. quod est not.quia est quotidianũ, de quo etiam dixi
in rep.mea rubr. C.de proba.in 58.col.vbi videas aliqua
circa hanc materiam,& vide Ale.consi.33.inci. Viso pro-
cessu in vlt.col.in 6.vol.

## CCCCLXXII.

*1 Clausula,rato manente pacto,hoc in cõtractu facit, vt sors &*
*pœna peti possint,nec semel tantum,sed sæpius conuentiona*
*lis tamen pœna ( nisi semel) peti non potest,etiam si in con-*
*tractu eadem clausula apposita sit.*

1 CLausula,†rato manente pacto,operatur vt sors & pe
na possit peti,& non tantum semel,sed pluries ab illo
qui conuenit instrumento,vt habetur per omnes in l.cũ
proponas,& in l.si quis maior.C.de transact.& in l.qui fi
dem.ff.eodem.de qua clausula etiam habetur per Barto.
in l.2.in fi. C. de iure emphy.& in l.cum pactum.in §.li-
bertus.ff.de leg.2.& per Io.de Imo.in c.potuit.in 14.col.
versic.& nota bene gl.extra de locat.gloss.& Bar.in l.fi.ff.
de eo quod certo loco,& per quemdam Moder.do.Vi-
talem de Cambanis in suo tractatu clausularum , in 1.
char. in 3. col. vbi notabiliter loquitur , & habetur per
Corneum,in consi.suo 51.incip.in hac consultatione. in
2.& 3.col.in 1.vol.Scias tamen quod pœna conuentiona
lis non committitur,& peti non potest nisi semel,etiam
si in contractu sit apposita clausula raro manente pacto.
Ita singulariter dixit Bal.post Spe.in addit in titu.de loc.
in 5.col.in fi.in versi.incip.pœna legalis, quod est notan
dum, cum in contractibus sępius apponatur pœna con-
uentionalis,quam legalis vel statutaria, & tali casu dicta
clausula nihil operabitur.

## CCCCLXXIII.

*1 Sententia,vbi notoriè apparet iniusta,reuocari debet , etiam*
*si ab ea appellatum non fuerit, Et ibidem quod iniustitiæ no*
*torietas sententiam reddat nullam,velut & iniquitas*
*2 Sentẽtiam(cuius ex actis,vel sententiæ tenore euidens est ini*
*quitas) victoris dolo ac obreptione obtenta omnino per su-*
*periorem retractandam, supplicationis saltem auxilio , cũ*
*appellationis aut restitutionis via reparari nequeat.*

MEmini me alias in aliquibus operibus meis plura di
xisse in materia notorij,vt apparet in rep.mea rub.
C.de proba.in 41.col.cum tribus col.ibi sequentibus, &
in l.1. in §.si quis dicatur in 5.col.& in l.pen.in prin.ff. de
quęst.& in rub.ff.de falsis.in 7.col.& in practica mea cau
sarum criminalium,in pluribus locis, vt videri potest in
tabula ipsius practicæ,in ver.notarium.Sed vltra ea quæ
1 dixi in dictis locis,scias† q̃ quando notoriè apparet sen-
tentiam esse iniustam,debet reuocari non obstante quod
ab ea non fuerit appellatum.Ita sing.dixit Inn.c.fraterni-
tatis de frigid.& malefic.quem refert & sequitur ibi do.
Abb.& etiam in c.2.de purga. vulg.pro quo facit text. in
c.inter cæteras , de re iud.vbi habetur quod notorietas
iniustitiæ reddit sententiam nullam, & ibi etiam Abb.
refert & sequitur illud dictum Inno.& not.Abb.illũ tex.
ad vnum videlicet quod sententia continens iniquitatẽ
est ipso iure nulla,ad quod vide etiam Car.in c.cum Ber
tholdus,de re iudi.& Host.in in c.fi.de præben.& do.An
to.in c.suam,de pœnis,& Abb.in c. nouit.de iud. & vide
not.gl.in d.c fraternitatis.in verbo per errorem,& Host.
in c.2.de arb.& Bal.in l.vnica.C.si de momen.poss. fuer.
appel.& can.in c.interposita,de appe.Bar.in l.1.in princ.
ff.de ope.no.nun.Ang.in l.si pars.ff.de inof.testa. & Abb.
in d.c.inter cæteras,& Corset.in notab.302.inc. Sentẽtia
põt reuocari &c.& in nota.303.inci.Si notoriè &c. & ad
prædicta etiam faciunt dicta per Abb.in disput.inc.Stan
te statuto condito in Italia.in 7.col.& Spe.in tit.de exec.
2 sent.in §.fi.in 4.col.in versi.illud autem quæritur &c.†Itẽ
adde hic quòd sententia cuius euidens est iniquitas ex te
nore sententiæ vel ex actis,& quæ per victoris dolum &
obreptionem obtẽta est,per superiorem omnimodo re-
tractanda est saltem supplicationis auxilio, cum appella
tionis vel restitutionis via nequeat subueniri.ita dixit Io.
de Imo.in consi.suo 147.incipien.in causa &c. in penult.
colum.ad quod allegat Innocent.in capitu.cum dilecta,
de rescrip.& in c.cum Bertholdus.de re iudic.& ibi Ho
stien.

ſtien.& Ioan.de Ligna.in clem.paſtoralis de re iud.Item adde quod in notorijs iniuſtum videtur ineptum.Ita dixit Bal.in l.1.in 5.col.in fi.C.ne ex delict. defun. & in repertorio ſuo,in verbo,notorium.in antep.verſic.de quo etiam per do. Nicolaum Millum in repertorio ſuo,in litera S.in 6.col.in 5. notab. Et circa ſupradictam materiã de notoria iniuſtitia vide do.Fel.in c. conſanguinei. in 1. col.de re iud.& in c.inter monaſterium.in 18.col. de re iud.vbi dicit ꝙ iniuſtitia æquiparatur nullitati,ad quod allegat Inno.in d.c.cum Bertholdus,& vide etiam dom. Fel.in c.fi.in 2.col.de re iud.& vide not.verba Ale.in cõſ. 39.inci.ſtantibus.in 5.col.in 6.vol.& in conſ.91.incip.in cauſa.in 1. col.in eodem vol.& ibi in conſi.183.incip.in cauſa & lite.in fi.pen.col.Tene menti prædicta,quia ſunt practicabilia, & ego in hac materia pluries conſului, & hactenus allegaui.

CCCCLXXIIII.

1 *Contractum ſimulatum iuramentum non firmari,neque tunc iuramento abſolutionem requirendam. Quod limita vt ibidem num.2.*

1 Contractus† ſimulatus a non firmatur iuramento ſm
a gloſſ.ſingularem in l.emptione.C.plus valere quod agitur, quam ibi ſequuntur Bald.Salicet.& alij,& idem tenet Bald. per illam gl. in l.1.in ver.modò ſolet dubitari &c.& in l.nec patronus.in ver.in his etiam.C.de oper. lib.& Pau.de Caſt.& alij poſt Bar.in l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſſoribus,& in l.contra leges.ff.de legi.& can.in ca. cum contingat.de iureiuran.in quibus locis etiam dicũt, ꝙ in tali caſu non requiritur abſolutio à iuramento, de
2 quo etiam dixi ſupra in ſing.327.inc.exceptio.Limita† tamen omnia prædicta, niſi in tali contractu eſſet appoſitum iuramentum, omnia contenta in tali inſtrumento fuiſſe & eſſe vera,quia tunc non poſſet contrauenire tali inſtrumento ratione ſimulationis,cum tunc non præſumatur ſimulatus ſed verus, ita dixit do.Ant.in cap. cum contingat.in 8.caſu.& ibi Io.de Imo.in 6.membro principali,& dom. Abb.ibi in ver.decimus caſus.de iureiur. & Abb.in diſputatione ſua, inci. ſtatuto ciuitatis Senarum.in verſi.decimus caſus.& Bal.& Sal.in l.fi.C.de non nu.pec.& Io.de Imo.in l.nemo poteſt.ff.de leg.1.quos refert & ſequitur Soc.in conſi.ſuo 83.incip.Pro certo.in 2. col.in 3.vol.& idem tenet do.Ale.in d.l.nemo poteſt.in 7.colum.& Ioã.de Imo. in c.ad noſtram.ante fi.de emp. & vend.& do.Bartho.Cæpo.in tract.ſuo de ſimula.contractuum.in 7.præſumptione.in 2.columñ. ad quæ omnia vide Ale.omnino in conſi.36.incip.Viſo themate.in 2.col.in 2.vol.vbi not.loquitur.Et iſtud ſæpiſſimè occurrit in facto,quia multoties contrahẽtes ponunt iuramentum in contractibus.

ADDITIO.

a Contractus ſimulatus.Adde Guid.Pap.ſingu.937.§.2.& Pe.Rauenat.ſing.108.

CCCCLXXV.

1 *Hæredem & defunctum eandem perſonam cenſeri;quod adeo verum eſt,vt ſi quis rem vendat,promittatq́; pro ſuo facto, dato ve tantum,nihilo ſecius de facto etiam illius tenetur, cuius hæres eſt.& nu.2.*

1 NOn eſt tibi nouum,vt puto, † quòd hæres & defunctus cenſentur vna & eadem perſona, vt in authen. iureiurã. morien.præſti.in prin.de quo latius per Ale.in conſi.ſuo 18.inc.attentis.&c.in vlt.colu.in 5.volu.& per Soc.in conſ.ſuo 24.inc Præſens conſultatio &c. in 2.col. in 3.vol.& per do.Philip. Decium in conſi. 272.incip.in cauſa.in 2.col.& ſcias ꝙ adeò eſt verum hoc,ꝙ ſi quis vẽdit rem & promittit ſolum pro ſuo dato, vel facto tantum,ꝙ nihilominus tenebitur etiam de facto illius, cuius eſt hæres.ita not.dixit dom.Ale.in conſi.ſuo 118.inci. attentis narratis.in 1.col.in 6.vol.ad quod allegat Bar.in l.ſi ſeruus 2.in princ.per gl.ibi.ff.de condi. fur.& Bal.in
2 l.fi.C.de actio.emp.† vbi dicit ꝙ ſi quis promittit de ſuo dato & facto,vel de ſuo dato vel faciendo tantum,quòd tenebitur etiam de facto hæredis,quia illa dictio,tãtum, videtur adiecta ſolũ ad excludendas perſonas extraneas, de quo latius per ipſum Alex. in d. conſi.118.& vide etiã eum in alio ſuo conſ.172.inc.in cauſa & lite.in vlt.col.in 6.vol.& do Philip.Dec.in conſi.279. inci. Viſo puncto. in 2.& 3.col.& vide omnino infra in ſing.566.incip. Licet hæres &c.

CCCCLXXVI.

1 *Teſtem vnum de maleficio immediatè deponentem indiciũ ad quæſtionem facere ſi modo ſit omni exceptione maior. Et quid de indicio à maleficio remoto? nu.3.& 4.*

2 *Infames vel ſola facti infamia à teſtimonio repelli in criminalibus.*

1 Audiuiſti à me pluries in voce, † quòd vnus teſtis deponens de maleficio,immediatè facit indicium ad torturam, dummodo ſit omni exceptione maior, vt dixit Barto.in l.1.in §.ijdem Cornelio.ff.de quæſt.& Ange.de Aret.in tract.ſuo maleficiorum,in verbo, fama publica. in 4.char.in ver.& bene nota.& Ale.in conſ.137.inc.ponderatis.in 2.col.& in conſi.238.inci.viſo proceſſu &c.circa med. vbi ad hoc etiam allegat Bar.in l. maritus.ff.de quæſtio.& Bal.in l.milites. C. eo. & idem firmat Alex.in conſi.ſuo 179.inc.in cauſa Anglorum.in fi.1.col.in 2.vol. & in conſi.ſuo 11.inc.circa primum &c.in 1.col.in 1.vol.
2 † vbi etiam dicit, ꝙ infames etiam ſola infamia facti repelluntur à teſtimonio in criminalibus per l.fi.C.de probat.& per cap. teſtimonium. de teſt. de quo etiam latius dixi in conſi.meo,inc.in cauſa Hieronymi Pelizarij Cremonenſis &c.in 6.char. ad quæ tamen vide quæ dixi ſu-
3 pra in ſingu 457.inci.teſtimonium.† Scias tamen ꝙ licet prædicta ſint vera,tamen non habent locum quando tractatur de probando indicio remoto à maleficio, in quo requiruntur duo teſtes conteſtes ad faciendum indiciũ ad torturam, & non ſufficit vnus tãtum,etiam omni exceptione maior,vt voluit gl.ſing.in l.fi.C.fami. erciſcun. de qua dixi in d.l.1.in §.ijdem Cornelio.ff. de quæſtionibus.& in l.1.§.præterea.in 8.col.& in l. de minore.§. plu-
4 rium.in 18.col.eodem tit.nam tales † teſtes ad probandũ indicium, etiam ſi non ſunt omni exceptione maiores, & ſic tali caſu etiam admittuntur infames.ita dixit Soc. in conſ.ſuo 54.inci.viſis teſtibus &c.in 3.col.in 3.vol.ad quod allegat Bal.in l.cunctos populos.C.de ſumma trin. & fide catholica,& Bar.in l.1.§.quæſtioni.ff. de quæſt.& dicit,ꝙ tali caſu etiam admittũtur familiares & ſimiles, allegat Bar.in l.2.ff.de excuſatio.tut.tene mẽti,quia alias ego vidi hoc in facti contingentia,&c.

CCCCLXXVII.

1 *Teſtium fidei quod deeſt,numerus ſupplet. Et limita, vt numero 3.*

2 *Teſtes vt famam probent,neceſſe eſt,vt famæ authores & abs quibus audierint,nominent.*

4 *Teſtes vel plurimos infames in criminali,vel ciuili cauſa ardua non probare.*

1 INteſtibus quod deficit in fide ſupplet numerus,ita dixit gl.no.in l.3.& ibi Iacob.But.ff.de teſtib.& not.Ioan-And.in addi.Spe.in tit.de noto.crimi.in §. fama.in addi. incip.alias ſupra &c.& Nic.de Neapol.in l.excuſantur.in prin.ff. de excuſ. tut. & voluit Alexan.in conſi.ſuo.149. incip.Viſo proceſſu.in 3.col. in 5. vol. vbi alia plura allegat ad hoc,& idem dicit ipſe Ale.in conſi.ſuo 5.incip.in cauſa inquiſitionis.in 5.col.in 1.vol. & in conſi. 78. incip. in cauſa & lite in 3.col.in eo.vol.& in conſi.47. incipien. abundè &c.in 1.col.in 2.vol.& in conſ.56.incip.viſo proceſſu.in vlt. colu. & in conſi.211.incip.viſis & diſcuſſis.in vlt.col.in eodem 2.volu. & in conſi.4.incip.viſo proceſſu in fin.in 6. vol. & ibi in conſi.93.incipien.repertus in penul.col.& ibi in conſi.131.incipien.perſpectis &c.& in eo.6.vol.in conſi.237.incipien.Proſpectis.in 1.colum. & voluit do.Philip. Decius in conſi.ſuo 163.incip.in cauſa matrimoniali. in pen. col.de quo etiam per do.Feli.in c.
2 teſtimonium.in 2.col.extra de teſt.† Et ad confirmationẽ prædictorum facit optimè, nam ad hoc vt teſtes probẽt factam,eſt neceſſe ꝙ nominẽt à quibus audiuerint, alias non probant ſm Bart.& alios in l.de minore.in §.pluriũ. ff.de quæſtionibus, & volunt alij, quos ego adduxi in d. §.plurium.in 5.col. tamen hoc fallit niſi eſſent plures teſtes deponentes alicuius rei eſſe famam, quia licet nõ nominent à quo audiuerint,tñ faciunt multum fidei.ita dixit Rap.Cum.in conſ.ſuo 67.inc.in præſentis quæſtione. in 2.col.ad quod allegat plura, de quibus ibi per eum.li-
3 mitat† tñ oĩa ſupradicta,videlicet, ꝙ in teſtibus quæ deficit in fide ſupplet numerus, nam hoc nõ habet locum in cauſa criminali vel in cauſa ciuili ardua.ita no.dixit Bal. in c.ad noſtra.de proba.ad qđ alle.tex.in c. licet cauſam. in §.quidam vero.de prob.& ideo dicit Bal.in d.c.ad no-
4 ſtram, ꝙ† in cauſa criminali, nec in ciuili ardua plurimi infames non probant,& iſtud dictum Bal.refert & ſequitur do.Fel.in c.teſtimoniũ.in 5.col.in fi.ext.de teſt. & do. Philip.Dec.in conſ.ſuo 133.inc.viſo proceſſu.in fi.4.col. vbi etiam ad hoc alleg.Pe.de Anc.in conſ.247.inc.in cauſa agitata,& Ang.in conſ.138.& alia allegat, de quibus ibi per eum &c.

CCCCLXXVIII.

1 *Spurium cæteris hominibus deterioris conditionis eſſe, nimirum,vt qui non præſcribat, niſi longiſsimi temporis ſpatio.*

1 SPurius† eſt deterioris conditionis alijs hominibus, & habet multas infelicitates quas non habẽt legitimi,de quibus aliqua dixi ſupra in ſing.273.inci.notiſſimum,& habetur latè per Bertha.in repertorio ſuo,in verbo.ſpurius,& in verbo,baſtardus,& inter alias ſcias, quòd ſpurius non poteſt præſcribere niſi ſpatio longiſſimi tpis.ita dixit gl.fi.in l.nemo poteſt.ff.pro legato.quam gl.ad pro hoc ſingulari refert & ſequitur Bal.in c.1.in §. naturales. in vlt.col.in tit.ſi de feu.fue.cõtrouer.inter do.& agna.& idem dixit ipſe Bald.in l.id quod pauperib.in pen.col.in ver.& adde ꝙ iſte ſpurius,&c.C.de epiſc.& cler.vbi alle. d.l.nemo poteſt.ff.pro legato.

CCCCLXXIX.

1 *Oblatio vt efficax ſit, & vires habeat,qualiter fieri debeat. Et limitationem vide nu.2.*

1 OBlatio† ad hoc vt valeat & opereẽ vires oblationis, debet realiter & non verbaliter fieri cum pecunijs in manibus ſm Bar.in l.ait prætor.in §.ſi quis paratus.ff. de oper.no.nuntia,& Bal.in c.1.in §.licet.ſi de feu.fue.cõtrouer.inter do.& agna.& Bar.& alij in l.acceptam.C.de vſu.& Pe.de Anc.in conſ.332.inci.viſis diligenter actis & actitatis,&c.& Ludo.Rom.in conſi.163.inci.conſtitutio curiæ,&c.in fi.& in conſ.203.inc.pro diſcutienda, &c.in 2.col.& Bar.in l.fi ff.de diſtr.pig.& Matth.in no.ſuo 136. incip.not.quòd vbi quis debet, &c.& Alex. latè in conſi. 477.ſecundum ordinem meum,inc.in cauſa.Strazarolorum.in 5.colum.& Soci.in conſi.118.incip.circa præſentem,&c.in 2.col.in 4.vol.& Lud.Rom.in conſi.352.inci. Spiritus ſancti gratia,&c.in 1.col.vbi dicit,ꝙ non ſufficit facere oblationem cum pecunia in marſupio, niſi prius coram teſtibus fuerit numerata pecunia. alleg.iura de
2 quibus ibi per eum.† Sed ſcias quòd iſtud fallit in pacto de retrouendendo, in quo ſatis eſt pretium offerre ſine aliqua depoſitione vel demonſtratione pecuniæ. Ita nota.dixit Ioannes Andræas in additio.Spec.in tit.de emp. & vendi.ſuper rub.in princ.quem refert & ſequitur Soc. in conſi.ſuo 80. inc. in quæſtione.in 3.col.in 3.vol.quod eſt multum not.

CCCCLXXX.

1 *Clericus ſine habitu & tonſura incedens an clericale priuilegium perdat. Et quid ſi poſt admiſſum delictum habitum & tonſuram reaſſumat? nu.2.*

1 APud† doct.maximè Cano. in pluribus locis dubitatũ fuit an clericus incedens ſine habitu & tonſura perdat priuilegium clericale, circa quod faciunt longam diſtinctionem,vt patet in conſi.Io.And.incip.quia ſæpiſſimè &c.quod conſilium eſt inſertum inter conſilia Alex. nu.406.ſecundum ordinem meum,de quo dixi ſupra in ſing.383.inc.clericus,vbi etiam poſui alios doct.in diuerſis alijs locis tangentes hanc materiam,ſed quomodocũ
2 que ſit,tene menti perpetuo vnum,videlicet† ꝙ ſi clericus qui dimiſit habitum & tonſuram,committit delictũ, & commiſſo delicto reaſſumat habitum & tonſuram, ꝙ recuperat priuilegium clericatus,ita dixit Io.And. in ca. Ioannes.in 4.q.extra de cleric.coniug.vbi refert ꝙ Paduę ita fuit determinatum,per id quod habetur in c.fi.de vita & honeſta.cleri.arg.l.ſi quis libellos. C.de appe. quod dictum refert & ſequitur Ale.in conſi. ſuo. 149. incip.in cauſa inquiſitionis in 2.col.in.6.vol.vbi dicit, ꝙ hoc dictum ſequuntur communiter ſcribentes in d.c. Ioannes, & dicit ꝙ idem tenent Ioan.Mona.Arc.Io.And.Ioan.de Ligna.& Gemi.in c.vnico,de cleri.coniug.in 6.& Pau.de Leaz.in cle.1.de vita & honeſt.cleri.& ſubdit do.Alex.in dicto conſi.ſatis eſſe quòd tempore delicti ipſe clericus reaſſumat habitum & tonſuram,& dicit, ꝙ dato etiam quòd poſt tempus delicti depoſuiſſet, hoc ei non noceret,quia ad cognoſcendum ad quem forum ſpectet cognitio delicti attenditur ſtatus in quo quis erat tempore delicti.ita ſecundum eum in proprijs terminis ſingulariter decidit Bal.in l.affinitatis. C.communia de ſucceſ.in fin.tene menti,quia millies contingit in facto, & ex iſtis etiam poteris limitare iura loquentia de breuitate temporis,de qua tẽporis breuitate plura dixi in l.ſtatu liber. in 2.& 3.col.ff.de quæſtionibus,&c.

ADDITIO.

Adde Cæpol.cautel.2.nu.8.& Thom.Ferrar.cautel.23.

CCCCLXXXI.

1 *Statutũ in vniuerſum loquens ac generaliter vt maiores, ita minores complectitur. Limita,vt nu.2.*

3 *Statutum cauens, quod filia dotata non ſuccedat,locum non habere in ea,quæ infans remãſit.Ob idq́; fratres eam dotare volentes à ſucceſsione non excludent.*

4 *Statutum exorbitans à iuris communis regulis,& ſi generaliter loquatur,minores tamen non comprehendit.*

1 COmmunis opinio inter ſcribentes videtur eſſe, † ꝙ ſtatutum generaliter loquens ita comprehendat minores ſicut maiores,vt habetur in l.ſine hærede.in §. Lucius.ff.de adminiſt.tut.& in ca.conſtitutus.de reſt.in integ.& per Cyn.in l.2. in vlt.col. C.quæ ſit longa conſue. & ibi glo.& Bal.in l.fi.C.de reſt.in integ.& per Ang. in l. ſi plus.ff. de pact. & per Iac.Butr.in l.de quibus.in fin.ff. de legi.& per Bald.in addit.Spec.in tit. de reſtit.in integ. in vlt.colum.ver.quæ præſcriptiones,& per Ang.in cõſ. 160.incip.pro deciſione in præſenti,& per Lud. Rom. in ſuo ſingu.vlt.& in conſi.ſuo 120.inci. circa primum &c. in prin.& in conſi. 166. incip. viſo diligenter. in 1.col.& per Alberic. de Roſa. in 2. parte ſtatu.q.369.incip. item quæro præſcriptiones,& per do.Rochum Cur.in c.ſi.in 132.col.de conſue.& per Soc.in conſi.124.incipien.viſo. in 2.colum.in 3.volum. & do.Ale.in conſi.264.incipien.
2 abundè ſatis &c.in 1.& 2.col.in 6.vol.tene† tamen perpetuo menti vnum caſum, in quo minores nõ comprehenduntur à ſtatuto generaliter loquente,qui caſus eſt quãdo ſtatuto cauetur, quòd filia dotata non ſuccedat extantibus maſculis,tale ſtatutum non comprehendit,nec habet locum in filia infante, ita dixit Bald.in l.ſi plures. C.de condi.inſer.in decima colum. in verſic. iuxta prædicta formatur talis quæſtio, ſtatuto cauetur quod filia dotata &c.& Petr.de Anchar.in repet. cap. canonum ſtatuta.in 89.column.in verſic.pone ſtatuto cauetur, quòd
3 filia dotata &c.de conſt.† vbi concludunt,quòd ſtatutum diſponens quòd filia dotata non ſuccedat, non habet locum in ea quæ remanſit infans,& ideo fratres eam dotare volentes non excludent à ſucceſſione, quod dictum refert & ſequitur Alexand.in conſi.162.incipien.

Visis his in princ.in 6.vol.vbi dicit,q̃ pro hac parte etiã consuluit Pet.de Anc.in cons.288.& Pau.de Cast.in cõsi. 106.inci.super eo de quo quæritur &c. tene menti, quia
4 est verbum singulare. Et scias etiam, q̃ statutum exorbitans a regulis iuris communis licet generaliter loquatur, non tamen comprehendit minores, secũdum doctor.in locis primo loco supra allegat vbi assignant rationem, quos per te videas. Et vide alium casum in quo minores non comprehenduntur à statuto supra,in sing.361.inci. statutum volens,& vide not. verbum in materia per do. Pet.Philip.Cor.in consi.suo 173.incip.me subscripsi &c. in 1.volum.

CCCCLXXXII.

1 *Obligationem,aut promissionem sine causa inefficacem esse, idq; adeo certum,vt ex ea agi non posse receptum sit.*
2 *Facta tamen promissio licet sine causa,ex certa scientia tamẽ valet & tenet.*
3 *Verba hæc,sciens se ad infrascripta non teneri,nec obligatum esse,sed volens se principaliter obligare,licet de solenni non teneatur stipulatione,& pacto promisit,&c.faciunt,vt obij ci nequeat de non causa.*
4 *Stipulatio sub conditione facta,efficax est & tenet,& vitẽ causæ præstat conditio.*

1 NEdum † docti sed etiam imperiti, vt puto, sciunt q̃ obligatio seu promissio sine causa est inefficax,adeo vt ex ea agi non possit, vt habetur in l. cum de indebito. in §.fi.ff.de prob.& in l.generaliter.C.de non nume. pec. & in cap.si cautio.de fide instr.& in l.publia.in §.fi.ff.depositi,voluit Bart.& alij in l.nuda.ff.de dona.& Salic.in l. vnica.C.de confessis,& Bar.in l.1.ff. de edendo,& Bal.in addi.Spec.in tit.de inst.edi.in 4.col.in ver.inci.instrumẽtum habet eum &c.volunt scriben.in l.2. §.circa.per illũ tex.ff.de dolo excep.& Ale.in cõsi.4.inc.Circa primũ &c. in 1.col.in 2.vol.vbi dicit hanc esse communem opin. & dicit q̃ hoc affirmat Io.de Imo.in l.à Titio.ff. de verbo.
2 obl.de quo latius per Ale.in d,consi.Sed† scias q̃ licet prędicta sint vera, tñ promissione ea facta ex certa scientia valet,& tenet,quia ille qui scit se non teneri,& promittit ex certa scientia sine causa,vr ex causa liberationis & donationis promittere,ita dixit Iac.de Are. Cy. & Bal.in l. generaliter.in 13.quæst.C.de non num.pecun.allegant l. campanus.ff.de ope.lib.& l.si patronus.ff.de don.& l.donari.ff.de reg.iur.quod dictum refert & sequitur Ale. in consi.suo 4.inc.circa primum.in 11.col.in 1.vol.& in cõsi. 167.inci.viso themate.in vlt.col.in 6.vol.vbi allegat alios
3 plures tenentes hanc partem. Et subdit,quòd† quando in instrumento sunt illa verba,videlicet, etiam sciens se ad infrascripta non teneri,nec obligatum esse,sed volens se principaliter obligare licet non teneatur solenni stipulatione & pacto promisit &c tollunt dictum obiectum,qđ obligatio seu promissio sit sine causa, de quo latius vide per ipsum Ale.in dictis suis consilijs,quæ oĩa sunt menti tenenda propter frequentiam instrumentorum & contractuum quæ continuè fiunt cum dictis verbis & clausulis,& pauci sunt dies, q̃ casus iste evenit † facto in hac
4 ciuitate. Et† adde hic etiam, q̃ stipulatio facta sub conditione valet,& tenet,licet aliam causam non habeat, quia ipsa conditio impleta,est sufficiens causa, & succedit loco causæ secundũ Bar.& alios in l.à Titio. per illum tex. ff.de verb.oblig.ex quo limitatur regula, q̃ stipulatio sine causa non valet,quia obstat doli exceptio, vt in l.2.§. circa.ff.de doli excep.& in l.qui sine.ff.de condictio.sine causa.nam illa regula procedit in stipulatiõe,secus pura quando fit sub conditione. Ita dicunt doctor, & maximè Ias.in dicta l. à Titio, quem vide omnino qui singulariter loquitur.

CCCCLXXXIII.

1 *Beneficia principum latissimè interpretanda, si modo tertij iniuriam vel præiudicium non respectent. Nam tum strictè sunt interpretanda,licet in concedentis præiudicium latissima recipiatur interpretatio.*
2 *Priuilegia principum, si concedẽtium iurа tangunt,latissimè interpretari debere, sin vero tertij damnum, vel præiudicium respectent præsertim interpretã da, etiam si pupillo, vel minori concessa sint.*
3 *Papa si cui beneficium ecclesiasticum, cum clausula non obstante collatione alteri facta confert, de inualida collatione alteri facta,huiusmodi concessio intelligenda est.*

1 BEneficia† principum sunt latissimè interpretãda.l. fi. ff.de constitu.princip.cum similib.ibi per gl.& doct. allegat hoc tam ẽ intellige esse verum, nisi reſpiciãt prędudicium vel iniuriam tertij,quia tunc sunt strictè interpretanda secundum iura alleg.per gl.d.l.1.sed in præiudicium concedentis tãtum bene fit latissima interpretatio, habetur in l.nec auus,& ibi Bal.C.de eman.libero,& in l. cum filius.ff.de testamẽ.milit.& in l.impuberi.ff. de admin.tut.& c.insuper,de off.deleg. de quo etiam habetur per Bal.in c.1.in §.fi.quid sit inuestitura,& in tit.de pace Constan.in 34. col.in ver.possideant. Et q̃ in præiudiciũ tertij sint strictè interpretanda, facit quod voluit Bal.in l.1.in 1.col.ff.de const.prin.vbi dixit, q̃ si princeps aliqd dat vel confirmat,semper debet intelligi saluo iure alterius,& hoc dicit Bal.in dicto versic.possideant. esse not. pro concessionibus aquarũ,quas facerẽt principes, quia debent intelligi saluo iure tertij.l.Labeo.§.1.ff.famil.erciscun. Et ideo† dicit Inn.in c.cum dilecti.de don.q̃ priuilegia principũ, dum tangunt iura concedentiũ, debẽt latissimè interpretari,sed q̃ respiciunt damnum vel prędudicium tertij,debent strictissimè interpretari, vt ibi,& in c.olim.de verborum significatio. & est bonus text.in c.ex tuarum.ext.de author.& vsu pallij, & voluit Ioãnes Andræ.in d.c.olim,& voluit Abb.in cons.suo 1.in 4.col. & in cons.99.inc.In causa.& quæstione,quæ in præsentia vertitur.in 3.col. Et prędicta intelligitur etiam si beneficiũ seu priuilegiũ concedatur pupillo vel minori,quia tunc etiam intelligitur sine præiudicio tertij.tex.est in d.
3 l.impuberi.ff.de adminitt.tut per quem ita dicit Bart.in l.idemque.in princ.ff.qui potio.in pign.hab. Et† in materia ista teneas menti no.verbum, videlicet, q̃ si papa confert alicui beneficium ecclesiasticum cũ clausula, nõ obstante collatione alteri facta,intelligitur, de collatione inualida alteri facta,& non de valida,ita dicunt Comp. Io.An.& alij in c.causam quæ,de rescrip.quam doctri.& omnia supradicta refert & sequitur Ias. d.l.fi. in 5.col.ff. de const.princ.vbi dicit,quod hanc doctrinam sequitur Alex.in cõsi.suo 25.inci.viso tit.quæstionis,&c.in 2.col. in 2.vol.& in consi.379.ſm ordinẽ meum.incipien. viso processu causæ vertentis inter communitatem,&c. in 3. col.& in consi. 23.inci. viso processu causæ vertentis inter magnificum,&c.in 3.col.in 5.vol.& dom.Philip.Decius in consi.286.inci.in causa. in fi. & in consi.292.inci. & pro tenui &c.in 2.col.de quo latius per Ias.in d.l.fi.ff. de const.principum in 5.col.sed tu vltra Iaso.dicas,quod illam doctrinam Compost.& Ioann.Andræ.refert & sequitur etiam Alex.in consi.suo 11.incipient. ex his quæ in themate,&c.in 1.col.in 6.vol.& ibi in consi. 34. inci. visis & consideratis, &c.in 2. column.de quo etiam per dom.Nic.Millum in suo reper.in litera P.in 3. colum.in vlt.not.

CCCCLXXXIIII.

1 *Statuto cauente,quod instrumentum debiti guarentigiatum executionem paratam habeat, an confessio in instrumento quod tuus sim debitor ex illa aut tali causa,paratã quoque habeat executionem. Et ibidem contradictionis coarguitur Angelus.*

1 SI vera loqui fas est,ingenue fateor me summa admiratione hodierna die detentum fuisse, & non sine aliquali animi displicentia & molestia, & hoc propter vnã contrarietatem Ang.quã in eius lectura inueni,nam primo ipse Ang.in l.si fideiussor.post princ.C.de fideiuss.dicit.statuto cauetur, quod instrumentum debiti guarentigiatum habeat executionem paratam, pone tu petis à



tis à me centũ ex aliqua causa,puta ex causa mutui vel depositi, ego coram notario confiteor me esse debitorem tuum est illa causa,notarius facit solenne instrumentum huius confessionis meæ,an tale instrumentũ habebit executionem paratã vigore dicti statuti in quo dicit q̃ nõ, eo quia illud non dicetur instrumentũ debiti, sed potius instrumentum cõfessionis debiti,quod sumit vim res à die talis confessionis & non ante,quod dictum pro no.posui supra in singul.135.inci,quæro de notabili & quotidiano dubio,&c.nouissimè aũt reperi eundem Ang. contrariũ dicentem in l.fi.C.de edicto diui Adrian.tol.per gl.ibi,in verbo,dispositionibus, quã dicit ibi Ang.esse singulare, & per eam infert ad vnũ,quod dicit esse mirabile & singulare, videlicet q̃ si ex forma statuti instrumenta guarentigiata,vel confessionata habent executionem paratam,& contingat q̃ de debito non est factum instrumentum,tũ per testes probari põt debitum,& q̃ coram iudice debitor confessus fuit debitum, vel potest probari q̃ notarius fecit debitori præceptum guarentigiæ,si fiat huiusmodi probatio per testes, & redigatur in scripturam, talis scriptura habebit dictam executionem, pro quo ẽt allegat not.per Inn.in c.fi.de fide instrumen.& sic apparet,q̃ Ang.est sibi contrarius de directo,si diligenter cõsiderantur prædicta sua dicta.Quid ergo.tenẽdum? dico q̃ magis placet vltimum dictum positum in d.l.fi.C. de edic.diui Adria.eo quia mihi videtur,q̃ illud sit roboratum pluribus iuribus,rationibus,& authoritatibus.patet ex illa gl.dictæ l.fi.& patet etiam, quia confessio interueniens in hoc casu ita facit in instrumentũ guarentigiatũ,sicut qñ à principio interuenit in instrumẽto, & nõ refert quid ex æquipollentibus fiat,vt in l.2.C.de insti.& substit. sub condit.fac.cum multis similib.ibi in gl.alleg.Itẽ illud dictum Ang.in d.l.fi.refert q̃ sequitur Alex,in consi. suo 93.inc.repetitus in causa,&c.in fi.in 6.vol.& in dicta l. fi. in 6.col.C.de edi.diui. Adri.maximè quando essemus in casu,in quo testes possent examinari ante lit.contestata,itẽ hoc etiam voluit Innoc.in c.fi.de fide instru.quem refert ipse Ang.in d.l.fi.& idem voluit Io.de Imo.in d.c.fi.de fi de instrumen.quem ibi refert & sequitur Fel.in 2.col.Itẽ pro hac parte etiã faciunt optimè not.verba Pet.de Anc. in consi.351.inc.in quæstione prædicta, &c. quem vide. Et ex istis magis inclino in sententiam Ang.in dicta.l. fina.quam in sententiam ipsius in dicta l. si fide ussor. Tamen cogita,& vide quæ ego dixi in repetione mea rubr. C.de probatio.in 12. columna. post princip.versicu.alio modo.&c.

CCCCLXXXV.

1 *Victum victori in expensis condemnandum, non perpetuo verum habet, nimirum vbi per testem vnum probat & supplet iuramento, reus autem testem vnum vel saltem præsumptionem aliquam.*

MEmini me aliàs plura dixisse in materia expẽsarũ. l.patre vel marito.ff.de quæstio. vbi plura in dicta materia cumulaui, sed vltra omnia quæ ibi dixi, accipe
1 aliud not.verbũ in eadem materia, videlicet† q̃ licet regula sit vulgata, q̃ victus victori condemnetur in expensis, vt latè dixi in dicta l.patre vel marito, tamen hoc nõ habet locum vbi actor probat per vnum testẽ & supplet per iuramẽtum sibi delatum in defectum probationis, si reus habet vnum testem pro se vel saltem aliquam prę sumptionem, nam tali casu nunquam reus succumbens debet condemnari in expensis. ita multum singulariter dixit Bal.in auth.generaliter.in 5.oppositione,& ibi in sequen.col.in versi.ex prædictis autem sic conclude,&c.C. de episcopis & clericis,quod dictum pro singulari refert & sequitur Ale.in consi.suo 183.inc.in causa & lite.in penult.colum.in sexto volum.vbi latius per eum,quod dictum est memoratu dignum, & ex eo potest limitari dicta regula,quòd victus victori debet condemnari in expensis &c.

CCCCLXXXVI.

1 *Sententiam sine probationibus non valere. Quod modò verũ est,nisi iudici iudicandi potestas etiam de facto, & sola facti veritate inspecta data esset, proutq; ipsi melius visum fuerit.*
2 *Inquirendi veritatem summariè ac de plano habens facultatem,& etiam condemnandi,sine causæ cognitione,ac probatione condemnare potest.*

1 COmmuniter † scitur, q̃ sententia sine probationibus non valet,vt habetur in l.prolatam.C.de sententijs, & in l.qui accusare.C.de eden.& in c.vnico.extr.vt eccle sia.benefi.cum simi.& habetur per do.Phil.Dec.in cons. 275.inc.viso.in vlt.col.hoc tamen limita, nisi iudici data esset potestas iudicandi,etiam de facto & sola facti veritate inspecta, & prout ei melius visum fuerit,nam tunc non requireturde necessitate aliqua probatio.ita dixit Io.And.in c.2.de iuramen.calumn. in 6. in nouella.allegat not.in cap.statutum.in §.assessorem.de reser.in 6. qđ dictum refert & sequitur Ale.in cons.suo 189.inci.in causa.&c.ante fi.in 6.vol.vbi dicit, q̃ idem not.Bal.licet non ita apertè in tit.de pace Constan.in versi.animam nostrã. Et subdit, q̃ fortius dixit Bart.in consi.incip.In quæstione prædicta primò videndum est de potestate &c. & in eo.consi.82.aliter incip. Punctus quæstionis vertẽtis inter Albert.Io.&c.videlicet† quòd vbi quis habet potestatem inquirendi veritatem summariè, & de facto condemnandi,quòd ista verba important, quòd etiam sine causæ cognitione & probatione condemnare possit, allegat not.glos.in l.ictus futtium.ff. de his qui notand. infam. Et vide infra in singu. 494. incipien. Probationes &c.† Tene menti quia in practica & in theorica sunt notabilia.

CCCCLXXXVII.

1 *Sententiam confirmare videtur,qui ab ea non appellat.*
2 *Fallit tamen quando sententia aduersus procuratorem falsum lata esset,nec dominus appellauerit.*

1 NOtat & vulgaris est regula iuris, q̃ ille, qui non appellat à sententia, videtur confirmare ipsam sententiã.l. fi.C.de sen.quæ sine cer.quan.l.1.C.de postul.l.1.C.vt lit. pen.& in l.1.C.de iurisdictione omnium iud.& l.ab eo.C.quomodo & quando iud. & l. hi qui ad ciuilia. C.de appella.l.fi vt proponis. 1.C.de nuptijs.cum similib.pro quo facit tex. in c.1.de frigi.& maleficiis.in ver. si proclamare voluit, cur tamdiu tacuit? & facit optimè gl.in l.quo.n.in prin. ff.rẽra.ha.quæ dixit, q̃ ille qui non improbat videtur approbare,quam gl.refert & sequitur Bal.in l.2. C.si ex fal.instru.& Ang.in l.res hypothecæ.§.fi.ff. de pig. & illã dixit
2 sing.Bal.in c.ex parte in 6.col.de confes.† Sed teneas mẽti vnum casum,in quo ille qui non appellat,non videtur approbare sententiam, nam si lata fuit sententia contra falsum procuratorem,& dominus appellauit,non tñ per hoc dominus videtur approbare sententiam,quia silentium nihil est,ideo ex quo non constat de mandato,poterit dominus vsque ad mille annos dicere de nullitate sententiæ ita singular.dixit Bal.in l.qui non prouocauit, C.si ex fals.inst.allegat iura de quibus ibi per eum,quod dictum refert & sequitur Alex.in cons.191.incip.perspecto &c.in vlt.col.in 6. vol.quod est notan.ad limitationem prædictorum iurium.

CCCCLXXXVIII.

1 *Dignitatem in testium personis magnæ esse importãtiæ. Quid autem si testis vnus alteri contradicat, an & vtri sit credendum? nu.2.*

1 DIgnitas† in personis testium est magnæ importãtiæ, vt dixi supra in sing.114.inc.vulgatum & tritum est. & in sing.273.inc.notissimũ &c.in fi.1.col.& in rep.mea rub.C.de prob.in 10.col.in ver.4.limitat &c.& ibi in 25. col.in ver.& circa hãc materiã &c.Sed vltra oĩa q̃ dixi in dictis locis,teneas mẽti vnũ aliud circa hãc materiã dignitatis testis videlicet,tu scis, q̃ si vnus testis dicit alteri, tunc neutri credit, vt no.Io.An.& cõiter alij in c.in no

stra.de test.& Io. And.in add.Spec.in tit.de teste.in §.iam de interrogatorijs.in addi.inc.in caute.&c.& Fed. de Se. in consi.162.inc.domine Grifolle &c.& voluit Alex. in cõs.257.inc.viso processu.in 3.colum. vbi etiam alia adducit circa hoc, pro quo faciunt plura quæ dixi in materia incertitudinis in repeti.mea rub.C.de prob.in fi.Hoc
2 †tñ fallit,nisi alter dictorum testium esset tñ melior vel dignior,ꝙ prouocaret iudicem ad deferẽdum iuramentum in defectum semiplenæ probationis,quia hoc poterit facere iudex,ita dixit Io.And.in c.in nostra præsentia. de testib.quod dictum pro no.refert & sequitur Alex. in consi.suo 236.inci.perspectis &c.in 1.col.in 6.vol. vbi dicit,ꝙ omnes sequuntur istud dictum in d.c.in nostra, & ibi Abb.dicit hoc esse sing.verbum,& dicit,ꝙ illud dictũ sequitur etiam Io.de Imo.in l.inter stipulãtem.§.1.ff.de verb.obl.in 4.col.tene menti ad ea quæ habentur in l. in bonæ fidei.C.de iureiur.& in l.admonendi.ff.eo.

CCCCLXXXIX.

*1 Lege,aut statuto,si quis ad aliquid faciendum adstrictus sit, vt puta ad insinuationem faciendam, aut quiduis aliud, quandiu ac intra quantum tempus id facere possit.*

1 QVandotà lege vel statuto quis obligatur ad aliquem actum faciendum sine præfinitione termini,vt puta ad insinuandum donationem, vel ad faciendum registrari instrumentum vel similia,tunc tempus videtur collatum in arbitrio ipsius facere debentis,vt probat tex.in arg.in l. licet. C.de iure deliberan.& in l.cum notissimi. in prin.C.de præscr.30.ann.attamẽ tene menti perpetuo ꝙ talis non admittetur ad faciẽdũ illud puta insinuationem postquam fuerit sibi oppositum de inualiditate donationis pp insinuationem non factam in ipsa donatione,nam tunc erit sibi præclusa via ad talem insinuationẽ faciendam,ita sing.dixit Ang.in cons.suo 179.incip.visis prædictis instrumentis.in vlt.col.alle. ea quæ habẽtur in al.l.eo decursum.C.de dona.ante nup.& in l.fi.C.de iure do.quod dictum refert & sequitur Ale. in cons.suo 237. inc.perspectis &c.in fi.in 6.vol. quod dictum est summè notã.quia põt seruire ad multa quæ quotidie occurrunt. pro quo dicto faciuut dicta per do.Phi.Dec.in cons.226. inc.magister Io.in 2.col.in ver. & etiam si nunc ratificaret &c.& vide Bal.in l.si ea.in pen.col.vers.vtrum quando.C.qui accusa.non possunt.

CCCCXC.

*1 Iudicum moris esse accuratè suam iurisdictionem tueri, vnde sæpissimè euenit; vt vnus in aliũ prohibitionibus ac defensionibus vtatur. Si tamen ecclesiasticus seculari inhibitionem faciat, secularis nihil necesse habet obedire.*

*2 Iudex superior num possit inferiori prohibere,ne de causa aliqua cognoscat, aut iudicet?*

*3 Et vide limitationem.*

1 MOs† iudicum est accuratè manutenere suam iurisdictionem inquantum possunt, & hac de causa sæpe vnus alteri inhibet vt quotidie practicatur, sed scias circa hanc materiam,ꝙ licet iudices ecclesiastici inhibeant iudicibus secularibus vt de aliqua causa cognoscant sub pœna & censuris ecclesiastic. tamen non debent iudices secul.curare tales inhibitorias, qñ iurisdictionem ab eis non habent cognoscen di.ita dixit Bal.in l.1.C.qũo &qñ
2 iud.in fin.vbi† quærit,nunquid superior possit inferiori inhibere ne in aliqua causa iudicet?& respondet ꝙ si inferior recognoscit iurisdictionem à superiore,tunc põt, vt in l.iudicium soluitur.ff.de iud.si vero ab alio nõ põt, alleg.Host.in c.volentes de offi.dele.& Arc.in c.persona 11.q.1.& dicit quod Fride.de Se.consuluit, ꝙ si clericus contra laicum falsos testes coram iudice seculari produxit,deinde accusatur de falso coram episcopo,ꝙ nõ põt propter pendentiam litis de falso episcopus inhibere iudici seculari, vt fungatur partibus suis,quãquã accusatio falsi sit præiudicialis & maior,tñ hoc accidit pp diuersitatem magistratuum,quorum quilibet habet iurisdictionẽ principalẽ diuersi loci,& si episcopus pp hoc excõicaret iudicem secularem,excõicatio esset nulla, cum incipiat à præcepto ipso iure inualido ẽm eum, ꝙ dicit esse no.quod dictum pro not.refert & sequitur Soc.in consi.
3 suo 99.incip. serenissimus &c.in fi.in 3.vol. Credo† tñ ꝙ prædicta recipiant limitationem, nisi vnus iudex laicus vellet occupare iurisdictionem alterius, vt puta si iudex laicus vellet procedere cõtra clericum,nã isto casu licet iudex laicus non habeat iurisdictionẽ à iudice ecclesiastico,tñ iudex ecclesiasticus poterit inhibere iudici laico,p totũ ti.de fo.comp.maximè per ea quæ habentur in c.2. de foro comp.in 6.& in c.si iudex laicus.de senten.excõmun.eo.ti.cũ simi. & an inhibitoria fieri possit parte nõ citata,& an & qñ iudex ecclesiasticus possit inhibere iudici seculari,vide doct.maximè Ant.& Abb.in c.tuam.de ord.cogn.& in c.super eo.1.& in c.cum teneamur.de appel.& in c.dilectus filius.de rescr.& Fride.de Se.in cons. suo 300.inc.factũ tale est,debitor promisit &c.& Ale.in cõsi.92.inci.visis actis &c.in 4.col.in 2.vol.& Lau.de Rodul.in tract.vsurarum,quem posuit in c.consuluit.in 131. q.de vsur.& Spec.in tit.de appelationib.in ver.sed quæritur,& Petrus de Anc.in cons.236.inci.casus talis est,post præceptum &c.& do.Francis.de Are.in consi.20. inci.in quæstione & causa. in pen. col.ver. circa ẽm dico &c.& in consi.75.inci.diligenter.in 1.col.& Bal.in addi.Spe.in tit.de citatione.in 4.col.in versi.inc.inhibitio potest fieri &c.& Alex.in cons.49.incip.in causa &c.in 2.col.in 6. vol.& in consi.353.incip.præstantissime doctor &c.& in consi.68.inci.in causa & lite,&c.& ibi in consi.seq.per totum in 7.vol.& alias quæs.in materia inhibitoriæ videas per Bal.in l.1.C.de diuer.rescr.per Fride. de Se.in consi. 115.inc.casus talis est, quidam delegatus,& in consi.97. inc.quoniam &c.& per Io.de Ana.in c.tuas dudum.in vltima col.de vsur.& per Lud.Rom.in cons.331.inci.circa primum.in 2.col.& per Phil.Dec.in consi.33.incip. viso puncto in 1.col.& vide tex.& gl.in cap.non solum.de appella.in 6.& in cap.1.de officio ordina.& in capitu.Romana.in §.si autem.de appella.eod. lib. Nec ista paruifacias, quia quotidie versantur in palatijs, & de facto contingunt.

CCCCXCI.

*1 Mandato primo non obediens, si secundo pareat, num pœnã non auditi primi mandati euitet?*

*2 Et quid si iudex Titio multas iniunctiones faciat, singulis certam pœnam indens, num inobediens ad omnes compellendus sit?*

1 PLuries † disputaui de vno, videlicet an non obediens primo mandato,si secundo paruit, euitet pœnam primi mandati? & primo videtur ꝙ illam non euitet, quia iam in illam incurrit,& iam illa pœna est commissa, sed in contrarium reperio glo.in auth.de non alienand.in §. quia vero.in verbo.iudicibus.quam ibi not.Ange. & idẽ tenuit Spec.in tit.de contumacia.in §. nunc dicamus.in ver.sed quid iste paruit vltimo,&c. & ibi prope in versi. sed pone, &c. ponit ipse Spe. consimilem quæstionem,
2 †videlicet iudex mãdat Titio vt aliquid faciat sub pœna decem,qui non obedit, postea eidem mandat illud idẽ sub pœna 20.& similiter non obedit, & tunc iudex eidẽ mandat illud idem sub pena 50.& similiter nõ obedit,an tunc possit exigere oẽs dictas pœnas?finaliter post multa argumenta pro,& contra concludit, ꝙ poterit tñ exigere vltimam pœnam,quia iudex comminando maiorẽ pœnam videtur recedere à minori pœna,alleg.l.Stichus .ff.de manumis.testamen.& l.si ita scriptum.ff.de hæredibus institu.& l.pen.ff.de prætor.stipula.& l.qui bis idẽ.ff. de verb.obliga.ad quod etiam vide Bart.in l.ius alimentorum.§.sed si non constat.ff.vbi pup.educa.debe. Tene menti,quia videbis millies in facto.

CCCCXCII.

*1 Legitimatio,vt efficaciter obtineatur, quid in ea obseruandum. Et quid si princeps in ipsa verbis vtatur generalibus, qualitates inquisita complentibus.nu.2.*

In legi-

1 INlegi†imatione alicuius illegitimi diligenter† est aduertendum,ꝙ in supplicatione,quæ fit pro tali legitimatione fienda,ponantur oẽs qualitates illegitimitatis, alias nõ valeret legitimatio tanquã subreptitia iuxta no. per Bar.in l.si qua illustris.C.ad Offic.& in l.eam quã.C.
2 de fideicom.tñ†teneas menti perpetuo,ꝙ si princeps in ipsa legitimatione vtitur verbis generalibus includentibus dictas qualitates super quibus dispensat,gratia nõ vitiatur.ita sing.dixit Pau.de Cast.in consi.suo 221.inci. super puncto isto,&c.in fi.quod dictũ pro no.refert & sequitur Soc.in consi.63.incip.visis testamento, &c. in 3. col.in 3.vol.& refert etiam do.Ale.ita consuluisse.& Io. de Ana.in con.suo 95.inci.visis & ponderatis,&c.& do. Benedict.Capra.in consi.157.incip.fuit disputatum per Papam Martinum,&c.de quo latius per Soc.in dicto suo consi.Tene bene menti,quia istud dictum potest seruire ad multa, &c.

CCCCXCIII.

*1 Administratorem rerum alienarum,cum ab administratione pellitur,reddere rationem administrationis æquum,ac iustum est. Quod & in fratre rerum communium fratrũ inter se administratore locum habet.*

*2 Administrationis rationem etiã administratoris hæres reddere constringitur. Nec temporis lapsus etiam longi ab ea administratorem liberat,sed nec filium,de his quæ patre uiuente gessit.n.3.*

1 IVstum† & æquum est vt administrator alienarum rerum cum remouetur ab administratione reddat rõnẽ administrationis, & istud habet locum ẽt in fratre qui stetit in cõione cum fratribus,& administrauit bona cõmunia fratrum,& rexit domum,nã talis tenetur qñ volũt se diuidere,& reddere rõnem administrationis. Ista latè ponit Soc.in consi.suo 46.incip.Cum in præsenti.in 1.col.& in consi.73.incip.circa primum,in 1. col. de qua materia etiam habetur per eundem Soc.in con.suo 169. in 1.vol.& in consi.40.inc.circa primam.&c.in 1.col.in 4.vol.vbi not.loquitur in hac materia,de qua ẽt materia habetur in c.qualiter & quãdo.2.& ibi per gl.in ver. sed de.extrà de accusa.& per Pau.de Cast.in l.vix certis.ff.de iudic.& de hac materia ẽt habetur per dominum Phili.
2 Decium in consi.suo 110.incip.verè.in pen.col.vbi † inter alia dicit,ꝙ redditio administrationis ẽt hæredem administratoris adstringit,& habetur per eundẽ in consil.178.incip.in causa.in 1.& 2.col.& per Bal.in rubr.extrà de procura.in 2.col.in ver.nunquid post longũ,&c. vbi dicit,ꝙ etiam non obstante cursu longi temporis administrator tenetur reddere rõnem administrationis.
3 Et†teneas menti quòd adeò est verum hoc,quòd administrator tenetur reddere rõnem administrationis,ꝙ ẽt filius tenetur reddere rõnẽ administrationis, de his quæ viuente patre administrauit,licet pater illam non petierit,ita sing.dixit Abb.in consi.suo 2.inci.magnificus domi.Io.&c.alias incipit,vt clarè materia,&c.in 6.dubio. in primo volu.quem refert & sequitur Soc.in consi.73. incip.difficultatem.in 6.col.in 3.vol.& in dicto con.40. in 1.col.in 4.& do.Phil. Dec.in dictis suis consilijs,&c.& Soc.in consilio 92.incip.viso.in secunda colum. in quarto vol.& an administrator,qui semel reddidit rationem administrationis.teneatur illam vlterius reddere, vide Soc.in dicto consi.192.in 1.& 2.col.

CCCCXCIIII.

*1 Probationes non concludentes nihil efficere,nisi causa facti sola veritate perspecta commissa foret.nu.2.*

1 PRobationes† vt credo te scire,debent de necessitate concludere,alias nihil operantur. c.in præsentia.de probation.&c.& ibi per omnes.l.neque natales.& l.ad probationem.C.de probatio.& habetur in l.non hoc.C. vnde legiti.voluit Bal.in l.2.in vlt.colum.C. de bonorũ possess.secundum tabu.& in leg.1.in 2.col.C.de furtis,& probatio debet concludere per necesse, non autem per possibile,secundum Bal.in l.ad probationem.2.c.de probatio,dixi latius in repe.rubr.C.de probatio.in 73.co.de quo etiam per do.Philip.Dec.in consi.321.incip.in cau-
3 sa.in 2.col.Teneas†tamen menti,quòd istud fallit vbicũque causa esset commissa sola facti veritate inspecta,ᵃ nã tunc receditur à regulis iuris communis,& talis cui cõmittitur causa eo modo,potest credere probationi solũ persuasiuæ & non concludenti.ita voluit Bal.in l.solam in fi.C.de testib.quod dictum refert & sequitur Ang. de Are.in §.in bonæ fidei.in vltima col.Inst.de actio.& do. Francis.de Aret.in consi.suo 84.incip.diligenter ponderatis his,&c.in quarta col.& in consi.227.incip.in causa dominæ Anto.&c.in secunda colum.& Ias.in l.certi condictio.in §.si nummos.in 7.col. ff.si certum petatur. & vide quæ dixi suprà in sing.102.incip.clausula. & in sin. 272.incip.in hac inclyta ciuitate,&c.& in sing.476.inc. Communiter scitur, &c.

ADDITIO.

a Sola facti veritate inspecta. De hac clausula, vide Rom. sing.79 2.quid important.

CCCCXCV.

*1 Contractibus cæterisq; dispositionibus ineundis, id spectandũ ꝙ & fieri assolet, & validum est,adeo vt res in emphyteusim data ab ecclesiæ prælato in tertiam generationem data intelligatur,si modo id fuerit consuetum.*

*2 Emphyteusis concessio cuipiam facta pro se ac filijs suis,quatenus porrigi censeatur. Et quid de inuestituris à Papa fieri consuetis Marchiæ Anchonitanæ,& huiusmodi.*

1 IN† contractibus & alijs dispositionibus attenditur qđ solet fieri,& validum est argumen.à solitis.le. illud. & ibi Barto.ff.de excusatio.tuto.l.2.ff.de sponsa.le. vel vniuersorum.ff.de pignor.actio.l.cum de in rem verso.ff.de vsuris.de quo latius per Ias.in l.vt liberis.in 3.& 4. colũ. C.de collatio.& adeò hoc est verum,quòd res simpliciter data in emphyteusim per prælatum tamen censetur data in tertiam generationem,si erat ita consuetum. ita dixit not.Bald.in addit.Spec.in titu.de loca.in tertia colum.versi.ecclesia potest dare in emphy.&c.quod dictũ pro valde not.refert & sequitur Ias.in l.certi condictio. in §.si nummos.in 4.colu.ff.si certum petatur.vbi dicit, quòd hoc dictum nunquam est tradendum obliuioni.
2 Et in† simili dr̃,quod concessio in emphyteusim facta pro se & filijs simpliciter,intelligitur ẽt de filijs nascituris.nedum de natis tunc,si ita erat consuetum.alleg. hoc voluisse Ioan.de Imo.in c.potuit.de loca.Item in materia ista subdit, quod si papa consueuit in inuestituris quas facit rectoribus temporalibus locorum ecclesiæ, putà Marchiæ Anchonitanæ concedere iurisdictionem mortis & vltimi supplicij,& publicationis bonorum,ꝙ ista duo veniunt vbi ẽt non fuerunt expressa per Papam, ita secundum eum dixit Ludou.Roman. in consil.38.incipien.ad discutiendum.in secunda columna. Et alia etiam ad hanc materiam adducit Ias.vbi suprà quæ per te videas.

CCCCXCVI.

*1 Præcarij constitutionem in instrumento appositam permagnæ efficaciæ,nullius tamen est effectus si super re incerta apponatur.nu.2.vbi exemplum ex Bar.*

1 COnstitutio† præcarij apposita in instrumento est maximæ importantiæ,vt habetur per scribentes in leg. quoties,C.de rei vendicatio.& per Ioannem Andræam in addit.Specu.in titu.de emptio.& venditio.in §.sciendum.in 10.columna.in versiculo quid si res vendita &c. in addit.incip.hic dubitatur.& per Antonium de Butr. in cap.cum venissent.in 3.col.de restitutio.spoliatorum & per Ludouicum Romanum in consi. 189. inc. stante primo quæsito,&c.& per Alexand.in consi.27.inc.viso libello.in 3.colum.in 1.volu.& in consi.28.inc.viso, &c. in 2.columna.in 2.volum.& in eo.volum.in consi.82.incip.Perspectis,&c.in 3.4.& 5.colum.vbi plura not.ponit in materia,& Bald.in consi.438. incip. magnifici viri.1. fin.2.columna in 3.volum.& per Alexandr.in consi.5in incip.

incip.Ponderatis &c.in vlt.col.& per eundem Alexā.in consi.963.incip.perspectis.in 4.col.& in consi.305.inci. lecto & discusso.in fin.7.& in prin.8.col.& in consi.353. incip.viso processu,&c.in 1.col.& per Bal.in consi. 500. incip.venditor constituit,&c. in 4.col.& per Iaſ.in lege. fi.in 95.col.C.de iure emphyte.& in §.actionum.in 26. col.Inſt.de act.& in le.ſi quis pro emptore.in 93.& 94. col.ff.de vſucapio.& per Rapha.Cuma.in consi.155.inc. Antognolus.in pen.col.ver.ad ſecūdum.& in consi.41. incip.ad primum quæſitum.& per Pau.de Caſt.in l.1.§. ſi rem.ff.depoſit.& per Ang.in l.quāuis.in §.1.ff.de acq. poſſ.& per Oldr.in consi.139.incip.ad habendam, &c. in vlt.col.& per Alex.in consi.83.incip.viſo.in ſi.2.col.in 6.vol.& ibi in consi.252.incip.in cauſa,& lite.in 2.co.& eo.vol.& in consi.154.incip.circa,&c.per totum conſi- lium.& ibi in consi.185.incip.in cauſa.in 2.col.& habet per doct.in alijs ēt locis quos laborioſum magis quā ſub tile eſſet adducere,in quibus locis ponunt nota.dicta in
2 hac materia.Sed ſcias,q talis conſtitutio præcarij,licet ſit magnæ importantiæ,tamen nihil operatur, ſi appo- natur ſuper re incerta,ſecundum Bar.per illum te.in l.3. in §.incertam.ff.de acqu.poſſ.vbi dē,quod cum quidam emiſſet centum tabulas terræ in prædio tuo in illa parte quam eliget venditor,licet tunc cōſtitueret ſe præcario nomine illius emptoris poſſidere,nihil facit propter in certitudinem,quæ eſt rōne loci & quotæ,licet.n. exprimatur certus numerus tabularum,tamen eſt incertitudo rōne quotæ fundi,quia non dī de 3. vel quarta parte fundi,nec dī in parte orientali vel occidentali,vt dī Alexan.in dicto §.incertam.Quod dictum pro no.refert & ſequitur do.Philip.Dec.in consi.226.incip.magiſter Ioā nes.in fin.penul.column.quod dictum poteris addere his quæ latè dixi in materia incertitudinis,in repetitio. mea rub.C.de ꝓba.in 74.col.cū 10.col.ibi ſequētib.&c.

CCCCXC VII.

1 *Timorem ac rei ſuſpicionem idem,quod & res ipſa, operari & efficere.*

2 *Fugam ad quæſtionem tunc indicium non facere,cum fugiens iam auditus atque inquiſitus fuerat,ſecus tamē ſi ante in quiſitionem.Et quid ſi aufugerit,quando timor vel ſuſpicio de accuſatione,vel inquiſitione facienda.nu.3.*

1 SAepiſſimē in iure idem operatur timor ſeu ſuſpicio rei,quod ſoperatur ipſa res,vt dixi ſatis latè plura dicta pro hoc adducendo in l.1.in 10.col.ff.de qō. Sed vltra oīa quæ ibi dixi teneas menti,perpetuō in dicta materia vnum ſingulare verbum auri & honoris plenum,
2 videlicet,quōd fuga non facit iudicium ad torturā, qñ aufugiens iam erat inquiſitus de delicto,quia tūc vī habuiſſe iuſtam cauſam fugiendi,ſecus ſi fugit ante inquiſitionē contra eū formatam,quia tūc talis fuga contra eū facit iudicium ad torturam.Ita dixit Bar.in l.j.ff.de bonorum qui ante ſenten.ſibi mor.conſci.argu,illius tex. quem refert & ſequitur Ang.in l.ſi.in penul.col.ff. de q. & Matth.in no.ſuo 153.incip.nōta q tota &c.& Lodou. Roma.in l.lege Cornelia.in 2.col.ff.ad Sylla.& Ang. de Are.in tracta.maleficio.in verbo,fama publica.in ver.an fuga ſit ſufficiens.& Iaſ.in repet.l.admonendi.in 67.col. in fi.de iureiuran.de quo etiam dixi ſuprà in ſingu.115. incip.fuga.Ita eodem modo dicas quod fuga etiam non facit indicium, quando erat ſuſpicio vel timor de accuſatione,vel de inquiſitione facienda licet nondum eſſet formata,ita not.dixit L.udo. Roma.in d.l.lege Cornelia. ff.ad Sylla.quod dictum refert & ſequitur do.Phil.Dec. in conſi.ſuo 224.incip.in effectu.in 1.col.quod eſt multum not.quoniam rarò quis fugit,ſi non haberet ſuſpicionem,quod contra eum procedatur per inquiſitionē vel per accuſationem.

CCCCXC VIII.

1 *Minorum bona immobilia,& ſi regulariter ſine iudicis vel ſuperioris decreto non alienentur,à patre tamen legitimo adminiſtratore alienari poſſunt.*

1 BOna minorum immobilia regulariter non poſſunt alienari ſine decreto iudicis vel ſuperioris, vt habet in toto titu.ff.de rebus eorum.& in toto tit.C.de prædi mino.hoc tamen ſallit in alienatione facta à patre de bonis filij minoris,qñ pater qui habet legitimam adminiſtrationem bonorum filij,pōt alienare bona immobilia filij,ēt ſine decreto,quia lex multum confidit de paterna pietate.ita dixit Azo in ſumma de bonis quæ libe.in verſicu.habet autem pater &c.quod dictum refert & ſequitur Bal.in l.1.ff.de rebus eor.vbi dē, q iſtud dictum Azo alibi non reperitur,quæ omnia refert & ſequit do. Phil.Dec.in conſi.ſuo 209.incip.In caſu &c.in 1.col. vbi dixit, quod idem dixit Bal.in l.præſes.C. de tranſactio. & alij,vt vbi tradit Alex.& dicit,q hoc etiā dixit Bal.p illum tex.in l.ſi.§.ſin autem æs alienum.C.de bon.quæ liber.de quo latius per do.Phil.Dec.in dicto eius conſi. 209.incip.in caſu &c.

CCCCXCIX.

1 *Teſtatoris diſpoſitionem in vno caſu factam,ad aliū ex veri ſimili,& tacita ipſius teſtantis mente porrigi. Et id in quibus locum habeat.nu.2.*

1 LIcet diſpoſitio teſtatoris facta in vno caſu ad alium caſum porrigatur ex tacita & verisimili mēte ipſius teſtatoris,vt hr̄ in l.ſi.C.de inſtit.& ſubſtit.ſub condi,facta.& in l.Titius.in §.Lucius.ff.de libe.& poſth.cum ſimi.pro quo facit gl.no.in l.tale pactum.in §.fi.ff.de pac.
2 Iſtud intelligitur & eſt verum qñ tractatur de rebus,qa tunc expenſio de vna re ad aliam excitata & præſumpta mente teſtatoris,ſecus autem eſt quando tractatur de perſonis,quia tunc ēt non debet fieri extēſio de vna perſona ad aliam etiā ex tacita & verisimili mente teſtatoris.ita dixit Aret.in l.Gallus,§.& quid ſi tantum.in 3. col.in ver.ſecundo adde.ff.de lib.& poſthu.quod dictū refert & ſequitur do.Phil.Dec.in conſi. 211.incip. ſubtilis eſt &c.in penul.col.vbi plura adducit ad corroborationem huius dicti,quod dictum ēt refert & ſequitur ipſe do.Phil.Dec.in conſi.213.incip.in caſu &c.in 3.co.vbi videas,& in conſi.273 inc.in caſu in fin.j.columnæ,& in conſi.257.incip.in caſu in quarta colum.& in conſi.291. incip.viſis in quarta colum.& in conſi.314.inc.Pro reſolutione &c.in prima colum.& in conſi.377.inci.viſis.in 2.col.& in conſi.394.incip.pro vera.in 4.col.

CCCCC.

1 *Sponſalia de futuro ſolui,ambobus,vel altero ex ipſis ſponſis renuente,etſi huiuſmodi ſponſalia iurata ſint,ſi modo ſecuta non ſit carnalis adhæſio.*

2 *Papa,vt ſponſalia verba de futuro contracta,carnali adhæſione ſecuta, diſſoluere non poteſt ſic,nec matrimonium contractum per verba de futuro ſi eadem adhæſio interuenerit ante ſponſalia per verba de futuro contracta.*

3 *Teſtis iuramentum poſt depoſitionem interpoſitum idem valere,quod & ante præſtitum.*

1 SPonſalia de futuro ſoluuntur ambobus,vel vno ex ipſis ſponſis renuente,etiam ſi talia ſponſalia ſint iurata c.2.& cap.requiſiuitiextra de ſponſa.Quod verum intelligitur,niſi ſequatur copula carnalis inter eos,quoniam talis copula ſequens operatur vt talia ſponſalia de futuro tranſeant in ſponſalia de præſenti,vt in c.veniens.de ſponſa.quo caſu nec etiam papa poſſet ſecuta tali copula tale matrimoniuni diſſoluere,iuxta illud.Quos Deus coniuxit homo non ſeparet, vt in cap.ſunt qui dicunt. 27.quæſtione 2.& in cap.an quod.& in cap.penulttimo 23.quæſtio.2.& in cap.inter corporalia.de tranſlat. epiſcopi.& voluit Anch.in cap.quapropter.28.q.2.& Bald. in l.Deo nobis.in tertia col. C.de epiſcopis & clericis, vt latius dixi ſupra in ſingul.165.incipien.ſcriptum eſt & cætera.Et circa hanc materiam teneas menti perpetuò ſingulare verbum, videlicet quōd ſicut papa non poteſt diſſoluere ſponſalia contracta per verba de futuro,quando ſecuta eſt carnalis copula,quia vt dixi, tunc tranſeunt in matrimonium legitimē contractum, per

verba



verba de præſenti,& matrimonium legitimè contractū non poteſt diſſolui per papam,vt dixi,ita nō poterit diſſolui matrimonium contractum per verba de futuro, ſi
2 præceſſiſſet contracta dicta ſponſalia per verba de futuro,præceſſiſſet inter ipſos ſponſos copula carnalis,cum ipſa copula antecedens ſponſalia de futuro,ita validet & transferat ſponſalia de futuro,in ſponſalibus de præſenti,ſicut copula poſtea ſubſequens.Ita ſingul.dixit do.Io. de Neuizanis Aſten.vir profectò doctiſſimus in ſua ſyl ua nuptiali,in 5.char.in 1.col.vbi alleg.ad hoc quendam do.Clau.in rubrica.ff.ſolu.matri.q dictum,ni fallor, eſt ſummè notandum,cum quandoque contingat in facto, pro quo dicto facit in ſimili quod voluit Io.And.in c.de teſtib.extrà de teſti.& in additio.Spec.in tit.de teſte.in §.
3 ſequitur.circa finem,verſi.quid ſi teſtes &c.vbi dē,q tātum valet iuramentum teſtis poſt depoſitionem, quantum ante depoſitionē,de quo ego latè dixi in repet.mea l.ſi.C.de proba.in 31.& 32.charta. vbi videas. vide quæ dixi in practica mea cauſarum criminalium.§.quoniam nume.38.

CCCCCI.

1 *Societatis,atque cōionis effectus eſt,vt inhabilis habilis primi legio gaudeat,cum in ſocietate,vel communione concurrit.*

2 *Fœmina naturalis tantum,ſi virō legitimo & naturali nupta ſit, propter mariti qualitatē legitima efficitur,ſi quidē viri capacitas ad vxorem porrigitur.*

3 *Baſtardum religionis ingreſſu legitimum fieri.*

1 TRitum eſt in iure in pluribus locis, q ſocietas ſeu communio operatur,vt inhabilis gaudeat priuilegio habilis,cum quo concurrit in ſocietate vel communione,vt habetur in l.ſi is qui duos.ff.de libe.le.& in le.ſi communem.ff.quemadmo.ſerui.amit.& in ca.per tuas. de arb.de quo latiſſimè locutus ſum in repet.mea l.fina. C.de prob.in 6.char.& ſuprà,in ſing.meo 180.inc.plura & plura &c.& in l.de minore.in §.tormenta.in 2. col. ff.de q.de qua materia habetur ēt per Socin.in conſi.ſuo 130.incip.viſa continentia &c.in vlt.col.in 1.vol. & per d.Nellum in tracta.bannito.in 1.parte 3. tempor.in 16. q.& per Alex.in conſi.ſuo 113.inci.Perſpectis &c. in penul.col.in 6.vol.vbi ſingulariter loquitur in materia iſta. Sed vltra oſa quæ dixi in hac materia in dictis locis ,te-
2 neas perpetuo menti aliud ſing.verbum, q videlicet,ſi fœmina naturalis tantum ſit nupta viro legitimo & naturali,ipſa ēt propter qualitatem mariti legitima efficitur,nam capacitas viri ad vxorem porrigitur,vt not.Bal. in l.ſi quis per illum tex.C.de natu.lib.ita ſin.dixit Ang. in auth.quibus mod.natu.effic.ſui.in §.quod vero.in fi. quod dictum pro ſing.refert & ſequitur do.Phil.Dec.in l.fœminæ.in 2.col.ff.de reg.iur.Tene menti,quia,nō fallor,eſt mirabile & ſing.verbum,& magnæ importantiæ
3 nec memini me alibi vidiſſe.Et ſcias etiā, q per ingreſſum religionis baſtardus efficitur legitimus, vt dixi ſuprà,in ſing.273.incip.notiſſimū &c.in prima col.in ver. limito etiam &c.& in repe.mea rubri.ff.de fideiuſſo. in 28.col.vbi videas.

CCCCCII.

1 *Sententia ſi nulla dicta fuerit,ac poſtea expreſsè confirmata executionem meretur,etiam ſi nulla dicta fuiſſet ex iuriſdictionis defectu,*

2 *Sententiam confirmantem quam confirmatam magis ſpectādam.*

1 SEntentia ſi fuit dicta nulla,& poſtea expreſsè ſit confirmata,meretur executionē, ēt ſi fuiſſet dicta nulla ex defectu iuriſdictionis,ita not.dixit Inno.in c.1.de cōſtitu.vtili vel inutili.quod dictum pro valde not.refert & ſequitur Ang.de Aret.in §.quadrupli.in 20.col.Inſti. de actio.vbi dī,q idem volunt Ang.ſmo.& Raph.in l.ſi ex preſſim.ff.de appe.Tu dicas vltra eum,q idem voluit In no.in c.ſuper literis.in gl.ſuper verbo,forſan.de reſcrip. & Abb.in d.c.1.de confirma.vti.vel inuti.& Ang.in le.2. in 7.fallen.ff.ſi quis in ius voca.non ier.& Bald.in l.1.in ver.circa tertium.C.quando prouocare non eſt neceſſe. & do.Fran.Curt.in conſi.ſuo 66.inci.ſuper præmiſſa.in
2 17.col.vbi allegat rationem dicens, quod magis debet attendi ſententia confirmans,quam ſententia confirmata.ad quod allegat Alex.in l.de pupillo.in §.qui opus.circa 5.col.de operis noui nuntiatione.Et iſta potes addere ad materiam confirmationis.

CCCCCIII.

1 *Inimici duo pacem ineuntes,ſi ſe non offendere inuicem promiſerunt ſub certa pœna,ſi poſt hac eo non obſtante,alter cauſam admittat,ob quā offendi poſſit ex eadem cauſa aim pune offendi poterit,nō ex veteri inimicitia,q ex noua cauſa pax rumpi non videatur.nu.2.*

1 EXtā pace & treuga facta inter aliquos ſæpius plura oriuntur dubia,& ideo ſtatui nunc data opportunitate aliqua circa talē materiā in mediū afferre,ideo ſcias q ſi duo inimici fecerunt,pacem,& promiſerunt ſe inuicem non offendere ſub pœna,ſi alter eorū poſtea cōmittat aliquam cauſam pp quam offendi poſſit,poterit ex illa cauſa impunè offendi,non ex antiqua inimicitia ſup qua eſt facta pax,ſm Bal.in l.quæro.§. inter locatorem. ff.locu.& volunt cōiter ſcrib.in l.qui ſeruum.ff.de verb. obl.& ideo dixit Bar.in l.aut facta.§.cauſa. ff. de pen. q ſi facta pace te offendi nō ex veteri inimicitia,ſed ex noua cauſa,q non rumpo pacem.q eſt not.ſm Ale.Pau.de Caſt.& Iaſ.in d.l.qui ſeruum.& hic tenet Bal.in c. 1.in prin.in 2.co.de pace tenen.do,Ant.& Imo.in c.cū inter. per illū te.extrà de renun.Lud.Ro.& Ale.in l.ſemel mora.ff.ſol.matri.& Lud.Rom.in conſi.ſuo 183.inci. in ca ſu propoſito,&c.& Alex.in conſi.ſuo 19.incip.viſo proceſſu cauſæ vertentis inter procuratorem.in primo vol.
3 Et tene menti perpetuo,q offendens ex noua cauſa nō dī rumpere pacem,ēt ſi talis noua cauſa ſuperueniēs nō eſſet iuſta cauſa offendendi,ſm Ale.in d.conſi.19.quem refert & ſequitur pro valde no.do.Iaſ.in d.l.qui ſeruum. in princ.2.col.& ibi ſubdit,q in dubio offenſa præſumitur facta ex cauſa de nouo ſuperuenta,& ſic licitè & nō ex antiqua.ita dicit tenere Bal.in l.ſi prædium ad ſi.C.de ædil.actio. q dictum reputat ſing.Alex.in d.l.qui ſeruū. & in l.ſemel mora.& ibi dicit,q illam deciſionem Bald. velut auream.nunquam obliuiſcaris.Et in materia nouæ cauſæ vide etiam Ale.in conſi.462.inci.viſo themate ſupraſcripto & atteſtatione,&c.Et ex ſupradictis poteris limitare iura dicentia,q inualida non ſunt in conſideratione,de quibus aliquid ſuprà dixi in fin.meo 274. incip.licet,&c.vbi videas.

CCCCCIIII.

1 *Iuramenti vim ſimplicem eſſe,adeo ſane,vt præter cætera,in iuramentum in teſtamento per teſtantem appoſitum,clauſula codicillaris vim habeat, & ab inteſtato venientes rogati intelligantur,facitq, vt actus omni modo valeat, quo valere poteſt.nu.2.*

1 VIrtus iuramenti multiplex eſt,vt tractant docto in authen.ſacramenta puberū.C.ſi aduer.ven.& in le. ſi quis maior.C.de tranſact.in l.ſi quis pro eo.ff. de fideiuſſ.& in l.ſi quis inquilinos.ff.de le.1.& in c. cum contingat.extrà de iureiuran.& in c.quamuis.de pact. in 6. & in c.licet mulieres.de iureiur.eo.li.& in alijs locis, &
2 dixi ego ſuprà in pluribus ſingularibus.Sed vltra oīa q̄ dixi in hac materia in dictis ſin.meis,ſcias, q iuramentum appoſitum per teſtatorē in teſtamento habet vim clauſulæ codicillaris,adeō q veniētes ab inteſtato intelliguntur rogati,quia iuramentum facit vt actus valeat oī modo,quo poteſt valere,vt in l.cum pater.in §. filius. matrem.ff.de legat.2.ita dixit Bar.in l.ſi quis.in principio.in vlt.col.ff.de legatis 3.& in l.ſi quis pro eo.in 7.& 8.membro.ff.de fideiu.& in l.1.in §.ſi quis ita.ff.de verborum oblig.& Bal.in l.eam quam.in 4.col.C. de fideicommiſſ.qui dicit,q iſta eſt mirabilis virtus iuramēti. & in l.ſi iure.C.de teſtam. manumiſ.quos omnes refert & ſequitur Iaſ.in dicta l.eam quam.in decima columna

num.17.

num.17.vbi etiam alia adducit ad corroborationem prę dictorum,quem videas.& idem ipse dicit in l.si conue nerit.in 3.col.ff.de iurisdict.om.iudi.

ADDITIO.

Adde Catelha.Cott.in memoralib.in verb.iuramẽti re ligio.vbi multos effectus.iuramenti ponit.

CCCCCV.

1 *Antiqua recẽtioribus in pleriq; casibus fauorabiliora et ma gis priuilegiata esse. Nam in antiquis fama plenam probationem facit.*

2 *Apocha priuata in antiquis nullo testiũ,aut cõparationis literarũ adminiculo suffulta semiplenam probationẽ infert.*

3 *Sententia lata de antiquo,licet non appareat vlla acta præcessisse,si tamẽ hoc habet,viso libello, visa lit.contest.&c. probat acta præcessisse.*

1 ANtiquatin pluribus casib. sunt fauorabiliora, & ma gis priuilegiata,quam sint recẽtia,vt habetur p doc. in c.cum causam. de prob.& in c.cum dilectus,de succe. ab intest.& in c.si Papa.de priuileg.in 6.& in plurib.aliis locis,quæ gratia breuitatis omitto.Et ideo teneas menti duo.Primum est q in antiquis fama facit plenam probationem secundum Inno.in c.veniens de verbo.signific.in 6.& in c.veniens.1.de testib.& Bal.in authen.quas actiones.in fi.C.de sacrosanct.eccles.& dixi latè in l.de
2 minore.in §.plurium.in 13.col.ff.de qõnib.Secundo tte nẽt menti,q apocha priuata nullo adminiculo,nec te stium,nec comparationis literarum suffulta in antiquis semiplenè probat.ita fin.dixit do.Anto.in c.2.in 4. colu. ver.tertius casus,&c.de fide instr.allegat Io. And.in addi. Spec.in tit.de instru.edi.§.nunc dicendum.super ver.qd si producens &c.quæ duo dicta refert & sequitur Iaso. in l.cum aliquis nu.5.& 6.C.de iure deli.& ibi subdit,q
3 si apparet sententia,quæ sit lata de antiquo,licet non ap pareat aliqua acta præcessisse, tamen talis sententia in qua dicitur, viso libello, visa lit. contestat.& visa pro. batione,&c.probat acta præcessisse. allegat plura de qui bus ibi per eum,& ibi etiam.ponit,q dicatur factum de antiquo.& vide suprà in sing.436.inci.latè,&c.

CCCCCVI.

1 *Testium personæ,ac ipsarum qualitates,valde considerãda. Nam ipsorum qualitates & fidem prorsus labefaciunt,ut infamia,excommunicatio,& c.aut minuunt, vt eis plenè non credatur.Et quid de domorum tectoribus.*

1 INtestibus plurimum considerantur qualitates perso narum ipsorum testium,nam aliquæ sunt qualitate, q̃ in totum annullant.dictum ipsorum,vt infamia, excõi catio,bannum,& similia,aliquæ ẽt sunt quasitates, quæ minuunt fidem ipsorum testium,vt eis non plenè creda tur.Et ideo scias,q illi q ascẽdũt cacumina ædificiorum pro illis reficiendis vel reparandis,q talibus,si examinã tur in testibus,nõ datur plena fides,sed eis minuitur de fide.ita dixit Ange.in l.1.§.bestias.ff.de postulan. quem refert & sequitur Io.de Anania in c.1.in 3.col. extra de tornea.quod nota,quia posset contingere de facto.

CCCCCVII.

1 *Statuto cauente,q post tres annos de delictis cognosci non pos sit,non tamẽ obstabit,quominus de falso contra falsi instru menti fabricatorem inquiri possit.*

1 VIgetquandoque statutum in ciuitatibus, quo ca uetur,q non possit per officiales seu ius dicentes co gnosci de delictis commissis retro,putà per tres annos, tali casu non obstante tali statuto poterit tamen vltra tẽ pus statuti procedit contra illum,qui fabricauit falsum instrumentum,quia tale crimen falsi intelligitur esse ex ceptum à tali statuto.ita singu.dixit Per.de Anc.in repe. ca.canonum statuta.in 86.colum.extrà de constit. quod est singu.not.propter statuta terrarum loquentia, vt suprà dixi.Et hanc doctrinam addere poteris his,quæ di xi supra in singu.166.incipien.crimen falsi,&c.& in rubri.ff.de falsis.

CCCCCVIII.

1 *Frater pro fratre testis,an & quando esse possit? nu. 2.*

1 TRactant docto.in pluribus locis,an frater possit es se testis pro fratre,quos ego adduxi in l.1.§.ad quæ stionem.in 2.col.versi.limita etiam,&c.ff.de qõnib. Sed vltra ibi dicta scias,q vbi dictum fratris fratri prodest, & nemini nocet,vt est,quãdo purgat fratrem de hæresi, tunc valet eius testimonium.te.est not.in c.litera de prę
2 sumpt.per quod põt inferri,q frater de crimine incul patus potest ducere fratrem contra fiscum ad probandũ quod fecit ad suam defensionem,quia per hoc non dici tur nocere fisco,qui tractat de lucro pœnali & odioso cũ alterius iactura.ar.eius quod not.in l.si is cui.§.j.ff.de fur. ita no.dixit do.Flor.in l.testis idoneus.ff.de testib. quod est menti tenendum in practica.

CCCCCIX.

1 *Debendi si plures rei constituantur,ad vnum tantum re ve ra peruenerit pecunia,reliqui fideiussorum loco habentur, eorumq; beneficio gaudent. Equaliter probãdum pecunia ad alterum tantum peruenisse.*

1 ALiàs dixi tibi supra in sing.2.inci.si plures,&c. quod si plures rei debendi constituerentur, attamen si in rei veritate ad vnum tantum peruenit pecunia, alij habent loco fideiussorũ,& gaudẽt beneficio fideiussorum vt ibi latè dixi adducẽdo plures do.hoc affirmãtes. Nũc aũt addo vnũ in tali materia,videlicet quod ad probãdũ hoc,q pecunia peruenit ad illum tantum, poterit alius vel alij cõrei adduci in testes,& hoc probabũt, quia nõ principaliter interest sua testimonium suum.ita not.di xit do.Flor.in l.nullus.post prin.ff.de testib. quod dictũ poteris addere dictis supra in dicto sing.2.

CCCCCX.

1 *Verba in dubio iuxta materiam subiectam intelligenda, ita vt quandoque impropriè capiatur ad eandem materiam, sicuti & contractus verba, secundum naturam quoque contractus.nu.2.& 3.*

4 *Colonus si fructus perceptos vendere velit, in emptione cun ctis præferri dominus debet.*

1 VErba in dubio intelligenda sunt secundum subie ctam materiam.l.si ex legati causa.ff. de verborum obligatio.l.si stipulatus.ff.de vsuris.l.si vno.ff.loca. & vt hoc modo intelligantur,debẽt impropriari verba.l. sed si possessori.in §.sed si rerum.ff.de iureiurand.& est glo. in l.si mandato Titij.§.Paulus respondet.ff. mandat. de quo per Ioannem de Anan.in consi.suo.60.inci.in quæ stione ista,&c.in fi.& per Soc.in consilio secundo, incipien.quoniam,&c.in vltima columna, in quarto volu mine.Item verba contractus debent intelligi secũdum
2 naturam contractus.l.finali.C.de non numerata pecu nia.l.si stipulatus.ff.de vsuc.& voluit Innocen.in capitu. ex literis.de iure patronatus.& Bald.in rubric.C.de cõ trahenda emptione. in nona quæstione. & habetur in l.
3 damni infecti quædam.ff.de damno infecto. Et ideo t scias,quòd si in contractu emphyteutico reperiantur inserta ista verba, videlicet quòd emphyteuta possit vẽ dere sua melioramenta,non tamen poterit illa vendere domino irrequisito,quasi ista verba simpliciter prolata debeant intelligi secundum naturam contractus cui in seruntur.Ita dixit Specula.in titu.de locat.in §.nunc ali qua.versicul.nonagesimo tertio.quod dictum refert & sequitur dominus Floria.in l.si stipulatus sit. in princi.ff. de vsu.pro quo facit tex.in l.1.C.de meta.libr. 11. & ibi
4 Bart.vbi dicitur,quod si colonus vult vendere fructus perceptos in fundo pro iusto pretio,dominus prefertur vnicuique emere volenti.

CCCCCXI.

1 *Notoria magni effectus esse,eccasione quorum à iuris commu nis regulis sæpius abire contingit.*

2 *Ordo iuris in iudicijs ac processib.licet seruandus sit,alioqui nihil efficit iudicium,in notorijs tamen id non perpetuũ*



*est,in quibus licet iuris ordo seruatus non sit, valet tamen processus quamlibet iudex peccet.*

1 NOtoriaf sunt magnæ importãtiæ,& propterea sæpe recedit à regulis iuris,vt ego dixi in l.patre vel ma rito.in 12.col ver.facit etiam dubium,&c.ff.de quæstio. & in l.pe.in 1.col.eo.tit.& in repe.mea rub.C.de proba. in 41.42.43.44.& 45.col.& in pract.mea ca.cri.in §. 2. q.
2 nu.41.cum pluri.nu.ibi seq.Et ideo teneas menti,q licet ordo iuris sit seruandus in iudicijs & processib. aliàs sententia & processus est nullus,vt habetur in l.prolatã. C.de sen.& dixit supra in sing.meo 354.incip.in dubio, & cætera.hoc tamen nõ hàbet locum in notorijs,in qui bus, licet, non sit seruatus ordo iuris, tamen valet pro cessus,licet iudex peccet,ita dixit Inno.in c.tua.de coha bi.cler.& mulie.& Io.And.in c.vestra,eo.tit.ante fin.vbi dixit,q licet iudici non sit factum notorium,& si iudex peccet ferendo sententiam priusquam hoc probetur, ta men eius sententia irreuocabiliter tenet.quæ omnia re fert & approbat do.Flo.in l.si irruptione.in §.ad officiũ. in fi.verbis.ff.finium regun.quod dicit not.esse ad limi ta.eorum quæ not.per Bar.in l.hæc autem. ff. ex quibus cau.in poss.eatur.de quo etiam dixi ego in di.l.penul. in 1.col.ff.de quæstion.

CCCCCXII.

1 *Emergentia de nouo,nouo egere auxilio. Et ideo cauente sta tuto,vel iuris dispositione,quod in appellationis causa,vel nullitatis,noua non admittantur probationes,si tamen de nouo emergunt,recipi poterunt.nu.2.*

3 *Testium examinandorum renuntiationem non extendi ad testes quos renuntiationis tempore renuntians ignorauit, produci posse.*

1 ADduxi tibi aliqua circa materiã regulæ,quæ de no uo emergunt,nouo indigẽt auxilio,suprà in fin.142. inci.cautum,&c.& in sing.233.inci.quæ de nouo,&c.& in l.1.in §.fi.in 6.col.cum tribus col. ibi sequent.ff.de q. Nunc autem dico tibi vnum in dicta materia, videlicet q stante statuto vel dispositione iuris communis,quod in causa.appellationis vel nullitatis non recipiantur nouæ probationes,quòd tñ poterũt recipi,si de nouo emer gunt,quia cum non potuerint claudi in præcedenti iudi cio ne frustra oriantur,poterũt de nouo allegari: ita no. dixit Dyn.in consi.suo 20.quod incipit,super quæstione quæ vertitur vtrum filius,&c.q dictum pro no.refert & sequitur Bal.in l.inuitus.in vlti.col.C.de procura. & do. Fel.in c.cum Io.in 9.col.ver.amplia tertiò.de fide instru men.& do Floria.in l.quædam mulier.in 3.col.ver. simi le dixit Dyn.&c.ff.fami.ercisc.in.vbi dicit illud dictum esse no.ad limitationem clemen.appellanti.de appe.Pro quo dicto facit no.verbum Io.Fab.Inst.de excu.tut.in §. quis autem.vbi sing.dixit, q siue sit tempus statutum à lege,siue ab homine,si de nouo superueniant probatio nes ad notitiam volentis opponere,vel probare,quòd ẽt post illud tempus poterit opponere & probare.quod di ctum refert & sequitur Alex.in l.si mancipiorum. ff. de opt.le.& facit dictum Alex.in auth.iubemus.in 2.col.C. de iudi.circa medium.vbi sing.dixit,q renuntiatio te stium examinandorum non extenditur ad testes, quos tempore renuntiationis ipse renuntians ignorauit pos se producere.& faciunt etiam plura & plura alia quę pro prædictis adduxi in l.1.in §.fi.in 10.col.ff.de quæsti. vbi retuli illud dictum Dy.in dicto consi.20.

CCCCCXIII.

1 *Confessione rei actionem trãsitoriam ad hæredes fieri in cau sis criminalibus si tamen per accusationis viam non inqui sitionis processum est.*

1 INt causis criminalibus per confessionem rei actio fit transitoria ad hæredes secundum Specu.in titu.de ac cusa.in 4.parte.in §. .in verſic.quid si latro.&c.quem re fert & sequitur Ange.de Are.in tracta.suo maleficio. in versi.& vestem cœlestem abstulit.in 3.char.in ver.quid si fur confiteatur,&c.de quo etiam per Bar.& Ange. in l. 1.ff.de priuat.delict.Scias tamen quod talis confessio est transitoria ad hæredes,quando processum est per viam accusationis,vt puta quia fur accusatus confessus est tale furtum commisisse,de quo est accusatus,& alia plura fur ta confiteatur commisisse,& sic talis confessio solum pro dest ipsi accusanti.Sed secus est,si processum est per viã inquisitionis,nam tunc talis confessio cõmodum affert omnibus furtum passis,ex quo est facta iudici inquiren ti qui repræsentat personam omnium,ita dixit do.Flor. in l.ait lex.in §.hanc actionem.ff.ad le.Aquiliam, & Io. de Imol.in l.defuncto.ff.de public.iudic.ad quod alleg. Io.Andr.in additio.Spec.in tit.de acculatio.in dicto ver. quid si latro,&c.de quo latius per do.Augu. de Arimi. in additio.Ang.de Are.super malefic. in dicto versicu. & vestem cœlestem abstulit.super dicto ver.quid si fur, & cætera.ex quibus habes differentiam inter accusatio nem & inquisitionem.

CCCCCXIIII.

1 *Statuto cauente,q vxore in matrimonio sine filijs decedente, maritus dotem,aut ipsius partem lucretur,id non cõsequetur vitalis statuti maritus matrimonii onera non ferens.*

1 VIgent communiter statuta per Italiam volentia, quod muliere decedente in matrimonio sine filijs, maritus lucretur dimidiam dotis,vel certam partem do tis.Sed tale statutum non vendicat sibi locum in marito non sustinẽte onera matrimonij,nam tali casu maritus non debet consequi lucrum dotis sibi deferẽdum ex pa cto vel statuto,ita not.dixit Bal.in aut.dos data.in 1.col. C.de dona.ante nup.q dictum pro not.refert & sequit Alex.in consi.suo 122.incip.viso processu.in 4. col.in fi. in 7.vol.& ibi in con.123.inci.viso processu.in 1.col.vbi ad corroborationẽ itti aliqua adducit, de quib.ibi p eũ.

CCCCCXV.

1 *Salusconductus in forma latissima datus,vt quis nec grauari nec molestari possit pro debito aliquo ante certum tẽpus, an debitum iuratum porrigatur?*

1 COntingit sæpius in hac alma ciuitate Bonon. mihi patria, quòd superiores eisdem ciuibus rusticis fo rensibus ac incolis faciunt saluum conductum in latissi ma forma,in quo concedunt ipsis inducias prout eis vi detur,& mandant barisellis & exactoribus, vt eos non grauent nec molestent pro aliquo debito.Sed scias tu,q tales saluiconductus non extenduntur aduersus debitũ iuratum.ita sing.dixit Alex.in consi.suo 204.incip. visis his,&c.in vltima column.ad finem.in secundo volumi. vbi plura ad hoc alleg.quod dictum pro not.refert & se quitur domi.Marcus Anto.Baueria in tracta.suo de vir tu.iuramen.in 21.priuileg.incipien.nam licet sit maior pars,&c.vbi etiam ad hoc alleg.Alexan.idem tenentem in consilio suo 38. incip. visa petitione.in 3.columna.in tertio volum.quod consilium secundum ordinem,incũ est 261.& idem tenet Iaso.in l.quoties.in prima col.C. de precib.impe.offer.& Alex.consi.27.incip.vilo,in vlti ma colum.in primo volum.in versic.confirmo,per no. & in consilio 125.incip.visis & consideratis,&c.in penul ti.col.in eod.volu.& in consi.459.incip. cum statutum. secundum ordinem meum,pro quibus faciunt quæ ego dixi in consi.meo 107.incipien.post redditum cõsilium & cætera.in 3.4.& 5.charta.Tene menti prædicta, quia quotidie occurrunt.

ADDITIO.

Adde Thom.Ferrat.cautel.55.occulata fide.nu.2.

CCCCCXVI.

1 *Testem idoneum in facto proprio neminem esse,nimirum quo ad probationem plenam,quo ad indicium autem ad quæ stionem inducendam idoneum esse,maxime in mortis ar ticulo est vt in exemplo hic posito.*

1 TEneas perpetuò affixum cordi singul.verbum lucri plenum,nam tu scis,quod nemo est testis idoneus in facto proprio.l.omnibus.C.de testib.l.nullus. ff. eodẽ & habetur in l.vnica.C.ne quis in sua causa. hoc tamen intellige

intellige esse verum quo ad plenam probarionem, secus autem est quo ad faciẽdum indicium ad torturam, quia quis est idoneus testis in causa propria, ꝙ intellige, qñ talis, qui testificat in causa propria est constitutus in mortis articulo, & ideo si inuasus tpe inuasionis clamauit & dixit, talis interficit me, & in continenti reperitur interfectus, tale eius dictum facit indicium ad torturam contra illũ quẽ nominauit, quia nõ præsumitur immemor salutis æternæ. l. fi. C. ad leg. Iul. repet. & in authẽ. de iure iuran. à mori. prælti. in §. 1. ita fin. dixit Iac. de Bel. in practica sua iudiciali, sub rub. de qõ. in 5. col. versic. vndecimum, &c. quod dictum retuli in practica mea causarum crimi. in §. dilgenter. nu. 21. & ibi aliqua adduxi pro hoc dicto. Tene menti, quia verè est sing. verbum ratione sul citum, & nunquam tradendum obliuion.

## CCCCCXVII.

*1 Donationem omnium bonorum præsentium ac futurorum nõ valere. Quod intelligendum quo ad bona futura, secus quo ad præsentia, vt hic.*

1 DOnatio totũ bonorum præsentium & futurorum non valet, vt latè habetur per omnes in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. obli. & in l. fi. C. de pac. hoc tñ limita esse verũ solum quo ad bona futura, secus aũt quo ad bona præsentia, quia donatio inter viuos omnium bonorum præsentium & futurorum, valet quo ad bona præsentia, non autem quo ad futura, ita nota. dixit Aug. in consi. suo 106. incip. quædam mulier. alias inci. super dicto facto, &c. in 1. col. alleg. in arg. l. sanctimus. C. de dona. ꝙ dictũ refert & sequitur Ale. in consi. 47. inci. in cã & lite &c. in vl. col. in 6. vo. licet ipse erret in prin. di cti consilij. quod tene menti ad materiam d. l. stipulatio hoc modo concepta. & d. l. fi. C. de pact. cum simi.

## CCCCCXVIII.

*1 Bona quæsita ab acquirendis differre. Vnde si pater filiũ emancipet, de bonis filij propter hmõi emancipationem accipere potest, sed accipiẽdo eius successione priuatur. vbi de quærẽdis nihil sibi pater emancipans retinere potest. nu. 2. & 3.*

1 INter aliquibus differunt bona quæsita à bonis quærendis, vt dixi suprà in sing. 192. inc. magna est differentia de quo etiã habet p Soc. in cõs. 77. inci. repetito post nu. in 4. vol. & ibi in consi. 53. inci. viso instrumento. in 6. colum. ante finem. & in consi. 75. incip. primo aspectu. in 2. 2. colum. in princ. & habetur per Abba. in consi. 82. inci. conditor omnium. in vltima col. in 1. vol. Soci. in consil. 66. incip. visa. in vlti. col. in 3. volum. & per dom. Philip. Dec. in consilio 259. incipien. visis in 2. colum. & in consilio ibi sequen. in 2. colum. & in consi. 259. incipien. consultus, &c. in 4. col. & per do. Anto. de Butr. in rubric. extrà de empt. & vendi. in 6. column. & per Alexand. consi. 151. incip. viso themate. in 2. column. in 7. volumin. Sed
2 vltra omnia dicta in dictis locis accipe aliam differentiam, nam pater emancipans filium potest accipere de bonis filij pro tali emancipatione vt habetur in l. vtrum turpem. ff. de verborum obliga. licet accipiendo de bonis filij in tali casu ipse pater priuetur successione filij ꝓ text. in simili in l. etiam. in §. si quis nummos. ff. de operis liberto. & lsi quam. C. eodem titulo. Et licet ipse pater emancipans filium possit retinere dimidiam vsusfructus in bonis filij emancipati, vt volunt docto. in l. cũ oportet. §. cum autem. C. de bo. quæ liber. & habetur. in §. hoc quoque. Institu. per quas perso. nob. acq. per Salic. in l. pactum. C. de colla. tamen hoc limita, videlicet qđ pater emancipãs filium potest retinere dimidium vsusfructus, hoc est verum in bonis quæsitis, secus autem est bonis quærendis, ita sing. dixit Io. And. in addi. Spe. in titu. de fil. nat. ex nat. legi. ma. super rubric. quod dictũ pro sing. refert & sequitur Ias. in l. fi. in penult. colu. vbi dicit, ꝙ istud fuit dictum Oldra. ante Io. And. in con. suo. 214. incipient. factum tale est in instrumento cuiusdam emãcipationis, &c. de quo latius per Iaso. in dicta l. fin. in penulti. column.

## CCCCCXIX.

*1 Ciuitatis onera qui non sustinet, nec ipsius statutorum beneficiis gaudere debet. Quod limita in his qui ex priuilegio ipsius ciuitatis hoc habent, vt onera non ferant. nu. 2.*

1 LIet qui non sustinet onera in ciuitate, non gaudet beneficiis statutorum ciuitatis secundũ Ludo. Roman. in consi. suo 224. incip. ista captura, &c. & Pau. de Cast. in l. omnes populi. in fine. ff. de iustitia & iure. & voluit Bar. in tracta. repreſaliarum in 5. q. princ. & Ang. in consi. 74. incip. quòd dicta actio, &c. & Alber. de Rosa. in prima parte statuto. quæst. 9. & Pau. de Cast. in consi. 343. incip. statutum, &c. & do. Phil. Dec. in consi. suo 114. in princi.
2 Tamen hoc non habet locum in ciuibus non sustinentibus onera ex priuilegio ciuilitatis sibi concesso, quia licet tales non sustineant onera, tamen debent gaudere beneficijs statutorum ciuitatis, ita dixit Alexand. in consilio suo 32. incipiente vila, consestione ciuilitatis, &c. in secunda colum. versicu. & ex his apparet, &c. in quinto volumine. quod dictum refert & sequitur domin. Philippi Deci. in consilio suo 283. in 7. column. de quo latius ibi per eum.

## CCCCCXX.

*1 Qualitas enti adueniens illud qualificat, & in diuersam speciem reponit. vnde licet stupri accusatio quinquennio tollatur, non tamen si commissum est stuprum cũ violentia.*
*2 Iura loquentia de stuprante virgines, non extendit ad stuprãtem virgines veste meretricia indutas.*
*3 Lignorum appellatione nec palos nec perticas continere.*
*4 Constitutio in monacho loquens in Abbate locum non habet, nisi in casu hic. Item disponens in clerico, non disponit in canonico, nec appellatione scholarium rector continetur scuti nec appellatione lardi caro comprehenditur.*
*5 Libellus si quid ei addatur, vel detrahatur, libellus primus non dicitur, sed nouus.*
*6 Terra arida, si aquis impetu aut hominum industria lacus aut stagnum fiat, præscriptio incepta interrumpi dicitur.*

1 QValitas superueniens enti qualificat illud, & reponit ipsum in diuersa specie. §. prætera. Instit. de inutili. stipulatio. c. licet canon. iuncto c. statutum. de electio. in sexto. & l. mariti lenocinium. §. fi. ff. de adulter. vbi habetur, quod licet accusatio stupri tollatur quinquennio, vt in dicta l. in §. prætereà. hoc tamen non habet locum in stupro commisso cum violentia, quia illa qualitas violẽtiæ adueniens stupro eum reponit in diuersa specie, ad
2 idem est text. in l. item apud Labeonem. in §. si quis virgines. ff. de iniur. vbi dꝓ iura loquentia de stuprante virgines, non extenduntur ad stuprantes virgines indutas veste meretricali, quia illa qualitas vestiũ meretricalium reponit eam in diuersa specie. ad idem est te. in c. ad audientiam. de sententia excommunicatio. & in c. si iudex latius de sententia excommunicatio. in 6. & facit te. in l. quæsitum. in §. illud fortassis. ff. de le. 3. vbi appellatione marmoris non venit marmor sculptũ. & facit te. in l. hæres meus. in §. duæ statuæ. ff. de legatis 3. & facit l. pali
3 . ff. de legatis 3. & l. pali. ff. de verbo. significa. in fin. qb. hĩ, ꝙ appellatione lignorũ nõ veniũt pali nec pertice, quia videtur hĩe qualificatũ à simplici ligno. Itẽ facit et c. fi. extrà
4 de simo. vbi constitutio loquens de monacho non habet locum in Abbate, nisi in casu illius ca. & faciũt dicta per Abb. in c. 1. de vita & honestate clericorũ. vbi dixit, ꝙ statutum loquens in clerico non habet locum in canonico, & dixit do. Ant. in proœmio Grego. ꝙ appellatione scholarium non venit rector, quia ilta qualitas rectoratus reponit eũ in diuersa specie, & facit gl. in c. admonere. 33. qõne 2. in verbo carnem. & in c. presbyter. 83. distinctio. quam reputat singular. Abb. in c. consuluit. de Iudæ. & facit text. & quod ibi dixit Bart. in l. 1. C. de eroga. mili. anno. libro 12. vbi dixit, quod lardum non est caro propter qualitatem sibi adiunctam, & facit quod dixit Barto. in l. ius ciuile. per illum text. ff. de iustitia &
5 iure. vbi dixit, quod si aliquid addatur vel detrahatur libello



libello non dicitur primus seu antiquus libellus seu nouus. circa quam materiam vide omnino Salycet. in l. quamuis. in fi. C. in quibus cauſ. pig. tac. contraha. Sed vltra omnia supradicta circa hanc materiam quod qualitas adueniens enti qualificat illud, & eũ reponit in diuersa specie. adde not. verbum Bald. in l. vnica. C. de confess. in antepenultima co
6 lum. in versi. sed nunquid possessio. &c. vbi dicit ꝙ si terra arida efficiatur lacus vel stagnum propter impetũ aquarum, vel ex industria, quod præscriptio incœpta dicitur interrupta, quia prima qualitas mutata est mutato elemẽto, quia primo erat terra, nunc est aqua. & idem dicit ibi Bald. ecotra si primo erat lacus, & postea est effecta terra arida. quod dictũ refert & sequitur do. Philip. Dec. in consi. suo 302. ĩ pe. col. vbi pro hoc adducit, ꝙ ex mutatione rei possessio perimitur. l. quamuis. in § item quid si id quod possidebam. ff. de acquiren. possef. & text. in l. in tantum. in princi. ff. de rerum diui. & in l. quod in littore. in fi. ff. de acquir. rerum do. de quo latius per eum in dicto consilio. de quo etiam ego dixi in repetitione mea c. reintegranda. nu. 187. 3. q. 1.

## CCCCCXXI.

*1 Intentionem suam super constituto fundare volens, quid facere necesse habeat?*
*2 Instrumentum antiquum constitutum in se habens, propter antiquitatem facit, vt præsumptio sit possessionem apud cõstituente fuisse.*

1 LIet qui vult fundare intentionem suam in cõstituto, tenetur probare, quod tempore constituti possideret ille, qui eius nomine constituit se possidere secũdum Ang. in l. quamuis. §. fi cõductor. ff. de acquiren. possessio. vbi Alexand. circa fi. sequitur hoc & post Ang. admonet aduocatũ eius qui agit virtute constituti, vt debeat probare constituentem possidere tempore cõstituti, & idem voluit Ang. in l. 2. C. de acquirend. poss. circa fi. vbi formaliter dicit, sis ergo cautus tu vt non confidas in cõstitutione precarij ad probandum tibi esse raditam possessionem, nisi probes, quod tempore constitutionis precarij ille qui constituit se possidere precario, nomine tuo possidebat, alias illa constitutio precarij esset inanis. & idem repetit Ange. in l. quædam mulier. in 1. col. in versic. attende tamen, &c. ff. de rei vend. & idem tenet Bal. in l. 1. in 1. colum. C. quando lic. ab empt. disce. de quo per Ale. latius in dicta l. quamuis. in §. fi conductor. in fi. & in consi. 10. incip. viso processu. in 4. volumine. quæ omnia ponit do. Phili. Deci. in consi. suo 247. incip. in causa, &c. in 2. col. Prædicta tamen limita non habere locum in antiquis, quia in illis nõ requiritur talis probatio. ita dixit Soci. in consi. suo 187. incip. in cõtrouersia.
2 in 4. col. ver. tertio probatur, &c. vbi dicit, ꝙ in instrumẽto antiquo in quo fit constitutum, præsumitur propter antiquitatem, quod possessio esset apud constituentẽ, qđ dictũ refert & sequitur dom. Phili. Deci. in consi. suo 302. in princip. in 3. col. vbi dicit, ꝙ pro hoc facit quod voluit. Paul. de Castr. in consilio suo 50. incipien. in causa quę vertitur inter reuerendissimum patrem, &c. in 2. col. in ver. patet etiam ex instrumento antiquo, &c. vbi propter antiquitatem instrumenti arguitur possessio esse apud eum de quo loquitur instrumentum, quod est not.

## CCCCCXXII.

*1 Solutionis exceptionem obiciens debitum processisse consiteri non videtur, vbi aduersarius solutionem factam negat.*

1 OPponens exceptionem solutionis non videtur cõsiteri debitum præcessisse, quando aduersarius negat talem solutionem esse factam. ita dixit gl. not. in l. Iulianus verum debitorem. ff. de condiction. indebiti. quam gl. ibi summè not. Bar. in 7. colum. in ver. item aduertas ad istam lecturam. & Ale. in consilio suo 183. incipien. in causa & lite. in vlti. col. in 6. vol. vbi allegat alios plures doct. ad hoc. Pro quo facit, nam quis non potest se iuuare expositione negata secundum Arc. in c. 1. per confec. eccles. vel alta. in
6. & Spe. in tit. de positio. in §. 8. ver. 1. quẽ refert & sequitur Bart. in l. post legatum. in princi. in pen. colum. ff. de his quibus vt indig. & in l. naturaliter. in §. nihil commune. in vltim. colum. ff. de acquirend. possef. in l. non vtique. ff. de exception. & doct. in c. 1. de confes. in 5. de quo latius per Ias. in repetit. l. admonendi. in 46. col. de iureiuran. vbi plura ponit similia. & per Soc. in consi. 102. incip. viso processu. in 2. colum. in 4. vol. & per Ale. in consi. 91. incip. in causa. in pen. colu. in 6. vol. & ibi in consi. 94. in vlt. colũ. & in consi. 35. incip. ponderatis, & c. in 3. col. in 7. volu. & ibi in consi. 49. incip. in causa. in 3. col. & ibi in consi. 76. in 2. col. & ibi in consi. 182. viso. in 1. col. & ibi in consil. 209. incip. in causa, &c. in fi.

## CCCCCXXIII.

*1 Incertitudo loci solutionis faciendæ facit, vt actus contra debitorem executiuus sit inualidus ac nullus.*

1 INter alios effectus quos operatur incertitudo de quibus latissimè dixi in repetitione mea rubri. C. de prob. in 74. col. cum 12. co. ibi sequen. est vnus alius notabilis effectus, videlicet quod si inter creditorem & debitorem celebratur contractus obligationis alicuius solutionis fiendæ, & dicatur hoc modo, videlicet, qui Titius debitor promisit dicta centũ soluere ipsi Seio creditori Bononiæ, Imolæ, Florentiæ, Ferrariæ, Mediolani, & generaliter alibi vbi ũque locorũ vbi cõtigerit postulari p dictũ Seiũ creditorẽ, &c. hoc casu nemini dubiũ, ꝙ dictus Titius teneatur soluere ĩ vno ex dictis locis, & p cõsequẽs electio loci vbi sit fiẽda dicta solutio cõsistit ĩ volũtate dicti Seij creditoris, & ipse Titius debitor si nõ soluerit adueniẽte tẽpore solutionis nõ soluẽdon, ó poterit dici in mora, cũ non fuerit facta interpellatio per creditorem in aliquo loco, & cũ per ipsum non fuerit facta electio certi loci dictæ solutionis fiendæ. & propter hoc si contra dictũ debitorem fuerit factus aliquis actus executiuus contra dictum Titium debitorem erit nullus & inualidus, & debebit reuocari, ita sing. dixit Alex. in consi. suo 45. incip. in causa & lite, &c. in pen. colu. in 5. vol. vbi latius loquitur circa hoc. Tene menti, quia est profecto singulare verbum.

## CCCCCXXIIII.

*1 Inquisitio ac accusatio inter se multum affines. vnde iudex inquirens loco accusatoris succedit. Ac proinde, qua in accusatione requiruntur, eadem in inquisitione interuenire solennitates debent. Quomodo autem inter se differant hic traditur, nu. 2.*

1 INquisitio & accusatio multum fraternisant, & ideo videmus quod inquirens succedit loco accusatoris, secundum Bar. in extrauagan. ad reprimen. in verbo, per inquisitionem. & in l. 2. in §. si publico in 5. colu. ff. de adul. & in l. quærelam. C. de fal. de quo latius dixi in rubr. extra de accus. circa prin. & ideo illæ solẽnitates quę requiruntur in accusatione requiruntur etiã in inquisitione, ita dixit Alex. in consi. suo 64. incip. viso themate. in 2. col. in 1. vol. vbi etiã subdit, quod statutum repellens accusatorem, videtur ẽt repellere iudicem inquirentẽ. allegat not. in l. non solum. in §. quanquam. ff. de iniur. & in pluribus alijs locis de quibus ibi per eum, de quo etiã per Ang. de Are. in trac. maleficio. in verbo, hæc est quædam inquisitio. in 5. cha. in 1. col. & per Petr. de Ancha. in repeti. c. canonum statuta. in 86. colu. in princi. de constit. & habetur per Bertach. in repertorio suo in verbo, inquisitio. in 3. col. in 10. versi. & ibi in 5. col. in 6.
2 versi. Et licet inquisitio & accusatio multum fraternisent vt dixi, tamen discrepant & differunt in vno. Nam dicũt doctor. quod licet pœna legalis possit per iudicem ex causa minui vel mutari, vt in l. quid ergo. in §. pœna grauior. in gl. fi. ff. de his qui notantur infamia. & not. in c. in archiepiscopatu. de rapt. hoc solum habet locum quãdo iudex procedit ex denũtiatione vel per inquisitionem, secus autẽ si procedit per accusationẽ, quia tunc nõ poterit iudex

mutare vel minorare pœnam legalem, ita sing. dixit Hostiens. in dicto cap. in Archiepiscopatu. extra de rap. quē refert & sequitur Bald. in repertorio suo in verbo, pœna. in 2. colū. in ver. pena legalis, &c. quod profecto est singulare verbū menti tenendum, de quo dicto feci mētionē in practica mea causarum crimin. in §. constante. in num. 83. vbi videre poteris, & vide etiam quæ dixit domin. Phili. Dec. in §. 1. in capitul. at si clerici. in prima col. de iud. & ego ibi, numer. 27.

CCCCCXXV.

1 *Clericus facinus committens propter quod beneficio priuandus venit, licet ipso iure priuatus sit non secuta sententia, nihilosecius tamen vbi mox commisit, indignus efficitur & male fidei possessor. Et sic ad fructuum restitutionem abs cōmissi facinoris tempore tenetur.*

1 CLericus † qui commisit causam propter quam meretur priuari beneficio suo ecclesiastico, licet non sit ipso iure priuatus, antequā feratur sententia, vt voluit Lap. alleg. sua 127. incipie. Anastasius canonicus. in fi. pro quo est te. in cap. licet Episcopus. de præben. in 6. pro quo faciunt dicta per Barto. in consi. suo 174. incipien. ser Ioannes de Castro duráti, & in l. ejus qui delatorem. ff. de iur. fis. & faciūt quæ latissimè fortè vltra omnes dixi ego in consi. meo 97. inter consilia ciuilia, quod incipit, casus talis est, cauetur quodam statuto, &c. Attamen scias, quod quam primū cōmisit causam propter quam meretur priuari beneficio, vt dixi efficitur indignus, & sic malæ fidei possessor, & sic à tempore commissæ causæ tenetur ad omnes fructus restituendos, ita dixit Guliel. & Ange. in l. 1. per illum textum. C. de his quibus vt indig. & dicit ibi Paul. de Cast. quod illa lex ad hoc ē valde singularis, quæ alibi nō reperitur. & ista ibi refert & sequitur Iason, in secunda col. in versi. & ideo habes hic, &c.

CCCCCXXVI.

2 *Acquirere ingeniosè sibi bona cuique licitum ac liberum est. vnde fit vt marito blanditijs vxorem ad se hæredem instituendum inducere liceat, nisi tamen alius testamento procedente institutus sit.*

1 LIcitum † est vnicuique ingeniosè sibi bona acquirere. l. fi. C. si quis aliquem testari prohibuerit. vbi dicitur, q̄ licitum est marito blandis verbis inducere vxorem vt eū instituat hæredem, hoc tamē verum intellige, nisi testator prius feciſſet testamētum, & alium instituiſſet hæredem, quia tunc si quis blandis verbis vel adulationibus induceret testatorem vt eum institueret, licet tunc testamentum valeat, tamen primus institutus reuocabitur a secūdo per actionem de dolo vel in factum, ita not. dixit Ang. in l. prima. C. si quis aliquem testari prohibuerit. & in l. non. n. per illum textum, cum gl. ff. de inofficio. testamē. de quo vide latiùs per Iason. in l. 1. C. si quis aliquem testari prohibuerit. & in l. dedi. in §. fi. ff. de condictione causa, data causa nō secuta. Tene menti, quia hoc anno casus ille venit bis iudicato in hac ciuitate.

CCCCCXXVII.

1 *Sententia vt efficax sit, & scribi debet, & à iudice ore proprio recitari & legi. Nec satis est quod iudex ad scriptum referat, vtpote dicendo, pronuntio, vt hoc consilio scripto continetur, sed ipse legere debet.*

1 ADt † validitatem sententiæ requiritur quod scribatur, & quod per iudicem legatur ore proprio, alias non valet l. 1. & 2. C. de senten. ex peri. reci. ca. fi. de re iudi. in 6. & ideo scias, quod si de causa vertente coram iudice ordinario sit petitum consilium sapientis, & causa sit commissa consilio vnius confidentis partium, & porrecto cōsilio iudici ordinario iudex disigillat consilium & dicit, pronuntio prout isto consilio continetur, postea tradit cōsilium notario banchi, & notarius in fine scribit qualiter iudex p̄ nuntiauit, prout in consilio continetur, tunc talis sententia est nulla ipso iure, quia sententia diffinitiua debet scribi, & proferri seu recitari per iudicē, iudex ergo primo debuit scribere ista verba, pronuntiatio prout in isto consilio continetur, deinde proferre sententiam, alias sententia est nulla, ita not. dixit Ang. in consi. suo 249. incipi. domina Liberina de Mātua &c. quod dictum pro no. refert & sequitur Iaſ. in l. ne quicquā. in §. vbi decretum. nu. 67. ff. de offic. p̄ consul. quod dictum mēti habeas, quia multoties vidi iudices in hoc errare. Et vide etiam circa hanc materiā Abb. in c. 3. in fi. de accusa.

CCCCCXXVIII.

1 *Testimonium in ore duorum vel trium absolutum, licet certis casibus vnius testimonium receptum sit.*

2 *Contractus si quis inuitus sit inter aliquos, ex parte vnius cō iunctorum, vel iudicis præsentia interuenit, si is metum interuenisse allegare volet, duobus tantum testibus non probabit.*

1 DIxi † tibi † superius in sing. 433. in ci. trita &c. quod licet habeamus regulam, quod in ore duorum vel triū, stet omne verbū, attamen plures sunt casus in quibus vnus, testis tantum probat plenè, vt ibi dixi. Modo dico tibi vnū non minus notabile, videlicet quod etiam est dare casum in quo in ore duorum vel trium non stat omne verbum.

2 † Et ideo scias, quod si aliquis contractus sit celebratus inter aliquos, & ex parte vnius interuenerit præsentia coniūctorum vel iudicis, tunc si talis dicat, quod in ipso contractu interuenit metus contra ipsum, tunc talis assertus metus non poterit probari per duos testes, prout alias posset, sed requirentur plusquam duo testes, ita sing. dixit Bal. & Paul. de Castr. in l. transactionem dominij. C. de transact. q̄ dictum pro no. & sing. refert & sequitur do. Fran. de Curt. in consi. suo 44. inci. super contingentia. in 6. col. vbi etiam ad hoc allegat Spe. in tit. de prob. in §. fi. versus finem. & alia de quibus ibi per cū, ad quæ etiā vide dicta suprà, in singū. 417. incip. præsentia coniunctorum.

CCCCCXXIX.

1 *Absolutus à iuramento in contractu appositò, an liberè possit contra huiusmodi contractum iuramēto firmatum venire?*

1 NOn † omnes profecto intelligunt importantiam absolutionis à iuramento, sed quam pluribus videtur quod habita absolutione à iuramento appositò in aliquo contractu possint liberè venire contra contractum iuramento firmatum, sed certè decipiuntur, quoniam absoluto à iuramento appositò in contractu non facit, quod absolutus possit venire contra talem contractum, quando ipse contractus erat validus & perfectus etiam sine iuramento, secus autem quādo sustinebatur solum propter iuramētum, quia alias erat inualidus, ita dixit Abb. in cap. cum contingat. in 10. col. versi. sed vltra prædicta. de iureiur. vbi refert Ang. ita cōsuluisse, de quo latius per Soc. in cōsil. 115. incipien. circa primam &c. in penu. col. in 1. volu. quod est multum no. cum plures in hoc errent & decipiantur.

CCCCCXXX.

1 *Aduersa propter peccata euenire.*

2 *Mulier maritata licet rem cum alio, quam cū marito habeat, si filium pariat, mariti non adulteri esse præsumitur. Quod limitatur hs, nisi filius natus sit claudus, luscus, vel cæcus, quasi mulieres peccato id euenerit.*

1 PRopter † peccata veniūt aduersa, vt in auth. vt nō luxu. contra natu. circa med. & in c. 2. de pur. vulg. & habetur latè per do. Roch. cur. in c. fi. in 3 col. in fi. de consue. Et ex hoc potest limitare tex. not. in l. miles. in §. defuncto. ff. de
2 adul. † vbi habetur, quod si mulier maritata etiam habet rē cum alio, quam marito, si pariat filium, præsumitur esse filius mariti, [a] & non adulteri. Attamen hoc limitatur, nisi filius natus sit claudus, cæcus, luscus, vel aliter corpore vitiatus, quia tali casu præsumitur potius filius adulteri, quam filius mariti, quia peccatum arguit vitium, & corpore vitiatus præsupponit conceptionem & natiuitatem suam fuisse in peccato. ita no. dixit Barb. in c. in præsentia. in 70. col. de prob. quod est no. limitatio ad d. §. defuncto. quem tex. doct. reputant sing. in pluribus locis, vt refert Barb. in d. c.

in præ-



in præsentia in d. 70. col. de quo te. vide etiam Paul. de Cast. in consi. 175. inci. super primo. in pe. col. & Alex. in consil. 157. incipien. circa primum. in 2. col. in 5. vol. & Bar. in cō si. 68. inci. omnipotentem. in prin. in 4. vol. & Ale. in consi. 88. inci. omissis. in 3. col. in 7. vo. & Phili. Dec. in cons. 272. inci. viso. in 2. col. & in consi. 288. inci. quæritur. in prin. de quo text. vide etiam quæ ego latius dixi in l. 1. in §. ad quæstionem. in 6. colum. in fin. & in colū. ibi sequen. ff. de quæstio. vbi latius loquutus sum.

ADDITIO.

a Filius mariti. Adde Bal. sing. 36.

CCCCCXXXI.

1 *Vilitatem publicam magnæ efficaciæ ac potentiæ. Nam si statutum, priuilegium, vel concessio in contractum transit, revocari non potest, sicuti nec contractus.*

2 *Statuto ciuitatis si caueatur, quod quicunq; eo ad habitandū venerit, ibique per aliquod tempus steterit, à collectis sit exemptus, si qui hoc statuto freti ad habitādum venerint, non poterit ciuitas huiusmodi statutum reuocare. Et vide alia & limitationes. nu. 3.*

1 VTilitas † publica est magnæ importantiæ, & magnæ potentiæ quod apparet. Nam quando statutum, priuilegium vel concessio transit in contractū tunc non potest reuocari, sicut nec cōtractus. l. sicut. C. de act. & obli. l. perfecta. C. de don. quæ sub modo. l. 2. C. quando lic. ab empt. disce. ita dixit Inn. in c. nouit. de iudi. & Arch. 11. q. 1. c. qui cūque. in ca. licet canon. de elect. in 6. & sequitur do. Ant. in c. quę in ecclesiarum. de consti. & idem voluit Bal. in l. fin. C. de cond. ob cau. vbi dicit, statuto cauetur, quod quicunque doctor legerit medicinam de mane, habeat à communi centum aureos pro salario, & quidam post statutum incepit legere, quod non poterit sine causa cassari, quia transiuit in contractum. Dixit Bal. in l. si cum mihi. ff. de dolo. q̄
2 † si statuto ciuitatis cauetur, quod quicūque venerit ibi ad habitandum, & steterit ibi per aliquod tempus, sit exemptus à collectis, quod si aliqui venerunt ad habitādum ibi, quod ciuitas non poterit illud statutū reuocare, & allegat rationē dicens quod priuilegium concessum quod non pē dent ex sola authoritate concedentis, sed ex iure acquisito alteri propter aliquod factum illius, cui concessio facta est reuocari non potest, & per hoc dicit se consuluisse in ciuitate Senarum, quod priuilegium datum quibusdam bannitis vt possint securè morari in ciuitate, ex eo quod eorum opera occuparunt quoddam castrum, est irreuocabile, qd̄ dictū & alia superius adducta refert & sequitur Ale. in consi. suo 215. incip. nec arguendi, &c. in 2. & 3. col. in 2. volu. vbi alia etiā plura ad hoc adducit. & idē dixit Bar. in l. omnes populi. in 7. co. in ver. circa prędicta. ff. de iust. & iu. pre
3 dicta † tamen omnia limitātur propter publicā vtilitatem nam propter publicam vtilitatem possunt tolli à principe vel superiore illa quæ transiuerunt in cōtractū, vel in quasi contractum. l. quod semel. ff. de decre. ab ord. facien. vbi ēt inferiores, puta decuriones licet suū decretum reuocare non possint, tamen fallit propter causam reipublicæ expedientem, vt ibi, & intelligitur illa lex de decreto, quod trā siuit in cōtractum, vt ibi per glo. in verbo, item speciale. & ibi clarius hoc tenet Dy. & Bart. ita illum te. ad hoc alleg. Ang. in l. 2. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. de quo latius p̄ Ale. in dicto consi. 213. incipi. nec arguendi. in 6. col. vbi in princ. illius col. dicit q̄ sua limitatio habet locū in subdito sed secus in non subdito, quia in eo non habet locum secūdum Ant. de But. in c. in nostra. de iniur. & dam. da. de quibus etiam habetur per Barba. in c. 1. in 9. col. de proba. sed melius & latius alijs loquitur Ale. in dicto consil. suo 215. in 2. vol. quem videre non omittas.

CCCCCXXXII.

1 *Pacem si qui inter se coram iudice ordinario inierunt, cum missione de se non offendendo sub certa pœna, si postea alter alterum procul a ciuitate & iudicis iurisdictione reperit, eumque offenderit, an offendens in pœnā promissam incidat?*

1 SVperioribus † diebus fui interrogatus à quodam aurato milite de vno, videlicet, quod inimici constituti coram iudice ordinario ciuitatis suæ promiserunt sub magna pœna se inuicem non offendere, quo stante post aliquos mēses vnus ipsorum repetit alium in loco valde remoto à dicta ciuitate, & à iurisdictione dicti iudicis, corā quo facta fuit dicta promissio de non offendendo, & vnus offendit alium, an decideret in pœnam appositā in dicta obligatione & contractu? in quo respondi, quod licet prima facie videretur dicendum quod non, per regulam l. fin. ff. de iurisdictio. om. iudicum. cū similib. vbi dicitur, quod extra territorium iurisdicentis impunè non paretur, attamen contrariū dixi esse verius, scilicet quod ille qui alium offendit in dicto loco remoto, & extra iurisdictionem cadit in dictam pœnam promissam. & ad hoc alleg. Bar. post Guliel. de Cun. in l. illicitas. in §. ne potentiores. in 2. col. versi. quæro si Titius, de quo timebam. ff. de offi. præsid. & ibi Albe. in 3. col. quod dictū refert & sequitur Iaſ. in d. l. fi. ff. de iurisdictio. omnium iudic. in 6. limitatione. vbi ad hoc etiā alleg. Ang. in cōsilio suo 313. incip. magnifici domini Antiani, & c. quod est sum mē no. pro facientibus pacem, de quo ego feci mētionem in repetione mea d. l. fi. de iurisdictio. omni. iudi. nu. 6.

CCCCCXXXIII.

1 *Testes inhabiles tunc admitti, cum alioqui veritas haberi nequit.*

2 *Proxeneta de iure in testem non admittitur, nisi vtraque parte consentiente, tamen si veritas aliter haberi nequit, inuitis partibus ad testimonium admittitur. nu. 3.*

SAus † prolixè dixi alias in l. diuus Pius. in 2. & 3. col. ff. de quæstio. & suprà in singul. 73. incip. plures &c. & in cō
1 si. meo 113. incip. Illumina quæso domine &c. q̄ † testes inhabiles admittuntur quando aliter veritas haberi non potest, & in dictis locis adduxi plures & diuersas doctrinas, sed in tali materia vltra ea quæ dixi in dictis locis do tibi
2 vnum aliud, videlicet † quod licet habeamus de iure quod proxeneta non admittitur in testem, nisi vtraque parte consentiente, vt volunt doct. in c. dilectorum. de testi. cogen. & voluit gl. in auth. de instr. cau. & fid. in §. in his vero. ad numerationem. & probatur in ca. 1. de testi. in 6. iuncta ibi gl. pe. vbi est casus specialis in quo admittitur in proxenetā altera parte inuita, ergo in cōtrarium est ius commune, l. ius singulare. & l. quod vero. ff. de legi. & hanc partem ēt sequitur Bar. in l. deferre. in §. ijdem decreuerunt. ff. de iur. fis. & voluit gl. in c. pe. de testi. in 6. & Barto. in l. omnibus. C. de testi. do. Ant. in c. cum à nobis. de testi. & Io. de Imol. in l. si cui legetur. §. fi. ff. de leg. 1. de quo per do. Ale. in cōsi. suo 212. inci. ponderatis. in 6. col. in 6. vol. & in consi. in 6. incip. viso &c. post prin. in 7. vol. & ibi in consi. 186. incip.
3 viso &c. in 2. col. † Tamen talis proxeneta admittitur inuitis partibus vel altera tantum inuita, quando veritas aliter sciri non potest. ita not. dixit do. Ant. in ca. cum dilecti. de elec. & in c. cum à nobis. in vlt. col. de testi. quem refert & sequitur do. Nic. Millus in suo repertorio, in verbo, testis, in antepe. colū. in ver. testis proxeneta &c. quod est menti tenendum quia sæpe occurrit in facto.

CCCCCXXXIIII.

1 *Laicus delictum si quod cōmisit, ac deinde religionem ingrediatur, aut ecclesiasticus, vel religiosus efficiatur, ob id nō impeditur iudex secularis, quominus contra eum procedere, & eundem punire possit.*

2 *Limita vt hic, & vide. nu. 3.*

ATtende † ad vnum q̄ memoriæ semper habeas, qm̄ ex
1 eo poteris acquirere pecuniam & honorē, & adiuua- † re amicū vel affinē. † Tu scis, q̄ si laicus cōmittit delictū, & postea ingrediatur religionē, vel efficiatur clericus, vel religiosus, q̄ p̄ talē mutationē fori nō impedit iudex secularis contra eū procedere, & eū punire ſm Bart. & alios in

l.1.ff.de pœn.& in l.cum quædam puella.ff.de iurisd.om.
iud.de quo etiam per Bar.in l.hos accusare.in §.hoc bene
ficio.ff.de accus.& in l.adultera. in §.si eo tempore.ff.de
adul.vt voluit Bar.& Bald.in l.fi.ff.si ex noxa.cau.aga.Bart.
Bal.& Ange.in l.si quis postea.ff.de iudi.Bal.in l.officiales.
C.de epi.& cle.Bal.post Cy.in auth.causa quę fit cum mo
nacho.eo.ti.Bal.in l.si quis decurio.C.de fal. Bal.in l.idem
Vlpianus.ff.de excus.tut.Bal.Ang.& Pau.de Cast.gl.in l.ne
mo potest.de leg.1.Bal.in l.si crimen.C.de ordi.cog.Bal.in
c.at si clerici.in 5.col.de iudic.& in c.eum non ab homine.
in 3.col.eo.titu.& in c.cum accessisset.in fi.de proba.& in
2 c.quia verisimile.de præsumpt.†Hoc tamen limita sing.ni
si talis,qui commisit delictū,& postea ingressus est religio
nem,fecisset votum clericatus,vel intrandi religionē ante-
quam commisisset delictum,qm̄ tunc nullo modo potest
puniri per iudicem secularem, quasi votū trahatur retro.
Ita sing. dixit Bal.in l.1.C.an seruus ex suo fact.in fi.quem
refert & sequitur Io.de Ana.in ca.ad falsariorū.in vlti.col.
extra,de cri.fal.& Ias.in l.cum quædam puella.in 2.col.de
iuris.om.iu.vbi dicit hoc esse valde no.quia ex hoc posses
quē euadere à pœna mortis,maximè quia de hoc staretur
iuramento suo,an votum emiserit ante commissum deli-
ctum,sicut stari debet iuramento de illis quæ dependent
à voluntate vel conscientia nostra,secundum gl.in §.aliæ.
instit.de act.in c.significasti.2.de homi.& Bar.in l.interdū.
§.qui furem.ff.de fur.& subdit Ias.vbi supra,q illud quod
dicitur in religioso,procedit in eo qui est intra annum pro
fessionis.quia tunc censetur persona ecclesiastica secundū
Ang.in l.1.ff.de pœn.per tex.optimum in l.statuliber.ff.de
questio.quamuis extra hanc materiā qui est intra annū pro
fessionis non habeatur pro ingresso,vt per Bar.& alios in
auth.ingressi.C.de sac.san.ecc.& dicit etiam Ias.secus esse,
3 si†efficiatur de fratribus tertij ordinis, quia tunc iudex lai
cus non impeditur contra eum procedere secūdum cano.
in c.perpendimus.de senten.excom.& Fride.de Sen.in cō
si.303.ita dicit Ias.in d.l.cum quędam puella.in 2.col.& p
illo dicto Bald.in d.l.1.C.an seruus ex suo facto.facit quod
voluit Abb.antiquus in c.per tuas.de dona.quem refert &
sequitur Bald.in marga.sua,in verbo, alienare.in vlti.ver.
& faciunt dicta per Modern.in ca.quoniam contra.in 41.
char.nu.108.de prob.& ibi in char.92.nu.25.

ADDITIO.

Adde Catel.Cottam in memoralib.in verb.laicus. Cæp.caut.
2.nu.8.Ferrat.caut.23.

CCCCXXXV.

1 *Percussionem abusiuam dici,quæ manu vacua,aut pugno fit. Nec atrox iniuria his inferri censetur. Nec statutum verberantem puniens eum qui pugno,vel manu vacua percussit,comprehendit.*

2 *Occidens manu vacua perinde tenetur,ac si gladius occidisset,si dolus interfuit.*

1 ABusiua percussio † dicitur illa quæ fit cum pugnis. Ita
dixit te.in l.item apud Labeonē.in §.verberasse.ff.de
iniur.& ideo dixit Gul.de Cu.& Bal.in l.2.in §.prætor ait.
ff.de in ius voc.quod percussio cum manu vacua,vel cum
pugno non dicitur atrox iniuria,quod etiam tenet Ange.
in l.leuia.ff.de accus.& dixit no.verbum Ang.in d.§.verbe
rasse.quod statutum puniens verberātem non intelligitur
in eo,qui verberat cum pugnis, quod dictum refert Ias.in
d.§.prætor ait.vbi alleg.Bald.in c.1.§.iniuria.in vlt.col.de
2 pace.iur.fir.vbi†dicit,quod occidēs aliquem manu vacua,
tenetur ac si gladio occidisset,dummodo dolo fecerit,per
l.qua actione.§.1.& ibi Iaco.Butr.ff.ad leg.Aquil.Et vide
quæ dixi in l.1.numero.37.cum pluribus numeris ibi seq.
C.de sicar.

CCCCCXXXVI.

1 *Priuilegium habēs spurios legitimandi spurias legitimare nō poterit.Et sic mascul.non concipit fœmininum.*

HAbuisti iam supra in singu.20.incip.masculinum. &
in sing.39.incip.capias vnum &c.in singul.191.incip.
sæpius &c.materiam,quando masculinum cōcipiat fœmi
1 ninū.Sed†vltra omnia dicta in dictis locis dico tibi vnum
nuperrimę,videlicet quod in priuilegio concesso. comiti
Palatino ad legitimandum spurios.masculinum non conci
pit fœmininum,& ideo habens priuilegium ad legitiman-
dum spurios,non poterit legitimare spurias.Ita no.consul
uit do.Signo.de Homodæis in consilio suo 186.incipient.
in quæstione vertente inter durantem,quod consilium re
fert & sequitur Ias.in l.si quis id quod.in 2.col.ff.de iuris.
om.iud.& ibi dicit,quod hoc vt dictum refert & sequitur
Card.Alexan.in cap.per venerabilem.in 12.col.qui fil.sint
legi.

CCCCCXXXVII.

1 *Clerico manus violentas inferens excōmunicationem incurrit,poterit tamen clericus delinquens in loco delicti detineri,vt satisfaciat,nec ob id incurritur excommunicatio.*

1 QVi†manus violentas imponunt clerico,incidūt in ex
communicationem,vulgato c.si quis suadente.17.q
4. Sed scias tamen quod quicunque etiam clericus delin-
quēs potest detineri in loco vbi deliquit,vt satisfaciat,nec
tali casu incurritur excommunicatio.ita dicit Io.Cal.in re
peti.c.de illis.de rap.in 2.not.vbi pro hoc allegat illum te.
&c.vt famæ.extra de sen.excō.& in c.clericus.eo.titul.de
sen.exc.lib.6.quod dictum refert & sequitur Bal.in marga
rita sua,in verbo clericus.in 2.col.in ver.clericus etiam fu
giens &c.& vide quæ dixi supra,in singu.44.incip.debitor
fugitiuus &c.

CCCCCXXXVIII.

1 *Debitorem in mora per extraiudicialem interpellationē constitui,quinimo ob id debitor ad expensas tenetur.*

2 *Idemq; notificatio debiti extraiudicialis facta, efficit vt in mora debitorem constituat.*

1 PEr†interpellationem extraiudicialem debitor consti-
tuitur in mora secundum gl.in l.qui Romæ.in §.cohę-
redes.ff.de ver.obl.& in l.fideiussor obligari.in §.fin.ff.de
fideius.& in l.amplius non peti.ff.rē ra.hab.& habetur in
l.si ex legati causa.ff.de verb.obli.& habetur in l.quod te.
ff.si cer.pet. Itē talis petitio extraiudicialis facit reū tene-
ri ad expensas s̄m Bald.in auth.contra qui propriam.in fi.
C.de non nu.pecu.& Ang.in auth.qui semel.in vlti.colū.
C.quom.& quando iud.& Ang.in l.debitores.C.de pigrī.
& Abb.in c.2.de accus.& Ludo.Ro.in sing.suo 399.incip.
alio secundo &c.& Ias.in l.certi condictio.in prin.2.col.
2 ff.si cer.pet.†Et scias,quod non solum interpellatio extra
iudicialis constituit debitorem in mora,sed imo etiam so
la notificatio debiti extraiudicialis cōstituit debitorem in
mora.ita no.dixit Bal.in l.vinum.circa fi.ff.si cer.pe.quod
dictum pro valde no.refert & sequitur ibi Ias.in 8.col.vbi
dicit,quod istud dictum raro alibi inuenies,& ibi latè lo
quitur circa hanc materiam interpellationis.

CCCCCXXXIX.

1 *Probatio irregularis personas omni exceptione maiores desiderat. Vnde si ex statuti forma non standum passus omni exceptione esse maior.*

2 *Et quid de probatione per famam?*

1 PRobatio†irregularis requirit personas omni exceptio
ne maiores,& ideo stante statuto quod de damno dato
in fundo vel vinea alicuius stetur iuramento damnum pas
si,nā cum talis probatio sit irregularis requiritur,quod ille
damnū passus sit omni exceptione maior.ita no.dixit Ias.
in repet.l.admonendi.in 109.colum.in princ.ff.de iureiu
ran.vbi ad hoc allegat quendum docto.do.Auto.de Ale.
Neapolitanū in l.qui accusare.in 2.co.C.de edēn.pro quo
etiam adducit primo Ang in l.1.in §.si dubitetur.ff.quem-
2 admo.testa.aper.vbi dicit,quod stante statuto, quod deli-
ctum probetur per solam famā,tunc,quia talis pbatio est
irregularis,oportet quod talis fama habuerit ortum à per-
sonis fide dignis,& quæ sint omni exceptione maiores, &
ibi Ias.ampliat hoc dictum pluribus modis & pluribus iu
ribus,de quibus ibi per eū.Tene mēti tu Bononiēsis,quia
hic Bono.



hic Bono.habemus tale statutum,& ex supradictis facies
corruere mille accusationes damnorum datorum.

CCCCCXL.

2 *Immunitas hominibus loci certi concessa, habitantes ibi etiā Iudæos fouere ac tueri pariter censetur.*

2 *Nam saluus conductus cuipiam ac socijs cōcessus, Iudæo quoque socio datus esse intelligitur.Et quæ ciuium Romanorū sunt,eadem habent & Iudæi.*

1 HOdie†fui interrogatus à quodam Iudeo qui apud me
multum institit super vno, videlicet an immunitas
concessa hominibus certi loci vel ciuitatis comprehendat
Iudæos ibi habitātes,in quo licet aliqua possent adduci cō
tra Iudæos quod non comprehenderentur, attamen dixi,
ei,quod ipsi Iudæi gaudēt tali immunitate & hoc tenet ex
pressè Bal.in l.spadonem.in §.iam autem.ff.de excu.tut.q
dictum refert & sequitur Alexan.in consi.suo 75.inci.vi-
deretur.in 2.col.in 5.vol.& ibi pro hoc alleg.Ang.in l.vti
mur.ff.de sepultu.vio. vbi dicit, quod saluusconductus
concessus alicui & socijs suis, comprehendit Iudæum
secum venientem, & hoc etiam dicit confirmari per
2 text.in leg. Iudæi. C.de Iudæ.vbi † dicitur, quod Iu
dæi habent illa quæ sunt ciuium Romanorum.& illud di-
ctū Bal.etiā refert & sequitur Barb.in cons.suo 63.inci.li-
cet &c.in 4.vol.in 1.col.& in c.Rodolphus.in 9.char.de re
scri.& Soci.in consi.suo 62.inci.in præsenti consultatione
&c.in 5.col.in 1.vol.& ibi in consi.70.incip.in præsenti co
sultatione.in 1.col.& Alex.in consi.suo 99.inci. visa inqui
sitione.in 2.col.in 6.vol.& in cōsi.13.incip.attētis his.&c.
in 3.col.in 7.vol.pro quibus faciunt optimè dicta per Phi
lip.Dec.cōsi.suo 56.in 2.col.vbi etiam dicit, quod saluus-
conductus alicui concessus cōprehendit etiam Iudæum
vt dixi,& idē dixit Corse.in no.suis in verbo,societas &c.

CCCCCXLI.

1 *Absolutionem condemnatione fauorabiliorem esse. Et ideo licet duobus testibus affirmantibus,quam decem negantibus magis credatur,id tamen in criminalibus locum non habet. Nam absolutionis fauore contra seruatur vt magis duobus negantibus,quam affirmantibus credatur.nu.2.*

1 ABsolutio†fauorabilior est,quam cōdemnatio, vt in re
gula,fauorabiliores.de regu.iur.in 6.cum multis si.&
ideo scias,q licet plus credatur duobus testibus affirman
tibus quam 10.negātibus.vt voluit gl.in l.diem proferre.
in §.inde quæritur.ff.de arbit.quam gl.ibi sequuntur com-
muniter docto.& Ioannes de Imol.in l.inter pares.in 1.co
lum.ff.de re iudi.Barto.in l.1.in princ.ff.de ven.inspi.& in
l.hæredes palam.in prin.ff.de testa.& idē voluit Inno.in c.
qui per nouale.de verb.sig.& facit tex.& quę ibi habētur,
in c.accusator.6.q.5.de quo etiam per Bald.in marg.sua, in
verbo.iuramentum.in 9.ver.& per Ale.in consi.148.inci.
excellētissime domine vicarie.in 1.col.in 2.vol.& dixi in
2 consi.meo 113.incip.illumina quæso &c.vltra med.† Ta
men tene menti,q illa gl.d.§.inde quæritur,limitatur, qd
non habet locū in criminalibus,quia in illis fauore absolu
tionis magis creditur duobus negantibus me deliquisse,
quam duobus affirmantibus me deliquisse.ita singu.dixit
Ale.in d.l.hæredes palam.in prin.ad quod alleg.gl.no. quā
dicit sing.in c.clerici.81.dist.quam secundum eum sequi-
tur Bal.in l.data opera.in 20.col.C.qui accu.pos.& illā gl.
etiam dixit sing.Lud.Rom.in consi.suo 241.inci.spectabi
les domini collaterales.in 1.col.& illam etiā refert & sequi
tur Abb.in c.ad nostrā.in 2.col.de prob.& in c.cum P.Mā
conella.in vlt.col.de accu.& Abb.in c.quoties.in fi.de pur
ga.cano.& in c.inter.& in c.de testi.eo.tit.& Abb.in c.bo
næ memoriæ.1.in 5.col.de elec.& in c.in nostra.in vlt.col.
de testi.& in c.ex tenore.in 1.col.eo.tit.de qua gl.vide etiā
Cors.in no.suis,in verbo,testis.in 9.no.& vide Ias.in rub.
ff.de iureiuran.8.& illā gl.dixit sing.Lud.Roma.in l.in illa.
in pe.col.ff.de ver.obl.& Ias.in l.vt vim.nu.6.ff.de iusti.&
iur.& illam alleg.Deci.in c.ex literis.nu.7.de prob.de qua
ego etiā feci mentionem in rep.mea l.fi.C.de prob.in 50.
char.vbi plura adduxi in materia absolutionis.& idē dixit
Soci.in consi.suo 54.incip.visa breui narratione &c.in pe.
col.nu.22.in 4.vol.

CCCCCXLI.

1 *Filios naturales etiam legitimatos ad feudi successionē non admitti, sed nec adoptiui quoque in hoc admittuntur, limitabis tamen in naturali per subsequens matrimonium legitimato.*

2 *Legitimatus per subsequens matrimonium filij legitimi appellatione continetur, qui in episcopatum vt legitimè natus admittitur.*

3 *Legitimatio per subsequēs matrimonium cæteris præstātur.*

TEx.in c.1.§.naturales. in tit.si de feu.fue.contro.inter
1 do.& agna.dicit,†q filij naturales etiā si sint legitima-
ti nō admittūtur ad successionē feudi.pro quo facit, nam
filius adoptiuus non succedit in feudo,vt in d.c.1.in §.ado
ptiuus.sed filius adoptiuus & filius legitimatus æquiparā
tur s̄m gl.in l.cum in adoptiuis.C.de adop.& in l.filius.C.
de muni.& orig.lib.10.in l.1.ff.de admi.tut.quas gl.ad hoc
alleg.Card.Ale.in d.§.naturales.in 1.col.ergo nimirū si eti
legitimatus non succedit in feudum prædictū. Tamen te.
& superius dicta limita non procedere,nec habere locum
in filio naturali legitimato p subsequēs matrimoniū,quia
tales legitimati per subsequens matrimoniū succedunt in
feudū,ita no.dicūt Host.& Io.anan.in c.lator.in 2.col.qui
fili.sint legi.& ibi hoc sequitur d.An.Car.& alij,& Iaco.de
Bel.& Bald.in d.§.naturales.& ita communiter tenetur
s̄m Ale.in l.ex facto.in §.si quis rogatus.in 13.colū.ff.ad
Treb.de quo latius per Deci.in consil.155.in 3.& 4.col.&
idē dixit Pau.de Cast.in l.fi.C.de his qui ve.æta.impe.cir-
ca fin.quod dictum refert & pluribus iuribus & doctrinis
cōprobat do.Phili.Dec.in consi.suo 155.inci.& diligenter
2 in 4.col.vbi†etiam dicit,q appellatione legitimè nati etiā
in materia stricta cōprehēditur legitimatus per subsequēs
matrimoniū s̄m Ant.de But.in capit.innotuit.in 2.colū.
in fi.ver.no.gl.de elec.Subdit etiam quod pro istis etiā be
ne facit te.in c.cum in cūctis.de elec.vbi dicitur,q in epi-
scopatu nō pōt promoueri, nisi natus sit de legitimo ma-
trimonio, & tn̄ ille qui sit legitimus p subsequens matri-
moniū eligi pōt in episcopatū, vt per gl.& doct.in d.c.in-
notuit.Adducit etiā, nā vbi per matrimoniū fit legitima-
tio,verè restituitur ius legitimorū,& ab initio cēsetur fuis
se legitimus s̄m Ang.in §.& quoniā.in auth.qui.mo.na.ef
3 fi.sui.in prin.†Et sic ex supradictis apparet,q maioris vi-
goris & importātiæ est legitimatio,quæ fit per subsequēs
matrimonium,quā aliæ legitimationes, circa q ponit plu-
ra no.dicta do.Phili.Dec.in d.consi.155.in 3.col. vbi om
nino videas etiam do.Fran.Cur.in consi.74.inci.super me
morata.in nu.61.p totum.& Dec.in c.cum in cunctis.nu.
9.de elect.Tene menti,quia ista sunt magnæ importātiæ.

CCCCCXLIII.

1 *Maleficijs & delictis ante factum obuiandum, post factū vero punienda.*

2 *Possessionis cōtētio si sit,timeaturq; de armis parādis,iudex possessionē ad se reuocare pōt,partibusq; prohibere, ne ad possessionē,donec discussū sit cui de iure cōpetat,accedāt.*

3 *Quod intellige vt in limitat.seq.nu.4.& 5.*

1 MAleficijs†& delictis ante factū obuiādū est ne cōmit
tātur,post factū vero puniēda sunt.l.nullus.circa fi.
2 C.de sum.trini.& fid.catho.†Et ideo dicit ibi Bal.ar.illius
te.q si inter duos cōtenditur de possessione,& est timor
armorū,q iudex pōt ad se aduocare possessionē,& prohi-
bere partibus ne accedāt ad possessionē,donec sit discus-
sum de iure cui cōpetat,ad q allegat dicta p Inn.in c.in p̄-
sentia.de prob.& p Cy.in l.1.ad fi.C.vti possid.& l.fi.ff.de
offi.procu.Cæsa.vbi bonus te.& voluit latius do.Paris de
Puteo in suo trac.syndi.in 64.char.in 4.col.& Flo.in l.cōi
diui.in §.de vsufructu.ff.cōmu.diui.de quo ēt latius & co
piosius p d.Fran.Cur.in cōs.suo 61.inci.sup eo &c.p totū
3 consiliū.† Prædicta tn̄ intellige procedere,& vera esse,qn̄
neutra partiū possideret, sed vtraque prętenderet posses-

sionem ad se spectare, sed secus, si vna pars tantum possideret, siue esset in possessione, alias non, nam tunc iudex non potest ad se aduocare possessionem, & prohibere partibus vt non accederẽt ad possessionem, etiam si videret partes peruenturas ad arma. ita limitat Bald. prædicta in l. æquissimũ. ff. de vsufru. & in l. fi. C. de ord. cog. & in c. 2. in 2. col. de vit. & hone. cleri. in l. ordinarij. C. de rei vẽ. & in c. 1. de seque. pos. & fruc. in 4. col. de quo latius per do. Ias. in l. quidam æstimauerunt. in 3. col. ff. si cer. pet. & per do. Fran. de
4 Cur. in d. consil. suo 61. Item† aduertas etiam, q̃ quando neutra partium possidet, & dubitatur de scandalo futuro, vt dixi, iudex potest ,phibere partibus ne accedant ad possessionem, hoc est verum, sed primo debet saltim summarie constare iudici parte citata q̃ sit timor armorum, & q̃ scandalum oriri posset, nec crederetur verbis iudicis asserẽtis ita esse, nisi hoc constaret ex actis, alias si istis non præcedentibus iudex procederet ad inhibitionẽ possessionis, diceret ,pcessisse de facto, & de facto deberet reuocari. Ita not. dixit Ang. in consi. suo 107. incip. Iacobellus & Lucas & c. alias inci. dicta constitutio &c. in fi. verbis. quod dictũ pro no. refert & sequitur do. Phil. Dec. in consi. suo 366. in-
5 cip. pro declaratione &c. in vlti. col. Sed† credo tamen ego, quod posset esse tanta festinantia & res posset agitari tali celeritate, q̃ iudex posset inhibere partibus accessum ad possessionem, etiam parte non citata, vtputa, si ambæ partes cum armis essent in procinctu essendi ad possessionẽ, nã quando periculum est in mora, relaxantur solennitates in res, vt dixi latè in l. qui cædem. in 2. & 3. col. ff. de sica. vbi inter alia quæ in tali materia adduxi, etiam Pet. de Ancha. in consi. suo 268. incip. ex prædicta. & c. in. vlt. col. vbi dixit quod contemni potest ,statutum, lex, vel canon, si in eius obseruantia mora sit periculum allatura, de quo ibi valde latius.

CCCCCXLIII.

1 *Testamentum caducum morte instituti hæredis ante testatorem efficit, si tamen in eo insit codicillaris clausula, non corruit, tanta est codicillaris clausula vis ac potestas.*

OMnibus iuris professoribus satis notum puto valorẽ & importantiã magnam clausulæ codicillaris, ideo circa eius validitatẽ, & importantiam & aliter non me ex-
1 tendam. Sed† solum dicam tibi vnum circa dictam clausulam codicillarem, quod iudicio meo inter alia est nota. dignum; videlicet tu scis, quod testamentum efficitur caducum, quando hæres institutus moritur ante testatorem, vt in l. 1. §. pro secundo. C. de cad. tol. & in l. non putauit. in §. primo gradu. ff. de contratab. & facit te. insti. quibus mod. testa. in §. 1. Attamen etiam tali casu quando moritur hæres institutus ante testatorẽ, testamentum sustẽtatur, si in eo adsit clausula codicillaris. Ita sing. dixit do. Ale. in consi. suo 17. incip. ponderatis his, quæ in themate &c. in vlt. co. in 3. vol. quod. secundum ordinem meum est 240. & idem dixit Bald. in consil. suo 464. incip. quidam Nicolaus. in 2. vol. & Socin. in consil. 140. incip. considerato &c. in 3. & 4. col. in 1. vol. quæ omnia refert & sequitur diuinus ille doctorum princeps do. Philip. Deci. in cõsi. suo 242. incip. in casu proposito &c. in 2. col. in prin. & in consi. 369. inci. iudicas esse &c. in 2. col. in fi. Et circa clausulam codicillarẽ dixi aliqua in consi. meo 103. inci. cordi meo spiritum sapientiæ infunde domine &c. quasi per totum, quod consilium est inter consilia ciuilia.

CCCCXLV.

1 *Victum victori in expensis condemnari inter litigantes iure receptum est, si tamen condemnatus iustam litigandi causam habuerit, regula rigor mutatur, quinimo absoluitur ab expensis victus.*

2 *Iudex si quando victum ab expensis absoluat; causam sententiæ inferre debet, alioqui huiusmodi sententia absolutoria non tenet.*

1 LItigantes† vt plurimum quando succumbũt, condemnãtur in expensis per regulam illam, quod victus victori debet condemnari in expensis, vt habetur in l. qui insciens dum. in §. etiam. ff. de leg. 2. & in l. eum quem temerè. ff. de iudi. & in c. finem litibus. de do. & contu. & in §. hæc autẽ omnia. institu. de pœn. temer. litig. quæ regula limitatur, nisi victus habuerit iustã causam litigandi. quia tunc absoluitur ab expensis. ita habetur per doc. in dictis locis, & in l. properandũ. §. sinautem. C. de iudi. de qua materia latissimè dixi in l. patre vel marito. in 4. & 5. colũ. ff. de quæstio.
2 Teneas† tamen menti perpetuo, q̃ quãdo iudex absoluit victum ab expẽsis, eo quia habuit iustam causam litigãdi, tenetur in sententia exprimere illam iustam causam, alias talis sententia absolutoria non valet. tex. est in §. oportet. in aut. de iud. ita dicit Bal. in auth. generaliter. in 5. col. ver. quia ergo &c. C. de epis. & cle. & voluit Spe. in tit. de expẽ. in §. nunc videndum. in versi. quidam, alias est in §. postremo. circa prin. & in tit. de prol. senten. §. qualiter. versic. verum. & volunt alij, quos refert & sequitur Ias. in l. properãdum. in §. sinautem alterutra. in 5. col. C. de iudi. Tene menti prædicta, quia raro vel nunquam iudices absoluẽtes partem victam ab expensis propter iustam causam litigandi, non exprimũt dictam iustam causam, ex quo talis absolutoria expensarũ est inualida, ad q̃ nec etiã partes aduertũt.

CCCCCXLVI.

1 *Hæres ac defunctus & si vna & eadem persona censentur, id tamen duobus casibus violatur, vt his videre licet. numero. 2.*

1 LIcet† hæres & defunctus censeantur vna & eadem persona, vt in auth. de iureiur. à mori. prælti. in prin. & dixi suprà, in sing. 475. incip. non est tibi nouum &c. attamẽ te neas menti duos casus in quibus hæc regula fallit, primus est, quod ille qui vult venire contra iuramentum prælatitũ debeat primo petere absolutionem vel relaxationem à iuramento, hoc est verum. & habet locum in iurãte eo viuente, eo autem mortuo hæredi eius non est necessaria aliqua absolutio vel relaxatio à iuramento, quia vinculum iuramenti quod est spirituale, est finitum morte iurantis. Ita dixit Inn. in cap. veritatis. de iureiur. & Io. An. in c. fi. de fo. cõpe. in 6. in nouella. quos refert & sequitur Saly. in l. empti. C. plus vale. quod agi. & in auth. sacramenta puberum. C. si aduer. vẽd. quos ego retuli in repeti. mea l. de vnoquoque. in 36. col. ff. de re iudic. Secundus† casus est, quod si in
2 instrumẽto adest pactum, quod de damnis & interesse stetur iuramento damnum passi, tamen talis facultas non transibit ad eius hæredem. ita dixit Gul. de Cu. in l. cum debitoris. ad fi. ff. de iudi. & Ludo. Ro. in l. pen. in §. hoc iudiciũ. ff. ne quis eum qui in ius voca. est vi exi. & in l. iusiurandũ quod ex conuentione. in prin. ff. de iureiur. quos† refert & sequitur Ias. in d. §. hoc iudicium. in vltimis verbis.

CCCCCXLVII.

1 *Patrem testamẽto suo filijs aliquid institutionis iure relinquere iure constat, alioqui testamentum subsistere non potest, si tamen filiæ dotem relinquat, institutionis etiam mentione non facta, satis est vt testamentum subsistat. nu. 2.*

1 CLarissimum† est in iure, quod pater in testamento suo tenetur aliquid relinquere filijs iure institutionis, alias testamentum non valet. tex. est vulgatus in §. aliud quoque capitulũ. in auth. vt cum de app. cog. & habetur in c. Quintauallis. de iureiu. & in auth. non licet. C. de libe. præter, & hoc nisi ipsi filij cõmiserint vnam de causis enumeratis
2 in d. §. aliud quoque capitulum. Sciast† tamen, q̃ sufficit, q̃ pater relinquit dotem filiæ, licet non dicat iure institutionis, quia tũc nõ dr̃ præterita nec exheredata. Ita dixit do. An. in c. Ray. in 3. col. de test. quẽ refert & sequitur Ale. in consi. suo 240. inci. põderatis his quæ in themate &c. in vlt. col. pro quo faciũt dicta p eũdẽ Ale. ĩ cõsi. 336. fm ordinẽ meũ quod inci. post redditum consi. & illud dictum dom. Ant. in d. c. Rayn. etiam refert & sequitur Alexã. in consi. suo 125. incip. quoniam abundè &c. in 2. col. in 6. vol. & vide quæ dixi suprà, in sing. 36. incip. clausula &c.

CCCCCXLVIII.

1 *Moderatorem ac arbitrum rei suæ quemlibet esse. Limita tamen vt hic in emphyteusi ecclesia alicui concessa, &c.*

Rei suæ quilibet est moderator & arbiter. l. in re mandata. C. manda. l. legis Aquiliæ debitori. ff. ad le. Aquil. l. etiam. §. licet in dotalibus. ff. solu. matri. cũ simi. Sed scias, quod hæc regula non est semper vera, nam si ecclesia concessit fundum in emphyteusim alicui, in quo fundo quidã colonus staret ad laborandum per maximum tempus, hoc casu si talis emphyteuta repellit illum colonum, cum bonus esset, & aliũ subrogauit in eius loco, debet emphyteuta priuari emphyteusi. Ita sing. dixit Bar. per illum tex. in l. cognouimus. C. de mancip. & colo. patri. lib. 11. quod dictum refert & sequitur Corse. in no. suo 101. in verbo, emphyteusis 3. Tene menti, vt quando cõducis vel emis fundum, apponas pactum vt possis remouere colonum, qui reperitur laborare ipsum fundum. & vide quæ dixi supra, in sing. 321. incip. credo te scire &c.

CCCCXLIX.

1 *Litigantes solent vicissim se facile iniuriosis verbis impetere possunt tamen in hoc à iudice incontinenti ipsius arbitrio puniri. Id tamen iudex passim nec temere facere debet, sed pro tribunali sedens id faciat. nu. 2.*

3 *Iudex è fenestra palatij homicidium committi videns, an possit sine alijs probationibus homicidam punire?*

1 LItigantes† solent de facili se inuicem verbis iniuriari, vt sæpius contingit, & de facto videtur. Sed aduertant ne hoc faciant in præsentia iudicis, quoniam si hoc facerent coram iudice, possent de iure statim & incontinenti ab ipso puniri arbitrio suo. Ita dixit gl. no. in c. Deus omni potens. in §. quando autem. in verbo iudicis. 2. q. 1. quã glo. dixit sing. Alb. de Rosa. in lilliciras. in §. veritas. ff. de offic. præsid. & eam refert & sequitur etiam do. Ant. in c. vestra. in 61. col. suæ repeti. de coha. cleri. & mulie. ad quod etiã est gl. in l. 3. in §. præterea. ff. de suspect. tuto. & hoc voluit Iac. de Bel. in practica sua iudiciali. in 4. char. in 2. col. sub ver. & pro tribunali sedente. vbi ad hoc allegat dictas glo. sed vltra eum dicas tu, quod ad hoc est etiam glo. in l. 2. in verbo aspectu. ff. de ferijs. & ibi Bal. Ang. & Moder. & Ioã. And. in addi. Spe. in titu. de noto. cri. in §. fi. in additio. magna incip. vbi tractat &c. in fi. & voluit do. Paris de Puteo in tract. syndi. in 67. char. in 3. colu. & in eo. tract. latius in 66. char. in 3. col. & Ioan. And. in c. accepimus. de fide instru. quem refert & sequitur Bald. in l. 1. C. de fide instru-
2 quos refert & sequitur Baue. in tracta. suo de virtute iuramenti. in nota. 53. in 3. col. credo† tamen, quod requiratur hoc casu quod iudex sedeat pro tribunali, eo quia iudici vt iudici debet constare de delicto ad hoc, vt possit illud punire, alias si sibi constaret vt priuato non posset illud punire secundum doct. in d. l. 2. ff. de fer. & Gandi. in suo tracta. maleficiis. sub rub. de aliqui. quæstio. var. in maleficiis. in 6. col. in versi. item pone & Spe. & Io. And. in dicto titu. de noto
3 cri. in §. fi. in pen. ver. In quibus locis dicũt, quod sit iudex videt aliquem occidentem hominem stando ad fenestrã palatij, quod sine aliis probationibus dicti homicidij non poterit dictum homicidam punire, de quo etiã per Ang. in l. à diuo Pio. in §. sed si emptor. in fin. ff. de re iudic. & p Bal. in l. si irruptione. ff. finium regund. & per gl. in l. 2. ff. de in litem iurand. & per Bar. in l. 2. §. si publico. in 3. colu. ff. de adulter. & per Bal. in l. contra negantem. C. ad legem Aquil. in fi. & in l. 1. in penul. quæstio. C. si aduer. libr. & in rub. C. de proba. in 3. col. versic. sequitur visus & per Bal. in l. 11. in 1. col. C. vt quæ desunt aduoc. par. & in ca. penul. de testi. cog. & per Paul. de Cast. in consi. suo 195. incipie. visa inquisitione. in vlt. col. & per Lud. Ro. in consi. 211. in fin. 1. col. & in consi. suo, de quo etiam per Bal. in consi. 235. incip. creditor. in 3. vol. & per Alb. de Ros. in 3. parte statu. q. 53. inci. Item pone &c. & idem in materia vide etiam do. Alber. de Cataneis in suo tracta. violantes. in verbo, submisso oculo. in 3. char. in 2. col. & Alex. in consi. 464. inc. viso processu &c. in 4. col. & Bal. in l. ampliorẽ. in princ. in fi. 1. col. C. de appel. Vide tamen ad prædicta omnino do. Ant. in c. fi. in 5. col. versi. not. ergo gl. istam &c. de confess. vbi ponit sing. verbũ, quem refert & sequitur do. Nic. Millus in reper. suo, in ver. delictum. in 5. versi. & idem dicit do. Paris de Puteo in tract. syndi. in 66. char. in 4. col. ver. nec sufficit secundum eum &c. & ad prædicta vide no. verba Alex. in l. Ieuia. in 2. apostil. ff. de accusa.

CCCCCL.

1 *Locatio fundi si cui fiat ad tempus, puta ad quindecim annos, & cũ sterilis ac inutilis fundus esset, factus industria ac deligentia coloni & cõductoris fructuosus ac fertilis, ex eo reddita est locatio perpetua, vt ad hæredes quoque cõductoris transeat, etiam extraneos, nec tertia generatione finietur, licet instrumento hoc non contineatur.*

1 STatui tibi tradere notabile & singulare verbum in materia locationis & conductionis. & tideo scias, quod si alicui fiat locatio alicuius fundi sterilis vel inutilis, & ad tempus fiat talis locatio, puta ad quindecim ann. tũc si cõductor laborat taliter dictum fundum, quod ex labore suo efficiatur fructuosus, latis locatio facta ad tempus efficit perpetua, & transibit ad hæredes extraneos, nec finietur, tertia generatione, licet in instrumento hoc non dicatur. Ita sin. dixit Bar. per illum tex. in l. quicunque. 2. C. de omni agro defert. lib. 11. quod dictum refert & sequitur Lu. Roma. in repeti. rubr. ff. de arbitr. in 19. col. & Barba. in ca. cum cleric. extra de pactis. vbi dicit se pluries pro illo dicto consuluisse, & idem voluit Bald. in 1 penul. C. de solu. & illud dictum Bar. refert & sequitur Pau. de Cast. in cõsi. 63. incipi. videtur dicendum &c. in 1. col. & do. Phili. De. in consi. suo 147. in vlt. col. Sed illud dictum Bart. improbat Ludo. Rom. in l. etiam. ff. solu. matrimo. & in sing. suo 373. incip. fundus sterilis, &c. & contra eum videtur tenere Ias. in l. 2. in 66. col. versi. vnum tamen no. &c. C. de iure emphy. & Pau. de Cast. in consi. 126. incip. viso instrumento &c. circa fi. Attamen mihi videtur tenendum esse dictũ Bar. primo per illum tex. qui multum facit pro illo dicto, si bene ponderentur eius verba. secũdo pro illo dicto Bart. est tex. no. in c. ad aures. extra de rebus eccl. non alie. & in l. fina. C. de allu. quem tex. ad hoc allega. Ang. in l. si seruitus in 3. col. ff. de seruit. vrb. prædi. cum dicto Bart. concordat. gl. in d. c. ad aures. & cum illo dicto etiam transit Alex. in in d. l. quicunque. in suis apostil. ad Bart. ideo tene dictum Bartol. & vide quæ in materia ista latius dixi in tractatu meo bannitorum. in ver. ecclesiæ. nu. 39.

CCCCCLI.

2 *Pœnam suos authores tenere debere, non alios. Vnde statutum volens, quod si vnus ex rusticis soluendo non sit, debitum si ab alijs rusticis eiusdem villæ exigatur, non valere dicitur.*

1 POenat† debet tenere suos authores, & non alios. l. sanci mus. C. de pœn. & nemo debet alterius odio prægrauari, vt in regula, non debet. de regu. iur. in 6. Et ideo scias, quod statutum quod est hic Bononię volens, quod si vnus rusticus non est soluendo debitum suum, si exigatur ab aliis rusticis villę non valet. Ita no. dixit Bar. in l. legatorũ. in prin. per illum tex. ff. de leg. 2. quod dictum refert & sequitur Ias. in l. si quis suo. §. legis autem. C. de in offic. testa. ad quod etiam allegat Io. de Imo. in l. cum filius. in princ. ff. de verb. oblig. & ponit Ias. in d. §. legis autem. quam plura no. ad hanc materiam, quæ per te videas.

CCCCLII.

1 *Pœna in dicta ludentibus ad azardum, vel ad alium ludum, an inspicientes quoque teneat.*

2 *Et an idem operetur inspe icto, quod factum ipsum.*

1 SAepius† in ciuitate nostra, & etiam in aliis ciuitatibus fit proclama, quod nullus audeat ludere ad azardũ vel ad alium ludum sub magna pœna, quo tante scias, quod ita punitur ille qui inspicit ludere, sicut ille qui ludit. Ita not. dixit Bal. per illum tex. in auth. interdicimus. in prin. C. de epis. & cleri. quod dictum refert & sequitur Bertac. in repertorio suo, in verbo, iurãs, in prima colum. Sed aduerte tu, quia iudicio meo ille text. non facit ad hoc, eo quia non solum text. ille prohibet ludere, sed etiam prohibet inspicere ludentes, quod non facit proclama nec statutum

tutum prohibens ludum,ideo cogita.Et†quod idem operetur inſpectio,quod operatur factum.vide quæ dixi ſupra in ſing.395.incip.dubitarunt &c. & in practica mea cauſarum criminalium in §.pro complemento.nu.27.vbi poſui notabile verbum.

CCCCCLIII.

1 *Poteſtas ſeceſſurus à ciuitate rediturus tamen,an ciuem aliquem in locum poſsit ſuum ſubrogare,& an ab eo facta poſtea valeant?*

2 *Et quid de doctoribus Bononien.in locum Archidiaconi collegii ſubrogatis.*

1 VIditalias plures etiam peritos errare, nam aliqui ſunt in dignitate & in aliquo officio,& quandoque ſubrogant loco ſui aliquos qui non poſſunt ſubrogari, vt puta, poteſtas vnius ciuitatis ſi vult recedere,rediturus ſubrogat loco ſui aliquem ciuem illius ciuitatis, quæ ſubrogatio non valet cum ipſe ciuis ſubrogatus non poſſet eſſe ipſe poteſtas illius ciuitatis,& ideo geſta per talem ſubrogatum non valent.Ita dicit Bal.per illum tex.in l.parabolani,C.de epiſc.& cleri.quod dictum refert & ſequitur do. Feli.in c.1.in penul.colu.de ſumma trini.& fide catho.& Alex.in l.ſtipulationes commodiſsimum.ff.de verbo .obliga.& in l.1.§.hæc actio.ff.ſi quis teſtamen.liber.eſſe iuſſue.Et idem videtur dicere Bartol.in l.1.in fi.C.de præpo.agen.in reb.& ibi do.Ale.in apoſtil.refert & ſequitur Bal. in d.l.parabolani.& aliqua alia adducit in materia,& ad p dicta etiam faciunt dicta per Ale.in conſi.57.incip.perfectis &c.in 4.col.poſt medium.in verſi.nam per prædicta &c.in 2.vol.& per Iaſ.in §.fuerat.in 2.col.Inſti.de actio.& Cardi. in clemen.2.in 11.q.de ætate,& qualita.& quæ ego dixi in repetitio.mea rubr.C.de probat.in 71.col.circa fi.

2 Et†p ſupradicta dico,& alias pluries dixi quod aliqui doctores noſtri collegij ſubſtituti ſeu ſubrogati à domino Archidiacono noſtri collegij non poterant ſubrogari, cũ eſſent mere laici,& haberẽt vxorem & filios, & ſic non poſſent ipſi habere Archidiaconatum illo vacante, ideo non poſſunt loco Archidiaconi ſubrogari,& ideo poſſent oppugnari doctores creati p tales illegitime ſubrogatos, & ad hoc nemo animaduertit, ideo teneas menti, quia de facili poſſet de facto contingere.

CCCCCLIIII.

1 *Teſtis inhabilis iuncto inhabili conteſti an plene probare dicatur?& nu.2.vbi modus reſoluitur.*

1 MEminiſme alias plura dixiſſe in l.de minore.in §.tormenta.in 3.col.ff.de quæſtio.circa hoc quod teſtis, inhabilis iuncto cum teſte habili plene probat,quia integra fides vnius ſupplet defectum alterius,de quo etiam habetur per Soc.in conſilio ſuo 130.incip. vita continentia. in vit.col.& per do.Nellum in tract.ſuo bannitorum,in 1. parte tertii temporis,in 16.q.& per Alex.in conſi.130.in-
2 cip.perſpectis in penul.col.in 6.vol.Sed†iſta omnia limita,& intellige eſſe vera,quando ille teſtis inhabilis non eſt in totum inhabilis,adeo quod nec etiam faceret indiciũ, vt puta ſeruus contra dominum,vt in l.diuus.§.ex quibus. & in l.maritus.ff.de quæſtionib.nam tali caſu etiam ſi teſtis taliter inhabilis concurrat cum valde habili,tamen nõ probat,nam in nullum facit iudicium,non poteſt ab alio teſte recipere incrementum, cum incrementum præſupponat aliquid adeſſe, vt in l.ſi manente.ff.de precario. ita multum ſingular.limitat prædicta Ale.in reperitio.l.ſepe. in 17.col.in fi.ff.de re iudica.vbi adducit prædicta. Tenementi.quia eſt ſingularis limitati.

CCCCCLV.

1 *Probationes in iudicio ſummario factas in iudicio plenario non probare,ſicuti nec ſententia in cauſa ſummaria lata, in plenaria & ordinaria non releuat.*

1 TVIſcis quod probationes factæ in iudicio ſummario non probant in iudicio plenario,& ſimiliter ſententia lata in cauſa,ſummaria non releuat in plenaria & ordinaria,vt habetur in l.ſi iudex.ff.de his qui ſunt ſui vel alié. iur.& in l.2.C.de ordi.cogni.cum ſimili. Attamen ſcias, quod ſi probationes in iudicio ſummario factæ fuiſſent
a plenariè, tunc præiudicant eodem modo ac ſi ordinarie fuiſſet cauſa.iſtud fuit notabile verbum Iaco.Buc.in l.ſi hoſtibus in §.ſed quod ſimpliciter.ff.ex qui.cau.maio.q dictum refert & ſequitur plura addendo Alex.in repet.l. ſæpe.in 20.col.ff.de re iudi.

CCCCCLVI.

1 *Priuilegia militum ac doctorum multa ac varia,ſed hoc potiſsimum quod torqueri nequeãt,licet aduerſus eos maleficij indicia extent, nec valeret conſuetudo contrariũ diſponens,limitatamen vt hic,nu.2.*

3 *Milites ac doctores,quibus caſibus torqueri poſſunt,prius tamen quam torqueantur degradari debent. Et quia dignitate ſua degradatus eſt,ad eam amplius aſpirare non poteſt.Quod & in tabellione locum habet.nu.4.*

1 PLura,Fvt credo te ſcire,ſunt priuilegia militum & doctorum in iura ſparſa,quæ cumulare præſentialiter nõ curo,& inter alia eorum priuilegia habent hoc,quod non
a poſſunt pro aliquo maleficio torqueri,alicet contra eos extent indicia ipſius maleficij,ſecundum Bar.in l.milites.C. de quæſtio.vbi dicit,quod alias euaſit quendam Poteſtatem,qui erat miles,dum eſſet in tyndicatu,& ſyndicator propter legitima indicia volebat eum facere torqueri.& hoc habet locum in militibus noſtri temporis,vt ibi ſentit Bar.& expreſsè firmat Sali.poſt Cyn.in l.1.C.de iur.& fac.ignor.& Alex.in l.Centurio.in 9.col.ff.de vulga.& pupil.& idem eſt in doctore ſecundum Bar.in l.1.C.de aduo. diuer.iudi.& Cy.in d.l.milites.& in l.4.C.ad leg.Iul.maieſ. & non valeret conſuetudo in contrarium diſponens,imo eſſet ipſo iure nulla.l.omnes iudices vbi Bar.no.C.de decur.lib.10.quę omnia ponit Iaſ.in l.de quibus nu.104.ff.
2 de leg.Prædicta†tamen limitat do. Ale.in d.l.omnes non habere locum in crimine læſæ maieſtatis,& proditionis populi,per l.falaciter.C.de quæſtio.& per no.per Bal.in l. decuriones C.de quæſt.& dicit,quod hoc etiã voluit Ang. de Aret.in trac.malefic.in verbo,fama publica.in 6.quæſt.
3 & ſubdit do.Alex.in dicta l.omnes.quod†in caſibus in quibus†tales poſſunt torqueri,debent primo degradari ante quam torqueantur.ad quod allegat tex.quem dicit ſing.in l.ſi exempta.C.de maleſi.& math.in ver.prælidio dignitatis exuti &c.& ſubdit Alex.vbi ſupra,quod doctor & miles legitime degradatus à dignitate ſua ad eandem nunquã aſpirare poſſunt.alleg.Bal.hoc dicentem in l.2.circa fin.C. de libe.& eo.libe.& idem dixit Paris de Puteo in tracta.
4 ſyndi.in 70.char.in 2.col.quod eſt no.Et idem†dicas tu eſſe in tabellione depoſito ab officio,& priuato offici. tabellionatus,quia tunc non poteſt creari tabellio ſecundũ Bal. in c.at ſi clerici.in 3.col.de iudi.& in c.gratum.de poſtula. prela.& in l.2.C.de manu.vindic.& vide Barba.in c.ex literis.in penul.char.in vlti.col.ff.de conſti.& Iaſ.in l.dedi. in §.idem erit.in vlti.colum.ff.de condi.cau.dat.cau.non ſequu.& in naturalis in 2.col.ff.de præſcrip.verb.& do. Philip.Decium in c.vt noſtrum.nu.4.de appella.ad quæ vide etiam do.Parid.de Puteo in.tract.ſyndica.in 68.char. in 4.col.& ibi in 70.char.in 2.col.& Moder.in repetitio. c.quoniam contra.in 81.cha.nu.35.de probatio.

ADDITIO.

a Torqueri.Adde Rom.ſing.282.& ſing.494.item nõ poſſunt perſonaliter pro debito ex contractu.vel quaſi capi ſm Mat.not.59.& ibi in additio.vbi multa ad materiam.

CCCCCLVII.

1 *Teſtem de auditu non probare,indicium tamen ac præſumptionem huius dictum inferri,quarum probandi in aduerſarium transferat,nu.2.*

1 TVIſcis,quod teſtis de auditu regulariter non probat, vt habetur in cap.teſtes.3.q.9.& habetur in l.teſtium. C.de teſt.& voluit Spe.in tit.de teſte.§.nũc tractãdũ in 5. col.ver.de auditu.quoq; & habet p Ale.in conſi.77.incip. in cauſa.in 2.col.in 1.vo.& ibi in cõſi.100.inci.ſu p 1.& c. in 6.col.Car.Ale.in 1.4.1.co.in fi.ff.de ap.& So.in cõſi.ſuo 89.inc.in cauſa &c.in 1.col.in 1.vo.& habet late per doct.

in ca.



in c.ex literis.de teſtib.& ideo dixit do.Anto.in cap.quoties,in fin.de teſti.quod teſtis de auditu non eſt verus teſtis,& dixit idem do.Anto.in cap.auditis.in 1.not.de elec. quod quando teſtis deponit de auditu,non ſequitur quod intellexit niſi præſumptiue,de quibus omnibus dixi in cõ
2 ſi.meo 19.incip.clariſsimi &c.in 1.char.Sciastamẽ,quod dictum talis teſtis facit indicium & præſumptionem,quæ transfert onus probandi contrarium in aduerſarium. Ita ſing.dixit Arch.in c.hoc videtur.22.q.5.quod dictum pro no.refert & ſequitur Lud.Rom.in l.ſi vero.in §.de viro.ff. ſolu.mater.& in ſing.ſuo 345.incip.teſtimonium de audi tu.& Alex.in conſi.ſuo 77.incip. in cauſa accuſationis.in 1.col.in 1.vo.q eſt duplicatũ in 3.vol.conſi.63.& do.Fran. de Curte in conſi.ſuo 70.incip.circa primum in 3.col.vbi ad corroborationem huius dicti adducit Pau.de Caſtr.in conſi.ſuo 17.incip.in cauſa quæ vertitur Parmæ.in 11.col. vbi dixit teſtimonium de auditu facere coniecturam & præſumptionem.Tenemenți prædicta,quia poſſunt ſeruire ad multa,& ſunt magni momenti.

DLVIII.

1 *Clauſula generalis,non obſtantibus aliquibus in contrariũ facientibus,licet omnia in cõtrarium facientia tollat,etiã ſi huiuſmodi contraria ſpecialem clauſulam derogatoriam haberent,tamen in ſtatuto, vel reſcripto principis clauſula,non obſtante aliquo priuilegio, &c.debet intelligi de priuilegio in corpore iuris ſcripti non clauſo.nu.2.*

1 CLauſula†generalis,non obſtantibus aliquibus in contrarium facientibus,licet tollat omnia in contrarium facientia,etiam ſi talia contraria haberent ſpecialem clauſulam derogatoriam,vt dixi ſatis late in practica mea cauſarũ
2 mi.in §.quæritur.nu.16.tenet†tamen menti,quod ſi in ſtatuto vel reſcripto principis ſit.clauſula generalis,non obſtante aliquo priuilegio quod debet intelligi de priuilegio in corpore iuris ſcripti non clauſo,illa enim quę ſunt in corpore iuris communis vel ſtatutorum clauſa,non intelligũtur ſublata per illa,verba.ita dixit gl.in l.2.in §.omnes aũt iſti.ff.de iudi.quam ibi ſumme no.ad hoc Pau.de Caſtr.q dicit perpetuo eſſe tenẽdum menti, & quod nunquam debes obliuiſci.

DLIX.

1 *Verba hæc,nulli igitur hominum liceat contra has literas auſu temerario,&c.in literis Apoſtolicis appoſita quid importent?& quam pœnam innuant?nu.2.& 3.*

1 SAepe†in literis apoſtolicis in fine ponuntur iſta verba, videlicet nulli igitur hominum liceat contra has literas auſu†temerario contra ire,alioquin indignationẽ apoſtolorum Petri & Pauli ſe nouerit incurſurum &c. Quid
2 important iſta verba? Dicas†quod important pœnam arbitrariam.Ita dixit Bal.in repeti.l.cunctos populos.C.de ſum.trini.& fide cath.quem ibi refert & ſequitur do.Ioa. Baptiſta de ſancto Seueri.in 4.char.in prima col.vbi etiã adducit Bal.in c.porro.in titu.quę fuit pri.cau.beneſi.ami.
3 vbi dicit, quod† illa verba comminantur priuationem beneficiorum,de quo latius per do.Ioan.Bapt. vbi ſupra, & per Iaſ.in l.1.nu.3.ff.ſi quis ius dicen. non obtẽmp. vbi latius ſequitur de dicta clauſula,de qua vide etiam Alex. in conſi.103.incipient.videtur primo.in tertia col.in primo vol.Tenementi,quia alias vidi peritos & doctos dubitare de importantia dictorum verborum.

DLX.

1 *Statutum volens quod mercatorum libro credatur, intelligi dumtaxat in his quæ ad mercantiæ artem pertinent, non in cæteris.*

2 *Statuti prouiſio,ſeu diſpoſitio ſtatuens ſuper fide theſaurario adhibenda,non procedit in materia non pecuniaria. Quod adaptatur contra Iudæos ad vſuram mutuantes.*

3 *Statuto cauente,quod artium conſules de cauſis cognoſcant intelligitur de cauſis ſcilicet ad artem pertinentibus, non aliis.Sicuti & in conſulibus mercatorum pari ſtatuto extã te.ibid.*

4 *Statuto ſanciente,quod filius artifex obligetur, intelligitur cautum,ſi is filius occaſione artificij ipſius contrahat.*

5 *Syndici officialem ſyndicare habentes, non ſe immiſcent his quæ extra officium ſunt.*

6 *Dominus de delicto famulorum ſuorum,aut officialium, extra miniſterium illis aſsignatum ac deputatum commiſſo non tenetur.Et idem de poteſtate reſpectu officialium ſuorum,idemque de ciuitate.eodem nume.*

7 *Nuntio extrà officium ſuum non creditur.*

8 *Statuto diſponente bannitum pro confeſſo haberi,de delictis in regeſto conſcriptis,non de aliis,non intelligendum eſſe.*

1 HAbemus†in hac ciuitate Bononiæ in curia mercatorum quoddam ſtatutum volens,quod credatur libro mercatorum,quod ſtatutum intelligitur ſolum in his,quæ pertinent ad artem mercantiæ &.non in aliis, ſecundum Io.And.in addi.Spe.in titu.de inſtru.edi.in §.nunc dicendũ in addit.magna.in 1.col.quod dictum refert & ſequitur Lud.Ro.in conſi.ſuo 205.inc.in puncto propoſito &c.& Iaſ.in l.ſi quis ex argentariis.in §.rationem.ff.de eden.& Lu.Ro.in conſi.ſuo 204.incip.pro diſcutienda.in 1.col.& illud dictum Io.And.etiam refert & ſequitur do.Franciſ. de Are.in conſi.ſuo 33.incip.conſultatio &c.in j.col.& in conſi.44.quod incip.in propoſita conſultatione.& in cõſi. ibi ſeq. in vlt.col.& pro prędictis Iaſ.in d.§.rationem adducit etiam Lud.Ro.in conſi.ſuo 309.inc.in cauſa Io.& c.
2 vbi†dicit quod diſpoſitio ſeu prouiſio ſtatuti diſponens, ſuper adhibenda fide thelauario, non procedit quando agitur de materia non pecuniaria.Et iſta puto notanda et ſe contra Iudæos mutuantes ad vſuras ſuper pignoribus diuerſarum perſonarum,qui habent ampliſsima priuilegia vt credatur libris ſuis,quod hoc tantũ intelligitur de mutuo facto ſuper pignoribus & non circa alia.Et pro prædictis optimè faciũt dicta per Iaſ.in l.age cum Geminiano. C.de tranſac.vbi plura iura & doctrinas allegat in ſimili,
3 & inter alia dicit,†quod ſtante ſtatuto quod cõſules artiũ cognoſcant de cauſis,intelligitur de cauſis ſpectãtibus ad illam artem,& non de aliis.alleg.Lud.Ro.in cõſi.ſuo 300. inci.in caſu propoſito.& adducit etiam Bal.in §.in 3.no. C.de iuriſ.om.iud.& Cy.& Ang.ibi,vbi dicunt,quod cõſules mercatorum qui habent cognoſcere de cauſis mercatorum, intelligitur quando cauſæ ſunt occaſione mercan
4 tię,ſecus ſi alterius rei.Et† dicit etiam,quod ſtante ſtatuto,quod filius artifex obligetur, intelligitur ſi contrahat cauſa illius mercantiæ:vel artificii ſecundum Bal.in l.ſi.in 2.col.C.ad Mace.& in l.4.§.ex hoc edicto.ff.nau.cau.ſtab.
5 & Pau.de Caſt.in l.1.§.in filio.ff.ad Mace.vbi dicit, quod pluries vidit iſtum caſum Florentiæ in ſimi.Et dicit,† q ſyndi.qui habent ſyndicare officialem,non impediunt ſe de geſtis extra illud officium ſecũdum Bal.in l.2.C.vbi de ratioci.agi opor.& in l.obſeruare.§.proficiſci.in 2.q.ff.de
6 of.procon.& Bal.in l.3.in §.ff.nau.caup.ſtabu.Similiter† dicit,quod dominus non tenetur de delicto ſuorum officialium vel famulorum,quando delinquũt extra miniſteriũ in quo dominus eis vtebatur ſecundum Bar.in l.ne quid. in prin.ff.de incen.rui.naufr.& in l.1.§.familiæ.ff.de publ. & Abb.in c.1.in 3.col.de reſti.ſpo.Pet.de Anch. & Gemi. in c.ſi epiſco.de offi.ord.in 6.Item adducit etiam Ang.in l.1.C.ſi rec.prouin.vbi dicit,quod poteſtas nõ tenetur de male geſtis per ſuos officiales extra eorum officium. Dicit etiam,quod communitas non tenetur de delicto officialis à ſe electi,quando deliquit extra materiam officii. alleg.ad hoc Lud.Ro.in conc.ſuo 338.incip.in caſu propo
7 ſitæ conſultationis &c.Dicit†poſt ea quod nuntio publico non creditur niſi circa officium ſuum,vnde ſi dicat citatum dixiſſe ei iniuriam non creditur tibi ſecundum Ioã. And.in addi.Spe.in ti.de cita.§.1.in prin.& eum ſequitur Abb.in c.cum parati in 4.colu.de app.& cum ſeq.. Iaſo. in l.properandum.in §.& ſi quidem in 2.col.ante.ſi.C.de iudi.Vltimo adducit Bal.in l.ſi aduerſarius.C.de fide inſtr.
8 vbi†dicit,quod ſtatutum diſponens bannitum haberi pro confeſſo,intelligitur quo ad maleficia deſcripta in libro banni,& non quo ad alia.Tu autem vltra Iaſ.vbi ſupra

circa

circa hanc materiam adde dicta per Lu.Ro.in consi.434. incip.in quo &c.in fi.verbis.& per Bal.in l.1.in prin.ff.de magist.conuen.& per Catal.in trac,fynd.in ver.226.inci. adde quod si ofhcialis &c.& p Felin.in c.post cessionem in 2.col.in fi.de proba.& per Barb.in c.cũ ordinem.in vlti. col.de rescrip.& per Fel.in c.fraternitatis.in 1.col.ver.fallit 2.de hæret.& in l.Petrus.in 3.col.de homic.in quibus locis prædictis scribentes plura adducunt facientia ad hãc materiam post Ias.vbi supra,& hæc materia protecto quotidiana est & vtilis.

DLXI.

1 *Testator si vxori leget fundi vsumfructum hac lege, vt proprietatem alienare non possit, proprietatem quoque legasse censetur.*

1 CApias not.& sing.verbum lucri plenum, videlicet, quod si testator legat vxori suæ vsumfructũ fund.cũ hoc quod proprietatem alienare non possit eiusdem fundi, tunc censetur etiam proprietatem dicti fundi ei legasse Ita sing.dixit Bal.in l.Proculus.ff.de vsufruct.quod dictũ pro no.refert & sequitur Lud.Roma.in consi.suo 206.in cip.licet de communi conclusione &c.& Soci.in consili. suo 131.incip.in præsenti &c.in 7.col.in 1.vol. & Rapha. Fulgo.in consi.suo 13.incipi.circa primum &c.in vlt.col. & Alex.in consi.suo 150.incip.viso themate &c.in 1.col. in 7.vol.& do.Pet.Philip.Corn.in consi.suo 64.quod inc. in casu præsentis &c.in 1.col.in 4.volu.& do.Fran.Crem. in notab.suo 28.quod incip.maritus legauit &c.& vide ad prædicta Ias.in l.cum hi.in §.si vni.ff.de transac.& vide ét do.Frãc.de Curte in consi.suo 102.incipien.visis in prima colum.& Socin.in consilio suo 102.inc.visis. (uper &c.in antepenul.colu.in 3.vol.&.Cæpol.in tracta.de seruit.in 4. rub.in 2.col.Et vide quę ego dixi in repetitio.mea rub.ff. de fideiuss.in 23.q.

DLXII.

1 *Statutum disponens, quod capto bannito in figura banni, descripto in publico archiuo intra tres sequentes dies, debeat banni executio contra eum fieri, defensione iuris aut exceptione nulla admissa, vel audita, iniquitatem continet, nõ obstante tamen statuti rigore bannito succurri debet, vt saltem banni nullitatem allegans audiatur.*

1 ADuertas ad vnum,& bene arrige aures. Nam habem' hic Bononiæ quoddam statutum sub rubr.de generali seu communi bannitorum in 3.colum.quo disponitur quod capto bannito in figura banni descripto in archiuo pubilco debeat intra tres dies sequentes contra eum fieri executio banni nulla defensione vel exceptione sua audita vel admissa &c.quod statutum, non fallor, videtur cõtinere iniquitatem, vt satis dixi in practica mea caucrim.in §.vltima quæstio.per totum illum §.Tamen dicas q̃ nõ obstantibus verbis dicti statuti potest etiam de iure succurri dicto bannito, nam potest allegare & proponere nullitatem banni,& maxime illã q̃ prouenit ex defectu iurisdictionis iuxta gl.in cle. 1.de sequest.poss.& fruc.de qua dixi supra in sing. 100.inci.tũ scis &c.& debet audiri, quoniã terminus datus ad omnẽ defensionẽ faciendã, licet sit elapsus, tamen non excludit allegationẽ nullitatis, & ideo post terminũ banni, licet statutũ dicat q̃ vlterius non audiatur, tñ potest proponi nullitas. Ita sing.dixit Bal.in l.scilicet oportet.in §.hæc de his.ff.de excusat.tut.per illũ tex. quẽ nõ pdicto sumat. Tene menti perpetuo & nunquam obliuiscaris pro adiuuando amicũ, quando per aliquod statutum est tibi præclusa via faciendi defensiones suas,& vide infra in sing.492.incip.nullitas.

DLXIII.

1 *Notarios instrumẽta conficiẽtes quandoque in maximã pœnã incidere,& si non falsitatis, vel simulationis, tamẽ & illicitæ scripturæ. Vnde notarius simulatũ conficiens instrumentum manus pœna punitur,& perpetuo infamis est.*

1 PArum fani aduertunt quandoque notarij conficientes instrumenta, nam quandoque incurrunt maximã pœnam conficiendo instrumenta, licet non sint falsa, si tamen sunt illicita, quia conficere illicita instrumẽta est quandoque species falsitatis, vt habet in l.iubemus. in fin. C. de testa. Et scias, quod notarius scribens instrumẽtum simulatum punitur pœna manus, & est perpetuo infamis. text. est sing. in c.imperialem. in §.scriba. de prohi. feu. alien. per Fride. quem tex. pro sing. ad hoc alleg. Bal. in rub. C. res inter alios acta circa fi. quod ego etiam retuli in l.si sciente. ad fi.ff.de parricid.

ADDITIO.

Item nota quod notarius conficiens instrumentum vsurarium, est periurus & efficitur infamis. secundum Ro. sing. 385.& eundem Hipp. supra sing. 181.

DLXIIII.

1 *Pecuniam statim consumpturo mutuans accipientem non obligat. Et quod si pactum interuenit, de conuertẽda in vsum meretricium pecunia, nec accipiens in id conuerterit, an mutuans hac lege pactoque repetere pecuniam possit?*

1 MVtuans pecuniam statim consumpturo eum nõ obligat ad restitutionem, vt late habetur in l.si quis cũ sciret.ff.pro emptore.& voluit Flori.in l.1.in fi.ff.de aleato.& Ias.in l.iurisgentium.in §.prætor ait.in 1.col.ff.de pa. Sed pone, aliquis mutuauit centum alicui hoc pacto quod illa consumeret in meretricibus, an si cum hoc pacto accepit.tamen illa centum non cõsumpsit in meretricibus, an ille mutuans possit illa repetere? & dicas quod nõ Ita no.dixit Io.And.in addi.Spe.in titu.de obliga.& solu. in rub.in prin.quod dictum refert & sequitur Alex.in l.si cũ dotem.in §.si post solutam.post prin.ff.sol.mat.vbi dicit, quod de hac quæstione alibi doct.canonistæ,& legistæ nõ faciunt mentionem.

DLXV.

1 *Testamẽtũ facere num possit ad perpetuos carceres dãnatus?*
2 *Damnatũ ad perpetuos carceres damnato ad metallũ aequiparari,& sicut damnatus ad metallum testari nequit, sic nec ad perpetuos carceres damnatus.*
3 *Dãnatus ad perpetuos carceres nũ aliquid ex testamẽto acquirere queat,& nũ alimẽta ei testamẽto saltẽ relinq̃ possint?*

1 DVbitarunt alias doct.& legistæ & canonistæ, vtrum damnatus ad perpetuos carceres possit facere testamentum? in quo Abb.in rub.extra de testa.in 1.col. dicit, quod in laico communis sentẽtia est, quod sit intestabilis, vt no.in l.2.ff.de publi.iudi.sed in clerico dicit, quod varie fuit consultum, nam quidam cõsuluerunt, quod nõ possit testari, qa illa pœna æquiparatur pœnę mortis seu deportationis, vt no.Inn.in c.qualiter & quando.de accusatio. contumentes vero contrarium moti sunt, quia ius canonicum non imponit perpetuum carcerem ad pœnam, sed ad pœnitentiam, vt in c.nouimus.de verb.significatio.& in c.penul.de hæreti.& in c.quamuis.de pœn.in 6.ergo non debet hæc pœna inhabilitatis testandi prodire ex pœnitentia & dicit quod hęc opinio est mitior, sed alia videtur verior quia negari non potest quin ibi sit quasi mortuus. Ita resident Abb.in dicta rubr.Barb.autem in c.quia ingredientibus.in 10.col.relato ab Abb.in dicta rub.dicit quod idem Abb.in c.tuæ.de pœnis tenet quod non perdit factionem testamenti,& dicit quod Bal.in repeti.l.1.C.de sacrosan. eccle. tenet idem, videlicet quod non possit facere testamentum. Et dicit ipse Barba. consideraudum, quod de iure ciuili liber homo non potest damnari ad perpetuum carcerem, vt voluit Bar.in l.2.ff.de public.iudic. & dicit, quod de hoc est te, in l.aut dãna.in §.fin.ff.de pœnis. Itẽ dicit, quod loquentes in clerico nõ bene loquuntur, eo quia damnatus ad perpetuum carcerem æquiparatur damnato in metallum, vt no.dixit Inn.in dicto c.qualiter & quã do.& eum sequitur Bar.in dicta l.2. Sed damnatus in metallum perdit testamenti factionem. vt in l.si in metallum ff.de his quę non pro scrip.hab.cum ergo iure canonico pœna perpetui carceris sit introducta in locum pœnæ metalli ergo sequitur quod sortitur omnem eius effectum. c.ecclesia. vt lite penden. Item pro hac parte adducit text. in l.1. C.qui ad liber. perue. non poss. vbi damnatus ad perpetuã vincula perdit testamenti factionem actiue & passiue,& dicit ibi Bal.q̃ clericus damnatus ad perpetuos carceres dicitur intestabilis actiue & passiue, nisi quo ad alimenta,& hoc refert & sequitur Io.de Imo.in d.l.2. vbi refert Benedic.de Plumbi.allegat d.l.1.ad hoc, t quod damnatus ad perpetuos carceres ex forma statuti, quia de iure communi hoc fieri non potest, vt dictum est, non poterit acquirere ex testamento vltra alimenta. & dicit Io.de Imo. secundum Barba. vbi supra, quod de iure canonico quo est permissa ista pœna etiam alimenta relinqui nõ possunt damnato ad perpetuos carceres. quæ omnia sunt notanda secundũ Barba. in d.c. quia ingredientibus. in 10.colu. de testamen. vbi prædicta refert ad literam.

DLXVI.

1 *Vltima, maxime in vltimis voluntatibus, prioribus derogare. Vnde si quis à principio testamentum solenne fecerit, deinreligionem ingressus aliud testamentum fecerit, cum duobus de testi. posterius testamentum prius viciat.*

1 REgula est trita & vulgata, quod regulariter vltima derogant prioribus, & maxime in testamentis & vltimis voluntatibus, vt habetur in l.diuus. in §.licet.ff.de iure codicil.& in l.si mihi & tibi.§.in legatis.ff.de leg.1.& in l.hac consultissima. in §.si quis antea.C.de testamen.& in l.sanci mus.eodem titu.& in l.4 in fine.ff.de adimẽ.legat.de qua materia dixi late in l.1.in §.si ferui quasi.in 3.& 4.col.ff.de quæstionibus. Et adeo vera est ista regula, quod si aliquis solenniter cum septem testibus fecit testamentum coram duobus testibus secundum formam c.cum esset.&c.relatum. de testamen. istud secundum tollit primum, etiam, si in primo fuisset facta institutio, vel legatum in piam causam, quia tunc talis ingressus subiectus est ecclesiæ, vnde in actibus suis non subiicitur statutis laicorum, nec legibus. sed iuri canonico. Ita no.dixit Ant.de But.in c.in præsentia. in 14.col.in ver.ex his potest decidi &c.de probation.& dicit se in facto ita respondisse. quod dictum pro no.refert & sequitur Alex.in consi.452.incip.viso ac diligenter.&c.in tertia col.& hoc secundum ordinem meum aliter est consi.105.in quarto volu.

DLXVII.

1 *Authoritatem nostram quibus impartimur, omnia nostra facimus. Vnde fit, vt si Spoleti statuta papa confirmet, statuta Spoletana non dicantur, sed Papalia.*
2 *Superior si statutum confirmet, non amplius potest inferior de illo intromittere.*
3 *Et an statuta vnius collegii per superiorem confirmata possint per collegium reuocari.*

1 OMnia t nostra facimus quibus authoritatem nostrã impartimur. c.1.& 2.de confirma.vti.vel inuti.cap.si apostolicæ.de præbend.in 6.l.1.C.de vete.iure enuncle.& ideo dixit Bald.in l.ex placito.C.de rerum permuta.in 3. col.quod si papa confirmat statuta Spoleti, non dicuntur amplius statuta Spoletana, sed statuta papalia.& dicit Bal.
2 in l.ex facto.in prin.ff.de vulga.& pupil.quod t si superior confirmat statutum, non potest inferior amplius de illo se intromittere. & voluit Alexand.in consilio 469. secundum ordinem meum.incip.viso puncto.in 2.colu.& Barb.in c.pastoralis.in §.preterea.in 18.col.de off.dele.& Barb.in consi.incip.scripsit Ecclesia.in 9.col.quod est inter consi.Ale.nu.470.& Lud.Ro.consi.68.inci.quo ad id &c.in prin.& Barb.in tracta.Card.in 1.quæstio.in 7.col.in fi.& do.Fel.in c.qualiter.1.in 12.col.de accusa.& in c.1.in 9.col.vbi plura alia ad hoc adducit, extra de sponsa. Stantibus prædictis iam pluries ego dubitaui de vna doctrina
3 Abb.q̃ non sit vera; nam t dicit ipse Abb.in c.dilecto.de p̃ben.in secunda col.quod statuta collegii confirmata per superiorem, possunt tamen per collegium reuocari confirmatione non obstante quod dictũ refert & sequitur Ale. in l.omnes populi.in 4.col.in apostil.ff.de iusti.& iure. Sed si per confirmationem superioris efficiuntur statuta superioris & non collegij per illam regulam, quod omnia nostra facimus &c.ergo non poterit collegium reuocari, cũ inferior non possit reuocare factũm superioris, vt in clementi.ne Romani.de electio.& 21.distinctio.c. inferior. & in c.cum inferior. de maioritate & obedi.& in l.fin.C. de legi. ideo cogita, puto q̃ Ab.inaduertenter locutus sit.



DLXVIII.

1 *Datiarios multis priuilegijs esse subnixos. Sed hoc vnum præcipuum habent, vt iis aduersus datia & gabellas fraudantes probationes per coniecturas sufficiant.*

1 DAtiarii t habent plura priuilegia à superioribus, qui sibi locant datia, vt quotidie videmus in locationibus datiorum per totam Italiam. Et vltra priuilegia quę sibi dãtur à locatoribus, etiam habent aliud priuilegium à iure. Nam contra fraudantes datia & gabellas sufficiunt probationes per coniecturas, quia talia clam committuntur, ideo lex contenta est facilioribus probationibus & indiciis. Ita nota. dixit Alexand. in consilio. suo 138. in cip.viso processu. in 2.col. in 7.vol. pro quo faciunt dicta per me supra in sing. meo 1.& in repi. mea. rub. C. de pro. ba. in 64. col. in princ. & in practica mea causarum crimi. in prin. nu. 13.& in d. practica in §. deligenter. nu. 126. in quibus locis plura iura & doctrinas ad hoc propositũ adduxi, quæ per te videas.

DLXIX.

1 *Pia causa multis priuilegiis innixa, sed hoc potissimũ habet, q̃ nec humanis legibus, nec iuris solennitatibus subiaceat.*
2 *Mulier si ex statuti forma, testari sine propinquorum consensu non possit, poterit tamen sine illis ad causas testari.*
3 *Testamentum si ex statuti vigore non valeat, nisi in archiuo publico positum sit, si tamen ad pias causas factum non reperitur in archiuo, ob id non minus valebit.*
4 *Pia causa, quanquam fauor magnus est, si tamen notarius officio suo priuatus relicta ad pias causas scripserit, non valebit scriptura.*

1 PIa t causa habet plura specialia & plura priuilegia, de q̃bus per Lud.Ro.in authen. similiter. C.ad legem Falc. & in consi.suo 428.incipi.in terminis, &c.& per Philip. Dec.in consi, 181.incip.in casu occurrenti.in 3.col.& per Ale.in consi.12.incip.super primo.in 7.vol.& ibi in consi. 131.incip.super themate, &c.in 1.col.& per Ale.in consi. 190.incip.plura narrata, &c.in 6.col.& per d.Philip.Dec. in consi.273.incip.in casu, &c.& in consi.284.incip.viso. in 4.col.& per Soc.in consi.suo 121.incip. premittenda. &c.in 5.col.in 4.volu. Et inter alia pia causa non subiacet humanis legibus, nec solennitatibus iuris, vt habetur in c.fi.de secund.nup.& voluit Bar.in l.cunctos populos. in 5.q.C.de sum.trini.& fid.catho. Et ideo dixit Bal.in l.generali.in fin.C.de sacrosan.ecc. quod si statutũ dicit, q̃ mulier t non possit testari sine consensu propinquorum, q̃ tamen poterit testari ad pias causas sine cõsensu propinquorum quod etiam sentit Bar.in d.l.cunctos populos. quod dictum refert & sequitur Petr.de Anch.in repe.c.canonũ statuta in ver.dicit Bald.&c.de consti.& idem etiam dixit Bal.in l.generali.in fi.C.de sacrosan.eccle.vbi dicit, statutum dicit, quod nõ valeat testamentum, nisi sit positum in archiuo publico, quod si reperitur testamẽtum ad pias causas non positum in archiuo publico, tamen valebit, & allegat rationem, dicens, quod contra priuilegium piæ causæ quod respicit ipsum dictum & eius ecclesiam, non potest fieri statutum. Et pro istis faciunt dicta per Sali.in authen. Cass.C.de sacrosan.eccle.& per do.Ant.in c.relatum.1.de testa.& faciunt alia plura quæ vltra prædicta refert Ale.in consi.suo 452.secundum.ordinem meum incip.viso & diligenter.in 4.col. Sed aduertas tamen, quia contra illud dictum Bal.in d.l.generali tenuit Lud.Ro.in consi.suo 166. incip.viso diligenter.in 1.col. Item circa hanc materiam
4 tenetis menti vtrum, videlicet quod t si notarius priuatus officio tabellionatus scribit relicta ad pias causas, non proterea valet eius scriptura, licet piũ sit relictum, quia priuilegium testantis vel hęredis vel legatarij non tollit defectum scribentis. Ita no.dixit Bal.in l.in fraudem.in §.si qs. ff.de test.milit. quod dicit esse menti tenendum.

DLXX.

## DLXX.

1 *Dicere non satis, sed quod dicitur probari necesse est. nu. 3.*
2 *Statutũ accusanti præmium deferens, intelligi, si accusans in accusatione contenta vera esse probauerit, alias secus. Et quid de statuto volente, vt de damno dato damnum passi iuramento stetur. nu. 4.*

1 AD uertas tad vnum ad quod pauci aduertunt, quod vere est magni ponderis & magni honoris & vtilitatis. Nam habemus, quod non sufficit alicui dicere, sed illud ꝙ dicitur, oportet probari tex. est iuncta glo. in c. 1. de præscrip. in 6. & in c. 1. non est de consuetu. eod. lib. & voluit gl. in l. 1. ff. si quadrup. paupe. feciſſe dicatur. & gl. in l. 2. ff. de feriis. & in l. magis puto. in §. illud. ff. de rebus eor. & gl. in l. ait prætor. ff. vi bon. rap. & in l. ff. de incẽ. rui. naufra. & gl. in c. super eo. de appel. & in clemen. 1. de reſti. in integ. pro quibus faciunt dicta per Ang. in l. quecunque. ff. de publi. & per Barba. in conſi. ſuo 56. inci. propoſita mihi. in 2. col. in 3. vo. & in cõſi. 73. inc. viſo pũcto. in 6. col. e. vol. & ibi in cõſi. 76. inci. viſo pũcto. in 2. col. & ibi in cõſi. 88. inc. in contingentia, in 5. col. & per do. Fel. in c. cum dilectus. in penul. colũ. de accuſa. vbi allegat alias glo. hoc dicentes, de quo etiam per Abb. in conſi. ſuo 34. inc. ſup q̃ſtionis materia in 5. col. in prin & p me in l. q. fallam. in 5. col. ff. de falſis. & per Alex. in conſi. 78. inc. viſo. in penul. col. in 5. vol. & in cõſi. 26. inc. viſo. in penul. col. in 6. vo. & ibi in conſi. 216. in ci. ponderatis. in 2. col. Et facit etiã ꝙ dixit do. Philip. Dec. in conſi. ſuo 402. inc. in cauſa. in 6. col.
2 Item facit l. ét, nã ſtatutũ dans ꝓmiũ accuſanti, inteligitur ſi ipſe accuſans probauerit contenta in accuſatione eſſe vera, & nõ aliter. Ita dixit gl. in c. j. in verbo, oſtẽſum. de his q̃ fiunt à maio. parte. & probatur in c. poſt electionẽ. & in c. cũ ſup. de conceſ. ꝓben. & gl. in l. ſi cuius appellatio. ff. de appel. reci. & gl. in l. 1. 2. C. quod metus cauſa. & Ale. in cõſil. 296. in ſecunda col. & in cõſi. 71. inci. videretur in cõſultatione & c. in 2. col. in 5. vol. de quibus omnibus dixi in practica mea cauſarũ criminal. in §. diligenter. nu. 173. cũ ſeq. Et tadeo ſunt vera ſupradicta, quod non ſufficit dicere ſed illud quod dicitur, debet probari quod etiam ſi ſtatutum diceret, quod ſtaretur allegationi alicuius debet intelligi & probationi. Ita ſing. dixit Domini. de ſancto Gemi. in c. non eſt. per gl. ibi de conſue. lib. 6. quod dicit eſſe bene no. quod dictum pro no. refert & ſequitur do. An. Burgos in c. cum dilecti. in. 11. col. de emp. & ven. Quod dictum
4 ſumme nota ad ſtatutum † quod habemus hic Bononiæ, volens in aliquibus quod ſtetur dicto alicuius maxime de dãno dato, nã debet intelligi ſi damnũ vel dãnũ dantẽ probauerit, alias non ſtabitur eius dicto, quod perpetuo tenemenți, quia per hoc facies corruere mille accuſationes dãnorum datorum. Nec obſtat. ſi in cõtrarium diceretur. ꝙ dictum ſtatutum vult. quod ſtetur dicto damnum paſſi cum iuramento ſuo, & non ſimpliciter dicto ſuo. Quia reſpondeo, quod cum requiratur probatio cum dicto ſuo, non ſufficit loco probationis iuramentum, quia appellatione probationis intelligitur de probatione valida & legitima, & ſic in potiori & in dignori ſignificato, vt habetur in l. 1. §. biduum. ff. quando appellan. ſit. & in l. 1. in §. q in perpetuum. ff. ſi ager vectiga. vel emphyt. pet. & in cap. penul. de ſenten. excommunicatio. & in c. cum olim. extra de teſtibus & in §. quotidie. Inſtitu. de iure nat. de quo late dixi in repetitione mea. l. de vnoquoque. in prima col. ff. de re iudi. Sed iuramentum non dicitur legitima probatio, vt haberur in plurib. iuribus quę ego late adduxi in ratione mea. rub. C. de proba. in 26. col. vbi videas. Ergo iuramẽtũ nõ ſubſtinebit talẽ accuſationẽ, ideo tene menti ꝓdicta, ꝙa ex prędictis poteris cõſequi honorẽ & lucrum.

## DLXXI.

1 *Teſtis ſi à principio dicat, quod in tali actu fuerunt cum eo Titius & Seius præſentes, & in fine, reſpondit, quod nemo erat præſens, an quaſi de mendacio & periurio coargui poſſit? Et qualiter ſaluandum eius dictum.*

A Diuui ſemel quendam pauperrimũ amicum meũ a pœna, qui fuit examinatus in teſtem contra quendã diuitem & potentem nãt dixit, quod ille diues habuit in depoſitum ab vno ciue liberas centum, & in principio dicti ſui dixit, quod illi depoſito fuit præſens Titius & Seius, poſtea in fine eius teſtimonij interrogatus qui erant præſentes quando fuit tactum dictum depoſitum, & ipſe teſtis reſpondit, quod nemo aderat, quo audito curia inſurrexit contra eum, & formauit inquiſitionem de falſo & de periurio, tunc ego comparui & dixi, quod non poterat puniri nec de falſo, nec de periurio, eo qa quãdo teſtis in principio dicit, quod tali actui fuit preſens talis & talis, & poſtea dicit quod tali actui nemo erat, intelligitur illi quos primo dicit fuiſſe præſentes Ita ſing. dixit Alb. de Roſa. quem ibi refert & ſequitur Ale. in l. nõ erit in §. dato. ff. de iureiuran. & Soc. in l. ſi quis ita. ff. de rebus dubiis. & Ale. in conſi. ſuo 170. incip. viſo inſtrumento. in fi. in 6. vol. & in conſi 190. incip. viſis atteſtationibus in ſecunda col. in 7. volu. pro quibus etiam faciunt dicta per Ale. in cõſi. 185. inci. viſo in ſecunda col. in 7. vol. & in conſi. 197. incip. viſis, &c. in 2. col. in eo. vol. & ex iſtis ego feci illum abſolue reab illa inquiſitione, licet ille iudex ægrè ferret, & multum recalcitraret.

## DLXXII.

1 *Ignoranti ſe eſſe læſum, cum minor eſſet, an tempus reſtitutionis potenda currat?*

1 MVltaſ & quamplura operatur ignorantia, vt dixi in l. qui ignorans. ff. de fal. quaſi per totum. & in l. qui falſam. in 11. col. eodem titu. & inter cætera operatur magnũ effectũ. Nam, vt forte ſcis, dantur quatuor anni minoribus effectis maioribus ad petendam reſtitutionem in integrum eorũ, quæ facta ſunt in minori ætate, quæ ſunt no ciua ipſis minoribus effectis maioribus, vt habetur in l. ſi. C. de tempor. in integrum reſti. pet. & in c. 1. de reſtitutio. in integ. lib. 6. & in clemen. vnica. eodem titu. & tale tempus quatuor annorum non currit ignoranti ſe eſſe læſum. Et ideo ſi quis ignorans ſe eſſe læſum ex aliquo facto in minori ætate ſteterit per centum annos, quod non petierit reſtitutionem, ſemper illam poterit petere ita ſingula. dixit Baldu. in leg. falſam. C. ſi ex falci. inſtru. men. & dom. Alexa. referens Bald. in conſi. ſuo 408. ſecundum ordinem meum inc. ſtantibus his, &c. in 6. col. in ver. nec obſtat, & c. de quo etiã dixi in dicta l. qui ignorans. in ſi. 2. col. ff. de fal. & in l. qui falſam. in 11, col. eodem tit. & idem dixit Ale. in conſi. 207. incip. domine Alex. & c. in vltima col. in 7. vol. & Abb. in c. 1. in ſi. de præſcrip. & Cardina. in dicta clemen. vnica. de reſtitutio. in integrum in 25. quæſtio. & Ale. in conſi. 4. incip. videretur inſpectis in antepe. col. in ſecundo volu. & in conſi. 71. incip. videretur primconſideratione, &c. in vltima colum. in primo volu. & in conſi. 84. incip. in cauſa vertente. in tertia col. in primo volu. & in conſi. 116. incip. perſpectis, &c. in 2. col. in 5. volu. & do. Philp. Dec. in conſi. ſuo 36. in vltima col. & in cõſi. 42. in fi. & in conſi. 303. inc. In occurenti caſu, &c. in penu. colu. Tene menti, quia iſtud dictum non eſt parui momenti, ſed eſt maximæ importantiæ.

## DLXXIII.

1 *Iniuria fratri aut coniuncto à fratre, aut coniuncto illata, quam quæ ab extraneo infertur, grauior. Vnde licet pater iniuriam filio ab extraneo illatam condonare poſſit, non tamen illam quam frater aut coniunctus intulit.*

1 GRauior eſt iniuria ſeu offenſa à fratre vel coniũcto, quam illa quę fit ab extraneo & ignoto. ita probat tex. & ibi Bald. in l. cum oportet. in verbo, grauius. C. de bon. quę. liber. Et ideo ſcias, quod licet pater non poſſit remittere iniuriam factam filio, inuito ipſo filio, vt habetur in l. ſed ſi vnius. in §. filio. & in §. fina. ff. de iniur. & voluit gloſſ. in l. in perſonam. ff. de pact. i ſtud tamen intelligas eſſe verum, quando iniuria fuit illata filio per coniunctum. ſecus autem quando fuit facta per extraneum & ignotum,



ignotum, quia tunc pater poteſt illam remittere etiã filio inuito. ita dixit Saſ. in l. contra iuris. in §. 1. in vlt. col. ff. de pact. allegat ad hoc rex. & ibi Bar. Ang. Imo. & Lud. Ro. in l. Lucius. ff. ſol. matr.

### ADDITIO.

Adde Rom. ſingu. 93. tu habes quòd iniuriam. Nicol. Boer. deciſ. 120. pater.

## DLXXIIII.

1 *Mulierem matrimonio conſtante, ac marito ſubſtantia vitẽte malè, ad inopiam ꝙ vergente, dotem repetere poſſe. Quando autem maritus vti ſubſtantia ſua malè dicatur.*

1 MVlier † conſtante matrimonio poteſt dotem ſuam repetere à marito, qñ incipit malè vti ſubſtãtia ſua, & vergere ad inopiã. l. vbi adhuc. C. de iure dot. l. ſi cõſtante. in prin. ff. ſol. matr. cum ſimi. Et ſcias, ꝙ maritus dr̃ male vti ſubſtantia ſua, qñ implicat ſe pluribus fideiuſſoribꝫ. & tunc mulier habet legitimam cauſam repetendi dotẽ. ita dixit Ang. in l. in perſonam. in §. qui pecuniam. ff. de pact. quem ibi refert & ſequitur Saſ. & ꝙ hoc caſu ꝙ maritus dicatur malè vti ſubſtantia ſua, patet ex illo trito & vulgari prouerbio dicente, qui pro alio iurat, pro ſe eſt vna beſtia, ꝙ eſt vero verius.

## DLXXV.

1 *Homicidio à pluribus iuribus facto, qui ob abſentiam tanquã contumaces veri, admortis pœnam citra bonorum confiſcationem, cum in ciuitatis fortiam peruenerint, condemnati ſunt, an ſufficientes & iuſta maximè in caſu contento, ſit condemnatio, & qualiter veniant huiuſmodi contumaces accuſati condemnandi, & quid ſpectandum in huiuſmodi condemnatione?*

PRoximis ſuperioribus diebus conſului in ciuitate. Tridenti in vno caſu, in quo non memini me vidiſſe aliquem doct. conſuluiſſe, nec etiam audiuiſſe aliquem ore tenus allegaſſe. Qui caſus talis eſt, namtin dicta ciuitate fuit crudeliter interfectus à pluribus ciuibus illius ciuitatis quidam dom. Paulus de Fatis de tabarellis de Trilaco qui erat doctor V. I. eques & comes familiariſque Imperatoris. Et quidam poteſtas illius loci condemnauit dictos reos contumaces in pœna capitis, ſi vnquam peruenerint in fortiam ipſius vel ſucceſſorum ſuorum. Sed fuit dubitatum vtrũ fuerint ſufficienter & debitis pœnis condemnatiẽ in quo ego dixi & conſului, ꝙ non, eo quia debebãt etiã condemnari in confiſcatione bonorum, quia cõmiſerant crimẽ læſæ maieſtatis, cum dictus dom. Paulus eſſet familiaris Imperatoris, & plura ad hoc adduxi de quibus in dicto. meo conſilio. Itẽ dixi, ꝙ vltra dictas pœnas debebant etiã cõdemnari in alia pœna. Nam debet per peritos & cognoſcentes dictum dominum Paulum fieri exiſtimatio, quot annis etiã potuiſſet naturaliter viuere, & quantum ſingulo anno ex officijs & negotiationib. ſuis, & ex induſtria perſonæ ſuæ poterat ſuperlucrari, & intantum ſunt condemnandi dicti interfectores, & ad damna & intereſſe filiorum & hæredum ſuorum, & ad hoc alle. tex. not. inſtit. de oblig. quæ ex quaſi delict. in §. iudex, & tex. in l. ſi. ff. de his qui deiece. vel effu. & in l. ait lex. ff. ad leg. Aquiliã, & in ar. l. Stichum aut Pamphilum, & l. ſi ſeruũ. eo. titu. Et dixi, ꝙ iſtud in terminis tenuit Spec. in tit. de iniur. in §. 2. in ver. ſed nunquid pro libero, & c. & in verſi. ibi ſeq. & Ioã. Fab. & Ang. de Are. in d. §. iudex, & adduxi etiã Abb. hoc expreſsè dicentẽ in c. 1. in fi. 1. col. extra de iniur. vbi alleg. d. l. ſi. ff. de his qui deie. vel effu. & d. l. ex hac, & alia etiam adduxi ad corroborationẽ prædictorum, de quibus plenè in dicto conſi. 115. inci. notam fac mihi viã, in qua ambulem, &c. Quæ omnia teneas menti, quia hodie videtur iudicibus maleficiorum ſatis eſſe cõdemnare occiſores hominum in pœna mortis, non habito reſpectu ad intereſſe filiorum vel hęredum interfecti, nec habito reſpectu ad alia ſupradicta, ideo nõ tradas prædicta obliuioni, quia facient tibi honorem & vtilitatem aduenientẽ caſu, & tunc eris mei memor.

## DLXXVI.

1 *Homicidium committens extra domicilium, an ratione originis accuſari, vel inquiri. & puniri in loco originis poſsit? Et quid in terris eccleſiæ? nu. 2.*

1 REtro actis temporibus pluries vidi in facto quæſtionem illam, videlicet, an committẽs homicidium in aliquo loco extra domicilium ſuum, poſsit ratione originis accuſare, vel inquiri? & puniri in loco originis? in qua dubitationi doct. ſunt varij, vt ego latè dixi in rep. mea l. fi. ff. de iuriſdictione omni. iudi. nu. 128. cum plurib. nu. ibi ſeq. Circa quam quæſtionem teneas perpetuo menti ſing. verbum nunquam tradendum obliuioni, videlicet ꝙ in terris eccleſiæ iudex non põt inquirere contra ſubditum ratione originis de delicto commiſſo extra iuriſdictionem. ita ſingu. dixit Bald. in l. 1. §. 2. in pen. column. ff. de offic. præfect. vrb. quod dictum refert & ſequitur do. Auguſt. de Ari. in additio. ad tract. Ang. de Are. ſuper malefic. in verbo, hæc eſt quędam inquiſitio. in 8. char. in additio. incipien. tu autem in hac materia adde quòd Bald. & Ange. in l. ſi. & c. quod eſt ſumme no. in materia, quod dictum etiam retuli in d. repet. mea l. fi. ff. de iuriſd. om. iudi. nu. 131. Tene menti, quia ſæpe. imo ſepiſsimè occurrit in facto.

## DLXXVII.

1 *Mulier ſecundum matrimonium iniens honeſtè viuere, voluntatẽ q̃ viri ſeruare cenſetur, qui in teſtamẽto dixit, lego vxori meæ, ſi caſtè viuat, nec ob ſecundas nuptias legatum perdit. Et vide diſtinctionem Bal. in hoc. 2. 3. & 7. vide limitationem ad omnia. nu. 8.*
4 *Propoſitum in mente retentum nihil operatur.*
5 *Iura voluntatis teſtantis voluntatem ſpectandam eſſe, intelligi, quando de huiuſmodi voluntate apparet diſpoſitiue. Nam nõ ſufficit teſtatorem ita voluiſſe, niſi diſponat. nu. 6.*
6 *Grauatus ſi quis ſit à teſtatore ſi deceſſerit ſine liberis, liberis extantibus fideicommiſſum ceſſat, & licet liberi fideicommiſſum ceſſare facientes, poſtea ſine filijs decedant, non per hoc admitteretur ſubſtitutus, quamuis veriſimiliter id teſtator voluiſſe videatur.*
9 *Vxor à marito in bonis ſuis relicta vſufructuaria, ad ſecũdas nuptias tranſiens vſumfructum non amittit.*

1 MVlier † contrahendo ẽm matrimonium dicitur honeſtè viuere, & ſeruare voluntatem viri, qui in teſtamento dixit, lego vxori meæ ſi caſtè viuet. c. Nicena ſynodus. 31. dis. per quem tex. dixit Bar. in l. mulier. in §. cum proponeretur. ff. ad Treb. ꝙ vxor non perdit legatum ſibi factum à marito, ſi caſtè & honeſtè vixerit tranſeundo ad ſecunda vota. pro quo etiam eſt text. ibi ſm Bar. & alios in verbo, mulieris pudicitiæ, &c. quod etiam voluit Abb. in c. quod ad te. de cle. coniug. & in c. vt clericorum. de vit. & honeſt. cle. Bal. † aũt in l. ſi. in 1. col. C. de indic. vid. tol. in hoc diſtinguit. dicens, ꝙ aut legatum ſit vxori per maritum ſub illa conditione, ſi caſtè & honeſtè vixerit, aut ſit ei per patrem, fratres, vel coniunctos ipſius mulieris. Primo caſu perdit legatum tranſeundo ad ſecunda vota, quia per talem tranſitum contriſtatur aĩa mariti. ſecundo vero caſu tranſeundo ad ſecũda vota nõ perdit legatum, & hanc diſtinctionem etiã facit & approbat Ang. & Io. de Imo. in d. §. cum proponeretur, dicẽtes idem eſſe in legato facto per filium matri ſub illa conditione, ſi caſtè & honeſtè vixerit, nam per matrimonium ſequens etiam filijs fit iniuria, vt in auth. de nõ eligen. ſecundo nuben. in §. 1. & idem etiam dixit Ang. in d. auth. de non eligen. ſecundo nuben. in §. cum igitur. ubi facit eandem diſtinctionem, & idem uidetur tenere Bal. in l. Deo nobis. in 4. col. C. de epi. & cle. & in l. unica. in 15. no. C. de rapt. virg. & contra Bar. & ſequaces in d. §. cum proponeretur. tenet Saſ. ſequẽdo dictam diſtinctionem in l. fi. in fi. C. de indic. vid. tol. vbi dicit, ꝙ Bar. in d. §. cum proponeretur. fortiter æquiuocauit. † Mihi aũt, & ſi minus ſim, videtur ꝙ imo Bart. & ſequaces optimè loquantur, ſiue loquamur ĩ marito vel in filijs, ſiue in parte vel alijs

affinibus mulieris.nam si per maritum vel filios sit factũ legatum vxori,si caste & honestè vixerit, si transeat ad secunda vota,tamen debebit etiam tunc habere legatum, cum etiam tunc dicatur castè & honestè viuere, vt in dictis iuribus.Nec obstat illud ꝙ per transitum ad secunda vota contristatur anima viri,& fit iniuria filijs.Quia dico hoc esse imputandum marito & filijs qui non dixerunt, si castè & honestè vixerit,& vitam vidualem seruauerit, parum erat eis addere illud verbum,& vitã vidualẽ seruauerit,& ideo eis est imputandum,iuxta ea quę habentur in l.veteribus.ff.de pac.poterãt.n. leges apertius dicere, ergo sibi imputent,cum hoc esset in eorum potestate,ꝙ quo faciunt dicta per Ioan.de Imo.in cons.suo 106.inci. in causa quæ vertit &c.in 2.col.post princ. Præterea hoc confirmatur,nam quod testator non loquitur, velle non præsumitur,ſm Bal.in l.1.§.sinautem ad deficientis.C.de cadu. tol. & non sufficit testatorem velle, nisi disponat, ſm Bal.& Io.de Imo.in l.quidam cum filium.ff.de hære.
4 inst.& pro hoc facit regula illa, videlicet ꝙ propositum in mente retentum nihil operatur,vt in l.ſi repetendi.C. de condi.ob cau.quod voluit do.Philip.Dec.in cons.suo 362.inc.punctus.de quo &c.in princ.2.col.& in cõs.369. inc.iuridicas.in 1.colum.& in consi.384.incipien.in casu. in vltim.column.& in consi. 205. incipien. in causa.in 2. col.Nec prædictis obstat si dicatur quod coniecturata tacita voluntas testatoris in testamentis & vltimis voluntatibus habetur pro expressa,& attendenda est,vt habetur in l.in conditionibus primũ locum.ff.de cond.& demõ. & in l.cum acutissimi.C.de fideicom.& in l.pen.ff.de leg. 1.& in l.fideicommissa.in §.item si quis,de leg.3. & sufficit voluntas etiã tacita,quæ ex cõiecturis colligitur.l.cũ proponeretur.in fi.& l. qui solidum.§.1.ff. de leg.2. & l. cum auus.ff.de condi.& demõ.& l.licet Imperator.& ibi Bar.ff.de leg.1.& in l.cum virum.C.de fideicom.cum similib.ita in hoc casu debet attendi & haberi pro expressa hæc cõiecturata mens & voluntas mariti vel filiorum.ſ. ꝙ vxor vel mater non transeat ad secunda vota, cum ex tali transitu eis fiat iniuria & molestia,vt dixi supra.Qm
5 respondeo,†quòd iura quæ dicunt attendendam esse voluntatem testatoris, intelliguntur quando apparet de tali voluntate testatoris dispositiuè,quia, vt supra dixi,nõ sufficit testatorẽ ita voluisse nisi disponat,pro quo facit tex.in l.Gallus.in §.quidam rectè.in ver.vt[eo casu valeat qui ex verbis concipi possit,&c.quem tex.ad hoc ponderauit Bal.in c.2.requiris.de app.apostil.tex.ibi in verbo, intentioni.vbi alle.etiã bonum tex.in l.ſi alij.ff. de vsufr. leg.in fine.vbi interdum plus valet scriptura quã ꝙ actũ sit,& ideo dicit Bal.in c.mandatum.de rescr.ꝙ voluntas testatoris tacita retenta in corde non attenditur, sed illa quæ cohæret expresse pro expressa habetur,quæ ofa ad hoc propositum adducit immortalis ille Decius in cõsi. suo 205.inc.in causa istorum.in 2.colũ.Et pro istis facit,
6 nam†grauatus à testatore,si decesserit sine liberis,ex tantibus liberis cessat fideicommissum,& dato ꝙ liberi,qui faciunt deficere fideicommissum,postea moriantur sine filijs,non tamen admittitur substitutus,quãuis verisimiliter ista fuisset intentio testatoris, tñ quia vlterius nõ disposuit, non admittitur substitutus.ita dixit Old.in cõs. suo 21.inci.thema tale est,&c.& Io.And.in add. Spec.in tit.de test.§.in primis.in vlt.quæst.quẽ refert & sequitur Pau.de Cast.in l.ex facto.in §.ff.ad Treb.in cõsi.172.inc. nec improprijs vtamur vocabulis,&c.in pen.col.& Abb. in consi.suo 40.inc.venio ad primũ.in 1.dubio.in 1.vol. & Ale.in consi.311.inc.ponderatis his,&c.in prin.in 3.vol. quos omnes refert & sequitur do.phil. Dec.in consi. suo
7 384.inc.in casu proposito,&c.in vlt.col.Ext quibus mihi videtur ꝙ opinio Bart. & sequacium in d.l.mulier.§.cũ proponeretur.ff. ad Trebellia.sit verior, siue loquamur in marito vel in filijs, siue in patre vel alijs relinquentib. mulieri, si castè & honestè vixerit, ꝙ transeunte ad secũda
8 vota non perdat relictum per supradicta.Sed† ista tamẽ omnia sing. limita esse vera in muliere transeunte ad secunda vota,secus autem si transiret etiam ad tertia vota quia tunc perderet tale legatum. ita not.dixit Ang. in §. hoc ideo.in auth.quomodo.oportepisc.quod dictum pro not.refert & sequitur do.Fel.in cap.ſi cautio.in 13.col.in versi.& hic est,&c.de fide instr.sed in alia stampa est 14. col.& voluit Ale.in d.l.mulier.in d.§.cum. proponeret. ff.ad Treb.quod dictum poteris addere ad materiã gemi
9 nationis, quam ego in pluribus locis posui in operibus meis.Et circa materiam relicti facti vxori per maritum, scias † ꝙ si vxor sit relicta vsufructuaria à marito in bonis suis, non perdit vsumfructum, si transit ad secunda vota.ita not.dixit do.Frã.de Are.in cons.suo 40.inc.presupponitur.in pen.col.vbi allegat ad hoc tex.in auth.de nupt.in §.ſi vero solum vsumfructum,& in auth.hoc locum.C.ſi mulier.secun.nupſ.

### DLXXVIII.

*1 Metus,vt vires metus obtineat,talis esse debet, qui vel in cõstãtem virũcadat,' Quod ad mulierem quoque porrigitur Et quid de ministeſtibus proposſitis.nu.1.*

1 Metus† ad hoc vt operetur vires metus,debet esse talis,qui cadat in constantem virum, vt habeturſin l. 3.in §.metum.ff. quod met.cau. & in l.interpositas.C.de transac.& idem in muliere si tractamus de metu mulieris,nam debet esse talis qui cadat in constãtem mulierẽ, ſm gl.in c.cum locũ.ext.de spon.quã ad hoc alle.do.Ant.
2 in c.consultationi,quod met.cau.de quo etiã per Ioã. de Ana.in c.3.in vlt.col.de homicid.Illud.tamen limita nõ habere locum in minis illatis testibus ad hoc vt minans perdat causam,nam non requiruntur minæ quæ cadant in constantem virũ,sed quales quales mineſ sufficiunt.ita not.dixit do.Bart.Belenzinus alias auditor Rotæ in c.super eo.de test.cog.quod verbum pro notabili,prout est, ego retuli in repetitione mea rubricæ. C. de probation. in 40.col.ver.tamen in casu isto,&c.

### ADDITIO.

Adde Rom.sing.219.

### DLXXIX.

*2 Correlatiuorum eandem censuram esſe.Quod limita in filijs vel alijs descendentibus,quando ascendentibus succedunt, qui bona inter se conferre debent,quod secus,quũ ascendentes filijs,vel alijs descendentibus succedunt, vbi non fit bonorum collatio.*

*2 Testamentum imperfectum inter liberos à patre conditum,licet valeat,tamen ecntrario testamentum filii inter patrẽ vel alios ascendentes imperfectum non valet.*

1 Correlatiuorũ† eadẽ est censura,vt in l.ſi. C.de indic. vid.tol.& ibi latè per scriben.& in l.1.de cupresſ.lib. 11.& in l.non tñ.ff.de re iud.de qua materia latè loquutus sum in l.ſi quis viduam.in 5.col.ff.de quæſt.& in l.ſeruo.in 1.col.ff.ad leg.Cor.de sicar.Sed ista regula limitatur in vno casu not. nã licet filij vel alij descendentes qñ succedunt ascendentibus teneantur inter se bona conferre per totum tit.ff.de colla.bon.& C.de cõlla.tñ econtra, qñ ascendentes succedunt filijs vel alijs descendentib.nõ tenentur inuicẽ conferre,ex quo illud non reperitur ſtatutũ.ita sing.dixit Bal.& Ale.in l.ſi emancipati.C.de coll. quos refert & sequitur Iaſ.in l.filium quem habentẽ.nu.
2 7.C.famil.erc.vbi etiã in simili adducit aliud,† videlicet, nam licet valeat testamentum imperfectum conditum à patre inter liberos,vt in l.hac cõsultiſſima.in §.ex imperfecto.C.de testa.& in l.ſi.C.fa.erc.tñ econtra testamentũ filij inter patrẽ vel alios ascendentes imperfectũ non valet.alle.hoc voluisse Spec.in tit.de instr.edi.in §.cõpẽdio sẽ.ver.quid ſi filius.& Bal. & Sal.in d.l.ſi.C.fa.erc.& Bal. in l.hac.consultiſſima.in §.ſi.per illũ tex.C.de testa.& in l.ſi qua illustris. C. ad Orth.& Ale. in d.§.ex imperfecto, quæ omnia addere poteris in materia correlatiuorum.

### DXXX.

*1 Acta in iudicio summario fidẽ nõ faciunt in plenario Cõfeſſio tamen in ſummario facta probationem inducens, probat quoque in plenario.Quod limita,vt hic.nu.2.*

1 Acta† facta in iudicio summario non faciunt fidem in plenario ſm Bar.in l.2.in §.hoc edicto.in 4.col.verſ. quæro vtrum.ff. vi bo.rapt.& volũt can.in c. veniens.de test.& Abb.in c.causam quæ.eo.tit. quod idem est.in sententia per l.pen. cum gl. ff. de his qui sunt ſui vel alie.iur. & voluit Bar.in l.qui Romę.in §.duo fratres.in 5.op.ff.de ver.obl.& in l.1.C.de or.iud.de quo dixi in rep. mea c.at ſi.clerici.nu.87.de iud.Scias tñ,ꝙ probatio facta per confeſſionem in iudicio ſummario, probat in judicio plenario,ita sing.dixit Innoc.c.cum dilectus.de ord.cogn.quẽ refert & sequitur Bart.in c. at ſi clerici.in 7. col.in princ.
2 ext.de iud.Quod†tñ ipſe ibi limitat, dummodo talis cõfeſsio. fuerit facta super libello vel processu valido, alias secus, de quo ibi latè per eum.Et pro illo dicto Inn.facit quod voluit Bal.in l.cum mulier.in 13.col.in ver.deinde quæro.ff.ſolut.matrim.vbi dixit,ꝙ confeſſio plus operatur,q̃ aliqua ſpẽs ꝓbationis,ꝙ est no. de quo feci mẽtionẽ in repetitione mea dicti. cap.at ſi clerici.nu.12.de iud.

### DLXXXI.

*1 Crimen falſi cæteris est detestabilius,habetq̃ ſpecialia quædã quæ non habent reliquà. Nam in hoc crimine ex confeſsione incidenter etiam facta puniri quis potest,in alijs criminibus non equè, ſed vt principaliter facta ſit requiritur.*

VT dixi tibi ſupra in ſing.163. incip.crimen falſi, & in rubr.ff.ad l.Cor.de falſ.in 3.& 4.col.& ſupra in ſingu.
1 307.inci.viget quandoque, &c.crimen† falſi est detestabilius oĩbus alijs criminibus, & habet aliqua ſpecialia q̃ non habent alia crimina,& in dictis locis de hoc adduxi plura exẽpla.Sed nuper do tibi aliud ſpeciale in ipſo crimine falſi.Nam tu ſcis,ꝙ confeſsio ad hoc vt noceat confitenti requiritur, ꝙ ſit facta principaliter & non incidẽter,vt dixi & oſtendi in l.1 in prin.in 15.col.ver.& vltra prædicta,&c.ff.de quæſtio.& in d.l.1.in §.diuus Anto.in 4.col.ver. poſſet tamẽ huic dicto.eo.tit.& in ſing.323.ſupra inci.plures ſunt caſus,&c.in princ.tamen hoc non habet locum in crimine falſi, in quo quis puniri põt,etiam ex confeſsione facta incidenter ſm Petr.de Anc. in conſ. ſuo 172.incip.circa primum. in pen.col.ver. ex cuius dictis,&c.ꝙ dictum refert & ſequitur do.Phil. Dec.inc.at ſi clerici.in 2.col.ver.ſed iſta limitatio.ext.de iud.& hoc poteris addere ĩ dictis locis, vbi ego tetigi hãc materiã falſi.

### DLXXXII.

*1 Legis verba cui non cõueniunt,nec eius quoque diſpoſitio conuenit.Et quod in contrarium non dicitur, pro non intellecto habetur.*

*2 Ruſticus ſi domino promiſit vineas plantare aut vites in fundo,ac quartam fructuum partem illi dare, ſi alias arbores inibi plantauit,quartam quoque partem fructuum illarum dare debebit,& ſi de eis dictum ſit nihil.nu.2.*

1 Accipe not.verbum cuius contrarium prima facie quilibet diceret.Nam† vulgata est regula in iure, ꝙ cui non conueniunt verba legis non cõuenit eius diſpoſitio. l.14.in §.toties.ff.de dam.infect.l.hos accuſare.§.oĩbus.ff. de accu.& l.ita aũt.in prin.ff.de admin.tut.cũ ſimil. quæ adduxi ſupra,in ſing.339.inci.cui non conueniunt verba legis &c.' Pro qua regula facit quod voluit Bal.in l.2.per illum tex.C.de nau.fœ.vbi dixit, ꝙ illud quod in cõtractu non dr̃,pro non intellecto habetur. Scias tñ & teneas
2 menti perpetuo ſing.verbum,videlicet† ꝙ ſi ruſticus promiſit domino plantare vineas vel vites in fundo,& dare quartam partem fructuum domino,quòd ſi plantauit in fundo alias arbores, quod ſimiliter tenetur dare quartam partem fructuum domino, licet de eis nihil dictum ſit.ita ſing.dixit Io.And.in addit.Spec. in tit. de locа.in §.1.in ver.quid ſi colonus. mouetur ad hoc per tex. in §.ſi.inſt.vt bo.rapt.& per l.tale pactũ.§.li.ff.de pact.ꝙ dictũ pro ſing.refert & ſequitur Iaſ.in l.quicquid adſtringendæ in 3.col.in fin.ff. de verb.obl.vbi dicit,quod forte hoc alibi in ſpecie non habetur,& idem dixit ipſe Iaſ.in l.ſtipulatio iſta.in §.in ſtipulationibus.eo.titu. Quod dictum addere poteris ad materiã regulæ, quòd ſubrogatum debet ſapere naturam illius,in cuius locum ſubrogatur.de quo aliquid dixi ſupra in ſingu.255.incipien.ſubrogatus,&c.



### DXXXIII.

*1 Titius cum Seio pacem iniit hac lege,quòd ipſe,nec Caius,nec Petrus,nec eius affines cum offenderent,pro quo fideiuſſores dati ſunt & ſe obligarunt hoc modo, pro quo Titio tales fideiuſſerunt,&c.an hoc caſu huiuſmodi fideiuſſores teneantur duntaxat, ſi ipſe Titius Seium offenderit,an vero teneãtur pro offenſa facta à quocunque inſtrumento nominato?*

1 Titius† fecit pacem cum Seio, & promiſit ꝙ ipſe,nec Caius,nec Petrus nec affines ſui,offenderent dictum Seium ſub pœna mille, & pro hoc præſtitit fideiuſſores qui ſe obligarunt hoc modo,videlicet, pro quo Titio tales fideiuſſerunt &c.an hoc caſu tales fideiuſſores teneãtur ſolum ſi dictus Titius offenderit dictum Seiũan vero teneantur pro offenſa facta à quocunque nominato in dictõ inſtrumento? in quo dicas, ꝙ tenentur ſolum pro offenſione facta per dictum Titium.ita not.dixit Bald.in conſi.suo 221.inc.anno domini,&c.in 2.vol.vbi Alle.iura & rationes,de quibus ibi per eum, quod est ſing. not. cum sæpe fiant inſtrumenta modo quo ſupra.

### DLXXXIIII.

*1 Probationem per cõiecturas & indicia admitti in his quæ diffi cilis probationis ſunt. Et vbi maxima eſt difficultas,tunc in re parui præiudicij iuramento ſtatur.*

1 Plures† & in pluribus locis alias dixi tibi,ꝙ in his,que ſunt difficilis probationis,admittitur probatio per cõiecturas & indicia,de quo dixi in ſing.meo,& in rep.mea rub.C.de prob.in 3.col.in ver.ad p̃dicta, &c. & ibi in 63. col.in fi.& dixi etiã in pluribus conſilijs meis, quæ omitto breuitatis cauſa.Et circa hanc materiam difficilis probationis tene menti not. verbum,videlicet quòd vbi eſt maxima difficultas probationis, tunc ſtatur iuramento, maximè ſi res eſt parui præiudicij.ita dicit Bal.in l.qui accuſare.in 2.col.C.de eden.quod dictum pro not.refert & ſequitur Ale. in l.1.circa.ſi. C.de ſent. quæ pro eo qđ inter. quod profecto eſt no. quia quotidie euenit in facto in iudicijs,in quibus non habentur probationes,& difficile eſſet eas habere.

### DLXXXV.

*1 Probationes generis diuerſi ad plenam fidem faciendam non coniungi, niſi quum quælibet per ſe in ſuo eſſe perfecta eſt. Si tamẽ vnus teſtis de veritate ac fama deponat,alter vero de fama tantum, tunc ſanè coniungerentur ac plenè probarent,quaſi duo teſtes de fama ſint &c,nu.2.*

1 Probationes† diuerſi generis non coniunguntur ad faciendam plenam probationem, niſi quando quælibet probatio eſt de per ſe perfecta in eſſe ſuo, ſecundum Bal. in l.ſi quis ex argentarijs.poſt prin.ff.de eden.de quo plenè ſatis remiſſiuè dixi in l.de minore.in §.plurium.in 17. col.ver.& bene aduertas,&c.de quæſt. & in l. vnius facinoris,& in §.teſtes torquẽdi.in 2. col.eo.tit.& in repetit. mea rub.C.de prob.in 63.col.in ver.itẽ ſcias, &c.de quo etiam per Soc.in conſi.ſuo 89.inci.in causa.in 7.col.in 1. vol.& per Iaſ.in repet.l.admonendi.in 96.col.cum tribus
2 col.ibi ſequen.de iureiur.Scias†tñ, ꝙ ſi vnus teſtis deponeret de veritate & de fama, alius vero teſtis deponeret de fama tantum,iſti duo teſtes coniungerentur,& plenè probarent,quaſi ſint duo teſtes de fama,& ſic primus teſtis ſubeat officium duorum teſtium.ita multum ſing.dixit.Bal.in l.Gallus.in §.ille caſus.in 3.notab.per illũ text. ff.de liberis,& poſthumis. quod dictum Ale.ibi in 2.col. exclamat vſque ad cœlum,& dicit, ꝙ iſtud dictum alibi non reperitur,poſtea illud reprehendit ex tribus rationibus,ſed poſtea vltimo loco illud approbat,& dicit,quod non habet aliquem contradictorem,quod dictum refert & ſequitur Iaſ.in l.admonendi,nu.99.circa ſin.ff.de iureiur.vbi videas.

DLXXXVI.

1 *Stipulationem impersonalitas ex parte stipulantis non vitiat quandoquidem in dubio pro se suisq; hæredibus stipulationē recepisse præsumatur.*
*Et quid si quis stipulatus sit hoc modo, promittis mihi recipiēti, pro eo quem declarabo, & postea neminem declaro, an vitietur stipulatio? nu. 2.*

1 IMpersonalitas ex parte stipulātis nō vitiat stipulationem, quia præsumitur in dubio stipulationē recepisse
2 pro se & pro hæredib. suis. Et ideo si sum stipulatus hoc modo promittis mihi recipienti, pro eo quē declarabo, postea neminem declaro, an vitietur stipulatio? dicas q̄ non, ita dixit Bal. in l. 1. ad fi. ff. de pac. sed de hoc est text. expressus in l. fm responsum. C. de contrab. & commit. stip. quē tex. ad hoc alle. Bald. in l. cum post. in §. gener. in reportatis antiquis. ff. de iure dotiū. vt refert do. Ale. in l. ita stipulatus. in 13. col. ff. de verb. obl. qui pro hoc etiam alleg. text. in c. 1. de feudo nō habēte propriā naturā feu. quæ ośa refert & sequitur do. Iaso. in d. l. ita stipulatus. nu. 6. quæ lex est vltima lex, quā ipse legit in tit. de verb. obl. Et p̄dicta addere poteris ad materiā incertitudinis, quā satis latè posui in rep. mea rubr. C. de prob. in fi. & ad præ dicta vide quæ dixi in d. rep. dict. rubr. de prob. in 79. col. in princi. ver. item vitiat stipulatio, &c.

DLXXXVII.

1 *Qualitatem extrinſecam in dubio non præsumi. In negotijs autem antiquis huiusmodi qualitatem probare non expedit, vt quod notarius instrumenti notarius fuerit nu. 2.*
2 *Instrumenta si qua vnius ciuitatis antiqua ad aliam ciuitatem producuntur, non opus est literam testimonialem extra deferre.*

1 QValitas extrinseca in dubio nō præsumitur l. quæcunq;. ff. de pub. l. si emancipat in ver. emancipatū p̄bauerit. C. de coll. l. deniq;. ff. ex quib. cau. maio. de quo habetur per Soc. in cons. suo. 68. inc. visa, &c. in 1. & in 2. col. in 4. vol. & per do. Fel. in c. sicut. in 13. col. de re iud. & per Ale. in cons. 101. inc. su per 1. dubio & c. in 2. & 3. col. in 7. vol. de quo ego latè loquutus sum in cons. meo 96. inc. diuino &c. inter cōsilia ciuilia, & per Bal. in l. 2. in 16.
2 col. C. de seru. & aqua. attamen hoc fallit in antiquis, in quibus non expedit probare istas qualitates extrinsecas, & ideo non oportet probare, q̄ notarius fuerit notarius, quia ex ipso actu ita antiquo oritur p̄sumptio q̄ fuerit notarius. ita not. dixit Bal. in auth. quas actiones. ad fi. C. de sacrof. eccl. vbi ad hoc alle. Inno. in c. veniens, de verb. sig. quod dictum refert & sequitur Ale. in cons. suo 150.
3 inc. in causa appellationis. in princ. 3. col. 6. vol. Ex quo potes notare, q̄ qñ producuntur aliqua instrumenta antiqua de aliqua ciuitate ad aliā ciuitatē, non est opus portare literā testimonialē affirmātē & fidē facientē illū notariū descriptū in talib. instrumentis esse vel fuisse notarium, vt communiter fit, quæ omnia nota in practica.

DLXXXVIII.

1 *Mulier in dotem bona sua omnia in dubio dare iure communi non præsumitur.*
2 *Quid in patria statutaria, habes ibid.*

1 DE iure † communi mulier non præsumitur in dubio dare omnia bona sua in dotem, vt habetur in l. fi. C. de repu. & in auth. de nup. in §. si quis. n. & voluit Bart. in disputa. sua inc. quædam mulier habēs amplum patrimonium &c. & in l. 2. in princ. circa 2. col. ff. sol. matr. & Bal. in l. nulla. C. de iur. dot. & in l. fin. C. de sen. quæ sine cer. quanti. & idem Bal. in auth. res quæ. C. commu. deleg. in 3. col. in ver. quæro nunquid mulier, & idem tenet Salic. in d. l. fi. C. de repu. & Ioan. de Imo. in l. 1. in 8. col. ff. solu. mat. & Pau. de Cast. in auth. p̄terea. C. vnde vir & vxor. de quo etiam per Ludouicum Rom. in cons. suo 44. inci. ex supra narrato themate &c. in 2. col. ad fi. Quinimo ēt si maritus teneret & possideret bona mulieris, & fructus percepisset etiā per decēniū, sciēte & patiēte muliere, nō videtur mulier dare in dotem, quia agitur de magno p̄e iudicio mulieris, saltē in casu quo statutū disponit, q̄ mu liere, prædecedēte mari° lucretur aliquā partē dotis, vt concludit Bar. in d. sua disputatione per id quod habetur in l. mulier. C. de rèi. vend. & per not. in l. 2. C. cōmu. diui. & per not. per doc. in l. cū de in rem verso. ff. de vsu. quæ ośa refert & sequitur Ale. in consi. suo 122. inc. viso processu &c. in 3. & 4. col. in 7. vol. & ibi in consi. 142. inci. vi
2 so statuto. in 2. col. in † hac aūt nostra ciuitate Bonon. in hoc non sumus in terminis iuris cōis, sed habemus statutum positum sub rubr. de dot. rest. in §. præterea ordinamus &c. quo expresè cauetur, q̄ mulier intelligatur ośa sua bona dare in dotē qñ nubit, qđ statutū passim seruatur. Sed scias tu, & teneas menti perpetuo, q̄ dictū statutū non habet locū in muliere minore 25. annis nubente. ita sing. per optimas rōnes & iura dixit Petr. de Anch. in cons. suo 93. inci. ista domina Ioan. &c. quem refert & sequitur Soc. in consi. suo 80. inci. p̄sens consultatio in 1. col. in 4. vol. Tene menti, quia plures sunt mulieres quæ traduntur nuptui in minori ætate 25. annorum, quam in maiori, vt docet experientia.

DLXXXIX.

1 *Prouisionem pœnalem per rectores ciuit. Bononien. super dotibus mulierum nubendarum, tanquā contra iuris communis regulas factam nullam ac inualidam esse, cum matrimonia iure dictante libera esse debeant, nec valet statutum per quod impeditur matrimonium. nu. 3.*
2 *Matrimonium canon iure sine patris consensu validum esse. Et vt statutum super matrimonio non valet, sic nec super ipsis accessorijs.*

1 ALias de anno 1520. per regimina huius inclytæ ciuitatis Bonon. facta fuit quædā meta seu prouisio pœnalis super dotibus mulierum nubendarum de qua multi admirati sunt, & ego quoque non potui nō mirari. Primo quia talis meta seu prouisio est cōtra regulam iuris, quæ habet, q̄ in re sua quilibet est moderator & arbiter etiā abutendo, vt habetur in l. in re mandata. C. mandat. l. etiam. §. 1. ff. solut. matr. l. nō vsque adeo. ff. si quis à par. sue. manu. & l. sed si leg. in §. consuluit. ver. vel dū se abuti putant. ff. de pet. hære. cum simi. Secundo quia talis meta facta super dote est nulla & inualida. Quod ostendo. nā habemus clarū in iure, q̄ matrimonia debent esse libera. cap. gemma. cap. cum locum. cap. requisiuit de sponsa. & non valet statutum per quod impeditur matrimonium, vel per quod tollitur libera facultas contrahendi matrimonium fm Ioannem Andræam in cap. statutum. de hęretic. in 6. in nouella, quem refert & sequitur dñs Alex. latissimè affirmans hanc partem in consi. suo 97. incipiēte, principalis dubitatio &c. in 1. vol. per totum, vbi sing. loquitur, & in consi. suo 1. in 3. vol. & in cons. 209. inci. ponderatis, in 3. col. in 6. vol. & in rub. ff. solu. matr. in vltima col. & in l. Seius & Augerius. in 1. col. ff. ad leg. Falc. vbi refert se ita consuluisse, & idem tenet Abb. in consi. 65. in princ. in 2. vol. & in consi. 12. inci. vt clarè materia. in 1. dubio. in 1. volu. & Ange. in consi. 29 inc. ex themate &c. in princ. & Petrus de Anc. in consi. 21. incip. pro solutione dubiorum. in 2. dubio, & do. Franci. de Cur. in consi. suo 27. incipiente magnificus vir. in primo dubio. & Fredric. de sen. in consi. suo 26. incipiente casus &c. & Iaso. in l. fina. in vltima columna. ff. qui satisdar. cogan. & Baldus in l. omnem. in fi. C. ab Tertul. & ibi vide omnino in addi. & Iaso. l. 2. in §. quod si in patris. in octaua col. in fin. ff. solut. matrim. & dominus Felin. in capit. tenor. in fin. de re iudic. & Corset. in not. suis in ver. statutum. in no. inc. statu. quod inter homines &c. & dominus Felinus in ca. primo. in sexta columna de spons. vbi omnes tenent hāc partem, pro qua facit, nam † valet matrimonium sine consensu patris de iure canonico, quod ius attendit̄ in matrimonio, ita voluit glossa in capitulo finali. 32. quæstione secunda. & corrigitur illud, quod dicitur instit. de nup. in princ. & idem voluit glossa. in capitulo primo de desponsi.



despōsi. impu. & hoc ibi firmat Abb. post gl. & idem firmat. Philip. Dec. doctor diuinus in consi. suo 231. incip. viso casu & c. in 2. col. vbi refert prædicta, vnde sicut non valet statutū super matrimonio, ergo nec ēt valet super accessorijs ipsi matrimonio, & sic cum dos sit accessoria ad matrimoniū, vt est gl. in c. fi. annum quartūdecimū. de iud. in 6. & sine quo esse non potest dos in l. 2. C. de do. ante nup. ergo non valet etiam statutum seu prouisio super dote. ita not. dixit Pe. de Anc. in consi. suo 20. inc. pro solutione dubiorum, quem refert & sequitur Soc. in cōs. suo 80. inci. præsens consultatio & c. in pen. col. in 4. vol. & idem dixit Ale. in d. suo consi. 97. inci. principalis dubitatio &c. in 4. & 6. col. in 1. vol. vbi sing. loquitur, & respō det ad contraria quæ adduci possent, de quo ibi late per
3 eum, quē vide. Et ideo ex istis dico, q̄ illa meta seu prouisio facta super dotibus est nulla & inualida, & pro hoc faciunt optimè dicta per Pau. de Cast. in consi. suo 71. inc. visis & ponderatis. in 1. col.

DXC.

1 *Acta iudicij licet coram iudice fieri debeant, & eidem iudici probationes fieri non notario, tamen appellatio in scriptis intra decem dies facienda coram notario ipsius iudicis qui sententiam tulit fieri potest, maximè quando iudicis copia haberi non potest. nu. 2.*
3 *Statuto disponente, quod sententia executioni mandetur, nisi appellatio interponatur intra decem dies, & libellus intra viginti porrigatur, & cautio de soluendis expensis præstatur, satis fuerit, si eiusmodi cautio notario ipsi præfata fuerit.*
4 *Confessionem coram actorum notario factam, in iudicio factam censeri. Ei sic actus iudicialis dici potest, qui coram iudice factus non est.*

1 LIcet † acta iudicij debeāt fieri coram iudice, & probationes debent fieri iudici & non notario, vt in lege quinquaginta. ff. de prob. & voluit gl. in l. iubemus. C. de libe. cau. & gl. in l. hac consultissima. C. de test. & habetur per cano. in c. quoniam contra de prob. & per Bal. in l. 2. C. de edē. & per Ang. & Imo. in l. si finita. in §. Iulianus. ff. de dam. infe. de quo latius dixi in l. 1. in prin. in 4. col. ver. 7. requiritur. ff. de quæst. & in l. de minore. in §. plurium. in 2. col. eo. titu. & in practica mea cautarum crimi. in §.
2 post quam. nu. 20. attamen tene menti in practica, q̄ appellatio in scriptis, quę debet fieri intra decem dies, vt in auth. hodie. C. de app. potest fieri coram notario illius iudicis qui tulit sententiam, præcipuè qñ nō potest haberi copia illius iudicis, ita dixit Guid. de Suza. & Bal. in auth. quæ supplicatio. C. de prec. imp. offe. quod dictum ibi, q̄ valde not. refert & sequitur Ias. & dicit, q̄ Raph. Fulg. ibi
3 refert se consuluisse in ciuitate Vincentiæ † vbi statutum disponit, q̄ sententia mittatur executioni, nisi appellatio interponatur intra 10. dies, & libellus porrigat̄ intra 20. & præsteur cautio de soluendis expensis, q̄ satis fuit talem cautionem fuisse præstitam ipsi notario. Itē adducit etiam Ias. vbi supra, Bal. in l. pen. ff. de fideiuss. vbi no. ex il
4 lo tex. q̄ † confessio facta coram notario actorum, dī facta in iudicio. Item adducit etiam Pau. de Cast. in l. iusiurandum quod est cōuentione. in §. pupillus. ff. de iureiur. vbi per glos. ibi dicit, q̄ actus potest dici iudicialis, licet non sit factus in præsentia iudicis, quæ omnia tene menti in practica.

DXCI.

1 *Statuto disponente, quod pater legitimam filij delinquentis fisco assignare teneatur, auum non comprehendi.*
2 *Statuto cauente, quod pater condemnationem pro filio soluere teneatur, non constringetur pro nepote, & sic auus non continebitur.*

1 EXtat † quandoque statuta in ciuitatibus Italiæ quibus cauetur, q̄ pater teneatur assignare legitimam filij delinquentis fisco. Sed tu scis, q̄ tale statutum non habet locum in auo, nam si nepos delinquit, auus non tenetur assignare legitimam ipsius nepotis fisco. ita singu. dixit Dyn. & Ray. de Forli. in l. lege Iulia. in §. hoc capite. per illum text. ff. de rit. nup. quod dictū refert & sequitur do. Nellus in tract. bannitorū, in 1. parte secundi temp. q. 34. inci. quæro stante statuto &c. in fi. pro quo faciunt dicta
2 per Bal. in l. pen. C. ad Maced. vbi dixit, q̄ si statutum disponit, q̄ pater teneatur soluere condemnationem pro filio, non tenebitur soluere pro nepote, quod dictum refert & sequitur Ale. in consi. suo 56. inc. Aldrouandus &c. in 2. col. in 5. vol. Ego autem dubito quod dicta doctrina non sit vera per doctrinam sing. Bart. in l. quemadmodum. C. de agri. & cens. lib. 11. de qua latè loquutus sum in practica mea causarum crimi. in §. aggredior. nu. 58. cum sequent. & cum in supradicto casu tractet de vtilitate fisci seu reipublicę, videtur quòd dictum statutum debet extendi ad auum, licet loquatur in patre tantum tamen cogita.

DXCII.

1 *Nullitatem actus termini lapsu non excludi ad defensionem contra ipsum actum nullum. Nam & bannitus post banni terminum lapsum, nullitatem proponere potest.*
2 *Nullitatem proponi posse, licet appellatio per clausulam appellatione remota sit sublata.*

1 NVllitas † actus nō excluditur per lapsum termini dati ad omnem defensionem faciendam contra actum. Et ideo tene menti, q̄ post terminum banni licet statutū dicat, q̄ bannitus vlterius non audiatur, tamen ipse bannitus vel agentes pro eo poterunt proponere nullitatem dicti banni, maxime illā quæ prouenit ex defectu iurisdictionis, ita sing. dixit Bal. in l. scire oportet. §. hæc de illis. per illum tex. ff. de excusat. tut. quod est sing. no. ad multa, de quo etiam dixi supra in sing. 562. inci. aduertas, q̄ hic replicaui, non habens memoriam hoc ibi dixisse, sed talis error est tolerabilis, quoniam nunquā nimis quod nunquam satis, & ad prædicta vide dicta per Soc. in cōs.
2 27. inc. in præsenti. in 2. col. in 3. volu. Prof quo facit. nam nullitas pōt proponi, licet appellatio sit sublata per clausulam appellatione remota. c. inter cæteras. de re iud. c. licet. de sent. excom. in 6. gl. in c. ex conquest. de rest. spol. Bal. in addi. Spec. in tit. de app. ver. dicit tutum. Bal. & Ang. in l. 1. C. qui pro sua iurisd. Bald. in ca. Iancinus. quo temp. mil. & in l. 1. C. de iuris & fact. ignor. Bar. in l. 2. in §. si prætor. ff. qui satisf. cog. & in Spe. in tit. de sentent. in §. vt autem. ver. hoc autem. tene mēti, quia ista sunt quotidiana & multum lucrosa, & vide quæ dixi supra. in sing. 283. inc. lapsus termini, &c.

DXCIII.

1 *Notarius falsum committens circa officium suum, conficiēdi instrumenta potestatem perdit. Quod limita vt nu. 2.*

1 TV scis † q̄ notarius committēs falsum circa exercitiū notariatus, perdit potestatem conficiendi instrumēta. l. si aliqui. C. de suscep. & arca. lib. 10. voluit glos. in l. si quis ex argentarijs. in §. 1. ff. de edēn. & voluit Inn. & alij in c. fraternitatis. ff. de hær. Bal. in l. 2. C. de manu. vin. Bal.
2 & Imo. in l. in fraudē. §. si quis. ff. de test. mil. Quæ regula seu conclusio limitatur plurib. modis à do. Fel. in d. c. fraternitatis. Et inter alia dicit ipse ibi, q̄ si partes requirerent notarium falsarium super cōfessione instrumēti, q̄ si non valebit vt instrumentum, valebit saltem vt cōfessio. ita fm eum dixit do. Maria. Soc. in d. c. fraternitatis, arg. l. 2. C. commu. vtri. iud. vbi habetur, q̄ si sententia nō potest valere per consensum partium in vim sententiæ, valet tamen in vim pacti, de quo ibi latius per eum.

ADDITIO.

Adde Guidonem papæ singulari 780. nu. 2. & Corset. sing. 369. in verb. tabellio. 1.

DXCIIII.

1 *Verisimilia quæ non sunt, vt non attendantur, sic econtrario quæ verisimilia sunt spectanda, & magni effectus esse.*
2 *Confessio extrajudicialis vbi verisimilis est, non indicium ad quæstionem tantum sed etiam plenam probationem in ciuilibus & criminalibus facit.*

1 SIcut non verisimilia non attenduntur, & sunt magnę importantiæ, vt dixi & plura adduxi in l.1.in princ.in 15.col.ver.quo ad tertiam.ff.de quæst.& in rep.mea rub. C.de prob.in 24.col.& in sing.meo 298.inci.remotum à verisimili,&c.& in sing.343.supra inc.verisimilitudo,& in sing.396.inci.verisimilitudo.ita econtrario verisimilia attenduntur & sunt magnę importantiæ,vt dixi in dicto singul.meo 298.vbi posui not.verbum.Sed vltra alia dicta in hac materia verisimilitudinis,teneas menti vnũ
2 perpetua memoria dignũ,videlicet quòd vbi confessio extraiudicialis est verisimilis, non solum facit indicium ad torturam, iuxta ea quæ habentur in l. capite 5.ff.de adul.cum simil.Sed etiam facit plenam probationem in ciuilibus & in criminalibus.ita sing.dixit do.Tindarus in tract.suo de probat.in ea parte in qua tractat de confessio.in ver.nunc de criminalium,&c.de quo dicit esse casum expressum in l.quæro.in§.fi.ff.de ædili.edic.& in d. l.capite 5,quod dictum refert & sequitur dom.Francisc. Brun.in suo tractatu,de indi.& tortura.in 3.charta.in 3. columna.in versicu.aliud est indicium , &c. circa finem de quo ego etiam dixi in l.de minore.in principio in decima colum.ff. de quæstionibus, tene menti,quia est singulare verbum.

DXCV.

1 *Potestati si arbitrium est concessum, vt ad syndicatum stare non teneatur,si dolum aut latam culpam committat,à syndicatu ob id liber non est,cum leuis& leuissima tantum culpa remissa videatur.*

PLures sunt iuris periti qui libenter acceptant officiũ, quando non debent stare ad syndicatum,& eis datur officium aliquod cum promissione,quòd non teneãtur
1 stare ad syndicatum.Sed scias tu , quòd si concessum est arbitrium potestati,quòd non teneatur stare ad syndicatum,q hoc casu videtur sibi remissa leuis culpa & leuissima,nõ autem dolus nec lata culpa.ita dixit Bal.in l. si seruus vetitus.ff. de leg.1. & ideo acceptantes officia diligẽter ad hoc aduertant,ne seipsos decipiant, quia in cauda officij stat venenum latens in syndicatu, & ideo dici solet,Omnis laus in fine canitur,&c.

DXCVI.

1 *Notarius si protocolum perdiderit, parte expeditionẽ instrumento requirente,qua ratione sibi prouideat.*

NOtarij quandoque ex imperitia,vel ex imprudẽtia, vel casu fortuito perdunt protocolum instrumenti, tunc quomodo succurratur parti volenti ipsum instrumentum,in quo dicas q notarius qui perdidit protocolum potest petere testes examinari super contentis in cõtractu,de quo fuit factum protocolum,quibus examinatis secundum eorũ dictum postea cõficiat protocolum, deinde extendat instrumentum, ita dixit Bar.in l.fi.ff.de tab.exhi.quem refert & sequitur Pau.de Cast.in l.prętor ait.in §.fi.ff. de edẽ. vbi dicit itud esse multum not.cum notarij sæpe recipiunt substãtiam instrumenti in vno folio,postea portant domum,& ponunt in libro,& quandoque perditur,& hoc ego alias vidi in facto.

DXCVII.

1 *Coitum contra naturam improbissimum & abominabilem vltra alia omnia vitia esse. Et quibus pœnis hoc facinus nefandum committens subijciatur.*

COitus contra naturam improbissimus , & abominabilis est vltra omnia alia vitia,& ideo committentes tale nefandissimum scelus puniuntur pœna mortis,vt est tex.in auth. vt non luxu.contra nat.ante fi. & ibi doct. & habetur in §.itẽ lex Iulia. Inst.de pub.iud.& in l.cum vir in fœminam.C.de adul.& in c.vt clericorum , de vita & honest. cler. in c.clerici.de excessib. prælat.& in c.flagitia,& in c.vsus naturalis.32.q.7. Et vltra pœnam mortis puniuntur etiam alijs pœnis , nam tales sunt infames,vt probat tex.& gl.in l.1.§.remouet.ff.de postulando. Et vltra has pœnas dicit Iacobus de Bello visu & Bar.in d.aut. vt non luxu. contra natu. quod condemnatus de Sodomia non poterit facere testamentum,& quod cõuictus post mortem de tali crimine eius testamentum declarabitur inualidum,ad quod alleg.Spe.in tit. de instrumen. edi.in §. compendiosè. versicu. 33. quæ omnia sunt notanda , licet ad ea minimè aduertant committentes tale scelus, sed ista proijciũt post terga contra honorẽ & aĩas eorum , vt hodiernis temporibus faciunt delinquentes.

DXCVIII.

1 *Causa iusta in pleriſque casibus quem & à pœna,& obligatione excusare,non tamen à conuentionali excusat nu.2.*

IVsta causa in pluribus casibus excusat quem à pœna, & ab obligatione,vt satis latè dixi in l.patre vel marito.in 4.& 5.col.ff.de quæst.& in singulari meo 231.inc.iusta causa, &c. & etiam circa hanc materiam plura ponit Ias.in l.Barbarius.num.16.& ibi per duas col.ff.de officio prætor,de quo dixi supra in sing.231.inc. iusta causa. Sed
2 scias tamen , q iusta causa non excusat aliquem à pœna conuentionali.ita not. dixit Bal. in l.non solum.ff.de rei vendicatione,& in l.quod te.ff. si certum petatur.quem refert & sequitur Alex.in consi.suo 43. inci.quia subtiliter,&c.in pen.col.in 6.vol.& in eo.vol.in consi.135.inci. circa primum,nu.18.

DXCIX.

1 *Potestates ac iurisdictiones distinctas & separatas esse. Et ideo licet Papa sit supra ius positiuum, possitque illud tollere,& etiam ius alteri quæsitum,quod iure canonico accipiẽdum est, secus tamen est ciuili iure, quod non inducens peccatum tollere non potest.*

2 *Papa licet solus sine causa contra legem positiuam dispensare possit, si tamen lex positiua in se rationem diuinam vel naturalem habeat, qualis est lex positiua pluralitatem beneficiorum prohibens,non idem poterit.*

1 POtestates & iurisdictiones sunt distinctæ & separatę, vt habetur in auth.quomodo oportepisco.in princ.in c.nouit.de iud.& in ca.per venerabilem,qui fi.finit legit. Et ideo scias q licet papa sit supra ius positiuum,& possit illud tollere,vt in c.proposuit,de concession.præben, & etiam ius alteri quæsitum,vt not.glo.in c.ttatutum.de hære.lib.6.& in Spec.in titu.de leg.§.1.ver.habet etiam. intellige tamen hoc esse verum & habere locum in iure canonico, quia est supra ius canonicum , sed secus est in iure ciuili,quia non potest tollere ius ciuile non inducẽs peccatum.ita not.dixit Pau.de Cast.in consi.228.inc.præ suppositio sine præiudicio,&c.vbi subdit etiã q licet papa possit tollere ius quæsitum subditis.arg.eorũ quæ no. Inno.in cap.in nostra.de iniur.non tamen potest tollere ius quæsitum subditis.arg.eorum quę no.Inno.in cap.in nostra,de iniur. non tamen potest tollere ius quæsitum non subditis vt laicis,non solum per legem imperialem, sed nec si per ius canonicum,sicut econuerso non potest imperator tollere ius quæsitum ecclesiæ vel clericis per legem imperialem,vt no.Inn.in c.nouit.de iudic.ita for
2 maliter dicit Pau.de Cast.in d.consi.218.Sed tu vltra eũ circa materiã d.c.proposuit.adde q licet solus papa possit sine causa dispensare contra legem positiuam,ẽm Inn. in c.cum ad monasterium . circa me.de stat.regu.quẽ sequitur Abb.in c.at si clerici.in 6.col.de iud.hoc tamẽ fallit nisi lex positiua haberet in se aliquam rationem diuinam vel naturalem,prout est lex prohibens pluralitatem beneficiorũ.ita dixit Abb.in c.per tuas.in 11.col.de arb. & in c.per venerabilem.in princ.qui fil.sint legi.& in ca. de multa.in 4.col.de præb.& Bal.in l.rescripta.in fi.C.de prec.impe.offe.quos refert & sequitur do. Franc.de Curte in tract.suo feudorum.in 10.char.in 3.col.in ver. inci. secundo confirmo &c.Et an papa sine causa possit tollere seu dispensare contra ius positiuum, vide do. Fel.in c. postulasti.in 18.col.de rescrip.

DC.

1 *Materia cap.redintegranda.3.q.1. quanquam frequens,vtilis,lucrosa & quotidiana,à paucis tamen intellecta Cuius proponendæ formam hic vide & remissiue.*

Materia.



1 MAteria ca.redintegranda.3.q.1.& l.si colonj. C.de agri.& censsli.11.& c.sæpe.de restti.spo.est vtilis,lucrosa & multum quotidiana,& multum versatur in palatijs,& verè à paucis est pfectè intellecta.Circa quã sta tui tibi aliqua dicere quæ,vt puto,ab aliis non audiusti & maxime statui referre vnum iudicio meo sing.notandum in practica,videlicet,q ad hoc vt procedat iudiciũ in materia dictorum iurium,non sufficit generaliter dicere in libello,q libellans fuerit spolliatus sua possessione suæ rei,& sic generaliter allegare spoliationẽ, sed est necesse in ipso libello exprimere spãliter spẽm spoliationis,vt putà,q fuit spoliatus possessione rei suæ per furtũ vel per vim sibi illatam,vel q possessionẽ perdiderit ex aliqua alia causa iniusta alias gnaliter loquendo non procederet libellus,& reus absolueretur.ita sin.dixit Io.Au. in d.c.sæpe.de restit.spo.quem refert & sequitur do.Lan franc.de Oria.Brixi.in solenni sua repet.rubr.extra de cã poss.& propriet.in 4.col.in ver.est tñ sin.no. quod dictũ nõ memini me alibi vidisse,pro quo dicto iudicio meo facit te.in l.scire oportet.in §.scire aũt.ff.de excusa.tuto. in ver.sed oportet eum de specie remissionis testari &c. & faciunt optimè dicta per Ias.in l.1.in pen. & vlt. col.ff. si quis in ius voc.nõ ier.& facit q voluit Bar.in consi.suo 65.inci.Petrus Nicol. &c.in pen.col.in ver.ex his cõcludit &c.vbi dẽ,q ille qui vult dicere instrumentum simulatũ debet specialiter dicere speciem simulationis.vi dẽ tñ Phil.Dec.in consi.suo 136.inci.in causa reuerendi. circa med.vbi vĩ innuere cõtrarium,& vide quæ ego di xi in repet.mea c.redintegranda.3.q.1.in n.117.Et circa materiam d.c.redintegrãda & aliorum iurium suprà alle.si vis scire q remedium eorum habeat locũ,& cũ quibus personis,item an in eo requiratur litis cõtestatio, & an in eo requiratur mensis spoliationis,& an tale remedium cõpẽtat laicis.Item an tale remedium sit perpetuũ vide de oĩbus istis Alex.in consi.51.in 1.vol.q inci. viso & discusso &c.in prin.& in consi.225.incip. consideratis-in 4.col.& in consi.219.inc.circa processum. in 2.3. & 6.col. vbi ẽt ponit,an tale remedium competat malæ fidei possessori.Item circa materiã d.c. redintegranda.vi de Bar.in d.l.si coloni.& ibi Alex.& Ale.in consi.245.incip.ponderatis his &c.in vlt.col.& do.Fel.in c. veniens. in 6.col.versi.scias ẽt de testi.& Ale.in consi.99.inci.viso processu.in 5.vol.& in consi.93.incip.in causa & lite.& ibi in con.seq.& per Ang.in l.siue autem.§.si duob.ff.de pub.in 1.col.& Soc.in consi.266.incip.in causa.circa medi.& Alex.in consi.92.incip.viso.in vlt.col.in 5. volu.& Alex.in consi.311.incip.in causa mota.in princ.3.colum. Barba. & in consi.24.incip.clementissmum Deum. in 4. volu.Philip.Dec. in consil.191.incipi.in causa,quasi per totũ,& in con.57.in 1.& in vlt.col.& in cõs.252.inc.agitur causa.in 1.colum.& in consi.351.in pen.columm. & in consi.62.in causa quæ agitur.in 1.colum.& Soc. in cõsil.32.incip.in quæstione,in 3.volum.per totum. Alexã. in consi.33.incip.viso.in 1.col.in 6.vol.& in consil.103. incip.super eo.in princ.2.col.in 7.vol. & Lanfr.de Brix. in d.sua repeti.rub.de cau.possi.& proprie.vbi plura posit satis diffusè circa materiam d.c.redintegranda, & aliorum similium iurium.

CCCCCCI.

1 *Enormia eius natura sunt,vt statutorum & iuris communis dispositionem alterent. Vnde fit,vt vbi de crimine enormi probando agitur,testes ante litis contestationem,& parte non citata recipiantur.*

1 *Delicti enormitate iura transgredi fas est.*

1 IEnormia sunt talis naturæ & importantiæ,quod alterant dispositionem statutorum & iuris communis, vt voluit Innocen.& alii in c.1.de consti.& Bal.in l.quidcigo.in §.pœna grauior.in 4.col.ff. de his qui not. infa. & in c.1.in 6.col.qui feud.dare possi.& volunt do.in pluribus alijs locis quos ego retuli suprà,in sing.244. incip. scis,& in l.1.in princip.in 9.colum.ff.de quæstio,& in l.vnius.in §.cogniturũ .in 14.co.ver.& ratio prædictorũ eo.titu.Et ideo scias,q vbi tractatur de probando enormi crimine recipiuntur testes ante lit.conte.& parte nõ citata.ita dixit Arch.in c.1.de hom.in 6.quem sequitur ibi Gem.in §.fi.quos refert & sequitur Fel.in c. qm
2 frequenter.in prin.in pen.col.vt lite non conte.prot quibus facit regula illa cũ sua materia,videlicet q propter enormitatem delicti licitum est iura trãsgredi,de qua latè dixi in dictis locis. Et illud dictum Arch.& sequacium retuli etiam in rep.mea.l.de vnoquoque in 50.fallen.ff.de re iud.& in consi.meo 98.inter consilia ciuilia,quod inc. clementissi mi saluatoris &c.in pen.char.& vide quæ dixi suprà,in sing.244.& in fin.397.inc.arbitrium &c.& vi de omnino infra in singul. 565. incip.nisi me mea fallat memoria &c.vbi posui tria singularia dicta in hac materia enormitatis delictorum.

CCCCCII.

1 *Delinquentis pœnam subire non debet , qui non delinquit, quoniam pœna delinquentem,non alios sequitur.*

2 *Delictum si quis commisit,ob quod manus abscindi debeat, habeatq liberos plures infantes ne filii fame pereant relegari debet,aut pœna mitigari,ne filius præiudicetur.*

1 EXt delicto per aliquem commisso tertius non debet pati pœnam,quia pœna sequitur delinquentẽ & non alios,vt in l.sancimus. C.de pœnis,& hĩ in l.si hæredis seruus.§.fi.ff.de le.1.& dixi supra in sing.391.inc.pœna debet,& in sing.461.incip.pœna pro quo facit,quia nemo debet alterius odio prægrauari,vt in c.non debet.de re
2 gu.iur.in 6.cum similib.Et ideo teneas perpetuo menti sing.verbum,q si aliquis haberet plures filios & filias infantes,& deberet sibi abscindi manus,q hoc casu ne dicti filij fame pereant,q debebit relegari,aut pœna mitigari ne præiudicetur filiis.Ita sing.dixit Paris de Puteo in suo tract.syndic.in 73.char.in vlt.col.& ideo dixit &c. vbi refert se aliàs ita consuluisse in contingẽtia facti , & alle.in ar.quæ habent in l.1.ff.sol.matr.& in l.ad bestias. ff.de pẽn.Tene mẽti qa quoridie eueniri potest in facto.

CCCCCCIII.

1 *Præcedentia in clausula sequenti aduersatiua repetita esse intelligunt ur,hic exemplo docet.*

1 PRæcedentia repetita esse intelligũtur in aduersatiua exceptis illis quibus aduersatur expresse. Et ideo dixit fin. Bal.in l.omnes populi.in 11.colum.ff.de iusti.& iure,quod stante statuto quod stantibus masculis fœminæ ab intestato non succedant,condito vero testamento filiæ sunt contentæ quocunque relicto sibi facto,à patre,dicit hanc vltimam particulam propter illam aduersatiuam,verò,debere intelligi cum repetitione præcedẽtis qualitatis,s.stantibus masculis argu.gloss.in §. item lapilli.Institu.de rerum diuisio.quod dictum refert & sequitur Alexand.in l.si filius à patre.in antepenultima column.ff.de liber,& posthu.& eos refert & sequitur Phil. Dec.in c.at si clerici.in §.de adulteriis 1.col.extrà de iudiciis.vbi aliqua ponit de ista aduersatiua,vero, de quibus ibi per eum.

CCCCCCIIII.

1 *Notarius si quis de falso ex sua vera confessione damnatus sit,vel quia conuictus,nunquam deinceps instrumenta conficere poterit,secus si per contumaciam sit condemnatus.*

IN materia cõtumaciæ dixi tibi in operibus meis multa not.& singularia, & maximà in practica mea causarum criminalium,in §.postquam in pluribus numeris, vt ibi videre poteris,& suprà in sing.4.inc.quamuis &c. Nunc autem in eadem materia cõtumaciæ dico vnum
1 aliud satis not.& lucrosum,videlicet quod si vnus notarius condemnatus sit de fallo ex sua vera cõfessione, vel conuictus,nunquam amplius poterit instrumenta conficere,vt in authen.de tabellionibus.in §.fina.& no. Bar to,in l.eadem.§.1.ff.ad legem Iuliam repetundarum.Tamen si est damnatus per contumaciam,poterit ẽt conficere instrumenta.Ita not.dixit Bart.in l.si ideo.In princ.

.ff.de

.ff.de euictio.& Bal.in l.transigere.circa mediũ.C.de trã sactionibus quos refert & sequitur Ang.de Aret.in tractatu suo maleficiorum,in verbo qui iudex videns ꝙ in quisiti non comparent.in 4.char.ver.quæritur tamẽ &c. in 2.col.in fi.vide tamẽ Aug.Arimi.in addi.in 3.col.ver. adde Bal.in l.in exercendis &c.& vide in repet.mea l.de vnoquoque.in 37.col.circa princ.& quæ dixi supra ,in fing.272.incip.capias vnum &c.ff.de re iudica.& in practica mea in §.postquam.nũ.54.& in §.sequitur.nu. 20.

DCV.

*1 Proximiores & sanguine coniunctiores licet in successionib. admittantur,non tamen id regni successione locum habet, quandoquidem regnum in infinitum transit etiam ad centesimum vsque gradum,& vltra.*

1 IN successionibus licet admittãtur proximiores & magis coniuncti sangnine,vt habetur instituta de hæreditat.quæ ab intestato deferuntur.& C.de legi. hæredibus cum simi.tamen illud fallit in successione regni,quia regnum transit in infinitum vsque ad centesimum gradũ, & vltra,in tantum quod si moriatur Rex vel princeps alicuius regni,deficientibus agnatis suis vel cognatis, si reperitur vnus de sua familia seu de sua domo, ille debet succedere in regno.ita not.dixit Bal.& Aluar.in c.1.§.capitanei.de feudo guardiæ.quod dictum refert & sequitur Cæpol.in cautel.sua 96.incip.est dubium.& do.Phil. Dec.in l.certum.n.9.C.vnde legitimi.

DCVI.

*1 Testis non iuratus non probat,nec eius dictum quicquam operatur.Quod dic non habere locũ in personis dignitate praditis vtpote Cardinalibus,quorum licet dictum sine iuramento probationem non faciat,præsumptionem tamen inducit,inductosq; testes coadiuuat.nu.2.*

1 IN pluribus locis iam tibi dixi,ꝙ testis sine iuramento non probat,& eius dictũ nihil operatur,vt dixi suprà in fing.214.incip.ad validitatem,&c.& in alio fing. 434.incip.alias tibi dixi,&c.in quibus locis plura adduxi, materia iuramenti testis,& dixi etiam in repetitione mea lege finali.in trigesima secunda charta.C.de probatione. Sed nuper dico tibi vnum aliud videlicet quod
2 testis non iuratus non probat,quod hoc fallit in personis in dignitate cõstitutis,vt puta in Cardinalibus,nam licet dictum eorum sine iuramento non facit probationem,facit tamẽ præsumptionem,& coadiuuat testes inductos,ita dixit gl.fing.in c.cum olim essemus.in verbo fratrum.de priuileg.quam gl.ibi reputat sin.Ant.de Butri.& do.Alex. in consi.suo 180.inci.in causa anglorum in 3.col.in versi.solum fallit,&c.in 2.vo.Et pro dicta gl. optimè facit tex.& gl.in c.nobilissimum. 98.distinct. qd c.summè no.& plura dicunt docto.maximè Bal.in l.exẽplo.in fi.C.de probatio.& Ange.in l.quæcunque.§. fi. ff. de publica. Abb.in consi.18.incip.in causa & quæstione in 2.col.in 3.vol.& in consi.93.inci.in quæstione hæredum in 2.col.& Iason in repetitio.l.admonendi.in 77.colum.de iureiuran.& Decius in consi.402.incip.in causa in vltima colum.

DCVII.

*1 Vestem fericam quidam,vt ornatior nuptijs interesset, commodato accepit,eamq; cum redderetur,in multis deteriorem factam,noluit recipere dominus,reliquit commodatarius prę ostio domini præsentis & recusantis, intercepta est,cuius id periculo cedere debeat?*

1 SVperioribus annis vidi quæstionem vnam de facto, siquidam volens ire ad nuptias vt sumptuosè incederet, fecit sibi accommodare vnam vestem fericam,quæ vestis fuit valde deteriorata & deuastata ex pluribꝰ,quo stante ipse commodatarius dictam vestem portauit domino vt illam restitueret,sed dominus videns eam multum deterioratam noluit illam acceptare sine pretio deteriorationis.quod videṡ ipse commodatarius dictã vestem sine aliquo pretio dimisit super ostio domini prę sente ipso domino & testibus quæ vestis ex post fuit exportata & derobata, fuit dubitatum cuius periculo fuerat derobata? inuenit Paulum de Castr. ponentem hanc quæstionem in terminis in l.qui Stichum.ad finem.ff.de solut.vbi loquitur de equo commodato ad vecturã, qui fuit redditus deterioratus,& finaliter post plura adducta pro & contra,tenet ꝙ dns tenebatur rẽ acceptare & sine pretio deteriorationis,alias sibi imputet tale furtum. allegat gl.& Bar.ibi tenentes contrariũ.postea ipse ex aliquibus & iuribus & rõnibus tenet contrarium , de quo ibi latius per eũ.Tene mẽti,quia sæpe de facto cõtingit.

DCVIII.

*1 Vitam bonam,conditionem & famam magnopere in homine operari.Quo fit,vt testes de falso puniri nequeant , qui deponentes,dixerunt se illud ab homine bonæ famæ ac conditionis audiuisse.*

1 CVmulaui alias fortè sexaginta doctrinas,& iura circa illud,ꝙ in hoīe multum operatur bona vita,cõditio & fama,& hæc posui in l.1.in §.ad quæstionem. in 3. & 4.col.ff.de qõnib.in repet.mea l.fi.C.de probat.in 3.charta,& alium mirabilem effectum posui in practica mea
2 Auerolda.in §.diligenter.nu.196.Sed† vltra omnia quæ dixi in dictis locis,accipe etiã sing.verbum in dicta materia,videlicet,ꝙ non possunt puniri testes de falso, qui deposuerunt se scire illud ꝙ audiuerunt ab hoīe bonæ famæ & opinionis.ita sin.dixit Pet.de Anc.in consi. suo 23.incip.visa inquisitione formata contra Philippum de Mantua,in pen.col.quod dictum pro valdè not.refert & sequitur Ias.in l.1.n.8.ff.de eo per quem fac.erit quod dicit esse valde tenendum cõrdi.

DCIX.

*1 Dispositio c.quia frustra.extrà de vsur.& c.Michael. eo.tit. volens vsurariũ nõ audiri,nisi vsuris extortis restitutis, tam in Iudæis quam Christianis locũ habere intelligitur.*

ADuertas ad vnũ quæso,quod iudicio meo esset scribendũ literis aureis & in marmore ne deleretur, vi
1 delicet tu scis,† ꝙ dispositio c.quia frustra,extrà de vsuris.vult quod non audiatur vsurarius petens vsuras, nisi prius restituat vsuras extortas,quod & expressè vult tex. c.Michael.eo.tit.Sed potest dubitari,an dispositio dictorum iurium loquatur tm in Christianis vsurarijs,vel & extendatur ad Iudæos vsuriosꝫin quo dicas ꝙ ita comprehendit Iudæos vsurarios sicut Christianos vsurarios. ita fing.dixit Lauren.de Redul.in suo tracta.de vsur.quẽ posuit in c.consuluit in 146.q.quem refert & sequitur Io.de Ana.in c.quanto.in 3.col.eo.tit.de vsur.& Ias.in l.j. in 4.col.C.de edendo. Tene menti,quia est fing.verbum lucri plenum contra Iudæos hodiernos.

DCX.

*1 Patris filio propter benemerita donantis assertioni de ipsis,benemeritis non creditur,nisi huiusmodi benemerita plenè probentur.quod limita,vt hic nu.2.*

*3 Confessio per patrẽ factã,ꝙ à filijs suis pecuniam tanquam ad eos pertinentẽ habuerit,licet suspecta videatur,si tamẽ verisimile sit ex artificio filios pecuniam eã parasse,subsistet.*

1 NOn† tatur† assertioni patris donantis filio propter benemerita de ipsis benemeritis,nisi talia benemerita aliter plenè probentur,secundum glos. & doctor.in l.si donatione.C.de collatio.& Bart.in l.si fortè.ff.de Castrensi peculio.& habetur latè per Alexan.& alios in dicta l.si donatione.& ibi Decius in fin.4.colum. vbi plures adducit hoc firmantes,& postea ponit plures limitationes circa hoc,postea ibi in 7.colum.ponẽdo sextam
2 limitationem ponit not.verbum dicens,quòd† prædicta non procedunt quando essent præsumptiones & coniecturæ de assertis benemeritis à patre,quoniã tunc esset standum assertioni patris.allega.hoc voluisse Salicet.in l.mater.C.de contrahenda emptio.quem in simili refert & sequitur Alexan.in consilio 241.secundum ordinem meum,quod incip.consideratis his,&c.in prima colum. quod secundum ordinem aliorum est in consilio. 18.in tertio volu.& ibi Alexan,etiam alleg.Cyn.in l.1.in fi.C. de



de sacrosan.eccl.Et adducit ẽt Ang.in consi.153.inci. pa
3 ter emit domum pro se & filijs,&c.vbi concludit,† ꝙ licet confessio facta per patrem confitentẽ se habuisse pecuniam à filijs suis,tanquam ad eos pertinentem,sit suspecta,quia est prohibita donatio inter patrem & filium in potestate existentem.l.2.C.de inoffic.donatio.& l.donationes quas parẽtes . C.de donatio.inter virum & vxorem.& confessio facta inter personas inter quas est prohibita donatio est suspecta de fraude,vt habetur in l. cũ quis decedens.in §.Titia.ff.de leg.3.cum similibus. tm si tempore dictæ confessionis paternæ dicti filij erãt in ali quo eorum exercitio ita edocti,ꝙ verisimile est eos potuisse super lucrari ex eorum industria quantitatem , de qua in dicta confessione fit mentio,tunc sufficeret dicta cõfessio per no.per gl.Cy.& Bar.inl.cum oportet.C. de bo.q̃ libe.de quib.etiam latius per Alex.in dicto consili.

DCXI.

*1 Mulierum,quam virorum in pleriſque cõditionem meliorẽ: tamen in ferendo testimonio virorum potior est.Quod limita,nisi fœminæ pro reo, viri pro actore deponerent.n.2.*

*2 Fœmina in scriptura priuata si inscribere in testem non pot, masculus potest,in hocq; eius conditio deterior.Sed nec in causa feudali testis esse potest.nu.4.*

*3 Famina in feudo regulariter non succedit,nec procuratorem nec arbitrum aut iudicem agere potest.*

*4 Mulier,quæ officia per se gerere non potest,nec per aliam gerat per sonam.Item si masculus ac fœmina simul sint patroni,discordẽtq; in præsentando,præsentatus à masculo præsentato à fœmina præferetur.*

1 ADduxi tibi suprà in fing.247.inc.conditio† mulierũ. plures casus,in quibus cõditio mulierum est melioris conditionis, quam conditio masculorum. Nunc autẽ econtra volo tibi dare aliquos casus in quibus conditio mulierum est deterior conditione masculorum.Scias ergo,ꝙ in testimonio ferendo prefertur testimonium masculi testimonio fœminæ,vt in c.forus.& ibi Abb.de verborum significe.& habetur in l.1.ff.de senat.& in l.fi.ff.de fide instru.& ibi not.Bal.in lectura Florentina,& Ludo. Ro.in rubric.de arbit.in 4.char.& voluit Ale.in consil. suo 236.inci.perspectis.in 6.vol.& Bal.in consi.suo 121.
2 incip.quis melius,&c.in 2.vol.quodtamen limitat, nisi mulieres deponerent pro reo,& masculi pro actore,qa tunc præfertur dictum fœminarum , vt voluit Belenzi. in dicto c.forus.& Fel.in c.qm̃.in vltimis verbis.de testibus.ad quod vide Corse.in not.suis.in verbo,testis.in sexto notab.& ibi in nono notab.de quo ego dixi in l.vnius
3 facinoris.§.in causa ad finem.ff.de qõibus.Item † in alio est deterior conditio fœminarum conditione masculorum,videlicet in scriptura priuata,in qua mulier nõ potest se inscribere in testem,vt põt masculus,vt est tex.in l.scripturas.in verbo,trium virorum.C.qui potio.in pigno.habean.quem tex.ibi ad hoc summè not.Bal.in fi.2.
4 col.Item fœmina† non põt esse testis in causa feudali secũdum Bal.per illum te.in c.1.quot testes sint necess.quẽ refert & sequitur Phil. Dec.in c.quoniam.nu.9.extra de
5 testib.Item† regulariter fœmina non succedit in feudo, vt habetur in c.1.§.hoc autem notandum.qui feud.dare poss.& in c.1.§.ad filias.de succes.frat.& in c.1.in titu.an muti vel aliter imperfect.& in c.1.de alie.feud.pater.de quo latius per Phil.Dec.in consi.suo 27.in 2.col.in fine. & in consil.85.in 3.column.& in consi.139.in prima columna.& per Alexand.in consi.97.in 6.volum.& per Decium in consi.259.incip. consultus.in fi.2.colum.& per Francis.Curtium in consil.59.incip .recolendæ memoriæ &c.in 7.colum.item fœmina non potest esse procurator,vt in l.fœminæ.ff.de procurat.& habetur in ca.cũ dilecta.de confirma.vti.vel inuti.vbi glo.dicit,quòd nec etiam potest esse arbiter,nec iudex,de quo latius ibi per
6 Phil.Dec.& illa officia quæ mulier per se facere non potest,non poterit etiam facere interpositam personam, l.non licet.ff.de contrahenda empti.l.neque. C.de hære dibus instituen.voluit Decius in l.1.nu.12.C.de edendo. Est & alius casus in quo mulier est deterioris conditionis quã vir, videlicet quia si duo sunt patroni masculus, & fœmina,& sint discordes in præsentando,tũc præsentatus à masculo,præfertur præsentato à fœmina. Ita dixit Bal.in l.1.ff.de senato,quod dictum refert & sequitur do.Io.Crotus de Monteferrato in tracta.suo de teste. in 3.char.nu.58.& ibi excellentissimus.I.V.Doctor,do.Pe. de Monchada olim filius & discipulus meus charissimꝰ qui sua eminentissima scientia totam Hispaniam decorauit,ꝙ dictum not.est inter alios casus in quibus conditio mulierũ est deterioris conditionis cõditione virorũ & ista addere poteris dictis p me in dicto sin.meo 248.

DCXII.

*1 Grauatus ex iudicis facto,perinde appellare potest,atq; si uerbis & sententia grauatus foret.*

ALiqui sunt iudices qui minus prudenter sibi persuadent per viam indirectam tollere appellationem parti offensæ vel grauatæ,& ideo nihil verbis proferũt,
1 sed partem compellunt de facto vt sibi placet.Sed† scias tñ tu,ꝙ tali casu pars grauata ex tali facto iudicis ita poterit appellare, sicut posset si verbis tulisset sententiam. Ita not.dixit Bal.in c.ex parte.M.in princ.2.col.extrà de appella.& allegat rationem,dicens ꝙ non minus est facere quam dicere.alleg.l.de quibus.§.fi.ff.de legib.quod est not.verbum ad obuiandum cautelis iudicum.

DCXIII.

*1 Litem nullam inter patrem ac filium consistere , nisi in filij peculio.*

*2 Et quid si pater bona sua propria dissipet,num filius aduersus patrẽ ad legitimæ assignationem agere queat? Et id quo remedio.*

1 CLarum & expeditum est in iure,† quòd nulla lis regulariter potest esse inter patrem & filium in potestate,vt est tex.in l.lis nulla.ff.de iudicijs.& in l.actiones. ff.de acti.& obligati.& habetur de materia in c.fi.§.fi.de iudic.libro 6.& in c.non est.extrà de spon.quæ regula tñ fallit in peculio filij,vt in† d.l.lis nulla.& fallit ẽt in aliquibus alijs casibus positis per gloss.& docto.in d.l.lis nulla, & in dictis iuribus superius allegatis.Sed vltra gl.& doc. ibi ponit alium casum,seu aliam fallentiam quidam excellẽtissimus doctor do.Iacobinus de san. Giorgio Tau
2 rinensis,vt puto,in d.l.is nulla.nam† dicit , ꝙ licet nulla lis possit esse inter patrem & filium in potestate, tamen si pater dissipat bona sua propria,tunc filius potest implorare officium iudicis contra patrem, & petere vt sibi assignet legitimam,vel tot bona ex quibus possit alimẽta percipere.ad quod alleg. Bal.in l.secunda.C.si quid in fraud.patron.quem ibi sequitur Paulus de Cast.& eum etiam sequitur Ludo.Roman.in l.2.§.quod si in patris. ff.solut.matrimonio.& tu vltra dictum do.Iacob.in hac materia vide Baldum in l.Imperator.ff.ad Trebellianũ & in l.non potest.ff.de adoption.& vide Paulum de Castro,& Ale.in dicta l.Imperator.ff.ad Trebellia. & pro dicta limitatio,faciunt optimè dicta per Ioann. de Imola.in l.si constante.in 5.& 6.column.ff.soluto matrimonio.quem vide.

ADDITIO.

Adde Roma.sing.621.de iure ciuil.& ibi addit.

DCXIIII.

*1 Incontinẽti facta inesse videri,vnde post perfectã venditionẽ licet oẽ periculum circa rem venditam contingens ad emptorem pertineat.si tamen aliqualis ano tempore venditionis ac perfecta vendstione , vitiũ ac infirmitas superueniat, tũc nihil obstãte vẽditionis perfectione,vẽditor tenebitur.*

1 VVlgata† est regula iuris,ꝙ ea quæ in continenti fiũt videntur inesse vt dicit text.in l.lecta.ver.dicebam .ff.si certum petatur.& in l.petens.vbi per gl.& scriben. C.de pact.per quam regulam plura singularia dixi Ias. in l.edita.in 5.colu.versi.ego teneo.C.de edendo. & ego plura etiam dixi in l.2.in vlti.colum.C.de fica.Sed vnũ aliud

aliud nuperrimè tibi dico circa eãdem materiam, quod est porro not. videlicet ꝙ licet post perfectam venditionem oẽ periculum seu damnum circa rem venditã eueniens spectet ad emptorem, vt in l. 1. C. de peric. & com mo. rei vend. cum concor. ibi in gl. positis. & habetur in in l. 1. ff. eo. & in l. necessariò. & in l. si in venditione. §. 1. & in l. si vendita. eo. tit. & in l. ꝙ sæpe. §. in his. ff. de contrahen. emp. cum simi. attamen si vendo tibi animal sanum tempore venditionis, si tamen completa & perfecta venditione incontinenti superueniat vitium vel infirmitas, tunc venditor tenetur non obstante ꝙ contractus in totum esset perfectus per illam regulam, quæ incontinenti fiunt &c. Ita sing. dixit Cy. in l. 1. in fi. de edil. actio. quod dictum non memini me alibi legisse, per qđ poteris limitare iura superius allegata &c.

## DCXV.

*1 Necessitatẽ domini domus locationẽ ipsius infringere adeo ut conductori eã auferre queat. Sed an ex necessitate quoque conductori superueniente, possit & ipse domum impune deserere, vt natura correlatiuorum locum habere videatur? num. 2.*

1 NEcessitas, †vt scis, superueniens domino & locatori domus, rumpit locationem ipsius domus, adeò ꝙ ipse dominus locator potest auferre domũ tali casu necessitatis superuenientis ipsi conductori. te. est expressus in l. ædem. in verbo, necessariã. & ibi per omnes. C. loca. Sed scias tu, ꝙ eodem modo necessitas superueniens conductori operatur vt rupta sit cõductio, quia tali casu necessitatis superuenientis ipse conductor poterit relaxare domum cõductã impunè. Ita multum no. dixit Raph. Ful. 2 in l. si in l. in §. si domus. ff. loca. vbi †ponit exẽplum, dicẽs ꝙ ex causa superuenientis pestis scholaris deserens domum conductã, non tenetur ad solutionem pensionis, qa sicut dñs põt expellere inquilinũ, ita ecõtra inquilinus põt ex necessitate discedere, & relinquere domũ conductam. arg. l. sancimus. C. de episc. & cler. & pestis est causa necessaria, quia agitur de salute corporis animati. Et licet ipse Rapha. vbi supra dicat hoc, non determinat, cũ hoc tunc de facto penderet, tamen ita potest concludi & determinari maxime propter naturam correlatiuorum quæ est vt dispositum in vno ex correlatiuis habeat locum in alio, vt in iuribus vulgaribus. Et ex istis poteris addere ampliationem ad d. l. ædem. C. locati.

## DCXVI.

*1 Iudices partibus, vel alteri tantum agendi, vel de iure suo docendi terminum constituere solent, sed primi termini lapsus, eum cui constitutus est, in mora non cõstituit ita, vt agere, aut de iure suo docere nequeat, quin in hoc bina est iudicis monitio necessaria.*

1 SOlent †sæpe iudicens patribus, vel vni parti tñ, præfigere terminũ agẽdi, vel docendi de iure suo, vt videmus quotidie fieri in iudicijs. Sed scias tu & pro regula habeas, ꝙ ille cui fit talis monitio per iudicem, non cõstituit in mora ꝑ lapsum primi termini. & nisi bina monitio iudicis ad hoc interueniat, non constituitur in mora, adeo ꝙ non possit postea agere & docere de iure suo. ita no. dixit Ang. in §. si quis aũt non implens in auth. de hæred. & fal. quã doctrinã refert & sequit Ang. de Aret. & ea facit festum in tracta. maleficiorũ, in verbo, necnõ ad querelam, in 11. char. in 1. col. in ver. quæro an iudex & cætera. in fi. & illã doctrinã ẽt refert & sequitur Alex. in consi. suo 108. inci. viso themate, & diligenter consideratis verbis &c. in fi. in 1. vol. & Ias. in repe. l. rem quæ nobis in vltimis verbis. ff. de acq. poss. vbi pro hac doctrina ipse adducit tex. in l. impuberib. in §. fi. de suspect. tut. & te. in §. si quis aũt pro redemptione. in auth. de ecclesia. tit. & dr ꝙ Ale. sibi contrarius vr tenere contrariũ in l. fi. in 1. col. ff. de ferijs. & dr, ꝙ ẽt Lud. Ro. in l. quandiu. in §. 1. ff. de acq. hære. multis rõnib. conatur dãnare dictã regulam seu doctrinã Ang. dicens tñ ꝙ in qõne de facto dum esset aduocatus non potuit tñ clamare, ꝙ iudex voluerit in iudicando ab illa regula recedere, & dr Ias. ꝙ ille te. bene facit, & sic approbat dictã doctrinam. Sed vltra Iaso. scias tu, ꝙ eandem doctrinam posuit idẽ Ange. in auth. de eccle. ti. in §. si quis autem pro redemptione. in fi. de qua doctrina vide etiam do. Au. de Arim. in additio. d. ver. quæro an iudex. & vide quæ ego dixi suprà in sing. 283. incip. lapsus termini &c. & do. Fran. de Are. in l. quandiu. in 8. col. in fi. ff. de acqui. hære.

## DCXVII.

*1 Inhabilis concurrens, aut adiũctus habilis priuilegio gaudet.*
*2 Sententia lata ex falsa causa in iure consistẽte licet nullã reddatur; nisi tamen ex duabus causis quarum vna vera sit altera falsa, lata fuerit, sustinebitur ex causa vera. nu. 3.*
*4 Promissionem ob turpem causam factam non valere, nisi cũ turpis alteri causæ non turpi accumulata sit. Nam tunc alterius causæ adiunctio promissionem subsistere facit.*

1 MEmor †existo me aliàs plura & plura singularia dixisse in repetio. mea rub. ff. de fideiuss. in 66. & 67. col. circa illam materiã, ꝙ inhabilis concurrens, vel adiũctus cũ habili gaudet priuilegio ipsius habilis de quo ẽt dixi in sing. meo 180. inci. plura & plura &c. & in l. de minore. in §. tormenta. in prin. 3. col. ff. de qõ. ad quã materiam vltra ea q̃ adduxi in dictis locis, faciunt optimè dicta per Soc. in consi. suo 130. incip. visa contingentia. in vlt. col. in 1. vol. & per do. Nellum in tract. bannito. in 1. parte 3. tpis. q. 16. & per Bal. in c. 1. in vlt. col. ver. vlt. extra quæritur. de contrauer. feu. apud pares termi. & per Ias. in l. 1. in prin. C. de transact. & per Alex. in consi. 159. inci. in causa inquisitionis. in 2. col. in 6. vol. & in consil. 2 469. incip. viso puncto. in fi. 5. col. Sed †vltra oĩa quę dixi in dictis locis circa hanc materiam teneas menti vnum aliud notabile videlicet ꝙ licet sententia lata ex falsa cã in iure consistente reddatur nulla, vt in l. qui testamento. ff. de excusa. tuto. & ibi Bar. Bal. & Ang. & not. in c. sicut & in c. inter cæteras, de re iudi. & not. Abb. in ca. 1. in 3. col. eodem tit. & tradunt scrib. in l. qui Romæ. in §. duo fratres. ff. de verborũ obligat. & in l. 2. C qñ prouoc. non est necess. attamẽ si sentẽtia lata sit ex duabus causis quarum vna erat vera alia falsa, sustentabitur sñia ex causa, quæ erat vera, licet vbi vna tñ fuisset expressa, sñia esset nulla. Ita sing. dixit Inno. in c. in præsentia. de renun. alle. in arg. id quod debetur in c. Abbate. de verb. significati. ꝙ dictum refert & sequitur Ale. in consi. suo 113. incip. perspectis his. in pen. col. in 6. vol. vbi dicit ꝙ idem dixit Io. And. in c. cum inter. de re iudica. & dr, ꝙ communiter doct. sequuntur eos in dictis locis. pro do. Ale. in dicto cõsi. dr ꝙ bene facit te. in c. per tuas. qui filij sint legi. 3 Per quem ibi ponderat do. Ant. probari, †ꝙ si iudex mouetur ex duabus causis ad ferendam sententiam, quarũ vna facit ad causam, alia non, quod sustinetur sententia ex ea, quæ facit ad causam, vbi alias redderetur nulla, si vna tantum non faciens ad causam fuisset expressa. cap. ex parte. & ca. dilectus. de concess. præben. & dicit, quod ita etiam dicit do. Anto. in c. ab excommunicato. de rescrip. & Abb. in cap. sicut. de re iudica. & in dicto cap. ex parte. & Ioann. de Imol. in l. si is ad quem. ff. de acquirenda hæredita. & dicit domi. Alexand. in dicto consi. quòd pro istis etiam bene facit quod not. gloss. fina. in l. penul. C. si ex falsis instrumen. & quod notat Iacob. Butriga. in l. 1. §. ignominiæ. ff. de iis qui notan. infami. Item ad confirmationem prædictorum adducit etiam do. Alexand. quod no. Iac. de Rauen. de Ray. in l. si ex plagii. ff. de ver 4 bor. oblig. vbi †limitando illam legem volentem, quod promissio facta ob turpem causam non valeat, procedit nisi illa causa turpis esset accumulata alteri causæ non turpi, quia tunc promissio non vitiabitur propter accumulationem alterius causæ, & dicit. quòd hoc sequitur Ioan. de Imol. in dicta l. si ex plagij. vbi etiam pro hoc allegat illud dictum Innocentii in dicto capitu. in præsentia. & dicit illud esse singular. & communiter incognitum legistis. Ita residet Alex. in dicto consi. quæ omnia sunt not. quia quandoque contingunt de facto, de quo etiam vide per do. Io. Crotum in repeti. l. qui Romæ. §. duo fratres. in 24. col. ff. de verb. oblig.



## DCXVIII.

*1 Testium variatio, aut singularitas non circa negotium principale, sed circa accessoria, non consideratur, sed nec testis dictum inualidum reddit,*
*2 Et limitabis in testib. nõ suspectis vlla ratione, vel causa.*
*3 Testes interrogati, quale biretum contractus tempore contrahentes haberent, vnusq; dicat nigrum, alius rubeum, quasi contrarii non probant.*
*4 Testis varietas licet circa principale factum non sit, sed circa accessoria, nihilosecius ob id minus testi est credẽdum.*

1 QVando †variatio seu singularitas testium non est circa negotium principale, sed circa aliqua accessoria, non attenditur, nec inualidat dictum testis, quia illa consideratur quando est in facto principali & non in accessorijs, ſm Bar. in l. eos. ff. de fal. & Spe. in tit. de teste. §. 1. ver. item quod de suo & Ange. in consi. 274. incip. ex themate. in 7. co. & Bal. in l. de quibus. in pen. co. in ver. dictũ est de singularitate. ff. de legi. & Bal & Sal. in l. pen. circa fi. ver. itẽ hæc vera. C. de transa. de quo ꝑ do. Phil. Dec. in cõsi. suo 100. inc. in cã inquisitionis. in 3. col. & in consi. 105 in 3. co. in con. 342. inc. in causa partus &c. in 2. co. Li 2 mita †tamen prædicta, & dicas illa procedere, & locum habere in testib. nõ suspectis aliqua ratione vel causa, qa si tales sunt varij ẽt super accessorijs non probant. Ita sin. dixit Alex. in consi. suo 154. inc. viso themate. in 2. col. in 5. volu. vbi ad hoc alleg. Spe. tit. de teste. in §. iam de inter rogatoriis. ver. & not. & Azo in summa. C. de testibus. in pen. col. Pro quibus secundum eum facit gl. in c. cum causam. quæ inter archiepiscopum. in verbo, tpe. de testi. & Bal. ibi, & gl. in auth. de teste. in §. & licet. in verbo, cau-3 sam. & not. per Bal in l. testium. in 6. col. C. de testi. Et †iõ dr Ale. in d. consil. ꝙ si testes suspecti interrogantur, ꝙ biretum habebãt in capite cõtrahentes tpe celebrati cõtractus, & vnus dicat ꝙ habebant biretum nigrum, alius vero dr ꝙ habebant biretum rubeum, ꝙ tales testes non probant, licet contrarietas eorum non sit circa factum principale, sed circa circunstantias. quod est summè notandum, quia sæpissimè contingit in facto. de quo ẽt pulchrè. per do. Phil. Dec. in c. licet causam. in n. 14. de prob. Et ad prædicta vide Bal. in Margarita sua, in litera T. in 6. col. in vlt. ver. & gl. in l. ob carmen. circa prin. in ver. assistit. ff. de testi. vbi glo. loquitur de testibus examinatis contra Susannã, qui fuerunt varii in circunstantiis & nõ in facto principali, tñ quia erant suspecti, fuerunt reprobati, & merito lapidati. & vide Inno. in c. cum causam. in 4 gl. in verbo, tpe. de testib. Itẽ †scias, & pro primo teneas menti, ꝙ licet varietas testis non sit circa factum principale, sed sit circa accessoria, tñ minus est credendum tali testi secundum Bal. in l si ex falsis. in vlt. col. C de transac. quem refert & sequitur Phil. Dec. in consi. 105. in 6. col.

## DCXIX.

*1 Calamitas emergẽs nouum exposcit auxilium nouumq; suffragium, superueniensq; facultatum deficientiam, iustam onerum causam deminutionis inducit.*
*2 Obidq; tributorũ exactor faculatẽ habet, boni viri arbitrio vel tributũ dimittere, vel diminuere, ei cuius patrimoniũ furente furtuna collapsum est.*

1 EMergens †calamitas nouum exposcit auxilium & nouum suffragiuum. ar. l. de ætate. in §. ex causa. ff. de interrog. act. & in l. si hoĩem. ff. manda. & ar. eorum quæ habentur in c. pen. de cleri. non resi. & in ca. suggestum. de decimis. & in l. ex facto. ff. de vulga. & pup. pro quibus faciũt plura singularia adducta per incõparabilẽ iuris fontem do. Phil. Dec. in consi. suo 335. inci. viso &c. in 2. col. & per me in sing. meo 142. inci. cautum est, & in alio sin. meo 233. inci. quæ de nono emergunt &c. & per Dyn. in consi. 20. inci. super qõne &c. quem refert & sequitur do. Flo. in c. quædam mulier. in 3. col. ff. fami. ercis. & superueniens deficientia facultatum iustã inducit causam diminutionis onerũ. Ita dr tex. in l. cura. in §. deficientium. ff. de iur. immu. Et †ideo exactor tributorum habet facultatem arbitrio boni viri dimittere vel diminuere tributum ei, cuius patrimoniũ aduersa fortuna collapsum est. Ita dixit Ludo. Ro. in consi. suo 369. inci. circa primũ. in 8. co. vbi dr, ꝙ de hoc est gl. fin. in l. oẽs. 1. C. de anno. & trib. lib. 10. quam gl. ibi ad hoc no. Barb. Bal. Ang. & Io. de platea. & Alex. in apostil. ad Bar. vbi plura adducit in materia paupertatis. De qua materia paupertatis dixi ego plura in l. 1. in §. præterea. in 18. & 19. col. ff. de qõ. & aliqua ẽt dixit Ang. in addi. ad Bar. in l. illud. eo. ti. de anno. & tribu. & ad principale dictum superius vide supra in sing. 241. incip. non debet addi afflicto &c.

## DCXX.

*1 Causam possessorii parui pͥudicii esse ita licet res maximi sit valoris, si tamẽ de possessione tãtũ agatur, cã minima cẽsetur. in eaq; semiplenæ probationes sufficiũt, quinetiã stante semiplena probatione iuramentum de ferri potest. num. 2. 3. & 4.*

1 CAusa †possessorii dr causa parui præiudicii, adeò ꝙ licet res sit magni valoris, tñ si de possessione tñ litigatur cã dr minima ſm Bar. in l. admonendi. in pen. col. de iure iur. & do. Ant. in c. fi. in 7. col. de iureiu. Bar. in l. 2. ff. de ape. rec. & in l. 1. ff. quorũ bono. & Mat. in no. suo 3. inc. no. in iudicijs possessoriis &c. & Bar. in l. fi. C. vbi in rẽ actio. & voluit do. Phil. Dec. in consi. suo 28. inci. diligenter cõsideratis. in 2. col. & in consi. 56. inc. in causa appellatio-2 nis. in 1. col. Et †in tali iudicio possessorio semiplenæ probationes sufficiunt ſm Bar. in d. l. 1. in 2. col. C. quorum bon. & in l. 2. §. fi. in prin. C. vbi in rem act. & Matt. in d. no. suo 3. & voluit Phil. in d. consi. suo 66. & plenius per Alex. in consi. suo 103. inc. super eo. in 1. col. in 7. vol. & 3 in consi. suo 107. inci. viso processu. in vlt. col. in 2. vol. Et †ideo scias, quòd in causa possessorii stante semiplena ꝓbatione, cum nõ dicatur causa magna, vt dixi. poterit deferri iuramentũ in supplementũ probationis. Ita no. dixit Ale. in consi. suo 91. incip. in causa & lite vertente. in 1. col. in vol. 5. vbi †ẽt dr, quòd quando est semiplenè probatum & actor à principio petiit sibi ius & iustitiam ministrari, ꝙ tunc iudex ẽt absque alia petitione partis poterit deferre iuramentum in supplementum probationis. Ita ſm eum dixit Abb. in c. si in fi. de iureiu. quod dictum refert & sequitur Dec. in consi. 252. inci. agitur cã. in 1. col. post med. & idem etiã dixit Lanfran. de Oriano Brix. in sua rep. l. admonendi. ff. de iureiu. in vlti. verbis.

## DCXXI.

*1 Testiũ rõnẽ redditã magni sanè effectus, idq; adeo vt testib. ẽt nõ interrogatis rõnem dicti reddentib. bonã, quam rationem bonam non reddentibus, ipsisq; præferentur. nu. 2.*
*3 Testes de rei valore deponẽtes, nisi rõnẽ reddant nõ probãt. Nec dictum non reddẽtis rationem, dictũ testis reddentis debilitat, adeo, vt iuramẽtum suppletorium nõ deferatur.*
*4 Testibus in criminalibus rationem dicti sui non reddẽtibus, etiam si in hoc interrogati non sint, non creditur.*
*5 Testes instrumẽtarij, vel ẽt alii contra instrumẽtum deponẽtes, nisi dicti sui rationem reddant, etiam non interrogati instrumento nullum afferunt præiudicium.*

1 MAgnæ importantiæ & operationis in testibus est ratio per eos reddita seu assignata, nam illa est quæ restringit, declarat, vel ampliat dictũ eorũ, ſm Bal. in l. conuenticulã. in antepe. col. C. de episc. & cler. in ver. modo venio ad testes, &c. & in l. data opera. in 18. col. C. qui accusa. non pos. vbi allegat no. per gl. j. in §. hoc interdictũ. ff. de fonte. & volunt Ino. & alii, in c. cum causam quæ inter. de testa. pro quo facit tex. in l. cum pater. in §. dulcissimis. ff. de le. 1. & hr per cano. in c. quoties. de test. & per scri. in l. 3. C. de test. & voluit Alex. in consi. suo 20. incip. viso processu causæ in pen. col. in 2. vo. & ibi in consi. 24. inci. aĩaduersis in 9. col & in eo. vol. in consi. 80. inci. examinato processu. in 3. col. & voluit Soc. in consi. 13. inc. in signis

signis docto.in 3.col.in 4.vol.& ibi in consi.56.inci.viso processu.in pen.col.& Bal.in Margarita sua, in litera L.
2 in 10.col.in j.ver. inc.testis si testificatur sup his. Et ma gis creditur testibus reddentibus bonā rōnem dicti, sui ēt non interrogati, quam testibus non reddentibus bonā rōnem dicti sui,& illis præferentur, ℓm Iaco.de Are,quē refert & sequitur Bal.in l.presbyteri.ad fi.C.de episc. & cler. & in c.1.§.sacramentum.de consue.recti seu quos refert & sequitur Ale.in consi.148.inc.excellentissimè do.
vicarie.in 1.col.in 2.vol.Et circa hanc materiam reddi-
tionis rōnis fiendæ per testem,tene menti aliqua mihi
3 nunc occurrentia,& ꝓ primo ꝙ testes deponentes de va lore rei non probant nisi reddant rōnem dicti sui.Ita di xit do.Fel.in c.cum causam.in 2.col.de testi.vbi allegat plures.docto.hoc tenentes,ad quē me refero,& idem di xit do Lanfran.Brixien.in repe.ca. qm̃ contra falsam. in 56.col.de proba.Secundò scias,ꝙ testis non reddens rō nem dicti sui,non debilitat dictum testis reddentis rōnē dicti sui,adeò,ꝙ non possit deferri iuramentū in supple mentum probationis ei,qui producit illum testem red-
dentem rōnem dicti sui.Ita not.dē Bal.in l.de quibus.in pen.col.ff.de.leg.quem refert & sequitur do.Fel.in c.cū causam.in 6.col.ver.fallit quarto de testa.de quo ēt dixi in sing.meo 197.inci.quo ad hoc,&c.& in l.proprietatis
4 .C.de proba.& in practica mea causarum cri.in §.diligē ter.nu.4. Tertiò scias ēt,ꝙ in causis criminalibus nō cre ditur testibus,nisi reddant rōnem dicti sui ēt non inter-
rogati.Ita sing,dixit Sal.in l.fi.C.de proba.quem refert, & sequit Ale.in cōsi.15.inci.viso processu inquisitiōnis. in 8.col.in 1.vol.& volui. Ias.in repe.sua l. admonendi. in 99.col.ff.de iureiuran.ꝙ in l.ait prætor.nu.21.ff.eo.ti. & Phil.Dec.in consi.suo 36.incip.in causa.in 3. col. & in c.veniens.nu.13.de quo ēt ego dixi in practica mea cau-
cri.§.diligenter.nu.31.vbi ampliaui hoc dictum. & dixi
5 infrà,i fin.658.inc.testis,vbi hoc limitabi.Quartoꝰ scias ꝙ in casu quo testes instrumētarij vel non instrumenta rij deponentes contra instrumētum præiudicent ipsi in-
strumento,requiritur,ꝙ reddant rōnem dicti sui etiam non interrogati,alias dictum eorum non præiudicat in strumento.Ita not.dixit Bal.in l. presbyteri.fin vlti. col. C.de episc.& cler.quem refert & sequitur do. Lāfran. de Oria.Brix.in repe.sua l.admonendi.in 15.col.ff. de iure-
iuran.vbi dē,quod istud fuit dictum Jaco.But.in qō.sua incip.quæstio talis est,quidam petijt à Titio, &c. quam alle.Bal.in d. l.presbyteri,& illud dictum Bal.in dicta l. presbyteri.etiam refert & sequitur Ale.in consi.suo 56. incip.viso processu.in 4.col.in 2.vol.de quibus etiam vi de Ias.in l.cum hi.§.vult igitur.in 2.& 3.col.ff.de transa. & vide omnino quæ dixi infrà in sing.644.incip.tradidit tibi,&c.Tene menti prædicta,quia faciēt tibi honorem & vtilitatem tempore opportuno.

DCXXII.

1 *Ecclesia priuilegia penè infinita, sed hoc vnum inter reliqua habet quòd exceptionem non numeratæ pecuniæ perpetuo opponere possit,nec illi vllum in hoc currit tempus.*

1 PRiuilegia ecclesiæ plura sunt, &, vt ita dixerim quasi numero infinita,& multa ponit Ludo.Roma.in repe ti.authen.similiter.C.ad legem Falci.Sed inter alia priui legia quæ habet ipsa ecclesia,habet vnum maximæ im portantiæ non omnibus cognitum,quod est, tu scis, qđ transacto biennio exceptio non numeratæ pecuniæ op poni non potest,vt est te.in l.in contractibus. C. de non numerata pecunia. tamen ipsa potest perpetuo oppone re talē exceptionem nō numeratæ pecuniæ,nec sibi cur rit aliquod tempus ad eam opponendam. Ita sing. dixit Bal.in authent.hoc ius porrectum.in quarta columna. C.de sacrosanct.eccle.quem refert & sequitur Lud.Ro-
ma.in dicta authen.similiter in 16.column.ver.septima & cætera.C.ad legem Falci.& idem voluit Ang.in consi. suo 245.inci.quia omne datum,&c.in secunda col.quē refert & sequit Lud.Bologni.in additionib.suis ad consi lia Io.de Ana. in consi.97.incipiū causa,&c.post prin.il lius additio.& idem tenuit Cardi.in clemen.1.in 9.q.de resti.in integr.Et licet contrarium teneat Spec.in tit.de in integ.restitu.in §.2.in ver.hoc aūt.tñ Io.And.in addit. & in c.fi.extrà de solutio.eum reprobat,& ad hoc ēt alle gat Host.de quo latius per eum in dicto c.fi.de solutio.

DCXXIII.

1 *Attestationibus publicatis,super vsdē articulis testes produci aut examinari non posse,ēt si testes solum de veritate dicenda iurauerunt,nec examinati fuerint.*

1 EXt.dispositione iuris cautum est,quod publicatis at testationibus non possunt vlterius examinari testes super eisdem capitulis,vt in cle.testibus,de testib,& vo-
lunt docto.post gl.in c.per tuas eo.tit.& docto.in c. fra-
ternitatis.eo.tit.cum simi.Sed tu amplia dicta iura,& di cas hoc habere locum non solum si testes sint examina-
ti,sed etiam si non sunt examinati, sed solum iurarunt de veritate dicenda in manu iudicis.Ita not.dixit Innoc. in dicto c.fraternitatis.de test.in versi.idem dicunt si te-
stes iurauerint &c.quod dictum proualde not.refert & sequitur Ang.in consi.suo 155.incip.in quæstione alias in hac quæstione &c.in 1.co.vbi videas.tene menti quia pauci sunt qui ad hoc animaduertunt.

DCXXIIII.

1 *Actus factus die in honorem Dei feriato,licet efficax sit,iuramentum eodem die præstitum non valet.*
2 *Et quid de ciuitatis rectore,officij sui possessionem capessente,ac vt moris est eodem die iurante?*

1 ADuerte quæso ad vnum,ad quod rarissimi aduertūt videlicet ꝙ licet actus factus die feriato in honorē Dei valeat.attamen iuramentum præstitum die feriato non valet te.est in c.j.extrà de ferijs.Ex quo te.dixi, not. verbum do.Lanfranc. de Oriano Brixien. in repetitio.
2 c.quoniam contra falsam. in 9.col.de probatio.ꝙ vbi rector ciuitatis ingreditur officium suum in die feriato, & iurat seruare statuta vt moris est,tale iuramentum nō valet,& ille tanquam non iurauerit poterit contraueni-
re,quod est summè not.attēto quòd sæpius & quasi sem per officiales intrant officium suum die feriato, & illo die iurant seruare statuta,& hoc in facto vidi pluries in hac ciuitate Bononiæ mihi patria.

DCXXV.

1 *Positionibus respondere debens,si fuerit contumax, & ex formaiuris ac statutorum pro cōfesso habeatur si ante sententiam latam moriatur,an pœna ipsius in hæredem trāseat?*
2 *Libellus si ineptus,aut male ordinatus est,reus contumax in respondendo positionibus, pro confesso haberi non poterit.*

1 MAteria positionum vtilis est,quia sæpe releuat po-nentē ab onere probandi,vt quotidie videtur in iu dicijs,circa quam materiam positionum tene mēti duo singularia verba.Primum est quod si ille qui debebat re spondere positionibus,& fuit contumax,& habetur pro confesso ex forma iuris & statutorum, si talis moriatur ante sententiam latam, talis pœna nō transit in hæredē. Ita dixit singu.Bar.in l.eius qui delatorem.ff.de iure.fis. quod dictum pro valde notabili refert & sequitur dom. Lan fran.de Brixia,in repetitio.c.quoniā contra falsam. in 26.col.de probatio.Sed vltra eū dicas tu, quod idem voluit idem Barto.in l.2.in §.quod si actor.in final.C.de iuramen.calum.& in l.manifestæ.in fi.ff.de iureiur.Secū dum not.in hac materia est secundum do.Lanfran.in ꝓlo
2 co vbi supra vid elicet quod vbi libellus est ineptus vel male ordinatus, tunc dato quod reus fuerit contumax in respondendo positionibus,tamen non poterit habe-
ri pro cōfesso,quia cum iudicium sit nullum propter de fectum libelli non poterit sequi aliqua sententia valida. Ita secundum eum dixit Bal.in l.2.§.quod obseruari. C. de iuramen.calum.& ad primum dictum hic vide quæ dixi suprà,in sing.383.incip.vt nosti &c.

DCXXVI.

1 *Iracūdia calor plures iure effectus habet. Sed hoc vnū inter cætera*



*cætera efficit,vt si quis iracundia calore,verbum alicui iniurioſum dixerit,ac postea eum dicti peniteat, non ei nocebit, si modo talis est iniuria,quæ pœnitudine tollatur,secus si tolli non possit.nu.2.*

1 CAlor iracundiæ plura operatur,vt habetur in l.quic quid calore.ff.de reg.iur.& in l.3.ff.de diuor.& in l. 2. C. de rebus credi. & in hac materia caloris iracundiæ ponit plura singul.d.Ias.in l.si filiam tuam.C.de inof.test. & aliqua etiam dicit in materia Lud.Ro.in fing.suo 514. inci.volo commentare.& Baueria in 78.priuilegio iura-
menti,& habetur etiā per do. Fel.in c.cum te.in 4. col.de re iud.& per do.Franc.de Are.in consi.suo 80. inci. sicut
2 decet.in 1.& vlt.col. Et vltra dicta per oēs in dictis locis circa hanc materiam teneas menti not.verbum, videli cet ꝙ si aliquis calore iracundiæ dixisset aliquod verbū iniurioſum alicui,& ex post eum pœniteat, tale dictum non sibi nocebit, si iniuria est talis ꝙ possit reuocari per pœnitentiam,vt sunt verba iniuriosa, secus aūt si iniuria esset talis, quæ reuocari nec posset pœnitentia, vt si quis occidisset hominem, nam tūc non potest vllatenus reuo care etiam si feciſſet calore iracūdiæ. Ita sing.dicit Ang. in l.si non conuitij.C.de iniurijs, quod dictum pro sing. refert & sequitur do.Lanfr.de Oriano Brixien.in repe.c. quoniam cōtra falsam.in 27.col.post princ. de probatio. pro quo faciūt optimè quę ego dixi in l. is qui cum telo. nu.68.C.de sica. Tene menti pro adiuuāte amico dicēte iniuriam verbalem alicui, vt sæpe contingit, & ego hoc anno habui hoc in facto & obtinui.

DCXXVII.

1 *Confessionem absente parte factam de æquitate canonica probare plenè & confitenti nocere.*

MAteria confessionis factæ absente parte quando va-leat & qñ non, traditur per Bart. & alios in l. cer-tum.in §. si quis absente.ff.de confes.& l.fi.ff.de interrog. action.de qua materia plenius dixi supra in sing.202,inc. tu scis regulam &c.vbi adduxit plures casus, in quib.va-
1 let confessio facta absente parte.Et teneas menti vnum, de quo etiam ibi aliquid dixi,videlicet ꝙ confessio facta absente parte de æquitate canonica plene probat & no-cet cōfitēti,ita no.dixit do.Ant.in c.si cautio.de fide inst. quem ibi refert & sequitur Io. de Imo. quos refert & se-quitur do.Lanfr.de Oriano Brixien.in rep. c. qm̃ contra falsam.de prob.in 32.col.ver.vnum est tñ &c.& idem fir mat d.Ale.referēs do.Ant.Io.de Imo.& Car.in d.c.si cau tio,& alios etiam in consi.suo 115.inc.visa scriptura &c. in 1.col.in 7.vol.& in consi.145.inci.ponderatis his &c.in 6.vol.& in dictis locis doct.tractant de multiplici cōfes-sione quos non refero breuitatis causa,sed vide omnino quæ dixi supra in d.sing.202.& do.Ale.in dictis consilijs, & d.Lanfr.vbi suprà,in 31.& 32.col.

DCXXVIII.

1 *Minor delinquens,statuti pœna puniri non solet nisi doli capax,& pubertati proximus sit.*
2 *Limita in delictis,quæ agendo committuntur,non quæ omittendo,vel negligendo.Mitius tamen minor, quam maior punitur.nu.3*

HIs temporibus & hac ætate minores committunt di uersa delicta sæpe & sæpius,& apud iudices malefi-ciorum dubitatur quomodo puniantur, de quo habetur in l.1.in §.impubes,& in l.excipiuntur.ff.ad Syllan.& in l. ad miniſtrantes.in §.qui corporis.ff.de excu.tut.& p Bal. in l.& si seuerior.in 2.col.in ver. ex prędictis.C.ex quib. cau.infa.irrog.& in auth.sacramēta puberum in pen.col. ver.faciunt ad prædicta.C.si aduer.vendit.& in l. si arro-gat.ff.de tutel.Circa quod doct.faciunt distinctionem,& dicunt ꝙ aut talis minor est doli capax, aut non, & aut
1 est proximus pubertati,aut non.Sed tu facias conclusio-nem in hac materia, & dicas ꝙ minor delinquēs nunquā punitur vera pœna statuti,nisi ista duo cōcurrant,videli cet ꝙ sit doli capax & proximus pubertati. Ita not.dixit Ang.in l.impuberem.ff. de fur. quē refert & sequitur Io. de Ana.in c.1.in fi.4.col.de delic. puero. De qua materia etiam locutus sum in l.de minore.in princ. in vlt. col.ff.
2 de quæstion. Et scias, ꝙ prædicta habent locum in deli-ctis quæ committuntur in faciendo, sed secus est in de-lictis commissis in omittendo vel in negligendo,quia in illis nō punitur minor etiā si sit doli capax.Ita dixit Dyn. in d.l.j.§.impubes.ff.ad Sylla.quem refert & sequitur Io. de Ana.in d.c.1.de delic.puero.in 8.col.vbi ad hoc etiam allegat Cyn.& Sali.& alios. Ad quæ etiam vide quæ ha-bentur in l.infans.ff.de fica.& vide Rap.Cu. in consi. suo
3 95.inci.Christoforus.in fi.vbi dixit,ꝰ ꝙ mitius puniē mi nor delinquens,quā maior,quod etiam dixit Raph.Ful. in cōs.suo 137.inc.supposito.in 2.col.post med.& vide in materia no.verbū.Phil.Decij in c.de causis. nu.5. de offi. dele.& Ale.in cons. 160.inci.visis.nu.8.in 7.vol.

DCXXIX.

1 *Iuris regulæ tres valde affines nimirum, quod libello conformis sit sententia, quod super non petitis iudex non sedeat, nec sententia valeat,quæ ad partis instantiam non fertur. His tamen nihil vetantibus,iudex spoliatorem de spoliatione accusatum,etiam in fructibus perceptis,& si id petitum libello non sit,condemnare potest.nu.2.*

1 TRes sunt regulæ iuris quæ multum fraternisant in-simul,vna est ꝙ sententia debet esse conformis libel lo, vt in l.vt fundus.ff. communi diui &c. licet Hely.de simo.cum si.Alia est ꝙ super non petitis iudex non dici-tur sedere,vt in l.4.in §.hoc autem iudicium.ff. de dam. infec.in l.stipulatio.in §.habet.ff.de oper.noui nun.& in l.cum quis.in princ.ff.de solu.Item alia regula est, ꝙ sen tentia non valet nisi feratur ad instātiam partis ℓm Bart. in l.1.C.vt quæ desunt aduoc.par.iud. sup.& Ange.in l.de vnoquoque.ff.de re iud. & Pau. de Castr.in l. 1. in princ. C.de iudic.de qua per Ias.latius in l.properandum.§.& si quidem in 1.col.C.de iudi.& per do. Catal.in tract. iu-dica.in vers.270.inci.adde an sententia &c.& ibi in versi.
2 seq. Attamen tene menti, quòd non obstantibus dictis regulis quod iudex potest condemnare spoliatorem ac, cusatum de spoliatione fundi per spoliatum,etiam in fru ctibus perceptis,etiā si hoc non sit petitum in libello per ipsum spoliatum.ita sing.dixit Inn.in c.grauis de res.spo. quod dictum pro valde not. refert & sequitur do.Lanfr. de Oria.Brixien.in rep.sua rubr.de causa pos.& proprie. in 3.col.quod est magna limitatio ad dictas regulas & iu ra.Ideo teneas menti,& in simili vide Ias.in l. aquilianā. in 2.col.ver.& adde tex.ff.de transac.

DCXXX.

1 *Generalitatem verborum ad habilia semper restringi debere. Quod ita accipies,nisi verba geminata sint,vel eius,ex qui bus apparere possit,intentiones disponentis esse, vt inhabilia comprehendat.*
2 *Statuto disponente,quod quicunq; occiderit alium,quouis modo,vel causa, siue qualitercunque decapitetur an quilibet occidens nulla distinctione doli,aut culpæ sit decapitandus? num.3.& 4.*
5 *Statuta intelligi potius debent, vt superflua sint,ac nihil operentur,quam quod quis indebite damnum sustineat.*

1 GEneralitas ꝟ verborum semper debet restringi ad habilia.l.vt gradatim.ff.de mu.& ho.& l.1.per gl.C. de sac.san.eccle. de quo ego dixi latissimè in l.vnius.in §. cogniturum.in 5.& 6.col.ff.de quæst. Attamen hæc regu la fallit ℓm doct.nisi verba essent geminata,vel talis natu ræ, ex quibus appareret quòd intentio disponentis esset comprehendere etiam inhabilia,vtputa,si in l.vel statu to vel in alia dispositione eſſēt apposita verba latissima, vtputa quomodocunque,qualitercunq; cuiusuis conditionis & status,& similia, nam tunc cōprehenduntur ēt inhabilia.Ita dixit Bartol. in l. generali. in §. vxori. ff. de vsufruct. leg. & volunt alij quam plures quos ego adduxi in d.§. cogniturū.in sexta & septima column. Et ideo
2 dixit Salyc. in l. si ſerui vestri. C. de noxa.quod si statu-tum dixit, quicunque occiderit quouis modo vel cau-

sa, siue qualitercunque, decapitetur, tunc quilibet occidēs decapitabitur, nec fiet distinctio vtrum dolo vel culpa quis occiderit. vel etiam se defendendo, quod dictū refert & sequit Ias. in l. fideiussor. in §. prætor. ait. in 2. col. ff. qui satisda. coga. vbi ad hoc etiam allegat Ale. in l. & si seuerior in 2. col. C. de infami. & Bal. in l. data opera. in 5. col. C. qui accu. non poss. & in l. quicunque. in 6. col. C. de iur. fug. & Car. & Io. de Ana. in c. lator. de homic. ad quæ. etiā vide Ias. in l. non dubiū. in 9. col. ver. & iuxta hoc infert &c. C. de leg. & in l. 1. nu. 19. ff. de legi. vbi refert & sequitur doctrinā Sal. in d. l. si seruū vestri. Et licet dicta doctrina Sali. in di. l. 2. C. de noxa. & sequacium videatur tenenda, attamen ego circa eius validitatem valde dubito, eo quia statutū semper debet restringi vbicunq;, si nō restringeret, resultaret absurdum. Iste est tex. sing. & no. in l. scire oportet. in §. aliud. ff. de excu. tut. Sed nō est dubiū quod si ex forma dicti statuti deberet decapitari occidēs ad sui defensionem, resultaret maxima absurditas, ꝙ quis non posset se defendere, sed pro defensione vitæ suæ deberet pati mortem, quod est contra ius naturale, ergo tale statutum debet restringi. Ita sing. dlxit d. Lanfr. de Oria no Brixiē. in rep. l. admonendi. in 24. col. ff. de iureiu. vbi dixit, ꝙ dicta doctrina Salice. & sequacium est falsissima per rationem prædictam, & idem dixit Bart. in. consi. suo 188. inci. statuto castri plebis &c. & allegat dictā l. scire oportet. §. aliud. Et subdit do. Lanfran. vbi supra tacitæ obiectioni, videlicet si diceretur, quid operabūtur. ergo dicta verba lata & ampla, videlicet quouis modo &c. respondet ꝙ satis operabuntur, quia continebuntur oēs modi per quos mors perpetratur ab eo qui occidendo dī committere delictū, vt si veneno aliquis occidatur, vel si gladio, vel fustibus, vel lapidibus, nō. n. assumendus est intellectus verborum statuti, ꝙ statuentes voluerint occidentem ad sui defensionē debere decapitari, cum in eo non possit dici esse delictum, quia defensio est de iure naturali, vt in cle. pastoralis, de re iud. Ita resident. Lanfrā. vbi supra. pro quo dicto faciunt dicta per Ias. in locis superius allegatis. Et facit etiam optimè. Nam statuta potius debent intelligi, vt sint superflua, & nihil operentur, quam ꝙ quis indebitè damnū patiatur. Ita dixit gl. sing. in l. si. in §. in computatione. C. de iure delibe. quā gl. pro singu. refert & approbat Ias. in d. l. non dubium. in 9. col. C. de leg. & eam summè etiam ponderat ipse Ias. in d. §. in cōputatione. in vlt. col. vbi etiā aliqua adducit in propositō. Et per prædicta possunt limitari & tolli d. per Bar. in l. 1. §. parui. ff. quod vi aut clam. de quibus dixi in practica mea causarū crim. in §. opportunè. nu. 80. vbi videas. Tene mēti prædicta, quia indubitāter seruiēt tibi ad multa.

1 2 3 4 5

### DCXLI.

*1 Opinionē vltimam in dubio approbari, & reliquis præferri, nisi prima æquitatem, vltima vero rigorem contineat & sapiat. num. 2.*

1 Vltima † opinio in dubio videtur approbata, & ideo præfertur alijs opi. gl. est no. in l. qui filium. in §. Sabinus. ff. ad Treb. & no. Ioa. And. in c. 1. de pœnis in 6. in nouella. & in c. 2. de sen. excom. cod. lib. & Bal. in auth. ex testamento. in princ. C. de testa. & Ale. in cons. 72. inc. in spē. to. in 5. col. in eo. vol. & in cons. 100. inc. super primo, & c. in fi. 9. col. in eo. vol. & ibi in cons. 121. incip. viso processu. in pen. col. & in cons. 77. inc. in causa & lite. in 3. col. in 2. vol. & ibi in cons. 163. inc. viso. in 1. col. & in cōs. 242. inci. præclarè, &c. in fi. 1. col. & in consi. 395. inci. cum dicatur. in 2. col. & voluit Sal. in l. bona fides. in fi. ff. depositi. Attamen † scias, ꝙ hęc regula fallit, videlicet nisi prima opin. sapiat æquitatem, vltima vero sapiat rigorem, quia tunc prima censetur approbata. glo. est sing. ad hoc in l. si cum exceptione. in §. fed & si quis. in gl. in verbo oīmodo. ff. quod met. cau. quā gl. ad hoc pro sing. allegauit do. Francis. de Aret. in consi. suo 163. inci. diligenter & maturè discussis. in 7. col. quem refert & sequitur Ias. in l. si tibi pecuniā. in vlt. col. in princ. ff. si certū petatur, & hoc poteris addere ad materiā l. placuit. C. de iudic. & vide etiā in materia Ias. in l. quod si Ephesi. §. 1. nu. 2. ff. de eo quod certo loco. de quo etiam errore ductus dixit infra in singulas. 660. inci. dicit tex.

### DCXXXII.

*2 Vestem habens venalem, tradit eam proxeneta venditori inquens, en vestem, vende decē, & quicquid pluris superuēdideris, tuum, erit, hoc pacto sic præcunte, quindecim venditor vestem distraxit, cuius futura sunt illa quinque decem excedentia ex venditione vestis profecta?*

1 OCcurrit mihi personaliter quidā casus, qui primo aspectu videtur sine aliqua dubitatione, attamen recte cōsideranti habet magnam dubitationem. Casus. n. est iste habeo † vestem quam vēdere cupio, & eam tradō Titio, & eum rogo vt illam vendat, & mihi pretium det, & vt libentius illam vendat, & magis solicitus sit in vendendo, illud dico, vendas dictam vestem pro 10. & pono pactum expressum & dico, si plus quā 10. vēdideris, illud plus sit tuum, modò iste Titius vēdidit dictā vestem 15. hoc casu quæritur, cuius sint illa 5. quę plus vendidit? cerè vnusquisque diceret, ꝙ illa essent ipsius Titij venditoris, postquam inter eum & dominum dictæ vestis ita cōuentum fuit, nam contractus ex conuentione partium legem accipiunt. l. §. si cōuenerit. ff. deposit. & quæ ab initio sunt voluntatis, ex post facto sunt necessitatis, vt in leg. sicut. C. de act. & obl. & l. 2. C. quando liceat ab empt. discē. Item in rebus claris non est locus coniecturis le, continuus. §. cum ita. ff. de verb. obl. Sed Io. Fabr. & Ioan. de Platea formant hanc quæstionem in §. actionum. instit. de act. & ibi distinguūt, & dicunt, ꝙ aut cōuentio fuit taliter facta, ꝙ periculum casus fortuiti spectabat ad ipsum Titium. & hoc casu quemadmodum periculum est suum, ita etiam illud, quòd plus vendidit, debet esse suum, cum eum sequantur commoda, quem sequuntur incommoda, vt in l. fin naturam, cum simil. de regulis iuris, aut non præcessit talis conuentio, tunc ne ipse Titius stet solum ad lucrum, & non ad aliquod periculum, illa quinque erunt domini dictæ vestis, quia, vt dixi, illud lucrum esset sine aliquo periculo, & hac ratione dicunt ꝙ vsura est prohibita, quia est sine periculo secus in nauticō fœnore, in quo vsura est permissa. & ista omnia latius ponit, & refert Ias. in l. 1. in pen. col. ff. de æsti. action. Tene menti, quia quilibet diceret, ꝙ illa quinque deberent sine aliqua distinctione esse dicti Titij venditoris.

### DCXXXIII.

*1 Citationis materiam fusam, & plerisque locis tractatam, si tamen compromissum ita factum est, vt arbiter laudum ēt partibus absentibus ferre possit, nec addito, etiam non citatis, tunc sententia eius partibus absentibus nec citatis lata nulla est nu. 2.*

1 MAteria † citationis amplissima est, & à doc. in plurib. locis tradita, & ego ēt licet inter oēs minimus sim, tamē plura circa eā dixi & cumulaui in rep. mea l. de vno quoque. ff. de re iu. Sed vtra omnia, quæ ibi dixi, dico tibi aliud non minus no. in ipsa materia, videlicet ꝙ adeo iura exposcunt in actib. fiendis citationem partis, ꝙ si factum est compromissum, & in eo sit dictū ꝙ arbiter possit ferre laudum partibus absentibus, nec est additū & nō citatis, si arbiter pronuntiat eis absentibus & non citatis, tunc laudum seu sententia est nulla. Ita not. dixit Spec. in titul. de arbitr. §. excipitur. in fine. quod dictum proualde no. refert & sequitur Io. de Imo. in c. cum dilectus. de arb. &c. & do Ale. in l. si quis arbitratu. in 5. col. in ver. 4. limita. ff. de verb. obl. & do. Fel. in c. cum olim. in 9. col. de re iud. & Lu. Ro. in sing. suo 273. inci. compromissum est in arbitrum, &c. vbi dicit, ꝙ ita dictum non est alibi, & ꝙ ipse alias ita pronuntiauit in facto. Et in materia an & quando in sententia arbitratoris requirarur citatio, vel præsentia partium. vide Ias. hoc late examinantem in d. l. si quis arbitratu. in 10. & 11. col. cum sequentibus. ff. de verb. obligat.

Additio.

2 3 4 5 6 7 8

## ADDITIO.

Adde eundem Hippo. supra sing. 173. quæ ibi dixi.

### DCXXXIIII.

*1 Papa in beneficialibus omnimodam potestatem habere, de illis, ad libitum disponere posse, vt quem à beneficio suo remouere, & alium præficere possit, etiam sine causa, vel episcopum ipsum de episcopatu suo. nu. 2.*

*2 Papa in titulis beneficialibus, voluntatem pro ratione habet, idq; adeo vt prælato ad libitum titulum beneficialem tollere possit. An autem hæc vera distinctè, ac quomodo intelligantur, vide numer. 4.*

*3 Papa si cui beneficium ecclesiasticum cōtulit, ac deinde de potestatis plenitudine idipsum ab eodem abstulit, aliquę cōtulerit, priori de æquo bono beneficio prouidere tenetur.*

*4 Papa licet plenaria beneficiorum dispositio competat, id tamē intelligi ita debet, vt inconueniens euitetur, ne cuiquā iniustitia fiat. Et si episcopum inuitum sine, culpa renuntiare cogat eidem de bono cambio prouidere debet. nu. 7.*

*5 Princeps si cui rem suam ex causa, vel sine causa abstulerit, quod vltro nec gratis facere non debet, pretium rei eidem restituere debet.*

1 CRedo te scire, ꝙ Papa in beneficialibus habet omnimodam potestatē, & in illis pōt ad libitum disponere, vt habet in c. 2. de præb. in 6. & in cle. 1. ad fi. vt lit. pen. Et ió dixit do. Ant. in c. constitutus, p gl. ibi, de reli. do. ꝙ de beneficijs ecclesia pōt Papa disponere vt vult, etiā sine causa remouendo vnum à beneficio suo, per d. c. 2. de pb. in 6. & idē tenet Lud. Ro. in cons. suo 298. inc. circa p̄missam dubij cōsultationem. in 2. col. & do. Pet. Philip. Cor. in cōs. suo 349. inc. videtur. in 3. col. in 1. vol. vbi circa hoc latè loquitur. Et dixit gl. fi. in c. p principalē. 9. q. 3. quòd
2 †Papa pōt deponere Episcopū, & eum episcopatu priua re sine causa, quā gl. refert & sequitur Car. in cle. 1. in vlt. not. vt lit. pen. & Abb. in c. trāslato. de cōs. & Io. de Imo. in c. ad supplicationē. in vlt. not. de renūt. & Car. in cōs. suo 75. inc. venerabilis vir, &c. & in cle. 1. prælleg. & Gem. in c. in istis. 4. dist. & Ioan. de Imo. in c. ad supplicationem. in vlt. col. & 10. dist. & do. Fel. in c. quæ in ecclesiarū. in 14. col. de const. & facit gl. in c. si gratiosè. de ref. in 6. Per quā
3 dicit ibi Gem. in pen. col. ꝙ † Papa in titulis beneficialib. habet pro rōne volūtatē, & ꝙ ad libitum pōt prælato auferre titulum beneficialē. An autē prædicta sint indistinctè vera, & quo modo intelligantur, vide latè per do. Fel. in d. c. quæ in ecclesiarum. in 14. & 15. col. Et adde circa hanc materiam not. verbū Bal. in d. c. §. 1. ad hoc. in 8. col.
5 per gl. ibi, de pace iura. fir. vbi† dicit, ꝙ si papa cōtulit vni beneficium ecclesiasticum, deinde de plenitudine potestatis illud sibi auferat, & alteri conferat, ꝙ tenetur iple Papa prouidere illi primo de æquè bono beneficio, qđ dicit esse notan. ꝙ dictum refert & sequitur Ale. in l. prohibere. in §. planè. ff. quod vi aut clam. & illud etiā refert & sequitur Ias. in l. Barbarius. nū. 32. ff. de off. præt. & in l. fi. in vlt. col. ff. de pact. & in l. quoties. nu. 27. C. de rei ven. Et ꝙ dicto Bal. facit quod voluit Car. in cōs. suo 141. inci.
6 sanctissimus dūs noster, &c. vbi † dixit, ꝙ licet dispositio plenaria beneficiorum spectet ad Papā, tñ ita debet hoc intelligi vt euitetur inconueniens, ne alicui fiat iniustitia. quod dictum refert & sequitur do. Fel. in d. ca. quæ in
7 ecclesiarum. in 14. col. quem vide. Et† pro prædictis facit quod voluit Inno. in c. nisi cum pridem. de renun. vbi dixit, ꝙ si papa cogit episcopum inuitū sine culpa sua epi-
a scopatui renuntiare, debet ei prouidere de bono cambio, quod dictum refert & sequitur Ias. in d. l. Barbarius.
8 nu. 33. Et facit etiam, nam† si princeps aufert ex causa vel sine causa rem alicuius, hoc nō pōt facere gratis, sed debet restituere pretium sibi rei suæ quam sibi abstulit. Ita dicit Arch. in c. per principalem. 9. quæst. 3. & probatur in l. serui. C. quibus ex caus. ser. pro præ. lic. accip. & Bald. ibi, in fi. dicit per illū textum, ꝙ ille princeps qui priuat aliquē dūio rei suæ ex causa, nō debet hoc facere gratis, ad
dē est tex. in l. venditor. §. si cōstat. ff. cōmun. p̄dior. & ibi Bald. not. & Bal. in l. fi. §. Titius. ff. de pig. actio. & Ang. in cons. 139. inci. visis omnibus. in 2. col. in ver. nec obstat §. fi. constat &c. de quo per dominum Phil. Dec. in cōs. suo 357. inc. in casu, &c. in 4. col. & in cōs. 373. inc. in casu, &c. in 3. colūn. Tene menti prædicta, quia non sunt leuia, sed imò sunt magnæ importentiæ.

## ADITIO.

a Renuntiare. Adde Rom. sing. 803. inc. an episcopus, & ibi addit. Corset. sing. 228. in vers. pax inci. episcopus, & infrā sing. 682. inci. alias in repet.

### DCXXXV.

*1 Iuramento asserentis in his, quæ in animo consistunt, an standum sit. num. 2.*

*3 Probatum, quando semiplenè est, regulariter semiplenè probāti in supplementum, iuramētum deferri solet. Et id quibus in causis locum habeat. nu. 4.*

1 MEmoria † teneo me alias in aliquibus locis tradidisse plures gl. & plura iura ad hoc, videlicet ꝙ in his quæ consistunt in animo statur dicto asserentis cum iuramento, quā materiā tradidi in rep. mea rubr. C. de prob. 27. col. in pract. mea causarum crim. in §. diligēter. in nu. 44. & in eo. §. 109. & in rep. mea rub. ff. de fideiuss. in 8. col.
2 & supra in sing. 534. inci. attende ad vnum &c. Nunc† autē in tali materia do. tibi notab. limitationē ad oīa illa iura, videlicet ꝙ illa omnia iura volentia ꝙ in his quæ dependēt ab animo, statur dicto asserentis cum iuramento, cū sint improbabilia, sunt vera, & habent locum vbi agitur de paruo iudicio, sed secus vbi ageret de magno iudicio. Ita no. dixit Pau. de Leaza. in cle. cōsitu. de elec. & idē tenet Dñic. de sancto Gem. in ca. eos. de tēp. ord. in 6. vbi alle. tex. in c. ex inuatione. de procu. & ita tenet Abb. in c. quasdā. ad fi. ext. de plump. & do. Frāc. de Are. in l. is pōt. in 10. col. ff. de acq. hær. & idē tenet do. Fel. in c. cognoscētes. in 8. col. verō. fallit tertiò. de est. vbi prædictos alle. & idem tenet do. Io. Crotus de Monteferrato in repe. l. qui Romę. in §. duo fratres. in 32. col. in ver. 3. sit cōclusio &c. ff. de verb. obl. vbi dicit, ꝙ licet ignorantia probetur per iuramentum, vt in c. cum in tua. extr. qui matri. accu. pos. & voluit gl. in c. huamnitas 12. q. 2. illud dicit esse verum, vbi tractatur de paruo præiudicio, & sic loquitur d. c. cū in tua. secus vbi ageretur de magno præiudicio, allegat Pau. de Leaza. & alios in dictis locis. Mihi aūt videtur, ꝙ
4 prō hac limitatione optimè faciat. Nam† qñ est semiplenè probatum regulariter ipsi semiplenè probāti defertur iuramentum in supplementū probationis, vt in l. in bonę fidei. C. de rebus cred. & in l. admonendi. ff. de iureiur. & in c. fi. de iureiur. tñ ista probatio fienda in supplementū per iuramentum cessat, & fieri non pōt in causis in quibus agitur de magno præiudicio, vt puta in causa criminali. Ita dixit gl. & oēs in d. l. admonendi. de quo latè loquitur Ias. in rep. d. l. admonendi. in 98. col. & idē dicunt ibi doct. esse in causis magnis in quibus non defertur iuramentum in supplementum probationis, & hanc partem, ꝙ in causis criminalibus non deferatur iuramentū in supplementum probationis tenent etiam gl. & doc. in l. 3. in prin. in verbo, agatur. ff. de iureiur. & gl. & Bart. in l. maritus. ff. de quæst. & tenent hoc aliæ quā plures gl. & doct. quos refert Ias. in rep. d. l. admonendi. in 49. col. nu.
4 274. & 275. & ibi doct. ponunt† plures casus, in quib. nō defertur iuramentū in supplementū pp magnitudinem rei vel causæ, & idē dicit Bal. in d. l. admonēdi. in vlt. col. ꝙ in cā præscriptionis cū sit odiosa, nō defertur iuramentū in supplemētū probationis, quod etiā firmat Alex. in cōs. suo 173. inc. viso & c. in 2. col. in 6. vol. pro quib. faciūt optimè dicta per Ale. in l. hmōi. in §. si ita. circa fi. ff. de le. 1. & ita faciunt pro dicta limitatione quam summè not. ad impediendum delationem iuramenti.

### DCXXXVI.

*1 Coniunctum pro cōiuncto sine mandato cum cautione de rato*

*admitti iure receptum est. Et sic pariter maritus pro vxore sine mandato, & contra, si quidem coniuncti dicuntur.*

2 *Quinetiam vxor pro marito procuratorē cōstituere potest ad agendū & defendendum, maximē eo detento & carcerato.*

1 CLarum est in iure, quod coniunctus admittitur pro coniuncto sine mandato cum cautione de rato. l. exigendi. C. de procur. l. sed & hæ. ff. eo. & ideo maritus admittitur pro vxore sine mandato, & econtra, quia dicuntur coniuncti insimul l. fi. §. cum autem in cōfinio. in ver. tam cōiuncta persona, & ibi hoc not. Bal. & Sal. C. de fur. & volunt Bal. & Ang. in l. 1. §. fi. ff. de postu. & Bar. in l. cuiorum. §. affinitas. eo. tit. de quo per scrib. in l. maritus. C.
2 de proc. Et teneas menti, q̄ nedum vxor admittitur pro marito, & econtra, sed etiam vxor potest cōstituere prō curatorem ad agendum & defendendum pro suo marito detento & carcerato, & hoc duplici rōne. Primo quia est coniuncta persona, vt dixi. Secundo quia etiam videtur suam prosequi iniuriam. Ita not. dicunt do. de Rota in nouis, decis. 103. inci. vxor prætēti clerici &c. quod est not. ad ampliationem d. l. exigendi, & d. l. sed & hæ. de proc. cum similib.

## DCXXXVII.

1 *Procurādi officium procuratori ī absentia cōstituto, ante mādatum receptum non competit, nisi sit ei significatum per nuntium, aut domini epistolam, nec sufficit in hoc si tertius notificet. Et si quid antea factum fuerit nullum erit. Et limita vt nu. 2.*

1 OFficium † seu exercitiū procurandi non cōpetit pro
a curatori in absentia constituto antequam recipiat mandatum, vel hoc sit sibi intimatum & notificatum per nuntium, vel epistolam domini, nec sufficit si hoc fiat ab aliquo tertio, & si ante hoc procurator faciat, aliquē actū pro constituente est nullus. Ita no. dixit Bar. in consi. suo 73. inci. quæritur vtrum procurator &c. vbi ad hoc alleg. gl. in l. ex cōsensu. ff. de actio. & oblig. & idem voluit Paul. de Cas. in l. 1. in 1. col. ff. de procu. & in l. furiosus. circa. fi. ff. de iud. ad quod alleg. Bar. ita consuluisse, sed non allegat consilium, & alleg. Spe. in tit. de procur. in ver. quid si procuratorium, & Arc. in c. 2. de procu. lib. 6. & gl. in cle. 1. eo. tit. & Bal. in l. falsus. in 8. col. versi. circa tertium. C. de fur. & in l. licet. C. de procur. Sed tu vltra Paul. de Cast. dicas, q̄ illud cons. Bar. ad hoc refert & sequitur do. Franc. de Are. in consi. suo 68. inci. excellentissime domine &c. in 2. col. versi. præterea dicit. Item hanc partem etiam tenuit Bal. in l. de statu. in prin. ff. de test. & Bal. in l. eius qui in prouincia. in 2. col. versi. sed dubitatur. ff. si certum pe. & in l. prima in 15. col. in versi. pone Perusij. C. de cōfes. & in l. licet. in 1. col. ver. 4. nota. C. de procu. & Io. de Imo. in cle. 1. in 8. col. de proc. & Bar. in l. si pupilli. in §. item si procurator. ff. de neg. gest. & volunt alij quamplures doc. in plurib. locis, quos ego adduxi in l. si quis ne quæst. in
2 22. col. cum seq. ff. de quæstionib. Sed † prædicta conclusionē limita, nisi in mandato facto tali procuratori in absentia cōstituto esset apposita clausula rati. nā si talis clausula esset apposita in mādato, valerent facta per eum antequam ipse habuisset mandatum, vel fuisset certificatus de tali constitutione procuratoris sibi facta. Ita no. dixit Dominic. de S. Gem. in c. is qui fi. 1. col. de procur. in 6. ad quod allegat dominos de rota in antiquis decisioni. deci si, 380. & allegat rationem, & allegat etiam plura iura ad hoc facientia, de quibus ibi per eum. Et istud addere poteris ad ea quæ ego dixi in d. l. si quis ne quæst. in 12. col. ff. de quæstionibus.

### ADDITIO.

a Non competit Adde Roma. sing. 661. & ibi addit.

## DCXXXVIII.

1 *Præparationem ad actum idem efficere, quod & ipse actus. Vnde fit vt sicut debitor fugitiuus per creditorem capi potest, quum in fuga est, sic & ante fugam, cum signa fugæ euidentia apparent.*

2 *Apostatam dici, qui se ad monasterium est fugiendum præparat.*

3 *Præsumptio si est, quod quis sit delegati iurisdictionem turbaturus, licet nec dum turbet, potest tamen ipse delegatus cogere, vt de non turbando caueat.*

4 *Occidere aggressorem sicut est licitum pro defensione personæ suæ, sic licet & eum qui se ad occidendum, aut insultandū præparat. Quod facit pro amico adiuuando inimicum suū occidente. nume. 5. Et pro liga existente inter aliquos vide numero 6.*

1 PRæparatio † ad actum idē operatur, quod ipse actus. Ita dixit Bal. in l. pignoris causa. C. de pig. actio. p̄ quo facit quod voluit ibi Ang. vbi dixit, q̄ sicut debitor fugitiuus potest capi per creditorem quando est in fuga, q̄ ita etiam potest capi ante fugam, si aliqua sunt signa euidentia, q̄ vult arripere fugam, quod etiam voluit Bal. in consi. suo 105. inci. ad euidētiam &c. ante finem in 1. vol.
2 Et facit quod voluit Bal. in c. ad nostram de appel. vbi dicit, q̄ ille dr̄ apostata, qui præparat se ad fugiendum. de monasterio, & idem dicit ibi Barb. in 2. col. allc. tex. & gl. in lege. quid sit fugitiuus. §. apud Celsum. ff. de ædilitio edicto. de quibus ego dixi in singulari meo supra nu. 43. incipiente, debitor fugitiuus. pro quibus facit quod voluit Spe. in tit. de delegato. in §. sequit. in 2. col. in versi.
3 porro. vbi dicit, q̄ si aliquis turbat iurisdictionem delegati, sed est præsumptio vel dubitatio de turbatione, q̄ potest delegatus ipsum cogere vt caueat de non turbando eum, quod etiam voluit do. Ant. & Io. de Imo. in c. 1. de offi. deleg. quos refert & sequitur dom. Fel. in rubrica de treuga & pace. in fi. pro quibus omnibus etiam optimè faciunt dicta per me in l. 1. in princ. in 10. column. ff.
4 de quæstionibus. Et ideo † tene menti perpetuo, q̄ sicut est licitum occidere aggressorem pro defensione personæ suæ, vt in clemen. prima. de homic. & in l. sciētiam. in §. qui cum aliter. ff. ad legem Aquiliam. & in l. vt vim. ff. de iust. p̄ iur. cum simil. ita licitum est occidere se prædicantem ad insultandum vel occidendum. Ita singul. dixit Bal. in l. in lectura antiqua. ff. loca. quod dictum pro valde not. refert & sequitur Ias. in dicta l. vt vim. in tertia column. post princ. ff. de iusti. & iure quod est singu.
5 no. † pro adiuuando amico occidente inimicum suum, pro quo dicto faciunt quæ ego dixi in l. prima in princi. in quinta column. ff. de sicar. & in l. furem. in prima col. eodem titulo. Et dixit etiam Baldus in dicta l. in lege. ff. locati. quòd illa lex facit in argum. ad ligam existentem inter aliquos, vt debeatur subsidium non solum cum offensa est in actu, sed etiam cum est in potentia ad actum vt obuietur offensioni à principio ne possit fieri, quod dicit esse not.

## DCXXXIX.

1 *Absolutus de delicto in conscientia foro, nihilo secius de eodē delicto in contentioso foro accusari potest. Nam per pœnitentiam quis nocens esse non desinit.*

2 *Quod tamen limita, nisi pœnitentia publica fuerit, quæ loco cōtentiosæ pœnitentiæ succedit. nu. 4.*

3 *Excommunicatus propter hæresim, si ecclesia non satisfaciat, per potestatem secularem, si laicus sit, puniri potest.*

5 *Pœnitentia publica & secreta inter se late differunt. Et differentiam hic vide.*

6 *Reo in dubijs fauendum, & in eo sequenda benignior opinio.*

1 ABsolutus † de delicto in foro conscientiæ potest tamē de eodem delicto accusari in foro contentioso, vt in c. fi. 25. dist. & ca. admonere, & ibi gl. 34. quæst. 2. & voluit gl. & ibi doctores in c. de his, de accu. nam per pœnitentiam non definit quis esse nocens, vt habetur. ff. de ædil. edicto. in l. quis sit fugitiuus; & voluit gl. in dicto ca. admonere, vbi est gl. not. in hac materia, & voluit gloss. in cap. quamuis plenitudo, de pœniten. dist. 1. & Bal. in l. placet. C. de sacrosanct. eccles. ante fin. & glos. fi. in c. gaudemus, de diuor. & Archidiaconus in capitulo. cum pastoralis. septima quæstione prima, & Dyn. in regula peccatum



catum. de reg. iur. in sexto. & Bar. in l. qui ea mente. ff. de
2 fur. illud tñ limita sing. nisi pœnitentia sacerdotalis fuerit publica, quia, si fuit publica subrogatur loco pœnitentiæ contentiosæ. Ita sing. dixit Host. in c. tuæ de procur. q̄ dictum referunt & sequuntur do. Ant. Io. de Imo. Ioā. de Ana. in c. de his. extr. de accu. & dom. Nicolaus Millus in repertorio suo, in verbo delictum. in 8. ver. Sed do. Abb. & dom. Fran. de Are. in d. c. de his. tenent contrariū, quos ibi sequi videtur do. Fel. & mouentur iuribus & rationibus de quibus ibi per eos, & ideo istud dictum non est sine dubitatione, mihi tñ magis placet opin. Host. & sequacium ex plurib. Et primo per tex. in c. aliud. 11. q. 1. vbi dicitur, q̄ publicè pœnitēti cōceditur venia delicti. Pro qua opin. secundum do. Franc. de Are. in d. c. de his facit text. in c. ad abolendam. in §. statuimus. in princ. de hæret. vbi
3 † dicitur, q̄ excommunicatus propter hæresim si non satisfaciat ecclesiæ potest puniri per potestatem secularē si est laicus, ex quo datur intelligi, q̄ si satisfacit ecclesiæ non poterit puniri. Item facit etiam ſm do. Franc. de Are.
4 vbi supra, tex. in c. 2. circa princ. extra de maledic. vbi dicitur, q̄ impositio pœnitentiæ publicæ est pœna, cū ergo sit pœna tendens ad vindictam publicam impositio talis pœnæ tollet aliam pœnam criminalem, cuā si imponatur in iudicio ciuili, vt in l. prætor edixit. in §. si dicatur. ff. de iniur. Item vltra dicta iura hanc partem tenet gl. in d. c. de his. de accu. in ver. occulto ex quo verbo à cōtrario sensu infertur contrarium esse si pœnitentia sit publica. Item hanc partem etiā tenet gl. 1. circa fi. in c. 2. de schis-
5 mat. pro qua opin. etiam facit. Nam † longa est differētia inter secretam pœnitentiam & publicā. arg. tex. in l. si idē: C. de condi. sed si esset in mēte pœnitenti seu delinquēti secreta pœnitentia, posset tamen accessari in foro contentioso, vt in dictis iuribus, ergo cum publica pœnitentia sit grauior, & differens valde à pœnitētia secreta, ergo debet etiam plus operari quam pœnitētia secreta, & sic debet etiam operari quo ad forum contentiosum, alias delinquens esset indebitè & fructratoriè grauatus in pœnitentia publica, quod esse nō debet. Præterea pro hac parte facit. Nam magis punitur delictum publicum quā delictum occultum. clemen. 1. & ibi Card. in princ. de vita & honestate clerico. & probat tex. in glo. in §. ex maleficijs: inst. de action. vbi habetur q̄ furtum manifestū grauius punitur, quam furtum non manifestum, & not. Iac. Butr. Cin. & Bal. in l. nemo clericus. C. de fum. tri. & fide catholica. & Bar. in l. 2. in §. & generaliter. ff. vi bon. rap. & habetur in §. pœna. inst. de obl. quæ ex delic. nas. & in l. 1. ff. vi bo. rapt. & voluit Ale. consi. 224. ſm ordinem meum, inci. viso processu. in 10. col. quod est primum consilium in 3. vol. si ergo magis peccat, & magis punitur qui publicè delinquit, quā qui occultè, ergo pœnitentia publica, quæ est contraria delicto, debet magis operari, quam pœnitētia secreta. Et si diceremus q̄ tm̄ operaretur pn̄a secreta q̄ pn̄a publica, esset quid insanū, cū differat nomine, robore, & effectu. Item & vltimò pro hac parte facit. Nam ex supradictis patet q̄ iura & doct. sunt varij in hoc dubio, quo stāte debemus inclinare in benigniorē & humaniorem partem, & sic in fauorē rei, & sic debemus sequi
6 doctrinam Host. & sequacium, cum † habeamus cautum de iure, q̄ in dubijs & obscuris fauendū est reo, & sequē da est benignior opi. vt in reg. in obscuris. de regu. iur. in 6. & in l. semper in obscuris. ff. de reg. iur. & l. factum cuique. §. fi. eo. tit. & in reg. in pœnis. e. tit. in 6. & in c. eos vero quinquagesima dis. in l. merito. ff. pro soc. & in l. Arrianus. ff. de actio. & obl. de qua regula latissimè locut' sum in rep. mea. l. fi. C. de prob. in quinquagesima char. cū ibi seq. & in rep. mea. rub. ff. de fideiuss. in 10. col. & in practica mea causa. crim. in §. 2. quæs. nu. 67. Et ex supradictis iuribus & rationibus mihi magis placet opin. Host. do. Ant. & sequa. quam opi. contraria, & cum illa transeo non obstantibus in cōtrarium. Tene menti prędicta, quia ista nō sunt parui momenti, sed imo magni, vt de se patet, & de prædicta quæstio. vide etiam do. Ant. Burgos in c. 2. in penult. col. de empt. & vendit. vbi plura dicit circa dictam quæstionem.

## DCXL.

1 *Minantem, nisi in actu sit, nec offendere, nec occidere licet. Et quid de eo, qui in percutiendi actu sit. nu. 2. & 3.*

EXaminaui alias in practica mea causarū criminaliū, in §. diligenter. nu. 85. animæ faciant indicium ad tor
1 turam? Nunc autem quia † pendet de facto quero an propter solas minas licitum sit occidere minantem? quā dubitationem ponunt Cyn. & alij in l. 1. C. vnde vi. & Ang. de Are. in §. ius autem gentium. inst. de iure natu. gen. & ciuil. & doct. in l. vt vim. ff. de iust. & iure. & do. Ant. in ca. olim. el 1. in pen. col. de rest. spo. in quibus locis prædicti
2 doct. faciūt quasdam distinctiones. Sed † tu breuius & verius loquendo dicas, q̄ si aliquis minatur mihi vulnerare vel occidere me, & est in actu vulnerandi vel occidendi, tunc est mihi licitum eū occidere vel vulnerare, alias per solas minas si ipse minans non est in actu, nō erit licitum occidere vel vulnerare eum, ita dixit Bal. in l. 1. ad fi. C. quando licet. se sine iud. vin. quod dictū pro not. refert & sequitur Ias. in l. vt vim. nu. 14. ff. de iust. & iur. sed tñ, vltra eum dicas, q̄ idem dixit Bal. super statu. in verbo pax. in 1. ver. & Ang. in l. quemadmodū. ff. de inof. test. & Cors. in not suo in verbo, metus, de quo etiam ego dixi in practica mea, in §. diligenter. nu. 87. in qua materia vide etiā Gand. in tract. maleficio. in tit. de aliquibus quæstionib. varijs in maleficijs in 6. col. in ver. itē pone quę-
3 stionē, quidā fuit minatus. Et † scias, q̄ nedū est licitū occidere minantem dum est in actu percutiendi. sed etiam est licitum occidere illum, qui est in actu percutiendi, & si nō minatur, & ideo si aliquis veniebat contra me cum gladio euaginato, & ego occido eum, nō teneor, quia dicor feciſſe ad meam defensionem, ita dixit Bar. in l. sed & si quencunque. in princ. ff. ad leg. Aquil. quod dictum referunt doc. in pluribus locis quos ego retuli in l. is qui aggressorem. in nu. 12. C. de sicar. vbi plura adduxi in materia &c.

## DCXLI.

1 *Deceptus ei, in quo deceptus est perstare non tenetur, quin etiā contra illud venire potest. Et ideo si iudex interponendo decreto deceptus fuerit, idq̄, deinde concurrit ex mero suo officio & motu proprio, illud reuocare potest.*

2 *Testamenti executorē testatori obedire volentē, si certā pecuniæ summā vni scholari pauperi distribuerit, quē appareat postea discholū esse, nec studiosum, qđ dedit, repetere posse.*

1 DEceptus † non tenetur stare deceptioni, sed pōt venire contra illud quod fecit dum fuit deceptus, & ideo si iudex reperit se deceptum in interpositione decreti, potest proprio motu ex suo mero officio illud reuocare. ita dixit Io. And. in c. consultationib. de off. dele. in nouella, quē refert & sequitur Bal. in c. 1. in 5. col. in fi. de mili. vas. qui contu. est, & idē voluit Inn. in c. dilecto. de verb. sig. quē refert & sequit Lud. Rom. in cons. suo 454. inc. in re præsenti in 4. col. Ad quod facit etiā quod voluit Io. And. in add. Spec. in tit. de instr. edi. in §. nunc, aliqua. in 10. col.
2 † vbi dixit q̄ si executor testamēti volēs obedire testatori, distribuit certā summā pecuniæ quā dedit vni scholari pauperi, si postea appareat non esse talē, sed esse discholū, & nō studiosum, q̄ pōt quod dedit repetere, quòd dictum refert & sequitur Ias. in l. cum quid in fi. in 1. lec. illius. l. ff. si cer. pet. Et hæc omnia alias vidi in facto, & de istis vide etiam supra, in sing. 320. inci. sepe contingit.

## DCXLII.

1 *Solita et cōsueta per magni esse effectus. Vnde qui id agit, quod consuetum est, licet illicitum, à dolo & culpa liber & immunis est. Et sic quod ad omnibus fit, vitiosum non esse. nu. 2.*

1 SOlita † & consueta sunt magnæ importantiæ, vt ego dixi plura adducendo in practica mea causa crimin. in §. uoniam. nume. 97. cum seq. & ibi in §. vlterius. num. 9.

Et vltra dicta in dictis locis scias, ꝙ nedum non est in dolo, sed nec etiam est in aliqua culpa ille qui facit illud qđ est solitum fieri quamuis sit illicitū, ita dixit Iaſ. in l. certi condictio. in §. ſi nummos. nu. 17. ff. ſi cer. pet. ad quod
2 alleg. Bar. in l. ſi pignore. §. fi. ff. de pig. actio. & subdit Iaſ. vbi ſ, quod illud ꝙ fit ab oībus non est vitiosum, quę omnia tene menti ad corroborationem consuetudinis, & in materia vide aliqua per do. Franc. de Are. in conſ. 38. inc. Conſultiſſime &c. in 2. cbl.

DCXLIII.

1 *Clauſula, Si ſenſeris te grauatum coram nobis compareas iuſtitiæ complementum recepturus, magni est effectus. De qua vide hic remiſsiuè nu. 2.*
3 *Iudicis præceptum factum cum clauſula, ſi ſenſeris te grauatum &c. quando valere dicatur, & quando minime.*
4 *Iudicis præceptum, licet per clauſulam, ſi ſenſeris te grauatū, &c. iuſtificari poſsit, ſi tamen citatio nulla ſit iure, iuſtificari non poteſt.*

1 MAgnæ † operationis & importantiæ est clauſula, Si ſenſeris te grauatum, compareas coram nobis recepturus iuſtitiæ complementum, vt apparet ex dictis Bal. in rub. C. commi. vel epiſt. & in l. 2. in 3. col. verſ. venio ad citationem. C. de epiſc. aud. & per Bar. & alios in l. 1. C. de exec. rei iudi. & in l. de pupillo. in §. meminiſſe. in 1. col. ff. de oper. no. nunc. & de dicta clauſula habeē per gl. & doc. in c. ex parte. el 1. de verb. ſignifi. &, per bal. in l. 2. in 2. col C. de tranſac. & latè per Bertha. in reper. ſuo in verbo præceptum. in 2. col. in vlt. not. & per Bal. in l. 1. ff. de iure deli. & in l. cum quidam. ff. de leg. 2. & per Ange. in l. ſi ſic. ff. de leg. 1. & per Abb. in ca. 1. de cau. poſ. & proprie. & per Io. And. in addit. Spec. in tit. de ſen. in §. ſpecies. in addi. inci: Habeo, quæſtionem &c. & per do min. Felin. in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ. in 12. col. verſi. & de præcepto & c. de conſt. & per Gul. de cu. in l. quoties. ff. de in diem addi. & per Spe. in tit. de citatio. in §. iam de citatione. ver. igitur, & in titu. de prola. ſen. §. 2. in ver. ſed nunquid & c. & per Bar. in l. ius alimentorum. ff. vbi pup. edu. deb. & per Bal. in l. ne quicquam. §. vbi decretum. in 5. col. ff. de offic. procon. & per Io. And. in addi. Spec. in tit. de aduoca. in §. ſe-
2 quitur. ver. ſtudeat. Et † circa validitatem & inualiditatē præcepti iudicis facti cùm dicta clauſula dicunt communiter doct. in dictis locis, ꝙ aut tale præceptum est nullū, aliqua rōne vel cauſa, vt puta, quia emanauit ſine cauſæ cognitione, vel ſine citatione partis, & tunc talis clauſula nihil operatur, ſiue compareat ille cui est factum præceptum ſiue non, quia ex quo dī in præcepto, ſi ſenſeris te grauatū compareas &c. & ꝓceptū nullū. cū non valeat, in nullo grauat, ideo non tenetur comparere, vt in l. ea quidem, & ibi. no. C. ſi manc. ita fue. alie. Aut præceptum est aliquod, tunc ſi ille cui est factum præceptum non comparet, & tunc præceptum remanet firmum, ſi comparet tunc reſoluitur in vim ſimplicis citationis, vt habetur in d. l. ea quidē, de quo etiā per Inn. in ca. cum veniſſent. de reſt. ſpol. de quo etiā per Iaſ. in d. l. ne quicquā. in d. §. vbi decretum. in 3. & 4. col. de offi. procon. & per gl. in d. c. ex parte. de ver. ſig. & per Inn. in c. ſi. de coha. cle. & mulie. & per do. Pari. de Put. in trac. ſyn. in 76. char. in 4. col. in ver.
3 & dixi Bald. &c. Et † in hac materia teneas menti ꝙ valet præceptum factum cum illa clauſula, & ſi ſenſeris te grauatum cōpareas &c. quando poteſt per iudicem incipi à facto ſeu ab executione, ſed ſecus ſi requiritur ordo iuris ff. de ope. no. nun. l. de pupillo. §. meminiſſe. in gl. & ibi ꝑ Bar. Item etiam ſecus ſi contenta in præcepto grauāt partem cui est factum præceptū, vt in datione poſſeſſionis, vt habetur in ſi. C. ſi per vim vel alio modo. ita ſing. dixit Bal. in Addi. Spe. in tit. de cit. in 2. col. in ver. inhibitio &c. quod dictum refert & ſequitur do. Paris de put. in tract.
4 ſyndi. in 78. char. in 4. col. ante med. vbi etiam ſubdit ꝙ licet præceptum iudicis poſſit iuſtificari per clauſulam, ſi ſenſeris te grauatū &c. hoc est verum niſi citatio ſit nulla iure, quia tunc nō poteſt iuſtificari. ar. l. quædā mulier. ff. ſam. erc. & l. iure noſtro. ff. de teſt. tute. ad quod. alleg. Bal hoc expreſſè dicētem in l. ad peremptorium. in fi. verbis ff. de iud. Tene menti prædicta, quia ſunt quotidiana & frequentantur à iudicibus, quibus videtur præceptū fore licitum, dummodo in eis ſit inſerta dicta clauſula iuſtificatiua, ſi ſenſeris te grauatum compareas &c. ſed profecto ſeipſos decipiunt in dictis iuribus & vide infra, in ſing. 647. inci. cauſæ cognitio &c.

DCXLIIII.

1 *Teſtem, licet aliquam dicti ſui non reddat rationem tamen probare.*

TRadidi tibi ſupra, in ſing. 621. inci. magnæ importantiæ, aliqua circa hanc materiam redditionis rationis
1 teſtium, nunc tamen dico tibi vnum ſingularius in eadē materia, videlicet, ꝙ licet teſt is nō reddat aliquā rōnem dicti ſui, tū probat, quia in nudo teſtimonio ſemper præſumitur ratio vilus, ſi teſtis non est interrogatus in cauſa ſcientiæ, quia ſemper ſubintelligitur tacitè efficax cauſa ſcientiæ vt teſtimonium valeat & non pereat, ita formaliter dixit Bald. in c. ſicut nobis. in 2. col. de ſen. & re iudi. quod dicit ipſe eſſe ſing. quod dictum non memini me alibi legiſſe.

DCXLV.

1 *Principum ac terrarum dominorum contractus cum ſubditis initos vt plurimum non valere, nec de iure executionis mandari poſſunt, quod in his vt ſæpius metus interuenire præſumatur. Quod & ad blanditias quoque porrigitur, cum metum ſibi annexum habere conjiciantur.*
2 *Domini, vel ſuperioris rogatio, vim præcepti habere cenſetur.*
3 *Vſuras ſi ſubditus ſuperiori pro modico remittat, non tenet huiſmodi remiſsio.*

1 ADuertant † Principes ſeu terrarum domini contrahē tes cum eorum ſubditis, quoniā talis contractus vt plurium ſunt inualidi, & de iure exequi non poſſunt, nā tales contractus præſumuntur facti metu propter ſuperioritatem & potētiam ipſorum dominorum & ſuperiorum, quo caſu propter metum non valent, vt in toto tit. quod met. cauſa, & idem ſi fiant ex blandis verbis ipſorū dominorum & ſuperiorum, quia blanditiæ potentum inducunt iuſtum metum, vt est gl. in l. 1. C. ſi rector prou,
2 & in l. 1. ff. qđ iuſſu. Et rogatio ſi, dñi vel ſuperioris habet vim præcepti, vt dicit Bar. in trac. tyrānidis, in 4. col. pro quo facit illud vulgatū, videlicet, Eſt rogare ducum ſpēs violenta iubendi, vt refert Bal. in l. ſi mādator. C. cum eo. & Ale. in conſ. ſuo 124. inci. Omiſsis &c. in ſi. in 1. vol. ad qđ faciunt dicta per Barb. in c. qm̄ Abb. in 25. col. de offi. dele. Et † ideo teneas menti perpetuò, ꝙ ſi ſubditus remit
3 tat ſuperiori vſuras pro modico, nō tenet talis remiſsio, quia ꝓſumitur facere per metum. Ita no. dixit Io. And. in Spe. in tit. de vſuris. in §. 1. in 1. add. magn a ꝙ dictū ꝑ not. refert & ſequitur do. Paris de Put. in ſuo tract. ſynd. in 14. char. in princ. 2. col. vbi latius loquitur circa hoc.

DCXLVI.

1 *Iudicis ſententia malè iudicantis, licet ſemel, vel his confirmata fuerit per appellationis iudices, non tamen ob id diſcrimē ſyndicatus ſubit ipſe iudex, quin eo conueniri queat. Et idem ſi deſerta appellatio fuerit.*
2 *Sententias tres conformes licet quis contra ſe ſuſtinuerit, attamen de iudice in ſyndicatu conqueri poteſt. Et quid ſi is nō appellauit, vel ſi appellauit, pendet appellatio nu. 3.*
4 *Tutor primus ſi rationem adminiſtrationis reddiderit, ſi nō eſt legitimè reddita, licet dominus eam redditam bene fateatur, id tamen pupillo nocere non poteſt.*

1 IVdices † iniquè agentes credunt ſe poſſe euitare pœnas ſyndicatus ex pluribus cauſis, ſed ſeipſos decipiunt, & iō attēde, ꝙ licet ſententia iudicis male iudicātis ſemel vel bis cōfirmata per iudices appellationis poterit tū ipſe iudex ꝑ tali ſentētia in ſyndicatu cōueniri, & idē ſi appellatio interpoſita ab ipſa ſentētia fuerit deſerta. ita not. dixit Inn. & Io. An. in c. paſtoralis, de off. dele. & voluit ēt hoc idē Inn. in c. ſæpe. de app. & voluit do. Catal. in tra. ſuo ſyndi.



ſynd. in verſi. 25. incip. addē & bene nota &c. vbi ad hoc ēt alleg. Ang. idem dicentem in l. dies cautionis. ff. de dā.
2 infec. in §. fi. Et ibi ēt ſubdit Ang. vnum non minus dignum, videlicet, ꝙ licet quis reportauerit contra ſe ſentētias conformes, attamen poteſt ēt conqueri de iudice in ſindicatu. Pro quibus ēt faciunt dicta per Bart. in diſpu. ſua incip. iudex qui per imprudentiā &c. & per Bal. in ca. iudices. de pac. iur. fir. & per Barb. in c. paſtoralis, in §. qa verò. in 7. col. de offi. dele. quæ oſa ēt refert & ſequitur Paris de Put. in ſuo tract. ſyndica. in 17. char. in 2. co. & in eodem tracta. in decima nona. char. in prima colum. vbi
3 tēt dē idem eſſe, ſi ille qui contra ſe reportauit ſnīam, & ab ea nō appellauit. & idem dē eſſe in illo qui appellauit, nam licet pendeat appellatio, poterit tñ agere contra iu dicem in ſyndicatu, de quibus latius per doctor. in locis præallegatis. Et ad prædicta faciunt etiam dicta per Bal.
4 in l. 1. C. ſi aduer. ſol. vbi ſdicit, ꝙ ſi prim' tutor reddidit rationem adminiſtrationis pupilli, quod ſi eſt malè reddita, licet ſecundus tutor confitetur illam eſſe bene reddita, ꝙ iſtud non nocet pupillo, & vide etiam do. Pari. in d. ſuo tracta. in 54. char. in 3. col. ver. ſi iudex pronuntiauit &c. vbi not. loquitur. & vide omnino Ale. in l. 1. in penul. & vlt. apoſt. ff. de appe. vbi no. loquitur & ponit alia plura faciētia ad hanc materiam, quę per te videas, & latius de omnibus ſupradictis vide per Phil. Dec. in d. c. ſæpe. in 3. & 4. col. de appel.

DCXLII.

1 *Appellatio etſi lege vel ſtatuto remota ſit, non tamen ſupplicatio remota intelligitur, Sed ſicut poſt binam à ſe appellationem interpoſitam quis minime auditur, ita nec ſupplicans poſt appellationem bonam.*

1 REmota † appellatione per legē vel per ſtatutum non intelligitur remota ſupplicatio ſecundum gl. in l. 1. ff. de offic. perfect. præto. & gl. in c. ex literis. de in integ. reſt. quam gl. ibi ſequitur Io. And. & do. Ant. Sed ſcias tū ꝙ ſicut nō auditur quis poſt binam appellationem à ſe interpoſitam, vt in l. 1. C. ne lic. ter. prono. ita nō auditur ēt ſupplicans poſt binam appellationem, ita dixit gl. quā do communiter ibi ſequuntur in l. ſi. C. vt lit. penden. & ita per illam gl. firmauit Paris de Puteo, in tract. ſuo ſyn. in 18. char. in 3. col. vbi alia plura adducit in materia.

DLXVIII

1 *Cauſæ cognitionem iure magni eſſe effectus conſtat. Nam præter cætera, iudicis præceptum pœnale ſine cauſæ cogniti one nullius eſt momenti. Et qui huic non obedit in ipſius præcepti pœnam non incidit.*
2 *Iudicis præcepta aut mandata ſine cauſæ cognitione facta pro mera citatione haberi.*
3 *Periculum quando in mora eſt, ſolent iudices, à præcepto incipere, ꝙ poſtea in cauſæ diſcuſſione iuſtificant. Quinetiā ob eandem ne partes arma veniant ſine cauſæ cognitione poſſunt iudices facere, quod periculo ceſſante reuocare debet.*
4 *Iudex ſi quem coram ſe iurare facit, & citato iurare ſuis præceptis obtemperare iubet, quod ſi citatus facere nolit, nec faciat, ob id contumax non eſt.*

1 CAuſæ † cognitio est magnæ importātiæ, de' qua aliàs plura dixi not. in l. qui cædem. in 3. & 4. & 5. col. ff. de ſicar. Sed aliud dico tibi nunc non minoris vtilitatis, videlicet, ꝙ præceptum pœnale iudicis factum ſine cauſæ cognitione non valet. ita dixit Alber. de Roſa. in 2. parte ſtatu. qōne 154. incip. quærit ēt Guliel. &c. vbi etiam ſdē ꝙ ille qui non obedit tali præcepto non cadit in pœnam ipſius præcepti, de quo ego dixi in pract. mea cauſarum criminalium. in §. 2. q. nu. 79. cum ſequen. & idē dixit Inno. in ca. tua. de cohabita. cleric. & mulie. vbi ēt dicit, ꝙ
2 mandata vel præcepta quæ fiunt ſine cauſæ cognitione habētur pro mera citatione. quod dictum pro valde not. refert & ſequitur Bal. in l. ius alimentorum. ff. vbi pupil. edu. debe. & eos refert & ſequitur do. Paris de puteo. in ſuo tractat. ſyndica. in 78. char. in 3. col. vbi adducit Bal. in l. ſed & ſi quis. ff. quemadmodum teſtamen. ſaperiun.
3 vbi ſdicit ꝙ quando periculū est in mora iudices frequenter à præcepto incipiūt, & poſtea illud iuſtificant ꝑ examinationem cauſæ. & dicit etiam ꝙ idem tenet Io. And. in additio. Spec. in tit. de ſenten. in §. iuſta. vbi dē ꝙ vbi periculum est in mora ne partes veniāt ad arma, quòd tūc
4 iudex pōt facere præceptum ſine alia cauſæ cognitione, licet poſtea ceſſante periculo debeat reuocari. Et ſ dicit ēt Par. vbi ſuprà, ꝙ ſi iudex facit aliquē citare corā ſe, & ſibi mandat ꝙ iuret obedire ſuis ꝓceptis, ꝙſi iſte citatus nō obtēperat non est contumax, quia illud mandatum fuit nudum & ſine cauſa. alleg. hoc voluiſſe Dyn. & Bal. in l. filius ſami. in §. dui. ff. de l. 1. de quo latius per eum, vbi ſuprà tene menti prædicta, quia modernis temporibus iudices faciunt præcepta ex abrupto ſine aliqua cauſæ cognitione, ſed ſolum pro libito & volūtate eorū, & vide q̄ dixi ſuprà in ſing. 543. inci. magnæ operationis &c.

DCXLIX.

1 *Officialis infirmitate, aut alia cauſa diſtrictus. ſi locum tenētem conſtituat, an eadem facere poteſt, quæ & ipſe principalis officialis? Et an conſcientia & conſenſus ſuperioris requiratur. nu. 2.*

1 SAepe † cōtingit, quod officiales infirmitate vel alia de cauſa impediti faciunt aliquem ſuum locum tenentē, qui locū tenēs pōt ea q̄ facere poterat ipſe officialis principalis, vt est tex. in l. ſuggerēte. C. de offi. eius qui vicem
2 alte. ger. & ibi Bar. Sed ſcias tamen quòd talis vicegerēs poterit facere eo caſu quod facere poteſt ipſe principalis officialis, præterquā ꝙ non poterit imponere pēnā mortis nec mutilationis membri, ita dixit gl. not. in d. l. ſuggerente. quā ibi not. Bar. & idē dixit Par. de Pu. in ſuo tracta. ſyn. in 92. char. in 2. col. circa princ. vbi videtur hoc limitari, niſi talis vicegerēs ſeu locum tenens eſſet factus de conſcientia ſuperioris, quia tunc poſſet imponere pēnam mortis & mutilationem membrorum. ad quod alleg. plura, de quibus ibi per eum. Et vide quæ ego dixi in tracta. meo bannitorum in verbo, delictis. num. 30. cum duobus nume. ibi ſequen.

DCL.

1 *Statutum volens bannitum in pœnā corporali poſſe impunè occidi, valet & iure tenet. Quod et in violatore quoque priuilegiorum eccleſiæ locum habet, qui ipſo iure bannitus habetur.*

1 BAnnitus † poteſt impunè occidi, ſi extat ſtatutum volens quòd bannitus in pœna corporali poſſit impunè occidi, quod ſtatutum valet & tenet de iure, ſecundū Ioan. Andr. in addi. Spe. in titu. de conſtitu. §. 1. circa pen. & vlt. col. & voluit Hoſtien. in c. ſi. de conſuetu. & Barto. in l. omnes populi. in 3. quæſtione principi. ff. de iuſti. & iure. & in l. 2. per illum text. C. quando lic. ſe ſine iud. vindi. & Bar. & Bal. in l. vt vim. ff. de iuſti. & iure. & volunt alij plures quos ego adduxi in l. 1. in princ. in 8. colum. ff. de ſicar. † Scias quod non ſolum bannitus, & in figura banni deſcriptus vigore dicti ſtatuti poteſt impune occidi, ſed etiam poteſt impunè occidi vigore dicti ſtatuti ille qui non est bannitus, nec in figura banni deſcriptus, ſi est violator priuilegiorum eccleſiæ. ita ſing. dixit Sali. in authen. item quæcunque. C. de epiſco. & cle. & alleg. rōnem dicens quòd hoc euenit, quia talis violator priuilegiorum eccleſiæ est bānitus ipſo iure, per illum te. quod verè est verbum not. deſeruiens ad plura.

DCLI.

1 *Membrorum ſuorum neminem dominum, vnde ſit vt alius pro alio ad pœnam corporalem ſe obligare nequeat.*
2 *Pœnam pecuniariam ſi quis pendere debeat, an fuſtigari ob delictum ab ipſo commiſſum ſi ſoluendo eſt, ac malit virgis cædi, quam pecuniariam pœnam dependere, non debet eū iudex audire.*

1 PVto te ſcire regulam illam vulgatam, videlicet, quod Inemo est dominus membrorum ſuorum, vt in l. liber homo. ff. ad legem Aquiliam. & ideò quis non poteſt

le obli-

se obligare pro alio ad pœnam corporalem, vt dixit gl. in c.cum homo. 23.qõne 5.& voluit Bal.in l.1.ver.2.re uoco in dubium.C.ne fili.pro patre.vbi allegat.gl.& idẽ voluit Sal.in l.si filiusfamilias.circa princip.eodem titu. & Bal.in rubric.C.res inter alios act.& Io.de Anan.in c.2.in 6.col.de delict.pue.& Ias.in l.1.in pen.col.ff.de in lite.iur.& Bal.in consi.suo 203.inci.Duo famuli.in 1.vol. de quo ego latius dixi in repe.mea rubri.ff.de fideiuss.in 29.q.de qua materia etiam aliqua dixi in l.infans.in 2.colum.ff.de sica.& in sing.meo 199.inci.tu audiuisti &c.& in l.1.in 1.col.ff.de sicar.& in l.pen.in 1.col.versi. datur, & 3.lec.ff.de q.in qua materia plura dicit do.Fel.in c.solitæ de maio.& obe.& in c.cõtingit.circa med.de sen.exc. & Bal.in l.1.in pen.col.in.fi.C.de ser.fug.& Bar.in l.transigere.in pen.col.versi.ex parte actoris &c.C.de transact.& Ias.in §.penales in 11.co.Inst.de act.& in §.actio
2 nes autem.in 11.col.eo.tit.Et†tene menti no.verbũ, videlicet, ꝙ adeò est vera dicta regula, quòd nemo est dominus membrorum suorum, ꝙ si ille qui debet soluere pęnam pecuniariam, vel fustigari ex delicto per eum cõmisso est soluendo,& vult potius fustigari quam soluere iudex non debet ipsum audire, sed debet cogere eum ad soluendum & bona sua vendere, ita dixit Bal.in l.quicũque in pen.col.C.de ser.fug.alleg.l.de pollicitationibus. ff.de polli.ꝙ dictum pro valde no.refert & sequitur do. Par.de Put.in tract.suo syndi.in 85.char.in 2.co.in prin. quod est not.dignum,& circa hanc materiam vide do. Fel.no.loquentem in c.sicut Iudæi.in 2.col.de Iudæ. vide tamen Ang.in auth. vt nulli iudi.§.fi.in vlt.col.

DCLII.

1 *Officialium successores debent satagere ne prædecessores non syndicati habeant, alioqui pro illis manent responsuri, & eisdem pœnis puniendi, quibus ipsi prædecessores si culpabiles apparent.*

1 Diligenter†aduertant successores officialium in officijs ꝙ iudices seu officiales in quorum locum succedunt, stent ad syndicatum & fugam non arripiant, nã si tales successores sunt neglientes,& non dant operã, ꝙ tales officiales stent ad syndicatum,& permittũt eos aufugere, ipsi successores tenent pro eis & puniendi ea pœna qua ipsi officiales qui aufugerunt, erant puniẽdi te.est no.de hoc in l.1.§.similiq; pęna.C.vt oẽs iud.tã ciui.quã mili.&c.quẽ te.pro no.ad hoc alleg.do.Par.de Put.in tra. suo syn.in 80.char.in fi.in j.col.quod est summè not. ab officialib.qui succedũt alicui officiali in offi. ꝑ eũ finito.

DCLIII.

1 *Affinitas seu sanguinis coniunctio virium multarum in iure est. Quod hinc apparet, vt si qui pacem inierint, vicissim promittentes se non offensuros sub pœna si alter alterius affinem aut coniunctum offenderit, perinde in pœnã cadit, ac si conciliatum offenderit.*

2 *Quod limta vt hic.*

1 Affinitas†seu coniunctio sanguinis est maximæ potẽtiæ,& multum operatur, vt satis dixi in repe. mea l. vnicæ.C.de raptu virgi.nu.197.per duas co.ibi sequens. Sed nunc addo vnum non minus solenne, videlicet, ꝙ affinitas seu coniunctio sanguinis est tantæ potentiæ, quòd si duo inimici faciunt pacẽ adinuicẽ, & vnus promittit alteri eũ nõ offendere sub pœna, ꝙ isto casu si vnus ipsorũ offendit affinem vel coniunctum alterius, ita cadit in pœnam tanquã si eum offendisset, ita sin.dixit Pe.de Ancha.per illum te.in c.sciant cuncti de electio.in sexto, ꝙ dictum pro valde no.refert & sequitur Ias. in l.j.ff. in ius vocan. vt eant aut satisd. & in l.de pupillo. §. si quis ipsi pretori.in decima co.nu.13.ff.de operis noui nuntiatio. & in l.j.in prima col.C.de indict.vidui.tol.vbi dicit, qđ
2 idem voluit Io.And.in reg.frustra.in mercur. Quod †tñ limitat ipse Ias. nisi appareat quod affinem offendat ex alia causa quam ex illa causa quam habet cum principali cum quo fecit pacẽ, ad quod alle.D.Ant.& Io.de Imo. in c.2.de renuntia.Tene menti, quoniam sæpe occurrit in facto, & prima facie quilibet diceret contrarium, & vide quæ dixi in repeti.mea rubri.ff.de fideiuss.in 54.co. de quibus etiam dixi suprà, in sing.331.incip.pacem faciens &c.& hic repeto ibi dicta ductus obliuione eorũ, quæ ibi dixi, sed non puto hoc absonũ nec inconueniens quoniam nunquam nimis quod nunquam satis.

DCLIIII.

1 *Contrahentes si in instrumento iurent se omnia in illo contenta attendere & obseruare, & in aliquo vlla rõne, vel causa se non contrauenire, si deinceps velint contractum vsurarium dicere, vel simulatum, vel nullum, an id possint, & qua ratione.*

Multos iam vidi peritos, & quotidie video eos errare & seipsos decipere, & pauci sunt qui in hoc non er
1 rent. Nam†quando in aliquo instrumento iurarunt omnia in ipso instrumento contenta attendere,& obseruare,& in aliquo non contrauenire aliqua ratione vel causa, si postea volunt dicere illum contractum vsurarium, vel simulatum, vel nullum aliqua alia ratione vel causa ne incidant in periurium, vadunt coram epõ vel eius vicario,& petunt absolutionem vel habilitationem à dicto iuramento, qua absolutione vel habilitatione obtenta coram iudice ordinario mouent litem super dicto instrumento ex aliqua causa, & non animaduertunt, quod tale iudiciũ processus & sñia quæ sequentur sunt nulla & inualida, qm̃ iudex præparati debet esse iudex præparantis, ne iudiciorum cognitas seu connexitas diuidatur, vt habetur in l.ordinarij.C.de rei vendicati. & in l.nulli.C. de iudi.& rõ põt esse, quia in ciuili & in criminali causæ continentia non debet diuidi, vt in l. qui de crimine. C.de accu.& idem debet esse iudex iudicii præparati.ita ad literam dixit Bal.in dicta l.ordinarii.in j.col.C.de rei vendi.quod dr̃ esse bene no.quod dictum pro valde no. & sin.exclamat do.Io.Baptista de Cazalupis ĩ repetitio. l. omnes populi.in 3.char.in 3.co.post prin.ff.de iustitia & iure,&c.& do.Ale.in consi suo 196.inci.Circa primũ & cætera.in vlt.co.in 2.vol.de quo ego dixi in con.meo 84.inc.Casus talis est &c.alias inc.vias tuas &c.in 4.char. Tene menti, quia vt ita dixerim totus mundus errat in hoc, ex quo poteris annullare infinitas sñias & ꝓcessus.

DCLV.

1 *Potenti viro, et flumini magno nemo se adiungere debet, nam vterque violentiam irreparabilem inferre solet.*

2 *Princeps si rem cũ priuato cõem habet etiam diuisibilem sicut ex animi sententia partem suam potest uendere, ita & priuati, ẽt sine causa, ei resoluto tamen pretio, licet minima Principi competat portio. Quid autem in huiusmodi distractione principi ex æquo seruandum, habes hic nu. 3.*

1 Dicit†quoddam prouerbium, quod homo nũquam deberet adhærere, nec se impedire cum magno & potenti viro, nec etiam cum magno flumine, quia vterque eorũ sæpe vtitur violentia irreparabili,& quod hoc sit verum in magno viro, patet tex.in l.2.C.de commu-
2 nium rerum aliena.vbi† dicitur, quòd quando princeps habet rem communem cum alio etiam diuisibilem, sicut potest partem suam pro libito vendere, ita etiam simul cum illa partem socii etiam sine causa soluto ei pretio, quem tex.alleg.Abb.in cap. pen. in nona columna. de re iudicata.& illum textu.alleg etiam Barto.in l. fina. C.si contra ius vel vti.public.& domi.Felin.in capi. quæ in ecclesiarum.in 18.column. versicu. sexta declaratio. de constitu.vbi dicit, quod similis est text.in l.prima.C. de venditio.rerum fisc.libro decimo.dicens hoc procedere, etiam si ad fiscum minima portio dictæ rei pertineret.& refert domin.Felin.vbi supra Bal.in dicta l.2.C.de
3 communium rerum alien.quod æquum†tamen est, qđ princeps venditurus rem communem prius requirat cõsortem,& eum præferat si vult dare quantum alius. argumen.l.necesse.ff.de in diem addict.& l.prima.ff.de priuilegiis creditorum.quod dicit esse no.ad limitationem l.dudum



l.dudum.C.de contrahen.empt.quæ omnia etiam sunt notanda ad materiam.l.nec emere.C.de iur.delibe.

DCLVI.

1 *Venditorem regulariter de euictione teneri. Quid autem si in contractu conuentum sit, ne de euictione teneatur, an nullũ subest emptori subsidium.*

2 *Et quid si in instrumento dictum sit, ꝙ non tenebitur, nisi suo facto, vel dato tantum, posteà tamen ex ipsius authoris facto res euicta sit?*

1 Venditor†regulariter tenetur de euictione, vt in toto titu.ff.& C.de euict.& in c.fi.extrà de emp.& vẽdi.& habetur in l.h.C.de act.empt.& in l.stipulatio ista. ff.de verb.obli.Sed de vno dubitari potest pone ꝙ vẽditor in instrumẽto dr̃ ꝙ nullo modo vult teneri de euictione, an hoc casu sit aliquod remedium emptori, si res fuerit euicta legitimè? quo dicas ꝙ sic, tali casu tenetur venditor, saltem ad pretium restituendum emptori. te. est no.in l.emptorẽ.in §.pen.ff.de act.emp.& voluit Ange.de Aret.in §.actionum.in 16.col.Inst.de act.& in §.fi. Inst.de emp.& ven.ꝙ ipse in d.§.actionũ.dr̃ esse verum, qñ in genere est factum tale pactum, ꝙ ipse nullo modo vult teneri de euictione à quocunque euincatur, sed secus si specialiter specificaretur certa persona, puta si dicatur, si euincatur à Sempronio vel à Caio, nolo teneri, qđ tũc si ab aliquo ipsorũ euinceret non teneretur venditor etiam ad restitutionem prætij. iste est tex.cum glo.sua.1. in l.qui libertatis.ff.euictio.& voluit Bal.& Sal.in l.1.C. de peric.& commod.rei ven.& Ang.de Are.in d.§.actionum.in 16.col.in prin.& voluit Lud.Ro.in sin.suo 388.
2 incip.si vendo,&c.Sed pone, ꝙ instrumento vẽditionis venditor dixit se solum velle teneri de suo facto vel dato tantum & posteà res euincitur ex facto sui authoris, an tunc teneatur ipse venditor? in quo breuiter dicas, ꝙ sic, ꝙ tenebitur ex causa seu ex facto sui authoris, quia ꝑ illam taxatiuam tm̃, non vr̃ exclusum factum sui authoris. Ita dixit Bar.in l.si seruus.in 2.in princ.ff.de cond.fur. & eũ refert & sequitur Bal.& Sal.in l.fina.C.de act.emp. & Alex.in d.l.si seruus.& Ang.de Aret.in d. §.actionum. in 16.col.Inst.de actio.& illam doctrinam Bar.in d.l. si seruus.refert & sequitur Lu.Ro.ĩ l.stipulatio ista in principi.ff.de verb.obli.& do.Anto.But.Hispanus in c.fi.in 9. co.ext.de emp.& vend.vbi dr̃, ꝙ illa doctrina Bar.cõiter tenetur, licet Bal.eam non firmet in c.1.in fi.qui succes.tenean.in vsib.feu.subdit tamen do.Ant.in d.c.fi.de emp. & venditio.illam doctrinam Barto.& sequacium esse veram in authore vniuersali, secus in authore particulari, vt quia ipse mihi vendidisset,& ego postea tibi vendidissem, quia tũc nõ ero obligatus ex facto mei authoris.all. ad hoc gl.quam dicit sing.relatam ad te.in l.si cum fundum.ff.de verborum.obligat.domin. Fransc.de Crem. in not.suo 156.incip.vnus socius,&c.de qua materia vide etiam eundem do.Fran.in not.suo 32.incip.sæpe istud contingit,&c.& Ias.in dict.l.stipulatio ista.in princ.in 5. & 6.col.de verb.oblig.& vide suprà in sing.475.inci.non est tibi nouum,&c.Tene menti prædicta, quia vere sunt notabilia & multum quotidiana,& sæpissimè veniunt in facto,& supra dicta sunt apud paucos,& quanto rariora tanto pretiosiora.

DCLVII.

1 *Beneficia familiarium conferendi si cui potestas concessa sit, et vnus de famulis famulus esse desierit, qui postea moriatur, non poterit commissarius collator huius demortui beneficia conferre.*

2 *Priuilegiũ immunitatis ob liberorum numerum patrifamlias concessum ob ipsorum aliquorum mortem non expirare.*

1 Plura†notabilia ponit dom.Fel.in materia reseruationis beneficiorum ecclesiasticorũ, in c.in nostra.16.& 17.col.de rescrip.& inter cætera dr̃, ꝙ si conceditur alicui potestas conferendi beneficia familiarium suorum, & vnus de famulis desinit esset famulus, posteà moritur, ꝙ non poterit ille conferre beneficia ipsius. Ad quod alleg.do.de Rot.in antiquis deci.in tit.de præben.deci.20 & Io.And.in c.fi.de verbo.sign.in 6.Item alle.ẽt Thom. Fastoli in dubio Rotæ 53.inci.Secũdo dubitatur,&c.vbi ã vult, ꝙ reseruatio beneficiorũ cedentium vel decedẽtiũ capellanorum papæ non afficit beneficia eorum qui desierunt esse capellani, quæ oĩa sunt multũ notanda, quia quotidie passim occurrunt in facto, maximè in vrbe Romana apud Cardinales habentes tales reseruationes suorum familiariũ. Contra prædicta tñ faciunt plura, q̃ ha-
2 bẽtur per Io.And.& alios in c.decet.de re.iu.in 6.†vbi dicunt, ꝙ beneficium seu priuilegium immunitatis alicui patrisfamilias concessum ꝑ numerum liberorum, non expirat ꝑ mortem aliquorum ipsorum filiorum. quod etiã firmauit Io.de Imol.in consi.suo 77.inci.visis,&c. in fi.vbi dr̃ ꝙ hoc expresse firmauit Io.And.in d.c.decet.in mercur.& ibi Bal.in aliquibus suis additio.quas fecit in dictis mercuriali.de qua tñ q̃õne vide latè per Alexã.in l. si cõstãte.in §.si maritus ff.solut.mat.& vide ĩ simili Bal. in l.1.in vlt.col.C.de inoffi.dona.& Pau.de Cast.in l.2.in vlt.col.C.de posth.hære.inst.& vide oĩno Bar.in l. Titia 2.in §.Imperator.in pen.q.ff.de leg.2.vbi vr̃ in casu simili tenere opin.Io.And.in d.c.decet.in mercur.quam etiã firmat Bal.in consi.suo 101.inci.verba dñi,&c.in 3.vol. & do.Phil.Dec.in consi.24.in princ.pen.col.& in auth. prætereà.in fi.verbis.C.vnde vir & vxor.Pro qua opi.ipse ibi plura in simili alle.& alle.ẽt Io.de Anan.tenentem opin.Io.And.in consi.suo vltim.vbi latè,& not. loquitur in mater. Item opin.Io.And.in pluribus iuribus & rationibus sequitur & affirmat Ia.in l.sciendum.in §.si fundũ. in pen.& vlt.col.ff.qui satisda.cogan.& reprobat omnes tenentes contrarium,& maximè do.Alex.in d.l.si constante.in dicto §.si maritus.ff.soluto matrimo.& alios in alijs locis.& dr̃ hanc esse cõmunem opinio.quæ sequenda est,& ab ea non est recedendũ, vt habetur in l.fi.C.de pœ.iud.qui malè iud. Et ex his oritur mihi aliqua dubitatio circa ea, quæ dixit do.Fel.ĩ d.c.in nostra, quæ supra retuli, ideo poteris cogitare circa prædicta.

DCLVIII.

1 *Testes non reddentes dicti sui rationem, etiam non rogati, in criminalibus non probant, maxime si contra reum & ad offensam, secus si pro reo & ipsius defensione.nu.2.*

1 Testes†in causis criminalibus non probãt, nisi etiam non interrogati reddant rationem dicti sui secundũ Salicet.in lege fina.C.de probatio.quem refert & sequitur Alexande.in consilio suo 25.incip.viso processu inquisitionis formatæ.in 8.column.in 1.volum. quod etiã voluit Ias.in repe.l.admonendi.in 99.colum.ff.de iureiuran.& in l.ait prætor num.21.ff.de iureiur.& dom.Phil. Dec.in consil.suo 37.incip.in causa.in 3.colum.& in caveniens.nu.13.de test.quos ego adduxi in practica mea causa.crim.in §.diligenter.numer.3.& suprà in singula.
2 621.inc.magnæ importantiæ,&c.Istud†intellige esse verum & procedere in testibus deponẽtibus contra reum & sic ad offensam, sed secus est in testib.deponentibus ꝓ reo ad defensam, quia tales testes probant, licet non interrogati non reddant rationem dicti sui, ita nota.dixit Bald.in leg.solam.in vlti.colum.versi.secundo hoc quæritur.C.de testibus quem refert.& sequitur Ias.in §.item si quis 2.in 5.colum.num.29.Insti.de actio. quòd est summè no.ad materiam defensionis reorum,& vide supra in sing.19.incip.tu scis,&c.

D.L.IX.

1 *Solennitates iuris in notorijs relaxari, non tamen eas quæ iudicis competentiam aut incompetentiam respectant, Et licet delictum notorium sit etiam per rei confessionem, id tamen incompetens iudex exequi non potest.nu.2.*

1 Satis†notum in iure puto, quod in notorijs solennitates iuris relaxantur, vt dixit Pet.de Anch.in consi.suo 97.incip.subtiliter & ad plenum.in fi.1.columna.alleg. c.1.de elect.& c.ad nostram.de iureiu.de quo etiam per do.Fel.

do.Fel.in c.ecclesia sanctæ Mariæ.in 9.colũ.de const. de quo ego memini in repet.mea rubr. C. de proba.in 44. co.in ver.pro quibus facit,&c.Scias tamen, ꝙ licet in notorijs sint relaxatæ seu remissæ solennitates, tamen hoc fallit in solennitate competentiæ iudicis,quæ etiam req
2 ritur in notorijs.†Et ideo teneas menti,quod licet delictum sit notorium ēt per confessionem rei,nunquam tamen potest exequi à iudice incompetenti.ita not. dixit Bal.in l.magisteriæ.C.de iurisdom.iud.& ĩ l.criminis.C. qui accu.non pos.quem refert & sequitur Ale.in l. magistratibus in fi.ff.de iurisdom.iud.& in l.diuus.ff.de custo. reo.Teneas menti,circa materiã notorij,de quo notorio pluta dixi in dicta repetit. mea rubr.C.de probat.

DCLX.

1 *Iudex æquitatem ob oculos semper habere debet.Vnde fit,licet habeamus quod inter multas opiniones vltima præsumatur approbata, si tamen prima æquitate subnixa sit, vltima autem rigorem contineat,prima inhærendum sit velut approbatæ,non vltimæ.nu.2.& 3.*

1 DIcit tex.vulgatus in l.ꝙ si Ephesi. in fi.ff.de eo,ꝙ cer. lo.†ꝙ iudex debet semp habere æquitatem ante oculos.Ad idem est te.in c.1.4.q.4.& in c.oĩs qui 45.dist.& in c.fi.de trãsa.pro quo facit l.placuit. C.de iud.& text.in l. 2.in §.itẽ Varus.ff.de aqua plu.arc. in verbo æquitas sugerit &c.& in l.at si quis.in §.idem Labeo ait.ff.de relig. & sum.fun.& voluit gl.in c.paratus.23.q.1.& An.in c.dilecti de iu. & Bal. in l.si defunctus.ad fi.C.de suis & legi. & Abb.in c.cum ad monasterium.in fi.de testa.mona.& in c.magnæ.deuo.& in c.fi clericus.in 2.col.de foro com
2 pe.Et ex prædictis scias,ꝙ adeò est verũ hoc,ꝙ licet habeamus,quod vltima opinio in dubio censetur esse approbata,secundum gl.in l.qui filium.in §.Sabinus. ff. ad Trebe.& not.Io.And.in c.1.de pœ.in 6.in nouella , & in c.2.de sen.excom.eo.lib.& Bal.in auth.ex testamento in prin.C.de test.& Ale.in consi.72.inc.inspecto diligenter in 5.co.in 1.vo.& in cõsi.100.inc.super primo in 9.co.in eo.vol.& in consi.121.inc.viso processu causæ in penul. col.in eo.vol.& in consi.77.inc.in causa & lite in 3.colũ. in 2.volum.&ibi in consi.163.inc.viso &c.in 1.col.& in consi.252.inc.præclarè in fi.1.col.& in consi.395.inc.icũ dicatur in 2.col.& Barth.Sal.& alij in l.bona fides.in fi.ff.
3 depos.Tamen†istud fallit,nisi prima opinio sapiat æquitatem,& vltima sapiat rigorem,quia tunc prima censetur approbata.Ita dixit gl.sing.in l.si cum exceptione. in §.sed & si quis in verbo,omnimodo.ff. qđ met. cau. quã gl.ad hoc pro sing.alleg.do.Fran.de Are.in con.suo 163. inc.diligenter & maturè discussis in 7. col.quem refert, & sequitur Iaſ.in d.l.placuit.C.de iud.& in l.si tibi pecuniam nu.9.ff.si cer.pet.Et de æquitate ego dixi plura nota.in l.1.§.fi.in 13.col.de quæstio.& vide Dec.in c.quoniam contra nu.6.& 7.de probat.& vide suprà,in singu. 631.inc.vlt.opinio.vbi hæc replicaui obliuione ductus eorum quæ hic dixi.

DCLXI.

1 *Notarius instrumentum conficiens,si dicat aliquem de beneficijs iuris,vt pote Velleiano , Macedoniano & similib. se certiorasse,si deinceps de isdẽ interrogatus,dicat se ignorare ac nescire, an huiusmodi instrumẽtum subsistere possit?*
2 *Testis de possessione deponens,& dicit se vidisse Titium tenere,&c.si post interrogetur quid sit possessio dicit quod nescit nihilominus probat.*

EXaminaui tibi aliàs in repetitio. mea rubr.ff.de fideiuss.in 7.col.versi.teneas tamẽ mẽti perpetuo &c.an
1 †qñ in instrumento notarius asserit se certiorasse aliquẽ de aliquo beneficio sibi competenti,vt puta in muliere de beneficio.Velleiani,vel in filiofami.de beneficio Macedoniani,vel in alijs similibus,si postea ipse notarius interrogatur,quid sit illud beneficiũ,& nesciat,an corruat illud instrumentum?& finaliter tenui ꝙ corruit, & non valet,& ibi alleg.plura iura & plures do.tractantes dictã
2 qõnem.Sed†nunc addo vnum verbũ sin.iudicio meo,vi delicet ꝙ si testis deponat sup possessione,& dicat quod vidit Titiũ tenere & possidere,postea interrogatus, qd sit possessio,respondet quod nescit,tamen probat, quia intelligitur quod nescit,s.definire,vt faciũt periti,vel nescit aliter quam suprà dixerit.Ita colligitur ex gl.l.stipulatio ita.in §.hęc quoque stipulatio.ff.de verborum obligatio.secundum Iaſ.ibi vbi dẽ,quod illam glos. sequitur Bar.in l.de ætate in 2.q.princ.ad fi.ff.de mino.& Bart.in l.1.in 3.col.& ibi Bal.& alij.ff.si cer.pet.quod dicit ipse Iaſo.esse perpetuò tenendum cordi.

DCLXII.

1 *Creditor in debitoris sui causa testimonium ferre potest, nec suspectus reputatur.*

1 ACcipe no.verbum lucri plenum,videlicet†quod creaditor põt ferre testimonium in causa sui debitoris, nec reputatur suspectus.Ita not.dixit Iac.But.& Ange.in l.non solum.§.quæritur per illum te.ff.de procu.& Io.de Imo.in consi.suo 58.inc.in casu præmisso videretur breuiter dicendum quos refert & sequitur Alex.in consi.78. incip.in causa & lite vertente inter Bar.in 2.col.in 1.vol. & eos refert & sequitur Iaſ.in l.stipulatio ista.in §. si stipuler.in 2.col.ff.de verborum obligatio.vbi dicit, quod istud dictum est bene notandum & ligandum digito.

ADDITIO.

Ferre testimonium. Adde Io.Ant.Trigon.sing. 113. nu. 1.vbi respondet hic quæ in contrarium possent adduci.

DCLXIII.

1 *Notarius velut persona publica alijs personis etiam absentibus stipulari & acquirere potest.Quod limita,vt hic.*
2 *Notarius,licet à partibus dictum non sit,tamen clausulas cõsuetas in instrumento apponere potest.Quod limita, quãdo instrumentum sit seu est in fieri,non autem quando factũ ac perfectum est.nu.3.& 4.*

1 NOtarius†tanquam persona publica potest alijs personis etiam absentibus stipulari & acquirere le.his verbis.& l.non aliter.ff.de adop.l.2.& 3.& ibi Barto.plenè.ff.rem pup.sal.fo.l.1.§.exigere.ff.de magist.conue.& habetur per Bar.& alios in l.postquam liti.C.de pact.& voluit Ale.in consi.suo.65.inc.quoniam omne datũ &c. in 7.col.in 6.vol.& Phil.Dec.in consi.suo 226.inc.magi-
2 ster Ioan.in 1.col.vbi alleg.alios plures ad hoc.Ita tamen conclusionem limita & restringe solum habere locum in notario exercente actum notariatus,vt puta ,qa sit rogatus à partibus,secus autem si citra actum notariatus alteri stipulatur non intercueniente rogatu partium, tunc vt priuata persona alteri stipulari non potest.ita nota.dixit Ange.in consi.suo 73.& Bal.in l.certi condictio. in §.qm.ff.si cer.pet.& in le.1.in 6.col.C.per quas perso. nob.acqu.& Ange.de Are.in §.1.Inst.de iur. perso. quos refert Iaſ.in l.stipulatio ista.in §.si stipuler.n.14.ff.de ver-
3 bo.obl.Pro quo facit etiam,nam†licet notarius possit apponere clausulas consuetas in instro,ẽt si nõ sit tibi dictũ à partibus.vt l.si prius.in §.Plautius, & ibi Bar.ff.de aqua plu.arcen.& Bart.in l.ex ea parte.in princ.ff.de verborũ obl.& latè ponit Fel.in cap.cum M.Ferrariensis.in 3. co
4 lumn.de const.& dixi latius supra in singul. 23.incip.in iure clarum est &c. Istud†limita esse verum & habere locum solum,quando instrumẽtum est in fieri,sed secus est in instrumento iam facto & perfecto,quia tunc in illo non poterit addere seu apponere clausulas etiam consuetas.Ita not.dixit Barbat.in cap.2.in secunda column. extra de præcar.vbi alleg.hoc voluisse Barto.in rubri.C. de reuoc.his,quæ in frau.alie.sunt.in vltima colum.de quo latius dixi in dicto singu.meo 123.incip.in iure clarum est.vbi videas.

DCLXIIII.

AVdias quæso vnam decisionem,cuius contrariũ credo,quod diceret quilibet prudens prima facie, videlicet,habeo vestem vel aliam rem venalem,quam trado Titio ad vendendum , & vt magis sollicitet eius venditionem dico sibi,do tibi hanc rem ad vendendum pro decem



decem ducatis,& ex nunc si tu vendis eam plus, volo,ꝙ illud plus sit tuum.Titius stantibus prædictis vendidit illã rem pro 15.aureis,modo inter eos oritur altercatio super illis quinque,quæ plus vendidit,cui spectent,an Titio venditori,an vero dño ipsius rei?hanc qõnem ponit Iaſ.in l.1.in 3.col.ff.de æstima.act.in qua dẽ,ꝙ primo vi dicendum,ꝙ illa quinque quibus plus vendidit debeant esse Titij venditoris,eo quia contractus ex conuentione partiũ legẽ accipiũt,vt in l.1.§.si cõuenerit.ff.depo.& ĩ rebus claris non opus est coniecturis.l.continuus in §.cum ita.ff.de verb.obl.sed dẽ, quod hanc qõnem ponit Io.Fa. & Io.de Pla.in §.actionum.inst.de act. & distinguunt & bene,secundum eum,& dicunt,quòd aut conuentio fuit taliter facta,quod periculum casus fortuiti spectat ad ipsum vendẽtem,& isto casu quemadmodum periculum est suum,ita ẽt id quod plus vendidit,per regulam secundum naturam eius debet esse commodum & lucrum,cuius est incommodum & damnum.Si vero non fuit facta talis conuentio,illa quinque spectant ad dũm rei ne venditor consequatur lucrum sine periculo,quia tale lucrũ saperet vsurã de quo tñ latius per Iaſ.vbi supra,sed vere multa possent adduci ad fauorem Titij venditoris , quæ omitto ne longior sim præsentialiter.de qua quæstione vide latius per Iaſ.in d.§.actionum.numero 87. cum seq.& dixi supra sing.632.

DCLXV.

1 *Statutum pro homicidio pœnam imponens pecuniariam non valere,vt ꝙ ad homicidium inuitet,sed quo casu valeret, in parricidio & enormi delicto locum non haberet.nu. 2.*
3 *Statutum de homicidio locum non haberet in homicidio qualificato,videlicet,si patratum sit veneno.*
4 *Delicto obuiare licet quis de iure ciuili non teneatur, tamen hoc atrocissimo delicto locũ non habet,vt est in parricidio.*
5 *Maleficiũ cõsulens illi,qui alioqui facturus erat,licet nõ puniatur saltẽ eadem pœna,in enormibus & atrocioribus delictis cõsulẽs punietur licet principalis alias facturus esset.*

NIsi me mea fallat memoria,dixi tibi no.verbum de enormi delicto supra in sing.501.inci.enormia.nũc aũt accipe aliqua alia notabilia circa eandem materiam
1 quæ forte nõ sunt apud oẽs.Et†primò scias, ꝙ statutum imponens pœnam pecuniariam pro homicidio,non valet,ne hoĩes inuitentur ad delinquendum,contra l.conuenire.ff.de pac.do&t.in c.cum dilectus,quot met.cau.l. in fundo.ff.de rei vend.cum sim.& hoc volunt doc.s.Io. de Ana.& Fel.in rubr.de homi.licet Bar.& plures alij doct.teneant cõtrarium,s.quod tale statutum valeat,quos
2 referũt Io.de Ana.& Fel.in dicta rubri.de homi.Sed†casu quo tale statutum valeret,non tñ haberet locũ in parricidio,& sic†enormissimo delicto.Ita dixit Io. de Ana. in consi.suo 64.inc. præsupposita communi opi. quem refert & sequitur do.Phil.Dec.in rubr.extrà de proba.in 12.col.nu.12.& in c.de causis.in pen.col.de offi.dele.vbi dẽ ꝙ pro hoc in simili facit ꝙ not.Iaco.But.quem Ange. & Sal.ibi sequuntur in l.1.C.de maleſi vbi inquit , quòd
3 statutum de homicidio,†non habet locũ in homicidio qualificato,videlicet si factum sit cum veneno,& sequitur Io.de Ana.in c.1.in 4.col.de fortile.& voluit ẽt Ang.
4 in l.fi.C.de lato.lib.10.Secundò†ẽt scias,qđ licet de iure ciuili quis non teneatur obuiare delicto,vt per glo.in l.culpa caret.ff.de re.iur.& Bar.in l.1.§.sed in eo.ff.ad Syl la.& in l.metum.in §.sed licet.ff. quod met.cau.& voluit gl.de offi.ord.in c.ad reprimendam.& habetur per Bal. in l.vt vim.in 8.q.ff.de iust.& iur.& Pau.de Cast.in l.fi.in fi.C.de his quib.vt indi.tñ hoc non habet locum in atrocissimo delicto , vt est delictum parricidii , ita not.dixit Bal.in c.1.in 2.col.de offi.deleg.per l.vtrum.in ver. conscii & extranei eadem pœna afficiendi sunt.ff.de parrici. & cũ refert & sequitur do.Phil. Dec.in c.1.n.8.de offi.de
5 lega.Tertio†ẽt scias,ꝙ licet cõsulens maleficium illi,qui alias erat facturus,non puniatur saltem eadem pœna, vt latè tradunt scrib.in c.sicut dignum.in §.qui vero.de homic.& in l.non solum.in §.si mandato.ff.de iniur.& voluit gl.in §.ope.Inst.de obli.quæ ex delic.nascun.l.1.in §. persuadere.ff.de ser.corrup.& voluit gl.& Bar.in l.sæpe. ff.de verb.sign.& Bald.in l.ob hæc verba.in 2.co.ff.de his qui notan.insa.& in l.data opera in 17.co.C.qui accu.nõ pos.& in l.1.in 2.co.C.de ser.fug.& volunt scrib.in l.vni. C.de rap.virg.& volunt alii quos retulit do.Phil.Dec.in d.c.1.de offi.dele.nu.12.Istud tñ fallit in enormibus seu atrocioribus delictis, quia in illis consulens punitur, licet principalis esset illud alias facturus.Ita dixit Bal.in l. 1.in 2.col.C.de ser.fug.quod dictum refert circa cũ plura adducens do.Phil.Dec.in c.1.de offi.dele.nu.13.& in l.consilii nu.5.in fi.de reg.iu.de quibus,ẽt aliquid dixi in tra.meo bannito.in verbo , atrocioribus.nu.20.& 21.quæ oĩa addere poteris supra ad sing.601.inci.enormia , &c.

DCLXVI

1 *Statuto si cauetur,ꝙ venditio rei excedentis valorem centum librarum,non valeat,nisi cõtractus literis celebretur nec possit probatio fieri nisi per instrumenta,modo facta est rei centum librarum summam excedentis venditio , nõ tamen confectum instrumentum,sed conuentum quod fieret, interea vult venditor à dicta venditione nec resilire , hæc sententia fretus,ꝙ huiusmodi venditio instrumento probari nequit,qualiter emptori subueniendum est?*

1 PIndet†nunc de facto qõ no.& non modicæ importãtiæ,quæ talis est, Statuto ciuitatis cauetur,ꝙ vẽditio rei excedentis valorẽ lib.centum non valeat nisi de ea fit celebratus contractus in scriptis,& ꝙ non possit fieri probatio rei excedentis talem summam per testes , sed solũ per instrumenta.Modo Titius vendidit quandam possessionem Seio excedentem summam librarũ 1600.& hoc fecit corã testibus,& conuenerunt dictæ partes inter se de faciendo instrumentũ publicum dictæ vẽditionis coram dictis testibus,modò dictus vẽditor vult recedere à dicta venditione,& negat illã fecisse,videns ꝙ illa non põt probari per testes,sed ꝙ ad ipsius,probationẽ & validitatẽ requiritur instrumentũ publicũ, ꝙ nõ est cõfectũ nec celebratum,hoc casu an aliquo modo succurratur dicto Seiojemptori?In quo dicas quod sic,nam satis est emptori probare quòd conuentum fuit inter ipsum emptorẽ, & venditorẽ,ꝙ de dicta venditione debeat fieri instrumentũ in scriptis.Nã ad hoc vt contractus dicatur celebratus in scriptis sufficit ꝙ conuentum sit inter partes ꝙ fiat instrumentũ in scriptis de ipso contractu.Ita sing.dixit do.Fran.de Are.in consi.suo 160.incip.longa est ista consultatio.in 3.col.versi.venio nunc, &c. vbi pro hoc alleg.gl.inst.de emp.& vend.in §.1.in versi.conficiũtur. & in l.contractus.C.de fide instru.versi.in scriptis,& Specu.in tit.de empt.& vend.§.1.versi.sed si dictum, & alleẽt alia de quibus ibi per eum,& voluit Bald.in repetit. suo in verbo contractus.in 3.ver.de quo dicto feci mentionem in repetitio.mea rubri.C.de probat.in 16.col.ꝙ dictum est summè no.quia potest seruire ad multa,vide tamen ipsum do.Franc.de Are.in dicto suo consilio inserius,quia non videtur firmare prædicta,& vide Ange.de Are.in dicto §.primo Inst.de emptio.& vendit. & dom. Phil.Dec.in rubri.de consue.nu.2.

DCLXVII.

1 *Iudicis authoritatem in minorum contractibus desiderari iuris dispositione aut statutorum prouisum est,qualitas tamen personæ minoris contrahentis est spectanda,vt si clericus sit,iudex ecclesiasticus sit.si laicus sit,& laicus iudex. Et idem obseruandum in eo qui legitimari desiderat.nu.2.*

1 SAepissimè†ex dispositione iuris vel statutorum in cõtractibus minorum 25.anno.requiritur authoritas iudicis,& hoc quotidie practicatur.Sed aduertas,ne erres qñ si talis minor volens contrahere,est clericus, tũc authoritas quæ præstari debet debebit præstari à iudice ecclesiastico,& non à iudice seculari.ita no.dixit Pe.de Ancha.in c.fi.de iudic.in sexto,in principio,in sexto notab. post gl.ibi, versi.eiusdem,& no.in ver.hmõi,& idem fir

in cap.

mat ibi Gemi.quos refert & sequitᵉ dominus Phil. Dec.
2 in c.decernimus.in 18.col.num.30.in fi.de iudi.vbi sub dit q̃ ex hoc & ex alijs rationibus ipse alias consuluit in cõsi.suo 150.q̃ clericus nõ poterit ligitimari à comite Palatino seculari &illud cõsiliũ incipit. dubitatur principaliter,&c.vbi in 2.co.omnia supra dicta refert & affirmat pluribus alijs in simili adductis, quæ omnia notãda sunt in practica.

## DCLXVIII.

1 *Religionis ingressus, ingressum vsufructu quem in vita habebat,non priuat.Quod limita,vt nu.3.*
2 *Substitutus Seio post mortem ipsius,nõ admittitur ad bona,si Seius monasterium ingrediatur,& sic ciuiliter moriatur, quandoquidẽ in hoc naturalis mors,non ciuilis requiritur.*

1 INgressus religionis,non priuat ingressum vsufructu quẽ habebat ad vitã,ſm gl.in auth.idem est.C.de bo. q̃ libc.quã sequitur.ibi Bal.& Sal.& idẽ dixit gl.& do.in auth.ingressi.C. de sacrosan.eccl.& voluit Spe.in tit. de statu mona.§.1.verſic.47 & cano.in c.in præsentia.de probat. & Io.de Imo.in l.cum filio.in 5.col.ff.de le.1.& Io.de Fã. in c.si qua mulier.19.q.3.& Io.de Imo.in c.cum constet. de pig.& Soc.in consi.suo 10.inci.quamuis cõnes, &c. in 5.col.in 1.vo.& Ale.in consi.98.inc.viso instrumento. nu.17.& 18.in 6.vo.& in con.139.inc.viso themate,&c. in 3.col.in 2. vol.vbi latè & no.loquitur circa hanc mate
2 riam.Pro quo facit optimè, nãl si aliquis est substitutus Seio,post mortem ipsius Seij,non admittitur substitutus ad illa bona,si ipse Seius ingrediatur monasteriũ & ciuiliter moriatur,sed tunc admittitur qñ naturaliter moritᵉ ſm Bar.in l.Statius.in §.Cornelio.ff.de iure fiſ.& Ang.de Aret.in §.cum aũt.in 3.col.Inſt.quibus mod.ius patr.pote.sol.vbi alle.Bar.& alios hoc tenentes in alijs pluribus
3 & diuersis locis.Sed dictum primum de vsufructuario fallit in vsufructu,quem pater habet rõne patriæ potestatis in bonis aduenticijs filij, quia tunc pater ingrediẽs religionem perdit talem vsumfructum,ita dixit Sal.in di. auth.ingressi.in vl.col post Cy.ibi,& Bar. in dicta auth. idem est.Et rõ assignari põt, videlicet quia patria potestas,extinguitur per ingressum monasterij,secũdũ Sal.& alios in d.auth.ingressi.& per doct.in auth.excipitur.C. de bo.quæ lib.& voluit Spec.in ti.de statu monac.in §.1. ver.15.queritur.& in tit.de acto.ver.quid si pater.3 & in tit.de tut.§.si autem.ver.sed quæritur.& Card. in clem. eo.in 11.q.de reg.de quo etiam per Ias.in d.auth.ingressi.in fi.vbi ponit hanc limitationem,& per Deci.in c.in præsentia.nu.73.de proba.

## DCLXIX.

1 *Solennitatem ac potestatem eandem in tollendo,quæ & in faciendo,vel cõdẽdo,si quidẽ huius sit tollere,cuius est dare.*
2 *Testamenti confectio,si ex regis forma,vel statutorum, duos testes requirat,totidem etiam requiritur eius reuocatio & sufficiunt.*
3 *Papa licet solus Cardinales creare possit,non tamen sic deponere potest.*

2 IVrat volunt,vt credo,te scire,q̃ eadem met solennitas ac potestas requiratur in tollendo, quæ requiritur in faciendo vel construendo,& eius sit tollere,cuius est dare,vt hᵒ in auth.econtra si filij.C.de repu.& in auth. de defen.ciui.in §.iusiurãdum.& in l.nihil tam naturale. ff. de reg.iur.& in l.prout.ff.de solu.& c.de reg.iur.in antiquis.& not.Bar.in l.2.§.1.ad fi.ff.de opt.le.& in l.oẽs populi.in 3.q.prin.ff.de iust.& iure.& Bar.Bal.& Io.de Im. in l.ex facto.in princ.ff.de vulg.& pupi.& no.Ang.& alij in l.oĩum.C.de testa.& voluit Ale.in consi.47.incip.in cã vertente.in prin.in 7.vol.& in consi.133.inci.super præ
2 misso.in fi.in eo.vol.vbi inter alia dᵉ, q̃ si ex forma legis vel statuti duo testes requiruntur in cõfectione testamẽti, ita duo testes in eius reuocatione sufficiũt,de qua materia ego latius forte vltra oẽs loquutus sum in tractat. meo bannitorũ,in verbo,ciuitate.nu,67. cum pluribus nu.ibi seq.de quo ẽt plenè loquitur do.Fran. Niconicius in repe:c.qñ contra.nu.207.cum seq. de proba. Limita tamen sing.ista in vno casu no.& maximæ importantiæ
3 videlicet quod licet Papa solus possit creare Cardinales secundum Io.And.in c.sanè de conuer.coniu. quem ibi sequitur do.Ant. quos refert & sequitur do.Phil. Dec. in rub.de const.in §.secundò quærit.nu.4.ver.& inter alias & cætera.in prima lectura,vbi alle.gl.in clem. ne Romani.in verbo potestatis.de elec.& eos ẽt refert & sequitur do.Fel.in dicta rub.de const.in 1.col.& eos ẽt refert & sequitur Ias.in l.placet.num.28.C. de sacrosan. eccle.Attamen solus Papa non põt Cardinales deponere.Ita p plura iura determinat Barb.in tracta.suo Cardinalium, in 8.q.prin.quem refert & sequitur do.Phil. Deci.in dicta rubr.de const.in 2.col.nu.6.in eius secunda lectura,quæ oĩa sunt multum no.quia creare & deponere Cardinales nõ ẽ magni,sed imo ẽ maximi momẽti,vt ex se apparet.

## DCLXX.

3 *Necessitas,vt magnæ efficaciæ est,ita facit,vt filius familias, q̃ alioqui iure nõ posset obligari,efficaciter ex mutuo queat.*

1 NEcessitas est magnæ operationis,& plura habet specialia,vt latè dixi in l.1.§.præterea.in 21.col.ff.de q. & supra,in sing.421.incip.quando periculum &c.Sed vltra ea,quæ dixi in dictis locis.addo aliud in ipsa materia necessitatis,videlicet q̃ licet de iure filius familias regulariter non obligetur ex mutuo,sed mutuans ipse repellatur per exceptionem senatusconsulti Macedoniani,vt in toto tit.ff.& C.ad Senatusconsul.Macedon.tũ hoc fallit,nisi factum fuerit mutuum ipsi filiofamilias propter necessitatem ipsius,quia tũc efficaciter obligatur,& hoc casu cessat exceptio Macedoniani.Ita sing.dixit Inno.& post eũ Abba.in c.quia plerique ad finem de immunita. eccle.& do.Phil.Dec.in c.nouit.nu.21.in ver.limitatur nisi &c.de iudic.vbi refert Abb.in d.c.quia plerique tacito Innoc.quod dicit Abb.esse no.maximè cum talis filiusfamil.accipiens mutuum semper videatur esse in necessitate,de quo ibi latius per eum,quem vide.

## DCLXXI.

1 *Iudex si quem locũ tenentem constituat,& quoties eum abesse contigerit,locũtenens vices ipsius gerat,si casu cõtingat, ut die aliqua præsens sit,aliqua absens iudex, an valeãt quæ gesta sunt ab locumtenente principali iudice præsente?*

IN repetitio.mea l.fina.ff.de iurisdictio.omnium iudicum numero.144.cum pluribus num.ibi sequen. dedi tibi plura singularia dictæ in materia rei momentaneæ, vt ibi videre poteris,sed in dicta materia rei momenta neæ,do tibi aliud singula.verbum nunc vltra ea,quæ ibi
1 dixi,videlicet q̃ si iudex facit aliquem suum locum tenentem quoties eum abesse contingerit,& eueniat casus quo ipse iudex principalis vna die absens sit,& vna die p̃sens,quod valent acta coram ipso locum tenente facta etiam illo die in quo ipse iudex principalis præsens fuit, ne ex ista modica variatione partes decipiantur,ita singu.dixit Pau.de Castro post Guli.de Cun.in l.fed & si pupillus.in §.si conditio.ff.de instito.quod dictum pro val de not.refert & sequitur do.Phil.Dec.in c.quoniam Abbas nume.7.de offic.deleg.vbi dicit quod pro hoc dicto etiam facit,nam cessatio momentanea non videtur esse in consideratione.l.3.in fine.ff.de diuor.& l.plerique.ff. de ritu nuptia.& l.si quis legauerit.ff.de condi.& demõstratio.& idem dixit ipse Decius in l.quæcunque nume. 68.ff.de offic.eius cui mandat. est iurisd. Et pro hoc dicto optimè faciunt plura iura & plures doctrinæ,quæ & quas ego adduxi in dicta repetio.mea l.si.ff.de iurisdict. omnium iudi.n.144.cum pluribus numeris ibi sequen. vbi omnino videas.

## DCLXXII.

1 *Interpretationem in omni dispositione sic faciendam,vt actus valeat potius quam pereat.*
2 *Actus,qui est in ordine prior,licet præcessisse p̃sumatur,tamẽ hoc locũ non habet,quando actus nullus redderetur,si littera vel scriptura ordo consideraretur,quia vt actus valeat*

præsumitur

*præsumitur actus præcessisse,qui in scriptura posterior est.*
3 *Instrumentum si patris donationẽ filio factã,ac deinde emãcipationẽ cõtineat,emancipationẽ præcessisse,non attẽto scriturę ordine,præsumẽdum est,vt donationis actus valeat.*

1 IN fenda fert semper interpretatio in quacunque dispositione,vt actus potius valeat quam pereat,vt in l.quoties.ff.de reb.dub.& l.quoties.ff.de verbo.oblig.& l.cum hic status.§.pænitentiam. versicu. quod si in obscuro.ff. de donatio.inter vir. & vxor. & l.diuus in princi.ff. de vsu & habi.c.abbate sane.§.pen.de verbo.sig. voluit Barb. in l.si communis seruus.2.in 2.col.versi.quarto quando secundum vnum &c.ff.de stipu.seruo. & l.si vnus.in §.fi.ff. de pact.& Ioan.de Imol.in l.quod dicitur in 10.col.ff.de verb.oblig.& Lud.Rom.in consi.suo 34.incip.plura sunt &c.in.1.col.de do.Franc.de Cur.in consilio suo 20.quod est vltimum,& incipit,præsupponitur in facto &c.in pe.
2 col.vbi ad hoc plura alleg. Et ex istis tene menti, quod licet præsumatur præcessisse actus qui est prior in ordine literæ,vt puta,si reperiuntur duo instrumenta scripta in vna charta,instrumentum primo scriptum, præsumitur primo celebratum, vt est texu.quem ibi ad hoc nor. Bar.in §.quibus.in 1.constit.Codi.& ibi etiam Bal.tamen. hoc non habet locum,quando actus redderetur nullus si attẽderetur ordo literę vel scripturæ,quia vt actus valeat, præsumitur quod præcesserit actus qui in ordine literæ posterior reperitur.ita not.dicit Bal.in l.cum in testamento
3 §.hæc verba.ff.de hære.instit.vbi dicit,quod si in instrumento apparet quod pater donauit filios, & quod illum emancipauit,non attento ordine literæ,præsumitur quod emancipatio prius facta fuerit,vt actus donationis valeat quod dictum ibi sequitur Ang.& Ioa. & Imo.& Ale.in l.2 in §.prius.in 3.col.ff.de vul.& pupi.& in l.diuortio in prin. ff.solu.matri.& in l.cum proponas.C.eo.& in consil.suo 112.incipien.super eo dubio.in 2.col.in 5.vol.& Phi.Dec. in quoniam Abbas.nu.15.de offi.deleg.& in c.prudentiam in c.prio.in vltimis verbis.e.titu.

## DCLXXIII.

1 *Præsentia coniunctorum licet metus præsumptionem tollat, tamen id limitandum modis duobus,vt hic,nu.2.& 3.*
4 *Dispositionẽ c.quãuis.de pa.lib. 6. propter enormẽ læsionẽ tolli.*

1 NOnnulla de præsentia coniunctorum dixi tibi suprà in sing.417.incip.Præsentia coniunctorum &c. Nũc autẽ do.tibi aliqua alia circa eandẽ materiam non minus no.Et ideo scias quod licet præsentia coniunctorum tollat præsumptionem metus,vt habetur late in l.transactionem.C.de transi.& habetur per Bal.in l.1.in 2.col.C.si quis aliquem testa.prohibue.& per Bartol.in l.fi.in 1.colum.ff. eo.in l.frater à fratre.in pen.char.in 2.col.ff. de condi. indeb.& do.Ant.& alii in c.causam matrimonij de offic. de leg.& per Bar.in l.1.in prin.ff.quod met.cau.& Alex.in l.si cum dotem.§.eo autem tempore.in prin.col.ff.soluto matri.& Philip.Dec.in consi.232.incip.dura.in 2.col. tamen ista limitantur duobus modis. Et primo limitantur quando infertur metus ab illo cui amici & coniuncti resistere non possent,quia tunc præsentia amicorum vel coniunctorum nõ tollit præsumptionem metus.ita dicit Ang.in consi.suo 216.incip.thema tale. &c.alias incip.reperitur in quadam charta &c.in vlt.col.quod dictum refert & sequitur Ias.in d.l.transactionem.circa prin.& Philip. Dec.in consi.suo 219.incip.viso puncto &c.in fi.Secundo prædicta limitantur,non procedere data enormi læsione, quia tunc etiam metus præsumitur non obstante quod interueniret in actu presentia cõiunctorum vel amicorum &c. ita not.dixit Pau.de Cast.in consi.suo 177.incip.contra superius consulta &c.in 2.col.quod dictum pro no. refert & sequitur Phil.Dec.in c.causam matrimonii.nu.6.in fin. de offi.deleg.& in consi.suo 86.inci.viso puncto in 5.col.
4 Inquibus locis etiã dicit, quod propter enormẽ læsionẽ tollitur dispositio c.quamuis. de pact.in 6.secũdum Pe.de Ancha.in reg.accessorium.in 3.char.de reg.iur.in 6.& Io. Cal.in consi.suo 8.incip.duæ puellæ &c.in ti.de iureiurã. & Ant.de But.in consi.suo 45.incip.Domina Paula &c.& Pet.de Anch.in c.1.de constit.in 11.quæst.prin.& in cõsi. suo 38.incipie.pro clariori.& in consi.82.inc.visis.in vlt. col.& in consi.342.incip.pro maiori.& Abb.in consi.115 inci.Lucretia.& do.Fran.de Arc.in consi.suo 93.inci.viso legato.& Raph.Cu.in cõsi.suo 118.incip.videtur prima facie.& idem dixit do.Phili.Dec.in consi.suo 27.in 1.colu. & in consi.180.incip.visa renũtiatione in 5.col.& in cõsi. 181.ibi seq.incip.satis no.in 1.col.quę omnia sunt no.maxime propter dispositiones loquẽtes de iuramento,q̃ iura mẽtũ nõ obstat,vbi ſteruenit enormis lęsio p supradictã.

## DCLXXIIII.

1 *Diuisio bonorum,quam patres in vita agentes inter liberos, faciunt iure non subsistit,quoniam quædam videtur donatio,tamen patres possunt filijs legitimam assignando.nu.2.*

1 ALiquit sunt patres,qui in eorum vita diuidunt bona sua inter filios in potestate sua existentes, credentes talem diuisionem valere,sed certe semetipsos decipiunt, quia talis diuisio non valet,eo quia videtur quędam donatio quæ inter patrem & filium in potestate non valet,vt in l.1.in §.si pater.c.tit.& in l.cum de bonis.C.de collat.& de tali diuisione facta à patre inter filios quod non valeat,elt tex.cum gl.in l.si ancillam §.si pater.ff.pro suo.& in l.si filia.in §.si pater inter fillos.ff.fam.ercisc.& ita in terminis decidit Bal.in l.3.C.de vsuf.pro donato,in 1.col.vbi dicit, quod ego diuido bona mea cum filiis meis ea intentione,vt talis diuisio sit perpetuo durata,talis diuisio non tenet.quam doctrinam refert & sequitur do.Philip.Dec.in cõsi.suo 86.inc.viso pũcto in pe.col.vbi dicit quod hanc doctrinam refert & sequitur do.Maria.Soc.in consil. suo 4.inc.visis actis.& Barb.in consi.suo 80.inci. illud referã. in 3.vol.vbi ipse alleg.Pau.de Cast.in consi.suo 105.inci. circa bona quæ fuerunt &c.item Dec.vbi supra dicit, q̃ hanc partem etiam firmauit do.Pet.Phili.Cor.in cõsi.suo 238.incip.quod dictis ser An.in prin.in 4.vol.& idem secundum eum tenet Cazalup.in repeti. l.frater à fratre.in 25.quæst.ff.de condi.inde vbi respondet ad allegata in cõtrarium.Tene menti quia sæpe patres in vita, vt pluries ego vidi diuidunt bona sua inter filios,quæ diuisio non valeret,vt dixi.Bene verum est,vt dicit do.Philip.in dic.suo
2 consi.86.dicta penul.col.quod si pater prævenire potest & assignare legitimam filiis.suis alleg.l. cum quo. §.final. ff. ad legem Fal.& Bal.in l.illud in 3.col.ver. quæritur.C. de sacro.eccl.& in l.si successione.ver.quid de legitima.C.de reuo.his quæ in frau.cred.quæ omnia menti commenda tanquam quotidiana & vtilia.

## DCLXXV.

*Nullatenus & aliquatenus voces,quam vim habeant,remissiuè.Et sub hac dictio nullatenus,alege vel statuto apposita vim clausulæ decreti annullatiuæ habet.*

1 ANno præterito dixi tibi aliqua de verbo nullatenus & aliquatenus,in repe.mea.cap.at si clerici.in nu.28. & 29.de iudi.& inter alia dixi ibi nor.verbum in nu.30. vide licet quod dictio nullatenus,apposita in lege vel statuto importat tantum quantum clausula decreti annullatiua,& tollit facultatem dispensandi,secundum do.Ant. & Imo.in clemen.1.de lequest.pos.& fruct.per illum tex.in
1 verbo nullatenus.& idem dicit Archi.in capit. quoniam. sup verbo,nullatenus.de immu.eccl.in 6.& Io.de Ann.in c.quia frustra.in 3.col.de vsu.& Gem.post Io.And.in c.Roma.in §.pen.de ap.in 6.& hoc voluit Ias.referens prædicta in l.in pecuniariis.nu.9.ff.de fer.Ad quę faciunt etiam dicta per do Philip.Dec.in c.cum te.in penul.col.de reseri. de quo latius dixi in dicta repetitione mea d.cap.si clerici. nu.30.de iudi.tene menti,quia sæpe in statutis & in aliis dispositionibus ponuntur dicta verba.

## DCLXXVI.

1 *Inhabilem per habilem sustineri, vnde si duo notarij rogati sint de vno contractu,& ipsorum alter priuatus sit officio, valebit tamen instrumentum ab eis factum, propter eum qui authenticus est & legitimus.*

Dixi tibi alias in l.de minore.in §.tormenta.in 3 .col.ff. de quęst.& in repet.mea rub.ff.de fideiuss.& supra in sing.554.incip.memini,&c.& in sing.617.incip. memor existo.plura circa illud quod inhabilis sustentatur per habilem,& in dictis locis in tali materia plura not.adduxi, nunc autem dico tibi aliud non minus no.in eadem mate
1 ria,videlicet quod licet sit verum illud.videlicet † q̃ inhabilis sustentatur per habilem,vt puta,si duo notarij sunt rogati de vno contractu,& vnus ipsorum est priuatus officio Tabellionatus,valet tamen vtriusque instrumentũ propter illum notarium, qui est authenticus, secundum Bal.in l.Imperator.in 3.col.ff.de statu homi.vbi ad hoc alle.tex.in l.si quis ex argentarijs.§.cogẽtur.ver.quid enim.&c.ff.de eden.de quo ego plura adduxi in dictis locis.Tamen teneas menti,quod istud non haberet locum, quãdo essemus in casu in quo ex dispositione statuti vel consuetudinis requirerentur duo Tabelliones,qui ambo essent probatæ vitę & fidei.Ita not.dixit Bal.in c.tertio loco.in vlti. verbis.extra de proba. quod dictum refert & approbat do.Phil.Dec.numero 10.de officio delegat.quod est not. quia idem possumus dicere in testibus & in similibus argument.l.in exercendis.C.de fide instrumentorum, cum similibus.

DCLXXVII.

1 *Actionem furti ex noua rei furto sublatæ subnasci.Quando autem noua contrectatio rei furto sublatæ fieri dicatur dicitur hic numero 2.*

A Teneris vsque annis attestor Deum,quod semper fures prosecutus sum summo odio,& tanto magis capitalẽ secum inimicitiam contraxi,& contra plures fui aduocatus,quia diebus meis magna furta passus sum in bonis meis & familiæ meæ. Attamen propter hoc nolo me continere & retrahære ab exprimenda veritate & ea iura
1 quę eis fauent. Et † ideo teneas perpetuo menti singulare verbum lucro & honore plenum,nam opi.Bar.& pluriũ cum sequentium est quod ex noua contrectatione noua nascatur actio furti,adeo quod si fur furatur hic aliquas, res,quas postea portat Ferrariæ vel alibi, quod poterit in loco vbi talia furta portauit,capi & puniri,vt tenet Bar.in pluribus locis,quem plures doctor.sequuntur in pluribus & diuersis locis,quos ego accurate retuli in repetitione mea l.fi.in vltim.quęstione.ff.de iurisdictione omnium iudicũ.vbi finaliter tenui contra Bar.& sequa.vt ibi clare vi
2 dere poteris.Sed † scias quod casu quo opi.Bar.& sequa.esset vera,tamen illa restringeretur & non haberet locum, quando fur cum talibus rebus transiret per aliquam ciuitatem,& ibi paruam moram faceret,& nisi staret in illa ciuitate ad minus per vnam diem,& non diceretur committere nouam contrectationem,& contra eum non nasceretur noua actio furti.& per consequens non posset ibi puniri,quia ea quę sunt momentanea,non sunt in consideratione.ita sing.dixit Bal.in l.qui furere.ff.de statu hominũ. quod dictum refert & sequitur do.Aug.de Ari.in addi.ad Ang.de Aret.in tract.malefi.in ver.& vestem cælestem abstulit.in 4.char.in addi.magna.in 1.col.in ver.item septimo,&c.quam doctrinam etiã ego retuli & secutus sum in repetiti.mea.d.l.fi.ff.de iurisdictio.om.iud.nu.144.vbi plura & plura no.similia adduxi ad corroborationẽ dictæ doctrinę,vt ibi videre poteris.Tene menti,quia profecto istud dictum est magni pretii & valoris ac maximi honoris,& habet rationem in se apud quemlibet prudentẽ virũ.

DCLXXVIII.

1 *Statuto cauente,quod minorum ac mulierum contractus nõ valeant,nisi sint duo affines vel coniuncti præsentes, vt huiusmodi contractus iure subsistant, qui nam affines ac coniuncti interesse debeant.*

1 Fiunt † passim quotidie contractus minorum & mulierum,de quibus sunt rogati notarii & eis conficiunt instrumenta,quæ sunt inualida ex inaduertentia ipsorum notariorum,quod est multum damnosum cõtrahentibus,& hoc euenit,quando extat statutum, vt communiter sunt statuta per Italiam,quibus cauetur quod non valeat contractus minorum & mulierũ in quibus nõ intersunt coniuncti vel affines ipsorum minorum & mulierum, nã hoc casu ipsi non animaduertũt in dictis cõtractibus, sint de proximioribus,vel de aliis non ita proximioribus, sed esto quod sint affines,faciunt tales cõtractus qui vere sunt inualidi & nullius momenti,eo qui stante dicto statuto necesse est accipere de proximioribus affinibus seu coniunctis ipsorum minorum & mulierum,& non sufficit interuentus aliorum affinium qui non sint de magis propinquis.ita dixit Bal.in l.fi.C.de versi.sing.per illum textum. & volunt hoc idem ibi Ang.Sal.& do.Alc.& Iac.But.& Sa. in l.1.C.vnde vir & vxor. & Salicet.in l.fina. per illum textum. testa.milit.& in l.viduæ.C. de nup.& Pau. de Cast.in l.si cum dotem.§.si patri.ff.soluto.matrimo.& An. in consi.70.quod inci.do.Catharina,&c.in penultima.col. quos omnes ad hoc adducit Iaso.in l.transactionem. circa fi.C.de transact.Pro quo dicit bene facere text.in l.peto. in §.fratre.ff.de leg.2.Dicit tamen ipse Ias.vbi supra quod contrariũ tenuit Bar.& Ba.ibi,sed contraria opinio est magis communis,quia à pluribus affirmata,& maiorem rationem habet in se.Et non obstat illud quod dicit Iac.Bu. in l.1.C.vnde vir & vxor.videlicet quod dicta magis cõmunis opinio de consuetudine non seruatur,sed sufficit, q̃ adsint duo affines licet nõ sint de proximioribus, quia ego respondeo,quia nedum Iac.Butr.sed etiam gl.quæ est maioris authoritatis,non creditur,si dicat aliquid de consuetudine non seruari nisi hoc probet.ita dixit Bald.in l.is qui.in §.1.in lectura antiqua.ff.de pigno.& in l.consentaneum.in 5.oppositione.C.quomodo & quando iudex.de quo latius dixi in practica mea causarum crimina.in §.constante.nume. 15. Tene menti prędicta, quia illis poteris facere corruere mille instrumenta,ad quæ non aduertunt, notarii,circa prædicta.

DCLXXIX.

1 *Cõpromissum antequam acceptatũ sit,cõpromissum nõ dicit.*

1 Compromissum † non dicitur compromissum ante acceptationem ipsius.gloss.est & hoc voluit ibi Bal.per illam gl.in l.si cum dies.in princip.ff.de arbi.& hoc voluit Ale.referens prędicta in consi.suo 87.incipien.viso themate in penul.col.in 5.vol.quod consi.duplicatum est,eo qa illud idem est in consi.34.in 1.vol.& idem dixit do. Phili. Deci.in c.ex ratione.nu.7.in fi.ver.& prædicta conclusio, &c.de app.vbi subdit,quod per tale compromissum ante acceptationem arbitri non suspenduntur tempora appellationis alleg.hoc voluisse Raph.Fulg.in consilio suo 68. incipien.lata sententia,&c.de quo latius ibi per eum.& ista notanda sunt in practica, quia quotidie fiunt compromissa per litigãtes,& ego hoc habui in facto superioribus mẽsibus,& ita obtinui in causa non leui.

DCLXXX.

1 *Subita omnia probari in causa,vnde iudicis præcipitata voluntata nouerca iustitiæ est,& responsionis repentinæ comes est pœnitentia.*

2 *Præcipitanter facta licet sint nulla,an noceant agenti & præcipitanter facienti contingit tamen ex abrupto & præcipitanter actum pro se non noceat,vt hic.*

1 Dicit † vulgare prouerbium,quod omnia subita probãtur in causa,& ideo dixit Card.in clemen.pastoralis. in §.verum in princip.de re iudic.quod pręcipitata voluntas iudicis est nouerca iustitiæ,& dici solet à prudentibus quod repentinæ responsionis comes est pœnitentia.Pro quibus faciunt plura no.dicta quę alias ego loquens de breuitate temporis, cumulaui in.l.statuliber.in 2.& 3.col.ff. de quæstionib.Scias † tamen,quod licet præcipitanter fa
2 cta sint nulla,vt in pluribus ostendi in d.l.statuliber.& noceant agenti,& facienti præcipitanter.attamen est casus no.in quo factum præcipitanter & ex abrupto prodest facienti,qui casus est in confessione ex abrupto facta in iudicio,nam talis confesio potest etiam ex interuallo reuocare



cari non probato aliter de errore.Ita sing.dixit Do.de sancto Gemi.in c. sciendum. 29.distinct.quod dictum refert & sequitur do.Philippus Decius in c.cum venerabilis.nu. 8.in ver.in gl.2.&c.de exceptio.vbi plura adducit de breuitate temporis.quod dictum teneas perpetuo menti, qa posset prodesse tibi & clientulis tuis aliud sibi dãnosum, confitentibus ex abrupto in iudicio,vel extra.& vide Bal. in consi.388.incip.cum ciuitas,&c.in 3.vol.in versi.adde & dic,&c.

DCLXXXI.

1 *Priuilegiatus contra priuilegiatum priuilegio non vtitur,vnde si duo priuilegiũ habent ab eorum creditoribus, vt per aliquod tempus conueniri non possint,tamen inter eos non erit locus tali priuilegio.*

Tradidi tibi alias supra in singu. 99.incipien. priuile-
1 giatus &c.illam regulam † quod priuilegiatus contra pariter priuilegiatum non vtitur priuilegio suo,de quo ibi late.Sed vltra ea q̃ ibi dixi tene menti in hac materia aliud no.verbum, videlicet quod si duo habent priuilegiũ immunitatis ab eorum creditoribus,vt per aliquod tempus posint conueniri,inter eos tamen non erit locus tali priuilegio.Ita no.consuluit Pet.de Anch.in consi.suo 36.inc. contra Io.in 1.col.quod dictum pro no.refert & sequitur do.Philip.Dec.in c.in præsentia.nu.52.de prob.de quo latius ibi per eum.

DCLXXXII.

1 *Altari qui deseruit,de altari viuere debet.Vnde licet parochiano presbytero suis parochianis diuina officia denegare, nisi ipsi oblationes exhibeant.*

Scribitur in c.cum secundum de præben.& in c. ex his.
1 12.q.1.quod † qui altari seruit,de altari viuere debet.pro quo facit tex.in c.ibi.7.q.1.vbi dicitur quod labor non debet esse sine fructu,quod etiam dicit gl.in ca.charitatẽ.12. quæst.2.& facit illud vulgare, videlicet omnis labor optat præmium.Et ista sunt adeo vera,quod dixit gl. sing. in ca. omnis Christianus.de consec. dist.1.quod presbyter parochianus, potest diuina officia denegare parochianis. nisi dent sibi oblationes.quam gloss.ad hoc pro not.refert & sequitur dom.Philip.Dec.in cap.cum inter.nume. 24.de excep.quod est not.ab istis presbyteris parochianis,pro quo etiam facit in ar.regula illa,videlicet, qui non facit quod debet non cõsequitur quod oportet.de qua habetur in l.quæro.§.inter locatorem. ff. loca. cum simil. & vide quæ dixi infra in sing.694.incip. vulgariter &c.

DCLXXXIII.

1 *Scandali imminentis causa deuitandi licitè posse prælatum suo beneficio priuari.*

Alias in repet.mea cap.at si clerici.in §.de adulter.nu. 74.& 75. dedi tibi plura singularia in materia scan
1 dali euitandi, vt ibi videre poteris.Nunc † autem in eadem materia dico tibi vnum aliud,videlicet quod propter scãdalum imminens euitãdum licite priuari potest prælatus beneficio suo,Ita no.dixit Inn.in c.nisi.cum pridem de renũ.quod refert & sequi.Abb.in c.quęsitum.de rerum permu.vbi ad hoc alleg.Frid. de Se.in tract.de permu.benefi. in 25.q.Et illud dictum Inno.refert etiam & sequitur do. Philip.Dec.in c.cum teneamur.in fi.de pręben.vbi dicit, quod dictum communiter approbatur.& in hac materia scandali euitandi adducit etiam gl.quam dicit sing.in c.si papa.40.dist.quæ voluit papam posse deponi ratione scandali.quam gl.dixit sing.Abb.in c.significasti.in gloss.2. de elec.de qua gl.latius locutus sum in repet.mea.c.at si cler. in §.de adulteriis.nu.74.circa fi. de iud.ideo circa eam hic aliter non me extendo.

ADDITIO.

1 Propter scandalum.Adde Ro.sing.803.inci.an episcopus. & ibi in audit.Ant.Corse.sin.228.incip.episcopus.& supra sing.634.incip.credo.

DCLXXXIII.

1 *Iudex appellationis inferioris sententiam confirmans, si victum victori in expensis condemnet,in expensis tam causæ principalis quam appellationis condemnasse intelligitur. Quod & econtrario in absolutoria sententia obseruari debet.nu.2.*

Circa materiam expẽsarum dixi tibi quamplura,& forte non omnibus cognita in l.patre vel marito.quasi p totam legem.ff.de quæstio Nunc autem dico vnum aliud
1 valde vtile in practica, videlicet † quod quando per iudicẽ appellationis prima sententia confirmatur,& victus simpliciter condemnatur in expensis,condemnatio facta intelligitur generaliter non solum de expensis causæ appellationis,sed etiam & causæ principalis.Ita no.dixit Alex.in consi.suo nondum impresso,quod incip.in causa mihi p vos consulenda transmissa. vbi ad hoc adducit Ang.in l.1. C.quando prouo.non est neces.quod dictum refert Dec. in c.reprehensibilis.nu.9.de appel.vbi tamen non videt expresse approbare hoc dictum, sed illud approbat ipse Dec.in c.sæpe.circa fi.ver.& circa hoc.eo.ti.vbi † dicit hoc
2 etiam procedere & locũ habere in absolutione, quoniam si iudex appellationis absoluit partem ab expensis, intelligitur eam absoluere ab expensis causæ principalis, sicut ab expensis causæ appellationis,quod est not.in practica.

DCLXXXV.

1 *Aequitatẽ scriptã rigori scripto præferri,sed rigor scriptus æquitati non scriptæ præfertur.Item licet rigor scriptus in specie præferatur æquitati scriptæ in genere,limita tamen vt hic,nu.2.*

1 Aequitas † scripta præfertur rigori scripto.l.placuit. C. de iud.sed rigor scriptus præfertur ęquitati non scriptę,vt dicũt ibi scribentes, de qua æquitate & rigore plura dicit Bar.in l.1.C.de legi.& doct.in c.quoniã contra.de proba.& ibi do.Philip.Dec.qui inter alia in nu.6.dicit, q̃ licet rigor in specie scriptus præferatur æquitati scriptę in
2 genere vt no.Bar.in d.l.1.C.de le.quod † hoc limitatur,nisi æquitas scripta in genere sit scripta per modũ regulæ, qa tunc præfertur etiam rigori scripto in specie.Et hoc dicit voluisse Io.de Imo.in l.insulam.in 12.col.in ver.tu adde. ff.de verb.obl.quem sequitur Alex.in l.& si post tres.in gl. in verbo,deterius.ff.si quis cau.Et hac æquitate vide aliqua quæ, dixi supra,in sing 631.incip.vlt.opi.&c.& in sin. 660.incip.dicit tex.&c.

DCLXXXVI.

1 *Calumniosè petita non exaudienda,sed reijcienda,vnde fit, vt si statutum sapientis consilium requirat,tunc locum nõ habet,cum quid calumniosè petitum est differendæ litis causa,nu.2.& hæc limita vt ibidem nu.3.*

Calumniosè petita nõ sunt audienda, sed sunt reiicienda,secundũ Inn.in c.post electionem.in fin.de conce. præben.quem sequitur Abb.in c.licet causam.de prob.& in c.cõstitutus.in vlt.col.de fideiuss.& Pet.de Anc.in cõsi. suo 157.incip.ex narratis in facto.in antepe.col. & Bal.in l.peremptorias.in pen.col.C.sen.rescin.nõ pos.& do.Ant. in c.super hoc.de renun.in 6.col.& Ale.in consi.65.incip. super contentis.in 3.col.in 1.vol.Et ideo si statutum requirit in causa consilium sapientis,non habet locum quãdo calumniose peteretur causa differendi litem,vt not. Ang. in consi.136.inc.in quæstione vertente.in 4.col.& voluit Io.de Ana.in c.super eo.in 2.col.de cri.falsi.Et alia plura reiiciuntur ratione calumnię,de quibus ample dixi in l.patre.vel marito.in 4.& 5.col.ff.de quæstio.& ibi in 18 col. vbi omnino videas.Scias tamen, quod prædicta omnia p cedunt & locum habent,vbi agitur de præiudicio reparabili,sed secus est vbi agitur de præiudicio irreparabili, qa tunc non repellitur petens ex quacunque pũsumptione calũnię.Ita no.dixit Ba.in l.1.in penu.col.C.de accusat.& voluit do.Franc.de Are.in c.licet causam.in 7.not.de proba. & Alexan.in consi.suo 17.incip.requisitus.in causa. in 3. colum.in 1.volum.& dom.Philip.Decius prædicta addu

cens in dicto capit. licet causam. numero 12. ver. præterea dictum Inno. de quo vide quæ dixi in d.l. patre. vel marito. in 17. colum.

## DCLXXXVII.

*1 Integrè verbum, intelligi sine vlla diminutione, vnde si maritus dotem vxori suæ recipiens promittat illam integrè restituere, intelligitur promisisse sine vlla diminutione, etiã, casoue lucri ipsius dotis, vel partis. num. 2.*

VErbũ integrè, intelligitur sine aliquâ diminutione. c. fin. de confir. vti. vel inuti. & ita illum te. not. ibi Car. quem ibidem refert & sequitur do. Philipp. Dec. nu. 6. vbi etiam ad hoc allegat plura alia iura, & allegat etiam Alexã. in consi. 141. incip. viso testamento &c. in vlt. col. in 2. vol.

2 Et ex istis postea infert ipse do. Philip. vbi suprà, quod † si maritus recipiẽs dotem vxoris suę, promittit illam dotem integram restituere, propter illud verbum integrum, videtur promisisse restituere totã dotẽ, sine aliqua diminutione. & ideo tali casu excluditur ipse maritus ab illa parte lucri dotis, quæ sibi ex forma statuti competebat & dicit q̃ hoc voluit Bald. in l. quod nomine. circa fin. ver. sed quid si ex consuetudine. ff. de condi. indebi. & Bal. in l. fi. C. de leg. & Alex. post Ray. in l. post dotem. ff. solu. matri. & Alex. in consi. suo 5. incip. circa primam. in vlt. col. in 3. vol. & in cõsil. 133. incip. super quæritis. in 3. col. in 5. vol. & hoc dictũ est bene no. quia communiter per Italiam sunt statuta volentia, quod vxore moriente sine filijs vir lucretur certam partem dotis, & ego hunc casum habeo nunc in facto.

## DCLXXXVIII.

*1 Fornicationem in quocunque detestabilem esse, in fœmina, quam in mare magis, in qua honestas maior requiritur, quam in masculo.*

*2 Fornicatio in muliere tres illi malos gignit effectus, nu. 3. & 4. & quartum effectum vide nu. 6.*

*3 Filios ex adulterino coitu natos etiam matri non succedere.*

1 FOrnicatio in quocunque detestabilis est, & magis in fœmina quam in masculo, in qua requiritur maior honestas, quam in masculo, vt habetur per Spec. in tit. de actore in §. 1. ver. item opponitur contra actorem &c. Et forni-
2 catio in muliere inter alia triplicem operatur effectũ. Primo enim operatur, quod mulier luxuriosè viuens non potest stare in iudicio sine curatore, vt in l. & mulieri. ff. de curat. furio. & voluit Spe. in d. §. 1. in dicto ver. item opponitur. & ibi Bald. in addit. suis. & de hoc assignat rationem
3 gl. in d. l. & mulieri. Secundo † operatur, quod mulier luxuriosè viuens si est tutrix filiorum suorum, priuatur tutela eorum secundum gl. not. in auth. iuramentum. C. quando mulier offi. tute. fungi. potest. quam glo. refert & sequitur Bart. in auth. de nupt. in §. si autem tutelam. & hoc etiam voluit do. Ioã. de Neuiza. in sua de eleganti sylua nuptiali,
4 in 6. char. in 1. col. in fi. Tertio † etiã operatur, nã mulier luxuriosè viuens priuatur successione filiorum. Ita dixit Ia. co. de Belui. & Bart. in auth. de non elig. secun. nuben. in §. cum igitur. & eos sequitur Bald. in repet. sua in ver. mater. in 6. not. & Ale. in l. liberorum. in §. notantur. ff. de his qui no. insa. Pro quo facit in arg. l. in l. si qua illustris. C. ad Orfi-
5 cia. quæ † vult quod filij nati ex coitu adulterino, non succedunt etiam matri. quam gl. refert & sequitur latè loquẽs in materia Soc. in consil. suo 148. inci. memini, &c. in 2. col. in 1. vo. de quo etiam per Ias. in l. 1. in §. sed quod meretri-
6 ci. ff. de condi. ob turpem causam. Potest † etiam addere quartum effectum, quem satis latè posui in repeti. mea l. vnicę. C. de raptu virginum. num. 48. cum ibi sequent. Tene menti prædicta, quia sunt quotidiana, & qui habet aures audiẽdi audiat.

## DCLXXXIX.

*1 Ciuis quidam colono suo certam frumenti quantitatem mutuauit, quam probare non potest, sed bene probat ei mutuasse certam quantitatem, sed non quantam mutuauit, num ei remedio subueniri possit? Et qualiter.*

1 NVper interrogatus fui à quodam nobili ciue de vno, videlicet, quod ipse mutuauit certam quantitatem frumenti cuidam rustico eius colono, & non potest probare quantitatem, sed bene probat se mutuasse certam quantitatem frumẽti, an possit sibi succurri aliquo remedio? in quo dixi quod sic, videlicet, q̃ stante probatione de dicto mutuo stabitur iuramento ipsius ciuis mutuantis de quantitate ipsius frumenti. Ista fuit sing. doctrina Raynerij de Forli. in l. 1. ff. de in litẽ iur. quam refert & sequitur dominus Philip. Dec. in consi. suo 146. incipien. diligenter examinatis omnibus, &c. in 7. col. vbi dicit quod hoc etiam videtur velle Bar. concurrentibus aliis indiciis seu coniecturis in l. ad monendi. in 12. col. versi. quæro, quid si testis. ff. de iureiur. & dicit quod idem etiam firmauit Cæpol. in cautel. sua 210. incipien. aliquis mutuauit, &c. & allegat ẽt rex. in l. Lucius. ff. de action. empti. & l. prædiis. §. Titio. ff. de lega. 3. & allegat etiam quod tradit Bar. in l. fi. C. de edẽ. & Inn. in c. cum clamor. de testi. Dicit tamen Cępo. in dicta sua cautel. sacramentum, iuxta illud quod videbitur sibi verisimile & verum fuisse, & dicit quod hoc etiam tenet Rayner. in d. l. 1. ff. de in litem iuran. vbi etiam dicit, q̃ alias ita fuit iudicatum. Tene menti, quia vere est verbum sing. lucri plenum.

## DCXC.

*1 Consuetudinem magni valoris & importantiæ esse, sed maximè ac inter cætera efficit, quod iurisdictionem tribuat. Et quantam ac qualem ac in quos. nu. 2.*

1 MAgni † valoris & importantiæ est, consuetudo, vt tradunt doct. in ti. de consuetudi. & titu. C. quę sit long. consuetu. & posui ego latissime in repetitione mea l. fina. C. de proba. in 6. q. extraordinaria. & inter cętera operatur ipsa consuetudo, quod dat iurisdictionem, vt in l. 1. & fin. C. de eman. li. & in c. cum contingat. de foro competenti. & in c. dilecti. de arbi. & in c. conquestus. nona quæstione
2 tertia. cum similib. Et tadeo est verum, hoc quod ipsa consuetudo potest dare iurisdictionẽ laicis in clericos in minoribus ordinibus constitutos, & auferre priuilegium clericale dictis clericis qui per iudicem secularem puniri possunt, si delinquunt propter consuetudinem. Ita sing. dixit Inn. in c. 1. de apostat. & in c. nouit. de iudi. quem refert & sequitur Bal. in repertorio (uo, in verbo cõsuetudo. in ver. consuetudo potest auferre. &c. quod dicit esse ppetuo no.

## DCXCI.

*1 Æstimatio rei cuiuscunque in dotem datæ venditionem facit, ac dominium in maritum transferre facit, adeo, vt eam maritus alienare possit. Quod limitabis si modo maritus soluendo sit alias secus. nu. 2.*

1 FVndus † dotalis vel q̃cũque alię res dotales ęstimatę datæ in dotem, faciunt emptionem & translitum dominii in maritum, ita & taliter, quod maritus potest libere tales res alienare nõ obstante lege Iulia de fund. do. iuxta l. quoties. & l. cum dotem. & l. si inter virum. C. de iure dot. & no. Bar. & alii in l. si æstimatis. ff. soluto matrimonio. Istud tamen limita & intellige esse verum, quando, maritus est soluendo, alias autem nulla æstimatio faceret
a emptionem, nec fundus posset alienari, anec obligari per maritum, imo tali casu mulier pro talibus reb. æstimatis, datis in dotem haberet rei vendicationem vtilem in subsidium marito non existente soluendo. tex. est in l. in rebus in princ. C. de iure dotium. cum sua gl. sing. ibi no. in ver. æstimatæ. ad fi. quam ibi sequũtur Bar. Bal. & alii. & in hoc in specie tenet Bal. in l. inter antiquam. ad fin. C. de vsufru. vbi alleg. ad hoc aliqua iura. de quo etiã p Io. de Imo. in dicta l. si æstimatis. & per Bald. in auth. sed an necesse. in 5. quæstio. C. de donatio. ante nupt. de quo etiam latius per Ias. qui prædicta omnia refert ad literam in §. actionem. nume. 84. Institu. de actio.

## DDITIO.

Alienari. Adde Cremens. sing. 19.

Vim vi



## DCXCII.

*1 Vim vi repellere, cum inculpatæ tutelæ moderamine licere. Quando autem inculpata tutela dicatur hic.*

*2 Interficere tunc te mihi licet, cum aliquin effugere nequeo, quin me offendas & percutias. Limita tamen vt hic nu. 3.*

1 VIm † vi, vt scis. repellere licet, cum moderamine tamen inculpatæ tutelę. l. vt vim. ff. de iustitia & iure. l. 1. C. vnde vi. l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. ad leg. Aquiliam in clem. 1. de homic. & inculpata tutela dr, quando aliter se defendere non potest sine periculo rerũ vel personæ, vnde non debet pati, quod damnificetur in aliquo si damnum esset irreparabile, alias secus, vt in dicta l. fu-
2 rẽ, Ext † quo infert ibi Bar. q̃ si non possem effugere, quin me percuteres nisi te interficerem, licite possum te interficere, quia cum quælibet iniuria personalis sit maior quacunque reali, vt l. seruorum. ff. de pœnis, & propter realem irreparabilem possum te interficere, vt d. l. furẽ, ergo fortius propter personalem, quod est not. quam do ctrinam refert & sequitur Ang. de Aret. in tractatu malefic. in verbo, & dictus Titius se defendendo. in prima chart. in vlt. versic. vbi pro hoc alleg. gl. in c. olim. el. 1. de rest. spolia. & c. significasti. de homic. & do. Floria. in. d. §.
3 qui cum aliter Prædicta † tamen limita, nisi immineret perditio paruæ rei, secundum Ale. qui plura alleg. in d. l. furem. De qua materia vide quæ latè ego dixi in d. l. furẽ. in 1. & 2. col.

## DCXCIII.

*1 Laborem omnis præmium desiderat. Vnde fit, vt si iudex vacarit in discutiendo certarũ partium processu, fecerităq̃ quod ex officio incumbere videbatur ad sententiam ferendam, licet partes inter se concordarint, nihilominus sportulas ac salarium suum habere debet.*

1 VVlgariter † dici solet, q̃ omnis labor optat præmium, & ideo scias, q̃ si iudex laborauit circa processum alicuius causæ, & fecit quæ per eum fienda erant ad ferendam sententiam, si antequam ferat sententiam, partes se concordarunt, debet tamen ipse iudex habere salarium suum. ita not. dixit Ias. in §. tripli. in vlt. col. num. 58. Inst. de action. Ad quod allegat Bart. in l. 1. §. diuus. el 2. in 7. col. ver. sed quæro. & redeo ad gl. ff. de var. & extraor. cognitio. & Bal. in l. 1. in 5. quæst. C. de suffr. & Ioannẽ. And. in reg. contractus. de regulis iuris in 6. in mercu. & Nicolaum de Neapoli in l. Gallus. in §. & quid si tantum. ff. de liber. & posth. tex. est in l. fi. & ibi gl. & Bal. C. de cond. ob cau. Tene menti, quia sæpe contingit, & vide quæ dixi supra in sing. 682. inci. Scribitur, &c.

## DCXCIIII.

*1 Clericum sub iudice laico conuenire non posse, omnibus liquet, adeo quod id verum vt processus apud laicum contra eum factus nullus nullaque sententia, quæ inde sequetur, licet pro eo comparuerit nemo ad priuilegium allegandum. Limita tamen vt nu. 3.*

*2 Clericus artifex artis occasione & causa apud iudicem laicũ conueniri potest.*

1 APud † omnes sanos mente notum esse puto, quod clericus non potest conueniri sub iudice laico, vt in ca. 1. & 2. & in c. si diligenti, de foro compe. & quasi per totum tit. & in c. inclyta. 11. quæst. 1. & in auth. statuimus. C. de episc. & cle. Quinimo quilibet processus factus per iudicem laicum cõtra clericum, est nullus, & quælibet sententia est nulla, quamuis nemo pro eo comparuerit ad allegandum priuilegium clericale. ita dixit Arch. in c. placita. decima quinta quæstione 5. & Spec in tit. de cita. §. 1. versi. sed pone. & Ioann. Andræ. in reg. scienti. in mercu. de quo per Ale. in consi. 149. inci. in causa, &c. ante fin. ff.
2 fam. ercisc. Tenet tamen menti perpetuo, q̃ si clericus est artifex alicuius artis, poterit ratione illius artis conueniri sub iudice laico ipsius artis. Ita sing. dixit Bal. in addition. Spec. in tit. de reo. in secunda colum. in ver. scholaris clericus, &c. & idem in simili voluit Bald. in l. vnica. C. in qui. cau. mili. fori præscript. vti' possint. Pro quo faciunt optimè dicta per Iason. in l. testamenta omnia. in
3 secunda column. C. de testa. Et ad limitationem prædictæ regulæ quòd clericus non potest conueniri sub iudice laico, vide Socin. in consilio suo 105. incip. insignis doctor. in vltim. column. in 4. volumin. vbi dicit, quòd licet laicus iudex non sit competẽs iudex in causa clerici, attamen si clericus vt tertius comparet, poterit iudex laicus cognoscere. ad quod alleg. gl. in c. clericus nullum. 11. quæstione tertia, & ratio est, quia dicitur tunc reus voluntarius, nõ necessarius. Et aliam limitationem etiam ponit Bald. in l. nullum. in 2. col. versi. quæro hic de clericis, & c. C. de testi.

## DCXCV.

*1 Clausula in commissione apposita, vel rescripto, nimirum, facias prout tibi visum fuerit expedire, &c. id efficit, vt non requiratur de necessitate aliqua probatio.*

1 CLausula † apposita in commissione vel rescripto, videlicet, facias prout tibi visum fuerit expedire, &c. operatur vt non requiratur de necessitate aliqua probatio. ita sing. dixit Io. Andr. in cap. 2. de iura calum. libr. 6. in nouel. ad quod alle. not. in c. tarutum. §. a fortiorem. de rescrip. in 6. quod dictum pro valde not. refert & sequitur Ale. in consi. 189. incipien. causa & lite. ante fin. in 6. volum. & ibi dicit quod idem not. Bald. licet non ita aperte in titu. de pace Constan. in verbo, animam nostram, quod est not.

## DCXCVI.

*1 Exceptionum iudicis seruatio, quam is interloquendo facit Inquiens esse ad vlteriora procedendum saluis exceptionibus, magna est efficacia. Et quid operetur, habes hic.*

1 RSeruatio † exceptionum quam facit iudex dicens, Interloquor esse ad vlteriora procedendum, saluis exceptionibus, est magnæ importantiæ, adeo quod si appareat exceptiones esse legitimas, & quòd verè obstent, tunc processus redditur retro nullus, & quicquid postea est factum, habetur pro non facto. gl. est sing. in cap. cum contingat. extr. de offic. deleg. & voluit Bal. in fille à quo. in §. si de testamento. ad fi. ff. ad Treb. quod dictum refert & sequitur Ias. Institu. de actio. in §. præterea. in duodecima column. quod est sing. not. cum quasi quotidie in facto contingat.

## DCXCVII.

*1 Confessionis reuocatio in iure magnos habet effectus, nihilominus tamen si confessio in iudicio solenniter facta fuerit, ac deinde per confitentem in carcere reuocatur, firma manebit, neque quicquã huiusmodi reuocatio operabitur. Quod no. pro furca damnatis, qui in furca solent quæ in iudicio solenniter fassi sunt, reuocare, ibidem nu. 2.*

1 PLurat † dixit tibi in materia reuocationis confessionis in operibus meis, maximè in practica mea causa. criminalium in pluribus locis, maxime in §. quoniam. Et nunc recolo tibi vnum verbũ in tali materia, quod est magnę importantiæ & magni effectus, videlicet, quod si confessio fit solennirer facta in iudicio, si reuocatur in carcere per ipsum confitentem, talis reuocatio nihil operatur. Ita not. dixit Bal. in consi. suo 79. inci. Regula iuris &c. in fin. in 3. vol. de quo etiam latius dixi in practica mea causa. crim.
2 in §. restat. numero 16. & 17. Quod † est summè not. quia rei sæpe super furca reuocant ea, quæ dixerunt solẽniter in iudicio, de quo latè dixi in d. §. restat, & alias hoc vidi in facto pluribus vicibus.

## DCXCVIII.

*1 Probationes ex coniecturis aduersus gabellas & datia fraudantes sufficere, cum talia clam committantur.*

*2 Probatio coniecturis facta in his, quæ sunt difficilis probationis, iure recipitur.*

1 ADuertant † & diligenter notent datiarij seu publicani ad vnum eis valde fauorabile & proficuum, vide-

licet, quod contra ftandantes datia ſeu gabellas ſufficiunt probationes per coniecturas, quia talia clam committuntur, & ideo lex contenta eſt facilioribus probationibus & indicijs. ita ſing. dixit dominus Alexand. in conſil. ſuo 188. incip. Viſo proceſſu &c. in 2. col. in 7. volum. ad quod ipſe ibi allegat plura & plura iura. Pro quo etiam facit illud, videlicet, quod in his quę ſunt difficilis probationis, admittitur probatio per coniecturas, vt ego ſatis latè dixi in practica mea cau. cri. in prin. numer. 13. vbi plura adduxi circa talem materiam, quæ per te videas. vt credo indubitanter, quod ſi dătarij ſcirent hanc doctrinam, ſunt mali, ſed eſſent peiores & minoris conſcientiæ.

2

## DCXCIX.

*1 Priuilegia pupillis conceſſa, ijs quoque qui per adminiſtratores reguntur, conceſſa eſſe videntur.*

*2 Vniuerſitates caſtrorum ac villarum reſtitutionem in integrum, velut minores, reſpublica, & ciuitas habent. Et quid de vniuerſitatibus paruis adminiſtratores non habentibus? ibidem num. 3.*

1 PRiuilegia† conceſſa pupillis, cenſentur conceſſa alijs qui per adminiſtratores reguntur. gl. eſt valde not. in l. 2. C. de cur. furio. quam tenet Bal. in l. iubemus nulli. in princ. C. de ſac. ſanc. eccl. & ideo ſcias, q̃ vniuerſitates caſtrorum & villarum habent reſtitututionem in integrũ ſicut minores, & reſpublica, & ciuitas. ita tenent Iacobus Butr. & Bart. in l. reſpublica. C. ex quibus cau. ma. quando villa habet multos homines, ita quod regitur per adminiſtratores, quæ omnia refert & ſequitur Soc. in conſ. ſuo 66. inci. viſo cõpromiſſo &c. in 2. col. in 4. vol. & ibi ſubdit, q̃ cõmunis opin. Iac. de Are. Bal. Sali. & Pau. de Caſt.

2

3 eſt† quòd iſtę vniuerſitates etiam paruę etiam in integrũ reſtituantur, licet per adminiſtratores non gubernẽtur, nam in eis communiter ſolẽt eſſe infantes, furioſi, & mulieres, & alię perſonæ quæ non congregantur in magnis negotijs, nec conſentiunt in adminiſtrationem rerum municipij, & ideo iniuſtum eſt, quòd per alios eis præiudicetur, & dicit, quòd ſecundum iſtam opin. conſuluit Lud. Rom. in conſ. ſuo 423. & dicit etiam, quòd iſtã opin. ſequitur Ioan. And. in addi. Spec. in titu. de reſt. in inte. in addi. inci. quadriennium, & Abb. in c. 1. de reſt. in integ. & iſta ſunt diligenter not. cum quotidie contingant in facto, & hic & per totam Italiam, in caſtris, & villis, ad quę pauci animaduertunt.

## DCC.

*1 Iuramentum quanquã magnæ eſt efficacia, & ſæpius quod inualidum eſt, validũ reddit, quandoque tamẽ nullius eſt momenti effectus.*

*2 Inſtrumẽtum vbi ſolennitatis probationis ratione deſtituitur, prætextu iuramenti in eo poſiti non iuuatur.*

*3 Statuto cauẽte, quod ad contractus validitatem duo notarij requirantur, licet inſtrumentum per vnum notarium factũ iuramento ſubnixum ſit, defectu ſolennitatis requiſitæ duorum notariorum, non valebit.*

*4 Conſenſus vbi deeſt, ibi iuramentum nihil præſtat, neque efficit, quandoquidem iuramentum conſenſum non ſupplet.*

*4 Doctrinam certam in hoc, an iuramentum actum validet, necne, dari non poſſe.*

1 QVamuis† iuramentum ſit magni effectus & importãtiæ, & ſæpe validet inualidum, vt dixi ſupra in fin. 356. inci. iuramentum. & in fin. g. 42. inci. quantæ vtilitatis &c. attamen etiam quandoque nihil operatur & nul-

2 lius eſt momẽti. Et ideo ſcias, quòd quando inſtrumentum deficit rõne ſolennitatis probatoriæ nõ iuuatur præ-

3 textu iuramẽti in eo poſiti. Et ideo ſi ſtatuto cauetur, q̃ ad validitatẽ cõtractus requirantur duo notarij, tunc ſi fiat talis contractus per vnum notarium tantum, licet in eo ſit appoſitum iuramentum, non valebit contractus, q̃n dicta ſolẽnitas duorũ notariorũ eſt inducta propter publicã vtilitatem. Ita dixit Bar. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ. in 7. membro. & dom. Ant. cum contingat. in 7. caſu. de iureiu. & ibi Abb. in pen. col. in ver. & vt clarius pateat &c. de quo eliã latius per Soc. in conſ. ſuo 98. inci. abundè. in vlt. col. in 1. vol. & alios plures caſus, in quibus iuramentum nihil operatur, ponit Bart. in d. l. ſi quis pro

4 eo. & Cano. in d. c. cum contingat. Et ſcias etiã, q̃ vbi nõ eſt conſenſus, q̃ ibi nihil operatur iuramentum, eo quia iuramentum non ſupplet conſenſum. l. fin. C. de non nu. pec. & voluit Soc. in conſ. 374. inc. in caſu &c. in ſi. & do. Franciſc. de Aret. in conſi. ſuo 34. inci. quatuor dubia. in

5 2. col. Et ſi vera log. tas eſt, crede mihi, q̃ ex dictis doct. in d. l. ſi quis pro eo, & in dicto c. cum contingat. non poteſt dari firma regula nec firma doctrina in hac materia, qũ iuramentum validet actum vel non. Et ex iſtis impono finem ſingularibus meis hodiernã die 15. Martij 1508. Hippolytus de Marſilijs. I. V. D. Bononienſis.

FINIS.



# SINGVLARIA
# DO. GVLIELMI DE LVDO.

## IVRIS VTRIVSQVE DOCTO. PERVSINI
## EX LEGIBVS ET GLOSSIS SINGVLARIBVS EXCERPTA.

*Additionibus Domini Gabrielis Sarayna Iuriſconſulti Veronenſis & aliorum locupletata.*

### I.

*1 Impuberes, aut ſenes non debent quæſtioni ſubijci pro aliquo facto.*

1 EX eſt† cum gloſ. quod impuberes, neque ſenes non debent quæſtionari pro aliquo facto. ff. ad Sillanianum. l. 1. §. impuberes. & l. ſi quis in graui. §. ignoſcitur. eod. tit.

### II.

*1 Renuntiatio, vel venditio facta ab vxore metu, vel reuerẽtia viri non valet, ſed poteſt reuocari. Idem ſi clericus renuntiet præbendæ reuerentia, vel metu prælati.*

1 Glo. eſt quod ſi mulier† vendat rem ſuã, vel iuri hypothecæ renuntiet metu vel reuerentia viri ſui, quod talis renũtiatio, vel venditio poteſt reuocari. Et idem ſi clericus renuntiet præbendæ reuerentia prælati, vel metu, nam põt reuocari talis renuntiatio. ff. quarum rerum actio non detur. l. 1. §. quæ onerendæ. ſuper verbo metu.

### III.

*1 Ingratitudo non repellit quem a ſucceſſione ab inteſtato.*

1 Lex eſt, quod ſi teſtamẽtum† patris eſt ruptum, vel annullatum ex aliquo ex agnatione poſthumi, vel alias, & filius erat exhæredatus, ex teſtamento illo filius exhæredatus admittitur ad hæreditatem, & ſic ingratitudo non repellit quẽ à ſucceſſione ab inteſtato. ff. de dolo. l. quod metus. de except. l. liberis. licet gl. videatur contraria in auth. titu. de non alienan. §. cum videtur. colla. 1.

ADDITIO.

Vide Corſet. ſingul. 142.

### IIII.

*2 Infamis non efficitur condemnatus per officium iudicis.*

1 Condemnatus† per officium iudicis non efficitur infamis. C. de modo mulctar. l. 1. C. de ſuſpect. tut. l. fi.

### V.

*1 Iudex occupans alienam iuriſdictionem capitaliter eſt puniendus.*

1 Lex eſt, quod iudex occupans† alienam iuriſdictionem eſt puniendus capitaliter. C. de coar. leg. prima. libro duodecimo.

ADDITIO.

Idem tenet & ſequitur Bartholo. Chaſſæn. in comment. conſuetudin. Burgun. in prima rubrica in titulo *des iuſtices*. & numero 67. verſicul. & dicit Guliel. & Ioannes de Arnor. problema 40. Gabriel Saray.

### VI.

*1 Debitor ſi mihi ſis in centum, & quinquaginta, in libello ſcienter petam, & poſtea quinquaginta, ad quæ fuiſti condẽnatus recipiam, videor alia quinquaginta remiſiſſe.*

1 Gloſſ. eſt, † quòd ſi debes mihi centum, & petam 50. in libello ſcienter, & poſt recipiã quinquaginta, in quibus fuiſti condemnatus, quod videor alios quinquaginta remiſiſſe. inſti. dẽ act. §. ſi minus.

### VII.

*1 Fideiuſſor non poteſt conueniri, niſi in loco ſui domicilij.*

1 Gl. eſt, quod fideiuſſor † non põt conueniri niſi in loco ſui domicilii tantum. ff. rem pupil. ſal. fo. l. fi. ſuper verbo, conſtituuntur.

### VIII. & IX.

*1 Punitus per officium iudicis, iure actionis poſtea accuſari poteſt.*

*2 Clericus compellitur ferre teſtimonium coram iudice ſeculari.*

1 Gloſſ. eſt, quod vbi quis† eſt punitus per officium iudicis, quod poſtea poteſt accuſari iure actionis. C. de teſtib. l. nul-

2 lum. glo. fi. Et ibi quod clericus† compellitur ferre teſtimonium coram iudice ſeculari.

### X.

*1 Confeſſio non eſt deneganda condemnato ad mortem.*

1 Glo. eſt, quod condemnato† ad vltimum ſupplicium non eſt deneganda confeſſio. C. de epiſcop. audien. l. Archigerontæ. extra de pœn. & remiſ. c. 1. in clemen.

### XI.

*1 Libri non veniunt in legato alimentorum.*

1 Gloſſ. eſt, quod† in legato alimentorum non veniunt libri, vt ff. de alimen. lega. l. legatis.

### XII.

*1 Sententia arbitri compromiſſarij, debet mandari executioni per iudicem ordinarium.*

1 Lex eſt, quod ſententia† arbitri vel compromiſſarij debet demandari executioni per iudicem ordinarium. C. de iudæis. l. Iudæi. C. de arbit. l. procul.

### XIII.

*1 Temporis interruptio fit per conuentionem factam coram arbitris, ſicut coram iudice ordinario.*

1 Lex eſt, quod per conuentionem† coram arbitris fit interruptio temporis ſicut coram iudice ordinario. C. de arbit. l. cum ante. circa finem.

### XIIII.

*1 Arbiter poteſt recipere ſalarium a partibus.*

1 Nota quod arbiter† poteſt ſalarium recipere à partibus. C. de prin. agen. in re. l. 1. lib. 12.

### XV.

*1 Creditor remittens aliquid debitori, videtur tantum id remiſiſſe, de quo expreſsè inter eos agebatur.*

1 Gloſſ. eſt, quod ſi creditor† remiſit aliquid debitori ſuo, non videtur ſibi remiſiſſe, niſi id de quo agebatur expreſſe inter eos. C. de tranſactio. l. ſi deſerta. C. ad Velleia. l. iubemus.

### XVI.

*1 Priuilegium perſonale tranſit ad hæredem.*

1 Lex eſt, quod priuilegium† perſonale tranſit ad hæredem. C. ad Velleianum. l. hæredes.

### XVII.

*1 Reficiens rem communem cum aliis, eis ad refectionem contribuere denegantibus, totam rem ſibi inſolidum iure domini acquirit.*

1 Lex eſt, quod ſi ſint duo homines† habentes vnam domũ vel aliam rem in communi, a & vnus illorum ſit requiſi-

tus tardat malitiosè reficere, quod si alius rem ædificet, habebit totam rem insolidum iure dominij. C. de ædifi. priua. l. si vt proponis melius. ff. pro soc. l. cum duobus §. idem causa. alias l. si frater. eodem §. 1.

ADDITIO.

In communi. Adde Francis. Cremens. sing. 98. decidi pulchram caulam Roma. sing. 68. Cæpol. in tract. feruit. vrba. pred. c. 59. de refection. nu. 8. & cautel. 85. sæpe contingit. in quibus locis idem tenet per iura hic allegata. hoc addito quod non reficiens debet intra quatuor menses restituere partem suam expensarum cum vsuris centesimis, alias dominium transit in reficientem.

XVIII.

1 *Statuto contrafaciens casu fortuito, vel ex necessitate in pœnam statuti non incurrit.*

1 Lex est, quod si est statutum in ciuitate, quod nō extrahatur bladum, vel aliquid aliud de loco, quod si casu fortuito de aliqua alia ciuitate, vel castro veniant homines deferentes bladum, vel aliam rem contra statutum, quod nō obstante statuto possunt, licet alias nōn possent, nisi essent transeuntes. C. de ædifi. priua. l. si quis post hanc legem.

XIX.

1 *Vniuersitas ob priuatum debitum si debet collectari homines non possunt mutare domicilium ne collectentur.*

1 Gloss. est quod si ciuitas vel villa deberet centū alicui, pro quibus centum vniuersitas collectatur, q̄ non possint mutare domicilium, ne quādo soluant partem suam. ff. de mune. l. & qui originem. in prin.

XX.

1 *Carceratus pro incerto delicto frangens carceres, & fugiens punitur ac si delictum commisisset.*

1 Lex est, quod si incarceratus frangeret carcerē, & nescitur pro quo delicto, postea inuento eo debet puniri ea pœna, qua puniretur, si delictum commisisset. ff. de custod. reo. l. in eos.

ADDITIO.

Vide Nicol. Boer. decis. 215. nu. 9. Gab. Sara.

XXI.

1 *Satisdans de iudicio sisti coram iudice per rescriptum impetrato, non potest contra rescriptum postea obijcere.*

1 Glos. est quod si impetrem rescriptum à principe, vt possim conuenire debitorem meum coram aliquo iudice delegato, & postea fecerim ipsum citari coram illo delegato, & ipse satisdet de iudicio sisti, postea non potest venire cōtra rescriptum, nec ei obijcere. ff. quan. appellan. sit. l. fin.

XXII.

2 *Iudex non permittens victum appellare, sed executionem faciens, incidit in pœnam l. Iuliæ. de vi publica.*

1 Lex est, quod iudex, qui nōn permittit appellare victum & vltra hoc, facit executionem, incidit in l. Iuli. de vi pub. ff. ad l. Iul. de vi publi. l. Iulia.

XXIII.

1 *Occupans rem sibi obligatam, obligationis ius amittit.*

1 Glo. est, q̄ si occupauerim rem mihi obligatam, q̄ amitto ius obligationis, nec competit mihi ius hypothecæ in alia re. ff. ad l. Iul. de vi publi. l. Iuli, quamuis sit text. in contrarium. ff. quod met. cau. l. extat.

XXIIII.

1 *Pater vulnerans filium atrociter, cogitur eum emancipare.*

1 Gloss. est, quod si patet atrociter † vulneret filium, quod propter hoc pater compellitur emancipare filium. ff. de iniur. l. prætor dixit §. sed si quis, super verbo si atrox. dic vt ibi circa glo.

XXV.

1 *Filius hæres cogitur suscipere litem in eo puncto, in quo pater litigans defunctus eam reliquit.*

1 Gloss. est, quod si pater litiget contra aliquem, & postea moriatur, quod hæres vel filius tenetur illam litem suscipere in tali puncto, in quo prædecessor reliquit. ff. de iur. iur. an l. sed si vnus. §. filius. in gl. emancipatus. ff. de actio. & oblig. l. sciendum

XXVI.

1 *Iniurias veras in aliquem dicens, nō tenetur actione iniuriarum.*

1 Lex est cum gloss. quod si dico alicui iniurias veras, quod non teneor actione iniuriarum. ff. de iniurijs leg. cum qui.

ADDITIO.

Idem tradit Io. de Arno. problema. 41. Gab. Sar.

XXVII.

1 *Testis vnius dicto aliquando statur.*

1 Tex. est quod vnus testis facit fidem & præsumptionem & statur dicto vnius testis. ff. de do. præl. l. Theopōpus. in gl. in fi.

XXVIII.

1 *Tutori si finita tutela à pupillo fiat liberatio, & quintatio administrationis cum iuramento, valet dummodo fraus non interueniat,*

1 Gloss. est quod tutor finita tutela potest exigere liberationem à pupillo, & quittantiam cum iuramento, & valet talis quittantia à pupillo tutori facta, dummodo nō interueniat fraus. ff. de contrahend. in l. quod ergo. §. contrarium.

XXIX.

1 *Executio sententiæ propter ægritudinem nō retardatur. secus in litis contestatione, vel sententia ferenda.*

1 Gloss. est quod propter ægritudinem non retardatur executio seu solutio, secus in litis contestatione, vel sententia ferenda, quia datur dilatio propter egritudinem. ff. de hæredi. instituend. l. si quis instituatur. §. fi. in glo. ægritudine. ff. de iudic. l. si prætor, §. fi.

XXX.

1 *Socius vnus si ducat litem moram super re cōmuni cum pluribus aliis socijs, & obtinuerit, an possit partem expensarum à socijs repetere?*

1 Leges sunt, quod si duo † socij in aliqua re, & moueturlis cōtrouersia, & vnus duxerit litem, & obtinuerit, quod nō poterit partem petere expensarum à socio suo. ff. famil. erciscē. l. ex parte.

XXXI.

1 *Pubertati proximus qui dicatur?*

Lex est contra glo. ff. de regulis iuris. l. pupillum. vbi dixit,

1 quod proximus est pubertati, qui habet decem annos cū dimidio. Lex est in contrarium. ff. de excu. tut. l. non tantū in princip. qui proximus pubertati 14. annum minus medium, pro qua est extra de desponsi. impub. capitul. continebatur.

XXXII.

1 *Iudex ordinarius si ad aliquam causam delegetur, an recipere possit salarium, si prouinciam non exeat?*

1 Lex est, quod si princeps delegauit quandam causam specialiter ad cognoscendum Senescalco, vel iudici ordinario quod ob istam delegationem, non recipit salarium à partibus, quamuis si alius fuisset delegatus reciperet salarium ff. de officio rect. prouinc. l. qui ordinarium. Dum tamen non exeat prouinciam ratione istius delegationis, vt ibi.

XXXIII.

1 *Insidiatus alium cui in testamento insidiæ remissæ sunt, an puniri debeat?*

1 Lex est, quod si aliquis insidiatus fuerit alicui, & in testamento remiserit sibi, q̄ nihilominus debet puniri. ff. ad Sylla. l. diuus.

Citare



XXXIIII.

1 *Citare sine mandato iudicis quis non debet, alias is debet puniri, & officium amittere.*

1 Leges sunt, quod seruiens sine insinuatione, vel sine mandato iudicis aliquem citare non debet, sed si hoc fecerit, debet puniri, & officium debet amittere. in authentic. de quæstio. §. fi vero aliquis. collat. 6. C. de episco. & cleri. l. me morati.

XXXV.

1 *Filium asserenti matri esse spurium nō creditur, nec propter hoc potest eum exheredare.*

1 Lex est, quod matri nōn creditur, si dicat filium spurium in testamento, nec propter hoc poterit ipsum exheredare licet facit aliquam præsumptionem contra eum. ff. de probat. l. fi. ff. de fal. l. qui falsam. §. j.

XXXVI.

1 *Notarius creatus ab eo, qui vniuersalem habet iurisdictionē instrumenta vbique conficere potest.*

1 Lex est in ratione, quod tabellio † qui creatus est per illum qui vniuersalem iurisdictionem & potestatem non limitatam habet, potest vbique conficere instrumētum. ff. de excu. tuto. l. non solum. §. qui testamento. ff. ad leg. Rhodiam de iactu. l. deprecatio.

XXXVII.

1 *Consuetudo patriæ est seruāda ab eo cui causa committitur.*

1 Lex allegatur, quod si Rex † committit alicui aliquam rem seu causam, quod ille cui committitur habeat seruare consuetudinem patriæ, in qua habet commissionem. quod est notabile, in auth. de iud. §. illo custodiendo. col. 6.

XXXVIII.

1 *Substituto vulgaris expressa filio facta durat, licet filius patri superuiuat, secus in pupillari.*

1 Lex est, quod si fiat † vulgaris expressa filio, dato quod filius superuiuat patri, nihilominus durat, secus in pupillari. C. de fideicom. l. coactus. l. ancillam. C. de pœn.

XXXIX.

1 *Actor debet probare omnia in libello proposita.*

1 Glo. est, quod actor omnia † proposita in libello habebit probare. ff. de excusa. tut. l. qui ex testamento.

XL.

1 *Clericus non potest coram iudice seculari conueniri.*

1 Gl. est quod clericus † non possit coram iudice seculari cōueniri, in auth. vt omnes iud. obed. col. 5. super verbo subiacent. ff. de noxa. l. fi. tex. est de iure fisci. in l. si denique. in fi. in auth. habita. C. ne fil. pro patre.

XLI.

1 *Tutor si quid accipiat ob pupillam matrimonio copulandam an teneatur illud pupillæ restituere?*

1 Glo. est, quod si tutor ob pupillam † copulandam in matrimonium aliquid acciperet, quod non tenetur pupillo restituere. ff. de, nego. gest. l. si sine vsuris. circa si.

XLII.

1 *Præsumptio tollit præsumptionem.*

1 Glo. est, quod præsumptio † tollit præsumptionem. de in integ. resti. l. diuus. super verbo, æstimatur. de ritu nup. l. non solum. circa prin.

XLIII.

1 *Aduocatus esse reipublicæ, & salario quis compellitur.*

1 Gloss. est, quod quis compellitur esse aduocatus reipublicę sine salario. C. de proxi. sacrorum scriniorum. l. 2. li. 12.

XLIIII.

1 *Fiscalis debitor potest cedere bonis, & carcerem cuitare.*

1 Gl. est, quod debitor fiscalis † potest cedere bonis, & carcerem cuitare. Insti. pro soc. §. fi. licet gl. est et contraria. C. de exact. tribu. l. 10.

XLV.

1 *Collecta potest à Rege subditis indici pro filia maritanda, vel filio milite faciendo.*

1 Glo. est, quod Rex potest indicere collectā suis subditis pro filia maritanda, & filio milite faciendo. C. de sacrosanctis ecclesiis. l. placet. super verbo, extraordinariam.

XLVI.

1 *Acta facta in foro seculari contra clericum, faciunt fidem in foro ecclesiastico.*

1 Gloss. est, quod si clericus † sit captus in curia seculari, & ibi fuerunt aliqua acta facta contra eum, si postea fuerit requisitus per iudicem suum, quod acta facta in curia seculari tuta maneāt, & tunc fidem faciunt coram iudice ecclesiastico. C. de episco. & clerc. authenti. clericus. super verbo posita per episcopum. Pro quo est te de testa. l. fi. Glo. quæ dicit in casibus, fallit illa regula, qui prior est tempore potior est iure, quia procedit in sex casibus, in auth. de exacti. tribu. circa prin.

XLVII.

1 *Absentiæ causas ad allegandum admissus, cauere debet.*

1 Gloss. est, quod ille qui † admittitur ad allegandum causas absentiæ non tenetur cauere insolidum. ff. de regu. iuris. l. nemo alienæ rei.

ADDITIO.

Vide Amanel. sing. 62.

XLVIII.

1 *Meretrix quæ acquirit, fiscus recuperet potest.*

1 Gloss. est quod illa † quæ acquirit meretrix, potest recipere fiscus. C. de leg. l. non dubium. super verbo ex eo. ff. de iure fisci. l. Lucius.

ADDITIO.

1 *Meretrix de quæstu suo testari potest, & ad libitū disponere neque eius hæreditas per fiscum hæredibus suis auferri potest.*

2 *Meretrix quæstum suum in foro conscientiæ restituere non tenetur.*

a Meretrix. Quamquam meretrix turpiter faciat meretricando, tamen turpiter non facit accipiendo, cum sit, meretrix, vt dicit texus in l. 4. ff. de condictio. ob turpem causam, ex quo dicunt ibi Bal. Ang. & Paul. de Cast. quod meretrix de suo quæstu licite, & iuste facit eleemosinam, & decimam soluit, vt etiam tenet gl. in c. ex transmissa. de decim. & Archidiaco. 85. distinctione qui veneratoribus. &

1 1. quæstio. 1. non est. † Et similiter de tali quæstu potest testari, & ad libitum disponere, & talis hæreditas non aufertur hæredibus suis per fiscum, vel ecclesiam, tanquam turpe lucrum, vt no. Cynu. in l. cum tex. C. de condictio. ob turpem causam. & Bal. in l. prima C. eodem referens, quod ita alias fuit interrogatus Neapoli à quodam episcop. Idē

2 tenet Cy. in l. mercalem. C. eodem. † & similiter ipsa meretrix, talem quæstum non tenetur in foro conscientiæ restituere, sed legitime retinet, prout volunt Inno. Io. And. & Panormita. ibi, in tertia quæstione. in c. quia plerique. de immuni. eccle. & tenet sanctus Thom. secunda secundæ q. 32. articulo. 7. & q. 62. articulo. 5. cōcladēs, q̄ meretrix licite retinet ea, quę suo corpore lucrata est, secus si aliquid extorsisset per dolum, vel fraudem, quia illud tale tenetur restituere illi, à quo habuit. Pone modo, quod vna meretrix super lucrata est, quo remedio poterunt vti cōsanguinei, qui debent ab intestato succedere, ad hoc, vt ipsa meretrix non valeat de super lucratis testari, nec aliter ad libitum disponere. Dic, quod cautela est, quod sibi interdicatur bonis per iudicem, quod iuridice, poterit fieri, vt est tex. multum solennis, & ibi gloss. in l. & mulieri. ff. de curato. furio. quo casu per interdictionem non solum tollitur facultas contrahendi inter viuos, vt l. is cui bonis. de verborum obli. sed etiam facultas testandi, vt l. is cui lege. ff. de testamen. & §. item prodigus. Institu. quibus non est permissum facere testamentum. & per Speculato. in titu. de instrumento. edit. §. compendiose. circa princip. versic. tertio si fuerit. Et per Bald. in l. 2. circa princ. C. communia de

nia de legat. adeo quod non posset testari etiam ad pias causas, prout tenet Bal. in l. 1. in lectura, in ver. deinde quero quid de prodigo. C. de sacrosan. eccle. & Pet. de Anch. in c. 1. quia ingredientibus. de testa. quem ibi refert & sequitur Imo. in 7. col. ver. circa sextum. & do. Abb. in rub. extra eo. licet contrarium in hoc voluerit Bal. in d. l. 1. in repeti. in 7. col. versi. 13. quæro quid de prodigo. C. de sacro san. eccle. Et licet contrarium etiam videatur sentire idem Bal. in consi. 225. incip. decreto seu rescripto illustrissimi principis. in prima parte, volens, quod interdictus bonis posset testari inter liberos & contrarium etiam videatur, sentire Lap. de Castel. alleg. 26. Sed prima opi. est communior. istam cautelam tradit Bal. in c. cum decorem. de vita & hone. cler. quem refert & pro notabili sequitur do. Ias. in d. l. 4. §. sed quod meretrici. ff. de condi. ob tur. cau.

XLIX.

¶ *Arma & vexillum in bello amittere, baroni dedecus est.*

¶ Lex est, quod magna verundia est baroni, quando amittit vexillum suum, & arma in guerra. Et per hunc textum dicitur quod non debet habere aliud vexillum, nisi per arma recuperet. ff. de cap. l. 1. ff. de re mili. l. 3. §. miles.

L.

¶ *Ordinarius potest recusari per rescriptum principis.*

¶ Leges sunt, quod ordinarius potest recusari impetrando rescriptum à principe, ne conueniatur sub illo iudice. C. de offi. proconsul. & lega. l. officium. in fi.

L I.

¶ *Iudex ecclesiasticus potest inuocare brachium seculare.*

¶ Leges sunt, quod iudex ecclesiasticus potest inuocare brachium seculare. C. de. comit. sacr. in l. 1. lib. 12. in auth. de monach. §. fi. col. j.

L II.

¶ *Rescriptum contra ius commune non valet, nec ei est obediendum quousque secunda iussio fiat à principe.*

¶ Lex est, quod si rescriptum ab aliquo impetretur, & sit contra ius commune, non valet, nec iudex ad quem diligitur, debet obedire, quousque secunda iussio fiat sibi per principem. C. si contra ius vel vtili. l. fi. in authen. de manda. prin. 4. col. §. competens. vt omnes obe. iud. prouincia. §. at vero iubemus. C. de pagan. l. sicut. l. scripta. C. de sacro san. eccle. l. iubemus. in fi.

L III.

¶ *Laicus si clerico iniuriam faciat, secularis iudex cognoscit.*

¶ Lex allegatur, quod si laicus facit iniuriam clerico, quod iudex secularis non ecclesiasticus cognoscit de illis iniurijs. C. de offi. præfect. præto. l. ordinario.

L IIII.

¶ *Conueniens aliquem vna hora coram diuersis iudicibus, amittit causam.*

¶ Lex est, quod si cõueniam aliquem coram aliquo iudice, & agam contra eundem in alio iudicio, quod ego amitto causam. C. de assert. tollen. l. 1. in fi. C. de iurisd. om. iudi. in l. criminali.

LV.

¶ *Iuramentum calumniæ an excuset ab expensis soluendis.*

¶ Gloss. sunt quæ non sunt veræ, quod iuramentum calumniæ excusat quem ab expensis soluendis. Insti. de pœn. re me. litigan. §. 1. in authen. de iudi. §. apparet. col. 6. Casus est in contrarium in authen. de triente & semisse. 3. col. §. studentium. versi. si eum.

LVI.

¶ *Commissariorum officium transit ad hæredes.*

¶ Gl. est, quod officium commissariorum, seu executorum testamentorum transit ad hæredem. C. de tutel. l. tutela.

LVII.

¶ *Gener non potest vocare socerum in iudicio sine venia.*

¶ Gl. est, quod gener non potest vocare socerum in iudicio sine venia. ff. de in ius voc. l. generaliter. arg. ff. de solu. matri. l. quia parentis.

LVIII.

¶ *Instrumenta debent concordare cum protocollo, alias sunt suspecta.*

¶ Gloss. est, quod instrumenta debent concordare cum protocollo. alias præsumitur suspectum instrumentum, nisi concordet cum protocollo. C. de fide instru. l. contractus in authen. de tabellio. §. fi.

ADDITIO.

* Adde Guid. Pap. sing. 515. §. debet.

LIX.

¶ *Debita quando computentur inter immobilia, & quando inter mobilia.*

¶ Gloss. est, quod debita computantur inter immobilia quando pro re immobili dicuntur debita. Quando ex re mobili computantur debita inter mobilia, in authenti. de non alienan. §. 1. colla. 2. super verbo, quandocunque connumeranda.

LX.

¶ *Citatio si fiat ad domum vbi nullus est, debet in porta affigi vel ante domum legi.*

¶ Gloss. est, quando citatur aliquis ad domum, & ibi nullus inuenitur, quod transcriptum seu citatio debet in valuis seu porta domus poni, vel legi ante domum. ff. de dam. infect. l. 4. §. toties. super verbo, libell.

LXI.

¶ *Capitaliter si quis ex principis mandato puniendus veniat, intelligitur in amissione ciuitatis, vel deportatione tantum.*

¶ Gloss. est, quod si princeps mandauit alicui, quod puniret aliquem capitaliter, quod intelligitur amissione ciuitatis vel deportationis tantum. C. ne iu. priua. manda. l. 1. quæres vendi. non po. l. fina. C. de episco. & cleri. l. si quis non dicam rapere.

LXII.

¶ *Subditi debent iurare domino, quod obedient ipsi.*

¶ Gloss. est, quod subiecti debent iurare domino, quod parebunt & obedient ipsi. ff. de re. priuat. l. non videtur. §. qui iussu.

LXIII.

¶ *Iuramentum potest per partem remitti.*

¶ Gloss. est, quod iuramentum potest remitti per partem. ff. de fer. l. 1. super verbo, valebit.

LXIIII.

¶ *Vxor an præferatur creditoribus, & habeat priuilegium pro dote confessata?*

¶ Gloss. est, quod mulier non præfertur creditoribus, nec habet priuilegium. l. assiduis. C. qui potiores in pignor. habeantur. in dote confessata per maritum, sed in dote vera bene.

LXV.

¶ *Conductor volens dare tantum quantum alius expelli non potest ex re conducta.*

¶ Gloss. est, quod possum in domo conducta inuito domino stare dando tantum, quantum alius conducere volens. C. loca. ne cui.

LXVI.

¶ *Stylus curiæ est seruandus.*

¶ Lex est, quod stylus curiæ est seruandus. C. de vet. iur. enuclean. l. 1. §. nullum. versi. sed si quæ legis. C. de fideiuss. l. fin. C. de appel. l. Imperator. §. 1.

LXVII.

¶ *Posthumi agnatione testamentum matris non rumpitur, sed patris.*

¶ Gl. est, quod propter agnationem posthumi non rumpitur testamentum matris, sed patris sic. C. de inofficioso testamento



testamento. l. 4. in 1. gl. insti. de exhære. li. §. mater.

LXVIII.

¶ *Testamentum ratione præteritionis filij nullum dicitur, si filius velit, secus si nolit.*

¶ Gloss. sunt, quæ intelligunt, quod filio præterito est testamẽtum nullum ipso iure, est verum si filius vult & petit declarari, alias si filius non vult dicere nullum valeret. ff. de iniusto rupt. testa. l. filio præterito. de leg. præst. l. his qui. C. de inoffic. testa. l. fancimus.

LXIX.

¶ *Maritus repetens vxorem à se è domo expulsam debet iurare, quod eam non percutiet.*

¶ Gloss. est, quòd quando vir expulit vxorem de domo, & postea si vult eã recuperare, oportet quòd maritus iuret, quòd eam non percutiet. C. de his qui ad eccles. confu. leg. fina. §. fina. in versicu. interuentione, super verbo interueniente.

LXX.

¶ *Filius si à matre præteratur debet causa præteritionis inseri, alias non valet.*

¶ Gloss. est, quod quando filius vel filia præteritur à matre, quod necesse est quod causa præteritionis exprimatur, alias non valet ipso iure. C. de inoffi. testa. l. filium. & in authen. vt cum de appel. cog. col. 8.

LXXI.

¶ *Pupillaris tacita matrem non excludit, fallit si contrarium à substituto probetur.*

¶ Glo. est, quod tacita pupillaris non excludit matrem, vt l. Lucius. ff. de vulga. tamen si substitutus velit probare q̃ testator voluit matrem excludere ex tacita pupillari, qđ admittatur ad probationem in tantum, quod si probauerit quod mater excludetur. C. de impub. & alijs sub. l. pręcibus. C. de testa. mili. l. in testamento.

LXXII.

¶ *Adoptiuus pater an teneatur alimentare filium adoptiuum?*

¶ Gloss. est, quòd pater adoptiuus nõ tenetur alimentare filium adoptiuum. Institu. de hæredit. quæ ab intestat. §. ad imponendum, licet Placentinus ibi contrarium dixerit.

LXXIII.

¶ *Dominus debet iurare fidelitatem subdito, sicut subditus domino.*

¶ Gl. est, quòd sicut subiectus debet iurare fidelitatem domino, ita econtra dominus subiecto. ff. de aqua quoti. & æsti. l. 1. §. permittitur, super verbo imperialis, in feud. de prohi. feud. alie. per Federicum. c. Imperialem. §. fi. super verbo sacramenta.

LXXIIII.

¶ *Executio sententiæ latæ contra reum principalem, non potest fieri contra fideiussorem.*

¶ Gloss. est, quod sententia lata contra reum principalem non debet fieri executio contra fideiussorem. C. vbi de crimi. agi. opor. l. fi.

LXXV.

¶ *Prægnante vxore si quis testamentum conficiat, & dicat, si quis mihi natus fuerit filius, vel filia, ei relinquo decem, si duæ filiæ. vel filij nascantur, quilibet decem habebit.*

¶ Lex est, q̃ si testator in suo testamento faciat aliquem hæredem, & habeat vxorem prægnantem, & dicat in testamento, q̃ si aliqua mihi sit nata filia, vel filius, ei relinquo decem. Post si natæ sunt duæ filiæ vel filii duo, q̃ quilibet habebit decem. ff. de leg. 1. l. qui filiabus. §. 1.

LXXVI.

¶ *Patri male administranti bona filij potest administratio interdici.*

¶ Text. est cum gl. quòd quando pater malè, & per fraudem administrat bona filii, & dissipat, quòd filius potest facere ei interdici administratio. & ab eo bona filij auferri. ff. de leg. 1. l. cum filio.

LXXVII.

¶ *Testator si dicat velle suum testamentum valere, nec vnquã per aliud posse reuocari, & iuret, potest tamen pœnitere, & secundum primi derogatorium conficere.*

¶ Gl. est, q̃ si testator dicat in primo testamento, q̃ vult testamentum valere, ita quod nõ possit reuocari per aliquod aliud testamentum, & iurauerit, q̃ etiam põt pœnitere, & aliud facere, & valebit vltimum non obstante iuramento. in feud. de pace tenen. §. item sacra. Nam iuramentum contra bonos mores præstitum non obligat. extra de foro cõp. c. si diligenti. C. de legib. l. non dubiũ.

LXXV I.

¶ *Fructus rei legatæ purè à quo tempore legatario debeantur.*

¶ Gl. est, q̃ fructus rei legatæ purè tenentur tradi à morte testatoris legatario. ff. de le. 2. Iulianus. quamuis gl. videatur contraria in l. Licinius locusta. super verbo per ius. e. tit. Et est tex. quòd imò à tẽpore litis contestatæ veniũt. ff. de leg. 1. l. quæsitum. §. fi. dic vt ibi.

LXXIX.

¶ *Legata domo, an videantur etiam legatæ merces in ea existentes.*

¶ Leges sunt q̃ legata domo videtur legatæ merces ibidẽ exiltentes. ff. de auro & argen. le. l. pediculis. §. Labeo. ff. de fun. instruct. l. quæsitum. §. item Pomponius. Licet cõtra videatur, & malè. ff. de pig. l. cum tabernam.

LXXX.

¶ *Sententia si ex processu nullo feratur, potest ei opponi exceptio annullati processus.*

¶ Glo. est, q̃ si ex processu nullo feratur sententia, etiam sententia lata potest opponi exceptio annullati processus, ff. ad Macedo. l. cum si vero.

LXXXI.

¶ *Actor quemadmodum debet proponere actionem, qua probata sequantur condemnatio, & petere reum sibi condemnari, ita reus debet exceptionem opponere, quæ probata sequatur absolutio, & petere se absolui.*

¶ Gl. sunt, quòd sicut actor debet petere condemnari reũ sibi, ita reus habet exceptionem suam, per quam se petat absolui. ff. de exceptio. l. 1. de fideiuss. l. fideiussores. §. 1. in gl. deprecabuntur. Et est tex. C. de long. temp. pscri. l. emptor. & talem exceptionem debet opponere qua probata sequatur absolutio. ff. de fideiusso. l. 1. §. Labeo. sicut actor debet talem actionem proponere qua probata sequatur condemnatio. ff. de eden. l. j.

LXXX II.

¶ *Actiones annales ad agendum sunt perpetuæ ad excipiendũ.*

¶ Leges sunt vbi actiones sunt annales ad agendum perpetuãtur ad excipiendum, vt ff. de his quæ vi me. ve causa. fi. l. pupillus. §. fi. super verbo exceptio.

LXXX III.

¶ *Vniuersitas si aliquod crimen committat pœna pecuniaria nõ capitalis sunt plectendi illi, qui sunt de vniuersitate.*

¶ Lex est, quòd si ciuitas, vel villa, vel vniuersitas commiserit aliquod crimen, pœna pecuniaria non corporali sunt plectendi illi de vniuersitate vel villa. C. de decurionib. l. quæcunque.

LXXXIIII.

¶ *Filia, quæ nubit indigno contra voluntatem patris, potest exhæredari.*

¶ Lex est, q̃ si filia nubat indigno contra voluntatem patris potest exhæredari, vt in l. non tantum. §. emancipati. ff. de contra tabu.

LXXXV.

¶ *Debitor tuus soluens id quod tu debes alteri, etiam inuito, ab obligatione liberatur.*

¶ Gl. est, q̃ si ego debeam tibi decem, & tu debeas alteri decem, vel plus, & ego solluerim creditori tuo 10. sine iussu tuo, quæ debeo, tum liberatus ab obligatione tua. ff. de compen. l. fed cum in liti. ff. de solu. l. cum iussu.

LXXXVI.

¶ *Debitor à quo bis debitum petitur, quomodo sibi cauere pot.*

¶ Lex est, quòd si aliqui petunt bis debitum, & obtinent, quod tenentur. ff. man. l. fideiussor. §. de omnibus. Et quæ

remedia

remedia dentur illi qui soluit debitum,& postea creditor iterum petit,& reus fuit condemnatus,quia non potui probare solutionem factam.ibi not.in gl.

LXXXVII.

*Saluum conductum frangens punitur pœna criminis læsæ maiestatis.*

Lex allegatur† quòd frangens saluanguardiam punitur crimine læsæ maiestatis.ff.ad l.Iul.maiest.l.1.ibi in prin. cum dicit,vel aduersus securitatem.

ADDITIO.

Adde Amanuel.fin.91.Et latè per Aufrer.decisione Tholosana 489.Gab.Saray.

LXXXVIII

*Testibus opponens,quod sint infames,eis non tenetur actione iniuriarum.*

Gloss.est,quod si testibus† contra me productis obiicia, & dicam ipsos fore infames,quod non teneor eis actione iniuriarum.C.de postul.leg.quisquis.super verbo vtilitatis pro.quo.ff.de iniur.le.si quis de libertate. C. loca. leg.nullum.

LXXXIX.

*Feudum concessum pro se & suis hæredibus intelligitur de filiis,& non ab aliis hæredibus.*

Gloss.est,quòd si Rex† vel Comes concedat alicui baroni,& suis hæredibus aliquod feudum,quod videtur intelexisse de filiis,& nõ aliis hæredibus.ff.ad Trebellia.l.ex facto.§.fina.

XC.

*Adulter si à marito adulteræ hæres instituatur,tanquam indignus ab hæreditate repellitur,& fisco applicatur.*

Glo.est,ꝙ si ego† commisi adulterium cum vxore alicuius,& postea ille me instituat hæredem,quòd ego repellor ab hæreditate tãquam indignus,& fisco applicabitur .C.de his quib.vt indig.l.si fororem.

XCI.

*Exceptio falsi contra sententiam opposita executionem non impedit.*

Gl.est,quòd si aliquis† sic condemnatus ad soluendum creditori suo,& creditor petit fieri executionem, & debitor opponit quod non debet fieri ex eo,quod ipse vult accusare testes,& sententiam ex quibus fuit condemnatus de falso,& accusationem falsi instituere, & si creditor dixit,postquam ipse fuit cõdemnatus,quòd ipse soluat,& debitor dicit,quod nõ quousque falsi accusatio sit finita,certè primum executio ad debitum fiet, postea si vult creditor,accusare potest.C.de falsis.l.2.

XCII.

*Procurator, qui in criminalibus interuenire non potest, si interueniat,quicquid ab eo gestum est,valet,quia exceptio repulsionis procuratoriæ est dilatoria,& ante litem contestatam debet opponi.*

Glo.est,quod licet† in criminali non possit interuenire procurator,si tamen interueniat,valet quod actum est, nec aduersarius dicere potest iudicium nullum ex eo, ꝙ procurator interuenit,quia exceptio repulsionis procuratoris est dilatoria,& ante litem cõtestatam debuit opponi.ista est gl.C.de adul.l.quamuis.

ADDITIO.

Adde Guido.Pap.705.§.2.& Bal.83.

XCIII.

*Sententia lata contra pupillum nõ valet,licet à principio causæ tutor pro eo comparauerit,& postea contumax fuerit Secus si præsens fuerit in iudicio tempore latæ sententiæ.*

Glo.est,quòd si tutor† in principio causæ fuit in lite,quę mouebatur contra pupillũ, & postea contumax fuerit in causa, ita quòd sententia feratur contra pupillum, quod talis sententia non valet.Item si à principio causæ non fuerit tutor, veruntamen postea fuerit præsens in sententia,valet sententia.C.si aduersus rem iudica.l e.in rem. & l.cum minores.

XCIIII.

*Confiscatio an debeat fieri de illis bonis tãtum,quæ delinquẽs habet in loco delicti,an vero & de aliis quæ in aliis locis possidet.*

Gloss.est quòd si aliquis† fuerit condemnatus de aliquo crimine,ex quo bona debent confiscari,& habet in pluribus locis bona,quòd illa bona duntaxat debent confiscari loci, in quo delictum commisit, non alia bona.C. de pœnis.l.sancimus.super verbo teneant,licet doct.cõtrarientur.

ADDITIO.

Adde ad materiam confiscationis,Romano.singular.170. 430.& 548.& 578.& Guid.Pap.decis.341.

XCV.

*Hæres accusans testatoris defuncti mortem,nõ tenetur se subscribere pœnæ talionis.*

Lex est,quòd hæres,qui† accusat, mortem defuncti testatoris,non tenetur se subscribere pœnæ talionis.] C. de calum.l.2.

XCVI.

*Compensatio opponi non potest à debitore negante debitum,si postea fuerit de debito conuictus secus si conuictus fuerit ꝓ propriam confessionem.*

Gloss.est,quòd si† negauerim creditori debitum debere, & postea sim conuictus,non possem opponere compensationem.Secus si per confessionem propriam mei debitoris sim conuictus,quod est valde notandum. ff.de regu.iur.l.nemo ex his.ff.de compensa.l.fin.super verbo conuictus.

XCVII.

*Filius familias non potest esse in iudicio sine patris authoritate,quando vult agere iure actionis,secus si velit implorare officium iudicis*

Gloss.est,quòd licet† filius familiàs non possit esse in iudicio sine patris authoritate, illud verum est,si velit agere iure actionis. Sed si velit implorare iudicis officium, potest sine patris consensu.C.qui admit. ad bon. possess. leg.1. arg.de precibus impera. offer.l. vniuersis diuersis.

XCVIII.

*Delinquens si sit in ecclesia,vel in domo alicuius potentis baroarij ecclesiam intrare non debent,sed extra stare,*

Allegatur lex,quòd quando delinquens† est in ecclesia, vel aliqua domo alicuius potentis,quòd seruientes publici non debent intrare ecclesiam seu domum potentis,sed extra stare debent.C.de serui.leg.prima.§.si vero libro.12.

XCIX.

*Tutor non faciens inuentarium efficitur infamis,nisi sit consanguineus,vel affinis pupilli.*

Glo.est,quod licet tutor† non faciens inuentarium efficitur infamis,non tamen efficitur,si ipse sit de parentela vel affinitate pupilli.C.arbi.tute.l.fi.in gl.fi.

C.

*Inuentarii confectio potest remitti tutori testamentario,legitimo,& datiuo per testatorem.*

Gl.est,ꝙ sicut† testator potest remittere confectionem inuentarii tutori testamentarij,ita & legitimo,& datiuo C. de admini.tuto.l.tutores.

ADDITIO.

Idem tradit Guido Papæ,decisio.Grationopol.353.& decisi.Tholosana 46.Gabriel Saray.

CI.

*Expẽsis ꝓprijs barones non debent seruire Regi præliãti,sed expensis ipsius Regis si eius facultates suppetant.*

Text.est,quòd quando Rex† vel Comes habet guerram cum aliquo inimico suo,ꝙ non debent barones,vel scuti feri suis expensis proprijs seruire Regi,vel comit. Sed ipse Rex,vel Comes debet eis facere expensas. in auth. de mãdatis principum.§. sed neque milites.intelligo superioris principis vel comitis cuius facultates suppetãt, nã debẽt primo sua expendere,& postea à subditis recipere



pere,vt not.C.de episco.audi.l.biennij.

CII.

*Processus tenet libello omisso.*

Gloss.est.quod licet† in ordine iudiciario requiratur libellus,in l.prolatã.C.de sen.& interlo.om.iudi.tamen si tacitè fuit omissus, quia non fuit petitus, tenet processus, in auth.de trien.& semis.§.illud.in gl.super verbo, legalem iustitiam.in 3.col.in fi.totius gl.

CIII.

*Actio personalis & hypothecaria possunt simul in eodem libello contra principalem aebitorem intentari.*

Text.est, quod personalis† & hypothecaria possunt simul in eodem libelle intentari cõtra debitorem principalem, in auth.de fideiuss.§.sed neque.col.1.

CIIII.

*Nobilis tenetur ad munera sordida loci vbi habitat.*

Tex.est,quod nobilis† tenetur ad munera sordida in ciuitatibus & locis,quibus habitat,in authen.de defen.ciui.§. si quis vero.colla.3.

CV.

*Vxor an & quando possit vouere castitatem inuito viro, & intrare monasterium?*

Glo.est,quod mulier † potest vouere castitatem & intrare monasterium etiam inuito viro, si non sit secuta carnalis copula.Si autem fuerit carnalis copula secuta, non potest vnus inuito altero à matrimonio segregari,in auth.de monach.§.si autem vxor.colla.1.& de nupt.colla.2.§.2.extr de conuer.coniug.c.verum.§.publicè.

CVI.

*Nobilis non tenetur bellari cum rustico,si rusticus eum defidat,secus si econtra.*

Gloss.est,quod miles† vel nobilis non tenetur bellare cum rustico.Quod est verũ,si rusticus defidat nobilem. Si autem nobilis rusticum,tunc sic.in feud.de cle. vio.perc.c.si miles rusticus.concor.extra de cle.pug.in duello.

CVII.

*Vasallus non tenetur seruire domino excommunicato, vel bannito.*

Tex.est,quod vasallus† non tenetur domino seruire,si dominus sit excommunicatus, vel bannitus.in feud.hic finitur lex.§.1.extra de exceptio. capit.exceptionem.& capi. porro.libro 6.

CVIII.

*Creditores hæreditarij possunt agere contra hæredes qui sunt soluendo tantum,& cæteros relinquere,secus in legatarijs.*

Glo.est,quod si diuisiones† facta inter hæredes hæreditatis postea aliquis efficiatur non soluẽdo,quod creditores possunt agere contra alios soluendo existentes.de condi.& demon.l.1.Quamuis legatarij non possunt.ff.de lega.2.l.legati petitio.C.de libe.lega.l.non ideo minus. quod est not. dignum.

CIX.

*Dos mortua filia cui sit restituenda.*

Gl.est,quod filia† mortua filio relicto & marito,quod dos debet reddi patri istius filiæ mortuę,posito quod filius sit superstes.C.solu.matri.l.dos à patre.C.de collat l.illam. in gl.super verbo,patruus.

CX.

*Dotare iterum pater cogitur filiam,quæ dotem amisit.*

Glo.est,quod si pater † dotauit semel filiam,& filia amisit dotem,quod pater cõpellitur eam dotare iterato.C. de rei vxo.actio.l.vnica.

CXI.

*Aduocatus dandus non est latroni publico.*

Lex est,quod latroni† publico non est dandus aduocatus. C.de defenso.ciui.l omnes.

CXII.

*Dos in bonis mobilibus post annum restituitur, in immobilibus statim.*

Lex est,quod si dos† sit in bonis mobilibus cõstituta post, annum debet reddi.Si autem in bonis immobilibus statim,vt C.de rei vxo.actio.l.vnica.

CXIII.

*Hæres institutus,habens substitutum,si decedat relictis filijs ipsi substituto præferuntur.*

Tex.est,ꝙ si aliquis† te instituerit hæredem,& alium substituerit,& tu mortuus sis,& habes filios,quod filij tui debent habere hæreditatem, non substitutus, posito quod testator alium substituerit.C.de instit.& substi.l.generaliter.§.cum autem.

CXIIII.

*Filius familias si fuerit hæres institutus,& sibi alius substitutus,eo mortuo pater succedit ante substitutum.*

Text.est,quod si aliquis† instituerit aliquem filium familias,& substituerit sibi alium,quod mortuo filio pater venit,antequã substitutus,vt ff.de Trebe.l.recusare.§.Titius.

CXV.

*Dominum sine possessione transfertur.*

Gloss.est, quod dominium† transfertur sine possessione. C.de distrac.pig.l.qui prædium.

CXVI.

*Citatus tempus feriarum,messium,vel vindemiarum non tenetur venire ad allegãdum priuilegium, quod tunc citari non possit.*

Glo.est,si aliquis† sit citatus tempore feriarum, messium, vel vindemiarum,quod non tenetur venire allegare priuilegia sua in iudicio,quod citari non poterat.glo. quæ hoc not.ff.de fer.l. 1.super verbo momenti.

CXVII.

*Vasallus plurium dominorum, vt possit accusari,interuenire debet omnium dominorum consensus.*

Gl.est,quod† quõ sunt plures domini in eodem feudo, qui accusare vasallum volunt,requiritur consensus omnium offensorum.ff.qui & à quibus.l.quoties.

CXVIII.

*Libellus potest cõcludere insolidum contra illum qui conuenitur inquantum facere potest, dummodo in condemnatione veniat quantum facere potest.*

Gloss.est, quod libellus† potest concludere contra illum, qui conuenitur inquantum facere potest insolidum, si in condemnatione veniat quãtum facere poterit.ff.de re iudi.l.cum ex causa.

CXIX.

*Vxor præsumitur scire quod maritus scit.*

Gloss.est, quod mulier† præsumitur scire quod maritus scit.ff.quod vi aut clam.l.aut qui aliter. §.sed & seruus.

CXX.

*Ecclesiæ rector non cogitur suscipere primitiam statim.*

Gloss.est,quod capellanus† siue rector ecclesiæ non compellitur suscipere primitiam statim, imo debet stare decem diebus penes paleã.ff.de verb.obl.l.stipulatio ista.§. inter certam.

CXXI.

*Tutor datiuus à maiori iudice datus satisdare non tenetur, secus in dato à minori iudice.*

Gloss.est, quod tutor† datiuus cum inquisitione datus à maiori iudice nõ tenetur satisdare,secus si à minori iudice sit datus, in authẽ.vt hi qui obli.perhi.hab.res minorum. col.6.§.fi.super verbo curatores.

CXXII.

*Inuentarium à tutore an fieri debeat coram iudice.*

Tex.est.quod tutor† habet facere inuentarium coram iudice,si sit consuetudo, alias non,vt in authen.vt sine prohib.matr.debi.§.fi.col.7.

CXXIII.

*Vsurarius manifestus,non est sepeliendus,*

Gloss.est, quod vsurarius † manifestus non est tradendus in loco sacro,nec sepeliendus.C. de sepul.vio. in authent. item qui dominum moribundum.

Mater

CXXIIII.

*Mater tutrix filiorũ tenetur reddere rationem administrationis secus in patre. Et si mater non reddita ratione ad secunda vota transiuerit maritus insolidum tenetur.*

Glo.est, quod mater tutrix filiorum suorum tenetur rationem reddere de administratione.ff.de tuto.& cura.da. ab his.l.hi qui.C.de bo.quæ libe.l.fi.§.hæc procu.Secus in patre qui non tenetur reddere rationem, vt in d.§.procul.eodem tit.l.cum oportet.§.non autem.Et si mater trãsiuerit ad secunda vota sine redditione administrationis, maritus tenetur insolidum.C.in qui.cau.pig.ta.contra.l.si mater.

CXXV.

*Vsufructuarius non tenetur ad legata quando alij est relicta proprietas.*

Gl.est q; si alicui sit relictus vsusfructus omnium bonorum, & alij proprietas, quod vsufructuarius non tenetur soluere legata.ff.de vsufruct.leg.l.fi.

CXXVI.

*Hæres non seruans voluntatem defuncti est infamis infamia facti.*

Lex est cum glo.quod vbi hæres non seruat voluntatem defuncti testatoris,quod est infamis infamia facti.C.de religiosis.l.militis.C.de necessar.seruis hæredi. instit.l.fi.§.illos.in gloss.

CXXVII.

*Vxor nubẽs infra annum luctus præsumitur primum virum occidisse.*

Te.est cum gl.quod si mulier nubat infra tempus luctus, præsumitur quod occiderit maritum primum. in authẽ. de nup.§.patre & si quidem.colla.4.

CXXVIII.

*Fideiussor protestans ante fideiussionem creditori, se ei nunquam satisfacturum si postea fideiubeat,non tenetur.*

Gl.est quæ dicit,quod si aliquis Baro vel miles,vel dominus receperit à quodam mutuo viginti,& promiserit dare subditum suum in fideiussorem, & iste subditus vadat ad creditorem,protestando,si ego fideiubeo pro ipso,ego nõ satisfaciam vobis,quod iste talis non tenetur, si postea fideiubet.ff.de procurat.l.Lucius.& est casus in corpore authentic. vt non fiant pignor. circa princip.collatio.quinta alias 6.

CXXIX.

*Princeps solus potest concedere, vt in loco vel flumine publico ædificetur.*

Gl.est quod Senescalcus non potest concedere priuato vt ædificet in loco publico, vel flumine,quia ad principẽ pertinet.ff.quod vi aut clam.l.prohibere.§.planè.

CXXX.

*Pater non obligatur ad expensas iudicij, licet potestatem dederit filio standi in iudicio.*

Gloss.est quod si pater dedit potestatem filio & authoritatem standi in iudicio,quod propter hoc pater non obligatur in expensis factis in iudicio.ff.quod iussu.l.v.§.si ratum.

CXXXI.

*Hæres domini feudalis potest petere sacramẽtum fidelitatis à vasallo,licet etiam præstiterit eius fideiussori.*

Glo.est quod hæres domini feudalis potest petere sacramẽtum fidelitatis à feudatario,posito quod præstiterit eius fideiussori.ff.quemadmodum vsusfruct. amit.l. omnes.§. final.

CXXXII.

*Concedi non potest quod non potest præscribi.*

Lex est,quod illud quod non potest præscribi,non potest concedi.ff.de aqua plu.arcen.l.i.§.fi.

CXXXIII.

*Fiscum si debitor defraudet,in duplum tenetur.*

Gl.est, q; si debitor fiscalis fraudat fiscum,quod tenetur fisco in duplum.ff.de publi.l. multi.

CXXXIIII.

*Excommunicati cessionarius agere potest contra debitorem excommunicati?*

Glo.est,quille cui est concessa actio per excommunicatũ posset agere contra debitorem excommunicati,licet excõmunicatus non posset.C.de iure dot.l.cum quidam.in glo. processum.

CXXXV.

*Inimicus fratris mei non repellitur à mea tutela, item nõ repellitur a testimonio,secus de inimico patris, vel matris, vel ascendentium & descendentium,quia talis repellitur.*

Glo.est,quod si est inimicus fratris mei non repellitur à tutela mea,nec eius aduersarius,sic credo in teste,quod inimicus fratris mei non repellitur à testimonio,secus de inimico patris vel matris, vel aliorum ascendentium & descendentium,quia tales repelluntur.ff.de suspect.tut.l.3.§. si tutor.

CXXXVI.

*Substitutio facta,si decesserit sine liberis,euanescit q; natiui tatem vnius liberi.*

Lex est,quod si substituatur alicui,si decesserit sine liberis & habuit vnum liberum,quod euanescit substitutio.ff.de conditio.& demonstra.l.pater Seuerinam.§.1.& not.ff.ad Trebel.l.ex facto.§.si quis rogatur.ff.de verbo.sign.l.non videtur sine liberis.

CXXXVII.

*Pater non potest ratificare processum factum per filium post litis contestationem.*

Gl.est, quod pater non potest ratificare processum factũ per filium post sententiam,nec post litem contestatã,imo est necesse quod ab initio dederit authoritatẽ stante in iudicio.ff.de acqui.hæredi.l.si quis mihi.§.iussum.C. de bo. quæ libe.l.fi.§.1.

CXXXVIII.

*Delictum gladio factum magis punitur quam cum lapide.*

Lex est,quod magis punitur delictum factum cũ gladio quam cum lapide.ff.de re mili.l.omnes.§.si quis.

CXXXIX.

*Alimenta si præstẽtur officio iudicis,non requiritur satisdatio in casu quo appareret actorem ius nõ habere, secus si in re actionis petantur.*

Leges sunt,quod quando alimenta præstantur officio iudicis,tunc statim præstantur, & non tenetur cauere in casu,in quo apparuit ipsum non habere ius.Secus autẽ quando petuntur iure actionis.ff.si cui plus quam per leg. Falc. in l.1.in prin.C.de ord.cogni.l.fi.

CXL.

*Occidens partum post quadraginta dies, tenetur de homicidio.*

Glo.est,quod mulier occidendo partum quem habet in ventre, vel quilibet alius occidendo eundem post 40.dies à conceptione computãdos,tenetur de homicidio,& tanquam homicida est puniendus vel punienda.ff.de var. & extraordi.cogni.l.duo.

CXLI.

*Donatio facta filio spurio per patrem,valet.*

Lex est cum gl.quod donatio facta filio spurio per patrẽ suum naturalem valet & tenet.ff.de fideicom.liber.l.Lucius quæ in frau.cred.l.omne.§.Lucius, licet in contrariũ videatur.ff.manda.l.Lucius.

CXLII.

*Imaginatio vxoris efficit,vt pueri nascantur contra naturã*

Gl.est,quod ex imaginatione picturarum factarum per mulierem nascuntur pueri contra naturam, & secundum imaginationem vxoris.ff. de verb.sig.l. quæret aliquis.ff. de statu homi.l.non sunt liberi.

CXLIII.

*Insinuatio requiritur,si debitum vltra quingentos aureos remittatur.*

Glo.est



Gloss.est, quod in remissione debiti vltra quingentos aureos requiritur insinuatio.ff. de regulis.iur.l.si quis obligationem.

CXLIIII.

*Vxor gaudet de morte mariti.*

Glo.est,quod mulier gaudet de morte mariti.ff.de cõdi.
& demon.l.pater Seuerinam.§.locrus.

ADDITIO.

Gaudet.Adde Bal.singu.2r.

CXLV.

*Legata facta in primo testamento per secundum reuocantur, licet in secundo nil de primo dictum fuerit.*

Gloss.est,quod legata facta in primo testamento per secũdum reuocantur,posito quod in secundo non faciat mentionem de primo.ff.si cui plus quam per legem Falcid.l.si dolo.§.legatario.

CXLVI.

*Monasterium tenetur creditoribus ingressi,si in eum omnia bona transtulerit.*

Glo.est,quod si aliquis debitor intret monasterium, & omnia bona transtulerit in ecclesiam, quod ecclesia tenetur creditoribus soluere.ff.de pecul.lega.l.peculium.§.sed dominus.C.de sacrosan.eccle.authen.ingressi.

CXLVI.

*Legatum si fiat rectori talis ecclesiæ,an & quando videatur factum ecclesiæ,& quando rectori?*

Lex est cum glo.quod quando legatur rectori alicuius ecclesiæ,quod ecclesiæ videtur legatum pretium, si non expressit legator proprium nomen Capellani.ff.de annuis lega.l.annua.§. Titia.

CXLIII.

*Testatoris voluntas à notario scripta, sed coram testibus nõ lecta,non valet iure testamenti,nec iure codicillorum.*

Glo.est,quod si aliquis notarius scripsit voluntatem testatoris,& non legerit coram testibus, quod illud non valet iure testamenti, nec iure codicillorum ff.de annuis lega. l.fideicommissa.§.1.

CXLIX.

*Vxor meretrix non est infamis, nisi sit in adulterio deprehensa,secus in marito, qui est adulter,licet in adulterio non deprehendatur.*

Gloss.est,quod vxor meretrix non est infamis, nisi sit in adulterio deprehẽsa,sed homo potest esse adulter,posito, quod non deprehẽdatur.C. si quis à paren.fue. manumiss. l.patronus.ff.de rit.nup.l.palam.§.in adulterio.

CL.

*Frater dotem promittendo prosorore videtur promisisse de bonis fororis,secus in patre.*

Lex est, quod frater promittendo dotem sorori videtur promisisse de bonis fororis.ff.de colla.dot.l.1.§.filiã. Secus in patre.C.de dot.promis.l.fi.& l.si pater dotem pro filio.

CLI.

*Filio spurio mater succedit,& econtra.*

Lex est,quod mater succedit filio spurio sicut & econtra. ff.vnde legitimi.l.si spurij.C.ad Orfi.l.si qua.

CLII.

*Filio exhæredato pater pupillariter substituere potest.*

Lex est;quod pater substituere potest filio exhæredato pupillariter, vt in bonis filij.ff.de vulga.substitutu.l.1.§.1.C. de lega.l.cum quidam.

CLIII.

*Pater non potest directo substituere filio in legitima, sed per fideicommissum.*

Gloss.est quod pater non potest directo substituere filio in legitima,sed per fideicommissum.C.de inofficio. testament.l.expulsus.

CLIIII.

*Substitui pupillariter potest,qui instituí non potest.*

Lex est,quod aliquis non potest aliquem instituere in testamento suo propter suum vitium, potest tamen cum substituere pupillariter,veluti capellanus, vel aliquis pater naturalis non potest substituere filium spurium,potest tamen substituto substituere, & ipse spurius capit hereditatem vigore substitutionis.ff.de vulga.substitutio.l.his qui ex bonis.

CLV.

*Filius ducens vxorem sine voluntate patris,& indignam,potest exhæredari.*

Lex est, quod si filius duxerit vxorem sine voluntate patris,& talem, quod potius dedecus sit toti generi paterno quam honor, quod pater potest exhæredare.ff.de bo.poss. test.contratab.l.non tantum.§.si emancipatus.

CLVI.

*Obligans se alicui sub spe futuræ numerationis, si sibi nil soluatur,ipse vero id ad quod se obligauerat,soluat, an repetere possit,& habere exceptionem non numeratæ pecuniæ?*

Lex est, quod si aliquis sub spe numerandæ pecuniæ alicui se obligauerit, & non fuerit eidem numerata pecunia, si soluat, potest postea repetere, & habere exceptionem non numeratæ pecuniæ.ff.solut. matrimon.l.maritus.C. de non numer.pecu.l.cum fidem.

CLVII.

*Litigandi iustam causam habens in expensis non debet condemnari.*

Lex est,quod quando partes habent iustam causam litigandi,quod neutra pars debet in expensis condemnari.ff. de lega.1.l.qui solidum.§.erat.& est gloss.C.de iureiurand. l.penultim.§.finautem.

*Expliciunt glo.& leges speciales collectæ per dominum Gulielmum de Ludo, legum doctorem.*

## SERIES CHARTARVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z, AA BB CC D D EE FF GG HH II
K K L L M M N N O O P P Q Q R R S S T T V V X X Y Y Z Z, AAa BBb CCc DDd.

Omnes sunt terniones demptis H & DDd quaternionibus.

*VENETIIS Apud Hæredes Hieronymi Scott,*
*M D L X X V I I I.*

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DI PADOVA